PLANTARUM

VASCULARIUM GENERA

SECUNDUM ORDINES NATURALES DIGESTA

EORUMQUE

DIFFERENTIAE ET AFFINITATES

TABULIS DIAGNOSTICIS EXPOSITAE

AUCTORE

CAROLO FRIDERICO MEISNER

MED. ET CHIR. DOCTORE, IN UNIVERSITATE LITTERARUM BASILEENSI BOTANICES PROF. P. O. HORTIQUE PRAEFECTO, ACADEMIAE CAESAREAE LEOPOLDINO-CAROLINAE NATURAE CURIOSORUM, ACAD. REGIAE SCIENT. NAT. MADRITENSIS, SOCIET. HIST. NAT. PARISIENS., LIPSIENS., HELVET., BASILEENS., CAES. MEDICAE VILNENS., REG. BOTANICAE RATISBON., EDINENS., MEDICO-BOT. LONDINENS., BOTAN. ET AGRONOM. ULTRAJECTINAE MEMBRO ORD. V. HONORARIO.

PARS PRIOR.

TABULAE DIAGNOSTICAE.

LIPSIAE,
LIBRARIA WEIDMANNIA.
1836—1843.

VIRIS ILLUSTRISSIMIS

AMICISQUE MAXIME DE SE MERITIS

ROBERTO BROWN,
NATH. WALLICH,
ALPH. DE CANDOLLE,
ADR. DE JUSSIEU,
GUSTAVO KUNZE,
C. F. PH. DE MARTIUS,
IOANNI ROEPER,
ROB. IAC. SHUTTLEWORTH,
ROBERTO WIGHT,

HOC QUALECUNQUE OPUS

DICAT

GRATISSIMUS AUCTOR.

PRAEMONENDA.

Rei herbariae thesaurus litterarius, etsi in dies augeatur innumeris fere atque cujusvis generis scriptis, ex longo tamen tempore opere caret, quo omnia plantarum genera ad novissima usque tempora cognita secundum ordines naturales disposita descriptaque exhibeantur. Quale nimirum opus neque aureo cel^{mi}. *A. L. Jussiaei* libro (Genera plantarum. Paris 1789) neque ultima generum plantarum Linnaei editione (curante b. *Sprengelio*, 1830) supervacaneum reddi, nemo negaverit, quum in priore libro omnia desint genera, quae recentiorum inventis studiisque debemus, in posteriore autem opere genera secundum systema Linneanum digesta sint. Ne memorem alia opera, quibus generum enumeratio aut nimis manca aut ipsis quoque characteribus plane destituta traditur.

Quum vero ii praecipue scientiae cultores, quorum herbaria plantarum indeterminatarum speciminibus peregrinantium opera e variis orbis terrarum partibus collectis dotata quotannis magis magisque accrescunt, plantas illas in sua quaeque genera distribuere maxime desiderabunt, haud ingratum iis fore opus, cujus auxilio scopum illum via quam brevissima, nec tamen minus tuta, attingere queant. Hujuscemodi libri desiderio, quo ipse diu frustraque tenebar, qui quam commodissime satisfieri queat, dudum sollicitus, ipse tandem consilium ceperam, tabellas hasce, quas jam Botanicis explorandas trado, pro virili pertexere. Ne autem iniquiora postmodum experirer judicia, operis rationem, principia, quibus innixus, auxiliaque, quibus adjutus laborem susceperim, disertis verbis indicare, haud alienum mihi videtur.

Statui itaque primo loco, botanicis offerre clavem analyticam indicemque, quantum fieri potuit ad ultimum hunc usque annum plenissimum, generum plantarum (vascularium saltem) omnium hucusque constitutorum atque receptorum. In digerendis hisce generibus usus sum methodo naturali, tum quod illam plerique nostri aevi botanici ceu praestantissimam amplectantur, tum quod quicunque ordinibus naturalibus dignoscendis quodammodo adsuetus, sive ex solo plantae cujusdam adspectu, sive levissimo saltem ejusdem examine, ut plurimum facile perspiciet, quem ad ordinem illa pertineat, atque deinde intra descriptos ordinis limites ulterius investigando citius plerumque hujus plantae genus determinare poterit, quam si tota vasta systematis Linneani classis perlustranda ipsi esset. Quod ad eos vero ordines, qui ob characteres minus apertos, quin immo ambiguos incertosve, difficiliores sunt exploratu, vix est quod moneam, egregia nonnulla exstare opera (v. g. Bartlingii ord. nat. plant., Gotting. 1830.; Lindleyi introd. to the nat. syst., etc. Lond. 1830.; etc.), quorum auxilio satis tuto dignosci possint. Propter haec ipsa igitur opera modo laudata labori, *ordinum* ipsorum tabulas diagnosticas *generum* tabulis nostris praemittendi, supersederi quodammodo potuisse videtur.

Ut singulorum ordinum genera eorumque differentiae facilius et uno quasi intuitu percipi possint, *tabularum forma* maxime idonea visa est, et quidem non mihi soli, sed jam diu pluribus iisque gravissimis auctoribus, qui ipsi quoque in variorum ordinum monographiis eadem usi sunt. (V. R. Brown, on Asclepiadeae, in Mem. Werner. Soc. I.; Adr. de Jussieu, Monogr. Rutacearum; a Martius, Amarantac.; etc., etc.). Hac nimirum operis forma potius quam ulla alia fieri potuit, ut, quae in singulis plantarum ordinibus observantur organisationis differentiae generaliores, quas cardinales vocare liceat, quibusque innituntur divisiones primariae (v. g. Capparidearum in Cleomeas et Cappareas, Malvacearum

in Malopeas, Malveas, Hibisceas Sideasque, etc.) primo tabulae adspectu primae quoque oculis se offerant, itidemque ut secundariae ulterioresque differentiae illaeque denique, quibus singula genera a se invicem distinguuntur, facillime et quasi sponte sua e characteribus levioris momenti emicent. Singulorum enim generum characteres gravissimos, illos sc., quos strictiore sensu diagnosticos vocant, ita semper prima fronte exposui, ut primi quoque in conspectum veniant. Lubenter quidem e generum characteribus essentialibus solos vere differentiales adscivissem, accessorios autem, qui ad diagnosin minus valent, plane omisissem; relinquere tamen hanc methodum statui, brevi experientia de magnis ejus difficultatibus edoctus itidemque periculis haud exiguis, inde potissimum enatis, quod permultorum generum diagnosis non ex *unius* tantum organi structura, sed ex *plurium*, ne dicam omnium, characterum comparatione sit petenda. Neque raro insuper accidit, ut organi cujusdam structura, qua princeps generis alicujus character efformatur, in alio genere, huic caeterum simillimo, aut plane ignoretur, aut saltem non satis accurate certeque cognoscatur; unde evenit, ut, quandocunque res ita se habent, nonnisi *plurium* characterum comparatione genera distingui queant. Tabulas itaque *mere* diagnosticas, quales sunt illae Monographorum supra laudatorum, citra erroris periculum conscribi posse tantisper, dum non omnium ordinum monographiis gaudeamus, persuasum habeo.

Utile praeterea videbatur, tabulis adjungere *commentarium*, quo continerentur, praeter auctorum citata iconumque exempla (exclusis tamen iis, quae jam in ill. Candollii prodromo syst. veg. afferuntur) quaecunque de singulis generibus ordinibusve notatu digniora mihi visa, ipsis vero tabulis inserere minus idoneum putarem. Ita v. g. in commentario nostro commemorantur anomaliae, quibus vel genera quaedam ab ordinis cujusque characteribus, vel species quaedam a generis cujusque structura typica discrepare innotescunt. Vix igitur dubitamus, quin ii, qui tabulis nostris ad determinandum plantae alicujus genus uti velint, adnotationum ope in commentario reperiundarum obvia ipsis quaecunque dubia facile tollere possint.

Candide caeterum fateor, me ex auctorum scriptis genera in universum talia recepisse, qualia exstant in iisdem descripta definitaque, ideoque, paucissimis admodum exceptis, dijudicare noluisse, quaenam ex iis jure sint servanda aut cum aliis conjungenda. Quod nimirum negotium, gravissimum sane ac difficillimum, iis relinquo botanicis, quibus praeter reliqua quaeque scientiae excolendae subsidia ampliorem quoque plantarum numerum, sive virentium vegetarumque, sive in ditissimis classicisque herbariis asservatarum, examinandi copia obtigerit. Temperare tamen mihi non potui, quin subinde characteribus genericis vel adderem nonnullos, vel nonnihil in iisdem commutarem, siquidem propria observata ad id faciendum ducebant; quod tamen quoties a nobis factum est, quatenus aliorum auctorum dicta a nostris discreparent, in commentario exposuimus. Dedi praeterea operam, ut generum characteres semper ex auctoribus accuratissimis, cumprimis ex monographis, mutuarer emendationumque simul a recentioribus factarum, quantumcunque licebat, rationem haberem. Scripta itidem, quorum auctoritate innituntur diagnoses in tabulis expositae, in commentario nostro commemorantur.

Quod ad generum nomenclaturam attinet atque synonymiam, gravissimas semper ac principum virorum auctoritates secutus, synonyma omnium fere consensu dudum adscita servare nullus haesitavi. Nomina mutare sive nova creare plurimum vitavi; quoties vero illud postularet necessitas, legibus a cel. De Candolle (theor. élém. ed. 2. p. 258 sq. p. 282.) praescriptis religiose memet adstrinxi. In ipsis quidem tabulis propter arctos spatii limites unicum tantum nomen genericum plerumque adscripsi, quaecunque synonyma autem in commentario indicavi. Uncis, quibus haud raro auctoris generis cujusdam nomen inclusimus, innuere voluimus, genus ab hoc auctore et sub nomine eodem, quod ipse admiseram, initio quidem constitutum, serius autem ab alio auctore, cujus nomen post parenthesin adposuimus, quod ad characteres limitesque plus minus immutatum fuisse. Genera nonnulla, olim tanquam distincta tradita receptaque, nuperrime autem ab auctoribus pluribus in unicum conflata (v. g. Melochia, Riedlea, Altheria inter Hermannieas; Alsodeia, Conohoria, Rinorea, Ceranthera, etc. inter Violarieas, aliaque) in tabulis nostris, comparationis saltem gratia, adhuc retinuimus characteribusque suis distinximus, uncis vero eadem includendo significare voluimus, cuncta haec genera potius pro generis unius naturalis subdivisionibus artificialibus habenda esse.

Quum ad distinguenda genera peraffinia (v. g. in ordine Cruciferarum, Leguminosarum, aliisque pariter summe naturalibus) characteribus saepe levioribus et parum conspicuis utendum erat, utile, quin immo necesse, videbatur, characteribus fructificationis addere differentias ex habitu, foliis, inflorescentia et patria deductas. Patriam autem cujusque

accuratius indicare, superfluum duxi, neque nisi perlustratis omnibus scriptis specialibus potuissem, quod ob temporis angustiam omittendum erat. Verbis „*patria diffusa*“ (dent veniam philologi!) ea genera designavi, quorum variae species per omnes totius orbis partes (Welttheile), sc. simul per orbem antiquum novumque et Australiam diffusae sunt, quamvis singulae plerumque unius tantum singularum orbis terrarum partium regionis indigenas esse constet. Complures caeterum hujuscemodi generum species, quae mundivagae vocari possunt, nonnisi casu fortuito aut humana cura per plurimas terrae partes esse dispersas (ut v. g. Gossypii sp., Coffea Arabica, Theobroma Cacao, Artocarpus, Musa, Psidia, plantae cereales et oleraceae pleraeque, Samolus Valerandi, etc. etc.) vix est quod moneam. Caeteroquin nullus dubito, quin genera haud pauca, quorum patria in tabulis nostris arctioribus circumscripta traditur limitibus, etiam in aliis mundi partibus offendi queant, nisi forsan hoc ipso jam tempore a recentioribus peregrinatoribus reperta sint. In universum enim singularum patriae indicationem nonnisi ex ill. De Candollii prodromo syst. veg. depromsi.

In familiarum dispositione eundem fere ordinem secutus sum, quem cel. De Candolle in opere suo modo laudato. Quatenus autem hinc inde in ordinis cujusdam characteribus limitibusque recensendis ab auctore illo discesserim, commentarius in calce docebit. Genera illa, quae ob structuram sive degenerem sive non satis notam sine certa ratione ad ordinem quendam referuntur, ex hujus ordinis tabula excludere nolui, sed signo? nomini praefixo, et addita in commentario adnotatione, veluti dubii juris cives designavi. Signo crucis † nomini adjecto genera notantur, *quorum* characteres non satis accurate certeque innotescunt. Quod porro ad heteroclita attinet genera, illa sc., quae pari fere cognationis gradu pluribus ordinibus simul accedere videntur, ideoque a variis auctoribus variis adscribuntur (v. g. Parnassia, Sauvagesia, Kadsura, Trigonia, aliaque), tutissimum nobis videbatur, ea in tabulas uniuscujusque istorum ordinum recipere, atque in commentario indicare, qua ratione et ordinis characteribus congruant et ab iisdem abhorreant. — Asterisco* nomini anteposito genera designavi quaecunque in cel. Candollii prodromo non exstant, sive illa sint omnino nova, sive tantum ex antiquioris generis divisione enata. Quotiescunque autem genus quoddam a recentioribus in plura divisum est, in commentario semper quam exactissime adnotare studui, quaenam generis primitivi species ad singula haec genera sint referendae, (cfr. v. g. Actaea, Sterculia, Diosma.). Simul quoque in commentario indicavi, quibusnam in libris specierum novarum (i. e. in Candollii prodromo nondum contentarum) diagnoses vel descriptiones reperiri queant. Quod vero quum nonnisi tanquam rem secundariam persequi licuerit, plura supersunt opera (in fronte commentarii designanda) a nobis, quum non suppeteret otium, hactenus in illum finem non perlustrata, in quibus haud exigua specierum novarum copia deprehenditur. — Genera denique in tabulis nostris ita digerere, ut, quae *affinitate naturali* (sc. non fructificationis solummodo characteribus, sed etiam habitu) arctissime invicem junguntur, sibi quoque proxima collocarentur, pro viribus studui. Cui ipsi autem operae tot tantaeque saepius obstabant difficultates, ut, ne generum diagnosis nimis vaga evaderet, dispositionem tunc mere artificialem adhibere utique necesse fuerit.

Qui elaborando huic operi nostro librorum herbariorumque suorum subsidia humanissime commodarunt fautoribus atque amicis, viris illustrissimis De Candolle, Wallich, Wight, Arnolt, Roeper, Shuttleworth et Wydler, debitas hic publice testificor gratias, easque ut aequissimis animis accipere velint, etiam atque etiam rogo.

Tentamen igitur hocce inchoatum atque quam brevissimo tempore poterit absolvendum tibi, Lector Benevole, trado, rogans, ut, quaecunque in eo invenies carbone notanda, pro indulgentia tua excusare laborisque suscepti difficultatum, quibuscum auctori conflictandum erat, meminisse velis.

Scripsi Basileae exeunte Julio 1836.

AUCTOR.

ABBREVIATIONUM EXPLICATIO.

Alb. v. Album. — Albumen, albuminosum.
Anth. — Antherae.
App. — Appendices.
Arb., arbusc. — Arbor, arbuscula.
Ax. — Axillaris.
Bract. — Bractea, bracteatus.
Caul. — Caulis.
Cal. — Calyx, calycinus.
Caps. — Capsula, capsularis.
Carp. — Carpellum.
Centr. — Centralis.
Comp. — Composita (folia.)
Conn. — Connectivum.
Cor. — Corolla, corollinus.
Cot. — Cotyledones.
Dissep. — Dissepimentum.
Dehisc. — Dehiscens, dehiscentia.
Diad. — Diadelpha.
Egland. — Eglandulosus.
Embr. — Embryo.
Exalb. — Exalbuminosus.
Exstip. — Exstipulata.
Fem. — Femineus.
Fid. — fidus. (v. g. calyx 5-fidus.)
Fil. — Filamenta.
Fl. — Flores.
Fol. — Folia.
Frut., frutic. — Frutex, fruticulus.
Fun. — Funiculus.
Germ. — Germen.
Gland. — Glandula, glandulosus.
Hba. — Herba.
Hypog. — Hypogynus.
Immarg. — Immarginatus.
Impunct. — Impunctatus.
Infl. — Inflorescentia.
Lab. — Labium, labiatus.
Lacin. — Laciniae, laciniatus.
Leg. — Legumen.
Lob. — Lobus, lobatus.
Loc. — Loculus, loculamentum, adj. locularis.
Longit. — Longitudinaliter.
Limb. — Limbus.
Marg. — marginatus.
Mas. — Masculus.
Monad. — Monadelpha.
Nect. — Nectarium, nectarifer.
Ov. — Ovulum, ovulatus.
Ovar. — Ovarium.
Part. — Partitus.
Pell.-punct. — Pellucido-punctatus.
Perig. — Perigynus.
Perigon. — Perigonium.
Pet. — Petalum.
Pist. — Pistillum.
Plac. — Placenta.
Rad. — Radix, radicula.
Recept. — Receptaculum.
Segm. — Segmentum.
Sem. — Semen.
Sep. — Sepalum.
Sept. — Septum.
Sess. — Sessilis.
Sp. — spermus (adject.) v. g. caps. 2-sperma.
Stip. — Stipulae, stipulata.
Stipit. — Stipitatus.
Stam. — Stamina.
Term. — Terminalis.
Transv. — Transverse, transversalis.
Tub. — Tubus.
Tub. stam. — Tubus stamineus.
Umb. — umbilicus, umbilicalis.
Valv. — valva, valvula, et adj. v. g. 4-valvis.
☿ — flos hermaphroditus.
♀ — individuum v. fl. femin.
♂ — — — — — masc.
00 — numerus pluralis indefinitus, v. g. caps. 00-sp. (capsula pleiosperma), stam. 00-seriata (stamina pluriseriata), etc.
0 — nullus.

TABULAE DIAGNOSTICAE.

I. RANUNCULACEAE.

A. Folia opposita, (rarius quaterna) plerumque ternatim v. pinnatim immo bipinnatim secta decompositaque, rarius simplicia, petiolis nonnunquam cirrhiformibus. Frutices sarmentosi, scandentes, rarius herbae erectae. Carpella stylo plerumque barbato terminata.

Tribus I. CLEMATIDEAE. DC.

1. *Petala nulla.* Sepala (4-8) petaloidea. Stamina omnia fertilia. — (*Patria diffusa.*) . . . . Clematis. Linn.
2. — 00, (s. stamina exteriora sterilia, petaliformia), calyce (4-8-sepalo) breviora. (*Asia et America bor., Europa.*) *Atragene. L.
3. — 6-12, linearia, crassiuscula, calyce (4-5-sepalo) longiora. Carpella stipiti crasso, cavo insidentia.— (*India orientalis*) Naravelia. DC.

B. Folia sparsa, aut saepius caulina nulla nisi involucralia et tunc opposita v. saepius 3-00 verticillata.

I. Carpella indehiscentia, 1-sperma (caryopsides) rarissime (cfr. Hydrastis) 1-2-sperma.

Tribus II. ANEMONEAE. DC.

A. Petala aut nulla, aut plana, ungue nudo (haud nectarifero). Semen pendulum.

† *Caryopsides siccae, nec baccaceae.*

a. Petala nulla. Sepala plerumque petaloidea.

1. *Involucrum sub floribus nullum.* (Folia caulina alterna.)
   - α. *Stamina numerosa.* Caryopsides ecaudatae, saepe stipitatae, plerumque sulcatae, rarius alato-marginatae aut vesicariae. (Herbae foliis pluries ternatim v. pinnatim sectis, rarissime indivisis. Flores paniculati, saepe abortu dioici v. polygami. — *Europa, Asia, America.*) . . . . Thalictrum. L.
   - β. *Stamina* 4. Sepala et carpella totidem. (Frutex foliis integerrimis. — *Cap. b. sp.*) . . . . Tetractis. Spreng.
2. *Involucrum sub floribus 3- (rarius 2-) phyllum.* (Folia caulina praeter involucralia nulla, aut verticillata v. opposita et involucrum generale constituentia. — *Anemone. Linn. sp. pl.*)
   - a. *Involucrum a floribus distans, saepe 00-florum.* Caryopsides stylo nunc longo et saepius barbato caudatae, nunc brevi apiculatae aut submuticae. (Folia palmati-lobata, lobis plerumque dissectis. — *Anemone,* DC.)
     - * *Stamina omnia fertilia.* Sepala 5-15. (*Patria diffusa,* exclus.? Australasia et ins. oceani pacif.?) . . . . Anemone. L.
     - ** — *exteriora sterilia,* in glandulas sessiles aut stipitatas mutata. Caryopsides plumoso-caudatae. Sepala plerumque 6. Involucrum 1-florum. (Folia radicalia et involucralia multifida, segmentis angustis. — *Europa, Asia, America bor.*) . . . . *Pulsatilla. Tournef.
   - b. *Involucrum flori unico approximatum, calyciforme,* foliolis indivisis. Caryopsides breviter rostratae. Sepala plerumque 6. (Folia 3- v. 5-loba, lobis indivisis, aut integerrima. — *Europa, America.*). . . . . Hepatica. Dill.

b. Petala plura.

1. *Flores hermaphroditi.* Caryopsides spicatae, stylo brevi apiculatae. Sepala 5. Petala 5-15. Stamina omnia fertilia. (Folia caulina 00-fida. — *Europa, Asia, Aegypt.*) . . . . Adonis. Dill.
2. — *abortu dioici.* Caryopsides capitato-congestae, stigmate sessili terminatae. Sepala 5-6. Petala 10-12, linearia. (Folia caulina? 3-5-partita, lobis incisis. — *Terra Magellan.*) . . . . Hamadryas. Commers.

†† *Caryopsides baccaceae,* receptaculo hemisphaerico insertae. (Herbae.)

- *a. Sepala 3. Petala nulla.* Caryopsides stylo terminatae, 1-2-spermae. (Folia alterna 3-5-partita. Involucrum o. Flos solitarius terminalis. — *America bor.*) . . . . Hydrastis. L.
- *b.* — 5. — 5-15. Caryopsides stylo deciduo muticae, 1-spermae. (Folia radicalia, 2-3-ternatim secta. Umbella et umbellulae involucro et involucellis 00-phyllis suffultae. — *Cap. b. sp.*) Knowltonia. Salisb.

Tribus III. RANUNCULEAE. DC.

B. Petala varia, rarius obsoleta aut abortientia. Semen erectum, rarius suspensum aut peritropium.

† *Caryopsides in spicam elongatam dispositae.* (Hbae foliis omnibus radicalibus, scapo 1-floro.)

1. *Caryopsides triquetrae, stylo recto apiculatae,* in spicam filiformem longam dispositae. Sepala basi deorsum producta. Petalorum ungues filiformes, nudi. (Folia linearia indivisa. — *Europa, America bor.*). . . . . Myosurus. Dill.
2. — *basi utrinque gibbae, apice in cornu longum compressum aduncum productae,* in spicam cylindricam crassam abbreviatam dispositae. Sepala basi non producta. Petalorum ungues foveola praediti. (Folia lineari-lobata. — *Europa austr., Asia occid. temp.*) . . . . Ceratocephalus. Moench.

†† *Caryopsides in capitulum vel conum brevem aggregatae.* (*Ranunculus, DC. prodr.*)

a. Petala genuina et manifesta, basi foveola v. glandula nectarifera instructa.

1) — 3 (aut abortu 2-1.) Sepala 3, petaloidea. Stamina 4-18, saepius 6. Styli brevissimi. Caryopsides laeves. Semen erectum aut suspensum. — (*America austr.*) . . . . *Casalea. St. Hil.

2) — 5-15.

- α. *Semen erectum.* Caryopsides breviter mucronatae v. cornutae, laeves aut varie striatae, tuberculatae v. echinatae. — (*Patria diffusa.*) . . . . Ranunculus. Ledeb.
- β. *Semen pendulum.* Caryopsides vix compressae.
  - * Caryopsides glabrae, rugulosae, utrinque acutatae, stylo brevissimo rectiusculo apiculatae. Calyx et corolla patentes. — (*Alpes Europ. et Altaic.*) . . . . * Callianthemum. C. A. Meyer.
  - ** — (sub lente visae) pubescentes, minutim striatae, stylo persistente uncinatae. Sepala et petala more Trollii conniventia. — (*Chili.*) . . . . *Krapfia. DC. syst.

b. Petala 5, vix manifesta, glandulaeformia, subbilabiato-foveata, sepalis breviora, nectarifera. Caryopsides laeves, compressae, submarginatae. — (*America austr.*) . . . . *Aphanostemma. St. Hil.

II. Carpella dehiscentia, 00-sperma (folliculi). Petala (saepe dissimilia) vario modo tubulosa v. cucullata et nectarifera, (Nectaria, auct.) rarius plana et basi foveola nectarifera instructa, aut nulla. (Herbae acres, plus minus venenatae.)

Tribus IV. HELLEBOREAE. DC.

A. Corolla regularis (sc. petala sibi invicem consimilia) rarius nulla.

† *Petala, dum adsunt, in calcar liberum exsertum non producta.*

a. Carpella distincta.

1. — sessilia, rarius (in *Calthae* spec. nonnullis) brevissime tantum stipitata.
   - α. *Petala unguiculata, ungue non tubuloso,* lamina plana basi foveola nectarifera nuda praedita. Sepala 5-15, colorata, decidua. Folliculi subcylindrici. (Habitus Ranunculor. plur. — *Europa, Asia et Amer. bor.*) . . . Trollius. L.
   - β. — *nulla.* Sepala 5, colorata, petaloidea.
     - * *Folliculi polyspermi,* 5-10, compressi, interdum breviter stipitati. (Herbae palustres, foliis cordatis indivisis. — *Europa, Sibir., America bor. et Magellan.*) . . . . Caltha. L.
     - ** — *2-spermi,* 2-6, ovati, compressi, stylo apiculati. — (Habitus Isopyri. — *America bor.*) . . . . . Enemion. Rafin.
   - γ. *Petala basi aut tota tubulosa.*
     - * — *ungue brevi tubuloso,* limbo plano aut subbilabiato, labio superiore obsoleto. Sepala 5, petaloidea, decidua. Folliculi 1-20. (Herbae foliis pluries 3-sectis, pedunculis 1-00-floris. — *Europa, Asia bor. et temp.*) Isopyrum. L.
     - ** — *subinfundibuliformia,* ore subbilabiato, labiis subaequalibus. Sepala 5 (saepe viridia) persistentia. Semina 2-seriata. (Herbae foliis pedati- v. palmati-sectis, caulinis interdum nullis. Pedunculi 00-flori, rarius scapus 1-florus. — *Europa, Asia occid.*) . . . . Helleborus. Adans.
2. Carpella longe (saltem manifeste) stipitata. Sepala 5-8, colorata, decidua. Petala minuta, tubulosa, unguiculata. (Folia omnia radicalia, 3-secto-00-fida)
   - α. *Flos solitarius sessilis in involucro foliaceo dissecto.* Petala 5-8, inaequaliter 2-labiata, labio interiore brevissimo. Semina 1-seriata. — (*Europa, Sibiria.*) . . . . Eranthis. Salisb.
   - β. *Flores (solitarii aut gemini) non involucrati,* bractea tantum parva ad basin pedicellorum saepius stipati. Petala cucullata. — (*Europae, Asiae, Americae reg. boreal.*) . . . . Coptis. Salisb.

b. Carpella plus minus coalita. Petala unguiculata, bilabiato-tubulosa, labio superiore (s. interiore) breviore. Sepala 5, decidua. (Folia 00-fida, lineariloba.) . . . . Nigella. Spenn.

1. *Carpella 2-3 connata in capsulam 3-locularem,* stylis brevissimis vix 3-cornutam, superne et extus dehiscentia. Petala 5. — (*Europa austr., Asia temp. occ.*) . . . . Garidella. Tourn.
2. — 5-10, stylis elongatis rostrata, saepe nonnisi ima basi coalita, intus dehiscentia. Petala 5-10. — (*Europa temp., Asia occ., Africa bor.*) . . . . Nigella. Tourn.

†† *Petala 5, basi producta in calcar liberum,* cavum nectariferum, inter sepala exsertum, limbo oblique truncato v. obsolete 2-labiato, labio exteriore majore. Sepala 5, colorata. Capsulae 5 erectae, stylo acuminatae. (Folia 2-ternatim secta. Pedunculi 1-00-flori. — *Europa, Asia, Amer. bor.*) Aquilegia. Tourn.

B. Corolla (aeque ac calyx) irregularis (sc. partibus inter se dissimilibus). Sepala petaloidea. Folliculi 1-5, distincti. Semina horizontalia. (Folia fere omnium palmati-partita. Flores racemosi v. paniculati.)

1. *Sepalum superius calcaratum.* Petala 4 (nonnunquam connata), superiora 2 appendicem filiformem calcari immittentia. — (*Europa, Asia, Africae et Americae regiones boreales.*) . . . . Delphinium. Tourn.
2. — *superius superne fornicatum (galea dictum).* Petala 5 (quorum 3 minima, obsoleta saepe in stamina mutata), 2 superiora longe unguiculata, apice cucullifera et sub galea recondita (cuculli dicta).— (*Europa, Asia, America bor.*) . . . . Aconitum. Tourn.

III. Carpella 00-sperma (nonnisi abortu et rarissime, sc. in sola *Trautvetteria,* 1-sperma,) saepius dehiscentia quam indehiscentia, nonnunquam baccacea. Flores regulares. Petala plana, haud nectarifera (sola *Cimicifuga* excepta), saepius nulla. (Herbae, rarius suffrutices, innocuae, amarae aut parum acres.)

Tribus V. PAEONIEAE. DC.

A. Corolla 4-5-00 petala. Carpella plus minus dehiscentia.

1. *Petala plana, non nectarifera.* Calyx 5-sepalus.
   - a. — 5-10, *ampla.* Calyx persistens. Stamina 00. Ovaria 2-5, 00-ovulata. Capsulae siccae, plerumque pubescentes. Semina horizontalia. (Flores magni, pulchri, subsolitarii. Folia 1-2-ternatim secta.— *Europa, Asia temp., Amer. bor.*) Paeonia. Bauh. L.
   - b. — 5, *minima, glandulaeformia, 2-loba.* Calyx deciduus. Stamina 5-10. Carpella 5-10; 2-3- (v. abortu 1-) sperma. Semina pendula. (Flores parvi, indecori, racemoso-paniculati. Folia pinnatisecta. — *America bor.*) . . . . Xanthorhiza. Marsh.
2. *Petala (4-5, v. abortu pauciora) urceolata, fundo nectarifera.* Stamina 00 (circ. 20.) omnia fertilia. Calyx 4-5-sepalus, petaloideus. Carpella 3-8, sicca, dehiscentia, 00-sperma. Semina verticalia, plana, squamosa. (Folia 2-3-ternatim secta. Flores racemosi. — *Europa orient., Sibiria, America bor*) . . . . *Cimicifuga. L.

B. Corolla nulla. Calyx petaloideus, regularis, 4-5-sepalus. (*Actaea, Linn.*)

1. *Stamina omnia fertilia.* Carpella 00, sicca, indehiscentia, 1-sperma. Semen erectum. (Folia palmato-lobata. Habitus et fruct. Ranunculi, flores Thalictri. — *America bor.*) . . . . *Trautvetteria. Fischer et C. A. Meyer.
2. — *exteriora sterilia,* dilatata, numero indefinita. (Folia 2-3-ternatim secta, flores racemosi.)
   - a. — — *per paria connata et antheris 2 sterilibus terminata.* Carpella 3-8, sicca, dehiscentia, 00-sperma. Semina plana, squamosa, verticalia. — (*Dahuria, Himalaya.*) . . . . *Actinospora. Turcz.
   - b. — — *distincta, antherae rudimento terminata.* Carpellum siccum, solitarium, dehiscens, 00-spermum. Semina Actaeae. — (*America bor.*) . . . . *Botrophis. Rafin.
   - c. — — *distincta, antheris destituta.* Carpellum baccatum indehiscens, solitarium, 00-spermum. Semina horizontalia, compresso-angulata, laevia. — (*America bor., Europa, Japon.*) . . . . Actaea. Fisch. et Meyer.

II. DILLENIACEAE.

A. Staminum filamenta (filiformia aut complanata) **apice dilatata** v. plus minus incrassata et utrinque antherae loculos discretos gerentia. . . . . — **Tribus I. *DELIMACEAE. DC.***

I. Stamina indefinita (saltem numerosa).

A. Fructus baccatus v. pericarpio crasso praeditus.

I. *Ovaria* 6-00-ovulata. Flores racemosi.

a. Ovaria 1-2. Baccae totidem polyspermae. Sepala 4-5. Petala 4-5. (Frutex scandens. — *China, Cochinchina.*) — Trachytella. DC. †

b. Ovarium unicum, oblongo-pyramidatum, 3-gonum, angulo uno barbatum, 1-loculare, 6-ovulatum. Sepala circiter 13. Pet. 3. Filam. apice parum incrassata. (Frut. non scandens? — *Brasilia.*) . . . . — * Empedoclea. St. Hil.

II. *Ovaria* 2-1-ovulata. Stigmata peltata. (Frutices *Australi-Americani.*)

a. Sepala 5. Pet. 3-5. Ovarium 1. Bacca indehiscens, 2-1-sperma. (Frutices, saepe sarmentosi; flores axillares et? termin.) . . . . — Doliocarpus. Roland.

b. — 3. Pet. . . . . Ovaria 2, breviter stipitata, globosa, ad medium usque inter se connata, 2-1-ovulata. Bacca didyma, 2-locularis, loculis globosis 1-spermis. Semen erectum. . . . . — * Pinzonia. Zuccar.

B. Fructus capsularis, siccus.

a. Ovarium unicum. Stylus 1. Stigma capitatum. Capsula membranacea, 2-valvis, 1-locularis, 2-? v. 1?-sperma. Sepala 5. Petala 4-5. (Flores interdum abortu dioici. Frutices scandentes. — *India or., America austr.*) . . . . . . — Delima. L.

b. Ovaria plura (rarius 1.). Styli totidem persistentes. Carpella matura 1-2-sperma.

1. *Flores* ☿, *dioici v. polygami. Ovaria* (3-6; 1-*locularia*) 3-5-*ovulata*. Stigmata capitata, angulosa. Capsulae 3 (rarius 4-6), latere interiore dehiscentes, 1-valves, 1-2-spermae. Antherae extrorsae. Sepala 5 (rarius 4-6). Petala 3. — (Arbores v. frutices, interdum scandentes. — *India or., Nov. Zeeland., America austr.*) . — Tetracera. L.

2. *Flores* ☿. *Ovaria* 2-*ovulata*. Semina arillata. Stigmata peltata, umbilicata.

α. *Antherae extrorsae.* Capsulae 1-3, indehiscentes aut maturitate a seminibus discissae, sepalis interioribus magnis concavis crustaceis valvaeformibus inclusae. Sepala 5. Petala 5. (Frutices, saepe sarmentosi, volubiles. — *Brasilia.*) . . . . — Davilla. Vand.

β. *Antherae introrsae.* Capsulae 2, globosae, hispidae, basi subcoalitae et in pedicellum brevem communem attenuatae, facie dehiscentes. Sepala 4-5. Petala 4-5. (Arbusculae. — *America austr.*) . . . . — Curatella. L.

II. Stamina definita, 10. Sepala 5. Petala 5. Ovaria 2, globosa, glabra. Styli filiformes, breves. Stigmata capitata. (Frutices. Flores subracemosi. — *Mexico.*) . . . . — Recchia. Moc. et Sessé.

B. Staminum filamenta apice non dilatata. Antherae elongatae, adnatae, loculis subcontiguis. . . . . — **Tribus II. *DILLENIEAE. DC.***

I. Stamina (unilateralia) exteriora sterilia, squamiformia. Sepala 5. Petala 5, quorum 2 paulo remotiora. Ovaria 2, villosa. Capsulae 2, 1- v. oligospermae. Semina arillata. (Suffrutices, aut oppositifolii *Madagascarienses*, aut alternifolii *Novae-Hollandici.*) . . . . — Hemistemma. Juss.

II. Stamina vel omnia fertilia, vel rarius nonnulla abortientia, at non squamiformia.

A. Stamina libera (v. obsolete et nonnisi ima basi cohaerentia).

† *Stamina aequalia aut subaequalia.*

a. Stamina unilateralia (nec verticillatim ovaria circumdantia) 5-20. Sepala 5. Pet. 5. Ovaria 2 (rarius 1). Styli filiformes. Carpella membranacea 2-1-sperma. (Suffrutices. Flores ad ramorum apices solitarii. — *Nova Holland.*) . . . . — Pleurandra. Labill.

b. — *in verticillum ovaria circumdantem disposita.*

‡ Stamina definita, non ultra 15.

α. *Stamina* 10, *filam. planis, antheris longitudinaliter dehiscentibus. Petala* 5. Ovaria 2. Styli recti, e basi conica subulati. Capsulae 2, membranaceae, 1-spermae? (Suffrutices. Flores terminales 1-2, sessiles. — *Nov. Holland.*) . . . . — Adrastaea. DC.

β. *Stamina* 15, *filam. brevibus, antheris apice 2-porosis.* Petala 5. Ovaria 3, distincta, 2-ovulata. Capsulae 3, uniloculares. (Herba acaulis, foliis et pedunc. radicalibus, florib. racemosis. — *Ind. or.*) . . . . . — ?* Acrotrema. Jack.

γ. *Stamina* 7-10, *filamentis basi crassissimis apice attenuatis. Petala nulla.* Ovaria 2-3. Styli subulati. Fructus . . . . (Suffrutex aphyllus, Ephedrae facie, ramis compressis margine dentatis, flores 1-2, e denticulorum axillis orti. — *Nov. Holl.*) . . . . — Pachynema. R. Br.

‡‡ Stamina indefinita (saltem ultra 15).

✤ Sepala 17, imbricata, persistentia. Petala 5, decidua. Stamina 00, pluriserialia, filamentis brevibus, antheris linearibus, apice 2-porosis. Ovaria 00, basi connata, 00-ovulata, in stylos stellatim divaricatos attenuata. Stigmata obtusa. (Arbor. Petioli alati. Pedunculi oppositifolii, 1-flori; flores magni, speciosi. — *Ins. Philippin.*) . . . . — * Reifferscheidia. Presl.

✤✤ Sepala 5, rarius 4-8, nec plura. Antherae (omnium?) longitudinaliter dehiscentes.

α. *Fructus capsulares, dehiscentes.*

1. *Semina exarillata.* Ovaria 1-15 (saepius 2-5). Styli divergentes. Carpella membranacea, 1-2- (rarius 00-) sperma. Sepala 5. Petala 5. — (Suffrutices. Flores terminales, solitarii. — *Nova Hollandia.*) . . . . — Hibbertia. Andr.

2. — *arillata* (aut rarius pulpa basi praedita).

aa) *Petala nulla.* Sepala 4-6-8. Stamina hirsuta, antheris longit. dehiscentib. Styli 3-4. Capsula setosa, 4-valvis, 1-sperma. — (*Brasil.*) . . . . — * Dasynema. Schott.

bb) *Petala* 5, *decidua.* Sepala 5, persistentia.

* Capsula (solitaria?) sub-1-sperma. Calyx 2-bracteatus. Stylus . . . . ? Semen arillatum. — (*Brasilia.*) . . . . — * Othlis. Schott. †

** Carpella (plura, intus dehiscentia) 8-12-sperma. Pulpa s. arillus ad basin seminum. Ovaria 5 distincta. Styli filiformes. Stigmata emarginata. (Arbores v. frut. subscandentes. Stipulae magnae, deciduae. Pedunculi racemosi aut paniculati ad apicem ramorum oppositifolii. — *Ceylon, Madagascar, Nov. Holland.*) . . . . — Wormia. Rottb.

β. *Fructus carnosus (indehiscens?)* conflatus e carpellis 10-20 in pericarpium continuum 00-loculare coalitis, loculis 00-spermis. Styli radiatim divergentes, superne per totam longitudinem papilloso-stigmatosi. Calyx 5 sepalus, fructifer demum valde ampliatus. Petala 5, persistentia. (Arbores. Pedunculi 1-pauciflori. — *India or.*) . . . . — Dillenia. L. DC.

†† *Stamina seriei interioris exterioribus multo longiora.* Calyx persistens. Petala 5, decidua. Ovaria 4-8 v. plura coalita in fructum subglobosum, 00-locularem, loculis 00-spermis. Styli totidem, divergentes.

a. Sepala 5-6. Antherae lineares, apice poris 2 dehiscentes, seriei interioris subvacuae. Semina pulpa glutinosa pellucida obvoluta. (Arbor. Flores laterales. — *Ind. or.*) . . . . — Colbertia. Salisb.

b. — 5. Antherae . . . . ? Semina (nuda?) duplici serie margini affixa. Carpella submembranacea, intus dehiscentia. — (*Java.*) . . . . — * Capellia. Blume.

B. Stamina polyadelpha, adelphiis 4-5-andris ante petala positis. Sepala 5, persistentia, mucronata. Petala 5. Carpella 3-6, ovata, intus dehiscentia, 2-sperma. (Frutices. Flores ad ramorum apices solitarii. — *Nov. Holl.*) . . . . — Candollea. Labill.

III. MAGNOLIACEAE.

† **Genuinae:** Flores hermaphroditi, rarissime dioici v. polygami. Carpella 00, verticillata aut spicata, distincta, rarius connata in fructum 00-locularem, loculis 2-spermis. Semina carpellorum angulo interno, aut axi fructus centrali persistenti affixa.

A. Ovaria simplici serie verticillata (rarissime abortu solitaria) distincta, 1-locularia, pluriovulata, ovulis carpelli suturae affixis, suspensis. Stigmata simplicia, sessilia aut subsessilia. Semina cum vel absque arillo. Sepala interdum persistentia. Petala aut numero definita (2-5) et 1-seriata, aut indefinita (usque ad 30) et pluriseriata. Stamina brevia. (Arbores v. frutices. Folia pellucido-punctata. Stipulae deciduae aut (ex St. Hil.) nullae.) . . . . **Tribus I. *WINTEREAE. R. Br.***

I. Flores hermaphroditi.

a. Carpella capsularia, lignoso-coriacea, stellatim disposita, superne dehiscentia, 1-sperma. Sepala 3-6 distincta, petaloidea, decidua. Petala 9-30. Antherae oblongae, emarginatae. — (*Florida, China, Japon.*) . . . . Illicium. L.

b. — *baccata* (indehiscentia?). Sepala coalita in calycem integrum aut 2-3-partitum, rarius libera.

1. *Calyx 3-fidus. Petala 18, linearia, longissima.* Baccae (ut ovaria) 2, — an distinctae? Semina arillata. Antherae globosae. — (*Chili.*) . . . . Temus. Mol.

2. — *integer aut 2-3-partitus v. 2-3-sepalus. Petala 6.* Baccae (ut ovaria) 4 aut plures. Semina 4 v. plura. Arillus? . . . . Antherarum loculi filamentis apice incrassatis interstincti, divergentes, extrorsi. (Stipulae valde deciduae (ex St. Hil. nullae.) — *Mexico. America merid., Ins. oceani pacif.*) . . . . Drimys. Forst.

II. Flores dioici v. polygami: ♂: Stamina 00, cum vel absque rudimento pistilli. ♀: Sepala 2 petalaque 2-5 decidua. Fructus membranaceus, 00-spermus. Semina 2-seriata?, subhorizontalia, incurva. — (*Nova Holland., Nov. Zeeland.*) . . . . Tasmannia. R. Br.

B. Ovaria 00, secus axin plus minus elongatum (gynophorum) spicata, 1-locularia distincta aut coalita, 1-2- v. rarius pluriovulata. Ovula carpellorum angulo interno (suturae) affixa, adscendentia aut suspensa. Styli breves, stigmata simplicia. Arillus? . . . Sepala decidua. Petala 3-27. Stamina plerumque brevia, antheris oblongis v. linearibus. — (Arbores aut frutices. Folia opaca, raro pellucido-punctata. Stipulae deciduae.) . . . . **Tribus II. *MAGNOLIEAE. DC.***

I. Carpella dehiscentia aut demum a gynophoro secedentia, non alata. (Folia integra et integerrima.)

a. Carpella distincta. Calyx 3-sepalus, petaloideus. Petala 00-serialia.

1. *Carpella plus minus laxe spicata,* margine dehiscentia, semibivalvia, 00-ovulata. Calyx bractea spathacea latere dehiscente decidua cinctus. Petala interiora minora.

α. *Petala* 6-15. Capsulae subbaccatae, coriaceae, plures saepe abortientes, unde laxe spicatae videntur. (*Flores axillares. — India or., Ins. Mauritii.*) . . . . Michelia. L.

β. — 9. Capsulae, subimbricatae? (Flores terminales. — *Java.*) . . . . * Manglietia. Blume.

2. *Carpella dense spicata,* capsularia, in conum congesta (tamen non coalescentia), imbricata, singula angulo exteriore dehiscentia, 2-valvia, 1-2-sperma. Semina ope funiculi longissimi extra capsulas pendentia. Petala 6-12-00. Antherae extrorsae. (Flores terminales. — *America bor., Mexico, China, Jap., Ind. or.*) . . . . Magnolia. L. DC.

b. Carpella coalita in fructum strobiliformem, lignosum, 00-locularem, loculis 2-spermis.

1. *Calyx 1-phyllus, spathaceus.* Petala circiter 28. Filamenta subulata. Antherae extrorsae. Carpella demum irregulariter ab axi decidua, intus bifida. — (*Java.*) . . . . * Aromadendron. Blume.

2. — *3-sepalus.* Petala 6-12. Antherae subsessiles, introrsae. Fructus irregulariter dehiscens, fragmentis valde inaequalibus, receptaculo centrali (axi) demum superstite, libero, clavato, Phalli esculenti ad instar favoso et in singula foveola semina 1-2 pendula gerente. — (Flores terminales. — *America merid., Ins. Molucc., Java.*) . . . . Talauma. Juss.

II. Carpella indehiscentia, samaraeformia (singula sc. apice in alam membranaceam producta) distincta, sed in strobilum conicum dense spicato-congesta, imbricata, sicca, 1-sperma, demum ab axi decidua. Petala 6, campanulato-conniventia. Antherae et filamenta longa, loculis lateralibus subintrorsis. Stigmata globosa, sessilia. (Arbor, foliis lobatis, floribus terminalibus, solitariis, magnis, 2-bracteatis — *America borealis.*) . . . . Liriodendron. L. DC.

†† **Genus desciscens** (ex ordine repellendum?): Flores dioici; ♀ Germen simplex (conflatum ex ovariis 3-5 perfecte coalitis) profunde 10-costatum, stylis 3-5 terminatum, *1-loculare. Ovula numerosissima placentis 3-5 parietalibus affixa* (ex St. Hil.). — ♂: Calyx 3-partitus v. 3-sepalus. Petala 9-12. Stamina 00, antheris lineari-oblongis, 4-gonis. — (Folia alterna, impunctata, stipulata. Flores axillares. — *Guiana, Brasilia.*) . . . . . Mayna. Aubl.

IV. ANONACEAE.

† **Genuinae:** sc. calyce 3-partito aut 3-sepalo, petalis 6 v. 3, duplici (rarius unica) serie dispositis, seriei utriusque aestivatione valvata (rarissime nulla). Stamina hypogyna, toro plus minus convexo inserta.

A. Carpella coalita, 1-locularia aut ovarium unicum. Calyx 3-partitus v. 3-fidus, rarius 10-sepalus.

I. Fructus bacciformis, 00-locularis, loculis 1-spermis. Semina erecta. Calyx deciduus. Stamina 000.

a. *Petala* 6 *distincta, aptera.* Torus crassissimus, hemisphaerico-conicus. Styli liberi, rarius coaliti v. nulli. — (*America trop., Africa, Ind. or.*) . . . . Anona. (L.) ALPH. DC.

b. — 6 *coalita in corollam globosam apice breviter 6-lobam, lobis exterioribus inferne productis in alas 3 obtusissimas intus concavas.* Torus cylindricus v. hemisphaerico-conicus. Styli coaliti. — (*Amer. trop.*) . . . . *Rollinia. ST. HIL.

II. Fructus cartilagineus, oblongus, apice breviter 5-lobus, 5-locularis, loculis ad basin fructus 2-spermis. Calyx? (an potius corolla, calyce jam delapso?) tubulosus, 3-fidus, coriaceus, persistens. — (*India or.*) . . . . * Lobocarpus. WIGHT et ARNOTT.

III. Ovarium unicum, 1-loculare, subglobosum, 2-ovulatum? Stylus 1, apice incrassatus. Stigmata 5, obovata, radiatim disposita. Sepala 10, biserialia. Petala 10, squamiformia, obcordata. Stamina 5, sepalis exterioribus opposita; antherarum loculi distantes, longitudinaliter dehiscentes. — (Fructus ignot. — *Ins. Philippin.*) *Henschelia. PRESL.

B. Carpella distincta, (rarissime vix basi subcoalita; cfr. Comment., obs. ad Guatteriam.)

I. Petala aut omnia aut interiora tantum vario modo inter se coalita v. cohaerentia.

A. Petala 6 aut 3, basi coalita in corollam tubulosam v. campanulatam.

1. *Corolla apice 6-loba.* Stamina numerosissima. Torus convexus. Carpella baccata, 00-sperma, semina 2-seriata. — (*Africa, Madagasc.*) . . . . *Hexalobus. ALPH. DC.
2. — — *3-loba.* Stamina 12? Torus ovoideus. Ovaria 2-ovulata, ovulis superpositis. — (*Ind. or.*) *Miliusa. Lesch. ALPH. DC.
3. *Petala 6, exteriora 3 linearia, sepalis consimilia,* distincta?, interiora multo majora, petaloidea, inferne connata. Stamina 00. Torus convexus. — (*Ind. or.*) . . . . *Hyalostemma. WALL. †

B. Petala 6, aequalia, unguibus latis basi connatis, laminis cordato-sagittatis distinctis. Stamina 00, antheris subsessilibus subtrigono-cuneatis apice glandulosis. Ovaria 00, 1-sperma?, tori tuberculis pubescentibus insidentia. — (*Brasil.*) . . . . *Cardiopetalum. SCHLECHT. †

C. Petala 6, exteriora minora distincta, interiora laminis cordatis apice calyptratim cohaerentia, unguibus distinctis. Stamina definita, filamentis brevissimis, saepe sterilibus. Torus subconvexus. Ovaria 3-00, 2-ovulata. Stigmata libera. Carpella sessilia, baccata, 1-2-sperma. — (*Asia merid.*) . . . . . *Orophea. BLUME.

II. Petala distincta.

A. Stamina definita (6) petalis opposita. (Calyx nunc 3-partitus, nunc subinteger cupulaeformis. Petala 6. Ovaria 3, 1-locularia, 5-8-ovulata. Styli liberi aut 0. Baccae 1-3, subexsuccae, breviter stipitatae, abortu 3-spermae. Semina horizontalia, arillata. — (*Brasilia.*) . . . . *Bocazea. ST. HIL.

B. Stamina indefinita (plerumque numerosissima).

‡ *Ovarium unicum,* ovatum; stigmate sessili coronatum. Bacca laevis, subglobosa, 1-locularis, 00-sperma. Semina in pulpa nidulantia. Calyx 3-sepalus. Petala 6. Antherae subsessiles. — (*Ins. Antill., Nov. Holland.*) . . . . Monodora. DUNAL.

‡‡ *Ovaria plura* (plerumque numerosa, indefinita).

a. *Ovaria ovulis ultra 2 (sc. 4-6 v. plerumque numero indefinito) gravida.*

1. Torus convexus, planus, aut obsoletus (nec concavus).

α. *Carpella sessilia aut subsessilia.*

* Ovaria 6-ovulata, ovulis adscendentibus. (Stigmata terminalia, pedicellata, pezizaeformia. Torus conicus. Sepala 3. Petala 6. — (*Brasil.*) . . . . * Trigynaea. SCHLECHT. †

** — numero indefinito multi-ovulata, ovulis 2- v. 1-seriatis superpositis. Torus... Antherae subsessiles. Petala 6.

aa. *Carpella* (3, *rarius plura*) *baccata.* Calyx 3-partitus. Petala (patentia) interiora minora. — (*Pensylvania — Mexico.*) . . . . Asimina. ADANS. †

bb. — (3-6) *coriacea vix subcarnosa* (cylindrica, subtorulosa). Calyx sub-3-partitus. Petala interiora paulo majora. — (*Peruvia.*) . . . . Porcelia. RUIZ et PAV. †

β. *Carpella stipitata.* Calyx 3-partitus (in Unona rarissime 4-lobus).

* Carpella baccata, carnosa, ovato-globosa, 00-locularia. Semina 2-seriata (arillata?). Calycis laciniae ovatae, cordatae. Petala 6. — (*India or., Guinea, Guiana.*) . . . . Uvaria. (L.) DUN.

** — sicca (?) indehiscentia, elongata, isthmis transversis secundum longitudinem 00-locularia s. plus minus moniliformia, articulis 1-spermis (rarissime 2-sp.). Semina exarillata. Petala 3 v. 6. — (*India or., Madagascar.*) . . . . Unona. (L.) ALPH. DC.

*** — elongata, cylindrica, subventricosa s. torulosa, longitudinaliter striata, demum 00-locularia, loculis 1-spermis. Semina arillata, suberecta. Petala 6, interiora minora. — (*America trop., Africa.*) . . . . *Habzelia. ALPH. DC.

2. Torus concavus, cyathiformis v. cupuliformis, sc. medio profunde excavatus, ambitu autem elevatus, interne ovaria, externe stamina gerens. Carpella stipitata. Petala 6.

α. *Semina exarillata,* numero indefinito, superposita, obscure 2-seriata. Stigmata penicilliformia. — (*Africa occidentalis, America trop.?*) . . . . *Coelocline. ALPH. DC.

β. *Semina arillata,* 1-4, obliqua v. suberecta, 1-seriata. Styli in columnam triquetram coaliti Stigmata terminalia stylis vix distincta. — (*America aequinoct.*) . . . . Xylopia. P. BROWN.

b. *Ovaria 2-1-ovulata, 1-locularia, stipitata. Petala* 6.

1. Torus convexus v. apice interdum planus (nec tamen unquam concavus).

* *Semina erecta.*

α. Carpella longitudinaliter introrsum dehiscentia, basi 2-sperma. Semina exarillata. Petala subclausa. Stigmata obtusa in discum connata. — (*America austr. trop., Java.*) . . . . *Anaxagorea. ST. HIL.

β. Carpella indehiscentia, baccata, basi 2-1-sperma. Semina exarillata. Petala supra basin constricta. Stigmata obtusa, connata. — (*Asia trop.*) . . . . *Artabotrys. R. BR.

γ. Carpella indehiscentia, capsularia, lignosa, crassa, basi 1-sp. Arillus . . . . ? Torus magnus sublignosus, cylindrico-globosus, costatus, transverse bipartitus. Calyx extus squamulis tectus. (*Brasilia.*) *Duguetia. ST. HIL.

** *Semina oblique v. horizontaliter sibi incumbentia.* Carpella indehiscentia, stipitata aut subsessilia, globosa aut ovata (baccacea?) 2-sperma. Calyx 3-partitus v. subinteger. Petala plerumque clausa, inaequilonga. Torus . . . . ? — (*Java.*) . . . . *Polyalthia. BLUME.

2. Torus crassus, cupulaeformis v. subcylindricus, apice cavus. Baccae indehiscentes. Semen erectum (exarillatum?). Ovaria 00, 1-ovulata. Styli connati, stigma angulato-capitatum. Calyx 3-partitus, deciduus. — (*America austr. et Asia trop.*) . . . . Guatteria. RUIZ et PAV.

†† **Genus desciscens:** Calyx basi germini adnatus, ubique clausus (divisionis secundum longitudinem ne vestigium quidem offerens) demum medio circiter circumscissus et delapsa parte superiore calyptraeformi marginem exhibens subintegrum v. irregulariter lacerato-dentatum. Petala 0. Stamina perigyna! exteriora antherifera; interiora sterilia, petaloidea, imbricata. Ovarium 00-loculare (loculis 00-ovulatis) apice planiusculo tot stigmata quot loculos gerens. Bacca polysperma. (Frutex, foliis alternis, exstipulatis, impunctatis, pedunculis axillarib. 1-floris. — *Nov. Holl.*) . . . . *Eupomatia. R. BR.

V. MENISPERMACEAE.

A. Folia simplicia, penninervia. Flores unisexuales, nunquam apetali. Ovaria numerosa, 1-locularia, 2-ovulata. Carpella distincta, baccacea, in receptaculo demum saepius elongato capitata v. spicata, 2-1-sperma. Albumen carnosum, haud rimosum. Embryo rectus, radicula infera aut centrifuga. . . . . **Tribus I. *SCHIZANDRACEAE.***

I. Carpella sessilia, receptaculo conico insidentia, „in fructum unicum agglomerata“ (nec spicata) 2-sperma. Calyx 3-bracteatus, 3-sepalus. Petala 9-12, seriebus 3-4 disposita. ♂: Stamina 00, filamentis brevissimis, discum hemisphaericum obtegentibus. (Frutex scandens, floribus monoicis, pedunculis axillaribus confertis 1-floris. — *Java.*) . . . . *Sarcocarpon. Blume.

II. — omnino discreta, in receptaculo elongato (rarius conico) spicata, rarius capitata.

a. Antherae distinctae in foveolis disci incrassati hemisphaerici sessiles v. subsessiles. (Flores monoici v. dioici.)

1. *Petala breviter unguiculata* (circiter 9 ex Blume, 3 ex Lindl.). Calyx bracteatus, 3-sepalus ex Bl. (6-sep., ex Lindl.). Filamenta in globum connata, cuius foveolis antherae immersae. Carpella longe spicata. Semina reniformia. (Frutices volubiles. Pedunculi axillares 1-flori. — *Asia tropica.*) . . . . *Sphaerostemma. Blume.

2. — *sepalis conformia*, 6-9, duplici v. triplici serie disposita. Sepala 3. Stamina 5-00, filamentis brevissimis carnosis aut subnullis. Stigmata sessilia, carnosa, oblongo-clavata, medio affixa, utrinque libera. Baccae 2- v. abortu 1-spermae, capitatae aut spicatae. (Arbores v. frutices, saepe volubiles, floribus axillaribus subsolitariis. — *India orient.*, *Japonia.*) . . . . Kadsura. Juss.

b. Antherae 5 subsessiles, apice supra loculos connatae, inferne contiguae. Sepala 6, duplici serie disposita. Petala (sepala interiora petaloidea, auct.) 3. Baccae 1-spermae, in receptaculo oblongo spicatae. (Suffrutex subscandens. — *America bor.*) . . . . Schizandra. Michx.

B. Folia simplicia, plerumque (basi saltem) **palmatinervia,** saepe cordata aut peltata. Carpella 1- rarissime 2- nec unquam 00-sperma. Albumen 0, rarissime parcum carnosum. Embryo curvatus aut periphericus, radicula supera. . . . . **Tribus II. *MENISPERMEAE.***

I. Flores aut polygami, aut omnes unisexuales.

A. Flores utriusque sexus petaliferi.

† ***Stamina plura.*** (Frutices volubiles, rarissime — v. g. Cissampeli spec. nonnullae, — non scandentes.)

a. Stamina aut omnia aut pro parte coalita. (Flores — an semper? — dioici.)

1. *Filamenta monadelpha, coalita in columnam apice 4-antheriferam;* antherae sessiles, 1-loculares transverse dehiscentes. Petala flor. masc. 4, coalita in corollam cupulaeformem v. campanulatam 4-fidam, rarius libera; flor. fem. petalum unicum, sepalo etiam unico oppositum. Stylus 3-fidus. Drupa putamine semibiloculari, 1-sperma. Albumen parcum. (Folia alterna, racemi axillares, saepe ramosi. — *America et Asia trop., Cap. b. sp.*) Cissampelos. Linn.

2. *Stamina 5, basi tantum coalita*, petalis alterna; antherae 2-loculares. Calyx 5-partitus. Corolla 5- (in flor. ♀ saepe 6-) partita. Ovarium simplex 1-spermum. Stigma sessile, radiato-emarginatum. (Folia subopposita, corymbi axillares. — *Java.*) . . . . *Jodes. Blume.

3. *Stamina 6, quorum 3 interiora basi coalita, exteriora distincta.*

α. *Stamina omnia fertilia*, antheris bilobis. Flores masc. 6-sepali, 6-petali. (Flor. femin. ignoti.) Nuces 8, stipitatae, verticillatae, 1-spermae. Albumen 0. Embryo spiralis. — (*Madagascar.*) . . . . Spirospermum. Pet. Th.

β. — *3 exteriora (quae petalis alterna) sterilia.* Sepala 3. Petala 3, coriacea, villosa, apice reflexa. Flor. fem.: Stamina 6 sterilia. Carpella 3, drupacea, 1-sperma, semibilocularia; semen utrumque loculum occupans. — (*America trop.*) . . . . Trichoa. Pers.

b. Stamina distincta. Carpella drupacea.

1. *Putamen 1-2-loculare. Ovaria circiter* 12 (1-ovulata?) singula stylo brevi subulato terminata. Drupae plures, clavatae, stipitatae. Sepala 6. Petala 3. Nectarium 5-phyllum. ♂: Stamina 6, quorum alterna breviora. — (*India orient.*) . . . . *Tiliacora. Colebr.

2. — 1-*loculare. Ovaria* 1-6. Drupae distinctae, 1-spermae.

α. *Stamina numerosa,* subindefinita, 12-24, pluriseriata, filamentis longis, antheris 4-lobis. Sepala 6-12, seriebus 2-4 disposita. Petala 6-8, duplici serie disposita. ♀: Ovaria 2-4, monostyla, stylis apice subbifidis. — (*America et Asia bor.*) . . . . Menispermum. Tourn.

β. — 5, petalis basi adglutinata. Calyx 4-5-fidus. Petala 4-5. ♂: annulus membranaceus, brevis 5-dentatus, ovarium sterile didymum cingens. ♀: Ovaria 2. Stigmata 2. Drupae 2 v. 1, reniformes, compressae, baccaceae. (Flores quandoque ☿. — *Java.*) . . . . *Meniscosta. Blume.

γ. — 6. Sepala 2-3-serialia.

* *Ovaria* 3. *Styli indivisi.* Drupae 3-1, obovatae. Semen foramine magno perforatum. Embryo inversus. Cotyledones foliaceae dense perforatae. — (*Ceylon.*) . . . . *Coscinium. Colebr.

** *Ovaria* 3-6. *Styli apice saepe 2-fidi.* Drupae 1-6, reniformes. Semen et cotyledones imperforatae. — (*Ins. Sandwic., America, Asia et Africa trop.*) . . . . Cocculus. (Bauh.) Colebr.

†† ***Stamen unicum;*** anthera peltata, transverse dehiscens. Sepala 6-9, 2-3-serialia. Petala 3-4. Ovarium unicum. Stigmata 3-5, acuta. Drupa 1-sperma, obovata v. reniformis. (Sepala florum ♀ nonnisi 3-4. — Flores dioici. — *India or., Java.*) . . . . *Clypea. Blume.

B. Flores utriusque sexus apetali. Stamina monadelpha. Carpella 1-sperma. Fructus drupacei.

1. ***Drupae distinctae, 1-loculares.*** Sepala 6, duplici serie disposita.

a. Stamina 6, *filamentis filiformibus basi tantum leviter coalitis,* (in flor. ♀ sterilia). Drupae 1-2, dissepimento spurio incompleto semibiloculares. Semen hippocrepicum, utrumque loculum occupans. (Caetera Cocculi. — *America tropica.*) . . . . Abuta. Aubl. †

b. — numerosa, coalita in columnam centralem, apice dilatato antheras in globum collectas gerentem. Drupae 1-3. Semen globosum, ad hilum profunde excavatum. Albumen carnosum. (Bracteolae 2 calyci adpressae. — *India or.*) . . . . *Anamirta. Colebr.

2. ***Drupa 3-4-locularis*** (e carpellis 3-4 coalitis conflata). Sepala 10, duplici serie disposita, basi coalita. ♂: Antherae 5, tubo filamentorum extus affixae et in annulum fere connatae, 2-loculares. Ovarium semi-inferum, 3-4-loculare, loculis 1-ovulatis. Stigmata 3-4, persistentia. Embryo inversus. Albumen 0. — (*Java.*) . . . . *Gynostemma. Blume.

C. Flores feminei (soli) apetali. Flores dioici; ♂: Sepala, petala et stamina 6 distincta; ♀: sepala 4, minima. Stigma 4-fidum. Drupa compressa, rotunda, 1-sperma, putamine pertuso armillaeformi. (Frutex volubilis, habitu Menispermi v. Cocculi. — *Cochinchina.*) . . . . Pselium. Lour.

II. Flores hermaphroditi, apetali. Sepala 4. Stamina 24, libera. Carpella 4, coalita in germen 4-sulcatum, stylo terminatum, stigmatibus 4, patentibus. (Frutex scandens. — *Nova Hispan.*) . . . . Agdestis. Moc. et Sesse. †

C. Folia palmato- v. peltato-composita. Carpella 00-sperma (rarissime 1-sperma). Flores dioici v. polygami. Stamina florum masc. 6, plus minus coalita, monadelpha, florum fem. totidem sterilia. ♀: Styli 0. Ovaria 3 v. pauciora, rarius 3-6. Baccae aut drupae distinctae. . . . . **Tribus III. *LARDIZABALEAE. DC.***

1. ***Baccae 3-6,*** carnosae, oblongae, 6-*loculares, loculis* 00-*spermis.* Sepala 6-9, 2-3-serialia. Petala 6, 2-serialia. Tu'us staminum cylindricus. — (*America australi-occid.*). . . . . Lardizabala. Ruiz. et Pav.

2. ***Folliculi*** 3 v. pauciores sessiles, carnosi, *intus longitudinaliter dehiscentes, 1-loculares, 00-spermi.* Calyx 6-partitus aut 6-sepalus, sepalis 2-seriatim alternis. Petala nulla. ♂: Stamina basi glandula filamentis adnata stipata. — (*India or., China.*) . . . . Stauntonia. DC.

3. ***Drupae 3, monospermae,*** substipitatae, nucleo falcato papilloso viscoso. Sepala 6 petalaque totidem conniventia. ♂: Staminum filamenta crassa, basi connata. — (*Madagascar.*) . . . . Burasaia. Pet. Th.

VI. BERBERIDEAE.

Tribus I. *BERBERIDEAE VERAE.*

I. Germen 1-loculare. Albumen carnosum aut subcorneum. Embryo rectus. Cotyledones planae. Petala aequalia, rarius 0.

A. Flores completi.

I. Fructus carnosus v. coriaceus (bacca) indehiscens. Petala 6. Stamina 6

A. Calyx bracteis stipatus. Sepala 6 (rarius 5), 2-seriata (vel, si bracteae pro sepalis habendae, sepala 9, triplici serie disposita). Bacca carnosa.

1. *Stigma (sessile aut subsessile) peltato-orbiculatum, integrum.* (Frutices plus minus spinosi. Flores lutei, plerumqne racemosi.) — *(Berberis, Linn., Juss., Hook.)*

   a. Petalorum ungues intus basi 2-glandulosi. Staminum filamenta apice (plerumque) edentula. Styli interdum conspicui. Ovarium 2-4-ovulatum. Bacca 1-4-sperma. Bracteae 2-3, coloratae. (Folia simplicia, raro pinnata. — *Patria diffusa.*) . . . . . Berberis. DC.

   b. Petala basi eglandulosa (attamen nectarifera, ex Nutt.). Filamenta apice utrinque 1-dentata. Stigma sessile. Bacca 3-9-sperma. (Folia impari-pinnata. Flores racemosi. — *America bor., Japon., Napal.*) . . . . . Mahonia. Nutt.

2. *Stigma stylo brevi, persistente stipitatum, 3-gonum.* Bacca exsucca, 2-sperma. Sepala 6. Bracteae 00, imbricatae. Petala et filamenta (brevissima) nuda. — (Frutex inermis. Folia decomposita. Flores paniculati, albi. — *China, Japonia.*) . . . . . Nandina. Thunb.

B. Calyx nudus (bracteae 0) 3-sepalus. Staminum filamenta brevia, edentula. Stigma subsessile, capitatum. Bacca subglobosa, 2-3-sperma. (Herba foliis subreniformibus, saepe 2-lobis. Flores albi, corymbosi. — *America boreal.*) . . . . . ? Diphylleia. Michx.

II. Fructus membranaceus (folliculus). Petala intus basi squamigera. Stylus lateralis, stigma simplex.

A. Folliculus vesicarius, basi 3-4-spermus. Sepala 6. Petala 6. Stamina 6. (Folia pinnatim v. ternatim secta. Racemi simplices aut compositi. Flores flavi. — *Leontice, Linn., DC.)*

1. *Folliculus* valde inflatus, nunquam rumpens, cavo enim a seminibus non toto repleto. — (*Europa austr., Asia occid.*) Leontice. Michx.
2. — parum inflatus, demum rumpens. — (*America bor., Russia, Sibiria.*) . . . . . Caulophyllum. Michx.

B. Folliculus siliculaeformis, 2-valvis, 00-spermus.

1. Nectaria petaloidea petalis opposita concava aut saepius cuculli- v. calcariformia.
   a. — cava, calcariformia. Sepala, petala et stamina 4. Calyx basi bibracteatus. (Folia 1-3-ternatim-secta. Racemi nunc compositi, nunc pauciflori. Flores rubri, purpurascentes v. albi. — *Europa, Persia, Japonia, Ind. or.*) . . . . . Epimedium. Bauh., Morr. et Decaisne.
   b. — concava, spathulata, nec calcarata. Sepala 6. Petala 6, reflexa, concava, apice cucullata. Stamina 6. Calyx 2-bracteolatus. (Herba, foliis 3-ternatis. Flores racemosi-albi. — *America bor.*) . . . . . Vancouveria. Morr. et Dec.
2. — 4, plana, petaliformia (nec cava, nec calcariformia). Sepala, petala et stamina 4 (rarissime abortu 3). — (Herba, foliis bifoliolatis, pedunculis paucifloris. Flores albi. — *Japonia.*) . . Aceranthus. Morr. et Dec.

B. Flores nudi (sepala petalaque nulla). Stamina plurima; antherae didymae, loculis globosis (subconfluentibus?) valvula lata a basi fere apicem versus dehiscentes. (Frutex folio unico radicali 3-secto, scapo spica terminato, floribus parvis, albis. — *Americae bor. ora occid.*) . . . . . Achlys. DC.

Tribus ? II. *MILLINGTONIEAE. Nob.*

II. Germen 2-loculare, loculis 2-ovulatis (ovulis superpositis). Albumen 0 aut tenuissimum. Embryo curvus. Cotyledones plicatae. Petala inaequalia. . . .

Sepala 5, subbiseriatim imbricata, inaequalia, persistentia. Petala 5, margini libero disci hypogyni plani inserta, sepalis alterna, 3 exteriora orbicularia integra imbricativa, 2 interiora minora bifida squamiformia. Stamina 5, petalis opposita iisque basi breviter adnata, 3 exteriora sterilia, 2 interiora (quae petalis 2-fidis opposita) fertilia; filamenta plana; antherarum loculi globosi, transverse dehiscentes; connectivum hypocrateriforme. Stylus brevis, crassus. Stigma sub-2-lobum. Drupa abortu 1-locularis, 1-sperma, dissepimento basi persistente indurato. (Arbores, foliis simplicibus aut pinnatis, florib. paniculatis inconspicuis. — *India orient.*) . . . . * Millingtonia. Roxb. (haud Linn. fil.)

VII. PODOPHYLLEAE.

A. Petala nulla. Calyx 3-sepalus. Stamina et ovaria 00. Caryopsides baccatae, in capitulum congestae, 1-loculares, 1-spermae. . . . . . ? Hydrastis. L.

B. Calyx et corolla. Ovarium unicum, 1-loculare.

1. *Partium floralium numerus ternarius* (simplex aut multiplex). Sepala 3.
   a. Petala 6-9. Stamina 12-18. Bacca subcarnosa, 00-sperma. . . . . . Podophyllum. L.
   b. — 6. — 6. Bacca sessilis, 2-3-sperma. . . . . . ? Diphylleia. Michx.
2. *Partium floralium numerus quaternarius.* Sepala 4. Petala 8. Stamina 8. (Antherae valvis dehiscentes, ex Hook.) Capsula sub apice foramine lunato elastice dehiscens. Semina arillata. Jeffersonia. Bart.

VIII. HYDROPELTIDEAE.

1. **Stamina 6, antheris ovatis 4-gonis.** Ovaria 2. Sepala 3. Petala 5. (Folia palmato-multifida, laciniis linearibus.) . . . . . Cabomba. Aubl.
2. — **18-36, antheris linearibus.** Ovaria 6-18. Sepala 3-4. Petala 3-4. (Folia peltata, ovalia, integerrima.) . . . . . Hydropeltis. Michx.

IX. NYMPHAEACEAE.

Tribus I. *NELUMBONEAE. DC.*

A. Carpella 00 distincta, 1-2-ovulata, foveolis in apice tori obconici truncati immersa. Styli totidem, liberi. Nuces indehiscentes, 1-2-spermae. Semina exarillata, exalbuminosa. . . . .

Sepala 4-5. Petala 16-28 tori basi inserta. Filamenta ultra antheras producta. (Habitus, folia etc. Nymphaearum. — *Asiae et Americae regiones calidiores.*) . . . . . Nelumbium. Juss.

Tribus II. *NYMPHAEEAE. DC.*

B. Carpella 8-24, coalita in fructum 00-locularem, 00-spermum, toro carnoso adnatum eoque ad apicem usque tectum, stigmatibus radiantibus adnatis coronatum. Semina in loculis plura, parietalia, arillata, albuminosa.

a. **Petala et stamina (interdum quoque sepala) toro longe adnata** ideoque fructum quasi inferum reddentia.

1. *Sepala cum petalis staminibusque toro adnata.* (Petala, stamina et fructus Nymphaeae. Folia peltata. Herba fere tota aculeis horrida. — *India orientalis, China.*) . . . . . Euryale. Salisb.
2. — *hypogyna* (toro non adnata).
   α. Sepala 4. Petala 16-28 distincta. Antherae saepe apice in appendiculam productae. (Herbae inermes. Folia cordata aut peltata, integerrima aut sinuata v. dentata. Flores albi, rosei, rubri, v. coerulei. — *Patria diffusa.*). . . . . Nymphaea. Tourn. (L.) Neck.
   β. — 5. *Corolla basi tubulosa, apice 8-10-loba, persistens.* Stamina tubo corollae inserta et inclusa. Antherae inappendiculatae. Styli 00, coaliti. Semina setis carnosis obtecta. — (*India orient.*) * Barclaya. Wallich.

b. **Sepala** (5-6, petaloidea) **petala** (8-10, sepalis minora, dorso mellifera) **et stamina 00 hypogyna** (toro non adnata). — (Herbae inermes. Folia cordata, integra. Flores lutei. — *Europa, America bor., Asia.*) . . . . . Nuphar. Sibth. et Sm.

X. PAPAVERACEAE.

A. Capsula continua (i. e. nec transverse septulata, nec articulata).

I. Flores apetali. Sepala 2 petaloidea, decidua. Stamina 8-00, filamentis brevibus, antheris linearibus, elongatis. Ovarium stipitatum, 1-loculare. Stigmata 2 subsessilia, patentia. Capsula elliptica, compressa, valvis 2 a basi discedentibus, sutura persistente annuliformi. Semina cristata. — (Folia lobata aut subintegra. Flores paniculati. — Bocconia, Plum. DC. — *Bocconieae. Bernh.*)

a. Capsula 1-sperma. Stamina 8-24. Semina stipitata. — (*America trop.*) . . . . Bocconia. R. Br.
b. — 4-6- — — 24-28. — sessilia. — (*China.*) . . . . *Macleaya. R. Br.

II. Flores petaliferi. Capsula 00-sperma. (Pedunculi 1-pauciflori.)

A. Petala 8-12, in alabastro non plicata, (interiora angustiora, an stamina sterilia?) Sepala 2. Stamina 24, antheris linearibus. Stigma sessile, crassiusculum, 2-sulcatum, persistens. Capsula oblonga, 2-valvis, valvis deciduis, suturis cum placentis persistentibus. Semina cristata. (Folium unicum, radicale. Scapus 1-florus. — *America bor.* — *Sanguinarieae. Bernh.*) . . . . Sanguinaria. Dill.

B. Petala 4, (rarius 6 v. 5) in alabastro plicata. Stamina numerosa.

† *Capsula elliptica, obovata v. subglobosa (nec siliquaeformis).*

a. Capsula sub apice tantum, aut ad medium (nec ad basin) usque dehiscens. (Folia pinnato-lobata v. sinuosa. — *Papavereae. Bernh.*)

1. *Semina cristata.* Sepala 2. Petala 4. Stylus longus, columnaris. Stigma capitatum 3-4-lobum v. integerrimum. Capsula elliptica v. globosa, setosa, 3-4-valvis, apice dehiscens. — (*America bor., Napalia.*) . . . . *Stylophorum. Nutt.
2. — *non cristata.* Capsula obovata v. oblonga, stigmatibus radiantibus coronata.
   - *α. Stylus brevis; stigmatis prolongationes* (5-6) *liberae.* Capsula obovata, laevis, valvis 5-6 breviter dehiscens, suturis placentiferis intus in membranam angustissimam productis. Sepala 2. Petala 4. — (*Europa, America bor.*) . . . . Meconopsis. Vigier.
   - *β.* — *brevissimus; stigmatis prolongationes* (4-7) *liberae.* Capsula oblonga, setosa, valvis 4-7 ab apice ad medium usque dehiscentes. Suturae placentiferae filiformes. Sepala 3 (rarius 2). Petala 6 (rarius 4). — (*Patria diffusa, excl. Europa.*) . . . . Argemone. Tourn.
   - *γ.* — *nullus; stigmatis prolongationes* (4-20) *in discum concretae.* Capsula (forma varia, laevis aut setosa) apice dehiscens valvulis brevissimis (numero stigmatis radiorum aequalibus). Suturae placentiferae intus in membranulas (septa incompleta) productae. — (*Patria diffusa.*) Papaver. Tourn. DC.

b. Capsula oblonga, basi attenuata, 3-angulata, 3-sulcata, 3-valvis, ab apice ad basin usque dehiscens. Placentae filiformes. Semina non cristata. Stigmata 3, ovata, acuta, erecto-divergentia. Sepala 3. Petala 4-5. (Folia linearia, indivisa. — *California.*) . . . *Platystigma. Benth.

†† *Capsula siliquaeformis* (linearis, elongata) teres v. saepius compressa. Petala 4.

a. Valvae a basi ad apicem dehiscentes, margine placentiferae.

1. *Semina non cristata.* Capsula 2-valvis. (Plantae *Californicae et Mexicanae.* — *Hunnemannieae. Bernh.*)
   - *α. Capsula 10-costata.* (Folia multifida.)
     - * *Sepala 2 distincta.* Stigma subsessile, peltatum, 4-lobum, lobis brevibus depressis. Pedunculi apice vix dilatati. . . . . *Hunnemannia. Sweet.
     - ** — 2 *in calyptram coalita.* Stigmatis lobi 4 filiformes elongati, erecti. Pedunculi apice in receptaculum cavum cyathiforme dilatati. . . . . Eschscholzia. Chamisso.
   - *β. Capsula non costata,* 1-locularis; valvis coriaceis, duris; placentae filiformes. Stigmata 2 sessilia, brevia, crassiuscula. Sepala 2. (Folia lanceolata, indivisa, denticulata.) . . . . *Dendromecon. Benth.
2. *Semina cristata.* Capsula torulosa. Stigma 2-lobum. Sepala 2. (Folia laciniata. — *Europa, Asia.*) . . Chelidonium. Bauh. DC.

b. Capsulae valvae ab apice ad basin dehiscentes. Sepala 2. (Folia lobata.)

1. Capsulae vere 1-loculares, 2-4-valves, placentis foveolatis in dissepimentum non excrescentibus. Stigma sessile 2-4-partitum. — (*Europa austr., Africa bor.*) . . . . Roemeria. Medik.
2. — pseudo-2-loculares (placentis nimirum in septum spurium, cellulosum, saepe incompletum excrescentibus), 2-valves. Stigma 2-lamellatum. — (*Europa, Asia occid., Africa bor.*) . . . . . Glaucium. Tourn. DC.

B. Capsulae (siliquaeformes) isthmis septisve transversis (saepe imperfectis) 00-loculares, aut articulatae, loculis articulisve 1-spermis. Semina non cristata.

1. *Capsula ex quovis flore unica nascens.* Sepala 2, lanceolata. Petala 4, quorum 2 interiora (stemonopetala, Bernh.) et saepius etiam 2 exteriora (sepala, Bernh.) saepius 3-loba. Stamina 4. (Folia laciniata. — *Hypecoum, Tourn., DC.* — *Hypecoeae, Bernh.*)
   - *a.* Capsula non articulata (septis minus perfectis), sed in valvas 2 secundum longitudinem partibilis. Semina 4- v. sub-8-edra. — (*Dahuria.*) . . . . *Chiazospermum. Bernh.
   - *b.* — vere articulata, articuli secedentes, septis perfectis interstincti. Semina ovata. — (*Regiones mediterraneae.*) Hypecoum. Bernh.
2. *Capsulae ex singulis floribus 9-12 nascentes,* distinctae v. leviter cohaerentes, collaterales, articulatim rumpentes. Sepala 3. Petala 6. Stamina numerosa, filamentis dilatatis obcordatis petaloideis. Stigmata simplicissima, linearia, erecta. (Folia linearia, integerrima, alterna aut verticillata. — *California.*) . . . . *Platystemon. Benth.

XI. FUMARIACEAE.

A. Flores bicalcarati v. 2-saccati, sc. petala 2 exteriora (sepala, Bernhardi) basi aequaliter saccata v. calcarata, glandulam nectariferam includentia, (nectaria, auct.) — *(Dicentreae, Bernh.)*

I. **Fructus baccatus.** Sepala 2 (bracteae, Bernh.). Petala 2 interiora (stemonopetala, Bernh.) unguiculata, libera. Stamina et styli Corydalium. Bacca oblonga, cylindrica, carnosa (violacea) 1-locularis, 00-sperma. Semina membranula medio affixa utrinque libera cristata. (Caulis cirrhis scandens. — *Napalia.*) . . . . *Dactylicapnos. WALL.

II. **Fructus capsularis, siliquaeformis,** compressus, 2-valvis, suturis placentiferis post valvarum delapsum persistentibus. Petala 4, libera.

a. Semina cristata. Capsula nuda. Petala et stamina decidua. (Herbae non scandentes, cirrhis nullis, caudicibus subterraneis squamigeris. — *America et Asia bor.* — *Diclytra*, DC. *Dielytra*, auct. nonnull.)

1. *Nectaradenia* (i. e. glandulae calcare inclusae) *linearia.* Petala exteriora longe calcarata. Filamenta 6, libera. . . . . Dicentra. BERNHARDI.

2. — *obsoleta.* Petala exteriora basi gibba. Filamenta basi libera, medio cohaerentia. . . . . *Eucapnos. BERNH.

b. Semina non cristata. Petala 4 coalita in corollam apice 4-lobam, 2 exteriora basi saccato-gibba. Nectaradenia brevia. Stamina diadelpha, adelphiis 3-andris. Capsula corolla fungosa staminibusque marcidis persistentibus tecta. (Herba petiolis cirrhosis scandens. — *America bor.*) . . . . Adlumia. RAFIN.

B. Flores 1-calcarati v. 1-saccati, sc. petalorum exteriorum alterum tantum (quod torsione floris superius videtur) saccatum v. calcaratum intusque nectariferum; petali inferioris limbo labium mentiente. Filamenta diadelpha, petalis (praecipue calcarato) basi adnata. — *(Monocentreae, Bernh.)*

I. **Stylus persistens.** Semina cristata. Capsula siliquaeformis, compressa, 2-valvis, 00-sperma. Suturae placentiferae persistentes.

a. Seminum crista digitiformis. Embryo monocotyledoneus, plumula carens, cotyledone elliptica, initio plicata, radicula tuber gignente altero anno germinans. Caudex tuberiformis. (*Europa, Asia occid. et boreal.*) . . . . *Bulbocapnos. BERNH.

b. — *crista concava.* Embryo dicotyledoneus, inter cotyledones lanceolatas petiolatas plumulam proferens. Radix subsimplex. — (*Europa, Americae, Asiae et Africae reg. boreal.*) . . . . Corydalis. BERNH.

II. **Stylus deciduus** (basi tantum rarius remanente).

A. Fructus 2-00-spermus.

1. *Capsula 00-sperma.*

a. Semina cristata, crista concava. Capsula siliquaeformis, oblonga, compressa (nec tumida) valvae integrae discedentes et suturam placentiferam persistentem relinquentes. (Radices perennes. Herbae non scandentes, cirrhis nullis. — *Europa media et regiones mediterraneae.*) . *Capnoides. GAERTN. (non TOURN.)

b. — *non cristata.* Capsula tumido-vesicaria, ovali-globosa, styli basi persistente mucronata; valvarum epicarpium ab endocarpio solubile placentas persistentes per reticulum membranaceum (endocarpium) invicem connexas post delapsum relinquens. Floris calcar breve. (Herbae scandentes, cirrhigerae. — *Africa.*) . . . . Cysticapnos. BOERH.

2. *Capsula 2-sperma,* ovata, compressa, marginata, 3-nervia, clausa, post styli delapsum cicatrice concava coronata. Floris calcar breve. (Herba subsuffruticosa, non scandens, foliis succulentis — *(Reg. mediterr.)*. . . . . Sarcocapnos. DC.

B. Fructus 1-spermus, sponte non dehiscens. Semen non cristatum. Embryo inter cotyledones plumulam proferens. Stigma 2-lobum. Petala 4, quorum 3 superiora basi connata, medio obtuse breviterque deorsum calcarato, infimo libero lineari.

1. *Fructus samaraeformis,* orbicularis, complanatus, membranaceus, marginato-alatus, utrinque nervo medio percursus, styli (brevis) basi mucronatus. Semen lenticulare. (Herba, foliis cirrhosis. — *Cap. b. sp.*) . . . . * Discocapnos. CHAM. et SCHL.

2. — *ovalis, compressus, 2-valvis,* valvis marginatis contiguis, ima basi tantum connexis; *epicarpium ab endocarpio* tenuissimo membranaceo placentifero 2-valvi *solutum.* Semen compressum. (Herbae, foliis non cirrhosis. — *Europa austr., Africa, Asia occid.*) . . *Platycapnos. (DC.) BERNH.

3. — *immaturus carnoso-drupaceus,* maturus siccus, clausus, subglobosus, (vix compressus) in sutura obtusangulus et in valvulas 2 partibilis; *epicarpium ab endocarpio non solubile.* Semen subglobosum. (Herbae, foliis vix aut non cirrhosis. — *Europa, Asia, Africa bor.,* — *patria diffusa?*). . . . . Fumaria. BERNH.

XII. CRUCIFERAE.

A. Radicula lateralis et vere rimalis (i. e. cotyledonum margini incumbens O=). Cotyledones (accumbentes dictae) planae, nec plicatae, nec spiraliter convolutae, — rarissime (in *Dentaria* inter Arabideas) margine involutae. (*Obs.* In *Kernera* inter Alyssineas radicula interdum occurrit *dorsalis*, i. e. cotyledonum dorso nec rimae incumbens.) . . . . **Subordo I.** *PLEUROBHIZEAE.*

I. Siliqua aut silicula continua (nec articulata).

A. Siliqua genuina (sc. latitudine pluries longior) rarissime (v. g. Nasturtium) abbreviata et siliculaeformis; dehiscens. Septum angustum. Semina in quoque loculo plurima (rarius pauca) plus minus compressa. Cotyledones septo parallelae (i. e. marginibus placentas spectantes). Petala integra, rarissime (v. g. in spec. Cheiranthi et Dentariae) emarginata. Stamina libera, edentula. . . . . Tribus I. Arabideae.

B. Silicula (latitudine parum aut vix longior, immo quandoque brevior).

† *Valvae non septuliferae, siliculae loculi igitur in locellos non subdivisi.*

a. — *distinctae et maturitate fere semper a septo discedentes.* Loculi 2.

1. *Septum latum* (ovatum v. subrotundum) *seminibus parallelum.* Silicula septo parallele compressa, 2-locularis, (in Tetrapoma 4-loc., 4-valvis) dehiscens, rarius septo nullo v. evanido 1-locularis et indehiscens. Valvae nunc planissimae, nunc convexae, interdum ventricosae, rarissime carinatae aut marginatae. Loculi 00-1-spermi. Cotyledones septo parallelae, rarissime contrariae. Staminum vel omnium vel nonnullorum filamenta saepius dente aucta aut appendiculata. Petala interdum emarginata (Alyssi, Farsetiae, Drabae spec.) aut bifida (Erophila, Berteroa). . . . . Tribus II. Alyssineae.

2. — *angustum* (lineare v. lanceolatum), *seminibus* (et cotyledonibus) *contrarium.* Silicula 2-locularis, loculis 00-1-spermis. Valvae septo contrarie compressae naviculares carinatae aut alatae, — aut scutiformes compressissimae, — a septo discedentes, nunc hiantes et semina emittentes, nunc ubique permanenter clausae. Stamina libera, edentula, rarissime basi squamula aucta. Petala integra, nonnunquam inaequalia (*Iberis.*) . . . . Tribus III. Thlaspideae.

b. Valvae indistinctae, indehiscentes v. tarde secedentes. Silicula subglobosa 2- vel (septo interdum evanido) 1-locularis, loculis 1-spermis. Semina pendula. Cotyledones septo parallelae. Stamina edentula. Petala integra, alba v. flava. . . . . Tribus IV. Euclidieae.

†† *Valvae septulis transversis 00-locellatae,* discedentes, convexae v. ventricosae. Semina horizontalia, immarginata. Stamina edentula. Petala integra, alba. . . . . Tribus V. Anastaticeae.

II. Siliqua v. silicula articulata v. lomentacea (teretiuscula) transverse secedens in articulos (i. e. loculos clausos) 1-spermos. Semina plerumque immarginata, situ in diversis loculis saepe contrario divergentia. Cotyledones septo parallelae. (Radicula interdum in Cakile dorsalis? cfr. Commentar.) Stamina edentula. Petala integra, rarissime emarginata. . . . . Trib. VI. Chorisporeae. Led. (Cakilineae. DC.)

B. Radicula dorsalis (i. e. cotyledonum faciei s. dorso, nec rimae s. margini, incumbens. Cotyledones (incumbentes dictae) planae aut plicatae v. convolutae.

Subordo II. *NOTORHIZEAE.* (O||)

I. Cotyledones planae, rectae aut parum incurvae, (nec plicatae nec spirales). . . .

A. Siliqua v. silicula continua, nec articulata.

† *Valvae distinctae et discedentes.* (Siliqua v. silicula dehiscens.)

a. Siliqua genuina (rarius abbreviata), teres, anceps, aut 4-gona, loculis 00-spermis. Semina ovata v. subtriquetra, rarissime submarginata. Cotyledones septo contrariae. Stamina libera, edentula, rarius majora connata aut dentata. Petala interdum (in sp. Malcomiae et Hesperidis) emarginata. . . . . . . Tribus VII. Sisymbrieae.

b. Silicula 2-valvis. Semina pendula.

1. *Septum latum* aut saepe incompletum, aut demum evanidum, aut plane nullum. Silicula ovata v. oblonga, turgida, aut septo parallele compressa, 2-valvis, 2-1-locularis, plerumque dehiscens, loculis 00- v. rarissime 1-spermis. Semina rarissime marginata. Cotyledones septo contrariae. Stamina libera, edentula. Petala integra. Tribus VIII. Camelineae.

2. *Septum angustissimum* (rarissime latum aut abortu nullum). Silicula ovata, elliptica v. obcordata, septo contrarie compressa, rarissime ventricosa, 2-locularis, dehiscens (rarissime indehiscens) loculis 00-1-spermis. Valvae naviculares, carinatae aut alatae. Semina plerumque immarginata. Cotyledones septo parallelae. Stamina plerumque libera, edentula. Petala fere semper integra. . . . . Tribus IX. Lepidineae.

†† *Valvae indistinctae, vix aut non discedentes,* carinatae aut alatae (samaroideae). Septum evanidum aut 0. Silicula 1-locularis, 1-sperma (interdum 2-locularis, 2-sperma). Semina immarginata, pendula, rarissime horizontalia. Cotyledones marginibus placentas, rarissime valvarum dorsum, spectantes. Stamina edentula, plerumque libera. Petala integra, flava v. alba, aequalia. Tribus X. Isatideae.

B. Siliqua articulata v. lomentacea, indehiscens, transverse secedens in loculos 2, rarius plures, clausos, 1-spermos. Semina pendula, rarissime erecta, immarginata v. rarissime submarginata. Cotyledones valvis contrariae. Stamina edentula, majora plerumque connata. Petala integra. . . . . Tribus XI. Anchonieae.

II. Cotyledones secundum longitudinem plicato-concavae s. canaliculatae et radiculam plerumque sulco adplicatam foventes. . . . .

Subordo III. *ORTHOPLOCEAE.* (O≫)

A. Siliqua v. silicula continua (non articulata).

† *Siliqua genuina,* elongata, teretiuscula aut compressa (rarius sub-4-gona) 2-locularis, longitudinaliter dehiscens, septo lineari, valvis convexis v. planis, loculis 00-spermis. Semina immarginata. Cotyledones septo contrariae. Stamina libera, edentula. Petala integra. . . . . Tribus XII. Brassiceae.

†† *Silicula.*

a. — *dehiscens,* 2-locularis valvis distinctis, demum secedentibus. Stamina edentula.

1. *Septum latum. Semina globosa,* pendula, plerumque immarginata. Siliculae loculi 2-1- (rarius 00-) spermi. Stamina libera v. saepius majora connata. Petala fere semper integra, plerumque flava. . . . . Tribus XIII. Velleae.

2. *Septum angustissimum.* Semina compressa, immarginata. Siliculae loculi 00-spermi, valvae plus minus alatae. Petala integra. . . . . Tribus XIV. Psychineae.

b. Silicula indehiscens (valvis indistinctis) 1-locularis (rarius 2-loc.) 1-sperma, ovata v. globosa, suberosa v. coriacea. Valvae apterae, interdum echinatae. Semina globosa. Stamina edentula. Petala integra. . . . . Tribus XV. Zilleae.

B. Siliqua aut silicula articulata v. lomentacea, interdum subcontinua, 00-locularis, plerumque secedens in loculos 1-00-spermos indehiscentes. Semina immarginata, saepius globosa, in eadem silicula plerumque alia erecta alia pendula. Cotyledones dorso placentas spectantes. Stamina libera, plerumque edentula. Petala fere semper integra. . . . . Tribus XVI. Raphaneae.

III. Cotyledones spiraliter s. circinnatim convolutae (nec transverse nec longitudinaliter plicatae). . . . .

Subordo IV. *SPIROLOBEAE.* (O|||)

a. Silicula inflato-ovata, nucamentacea, indehiscens, oligosperma, 2-locularis, loculis interdum septo transverso 2-locellatis. Semina pendula, subglobosa, immarginata. Cotyledones septo contrariae, circinnatae. Stamina libera, edentula. Petala integra v. emarginata, flava, rarius alba. . . . . . Tribus XVII. Buniadeae.

b. Siliqua lomentacea, 2-articulata, rarius continua linearis. Semina immarginata. Cotyledones subspirales (in Schizopetalo 2-crures et spirales). Petala integra, aut (in Schizopetalo) pinnatifida! . Tribus XVIII. Erucarieae.

IV. Cotyledones transverse bis plicatae. (Petala integra.) . . . .

Subordo V. *DIPLECOLOBEAE.* (O|| || ||)

a. Siliqua ovata, oblonga v. linearis, 2-locularis, 2-valvis, dehiscens (rarissime indehiscens) saepius stipitata, valvis planis v. convexiusculis. Semina in quoque loculo plura (rarius 4-2) 1-seriata, compressa, nonnunquam alata. Stamina quaedam interdum dentata. . . . . Tribus XIX. Heliophileae.

b. Siliculae 2-loculares, 2-valves. Semina pendula, immarginata. Stamina libera, edentula.

1. — ovales v. ellipticae, turgidae, dehiscentes, valvis convexis, *septo lato, loculis 00-spermis.* Semina 2-seriata, compressa. Cotyledones septo contrariae. . . . . Tribus XX. Subularieae.

2. — *didymae,* valvis ventricosis, clausis, *loculis 1-spermis, septo angustissimo.* Semina subglobosa. . . . . Trib. XXI. Senebiereae. nob. (Brachycarpeae. DC.)

Tribus 1. ARABIDEAE.

(○= *Siliquosae.*)

A. Siliquae apice vario modo cornigerae v. cuspidatae. Petala integra.

I. Valvae (nervo longitudinali prominulo sub-carinatae) **apice ex ipso nervo mucronem** (interdum utrinque duplicem) **corniformem emittentes.** Stylus brevis, inter cornua erectus. Semina compressa immarginata. (Flores interdum apetali?)

a. Siliqua dehiscens, 2- v. 4-cornuta, loculis plerumque 4-spermis. (Flores flavi. — *Ins. Canar., Afr. bor., Hispania, Sibiria.*) . . . . . . Notoceras. R. Br.

b. — *indehiscens*, 2-cornis. (Flores albi. — *Pontus, Ins. Cyprus.*) . . . . . . * Andrzeiowskia. Reichenb. (haud DC.)

II. Valvae (carinatae aut fere semicylindricae) **ipsae apice muticae.** Stigma bilobum, lobis erectis conniventibus dorso incrassatis saepiusque cornu patente armatis. Semina compressa, 1-seriata, saepius marginata. Staminum longiorum filamenta subdilatata. (Flores purpurei v. albi. — *Europa austr., Africa, Asia.*) . . . . . . Matthiola. R. Br.

B. Siliquae apice muticae, stylo nonnisi stigmatibusve obtusis nec corniformibus terminatae.

I. Siliquae sessiles (aut vix ac ne vix stipitatae).

A. — tetragono-ancipites, sc. lineares, compressae, valvis nervo longitudinali prominente carinatis. Petala integra.

1. *Semina in quoque loculo 1-seriata. Calyx erectus.*

a. — *marginata.* Glandulae hypogynae nullae. Calyx basi saccatus. (Flores purpurei. — *America bor.*) . . * Streptanthus. Nutt.

b. — *immarginata.* Glandulae hypogynae 6. Calyx basi subaequalis. (Flores lutei. — *Europa, Asia.*) . . Barbarea. R. Br.

2. — *in quoque loculo 2-seriata, immarginata. Calyx patulus*, basi aequalis. Glandulae hypogynae valvariae 2, placentariae 0. (Flores albi v. albidi. — *Europa, Sibir., America.*) Turritis. Dill.

B. Siliquae teretes aut compressae; valvae non carinatae; nunc enerviae, nunc plurinerviae planae, nervis saepe debilibus et incompletis (i. e. non totam valvae longitudinem percurrentibus). Petala integra, rarissime emarginata v. obcordata.

† *Siliquae margines* (placentarum dorsum) ***obtusi, nec alati.***

a. Semina in quoque loculo 1-seriata.

1. Funiculi umbilicales filiformes, nec dilatato-alati.

α. Stigma bilobum. Calyx basi 2-saccatus.

* — lobis basi connatis, apice distinctis. Funiculi umbil. septo adnati. — (*Africa.*) . . . . . . * Oudneya. R. Br.

** — — profunde distinctis, intus convexis, demum patulis. (Petala interdum emarginata, colore vario. — *Europa, Ins. Canar., California, Africa, Asia.*) . . . . . . Cheiranthus. R. Br.

β. — *indivisum*, simplex v. capitatum.

* *Siliqua oblonga, torulosa v. submoniliformis.* Semina plerumque pauca (4-2) ovato-compressa, immarginata. Calyx 2-saccatus. (Flor. albi v. subpurpurasc. — *Sibiria.*) . . . Stevenia. Adams.

** — *linearis, continua.* Semina multa.

aa) Valvae nervo prominulo nunc conspicuo percursae, nunc debili notatae et tunc longitudinaliter venosae. Calyx basi saepe gibbus v. saccatus. (Flores albi v. rosei. — *Patria diffusa.*) . . . Arabis. L. DC.

bb) — enerviae et aveniae, aut basi tantum nervi vestigio obsolete notatae. Calyx basi aequalis. (Flores albi v. rosei. — *Patria diffusa.*) . . . . . . Cardamine. Tourn. DC.

2. Funiculi umbilicales alato-dilatati. Cotyledones petiolatae, marginibus involutis. Siliqua lanceolato-linearis. (Flor. albi, flavesc., purpurei. Petala nonnunquam subobcordata. — *Europa, America bor., Asia.*) . . . . . . Dentaria. Tourn. DC.

b. Semina in quoque loculo 2-seriata.

1. Funiculi umbilicales liberi. Siliquae (saepe abbreviatae siliculaeformis) valvae convexae subenerviae. Semina immarginata. Glandulae hypogynae valvariae 4, placentariae 0 v. 2. (Flores lutei v. albi. — *Patria diffusa.*) . . . . . . Nasturtium. R. Br.

2. Funiculi umbil. basi septo adnati. Siliqua elongata, sublanceolata, valvis planis nervoso-venosis. Semina nunc marginata nunc immarginata. Glandulae valvariae 2 v. 0, placentariae 4 v. 0. (Flores purpurei vel albi. — *America bor., Sibiria.*) . . . . . . * Parrya. R. Br.

†† *Siliquae margines* (placentarum dorsum) ***alati.*** Siliqua lanceolata, valvis planis enerviis. Funiculi umbilicales alato-dilatati. Semina 1-seriata, ovata. (Flores albi. — *Croatia et Ins. mar. mediterranei.*) . . . . . . Pteroneuron. DC.

II. Siliquae manifeste supra torum stipitatae, lineares, valvis planis basi 1-nerviis. Placentae dorso obtusae (apterae). Funiculi umbil. subulati, liberi. Semina 1-seriata, submarginata. Calyx laxus. Petala integra. (Flores albi. — *America et Asia bor.*) . . . . . . Macropodium. R. Br.

Tribus 2. ALYSSINEAE.

(○= *Siliculosae latiseptae.*)

A. Silicula 4-valvis, 4-locularis! substipitata, ovato-ellipsoidea, turgida, valvis subenerviis. Semina sub-4-seriata, immarginata. Funiculi umbil. liberi. Calyx aequalis, patulus. Petala integra. Stamina libera, edentula. Stigma sub-4-lobum. Glandulae hypogynae 4. (Flores flavi. — *Sibiria orientalis, Americae arcticae ora occid.*) . . . . . . * Tetrapoma. TURCZ.

B. Silicula 2-valvis.

I. — 2-locularis, dehiscens.

A. Siliculae compresso-planae, valvis planis aut modice convexis, nec inflato-ventricosis.

† *Staminum omnium filamenta edentula, inappendiculata.*

a. Siliculae manifeste stipitatae. Calyx basi aequalis.

1. Glandulae hypogynae 10, quarum 8 per paria sepalis alternae, reliquae 2 emarginatae inter stamina breviora et pistillum positae. Siliculae (ellipticae) stipes ipsâ brevior. (Flores aurei. — *America bor.*) . . . . . . * Selenia. NUTT.

2. — — 2, staminum breviorum basin extus stipantes, praeterea nullae. (Flores lilacini v. purpurei. — *Europa.*) . . . . . . Lunaria. L.

b. Siliculae sessiles.

1. Funiculi umbilicales liberi (septo non adnati).

α. Semina marginata. Silicula ovalis v. oblonga, valvis planiusculis, loculis 00- rarius 1-spermis. Calyx subaequalis. Filamenta minora rarissime intus dentata. (Flores lutei v. subpurpurasc. — *Europa austr., Africa bor., Asia occid.*) . . . . . . Farsetia. TURR. R. BR.

β. — immarginata. Calyx aequalis.

* *Semina in loculis plura, 2-seriata.* (Drabae Linn. spec. plurimae. — *Patria diffusa.*)

aa) Petala integra v. rarius emarginata. Glandulae valvariae 4 v. 2. (Flores flavi v. albi.) . . . . Draba. C. A. MEYER.

bb) — 2-partita. (Flores albi.) . . . . . . Erophila. DC.

** *Semina in quovis loculo bina.* Glandulae valvariae 4. Petala integra, flava. — (*Asia boreal.*) * Psilonema. C. A. MEYER.

*** *Semen in quovis loculo unicum.* Petala integra, alba. Gland. valvar. 4. — (*Asia bor.*) . . . . * Ptilotrichum. C. A. MEYER.

2. Funiculi umbil. per totam longitudinem septo adnati. Silicula ovalis, valvis planiusculis medio nervigeris. Semina immarginata, in quoque loculo 2. (Flores rosei. — *Alpes Europae.*) . . . . . Petrocallis. R. BR.

3. — basi tantum septo adnati. Silicula subovata, valvis planiusculis, loculis 1-00-spermis. Semina marginata. Glandulae hypogynae 8. Calyx patens. Petala integra, alba. — (*Regiones mediterr.*) * Lobularia. DESV.

†† *Staminum vel omnium vel nonnullorum filamenta dentata aut appendiculata.*

a. Siliculae (subellipticae) loculi 1-spermi; valvae planae. Funiculi umbil. liberi. Semina marginata aut immarginata. Filamenta omnia intus membranula appendiculata. (Flores lutei. — *Sibiria, Europa orient.*) . . . . . . * Odontarrhena. C. A. MEYER.

b. — (suborbicularis, apice retusae) loculi 2-spermi; valvae medio convexae, margine planae. Funiculi basi septo adnati. Semina submarginata. Filamenta longiora nunc basi nuda. (Flores flavi v. albi. — *Patria diffusa.*) . . . . . . Alyssum. C. A. MEYER.

c. — loculi 4-6-00-spermi.

1. Semina margine angusto cincta, in quoque loculo 6-8, biseriata, funiculis liberis. Glandulae valvariae 4. Filamenta basi alata, longiorum ala apice in dentem brevissimum, breviorum in manifestum excurrens. Petala bifida, alba v. subrosea. — *Europa, Asia occ., — Peruvia.?*) . . . . . Berteroa. DC.

2. — immarginata. Petala integra.

α. Siliculae valvae carinatae. (Flores flavi. — Semina ignota. — *America bor.*) . . . . . . Discovium. RAFIN.

β. — — planae, glabrae. Semina in quovis loculo 6-8, 2-seriata. Stamina omnia intus membranula aucta. Glandulae valvariae 4. (Flores flavidi. — *Europa austr., Asia occ.*) Meniocus. DESV.

γ. — — medio convexae.

* *Stamina breviora dentata.* Calyx basi 2-saccatus. Siliculae loculi 2-4-spermi. (Flores purpurasc. — *Europa austr.*) . . . . . . Aubrietia. ADANS.

** — *longiora* — Calyx aequalis. Loculi 8-10-spermi. — (Flores albi. — *Europa or.*) . . Schivereckia. ANDRZ.

B. Siliculae inflatae, ovatae v. globosae, valvis ventricosis. Petala integra.

1. *Staminum filamenta omnia vel nonnulla dentata aut geniculata.* Semina saepius marginata aut alata.

a. — filamenta recta, nec geniculata, basi (breviora praecipue) dente obtuso intus aucta, interdum alato-dentata. Valvae membranaceae. Funiculi basi septo adnati. (Flores flavi. — *Europa austr., America bor., Asia occ.*) . . . . . . Vesicaria. LAM. DC.

b. — filamenta longiora medio (plerumque) denticulo brevi praedita, abinde subito (angulo recto) extrorsum flexa v. divergentia et denique arcuato-adscendentia. Valvae durae, osseae v. lignosae. (Embryonis radicula nunc vere rimalis, nunc plus minus dorsalis. — Flores albi. — *Europa.*) . . . . . . * Kernera. MEDIK.

2. *Staminum omnium filamenta edentula.* Calyx basi aequalis, patens. Semina immarginata.

a. — longiorum filamenta sigmoideo-flexuosa. Glandulae placentariae utrinque 2. Siliculae ovatae tumidae valvae convexae, haud carinatae, loculi 2-3-spermi. Stylus brevis. Stigma emarginatum. (Flores albi. — *Alpes Austriae.*) . . . . . . * Rhizobotrya. TAUSCH.

b. — filamenta recta. Glandulae valvariae 4, placentariae 2 aut 0. Siliculae valvae ventricosae aut interdum nervo dorsali prominulo subcarinatae. Semina 2-seriata. Stigma indivisum. (Flores albi, rarius flavi. — *Europa, Asia, America.*) . . . . . . Cochlearia. T. MEDIK. KOCH.

II. Silicula septo abortiente v. demum evanido maturitate 1-locularis.

A. — compressa, valvis planis. Calyx basi aequalis.

1. *Stamina dentata.* Silicula orbicularis, subemarginata, junior jam 1-locularis 1-sperma, margine dentata v. ciliata. (Flores flavi v. albi? — *Europa austr., Asia occid.*) . . . . . . Clypeola. L. DC.

2. — *edentula.* Silicula non emarginata.

a. Silicula orbicularis, septo evanido demum 1-locularis, 4-1-sperma, indehiscens. Calyx aequalis. (Flores albi. — *Europa orient., Asia occid.*) . . . . . . Peltaria. L.

b. — elliptica, junior 2-locularis 4-sperma, matura septo evanido 1-locularis 1-sperma. Funiculus umbil. longus, liber. Calyx basi 2-gibbus. (Flores pallide lilacini. — *Region. mediterran. orient.*) . . . . . . Ricotia. L.

B. Silicula compresso- et depresso-globosa, substipitata 8-12-sperma, 2-valvis, valvis ventricosis apteris. Septum nullum. Stigma 2-lobum. Stamina edentula. Semina matura ignota. (Flores albi. — *Kamtschatka.*) . . . . . . * Redowskia. CHAM. et SCHL.

Tribus 3. THLASPIDEAE.

(○= *Siliculosae angustiseptae.*)

A. Silicularum valvae naviculares, ad marginem septum spectantem post delapsum hiantes seminaque emittentes. — Subtribus *Iberideae*, nob.

I. **Silicularum valvae apterae,** carina sc. non in alam membranaceam producta. Silicula ovalis v. elliptica, loculis 00-spermis. Calyx aequalis. Petala integra, alba v. subpurpurascentia. Stamina haud appendiculata. — (*Europa, Asia borealis et occidentalis.*) . . . . . . Hutchinsia. (R. Br.) Koch.

II. — **valvae dorso plus minus alato-marginatae,** apice truncatae v. emarginatae.

a. Silicularum loculi 2-00-spermi. Petala aequalia aut subaequalia, alba.

1. Staminum filamenta dentibus squamisve destituta. Semina in quoque loculo 2-00 et tunc 2-seriata. Funiculi ima basi septo adnati. — (*Europa, Asia bor. et occ., America.*) Thlaspi. Dill. Koch.
2. — — intus basi squamula appendiculata. Siliculae loculi 2-spermi. — (*Europa, Africa bor.*) . . . . . . Teesdalia. R. Br.

*b. Silicularum loculi 1-spermi. **Petala exteriora*** (i. e. corymbi peripheriam spectantia) ***valde caeteris majora.*** Siliculae apice truncato-emarginatae et saepius quasi 2-cornes. (Flores albi, rosei aut purpurascentes. — *Europa, — Persia? Nova Hollandia?*) . . . . . . Iberis. (L.) DC.

B. Silicularum valvae scutiformes (compressissimae) plus minus orbiculares, planae aut in centro tantum leviter convexae, indehiscentes (sc. post delapsum ab axi nusquam hiantes, sed toto ambitu clausae et semen solitarium non emittentes). Stamina libera, edentula. Petala integra. — Subtribus *Biscutellatae*, nob.

1. **Stigma sessile,** disciforme, subbilobum. Silicula subsessilis, utrinque emarginata. Embryonis radicula adscendens. Semina immarginata. Funiculi valvis adnati. (Flores superiores et nonnunquam etiam infimi steriles, petalis violaceis, fertiles ignoti. — (*Sibiria.*) . . . . . . Megacarpaea. DC.
2. **Stylus persistens.** Flores flavi.

*a. **Stylus longus, tenuis.*** Siliculae valvae toto latere axi adnatae, vix aut non marginatae. Embryonis radicula descendens. — (*Europa, Africa bor., Asia occid.*) . . . . . . Biscutella. L. DC.

b. — — ***crassus, cylindricus,*** stigmate adnato bicruri terminatus. Siliquae valvae convexae. Radicula, teste Hooker, dorsalis; genus itaque ad Notorhizeas removendum; v. tab. nostram Lepidinearum. — (*Chili, Peruvia.*) . . . . . . ? Menonvillea. DC.

c. — ***brevis, crassus, subpyramidatus.*** Valvae apici tantum axeos adnatae et quasi ex eo pendulae, marginatae. Embryonis radicula adscendens. — (*Peruvia, Chili.*) . . Cremolobus. DC.

Tribus 4. EUCLIDIEAE.

(○= *Siliculosae nucamentaceae.*)

1. **Silicula subglobosa.**

a. **Silicula in processum peculiarem non producta, laevis, drupacea.** Stylus elongatus, crassiusculus, conicus v. cylindricus. Calyx erectus. (Flores albi. — *Europa or., Asia occ. et bor.*) . . . . . . Euclidium. R. Br.

b. — **breviter rostrata, valvis verrucosis, coriaceis.** Calyx patens. (Flores flavi. — *Aegyptus, Syria, Graecia?*) . . . . . . Ochthodium. DC.

2. **Silicula transverse ovalis,** utrinque echinata et in processum pugioniformem producta, abortu saepe 1-locularis, 1-sperma. Semen (ex DC.) arillo chartaceo tectum. (Flores albi. — *Asia occid.*) . . . . . . Pugionium. Gaertn.

Tribus 5. ANASTATICEAE.

(○= *Siliculosae septulatae.*)

1. **Silicula ventricosa, valvae extus ad apicem appendice coriacea auriculaeformi transversali auctae,** septo transverso incompleto **2-locellatae,** locellis 1-spermis. Stylus filiformis, apice subuncinatus. Petala obovata. — (*Africa boreal., Asia occid.*) . . . . . . Anastatica. Gaertn. DC.

2. — **subcompressa; valvae non appendiculatae,** septulis transversis **00-locellatae.** Stylus brevis, subconicus. Petala linearia. (*Aegyptus, Nubia.*) . . . . . . Morettia. DC.

Tribus 6. CHORISPOREAE. LEDEBOUR.

(*Cakilineae, DC.* ○= *Lomentaceae.*)

1. **Siliqua compresso-anceps, 2-articulata;** articuli 1-spermi, superiore apice ensiformi, inferiore turbinato. Semen loculi superioris erectum, inferioris pendulum. Stigma sessile. Embryonis radicula situ varians? nunc dorsalis? (Flores albi aut subpurpurascentes. — *Europa, America.*) . . . . . . Cakile. Tourn. DC.

2. — **teretiuscula 00-articulata,** aut lomentacea, 00-sperma.

a. **Articuli inter se aequales,** valvis inermibus enerviis aut nervosis. Semina omnia pendula, marginata aut immarginata. Stigmata 2 conniventia, basi connata. (Petala aut flava emarginata, aut purpurasc. v. alba, integra. — *Asia bor. et occ.*) . . . . . . Chorispora. DC.

b. — **inaequales;** terminalis crassus, globosus, echinatus, 1-spermus, semine erecto. Semina loculorum inferiorum pendula. (Cotyledones ignotae.) Stylus conicus, persistens. (Flores lutei. — *Barbaria.*) . . . . . . Cordylocarpus. Desf.

Tribus 7. SISYMBREAE.
(○ ‖ *Siliquosae.*)

A. Stamina 6, libera, edentula.

I. Stigma 2-lamellatum, lobis erectis conniventibus. Siliqua sessilis, linearis, teretiuscula v. compressa v. sub-4-gona, valvis carinatis sub-3-nerviis, placentis dorso carinato-prominulis. Semina in loculis 1-seriata, funiculis liberis. (Florum color varius. — *Europa, Asia, Africa et America bor.*) . . . . . Hesperis. L. DC.

II. — aut simplex integrum (acutum v. obtusum) **aut obtuse emarginato-bilobum, lobis patulis nec erectis.**

† Siliqua sessilis.

a. Siliqua abbreviata, subsiliculaeformis.

1. Valvae planiusculae, 3-nerviae. Petala integerrima aut subemarginata, alba v. flava. — (*Asia bor.*) . . *Smelowskia. C. A. Meyer.
2. — convexae, 1-nerviae. Siliqua subcylindrica, torulosa. Petala integerrima, purpurascentia. — (*Europa, — America bor.*) . . . . . Braya. Sternb. et Hoppe.
3. — 3-nerviae, pellucidae. Siliqua sub-4-gona, basi subcordata. Petala integerrima, ochroleuca? — (*Montes Altaici.*) . . . . . *Taphrospermum. C. A. Mey.

b. Siliqua elongata (genuina) linearis.

1. *Siliqua teretiuscula v. anceps, valvis rotundato- (nec carinato-) convexis.* Semina 1-serialia.
   ✤ Siliqua teretiuscula, valvis 3-nerviis. Funiculi umbil. liberi.
   α. Stigma acutum, conicum v. subulatum. Glandulae hypogynae valvariae 2. Semina submarginata. (Flores purpurei, violacei v. albido-flavi. — *Europa, Asia, Africa bor.*) . . . . . Malcolmia. R. Br.
   β. — obtusum, nunc integrum depresso-capitatum, nunc emarginato-bilobum. Glandulae valvariae 4. Semina immarginata. (Flores flavi, rarius albi. — *Patria diffusa.*) . . . . . Sisymbrium. L. Andrz.
   ✤✤ Siliqua anceps, valvis 1-nerviis (nec tamen carinatis). Glandula valvaris utrinque 1 semilunaris. (Caet. Sisymbrii. — Flor. flavi. — *Europa austr.*) . . . . . *Hugueninia. Rchb.
2. *Siliqua 4-gona, valvis nervo dorsali (unico) prominulo carinatis.* Semina immarginata, funiculis liberis.
   α. Semina 1-seriata. Glandulae valvariae et placentariae 2. (Flores flavi v. albi. — *Europa, Asia, America et Africa bor.*) . . . . . Erysimum. L. Andrz.
   β. — 2- — — 2, — 0. (Flores flavi. — *Europa, Asia bor. et occ.*) . *Syrenia. Andrz.

†† Siliqua manifeste stipitata, teretiuscula. Semina immarginata. Glandulae hypogynae 2 extra et 2 intra corollam sitae. (Flores flavi. — *America bor.*) . . . . . Stanleya. Nutt.

B. Staminum longiorum filamenta aut dentata aut per paria coalita.
Siliquae sessiles. Semina in loculis 1-seriata. (Flores albi v. purpurascentes.)

1. **Stamina 6,** minora 2 semper distincta, edentula, 4 majora autem nunc per paria coalita, nunc ad filamenti apicem intus dente aucta. Siliquae valvae convexae, sub-3-nerviae. Semina marginata v. immarginata. Stylus brevis, gracilis; stigma simplex. — (*Asia bor.*) . . Dontostemon. Andrz.
2. **— 4,** edentula (quorum 2 majora forsan ex duobus coalitis conflata, uno saepius abortivo). Stigmata (sessilia?) 2, in unicum conniventia. — (*Sibiria, Persia.*) . . . . . Leptaleum. DC.

Tribus 8. CAMELINEAE.
(○ ‖ *Siliculosae latiseptae.*)

A. Silicula 2-locularis, septo completo aut saepius fenestrato.

I. — inflata, subglobosa, valvis valde ventricosis.

a. Valvae coriaceae cum styli basi secedentes. Septum simplex. Semina immarginata, 2-seriata. (Flores flavi. — *Europa, Asia occ. et bor.*) . . . . . Camelina. (Crantz.) Turcz.

b. — membranaceae. Septum 2-lamellatum. Silicula reticulato-venosa. Calyx patens. (Flores albi. — *Asia bor.*) . . . . . ?*Hymenophysa. C. A. Mey.

II. Silicula compressa, valvis parum convexis, rarius subinflatis.

† Semina immarginata.

a. Stylus nullus, aut vix ullus. Septum completum. Semina in loculis 2-seriata.

1. Stigma punctiforme. Silicula ellipsoidea, compressa, dehiscens. Semina in quoque loculo 4-5. Petala subulata. — (*Nova Hollandia.*) . . . . . Stenopetalum. R. Br.
2. — subsessile, capitatum. Silicula lanceolato-elliptica (fere siliquaeformis) valvis reticulatis medio 1-nerviis, loculis 00-spermis. Petala lanceolata, flava. — (*Chili.*) . . . . . * Mathewsia. Hoocker et Arnolt.

b. Stylus brevissimus. Stigma patenti-2-lobum, aut emarginato-capitatum. Silicula ovalis, valvis convexiusculis, septo quandoque fenestrato. Semina 2-seriata. Calyx subpatens. Petalorum lamina dilatata, alba v. dilute purpurea. — (*America arct.*) . . . . . *Platypetalum. R. Br.

c. — elongatus, filiformis. Silicula ovata, subinflata, septo semper fenestrato. Petala oblonga, obtusa, alba. — (*America merid.*) . . . . . Eudema. H. Bonpl.

†† Semina late marginata. Silicula ovalis, compressa. Stigma sessile. — (*America bor.-occid.*) . . . *Platyspermum. Hook.

B. Silicula 1-locularis,
septo vel nullo vel incompleto vel demum evanido. Petala integra. Stamina libera, edentula.

1. **Silicula 1-sperma** (rarius 2-sp.) subglobosa, indehiscens; valvis nec carinatis nec alatis, septo demum evanido. Semina horizontalia, immarginata, funiculis liberis, brevissimis. Stigma indivisum. Glandulae valvariae 2. (Flores flavi. — *Europa, Asia bor.*) . . . . . Neslia. Desv.
2. **— 00-sperma,** compressa, lanceolata. Petala alba. Semina pendula.
   a. Valvae acute carinatae, subnaviculares, sub-3-nerviae. Septum marginem perangustum formans, apice basique nonnunquam subcompletum. Funiculi umbil. brevissimi, papillaeformes, septi vestigio adnati. Glandulae valvariae 4. Stigma subsessile, capitatum, saepius semibilobum. — (*America arctica, Asia boreal.*) . . . . . *Eutrema. R. Br.
   b. — planiusculae, medio 1-nerviae. Septum nullum. Funiculi umbil. elongati. Stigma sessile, capitatum. — (*Insulae Aleuticae.*) . . . . . Aphragmus. Andrz. (? Oreas. Cham. et Schl.)

Tribus 9. LEPIDINEAE.

(○ ‖ *Siliculosae angustiseptae.*)

A. Silicula subglobosa indehiscens, valvis inflato-hemisphaericis, apice obsolete, carinatis, nec alatis, loculis 1-spermis. (Flores albi. — *Asia boreal.*) . . . . . . *Hymenophysa. C. A. Meyer.

B. — compressa, valvis carinatis, navicularibus, plus minus alatis, rarius apteris.

I. Valvae dorso alatae, disco autem apterae, rarius omnino apterae.

A. Staminum omnium filamenta distincta et edentula, aptera.

† *Siliculae loculi 1-2-spermi.*

1. — *biscutatae, substipitatae, valvis compressissimis, alato-marginatis, indehiscentibus*, semen (solitarium, immarginatum) nunquam emittentibus. (Flores flavi. — *Chili.*) . . . . . . Menonvillea. DC.

2. — *valvae naviculares, dehiscentes* (sc. ad suturam post delapsum hiantes et semina emittentes. (Flores albi v. albidi.)

a. Siculae (forma variae) obtusae aut emarginatae, valvis carinatis aut apteris, aut apicem versus (rarius ad basin fere usque) alatis, loculis 1-spermis (rarissime 2-sp.). Stylus saepe filiformis. Funiculi umbil. distincti. Folia sparsa. (Flores albi, nonnunquam apetali. — *Patria diffusa.*) . . . . . . Lepidium. (L.) R. Br.

b. — ovales, subemarginatae, valvis carinatis apteris, loculis 2- v. abortu 1-spermis. Stylus brevis. Funiculi umbil. in unum coaliti. Folia opposita. — (*Graecia, Armenia, Syria.*) . . . . . . Eunomia. DC.

†† *Siliculae loculi 4-00-spermi.*

1. *Valvae carinatae, apterae.* Funiculi umbil. liberi.

a. Flores albi, racemosi. Folia pinnatifida, partim indivisa. — (*Ex Europa per totum orbem diffusa.*) . Capsella. Vent. DC.

b. Scapi 1-flori. Flores roseo-lilacini. Folia omnia radicalia, indivisa, cordato-orbicularia. (*Lusitania.*) . . . . . . * Jonopsidium. (DC.) Rchb.

2. *Valvae carinatae, dorso alatae.* Silicula ovalis, emarginata, loculis 4-6-spermis. Funiculi septo adnati. (Flores lutei. — *Europa australis.*) . . . . . . Bivonaea. DC.

B. Staminum majorum filamenta aut connata, aut alata, aut apice dentata. Silicula nunc 1-locularis indehiscens 1-sperma, nunc 2-locularis 00-sp., dehiscens; valvae carinatae, dorso alatae. (Flores rosei, purpurasc. v. albi. — *Europa austr., Asia occid.*) . . . . . . Aethionema. R. Br.

II. **Siliculae** (ellipticae, breviter stipitatae, 2-locularis) **dorso atque lateribus late alatae, valvae singulae scutiformes** (ad suturam contractae) **et 3-alatae.** Septum angustissimum v. obsoletum; loculi 1-spermi. Stamina longiora per paria connata aut omnia distincta. (Flores albi. — *America austr. ora occid.*) . . . . . . *Hexaptera. Hooker.

Tribus 10. ISATIDEAE.

(○ ‖ *Samaroideae aut nucamentaceae.*)

A. Siliculae dorso discoque alatae ideoque 4-pterae, i. e. compressae margine membranaceo latissimo cinctae, et in utraque disci facie (valvarum sutura) alatae. (Caetera omnino Isatidis.) — (*Sibiria.*) . . . . . . * Tetrapterygium. Fisch. et C. A. Meyer.

B. — margine solo ala cinctae, disco apterae, — rarius omnino? apterae.

I. Siliculae praeter loculum seminiferum (unicum) cavum nullum continentes.

a. Siliculae ala membranacea cinctae.

1. *Siliculae alae planae,* nec in discum revolutae.

α. Stylus nullus. Stamina omnia distincta. (Flores flavi. — *Europa, Asia.*) . . . . . . Isatis. C. Bauh. DC.

β. — longus, persistens. (Flores . . . . — *America bor.*) . . . . . . *Thysanocarpus. Hooker.

2. *Siliculae discus hinc planus inde concavus, margines membranacei* (alae) *rugoso-plicati in disci latus planum revoluti* ideoque siliculam quasi cymbiformem reddentes. (Flores flavi. — *Asia bor. et media.*) . . . . . . Tauscheria. Fisch. DC.

b. Silicula aptera? (oblonga, compressa, evalvis). Stigma sessile, punctiforme. Stamina 4 longiora basi latiora, 2 lateralia brevissima. (Flores albi. — *Tauria.*) . . . . . . Sobolewskia. M. B.

II. Silicula inferne loculum 1-spermum, superne lacunas 2 vacuas includens. Stamina majora ima basi inter se connata. Stylus brevis, conicus. (Flores flavidi. — *Europa.*) . . . Myagrum. Tourn. DC.

Tribus 11. ANCHONIEAE.

(○ ‖ *Lomentaceae.*)

A. Siliqua 2-articulata articulis non separabilibus aut inarticulata sed demum transverse rumpens in fragmenta 2 unilocularia clausa 1-2-sperma. Semina immarginata.

1. Siliqua inarticulata demum secedens in pseudo-articulos 1-spermos. Stylus subnullus. Stamina omnia distincta. Funiculi umbil. brevissimi, papillaeformes. (Flores violacei. — *Asia occ., Sibiria.*) . . . . . . Goldbachia. DC.

2. — 2-articulata, stylo compresso rostriformi acuminata, loculis non separabilibus, singulis in locellos 2 monospermos divisis. Stamina majora per paria connata. (Flores purpurei. — *Syria.*) . . . . . . Anchonium. DC.

B. Siliqua inarticulata, torulosa, demum secedens in pseudo-articulos plurimos, 1-spermos. Semina submarginata. Stamina majora per paria ad medium usque connata. (Flores flavi. — *Armenia, Asia bor., Persia.*) . . . . . . Sterigma. DC.

Tribus 12. BRASSICEAE.

(○≫ *Siliquosae.*)

A. Semina in quoque siliquae loculo 1-seriata.

I. — globosa aut oblonga (sectione transversali subteretia), nec aut vix compressa.

a. Siliquae valvae nervis longitudinalibus 3 v. 5 rectis (fere aequivalidis) *percursae.*

1. Stylus brevis v. conicus, teres aut vix compressus. (Flores albi. — *Patria diffusa, exclus. Australia?*) Sinapis. Tourn. Andrz.
2. — saepe elongatus, compresso-planus, ensiformis, basi 1-spermus. (Flores flavi. — *Patria diffusa, excl. America?*) . . . . *Ramphospermum. Andrz.

b. Siliquae valvae convexae, nervo unico medio percursae, ex quo oriuntur utrinque venulae tam inter se quam cum nervo s. vena laterali longitudinali flexuosa anastomosantes. — (Flores albi v. flavi. — *Patria diffusa, excl. Australia?*) . . . . Brassica. L. Koch.

II. **Semina ovalia v. oblonga, compressa.** Siliqua linearis, 4-gono-anceps, rostro conico terminata; valvae nervo medio subcarinatae venulisque ex eo ortis notatae. (Flores pallide lutei. — *Europa.*) . . . . * Erucastrum. Schimp. et Spenn.

III. — **oblonga, subtriquetra.** Siliqua exacte 4-gona, valvis carinatis, septo foveolato. Stylus elongatus, aspermus, basi 4-gonus, apice compressus. Glandulae inter stamina lateralia et ovarium. Calyx clausus, basi bisaccatus. — (*China borealis.*) . . . . *Orychophragmus. Bunge.

B. Semina in quoque loculo 2-seriata. — (*Europae, praecipue australis, et Africae bor. incolae.*)

1. **Stylus subnullus aut brevis conicus, nec ampliatus.**

a. Siliqua 4-gono-subanceps; valvae nervo unico medio longitudinali valido suturisque validis praeditae, aveniae. Stylus conicus. Stigma acutiusculum. (Flores rosei.) . . . . Moricandia. DC.

b. — *compressa, anceps;* valvae suturis validis junctae, nervo medio debiliore v. obsoleto et saepius venis anastomosantibus notatae. Stylus compresso-conicus. Stigma subcapitatum, depresso-emarginatum. (Flores albi.) . . . . Diplotaxis. DC.

2. **Stylus ampliatus, compresso-foliaceus, ensiformi-ligularis, acutiusculus.** Siliqua teretiuscula, valvis 3-nerviis. (Petala alba v. flava, venis fuscis reticulata.) . . . . Eruca Tourn. DC.

Tribus 13. VELLEAE.

(○≫ *Siliculosae latiseptae.*)

A. Siliculae loculi 4- v. 00-spermi. Stamina omnia libera.

1. **Siliculae loculi 00-spermi.** Semina adscendentia, late marginata, 2-seriata. Silicula breviter stipitata, oblonga; valvis laevibus, 1-nerviis, venosis, convexiusculis. Stylus brevis. Stigma capitatum, emarginatum. (Flores lilacini. — *Africa bor.*) . ? Savignya. DC. R. Br.
2. — — **4-spermi.** Semina pendula, globosa, immarginata. Silicula sessilis, ovata. Stylus persistens, planus, ovatus, demum foliaceus. (Flores ochroleuci. — *Regiones mediterraneae.*) . . . . Carrichtera. DC.

B. Siliculae loculi 1-2-spermi. (Flores flavi v. ochroleuci.)

† **Staminum majorum filamenta per paria connata.**

1. Stylus planus, latus, ovatus, demum foliaceus. Siliqua ovata, compressa, valvis dehiscentibus, loculis 2-1-spermis. — (*Hispania.*) . . . . Vella. L. DC.
2. — tenuis, conico-sublinguiformis, subsubulatus. Siliqua ovata, valvis indehiscentibus, loculis 2-1-spermis. — (*Hispania.*) . . . . Boleum. Desv.

†† **Stamina omnia libera.** Stylus subsubulatus, conico-subtetragonus. Siliqua ovato-globosa, valvis echinatis, dehiscentibus, loculis 1-spermis. — (*Regiones mediterraneae et ins. Canariens.*) . . . . . . Succowia. Medik.

Tribus 14. PSYCHINEAE.

(○≫ *Siliculosae angustiseptae.*)

1. **Silicula ovalis, depresso-plana; valvis toto dorso anguste alatis.** (Flores roseo-purpurascentes. — *Arabia.*) . . . . Schouwia. DC.
2. — **triangularis; valvis compressis carinatis, apice tantum dorso alatis.** (Flores albi, venis nigris notati. — *Mauritania.*) . . . . . . Psychine. Desf.

Tribus 15. ZILLEAE.

(○≫ *Siliculosae nucamentaceae.*)

1. **Silicula 2-locularis,** ovato-globosa, suberoso-fungosa, loculis 1-spermis. Stylus conicus, crassus. (Flores violacei. — *Aegyptus.*) . . . . Zilla. Forsk.
2. — **1-locularis,** 1-sperma, coriacea, subglobosa. (Flores albi.)

a. Silicula aculeis echinata. Stylus brevissimus, crassiusculus. Semen globosum, lateraliter insertum. Petala aequalia. — (*Africa boreal.*) . . . . Muricaria. Desv.

b. — *non echinata.* Semen subglobosum, apice truncatum, ex apice loculi pendulum. Petala exteriora submajora. — (*Europa media et austr., Tauria.*) . . . . Calepina. Adans.

Tribus 16. RAPHANEAE.

(O≫ *Lomentaceae.*)

A. Semina in quovis articulo 1-2, nec plura.

† **Siliqua (coriacea) 2-articulata,** articulis interstinctis, forma inaequalibus.

1. *Stylus brevis v. nullus.* Staminum majorum filamenta apice saepius dente lateraliter aucta. Siliquae articulus inferior inanis, pedicelliformis; superior globosus, 1-locularis, 1-spermus. Semen globosum, funiculo longo libero e basi loculi adscendente apice incurvo suspensum. (Flores albi. — *Patria diffusa, excl. Australia.*) . . . . Crambe. TOURN. DC.

2. — *filiformis, persistens.* Stamina omnia edentula.

a. Semina solitaria, articuli superioris (ovati, rugosi) *erectum*, inferioris (obconici, saepius sterilis) pendulum. (Flores flavi. — *Europa media et austr.*) . . . . Rapistrum. BOERH.

b. — *in utroque articulo* 1-2 *pendula.* Articulus superior in rostrum breve styliferum attenuatus, inferior apice truncatus. (Flores albi aut flavi. — *Ins. Graecae, Africa bor.*) Didesmus. DESV.

†† **Siliqua (suberosa, cartilaginea aut coriacea) 00-articulata,** articulis nunc strangulationibus interstinctis et tunc plerumque maturitate secedentibus, — nunc indistinctis, confluentibus aut strangulationibus leviter interstinctis et tunc non secedentibus; siliqua tamen in omni casu septulis spuriis transversis 00-locellata. Stylus conicus. (Flores albi, flavi aut purpurascentes, nonnunquam venosi. — *Asia, Europa.*) . . . . Raphanus. (L.) DC.

B. Semina in siliquae 2-articulatae articulo inferiore (obconico, brevi) 1-3 pendula, in superiore (longo, 9-10-locellato) 9-10 erecta; articulo superiore lacunis totidem cellulosis tumidis inter locellos seminiferos noduloso. (Petala flava venosa aut purpurascentia. — *Insulae Graecae, Aegyptus.*) . . . . Enarthrocarpus. LABILL.

Tribus 17. BUNIADEAE.

(O ‖ ‖ *Siliculosae nucamentaceae.*)

Genus unicum. Character idem ac tribus; v. supra (pag. 9.). — (*Europa austr., Asia, Africa bor.*) . . . . Bunias. (L.) R. BR.

Tribus 18. ERUCARIEAE.

(O ‖ ‖ *Siliquosae lomentaceae.*)

A. Siliqua 2-nodosa v. 2-articulata. Petala indivisa.

1. **Siliquae articulus inferior 2-locularis,** septo membranaceo, seminibus pendulis; **superior ensiformi-rostratus, evalvis, oligospermus,** seminibus erectis. Stylus subnullus, aut filiformis. **Stigma indivisum.** (Flores ex albo purpurascentes. — *Orbis antiquus.*) . . . . Erucaria. GAERTN.

2. — **articulus inferior 2-locularis, basi dehiscens, loculis sub-5-spermis; superior mono- v. aspermus. Stigma 2-lobum.** (Cotyled. etc. vix notae.) . . . . ?*Morisia. GAY. †

B. Siliqua (genuina) inarticulata, linearis, teretiuscula, 2-valvis. Semina 2-seriata. Cotyledones 2-crures! **Petalorum laminae pinnatifidae!** (Flores albi ? ex sicco flavi. — *Chili.*) . . . . Schizopetalum. SIMS.

Tribus 19. HELIOPHILEAE.

(O ‖ ‖ ‖ *Siliquosae.* — *Omnes Africae austr. incolae.*)

1. **Siliqua brevissime stipitata,** ovato-oblonga, valvis planiusculis, **rostro subulato elongato corniformi.** Semina in quoque loculo 2-4, immarginata. (Cotyled. ignotae.) Stamina edentula. Calyx 2-saccatus. (Flores albi.) Chamira. THUNB. †

2. — **saepius sessilis,** linearis v. lanceolata, continua aut moniliformis **rostro nullo.** Semina in quoque loculo 1-seriata, saepius alata. Stamina lateralia interdum dente aucta. Calyx basi subaequalis. (Flores albi, rosei, caerulei aut flavi.) . . . . Heliophila. (BURM.) DC.

Tribus 20. SUBULARIEAE.

(O ‖ ‖ ‖ *Siliculosae latiseptae.*)

Genus unicum. Char. idem ac tribus, v. supra (pag. 9.). — (*Europa bor. et media, Asia bor.*) Subularia. LINN.

Tribus 21. SENEBIEREAE. NOBIS.

(*Brachycarpeae. DC.* — O ‖ ‖ ‖ *Siliculosae angustiseptae.*)

1. **Siliculae valvae compressae** saepius cristatae, rugosae, apice aut utrinque emarginatae. Stylus brevis aut nullus. Calyx patentissimus. (Flores albi, parvi, plerumque exigui. — *Europa, Africa, America.*) . . . . Senebiera. POIR. DC.

2. — **ventricosae.** Stylus brevis. Calyx erectiusculus. (Semina matura ignota. — Flores ampli, flavi aut purpurascentes. — *Cap. b. sp.*) . . . . Brachycarpaea. DC.

XIII. CAPPARIDEAE.

A. Fructus capsularis, dehiscens. . . . . Tribus I. *CLEOMEAE. DC.*

I. Stamina definita, plerumque 6, rarius 4, rarissime pauciora aut 8.

A. Capsula siliculaeformis (sc. latitudine brevior), stipitata. Calyx 4-sepalus, patens. Petala 4. Stamina 6. (Folia 3-foliolata. — *Mexico.*) . . . . Cleomella. DC.

B. — siliquaeformis (latitudine longior). Petala 4.

a. Sepala 4 connata in calycem apice 4-dentatum, basi demum circumscissum. Torus parvus. Stamina 6, basi monadelpha. Siliqua oblonga, stipitata. (Folia 3-foliolata. — *America bor.*) . . . . Peritoma. DC.

b. — *4 distincta aut vix basi cohaerentia, patentia.*

1. *Stamina* 6, *circa germinis stipitem elongatum longe monadelpha*, apice tantum libera. (Folia 3-7-foliolata. — *America austr., Africa, Australia.*) . . . . Gynandropsis. DC.

2. *Stamen unicum fertile*, 4 sterilia basi connata (parapetalum Link.) stamini fertili opposita. Glandulae nectariferae 0. Sepala petalaque inaequalia. (Folia 3-foliolata. — *Brasil.*) . . . . * Dactylaena. Schrad.

3. *Stamina fertilia plura, distincta* aut basi breviter connata.

α. Stamina 6, rarius 4, filamentis filiformibus (nec apice incrassatis). Siliqua stipitata aut sessilis. (Folia 3-7-foliolata, rarius simplicia. — *Patria diffusa.*) . . . . Cleome. (L.) DC.

β. — 6, rarius 8, declinata, filamentis 2-4 superioribus (plerumque brevioribus) infra antheram inflato-incrassatis. (Folia simplicia. — *Brasil.*) . . . . * Physostemon. Mart.

II. Stamina 12 v. plura subindefinita, rarius 8. Flores regulares 4-sepali, 4-petali.

a. Siliqua in calyce sessilis aut brevissime stipitata. (Folia 3-7-foliolata.)

1. Stamina 00 (indefinita), toro hemisphaerico inserta, filamentis infra antheras (recurvas) clavato-incrassatis, sterilibus nullis. — (*India or.*) . . . . * Corynandra. Schrad.

2. — 8-32, toro parvo inserta, filamentis apice non incrassatis, nonnullis interdum sterilibus. (*America, Cap. b. sp., Ind. or.*) . . . . Polanisia. Rafin.

b. Siliqua longe stipitata. Sepala in aestivatione valvata, marginibus in suturas prominulas subrevolutis. (Caet. Capparidis. Folia simplicia, saepe lepidota. — *America tropica.*) . . . . * Quadrella. (DC.)

B. Fructus baccaceus, indehiscens. . . . . Tribus II. *CAPPAREAE. DC.*

I. Stamina numerosa, aut indefinita, aut nisi casu abnormi non pauciora quam 12.

A. Sepala 4 v. 5 distincta aut basi tantum cohaerentia.

† *Sepala 4. Petala 4, rarius 0.*

a. Petala sepalis majora.

1. — *cruciatim disposita.* Bacca carnosa v. coriacea, oblonga, saepius elongata, rarius subglobosa. (Folia simplicia. — *Patria diffusa.*) . . . . Capparis. L. R. Br.

2. — *secunda.* Stamina declinata. Bacca pulposa, ovata v. pomiformis, subglobosa. (Folia 3-foliolata.)

α. *Aestivatio clausa* (sc. petala in alabastro genitalia tegentia). — (*Africa.*) . . . . * Ritchiea. R. Br.

β. — *aperta* (sc. genitalia nullo tempore petalis tecta). Torus elongatus aut hemisphaericus. Stamina 8?-28. Bacca stipitata, tenuiter corticata. — (*Patria intra tropicos diffusa.*) Crataeva. L. R. Br.

b. Petala nulla aut sepalis minora. (Frutices inermes.)

1. — *interdum adsunt. Stamina* 00. Bacca? ovata v. cylindrica, sessilis? 00-sperma? (Folia 3-foliolata aut simplicia. — *Africa, Ind. or.*) . . . . Niebuhria. DC.

2. — *nulla. Stamina* 12-20. Bacca globosa, stipitata, 1-sperma. — (Folia simplicia. — *Africa.*) . . . . Boscia. Lam.

†† *Sepala 5. Petala 5.*

a. Flores hermaphroditi. Sepala decidua, petalis longiora. Stamina toro elongato inserta. Antherae 4-loculares. Bacca sicca, stipitata, 1-sperma. (Folia simplicia. — *Cochinchina.*) * Arsis. Lour. †

b. — *dioici.* Calyx 5-lobus. Petala basi squamis ciliatis aucta. ♀: processus pinnatifidi staminum locum tenentes. Styli 5. Stigmata cordata. Bacca sicca, 00-sperma. (*Ind. or.*) ? * Gynocardia. Roxb.

B. Sepala 4 connata, rarius solummodo 2 et tunc distincta.

1. *Petala 4. Calyx obovatus, 2-fidus.* Torus parvus. Stamina 20, basi submonadelpha. Bacca stipitata, globosa. (Folia simplicia. — *Ins. Caribaeae.*) . . . . Morisonia. Plum.

2. — 7. *Calyx 2-sepalus.* Torus parvus, hemisphaericus. Stamina 00, libera. Gynophorum elongatum. Bacca stipitata, pulposa. (Folia simplicia. — *Ins. Norfolk.*) . . . . * Busbeckea. Endl.

3. — *nulla.* Stamina 00.

a. Calyx tubulosus, limbo 4-partito. Corona faucis petaloidea. Genitalium stipes elongatus. Bacca siliquaeformis, oblongo-cylindrica, 00-sp. (Folia simplicia. Stipulae minutae, setaceae. — *Africa, Arabia.*) . . . . Maerua. Forsk. R. Br.

b. — *follicularis*, demum circumscissus. Torus brevis. Bacca oblonga. (Folia simplicia aut 3-foliolata. — *Patria intra trop. diffusa.*) . . . . Thylachium. Lour.

C. Calyx 8-partitus, persistens, laciniis duplici ordine dispositis, interioribus (nonne potius petala dicendis?) majoribus basi 2-glandulosis. Petala 0 (?). Stam. 00, inaequalia, antheris rostratis. Stylus brevis; stigma 3-4-gonum. Bacca globosa, stylo rostrata, 3-4-locularis, loculis 2-4-spermis. — (Frutex spinosus. Folia simplicia. — *Java.*) . . . . ? * Rhinanthera. Blume.

II. Stamina definita, 4-8.

† *Calyx simplex.*

a. Sepala 8 (rarissime 6, 7 v. 8) patentia, decidua. Petala et stamina totidem, disco elevato tuberculato inserta; filamentis basi pilosis. Stylus brevis, crassus. Stigma 8-lobum. Bacca succulenta, 8-nervis, 00-sperma. (Herba habitu Cleomes, foliis 3-foliolatis. — *Peruvia.*) * Tovaria. Ruiz et Pav.

b. Calyx campanulatus, 2-lobus. Petala 4, erecta. Stamina 6, quorum 2 inferiora longiora. Stigma sessile, capitatum. Germen stipitatum, oblongum. (Folia simplicia. — *America tropica.*) . . . . Stephania. Willd.

c. Sepala 4 distincta aut basi tantum et aequaliter cohaerentia. Petala 4, rarius (in Cadaba) nulla. Stamina basi plus minus monadelpha. Fructus stipitatus.

1. *Stamina* 8. Nectarium oblongum genitalium stipiti basi adnatum, apice liberum 2-fidum, concavum. Stigma sessile. Siliqua carnosa. (Frutex aphyllus? — *Cap. b. sp.*) . . Schepperia. Neck.

2. — 4-5. Nectarium ligulaeforme e basi stipitis subcylindrici ortum. Petala interdum 0. Bacca cylindracea. (Folia simplicia. — *Africa, Ind. or., Nov. Holl.*) . . . . Cadaba. Forsk.

3. — 6 (cum 7mo? sterili, brevissimo inter 2 superiora). Torus carnosus 3-angularis, angulis in dentes (nectaria) productis, quorum superior ligulaeformis, laterales minutissimi. Petala lineari-lanceolata. Sepala 2 interiora exterioribus multo minora. Bacca globosa, stylo brevi apiculata, crustacea. (Frutex lepidotus. Folia simplicia. — *Chili.*) . . . . ? * Atamisquea. Miers.

†† *Calyx duplex*, exterior tubulosus, interior 4-sepalus minimus. Petala 4, linearia. Stamina 6, longissima. Bacca oblongo-cylindrica. — (*America austr.*) . . . . Hermupoa. Loefl. †

XIV. RESEDACEAE.

a. Petala 4-6, inaequalia superiorum 2 lamina laciniata. Carpella membranacea angulo interiore hiantia aut dehiscentia.

1. **Carpella 3-6, coalita in capsulam 1-locularem,** sessilem, 3-6-gonam, stylis 3-6 coronatam, apice jam ante maturitatem hiantem. Placentae 3-6 stylis alternae. Semina 00, biseriata. — (*Europa, Asia, Africa.*) . . . . . . **Reseda. (L.) Neck.**
2. — **4-6 distincta,** stipiti communi inserta, radiatim patentia, follicularia, inferne 1-2-sperma, nonnisi maturitate dehiscentia. — (*Europa austr., regiones mediterraneae.*) . . . . . . **Astrocarpus. Neck.**

b. Petala nulla. Bacca 00-sperma. Calyx rotatus, 5-dentatus, disco annulari repletus. — (*Aegyptus*) . . . . . . **Ochradenus. Delil.**

XV. FLACOURTIANEAE.

A. Flores abortu unisexuales, dioici.

I. — **apetali.** Calycis segmenta simplici serie disposita, petaloidea nulla. Stamina indefinita. Fructus baccatus, indehiscens. (Frutices v. arbores spinosae, rarius inermes.) . . . . . . ***FLACOURTIEAE. DC.***

a. Calyx florum ♀ persistens (campanulatus, 4-5-partitus). Stigmata umbilicato-capitata. Bacca stylis coronata, oligosperma. Semina cartilaginea. ♂: Stamina toro non dilatato inserta, glandula crenata basi cincta. — (*India occid. et orient.*) . . **Roumea. Poit.**

b. — — *deciduus.*

1. *Stylus cylindricus, brevis.* Stigmata 6, radiata. (♂ ignot.) — (*Cochinchina, Java.*) . . . **Stigmarota. Lour. †**
2. — *subnullus.* Stigma latum, 5-9-radiatum, persistens. Bacca globosa, 00-locularis, loculis 2-spermis. Semina ossea. Calyx 5-7-partitus. ♂: Stamina 00 in toro hemisphaerico dense congesta. — (*Africa, India or.*) . . . . . . **Flacourtia. Commers. L'Herit.**

II. Flores 5-petali, v., si mavis, calycis segmenta 10, duplici serie disposita, interiora petaloidea exterioribus alterna (potius petala vera dicenda). Stamina definita. Fructus subbaccatus, demum dehiscens. . . . . . . ***KIGGELARIEAE. DC.***

a. Placentae polyspermae. Petalorum ungues squamas glandulasve gerentes.

1. *Petalorum ungues glandulas 3 gerentes.* ♂: *Stamina* 10-20, filamentis brevibus, antheris oblongis apice 2-rimulosis. ♀: Styli 5 (2-5, ex DC.). Capsula globosa, coriacea, 1-locularis, 5-valvis. — (*Africa australis.*) . . . . . . **Kiggelaria. L.**
2. — *ungues squama pilosa* (stamine sterili?) *onustae.* ♂: *Stamina fertilia* 5, filamentis subulatis basi pilosis, antherarum subreniformium loculis connectivo lato interstinctis. Pistilli vestigium nullum. ♀: Stamina maris antheris effoetis. Stigma sessile, peltatum, in lobos 5 cuneatos profunde bifidos divisum. Bacca globosa (evalvis?) 00-sperma, stigmatis parte indivisa et saepe stylum brevem simulante coronata. — (*India or.*) . . . . . . **Hydnocarpus. Gaertn**

b. Placentae 1-2-spermae. Glandulae ad petalorum ungues nullae.

1. *Bacca 5-locularis* (ex Juss. 1-loc.?) loculis 1-spermis. Calyx brevissimus, 5-dentatus. ♂: Stamina 5, filamentis clavatis, antheris adnatis. ♀: Germen squamulis 5 (staminibus sterilibus?) cinctum. Stigma sessile, stellato 4-lobum. — (*Nova Zeelandia.*) . . . . . . **Melicytus. Forst.**
2. *Fructus subcarnosus, semi-3-locularis?*, ovoideus, calyce cupuliformi (non aucto) basi cinctus, ab apice 3-valvis; valvis crassis, media facie interna placentas subdissepimentiformes gerentibus. Semina ex quavis placenta 2 pendula, superposita, extus carnosa aut arillata. (Caetera ignota. — *Nova Hollandia.*) . . . . . . ***Denhamia. Nob.**

B. Flores hermaphroditi.

I. Stamina definita. Calyx et corolla. Stylus simplex. Fructus 1-locularis, indehiscens. . . . . ***ERYTHROSPERMEAE. DC.***

Sepala 4, decidua. Petala 4-7. Stamina 4-7, filamentis brevissimis, antheris oblongis. Stigma 3-5-lobum. Fructus subbaccatus, globosus, 1-locularis, 00-spermus. — (*Frutices Mauritiani.*) . . . . . . **Erythrospermum. Lam.**

II. Stamina indefinita, saepe numerosissima.

A. Calycis (persistentis) segmenta simplici serie disposita. Petala nulla. — (*Americae aequinoct. incolae.*) ***PATRISIEAE. DC.***

1. *Urceolus hypogynus inter stamina et pistillum.* Stigmata 4. Bacca suberosa, 00-locularis, indehiscens. Placentae parietales 5. Semina arillo 3-alato tecta, albuminosa. **Ryanaea. DC.**
2. — *hypogynus nullus.* Calyx 5-sepalus, coloratus. Stylus apice 4-5-fidus, stigmatibus capitatis. Capsula suberosa, dehiscens, 3-5-valvis. . . . . . . **Patrisia. H. Bk.**

B. Calycis segmenta duplici serie disposita (interiora forsan petala vocanda?). Fructus baccaceus (indehiscens?) 1-locularis. (Genera ab auctoribus ad Flacourtianeas relata, quoad tribum nobis dubia.) ***Genera dubii loci.***

1. *Fructus polyspermus.*

   a. Calyx subgloboso-campanulatus, 6-8-fidus, segmentis interioribus majoribus. Stylus cylindricus, stigmate obtuso. Bacca exsucca, subglobosa, placentis 3 parietalibus. — (*America aequinoct.*) . . . . ***Kuhlia. Kunth.**

   b. — *10-sepalus,* sepalis 5 exterioribus basi coalitis, interioribus 5 (v. pluribus) longioribus venosis. Stamina disco hypogyno prominulo inserta, antheris apiculatis. Stylus simplex, stigmate orbiculato-disciformi radiato-sulcato. Bacca pulposa, indehiscens, globosa, lineis 5-10 longitudinalibus notata. Semina parietalia. — (*Africa.*) . . . . . . ***Oncoba. Forsk.**

2. *Bacca 3-4-sperma.* Calyx 10-12-partitus, segmentis partim inaequalibus. Stamina toro dilatato inserta, antheris basi 2-rimosis, connectivo longe ultra loculos in cornu obtusum producto. Stylus elongatus, stigmate angulato-capitato, superne 3-4 sulcato. — (*India orient.*) . . ***Phoberos. Lour.**

XVI. BIXINEAE.

A. Flores hermaphroditi. Stylus unicus aut nullus.

I. Stigma simplex, indivisum (rarius stigmata 3, distincta, indivisa).

A. Fructus capsularis.

1. *Flores completi.* Calycis aestivatio imbricata.

† *Stigma simplex.* Capsula extus setoso-echinata, valvis medio septiferis. Semina pulpa farinacea circumdata. Calyx deciduus.

a. *Calyx 5-sepalus*, sepalis basi tuberculatis. Petala 5, obovata. Stamina hypogyna, antheris ovatis. Stylus apice compressus. Capsula 2-valvis. Placentae 8-10-spermae. — (*America austral.*) . . . . . Bixa. L.

b. — *4-partitus.* Petala 4-5, incisa. Stamina disco inserta, antheris cuspidatis. Stylus subulatus. Capsula 4-valvis, lignosa. Placentae 1-2-spermae. Semina basi arillata. — (*Java.*) . . . . . . *Echinocarpus. Blume.

†† *Stigma peltato-umbilicatum.* Calyx 3-partitus. Petala 3, tomentosa. Capsula 00-sperma. — (*India occident.*) . . . . *Xyladenius. Hamilt. †

††† *Stigmata 3, lanceolata, acuta, reflexo-patentia.* Stylus persistens, erectus, elongato-conicus. Sepala 5. (Petala, stam. et ovar. ignota.) Capsula echinata, 1-locularis, 2-valvis, 4-sperma, valvis medio placentiferis. Semina globosa, albuminosa. Embryo axilis, cotyledonibus planis, radicula recta hilum spectante. — (*Mexico.*) . . . . *Lindackeria. Presl.

2. *Flores apetali.* Calyx 4-partitus, aestivatione valvata. Filamenta sterilia plurima stamina fertilia circumdantia. Capsula 2-valvis, 00-sperma. Semina striata. — (*Peruvia.*) . . . . ?Abatia. Ruiz et Pav.

B. Fructus baccaceus.

1. *Stamina fertilia filamentis sterilibus intermixta.* Calyx 4-6-partitus. *Petala nulla.* Stylus subulatus, stigmate obtuso. Bacca stylo apiculata, 00-sperma. — (*Chili.*) . . . . . . Azara. Ruiz et Pav.

2. *Filamenta sterilia nulla.*

† *Petala aut 6 aut 3 v. 4.* Calyx persistens.

a. *Petala* 6. *Calyx 6-partitus.* Stylus simplex.

α. — distincta, subrotunda, infra discum inserta. Stamina 15 aut plura, disci margini inserta. Stigma capitatum. Bacca subexsucca, stylo terminata, 00-sperma. Semina striata. — (*Cayenna.*) . . . . . . Banara. Aubl.

β. — basi connata in corollam 6-partitam persistentem. Stigma obtusum. Placentae 3 parietales. Bacca? polysperma. — (*Peruvia.*) . . . . *Christannia. Presl.

b. — 3. *Calyx 3-sepalus.* Stylus brevis, persistens. Ovarium 00-ovulatum. — (*Brasilia.*) . . . . ?*Ascra. Schott. †

c. — 4. *Calyx 4-sepalus.* Antherae 2-loculares, hispidae. Stylus crassiusculus, teres. Stigma 4-lobum. Bacca globosa, 00-sperma. Placentae parietales irregulariter dispositae. Semina semilunaria, compressa. (Aestivatio calycis et corollae valvata, subaperta. — *Ins. Philippin.*) . . . . ?*Dasianthera. Presl.

†† *Petala aut nulla, aut (rarius) 5.*

a. *Bacca coriacea, polysperma.* Calyx 5-partitus, marcescens. Petala saepius nulla, rarius 5. Stigma capitatum, sublobatum, stylo suffultum. — (*America aequinoct.*) . . . . Laetia. L.

b. — *subexsucca, 4-6-sperma.* Calyx 3-5-partitus, persistens. Petala nulla. Stigma integrum, saepius sessile. — (*Ins. Mauritii et America trop.*) . . . . Prockia. P. Browne.

II. Stigma duplex v. 3-4-fidum. Stamina disco hypogyno inserta.

a. *Appendices capsulae basin cingentes nullae.*

1. *Calyx persistens*, 5-7-partitus. Petala 0. Stylus filiformis. Stigma 3-4-fidum. Bacca globosa, stylo acuminata, 6-8-sperma. — (*Ins. Maurit. et Borbon.*) . . . . Ludia. Lam.

2. — *deciduus*, 5-sepalus. Petala 5, calyce fere minora. Stylus 0. Stigmata 2, emarginata. Capsula reniformis, 2-valvis. Semina 00, arillata, ciliata. — (*Java.*) . . . . . *Trichospermum. Blume.

b. *Appendices 10-15? cum staminibus totidem alternantes*, oblongae, hirsutissimae, omnes basi inter se coalitae in annulum capsulam cingentem. Sepala 5, persistentia. Petala . . . . .? Stylus 1, stigmate 3-partito. Capsula ovato-3-quetra, 3-valvis, intus pube densa brevi tecta. — (*Guiana.*) . . . . ?Piparea. Aubl.

B. Flores unisexuales, dioici.

♂: Calyx 3-partitus v. 3-sepalus. Petala 9-12. Staminum filamenta brevissima, antherae lineari-oblongae (sub-4-gonae). ♀: Germen profunde 10-costatum, stylis 3-5 terminatum, 1-loculare. Ovula 00, placentis 3-5 (parietalibus) affixa. („Bacca magna, extus foliosa" ex Spreng.) — (*America tropica.*) . . . . ? Mayna. Aubl.

XVII. CISTINEAE.

A. Capsulae 10-5-locularis, 10-5-valvis, valvis medio septiferis. Semina ovato-angulata. Embryo spiralis. Sepala nunc 5, quorum 2 exteriora, inaequalia, nunc 3, simplici serie disposita. Stylus filiformis, stigmate capitato. (Folia opposita, exstipulata. — *Europa austral., Asia occid., Africa boreal. et Ins. Canar.*) . . . . . . Cistus. Tourn.

B. — 3-valvis, maturitate 1-locularis, rarius 3-locularis.

1. Capsula matura 1-locularis. Petala 5. Stamina 15-00.

a. *Capsula polysperma*, 3-gono-subglobosa (junior saepius, an semper? 3-locularis). Semina mediis valvis (saepius septiferis) affixa, angulata. *Embryo uncinato-inflexus.* Stigma capitatum, nonnunquam subsessile. Sepala 3 aequalia, aut 5 quorum 2 exteriora minora, rarius majora. Petala conspicua. (Folia opposita, rarius alterna, cum vel absque stipulis. — *Patria diffusa*, — excl.? *Australia?*) . . . . Helianthemum. Tourn.

b. — *1-3-sperma*, coriacea, oblonga v. obovata. Stigma simplex. Semina granulata. *Embryo in albumine immersus.* Calyx 3-partitus tubuloso-connivens. Petala minima. (Folia alterna, subulato-acerosa, exstipulata. — *America borealis.*) . . . . Hudsonia. L.

2. Capsula matura 3-locularis, valvis medio septiferis aut nervigeris. Stigmata 3, (plumosa; ex Linn.). Semina pauca, saepius 8. Embryo dorsalis, rectiusculus, radicula infera. Calyx 3-sepalus, 2-bracteatus (potius dicendus 5-sepalus? sepalis 2 exterioribus). Petala 3. Stamina 3-12. Stigmata 2 obsoleta. (Folia alterna aut opposita. — *America boreal.*, — et? *India orient.*) . . . . Lechea. L.

XVIII. VIOLARIEAE.

† **Genuinae:** Stamina fertilia 5, sterilia nulla. Fructus capsularis (rarissime baccaceus) loculicide dehiscens, valvis medio (nec margine) placentiferis.

Tribus I. VIOLEAE. DC.

A. Petala inter se plus minus inaequalia. . . . .

I. Stamina vel omnia vel nonnulla distincta, aut vix ima basi subconnata.

A. Petala longitudine et forma plerumque valde inaequalia, infimum basi gibbum, saccatum v. saepius tubuloso-calcariforme (Nectarotheca, Spr., Ging.). — Folia alterna.

1. *Sepala basi in appendices auriculiformes non producta*, sed in pedunculum quasi deliquescentia, nec ab eo soluta. — (*Americae tropicae incolae.*)

a. *Petali inferioris calcar compressum, medio coarctatum, antrorsum retortum*; petala lateralia infimum subaequantia, suprema minima. Staminum filamenta 4 connata, ima basi breviter appendiculata (quintum liberum). *Antherae extrorsae*, lineari-oblongae, connectivi prolongatione terminali longiores. (Frutex scandens.) . . . Corynostylis. MART. (Calyptrion. GING.)

b. — *inferioris* (caeteris multo majoris) *calcar teres, rectum, retrorsum longe productum*, lamina plerumque valde dilatata. Staminum filamenta brevia, omnia distincta, 2 inferiora appendicem calcari immittentia. *Antherae introrsae*, ovatae, connectivi prolongatione (semper?) breviores.

α. *Capsula maxima, inflato-vesiculosa*, membranacea. *Semina* valde complanata, *membrana cincta*. . . . . * Anchietea. ST. HIL.

β. — *mediocris, ovata, subtrigona* (haud inflata). *Semina* ovato-globosa, *immarginata*. Noisettia. KUNTH.

2. *Sepala exteriora (rarius omnia) basi producta in appendicem auriculiformem plus minus a pedunculo solutam.* Stamina 2 inferiora appendicem calcari immittentia. Antherae introrsae.

a. *Sepala* 3 exteriora interioribus (petalisque superioribus) multo majora, saepius cordata; supremum basi hastato-biauriculatum, 2 lateralia (inter quae corollae calcar exsertum) inaequilatera, dimidiato-hastata; 2 intima minima, angustissima. *Petala valde inaequalia*, 2 suprema omnium minima, infimum omnium longissimum, basi calcaratum aut (ex Mart.) 2-callosum. — (*Brasilia.*) . . . . Schweiggeria. SPRENG.

b. — omnia basi auriculata. *Petala parum inaequalia*, 2 lateralia omnium plerumque minima, inferioris calcar mediocre, rarius longum, aut brevissimum. — (*Patria diffusa.*) Viola. TOURN. SWEET.

B. Petala longitudine vix inaequalia, infimi basis leviter gibba aut omnino aequalis laminaque vix aut non prolongata. Antherae introrsae.

1. *Stamina approximata, conniventia.* Petala subaequalia, subsessilia, patula aut subpatula, infimum basi gibbum. (Folia alterna.)

a. *Stigma inconspicuum* Petali infimi basis obsolete concava vix ac ne vix gibba. (Genus a Viola vix satis distinctum.) — (*Nova Holland.*) . . . . *Erpetion. (DC.Mss.) SWEET.

b. — *hamosum.* Petali infimi basis distincte (etsi leviter) saccato-gibba. — (*America bor.*) Solea. SPRENG. GING.

2. *Stamina distantia, divergentia.* Antherae connectivi processu lineari terminatae. Petala subinaequalia, unguibus in tubum conniventia, infimi basis aequalis, lamina spathulata. (Folia alterna v. opposita. — *Brasilia.*) . . . . * Spathularia. ST. HIL.

C. Petala inaequalia, infimum omnium maximum et caeteris plerumque pluries longius, basi aequale v. gibbum (haud calcaratum), lamina prolongata saepiusque dilatata (quasi labelliformis). — (Folia alterna.)

1. *Staminum filamenta brevissima.* Antherae ovarium non superantes. Sepala parva.

a. *Antherarum lobi saepius acuminati.* Filamenta a basi inde dilatata. Petalum infimum basi gibbosum, lamina obovata. — (*Australia.*) . . . . Pigea. DC.

b. *Antherarum lobi obtusi.* Petalum infimum basi gibbum aut carinato-concavum, laminae forma varia. — (*America, Africa et Asia trop.*) . . . . Jonidium. VENT. GING.

2. *Staminum filamenta filiformia, elongata*, antheras supra ovarium elevantia. Petalum infimum basi subgibbum, lamina transverse dilatata. Sepala magna. — (*America austr. trop.*) . . Pombalia. VAND.

II. Stamina monadelpha, filamentis in annulum connatis, 2 inferiora basi glandulam nectariferam magnam conchaeformem gerentia et in petali infimi basin saccatam intromittentia. (Caetera fere Jonidii. — *America trop.*) . . . . Hybanthus. JACQ.

B. (v. pag. seq.)

VIOLARIEAE.

(Continuatio.)

B. Petala aequalia. .... Tribus II. *ALSODINEAE. R. Br.*

I. Squamae inter petala et stamina nullae.

A. Staminum filamenta basi leviter connata. Capsula membranacea, inflata. (Caetera Alsodeiae et Ceranthereae. — *Brasilia.*) .... Physiphora. Sol.

B. Stamina urceolo hypogyno intus adnata, superne libera.

1. *Stamina exunguiculata*, filamenta sc. a basi inde in ligulam inferne antheriferam dilatata. Antherae apice saepius setosae. Urceolus interdum appendiculatus. Capsula subtrigona. — (*Madagascar, Brasilia.*) .... Alsodeia. Pet. Th.

2. — *unguiculata*, filamenta sc. aut non dilatata aut infra dilatationem in unguem quasi attenuata. Urceolus staminifer dentatus.

a. Capsula .....? Semina arillata? Filamenta unguiculata, deinde in squamam petaliformem basi antheriferam dilatata. Antherarum lobi setosi. — (*Africa.*) .... Ceranthera. Pal. Beauv.

b. — 3-valvis, 1-locularis, 00-sperma, valvis medio septa incompleta seminifera gerentibus. Semina exarillata. Calyx 5-partitus. Petala 5, basi tubuloso-conniventia. (Stamina, ut videtur, omnino Ceranthereae. — *Java.*) .... *Prosthesia. Blume.

c. Bacca 5-loba (1-locularis) oligosperma. Filamenta filiformia, planiuscula. Antherae connectivo brevissimo mucronatae, non setosae. Petala inferne in corollam campanulatam conniventia. — (*India or.*) .... Pentaloba. Lour.

C. Stamina distincta et perfecte libera (urceolus nullus). — (*America austr.*)

1. *Stylus subulatus aut subclavatus.*

a. Staminum filamenta unguiculata, deinde in ligulam dilatata, extus saepius lamina erecta appendiculata. Antherarum lobi apice setosi. (Folia opposita.) .... Conohoria. (Aubl.) DC.

b. — filamenta exunguiculata, sc. a basi inde in ligulam acuminatam dilatata. (Folia alterna. Caetera Conohoriae.) .... Rinorea. Aubl.

2. *Stylus nullus.* Stigmata 3. Capsula 3-gona (3-locularis, ex Schreb.) 00-sperma. Filamenta capillaria, antheris subrotundis. Petala 5, unguiculata. Calyx 5-partitus, persistens. (Folia alterna.) .... ?*Tachibota. Aubl. †

II. Squamae 5, petalis alternae staminibus oppositae (ex connectivi dorso natae et inter se connatae, ex Endlich.). Filamenta basi in urceolum connata. Connectivum ultra antheras productum in appendicem integram aut fimbriatam. Stylus brevissimus, stigmata 2, acuta. Capsula subbaccata, 2- (v. abortu 1-) locularis, loculis 1-spermis. Semina pendula. (Flores abortu polygami, ex Endl.) — (*Nov. Holland., Ins. Norfolk.*) .... ? Hymenanthera. Banks.

†† Spuriae aut dubiae: s. genera habitu praesertim ad Violarieas genuinas accedentia, sed ab ordinis characteribus partium vel numero vel qualitate et fabrica discrepantia, et praecipue quidem *capsulae dehiscentia septicida*, *valvis marginibus* (saepe introflexis et dissepimenta incompleta formantibus) — *nec medio-seminiferis* distincta.

I. Stamina fertilia appendicibus variis (staminibus sterilibus) hypogynis comitata, aut corona coralliformi cincta. Antherae rimis longitudinalibus dehiscentes.

a. *Stamina fertilia* 10-15? cum appendicibus totidem oblongis hirsutissimis alternantia. Appendices omnes basi coalitae in annulum capsulam cingentem. Sepala 5. Petala .....? Stylus 1, stigmate 3-partito. Capsula ovato-3-gona, 3-valvis, intus pube brevi densa tecta, 1-locularis, 3-1-sperma. — (Cfr. Bixineae. — *Guiana.*) .... ? Piparea. Aubl.

b. — *fertilia* 5, filamentis liberis subulatis, connectivo ultra antheram non producto. Corona (nectarium, L., corolla interior St. Hil.) e foliolis scariosis distinctis aut coalitis constans intra corollam patulam erecta. .... Tribus ? III. *SAUVAGEAE. Ging.*

1. *Coronae (nectarii) foliola 5 distincta*, petalis opposita, cum staminibus fertilibus alterna, aestivatione contorta. Filamenta sterilia minuta, clavata saepe coronam cingentia. — (*America trop., Madagascar.*) .... Sauvagesia. Jacq.

2. — *foliola coalita in tubulum conicum apice denticulatum*, genitalia includentem. Filamenta sterilia nulla. — (*Brasilia.*) .... Lavradia. Vell.

II. Stamina sterilia aut corona coralliformis intra corollam nulla. Antherae 5 (ex Mart. 5-15) subsessiles, 4-gonae, apice 2-porosae, in phalangem (phalanges 2-5 ex Mart.) ad unum ovarii latus connatae. Petala 5 (inaequalia, ex St. Hil.). Sepala 5, decidua. Capsula etc. fere Sauvagesiae. — (*Brasilia.*) .... ? Luxemburgia. St. Hil.

XIX. DROSERACEAE.

† **Genuinae:** Nectarium nullum. Folia vernatione ab apice ad basin circinnatim involuta.

A. Stamina 5.

I. Antherae rimis longitudinalibus dehiscentes. Styli plures, saepius basi connati. Capsula 1-locularis.

a. Calyx profunde 5-fidus v. 5-partitus. Capsula subglobosa v. ovata.

1. *Styli 3-5, singuli simplices apice emarginati, aut 2-3-partiti, aut multifidi penicilliformes.* Capsula 3-5-valvis, 00-sperma. — (Folia radicalia aut alterna, forma varia, glanduloso-ciliata. — *Patria diffusa.*) . . . . Drosera. L. Link.

2. — 5, *filiformes, breves, indivisi.* Stigmata obtusa. Capsula 5-valvis, 10-sperma. (Folia verticillata, vesiculosa. — *Europa austral., Ind. or.*) . . . . Aldrovanda. Monti.

b. Calyx tubulosus, 5-dentatus v. 5-lobus. Petala 5. Antherae cordatae, 2-loculares. Styli 3, apice multifidi. Capsula 3-valvis, valvis medio placentiferis. Semina basi arillata, albuminosa. Embryo axilis.

1. *Calyx 5-lobus.* Petala sub apice tubi calycis inserta ejusque lobis alterna. Staminum filamenta plana. Urceolus hypogynus 5-lobus. Ovarium pauci-ovulatum. Capsula 4-1-sperma. Semina cylindrica, curvata. Arillus foliaceus. (Fruticulus ramosissimus, foliis dentatis, eglandulosis. — *Mexico.*) . . . . ? * Bohadschia. Presl.

2. — *gracilis, 5-dentatus.* Petala linearia, tubo calycis basin versus inserta. Filamenta subulata. Urceolus hypogynus 0? Capsula siliquaeformis, apiculata, teres, 00-sperma. Semina obovoidea, alternatim inversa et erecta. Arillus membranaceus, erosus. (Habitus Cruciferarum, folia eglandulosa. — *Guinea*) . . . . ? * Wormskioldia. Thonn. et Schum.

II. Antherae apice poris 2 dehiscentes. Stylus unicus. Capsula 2-3-locularis.

1. *Stigma 2-lobum. Capsula 2-locularis, 2-valvis, 00-sperma.* Antherae exappendiculatae? (Herba habitu Droserae. — *Nova Hollandia.*) . . . . Byblis. Salisb.

2. — *3-lobum. Capsula 3-locularis, 3-valvis, loculis sub-1-spermis.* Antherae basi processu calloso appendiculatae. (Suffrutex. — *Cap. b. sp.*) . . . . Roridula. L.

B. Stamina 10 v. plura. Capsula 1-locularis, 5-valvis.

a. **Styli 5.** Capsula valvarum marginibus introflexis fere 5-locularis. Stamina 10. (Folia indivisa, linearia, glandulifera. — *Lusitania.*) . . . . Drosophyllum. Link.

b. **Stylus unicus.** Capsula valvis non introflexis vere 1-locularis. Semina 00, massae cellulosae ad basin capsulae immersa. (Herba, foliis radicalibus, petiolo dilatato, lamina biloba, ciliata, sensitiva. — *America bor.*) . . . . Dionaea. Ellis.

†† **Spuriae:** Genus desciscens nectario, foliorum vernatione non circinnata, etc., sedis adhucdum dubiae. (Cfr. Comment.) Squamae 5 (nectaria, auct. — an stamina abortiva 5-adelpha?) petaloideae, unguibus petalorum oppositae atque insertae, apice filamentis glanduliferis coronatae. Stamina (fertilia) 5, antheris extrorsis. Stigmata 4 (rarius 3) sessilia. Capsula 1-locularis, 4- (rarius 3-) valvis, valvis medio septiferis. Semina arillata. (Herbae glaberrimae, eglandulosae. — *America bor., Europa, Asia media et bor.*) . . . . ? Parnassia. Tourn.

XX. FRANKENIACEAE.

a. Stylus 3- aut 2-fidus. (Folia opposita aut verticillata, exstipulata.)

1. **Stylus 3-fidus, lobis oblongis, intus stigmatosis.** Capsula 3-4-valvis, 00-sperma. — (*Patria diffusa.*) . . . . Frankenia. L.

2. — **2-fidus, lobis stigmatibus globosis terminatis.** Capsula 2-valvis, oligosperma. — (*Ins. St. Helenae.*) . . . . Beatsonia. Roxb.

b. Stylus indivisus, subulatus, incurvus. Capsula 3-valvis, 1-locularis, 00-sperma, valvarum marginibus introflexis seminiferis. Semina marginata. (Folia alterna, stipulis geminis ciliatis. — *Brasilia.*) . . . . ? Luxemburgia. St. Hil.

XXI. TREMANDREAE.

1. **Flores 4-meri,** sc. sepala 4 subaequalia, petala 4, stamina 8, antheris 4-locularibus. . . . . Tetratheca. Sm.

2. — **5-meri,** sc. sepala 5, petala 5, stamina 10, antheris 2-locularibus. . . . . Tremandra. R. Br.

XXII. POLYGALEAE.

† **Genuinae:** sc. ovario fructuque 2-loculari, rarius (abortu) 1-loculari, loculis 1-, rarissime 2-ovulatis, in fructu 1-spermis. Antherae 1-loculares, apice poro dehiscentes, rarissime 2-loc. et 2-rimosae. Folia exstipulata, sparsa (rarissime opposita v. verticillata).

A. Fructus capsularis, utroque margine (i. e. loculicide) dehiscens, plerumque obcordatus. Petala basi cum staminum tubo antice (supra) fisso connata; infimum carinaeforme, concavo-galeatum, genitalia includens. Antherae basi affixae, immobiles, 1-loculares.

I. Stamina 4. Capsula compressa, 2-loba (quasi 2-scutellata) margine denticulata aut laciniato-ciliata. Semina ecarunculata, glabra. Sepala 5, subaequalia, persistentia. Petala 3, carina majuscula, subtriloba, ecristata. (Herbulae foliis cordatis, racemis v. spicis terminalibus. — *India orient., China.*) . . . . Salomonia. LOUR.

II. Stamina 8, rarissime 6. Ovula in loculis solitaria, pendula. Petala decidua.

a. Capsula stylo simplici terminata, praeterea nec cornuta nec tuberculata. Stamina 8, filamentis in tubum antice fissum connatis, antheris apice poro dehiscentibus. Sepala inaequalia, 2 interiora alaeformia. Petala irregularia, cum tubo staminum basi connata.

1. *Semina glabra*, caruncula maxima, oleosa superne loculum implente praedita. Sepala decidua, interiora (alae) caeteris parum majora. Petala 3, carina majuscula subtriloba, ecristata. Capsula compressa, utroque margine sulcata. (Racemi axillares. — *America tropica.*) . . . Badiera. DC.

2. — (basi carunculata) *aut ipsa pilosa, aut in caruncula comosa.* Sepala alaeformia exterioribus multo majora.

α. *Calyx persistens. Semina in tota superficie pilosa* (rarissime glabra) *caruncula non comosa.* Petala 3 v. 5, carina majuscula, 3-loba, v. 1-loba et apice cristata. (Folia nonnunquam opposita v. verticillata. Racemi terminales v. laterales, interdum in corymbum dispositi. — *Patria diffusa.*) . . . . Polygala. TOURN. LINN. DC.

β. — *deciduus. Semina* (ipsa saepius pilosa) *coma pilorum longissimorum e caruncula ortorum vestita.* Petala 5, carina maxima, 3-loba, ecristata. Fructus (ex St. Hil.) interdum baccato-capsularis. (Frutices v. herbae, interdum scandentes. Paniculae aut racemi terminales. — *Nov. Holland., Brasilia.*) . . . . Comesperma. LABILL.

b. Capsula apice (praeter stylum) processibus 4 corniformibus tuberculisve terminata, compressa. Stamina 8-6, antheris longitudinaliter dehiscentibus. Sepala subaequalia. Petala 3, carina majuscula, 1-loba, ample cristata, crista 2-phylla. (Folia saepe pseudofasciculata et acerosa. Flores axillares, subsessiles, solitarii. — *Cap. b. sp.*) . . . . Muraltia. NECK.

B. Fructus indehiscens.

I. Fructus samaraeformis, capsularis. (Racemi terminales et axillares.)

a. Stamina 8, monadelpha (omnino Polygalae) antheris 1-locularibus poro apice dehiscentibus. Calyx 5-sepalus. Petala 5, tubo stam. connata; carina magna galeata, 3-loba, lobo medio minore subcristato, interdum reflexo. Stylus lateralis. Ovarium 1-loculare, 1-ovulatum. Capsula hinc cristato-marginata, crista in styli basin subproducta, inde in alam longam cultriformem expansa. (Semina ecarunculata, glabra.) Albumen parcum. (Frutices scandentes. — *America trop., India or.*) . . . . Securidaca. L.

b. — 6, distincta (?), antheris 2-loc., loculis rima longit. dehiscentibus. Calyx 3-fidus. Petala 3. Stigmata 2, sessilia. Samara suberosa, compressa, orbiculata v. obcordata, marginata, 2-loc., 2-sperma. Albumen nullum. (Arbusculae erectae. — *Ins. Java, Molucc., et oceani pacif.*) . . . . Soulamea. LAM.

II. Drupa carnosa, aut coriacea sicca. Semina (an omnium?) ecarunculata.

a. Stamina 8; filamenta plerumque in tubum antice fissum coalita, rarius basi tantum aut cum petalis (partim) connata; antherae poro (rarius hiatulo) unico apice dehiscentes.

1. *Ovarium 2-loculare*, loculis 1-ovulatis, ovulis pendulis. Sepala 2 interiora maxima, petaloidea (alae). Petala tubo stam. connata, carina galeata, genitalia includens. Stylus terminalis.

α. *Calyx deciduus.* Petala 3 (v. 5, ex Kunth) carina maxima, 3-loba, ecristata. *Antherae apice rima obliqua subintrorsum dehiscentes*, demum 2-labiatae. Ovarium compressum, interdum abortu 1-loculare. Fructus drupaceus v. siccus margine membranaceo cinctus v. apterus. Semina loco carunculae saepe piligera, caeterum glabra. Albumen parcum. (Racemi spiciformes terminales aut laterales. — *America trop.*) . . . . Monnina. R. et PAV.

β. Sepala 5, colorata, 2 interiora petaliformia. Petala 3, carina ...... Stamina (8) basi monadelpha. Antherae ..... Drupa ovata, minima, nuce 2-loculari. (Paniculae terminales. — *America trop.*) . . . . Bredemeyera. WILLD. †

γ. *Calyx persistens.* Petala 3, carina 1-loba cristata, aut 3-loba ecristata. *Antherae apice poro dehiscentes.* Drupa 1-2-loc. Semina ecarunculata ubique glabra. Albumen carnosum. (Frut., ramis apice spinescentibus. Flores axillares, solitarii, pedicellati. — *Cap. b. sp., Brasil.*) . . . . Mundia. KUNTH.

2. *Ovarium 1-loculare.*

α. *Placentae 2 laterales oppositae, singulae 2-6-ovulatae.* Ovarium breviter stipitatum. Fructus globosus, carnoso-coriaceus. Semen solitarium, ecarunculatum, exalbuminosum. Sepala 5, 2 interiora (alae) paulo majora subpetaloidea. Petala 5, distincta, carina cymbiformis. Stamina 8, quorum 2 (quae alis opposita) libera, caetera unguibus petalorum superiorum et lateralium connata. Antherae poro dehiscentes. (Arbores. Racemi axillares aut supraaxillares aut terminales. — *India or., Java*) . . . . * Xanthophyllum. ROXB.

? β. *Semen unicum*, villosum, sericeum. „Legumen villosum aut drupa." Calyx 5-sepalus, subbilabiatus. Petala 3-5, omnia unguiculata, carina magna. „Stamina 8 monadelpha?" (Racemi axillares. — *Sierra Leone.*) . . . . * Carpolobia. G. DON. †

b. Stamina 4, v. abortu pauciora, libera, per paria inaequilonga. Antherae continuae, immobiles, 2-loculares, apice 2-porosae (ex St. Hil.). Ovarium 1 loculare (v. sub-2-loc., ex Kunth), loculis 1-ovulatis. Stylus terminalis; stigma simplex. Fructus ligneo-coriaceus, globosus, glochidato-echinatus, abortu 1-spermus. Semen pendulum, exalbuminosum. (Suffrut. Folia simplicia (aut 3-foliolata?). Racemi spiciformes — *America trop.*) . . . . Krameria. LOEFL.

†† **Genus desciscens:** Capsula (ut ovarium) 3-loculari (3-gona, 3-valvi), loculis 00-spermis. (Stylus 1, stigma subtrilobum. Stamina 5-10, monadelpha, nonnulla sterilia. Antherae 1-loculares, rima longitudinali introrsum dehiscentes. Calyx 5-partitus, inaequalis, persistens. Petala 5, inaequalia, superius fornicatum, 2 infima in carinae formam connexa, 2 lateralia alaeformia. Semina lanuginosa, axi affixa. (Frut. sarmentosi; folia opposita 2-stipulata. Flores paniculato-racemosi. — *America trop.*) ?? Trigonia. AUBL.

XXIII. CARYOPHYLLEAE.

I. Sepala 5 (nec, nisi casu abnormi pauciora) **alte coalita in calycem (persistentem) 5-dentatum v. 5-fidum** (rarissime 6-dentatum), tubo cylindrico, conico aut campanulato. **Petala et stamina** receptaculo stipitiformi (rarius obsoleto) crasso a calyce libero apice inserta ideoque **vere hypogyna.** Capsula 1-5-locularis. . . . . **Tribus I.** *SILENEAE.*

A. Stamina petalorum (aut sepalorum) numero dupla, sc. 10, (alterna interdum sterilia).

I. Stamina 5 fertilia, alterna 5 sterilia. Calyx tubulosus, profunde 5-partitus. Petala indivisa. Styli 2. Capsula 1-locularis, 00-sperma. — (*Alpes Transylvaniae.*) . . . . . . Banffya. Baumg.

II. — omnia fertilia.

† *Petala exunguiculata, inappendiculata,* obovata aut cuneata. Capsula 1-locularis, 4-valvis. (*Gypsophila.* (*L.*) *Seringe* in DC. prodr.)

a. *Calyx brevis, campanulatus, nudus* (bracteolis squamaeformibus destitutus). Semina reniformi-sphaeroidea, granulata. — (*Europa, Asia, Africa bor.*) . . . . Gypsophila. L. Mert. et Koch.

b. — *campanulato-cylindricus, basi squamis 4 (bracteolis) adpressis vestitus.* Semina peltata, hinc convexa, inde concava medioque carinata. — (*Europa . . .*) * Tunica. (Scop.) Mert. et Koch.

†† *Petala unguiculata;* lamina sc. subito in unguem, plerumque longum, attenuata, basi (s. ad faucem tubi unguibus conniventibus efformati) saepe appendiculata. Calyx tubulosus, diametro pluries longior, cylindricus (rarius conicus v. campanulatus) apice 5-dentatus (nunquam profunde 5-partitus).

a. *Calyx basi squamis (bracteolis) 2-4-6 (rarius pluribus) imbricatis vestitus.* Styli 2. Capsula 1-locularis, apice dentibus 4 dehiscens.

1. *Semina complanata, peltata,* hinc concava, inde convexa carinataque. Petalorum ungues longi, lineares, interdum barbati, lamina plerumque inciso-dentata v. fimbriata. Capsula 00-sperma. Squamae calycinae interdum 12-16. — (*Patria diffusa,* exclus. *Australia?*) . . . . Dianthus. L.

2. — *oblonga, compressa, hilo apicali* (nec peltata). Petalorum lamina integerrima v. emarginata, basi nuda. Ovarium 1-loculare, 4-ovulatum, placenta basali, columella centrali evanida. Squamae calycinae 2-6, spinescentes. — (Habitus Drypidis. — *Asia occident. et boreal.*) . *Acanthophyllum. C. A. Mey.

b. *Calyx basi nudus* (bracteolae nullae). Semina reniformi-sphaeroidea. Capsula polysperma.

1. *Styli* 2. Capsula 1-locularis. Petalorum ungues lineares, calycem non superantes.

α. *Capsula ad basin usque valvis 4 dehiscens,* 4-6-*sperma.* Petala inappendiculata. Calycis laciniae tres caeteris latiores. — (*Altai.*) . . . . *Heterochroa. Bunge.

β. — *apice dentibus 4 dehiscens.* Petalorum lamina basi saepe appendiculata. — (*Europa, Asia, Africa.*) . . . . Saponaria. L.

2. *Styli* 3. Petalorum lamina 2-fida.

α. Capsula carnosa (bacciformis) 1-locularis. Calyx campanulatus. Petalorum lamina margine crenulata, basi denticulis 2 appendiculata. — (*Europa.*) . . . . Cucubalus. (L.) Gaertn.

β. — sicca (chartacea, nec carnosa) basi 3-locularis, dentibus 6 apice dehiscens. Calyx tubulosus. Petalorum lamina basi saepissime appendiculata. — (*Patria diffusa,* exclus. *Australia?*) . . . . Silene. L. Gaertn.

3. *Styli* 5 (rarissime 4). Capsula semi-5-locularis aut 1-loc. (Caetera Silenes.)
{α. Anthophorum longum: *Viscaria. Roehl.*
{β. — breve aut 0: *Lychnis. Roehl.* } . . . . Lychnis. (L.) DC.

B. Stamina petalorum (aut sepalorum) numero aequalia, sc. 5, rarius 6. Calyx tubulosus.

1. Styli 2. Capsula apice dehiscens. Stamina 5-6. Petala brevia, unguibus filiformibus barbatis, lamina emarginata. Calyx 5-6-dentatus. — (*Europa austr., Asia minor.*) . . . . . Velezia. L.

2. — 3. — circumscissa, abortu 1-sperma. Embryo spiralis. Stamina 5. Petalorum lamina basi dentibus 2 appendiculata. Calyx 5-6-dentatus. — (*Regiones mediterran.*) Drypis. L.

II. Sepala 5 v. saepe 4, aut omnino libera aut basi tantum breviter coalita (interdum marcescentia). **Petala et stamina** annulo perigyno (plerumque obsoleto, nonnunquam manifesto) calycis fundo adnato (margine interdum libero et glanduloso) inserta ideoque **plus minus evidenter perigyna.** Capsula 1-locularis, rarissime incomplete 3-loc. . . . . **Tribus II.** *ALSINEAE.*

A. Stamina 4 v. 5, aut 5-10, rarissime (et nonnisi abortu) 3 v. 2.

I. Petala manifeste bifida aut profunde 2-partita. Capsula 1-locularis, polysperma.

a. *Styli* 5. *Capsula dentibus* 10 *apice dehiscens. Stamina* 10. *Petala* 5. Calyx 5-partitus. (Flores interdum 4-meri, 8-andri.) — (*Patria diffusa.*) . . . . Cerastium. L.
{1. Capsulae dentes recurvati, alterni profundius divisi, ita ut capsula 5-valvis, valvis
{2. — — 2-fidis, dici possit. Capsula ovata, acuta. . . . . . . *Malachium. Fries.*
{3. — — circinnato-recurvati. Capsula cylindrica. . . . . . . *Strephodon. (Seringe.)*
{— — adscendentes, nec recurvi, margine extrorsum revoluti. Capsula ovato-oblonga. . . . . *Orthodon. (Seringe.)* }

b. *Styli* 3.

* *Capsula (fere ad basin usque) 3-valvis.* Stamina 10. Petala minuta, apice 2-fida, cum sepalis persistentia. (Partium numerus interdum senarius, rarius quaternarius.) — (*Insulae Sandwic.*) . . . . *Schiedea. Cham. et Schl.

** — 6-*valvis.* Petala 5. — (*Stellaria, Linn.*)

1. Stamina 10, petalaque (profunde 2-partita) vere perigyna. Calyx 5-fidus, basi breviter urceolatus. Capsula apice 6-valvis, v. potius 3-valvis, valvis apice 2-fidis. — (*Europa.*) . . . . Larbrea. St. Hil.

2. — 10 (rarius abortu 8-3) exteriora 5 (quae sepalis opposita) basi glandulis 2 stipata, petalaque (2-fida) insertione fere hypogyna. Calyx 5-partitus. Capsula 6-valvis. — (*Patria diffusa.*) . . . Stellaria. (L.) St. Hil.

c. *Styli* 2. (Capsula 1-locularis, polysperma.)

1. *Flores 4-meri:* Calyx 4-sepalus. Petala 4-bifida. Stamina 8. Capsula apice dentibus 4 dehiscens. — (*Napalia, montes Himalayae.*) . . . . *Leucostemma. Benth.

2. — *5-meri:* Calyx 5-partitus. Petala 5, apice tantum 2-fida. Stamina 5-10. Capsula 4-valvis. — (*Regio Caspica.*) . . . . *Dichoglottis. Fisch. et Mey.

CARYOPHYLLEAE, ALSINEAE.

(Continuat.)

II. Petala indivisa (nec 2-fida) rarius apice dentata aut leviter emarginata, saepe minuta, obsoleta aut nulla.

❖ *Stamina distincta, libera, rarius ima basi petalis adnata.*

A. Styli 3 v. 4 v. 5.

† *Stamina petalorum v. sepalorum numero dupla*, aut abortu numero duplo pauciora (6-8) et tunc illis incongrua. (Exceptiones tamen sistunt Queria et Spergula.)

a. *Glandulae hypogynae ovario circumpositae aut stamina stipantes, aut annulus glandulosus perigynus.* Styli 3, rarius 5, rarissime 2 v. 4.

1. *Capsula 1-locularis.* Semina exarillata.

α. Glandulae 10, stamina seriei exterioris (quae sepalis opposita) basi stipantes. Calyx 5-sepalus.

* *Capsula infra medium usque 6-valvis.* Petala manifesta, saepe calyce majora, interdum leviter emarginata. Stamina 10 v. abortu pauciora, seriei interioris saepe petalis basi adnata. Glandulae breves, inter se non connatae, filamentis utrinque adpositae. Styli 3. — (*Patria diffusa.*) . . . . Arenaria. (L.) Bartl.

** — *3-valvis. Styli 3.*

aa) Glandulae annuli perigyni breves, non connatae, (caeteraque Arenariae). — (*Europa, — patria diff.?*) * Alsine. Wahlenb.

bb) — — — elongatae, lineares, per paria connatae in squamas emarginatas, filamenta staminum 5 exteriorum basi stipantes. Petala minima, obsoleta. Stamina 10. *Capsula* oligosperma. — (*Europa, Sibiria, ...?*) . . . . Cherleria. Hall.

β. Glandulae 10 ovarii basin circumdantes et stamina seriei exterioris basi stipantes (similes sed majores ac in Arenaria). Calyx 5-partitus. Styli 3-5. Capsula 3-5-valvis. (Caetera Arenariae, a qua vix satis distincta. — *Europae occid. et austr. littora.*) . . . . . . Honckenya. Ehrh. (non Willd.)

2. *Capsula imperfecte 3-locularis*, 3-valvis, subgloboso-3-gona, oligosperma; placenta libera, a septis incompletis soluta. Calyx 5-partitus. Petala 5, integerrima. Stamina 10. Annulus perigynus manifeste glandulosus. (Habitus Arenariae. — *Napalia.*) . . . . . . * Dolophragma. Fenzl.

b. *Glandulae ad basin staminum nullae.* Petala integerrima, rarius 0.

1. *Styli 5.* Capsula 5-valvis (6-valv., ex DC.) Calyx 5-partitus. Petala 5. Stamina 10 aut nonnunquam 5. *(Saginae sp. Bartl. — v. infra.)*

2. — 4, *ligulato-setacei* (stigmata 4, sessilia, ex Mx.). Capsula calyce longior, 4-valvis. Calyx 5-sepalus. Petala 5, minutissima aut 0. Stamina 10. (Habitus Spergulae aut Stellariae. — *America boreal.*) . . . . Spergulastrum. Michx.

3. — 3, *gracillimi.* Capsula 3-valvis, abortu 1-sperma. Stamina 10, gracilia, inaequalia, 5 alterna interdum sterilia, nonnunquam omnia praeter 3 abortientia. Calyx 5-partitus. Petala nulla. — (*Europa austral., — et? Japonia.*) . . . . Queria. Loefl.

†† *Stamina petalorum v. sepalorum numero aequalia*, rarius abortu pauciora et tunc illis incongrua. (Exceptiones interdum occurrunt in Sagina.)

a. *Capsula 1-locularis.*

1. *Styli 3. Flores praeterea 5-meri.*

α. Capsula 3-valvis, 3-quetra. Calyx 5-partitus.

* *Petala* 5 (*nonnunquam* 10, *et tunc stamina totidem*) *minima, vix conspicua, aut nulla.* Staminum filamenta non dilatata. Semina pauca, axi centrali affixa. Stamina interdum praeter tria abortientia. (Habitus Queriae. — *Europa austr., Tauria.*) . . . . Minuartia. Loefl.

** — 5, *conspicua.* Stamina 5 basi auriculato-dilatata. Capsulae valvae planae, demum stellatim expansae, persistentes. (Habitus Moehringiae. — *Mexico.*) . . . . . . * Triplateia. Bartl.

β. Capsula apice dentibus 6 dehiscens, 00-sperma. Stamina 5, aut abortu 4-3. Petala apice dentata. — (*Europa, America, Ind. or.*) . . . . Holosteum. L.

2. *Styli* 4 *v.* 5. Capsula 00-sperma. Petala integerrima, rarius subnulla. *(Sagina, L.* et auct. plur.)

α. Stamina sepalis opposita.

* Capsula apice dentibus 8 dehiscens. Calyx 4-sepalus, erectus. — (*Europa.*) . . . . . . * Moenchia. Ehrh.

** — ad basin usque 4-5-valvis. Calyx 4-partitus, patens. Petala 4, minuta, aut subnulla. Stamina 4, rarius 8-10, ex Fenzl. (Flores quandoque 5-meri. — *Europa.*) . . . . . . Sagina. (L.) Bartl.

β. Stamina 4-5, sepalis alterna! manifeste perigyna, annulo membranaceo eglanduloso obsoleto inserta. Petala 0. Calyx 4-5-partitus. Capsula 3-valvis, ovoidea, membranacea. — — (*America merid., Australasia.*) . . . . * Colobanthus. Bartl.

b. *Capsula imperfecte 3-locularis*, inflata, depresso-globosa, umbilicata, sulcata, 3-valvis; dissepimenta 2-partibilia; placenta centralis, basalis, libera, parva. Styli 3. Calyx 5-sepalus. Petala 5, unguiculata, integerrima. (Habitus Arenariae. — *Kamtschatka.*) . . . . . . * Merckia. Fischer.

B. Styli 2, nec plures. Capsula 1-locularis. Petala 4 v. 5, saepius minuta quidem, sed nunquam deficientia. (*Orbis antiqui incolae.*)

† *Stamina petalorum numero aequalia. Capsula 1-2-sperma.* Petala integerrima.

1. — 4. Petala 4. Calyx 4-sepalus. Capsula compressa, 2-1-sperma, 2-valvis. — (*Europa austral., Asia occid.*) . . . . Buffonia. Sauv. L.

2. — 5. Petala 5, minuta, elliptica, acuta. Calyx 5-partitus. Capsula sphaerica, ad basin usque valvis 4 dehiscens, 1-sperma. (Habitus Arenariae. — *Napalia.*) . . . . * Brachystemma. D. Don.

†† *Stamina petalorum numero dupla. Capsula plerumque 00-sperma.*

a. *Sepala petalaque 5, stamina 10.*

1. *Capsula 2-valvis, 2-1-sperma,* globosa. Petala integerrima. Calyx 5-partitus. — (*Europa austral.*) . . . . Gouffeia. Rob. et Cast.

2. — *4-valvis, 00-sperma.* Petala 5, cuneiformia, apice dentata. Calyx 5-sepalus. Styli recurvi. (Herba habitu Cerastii, tota glanduloso-pilosa. — *India or.*) . . . . . . * Odontostemma. Benth.

b. *Calyx 4-partitus. Petala 4, integerrima. Stamina* 8. Capsula 4-valvis, 00-sperma. Arillus imperfectus ad seminum umbilicum. (Flores interdum casu 5-meri, 10-andri, stylis 3, capsula 6-valvi. — *Europa.*) . . . . Moehringia. L.

❖❖ *Stamina (4, petalis alterna) basi coronula petaloidea 8-dentata juncta.* Capsula 3-locularis. Styli 3. Calyx 4-partitus. Petala 4, oblonga, integerrima. (Habitus Moehringiae. — *Mexico.*) . . . . ? Hymenella. DC.

B. Genera desciscentia (vix hujus loci): stamina aut 5, dentibus calycinis opposite inserta, — aut 2, brevissima.

1. *Stamina 5, dentibus calycis* (urceolati, 10-costati) *opposite inserta. Petala* 5 calycis lobis alterna ejusque costis inserta. Stylus 1, stigmate obtuso. Capsula 1-locularis, 3-valvis, 1-sperma (3-sperma, ex Spr.). — (Herba habitu Illecebri, stipulis nullis? — *India or.*) . . . . ? Winterlia. Spreng.

2. — 2, *brevissima. Calyx 4-partitus, petalis 4 multo major.* Stigma 1, sessile. Capsula 1-locularis, 2-valvis, compressa. Placenta centralis libera. . . . . ? Aïdelus. Spreng. †

XXIV. MALVACEAE.

I. Annulus membranaceus germinis basin cingens nullus.

Calyx 5-dentatus v. 5-partitus, rarissime (in Thespesia) truncatus subinteger.

A. Carpella alia aliis in receptaculo communi superposita, capitato-congesta (nec simplici serie verticillata) distincta, capsularia, sicca, indehiscentia, 1-sperma. . . . . . . **Tribus I. *MALOPEAE.* Rchb.**

1. *Calyx simplex*, nudus (sc. involucello destitutus) 5-fidus. Capsulae 00. — (*Lima.*) . . . . . . Palavia. Cav.

2. — *duplex* (sc. involucello suffultus).

a. *Involucellum 3-phyllum*, foliolis basi latis cordatis. Capsulae 00. — (*Europa austr., Africa bor.*) Malope. L.

b. — *7-9-fidum.* Capsularum capitulum 5-lobum. — (*Slavonia.*) . . . . Kitaibelia. Willd.

B. Carpella simplici serie verticillata, contigua, nunc leviter tantum invicem juncta et maturitate perfecte integraque solubilia, nunc vere coalita in capsulam 00-valvem, rarius subbaccaceam.

I. Calyx duplex, s. involucello (calyce exteriore L. et auct. plur.) suffultus.

A. Carpella congesta (rarius vere coalita) in capsulam 00-coccam, coccis demum ab invicem secedentibus; rarius carpella subcarnosa. Semina calva, nunquam lana copiosa involuta. **Tribus II. *MALVEAE.* Nob.**

† *Carpella sicca, membranacea v. subcrustacea, nec carnosa.*

a. Staminum tubus apice dentatus fissusve et filamenta libera antherifera emittens.

1. *Stigmata, s. stylorum* (basi in unicum coalitorum) *apices distincti, ovariorum (s. capsulae loculorum) numero aequalia.* Cocca maturitate perfecte solubilia et absque laceratione ab invicem secedentia.

α. Receptaculum (s. axis fructus) varie dilatatum, nunc expansum in discum cocca obtegentem, nunc truncatum, conicum aut foveolatum. Cocca 1-sperma. Involucelli foliola 3-6, ad medium usque connata. — (*Patria diffusa, exclusa America?*) . . . . Lavatera. L.

β. — carpellorum non (aut obsolete tantum) dilatatum.

* *Involucellum 5-9-fidum.* Cocca 1-sperma. — (*Patria diffusa, excl. Australia?*) . . . . Althaea. (L.) Cav.

** — *3-phyllum* (rarius, v. g. in Malvae sect. II. DC., 5-6-phyllum). Styli tot quot ovaria, basi in unicum coaliti, apice distincti. Stigmata capitellata. Petala plerumque obcordato-biloba. (*Malva. L. DC.* — *Patria diffusa.*)

aa) Carpella s. cocca 1-locularia. Tubus stamineus apice aequaliter divisus in filamenta distincta 1-antherifera.

‡ *Germinis loculi 1-ovulati.* Capsula 7-00-cocca, depressa, coccis *angulo interno* valvulis 2 dehiscentibus, aut clausis. Semen adscendens. . . . . Malva. St. Hil.

‡‡ — — *3-ovulati.* Caps. 00-cocca, coccis *dorso* valvulis 2 dehiscentibus, abortu saepe 2-1-spermis. Semina peritropia. * Sphaeralcea. St. Hil.

(‡‡‡ „*Capsula inflata*, 00-locularis, subtrisperma. . . . " *Phymosia. Desv.*)

bb) Cocca semi-2-locularia, 2-cuspidata, angulo interno apiceque dehiscentia, valvis 2 margine dorsali inflexis loculumque appendice septiformi transverse dividentibus; locellis singulis 1-spermis, superioris semine saepe abortiente. Filamenta apicis tubi staminei 10-20, 1-antherifera, in fasciculos 5 congregata. Petala integra. — (*America.*) . . . . * Modiola. Moench.

2. *Stigmata numero carpellorum s. capsulae loculorum dupla*, sc. 10, rarius 8, capitellata. Styli alte coaliti. Capsula 5-cocca, coccis 2-valvibus aut clausis, solubilibus aut inter se connatis. Germen 5-lobum, 5-loculare, loculis 1-ovulatis. Involucellum persistens, 5-00-phyllum. — (*Patria — exclusa Europa — diffusa, praecipue America intra trop.*) . . . . Pavonia. (Cav.) St. Hil.

α. *Cocca* 5, *mucilagine viscidulo illinita*, clausa. Staminum columna subdeflexa. Corolla plana. Involucellum 20-phyllum, calyce majus, foliolis lineari-setaceis, conniventibus. — (*Brasilia.*) . . . Lopimia. Martius.

β. — *sicca*, 1-*sperma.*

* Petala distincta, involucellum haud vesicarium, calycis longitudine.

aa) Involucelli foliola 10-00, rarius pauciora, angusta, distincta aut vix basi coalita. Cocca 5, bivalvia, apice dehiscentia. Petala plana. — (*America trop., Africa, Ins. Borbon., Taheiti, Ind. or.*) Pavonia. Cav. DC.

bb) Involucellum 5-partitum. Cocca 5 (v. abortu 4) indehiscentia. Petala basi contorta, superne patentia. — (*Brasilia.*) . . . . Lebretonia. Schrank.

** Petala basi subconnata, erecta, parte libera contorta. Involucellum inflato-vesicarium, calyce longius, 4-6-partitum. Stylus apice 10-8-fidus. Cocca 5, coriacea, indehiscentia. — (*Brasilia.*) . . . . Goethea. Nees et Mart.

b. Staminum tubus apice truncatus et paulo infra antheris paucis subsessilibus onustus. Capsula 5-cocca; coccis solubilibus, indehiscentibus, 1-spermis, aculeis apice stellulatim glochidatis echinatis. Stylus apice breviter 10-fido e staminum tubo exsertus. Stigmata Pavoniae. — (*Ins. oceani pacif., America et Asia trop., Ins. Borbon.*) . . . . Urena. L.

†† *Carpella carnosa* (epicarpium tenue carnosum). Cocca 5, facile solubilia, 1-sperma, nunc subdistincta, nunc in capsulam subbaccaceam 5-locularem coalita. Stigmata 10. Petala erecta, basi hinc auriculata in tubum conniventia et (aeque ac genitalia) spiraliter contorta. Involucellum 00-phyllum. — (*America trop.*) . . . . Malvaviscus. Dill.

MALVACEAE.

(Continuat.)

B. Carpella sicca (nunquam carnosa) vere coalita in capsulam 00-locularem valvis 3-00 dehiscentem (nec in cocca solubilem). . . . . **Tribus III. *HIBISCEAE.* Nob.**

* *Semina calva, glabra, rarius lana brevi (nec copiosa, capsulam implente) involuta.*

a. Capsula 10-*locularis, loculicide* 10-*valvis*, valvis basi columnae centrali brevi conicae 10-angulatae adnatis. Semina in loculis solitaria, glabra. Stylus exsertus, 10-fidus. Stigmata distincta. Calyx 5-fidus. Involucellum 10-phyllum. — (*India oriental.*) . . . * Decaschistia. Wight et Arnott.

b. — *loculicide*, 5-*valvis*, 5-*locularis*.

† *Capsula valvis margine introflexis et medio septiferis* incomplete 10-locularis, septicide dehiscens (septis valvarum margine introflexo formatis 2-partibilibus), loculis abortu oligospermis.

1. *Involucellum* 3-*phyllum*, deciduum. Calyx cupularis, truncatus, margine repandus. — (*Ins. Antill., Societat. et Philippin.*) . . . . Thespesia. Corr.

2. — 10-14-*dentatum* -fidumve, calyce 5-partito brevius. Tubus staminum 10-dentatus. — (*America trop., India or., Ins. Mauritii et Societat.*) . . . . * Paritium. St. Hil.

†† *Capsulae valvae margine non introflexae, medio septiferae.* Dehiscentia loculicida.

1. *Calyx spathaceus, hinc demum fissus.*

α. Calyx membranaceus, pellucidus. Antherae 2-loculares. (Caetera Hibisci. — *India or.*) . . . . * Hymenocalyx. Zenk. †

β. — tubuloso-conicus, apice breviter 5-dentatus. Antherae 1-loculares. Petala patentia. Germen 5-loculare, loculis 00-ovulatis. Stylus apice 5-fidus. Stigmata capitellata. Capsula pyramidata, acuminata, 5-angularis. Semina glabra. Involucellum 5-10-phyllum, deciduum. — (*Asia et America trop., Australia.*) . . . . * Abelmoschus. Medik. R. Br.

2. *Calyx non spathaceus, latere demum non rumpens.*

α. Styli coaliti in unicum, apice 5-fidum. Stigmata 5, distincta.

* *Capsulae loculi* 00-*spermi.* Semina nonnunquam lana brevi tecta. Involucellum oligo- v. saepius 00-phyllum, foliolis distinctis aut ad medium usque inter se coalitis. — (*Patria diffusa.*) . . . Hibiscus. (L.) Wight et Arnott.

** *Germinis loculi* 1-*ovulati.* Capsula orbicularis, depressa, 5-angulata. Petala reflexa. Involucellum 7-10-phyllum. (Caetera Hibisci. — *Mexico*, — *patria diffusa?*) . . . . * Kosteletzkya. Presl.

β. Styli coaliti in unicum, filiformem. Stigmata 5, adglutinata in unicum infundibuliformi-clavatum apice obtuse radiato-5-lobum. Capsulae loculi abortu 2-1-spermi. Semina calva. Involucellum oligophyllum (foliolis brevibus, setaceis) aut saepius obsoletum, et marginem integrum dentatumve sistens. — (*Australia, Ins. Philippin.*) . . . . Lagunaria. (DC.) G. Don.

c. Capsula 3-4-*locularis, loculicide* 3-4-*valvis*, loculis (in germine 4-5-ovulatis) abortu saepe 1-spermis. Semina glabra aut lana brevi tecta. Stigmata 3, in unicum clavatum conniventia v. coalita, interdum demum distincta. Involucellum 10-12-phyllum, calyce brevius. . . . . Fugosia. (Juss.) St. Hil.

{1. Capsulae loculi 1-spermi. Semina calva aut lanigera. Stigma clavatum. (*Senegalia.*) *Fugosia. Juss. DC.*

{2. — — 00-sp. Semina lanigera. Stigmata 3, demum distincta. (*America austr.*) *Redoutea. Vent. DC.*

** *Semina lana copiosa (gossypio) loculos implente involuta.* Capsula 3-5-locularis, loculicide 3-5-valvis, loculis 00-spermis. Styli 3-5. Calyx cyathiformis, obtuse 5-dentatus. Involucelli 3-partiti foliola basi cordata, margine dentato-laciniata. — (*India orient., Persia, America trop.*, — *alibique cultum.*) . . . . Gossypium. L.

[Genus Hibisceum vix notum (v. commentar. nostr.) Guineense. . . . . * Polychlaena. G. Don.]

II. Calyx simplex, involucello (calyce exteriore, auct.) destitutus. . . **Tribus IV. *SIDEAE.* Nob.**

A. Carpella vere coalita in capsulam 00-locularem, valvis totidem dehiscentem, aut cocciformia inter se coalita sed nunquam tota discedentia.

† *Capsula vera*, loculicide dehiscens, 00-valvis, valvis medio septiferis.

1. — 5-*valvis*, 5-*locularis*; columella centralis filiformis, persistens. Stigmata 5. — (*Senegal., Ins. Borbon., India or.*) . . . . Lagunea. Cav. DC. †

2. — 5-00-*valvis*, 5-00-*locularis*, depressa, 5-00-angulata, loculis 1-spermis. Columella centralis breviuscula, mox libera. Styli 5-00, basi coaliti. Stigmata capitellata. — (Caetera Sidae. — *America tropica.*) . . . . * Bastardia. Kunth. St. Hil.

†† *Capsula* 00-*cocca*, coccis connatis (nec sponte ab invicem secedentibus), fissura dehiscentibus, rarius indehiscentibus.

a. Carpella angulo interiore fere toto inter se coalita, ideoque erecta, conniventia, matura apice dehiscentia, abortu nonnunquam 1-sperma, saepe vesicaria. Germen 5-00-loculare, loculis saepius 3-ovulatis. Calyx saepius cupulaeformis. Caetera Sidae. — (*Patria diffusa.*) . . . . * Abutilon. Kunth. St. Hil.

b. — *nonnisi extremitate centrali anguli interioris inter se* (v. cum axi fructus) *coalita* ideoque patentia et radiatim divergentia, 1-sperma, capsulam orbicularem depressam efficientia.

1. *Carpella angulo centrali* 2-*alata.* „Capsula pellicula operculari tecta." — (*Chili, Peruvia.*) . . Cristaria. Cav. †

2. — — — *aptera*, pellicula nulla tecta, dorso rostrata. Capsula superne cristis sulcisque radiantibus notata. — (*Nova Hispania, Mexico, Ins. Sandwic.*) . . . . . . Anoda. Cav.

B. Capsula 00-cocca, coccis solubilibus, demum sponte secedentibus, 1-spermis. (Germinis loculi 1-ovulati.)

† *Cocca demum dehiscentia.* Stigmata capitellata.

a. Stigmata numero loculorum germinis (s. coccorum) aequalia. Ovula suspensa.

1. *Cocca apice subdehiscentia.*

α. Petala erecta, in tubum contorta, demum libera. — Caetera Sidae. — (*Nova Hispania.*) . . Periptera. DC.

β. — patula aut vix conniventia. Calyx saepe cupulaeformis aut angulatus. Capsula 5-00-cocca, coccis muticis aut saepius cuspidatis v. 2-rostratis; columella centralis persistens, basi in membranam extensa. — (*Patria diffusa*, exclus. *Europa.*) . . . . . Sida. (L.) Kunth.

2. *Cocca compressa, tarde solubilia, angulo externo dehiscentia, quasi* 3-*valvia;* valvae 2 laterales majores, margine sibi contiguae totumque loculum constituentes, tertia intermedia, ante dehiscentiam in loculo inclusa et ex ejus fundo enata, libera, ligulaeformis, demum valvarum exteriorum fissurae opposita. Germen 00-loculare. — Caetera fere omnino Sidae. — (*America tropica.*) . . . . . * Gaya. Kunth. St. Hil.

b. Stigmata numero loculorum capsulae dupla. Styli inferne in unicum coaliti, apicibus distinctis 10, exsertis, reflexis. Cocca 5, angulo interiore dehiscentia. Tubus staminum infra apicem nudum et 5-dentatum filamenta circiter 20 emittens 1-antherifera, brevia. Petala inaequilatera. Calyx 5-fidus, lobis 3-nerviis. — (*America tropica et australior, Africa trop.*) . . . Malachra. L. St. Hil.

†† *Cocca* 00, *indehiscentia*, 1-sperma, mutica, in annulum congesta. — (*America bor.*) . . . * Nuttallia. Barton.

II. Annulus membranaceus ad petalorum germinisve basin.

(An genera vere Malvacea?)

a. **Calyx simplex** (involucello destitutus) **3-partitus**, lobis ovato-lanceolatis, acuminatis. Urceolus membranaceus intra petala. Stamina 00, monadelpha. Stylus 1. Fructus ignotus. — (*Mexico.*) . . . . ? Ingenhouszia. DC. †

b. — **duplex** (cinctus involucello magno 3-phyllo, foliolis cordatis integris) parvus, **5-dentatus.** Membrana 4-5-crenata sub ovario. Stigmata 5. Capsula 2?-locularis, 10-sperma. Stamina basi in tubum coalita, longitudine varia. Petala patentia. — (*Arabia.*) . . . . ? Serraea. Cav.

XXV. STERCULIACEAE.

A. Flores hermaphroditi.

Subordo I. BOMBACEAE.

I. Calyx 5-fidus, saepe irregulariter divisus. Corolla aut regularis aut nulla. Tubus stamineus germen superans. Antherae solitariae aut plures connatae, loculis indistinctis v. confluentibus, saepe anfractuosis. Carpella in germen sessile connata. Fructus capsularis. Semina albuminosa aut exalbuminosa, saepissime lana aut pulpa obvoluta. . . . . Subordo I. BOMBACEAE.

A. Flores apetali. Calyx deciduus, basi 3-bracteatus, subcampanulatus, 5-partitus, laciniis basi intus foveolatis, aestivatione quincunciali. Tubus stamineus apice 5-lobus, lobis secundis apice exserto-mucronatis, dorso antheras 2 lineares longitudinaliter dehiscentes gerentibus. Stylus 1. Stigma acutum. Capsula oblonga, 5-angulata, 5-locularis, 5-valvis, valvis medio septiferis, septis villosis, loculis 00-spermis. Semina caruncula. Albumen carnosum. Embryo axilis. (Folia palmato-lobata. — *America tropica*) . . . . Cheirostemon. HUMB. BONPL.

B. Petala 5. Fructus plurilocularis (rarissime abortu 1-loc.).

* *Fructus apterus.*

A. *Capsula ovalis, 2-locularis,* 4-valvis, loculis 3-2-spermis. Semina lana densa longa involuta. Albumen carnosum. Calyx 5-sepalus, persistens. — Petala etc. ignota. (Folia simplicia, integerrima. — *Mexico.*) . . . . *Bombycospermum. PRESL.

B. — *loculi* 5 (nec plures) plus minus perfecti, rarius 4.

† *Semina lana (rarius pulpa) pericarpica circumdata.*

I. Stamina monadelpha, tubo integro aut superne varie diviso.

a. *Staminum tubus duplex aut pluriserialis.* Capsula 5-locularis, 5-valvis, 00-sperma. (Folia digitato-composita.)

1. — — *duplex,* exterior brevior, inferne interiori adnatus, apice 10-lobus, lobis sterilibus erectis; interior apice exserto 5-lobus, lobis extus 2-antheriferis. Calyx basi 3-bracteatus, persistens, campanulatus, 3-5-lobus. Stylus filiformis. Stigma 5-lobo-capitatum. Capsula imperfecte 5-locularis, septis incompletis. — (*America tropica.*) . . . . Chorisia. KUNTH.

2. — — *pluriserialis,* divisus in phalanges 00-1-stemones, phalangum divisiones ultimae simplices. Calyx subtruncatus, irregulariter ad basin usque rumpens. Stigma radiatim 5-lobum. Capsula lignosa (Eriodendri). — (*India orientalis.*) . . . . *Salmalia. SCHOTT et ENDL.

b. *Staminum tubus simplex* (1-serialis).

1. Fructus baccaceus, globosus, 4-5-locularis, loculis 00-spermis. Stylus in stigma clavato-ligulatum desinens. Stamina 00, spiraliter circa stylum longe monadelpha, sulcis 5 subdistincta. Petala maxima, subsinuata. Calyx nudus, hemisphaericus, truncatus, sinuato-dentatus. (Semina ignota. — Folia simplicia, cordata, integra. — *Mexico.*) . . . . Montezuma. MOÇ. et SESSE.

2. — capsularis, perfecte aut imperfecte 5-locularis. Calyx 5- rarius 3-fidus.

α. *Staminum tubus subinfundibuliformis, 5-lobus, apice hinc fissus,* antherarum loculis inordinate confluentibus anfractuosis densissime obsessus. Calyx tubuloso-infundibuliformis, apice 5-fidus, lobis 3 induplicatis rotundatis, 2 reliquis acutis, imbricatis. Stylus 1. Stigmata 5, spiratim contorta. Capsula elongata, valvis intus lana tectis. (Folia simplicia, cordata, lobata. — *America trop.*) . . . . Ochroma. SW.

β. — *tubus apice 5- (rarius 00-) fidus, latere non fissus.*

‡ Staminum tubus apice divisus in lobos 5, antheriferos. Calyx irregulariter 5-fidus aut sub-5-fidus. (Folia digitato-composita.)

aa) *Stigmata connexa in unicum capitatum integrum aut emarginatum.*

* *Staminum tubus apice incrassatus,* cruribus inaequalibus, curvatis, apice 1-antheriferis. Antherae anfractuosae, 2-loculares (1-loc. ex St. Hil.). Calycis lobi inaequales, saepe 2-3 inter se connati. Petala reflexa. Stylus geniculatus. Stigma 5-emarginatum. Fructus .....? — (*Brasilia.*) . . . . *Erione. SCH. et ENDL.

** — *tubus medio ampliatus.* Antherae 2-loculares, rectae. Petala erecta. Stigma capituliforme. Capsula lignosa, 5-valvis. — (*America trop.*) . . . . Eriodendron. (DC.) SCH. et ENDL.

*** — *tubus basi ampliatus.* Antherae anfractuosae. Petala erecta. Stigma subrotundum Capsula 5-valvis, basi dehiscens, cortice duro, crasso rugoso. — (*India oriental.*) . *Gossampinus. (HAM.) SCH. et ENDL.

bb) *Stigmata connata, unicum forcipato-3-partitum mentientia,* laciniis 2-fidis. Staminum tubus basi ampliatus. Antherae extus affixae, horizontales, anfractuosae, 1-loculares. Petala erecta. Capsula carnoso-fibrosa 5-valvis. — (*Brasilia.*) *Campylanthera. SCHOTT et ENDL.

‡‡ Staminum tubus medio constrictus apice (praeterea indiviso) filamenta emittens simplicia, pluriserialia, singula antheram reniformem 1-locularem gerentia. Petala semipatula. Stigmata connata, obsoleta. Capsula pyriformis, 5-valvis. — (*America trop.*) . . . . *Eriotheca. SCH. et ENDL.

II. Staminum tubus quasi polyadelphus, sc. profunde divisus in phalanges plures polystemones.

a. *Semina lana (nec pulpa) circumdata,* albuminosa. Staminum phalanges 5 v. plures, cruribus 2-fidis. Antherae oblongae, erectae, 1-loculares. Stigmata connata in capitulum 5-sulcatum Capsula 5-valvis, placentis incrassatis. Calyx irregulariter 5-fidus, extus eglandulosus. Petala patentia, calyce majora. (Folia palmato-composita. — *America, Africa et Asia trop.*) . . . . . Bombax. (L.) SCH. et ENDL.

b. — *pulpa (nec lana) circumdata,* (matura ignota). Antherae anfractuosae. Stigma 1, subrotundum. Fructus subrotundus, muricatus, 5-fariam dehiscens, loculis 4-5-spermis. Calyx nudus, obtuse 5-lobus. Petala 5, calyce minora. (Folia simplicia. — *India orient.*) . . . . Durio. L.

†† *Semina nuda* (nec lana nec pulpa involuta). Calyx tubulosus aut cupulaeformis, truncatus, sub-5-dentatus, extus basi glandulis impressis notatus. Stamina basi monadelpha, superne polyadelpha, phalangum cruribus 2-fidis. Antherae 1-loculares, apice reflexae, reniformes. Stigmata 5. Capsula 5-valvis, valvis medio septiferis, calvis. Semina albuminosa. (Folia palmato-composita. — *America trop.*) . . . . Carolinea. L. fil.

C. *Fructus 10-12-locularis, indehiscens, 00-spermus.* Calyx nudus, 5-fidus. Petala 5.

1. *Capsula 10-locularis, ovata,* maxima; loculis 00-spermis, pulpa farinacea semina sub-ossea involvente repletis. Stylus longissimus. Stigmata plura. Stamina coalita in urceolum apice dilatatum. Petala ad medium fere connata. Calyx coriaceus, cyathiformis, deciduus. (Folia digitato-composita. — *Africa tropica,* — alibi intra tropicos culta.) . . . . Adansonia. L.

2. *Bacca oblongo-ovata, 12-locularis.* Semina .....? Stigma multifidum. Stamina basi in tubulum coalita, superne subreflexa. Petala crassa. Calycis lobi patenti-reflexi. (Folia simplicia?, integerrima. — *Africae ora orient.*) . . . . Ophelus. LOUR. †

** *Capsula coriaceo-membranacea, 5-alata* (alis foliaceis maximis) 5-locularis, abortu plerumque 1-loc., loculis 1-spermis. Semina ....? Stigma capitatum. Staminum tubus cylindricus, apice 5-adelphus, antheris ovatis, 1-locularibus. Petala 5. Calyx nudus, persistens, campanulatus, 5-partitus. Cotyledones contortuplicatae. — (*America trop.*) . . . . Pourretia. WILLD. (non RUIZ. et PAV.)

C. Petala 4, unguiculata („perigyna“?). Bacca 1-locularis, 00-sperma. Placenta centralis, columnaris, libera. Semina ......? Stylus cylindricus, persistens. Stigmata 4, patentissima, 2-fida. Stamina in urceolum connata; filamenta sterilia filiformia antheriferis interjecta. Calyx turbinatus, 4-angularis, 4-partitus. — (*Australia.*) . . . . ? Crossostylis. FORST.

STERCULIACEAE.

(Continuat.)

A. II. Flores ☿. Calyx et corolla (5-petala) irregulares.

Antherae septo obsoleto transversali 2-loculares. Stamina connata in tubum germen superantem v. carpophorum ambientia et apice libera. Semina (semper?) albuminosa. — Folia simplicia. . . . . **Subordo II.** HELICTEREAE.

A. Tubus stamineus ultra ovarium sessile longe productus. Antherae subsessiles. Carpella coalita in fructum 2- v. 5-locularem, rarius carpellum unicum. . . . . **Tribus I.** *MYRODIEAE.*

a. Stigma 2-lobum (rarius in Quararibea 3-5-lobum). Fructus 2-locularis, rarius abortu 1-locularis. Antherae 10-15.

1. *Capsula subdrupacea 2-1-cocca* (indehiscens?) *coccis 1-spermis.* Antherae 10-12, tubi cylindrici apicem coronantes. Calyx subhemisphaericus, 5-dentatus. Petala 5, ovalia, basi tubo stamineo adnata. — (*Australia.*) . . . . Plagianthus. FORST.

2. — *2-locularis, loculis 2-spermis.* Semina hinc plana, inde convexa. Petala 5, oblonga. — (*America tropica.*)

α. *Tubus stamineus petalis longior,* tenuissimus, infra antheras extus glandulis conspersus. Antherae in facie exteriore tubi (1-loculares, ex St. Hil.). Stigma saepe 3-5-lobum, ex St. Hil. Calyx 3-5-dentatus, saepe uno latere fissus. . . . . Quararibea. AUBL.

β. — *stamineus petalis brevior,* apice ampliatus, eglandulosus, margine 5-dentato antheras 15 (2-loculares) gerens, quarum 5 dentibus interpositae, reliquae iisdem per paria affixae. Calyx apice in dentes inaequales rumpens. (Semina exalbuminosa, ex St. Hil.). Myrodia. SW.

b. Stigma 5-sulcatum. Drupa 5-locularis, loculis 1-spermis. Albumen farinosum? Calyx irregulariter dentibus 2-5 rumpens. Petala 5, ovata. Tubus stamineus cylindricus, apice 5-fidus, laciniis patentibus, singulis extus antheras 12 gerentibus. — (*America tropica.*) . . . . Matisia. H. B. K.

B. Tubus stamineus elongatus, germen stipitatum ambiens; antherae in singulis filamentorum apicibus liberis solitariae. Petala ligulata, unguibus plerumque appendiculatis. Germinis loculi 00-ovulati. Carpella angulo interiore dehiscentia. . . . . **Tribus II.** *EUHELICTEREAE.*

a. Filamenta sterilia nulla; tubus stamineus a carpophoro solutus, ad corollae faucem productus; antherae 10. Carpella recta, connata in capsulam 5-locularem oligo- v. polyspermam. Stylus falcatus. Stigma capitatum. Petala bilabiatim disposita. Calyx tubulosus, 2-labiatim 5-fidus. — (*Nova Holland.*) . . . *Methorium. SCH. et ENDL.

b. — sterilia 5, indole varia. Tubus stam. carpophoro adnatus, longe exsertus.

† *Calycis dentes (aeque ac petala) bilabiatim dispositi.* Carpella 00-sperma, saepius contorta.

1. *Calyx tubulosus.* Filamenta sterilia petaloidea, paribus fertilium (5-10, rarissime plurium) intus opposita et basi adnata. Carpella 5 distincta, spiraliter torta aut recta. Styli contorti. Petala omnia supra unguem auriculis 2 appendiculata. — (*America et Asia trop.*) . . . . Helicteres. (L.) SCH. et ENDL.

2. — *clavato-campanulatus,* subinflatus, labio superiore producto. Filamenta sterilia ligulaeformia, minuta. Capsulae 5, in spiram arcte contortae. Styli ......? Petala 3 inferiora exappendiculata, 2 superiora uno latere appendicula maxima aucta. — (*India orient., Ins. Molucc.*) . *Isora. SCHOTT et ENDL.

†† *Calycis dentes non bilabiatim dispositi.* Germen longissime stipitatum. Styli elongati, connexi. Carpella 5, capsularia, recta, 00-sperma, primo connexa, demum secedentia. — (*America tropica.*)

1. *Calyx oblongo-campanulatus,* inflatus, irregulariter 5-dentatus. Petala ungue appendiculata aut nuda. Filamenta fertilia numerosissima, sterilia connata in cupulam germen amplectentem semi-5-fidam. . . . . *Alicteres. NECK.

2. — *clavato-campanulatus,* subinflatus, subregulariter 5-fidus. Petala unguibus utrinque leviter appendiculata. Filamenta sterilia intra urceolum tubi staminei apice ampliati 10-fidi abscondita. Antherae 10, lineares, urceoli lobis extus affixae. . . . . *Orthothecium. SCH. et ENDL.

C. Tubus stamineus elongatus, carpophoro adnatus, germen cingens. Antherae 15, summo tubo impositae, sessiles. Carpella coalita in capsulam stipitatam, 5-locularem, 5-valvem, loculis 2-spermis (in germine 2-ovulatis). Petala 5. . . . . **Tribus III.** *REEVESIEAE.*

1. *Calyx clavato-campanulatus, irregulariter 5-fidus. Petala non callosa.* Tubus stamineus apice ampliatus in urceolum 5-fidum, laciniis infra apicem utrinque antheras 3 superpositas ferentibus. Styli recti, breves, in unicum coaliti; stigmata obsoleta. Capsulae loculi 1-spermi; valvae 2-partibiles, a columna centrali placentifera persistente demum solutae. Semina ovoidea, aptera. Stipulae deciduae. — (*Ins. Norfolk.*) . . . . *Ungeria. SCH. et ENDL.

2. — *campanulatus, 5-dentatus. Petala inter unguem et laminam callosa.* Tubus stamineus superne dilatatus in cyathum capituliformem apice tantum pervium, obsolete 5-dentatum, antheras connatas extrorsas ferentem. Stigma sessile, 5-lobum. Capsula lignosa, 5-angularis, loculis 2-spermis, columna centrali nulla. Semina basi alata. (Stipulae nullae. — *China.*) . . . . *Reevesia. LINDL.

STERCULIACEAE.

(Continuatio.)

B. Flores abortu diclines (masculorum ovariis, femineorum antheris imperfectis sterilibus). Sepala regulariter connata. **Corolla nulla.** Antherae sub-1-loculares v. 2-loc., oblongae curvatae ad germinis (perfecti aut imperfecti) basin. Fructus conflatus e carpellis leguminiformibus verticillatis, sutura interiore dehiscentibus, rarius indehiscentibus. Semina cum vel absque albumine, interdum arillo obducta. (Arbores, foliis simplicibus aut digitato-compositis, petiolo apice tumido.) — **Subordo III. STERCULIEAE.**

I. **Carpella coriaceo-drupacea,** carinato-alata, indehiscentia, abortu 1-sperma. (Ovaria 5, monostyla, pauciovulata.) Semina exalbuminosa? Calyx campanulatus, 5-dentatus. Tubus staminum in flore ♂ apice antheris 5-10 sessilibus onustus, in fl. ♀ brevissimus, antheris 10 per paria inter singula carpella sessilibus. (Folia simplicia indivisa. — *India orient., Ins. Maurit. et Philippin.*) . . . . . . Heritiera. Ait.

II. — **membranacea** (rarius coriacea).

A. Carpella subglobosa aut ventricosa. Calyx campanulatus, 5-partitus, rarius 5-sepalus. (Folia simplicia, indivisa, rarius lobata.)

1. *Carpella subdistincta, subglobosa, longe stipitellata, polysperma.* Semina ala spongiosa longa cultriformi terminata. Styli subdistincti. Stigmata dilatata, radiantia. Tubus staminum in flor. ♂ elongatus, cylindricus, apice in urceolum expansus et antheras in fasciculos sub-5-andros coacervatas gerens; in flor. ♀ vix ullus, antheris sterilibus pariter ac in ♂ dispositis. Calyx carnosus. — (*India orient.*) . . . . . . *Pterygota. Schott et Endl.

2. — *connexa, rarius solitaria.*

a. Carpella 3, *inflato-ventricosa, oligosperma.* Styli conjuncti, tortuosi. Stigma 3-lobum. Tubus staminum in flor. ♂ et ♀ in filamenta brevissima apice solutus. Antherae circiter 15, bilobae. — (*Africae ora oriental.*) . . . . . . Triphaca. Lour.

b. — 5, *connexa* in germen oblique subglobosum, stipitatum, sub-5-lobum, 5-loculare, loculis 8-ovulatis, ovulis 2-seriatim angulo interiori affixis. Styli in unicum crassum coaliti. Stigma dilatato-planiusculum, 4-5-lobum. Capsula abortu carpellorum 4 uni-locularis, ovoidea, maxima, uno latere sulco exarata ibique dehiscens, 7-sperma, pericarpio crasso intus setoso. Calyx campanulatus, 5-lobus. Tubus staminum filiformis, in fl. ♂ apice in filamenta brevissima divisus, antheris 2-locularibus; in fl. ☿ brevior, antheris subsessilibus, fertilibus? — (Folia simplicia, palmato-lobata. — *Mexico.*) . . . . . . *Chichaea. Presl.

c. Ovarium unicum, obovatum, sessile, 1-loculare, 1-ovulatum, ovulo pendulo. Stylus 4-gonus. Stigmata 2, semipeltata, plana. Fructus carnosus?, globosus, apice cicatrice orbiculari notatus, 1-loc., 1-spermus. Calyx 5-sepalus, sepalis 2 exterioribus subangustioribus. Tubus stam. in fl. ♂ brevis, obconicus, triqueter, 3-dentatus, antheras 3 sessiles 2-loculares inter dentes gerens; in fl. ♀ 4-gonus, 4-dentatus, dentibus petaloideis ovatis, antheris 4 sterilibus sessilibus dentibus oppositis. (Folia simplicia, peltata. — *Ins. Marian.*) . . . . . . *Biasolettia. Presl.

B. Carpella follicularia.

* — *aptera.*

a. — vix ante maturitatem aperta.

† *Carpella sessilia aut subsessilia.*

1. *Staminum tubus in flor. ♂ et ♀ elongatus,* cylindricus, apice expansus in urceolum 5-lobum, lobis 3-dentatis 3-antheriferis. Styli connexi, abrupte recurvi. Carpella subsessilia, 1-polysperma. Semina arillata? albuminosa (ex St. Hil.). Calyx profunde 5-partitus, patens. (Folia simplicia, [an genus distinct.? *Ivira Aubl.* ex Schott et Endl., — *America trop.*] aut digitato-composita. [Sterculiae verae, Sch. et Endl., — *Asia trop.*] — etiam *in Africa trop.?*) . . . . . . Sterculia. (L.) Sch. et Endl.

2. *Staminum tubus brevis,* calyce inclusus, apice filamenta antherifera libera emittens. Carpella oligosperma.

α. Antherae florum ♂ in capitulum coacervatae. Carpella sessilia. Semina nuda.

* *Calyx campanulatus* 5-7-fidus, laciniis apice connexis. Tubus staminum in fl. fem. masculo conformis, sed antheras steriles 16-30 sessiles gerens. Styli connexi, recurvi. Stigmata connexa, peltato-radiata. Ovaria coalita. (Folia simplicia aut composita. — *Australasia, Asia et Africa trop.*) . . . . . . Southwellia. Salisb.

** — *florum ♂ infundibuliformis,* 5-fidus, laciniis patentibus. Staminum tubus medio incrassatus, villoso-barbatus. — Calyx et stamina flor. ♀ ignota. (Folia . . . ? — *Ins. Northumberland.*) . . . . . . *Trichosiphum. Sch. et Endl.

β. (v. pag. sequ.)

STERCULIACEAE, STERCULIEAE.

(Continuat.)

B. II. B. * a. † 2.

β. *Antherae 10 haud capitato-coacervatae.* Calycis laciniae erectae. (Folia simplicia.)

* *Tubus staminum in flor. ♂ et ♀ vix ullus.* Antherae sessiles (loculis superpositis, interdum confluentibus) pistilla fertilia aut sterilia cingentes. Stigmata subsessilia, simplicia, reflexa. Ovaria subdistincta. Semina magna. Calyx urceolaris, 5-6-fidus. (Folia ovata aut oblonga, rarius 3-loba. — *Africa occid. trop.*) . . . . * Cola. Sch. et Endl.

** — *stam. brevis, medio constrictus,* apice solutus in filamenta 10 monanthera, quorum 5 alterna longiora. Styli breves, connexi. Stigma 5-lobum. Calyx campanulatus, 5-fidus. (Folia cordata, lobata. — *India or.*) . . . . * Cavallium. Sch. et Endl.

†† *Carpella manifeste stipitellata.* Ovaria connexa. Styli connexi. Stigmata ligulaeformia. Staminum tubus calyce inclusus, apice solutus in filamenta libera, antherifera (in Brachychitone brevissima). Antherae in capitulum inordinate aggregatae. (Folia simplicia. Flores magni. — *Nova Holland.*)

1. *Calyx intus nudus,* inflato-campaniformis, 5-6-fidus, laciniis revolutis. Tubus staminum in flor. ♂ cylindricus, basi tumidus, antheris filamentis suffultis, sub-1-locularibus; in flor. ♀ vix ullus, antheris circiter 30 sterilibus, 1-locularibus. Stigmata recurva. Carpella indehiscentia?, gummosa. Semina ......? (Folia indivisa. Racemi terminales, ramosi.) . . . . *Poecilodermis. Sch. et Endl.

2. — *basi intus annulo uncinato-inflexo auctus,* cyathiformis, 5-fidus, laciniis patentibus. Tubus stam. in flor. ♂ ad calycis annulum incrassatus, antheris 2-locularibus, subsessilibus; in fl. ♀ vix ultra annulum productus, antheris 30 sterilibus. Stigmata radiata. Carpella 00-sperma. Semina 2-seriata, nuda. (Folia subrotunda, sublobata. Flores axillares, subsolitarii.) . . . . * Brachychiton. Sch. et Endl.

b. Carpella longe ante maturitatem aperta, membranacea.

1. *Carpella demum cymbaeformia,* magna, venosa, stipitellata. Semen unicum, ad basin carpelli exsertum. (Caetera ignota. — *India orient.*) . . . . * Scaphium. Sch. et Endl.

2. — *demum foliorum ad instar expansa.* Staminum tubus in flor. ♂ et ♀ cylindricus, elongatus v. exsertus. Antherae 30-00. Ovaria 5, subdistincta. (Folia lobata.)

α. *Styli elongati.* Stigmata ......? Semina ......? Calyx ad basin usque 5-partitus, reflexus. — (*China, Japonia.*) . . . . * Firmiana. Marsigli.

β. — *breves, obsoleti.* Stigmata acuta, recurva. Semina in quovis carpello 2, marginibus alterne affixa. Antherae 30, sessiles, inordinatae. Calyx infundibuliformis, 5-dentatus. — (*India orient.*) . . . . *Erythropsis. Lindl.

** *Carpella* (membranacea, venosa, ventricosa, longe stipitellata) *apice ala lata cultriformi terminata.* Semina pauca? Styli continui, connexi. Stigmata connata, planiuscula, minuta. Staminum tubus in flor. ♀ (et ♂?) elongatus, fusiformi-clavatus. Antherae 10, biloculares, 2-seriatae, sessiles, 5 inferiores germinis angulis oppositae. Calyx profunde 5-partitus, reflexus. (Folia simplicia, cordata, integra aut lobata. — *India orient., ins. Molucc.*) . . . . * Hildegardia. Sch. et Endl.

XXVI. BÜTTNERIACEAE.

I. Calyx 5-partitus (rarissime 5-sepalus aut 4-partitus) segmentis aequalibus, aestivatione valvatis.

A. Stamina definita v. saepius (indefinite?) numerosa, aut libera aut polyadelpha, aut (rarius) basi breviter monadelpha.

* *Stamina petalorum v. sepalorum numero dupla aut multiplicia (et tunc semper alterna sterilia), aut (rarius) illorum numero aequalia, et tunc omnia fertilia.*

I. Petala conspicua, basi v. rarius apice fornicato-concava, rarius plana. Stamina 10-30-00, quorum 5-10 sterilia. Antherae petalis oppositae. Styli 5, saepe in unicum coaliti. Capsula 5-locularis aut 5-cocca. Albumen carnosum aut 0. Cotyledones crassae aut foliaceae, planae aut convolutae. (Omnes floris verticilli 5-meri. Involucellum 0.) . . . . **Tribus I. *BÜTTNERIEAE.***

A. Capsula 5-alata, 00-sperma. Semina arillata, albuminosa. Calyx 5-partitus. Petalorum ungues basi saccato-dilatati. Staminum urceolus apice 10-fidus, laciniis 5 singulatim 3-antheriferis, 5 alternis sterilibus petaloideis. — (*India oriental., ins. Molucc., Nova Holland.*) . . . . Abroma. L. fil.

B. Fructus apterus. Staminum tubus brevis v. brevissimus.

† *Germinis (5-locularis) loculi 3-6-00-ovulati.*

a. Styli 5 in unicum coaliti. Stigmata 5 libera aut basi connexa.

1. *Petala ligula spathulata terminata.* Staminum urceolus apice 10-fidus; laciniae 5 petalis oppositae 2-antheriferae, 5 steriles longiores lanceolatae. Stigma 5-partitum. Capsula butyraceo-pulposa, evalvis, 00-sperma. Albumen 0. Cotyledones oleiferae. Calyx 5-sepalus. — (*America tropica, — alibi intra trop. culta.*) . . . . Theobroma. (L.) Juss.

2. — *acumine filiformi terminata.* Stamina 25-35, basi monadelpha, superne 5-adelpha, cujusvis phalangis filamentum medium sterile, ligulaeforme. Capsula? setigera. Semina ....? Calyx 5-partitus. — (*Persia.*) . . . . Glossostemon. Desf.

b. Styli 5 distincti. Capsula loculicide 5-valvis. Semina albuminosa.

1. *Styli arctissime conniventes.* Petala erecta, apice cucullata, supra cucullum in ligulam linearem 2-fidam producta. Tubus staminum apice 10-fidus, laciniis 5 in filamenta 3 monanthera divisis, alternis 5 sterilibus ovatis acuminatis. Capsula sublignosa, subglobosa, tuberculosa, imperfecte 00-sperma, mucilagine dulci farcta. Calyx 2-3-partitus (proprie 5-sepalus, sepalis 2-3 arcte connatis). — (*America trop., — Ind. or.*) Guazuma. Plum.

2. — *divergentes.* Petala marginibus introflexis basi dilatata filamenta fertilia amplectentia, apice in ligulam attenuata. Staminum tubus varie divisus (filamentis fertilibus apice saepe 3-fidis, sterilibus 5 petaloideis). Antherae 5. Ovarii loculi 3-6-ovulati. Capsula echinata. Embryo axilis. Cotyledones planae, nec convolutae. — (*India orientalis, Australia.*) . . . . Commersonia. (Forst.) St. Hil.

†† *Germinis loculi 2- (nec unquam pluri-) ovulati, ovulo altero saepe abortiente.*

a. Petala basi aut apice saccato-dilatata. Stamina fertilia indivisa. Calyx coloratus, 5-partitus. Capsula 5-cocca, sc. demum septicide 5-partibilis, septis duplicatis. *(Byttneria, DC.)*

1. *Petala basi cucullata,* apice producta in ligulam liberam (nec staminibus adnatam). Stamina sterilia 5, indivisa, antherifera 5. Alabastra 5-gona. — (*Nova Holland.*). Rulingia. R. Br.

2. — *apice concavo-cucullata,* supra cucullum (antheras obtegentem) producta in ligulas 3 erectas (quarum laterales brevissimae); cuculli pars anterior descendens varie divisa proximis 2 laciniis fertilibus tubi staminei coalita. Staminum urceolus brevis, varie divisus, laciniis 5-10 sterilibus. Stylus brevis. Stigmata 5. Capsula echinata, coccis elastice dissilientibus, abortu 1-spermis. Semen adscendens aut pendulum (sc. in germinis loculis ovulum alterum adscendens, alterum pendulum). Albumen 0. Embryo rectus; cotyledones convolutae, radiculae basin involventes. Calyx basi cupularis. — (*America tropica, — India orient.?*) . . . . Büttneria. (Loefl.) R. Br. St. Hil.

b. Petala longe unguiculata, arcuata, apicem versus latiora plana, glandulis pedicellatis e medio petali apice ortis superata. Staminum urceolus 10-15-dentatus, dentibus 5-10 sterilibus obtusis, 5 alternis 1-antheriferis. Carpella 5, capsularia, in fructum subglobosum conniventia, 2-valvia, 1-sperma. Albumen 0. Cotyledones convolutae. — (*America trop.*) . . . . Ayenia. L.

II. Petala minuta, squamiformia (nunquam cucullata) aut nulla. Stamina aut 5 et tunc omnia fertilia; aut 10, quorum 5 alterna sterilia; filamentis subulatis, distinctis, aut ima basi coalitis. Germinis loculi, 2-8-ovulati. Carpella 2-valvia. Semina basi strophiolata. Albumen carnosum. Embryo erectus; cotyledones planae, foliaceae. Calyx coloratus. — (*Omnes Novae Hollandiae incolae.*) . . . . **Tribus II. *LASIOPETALEAE.***

BÜTTNERIACEAE.

(Continuat.)

I. A.*II. (Char. v. in tab. praeced.) . . . . **Tribus II. *LASIOPETALEAE.***

A. Carpella 5, sublibera, 2-valvia, 2-3-sperma. Petala nulla. Stamina 10, alterna sterilia. Antherae rimis dorsalibus dehiscentes. Calyx marcescens. Seminum strophiola crenata. (Stipulae parvae, deciduae.) . . . . Seringia. Gay.

B. — coalita in capsulam valvis dehiscentem. Calyx persistens.

a. Capsula 3-5-locularis. Petala 5, rarius 0.

1. *Petala glanduliformia. Stamina fertilia 5 libera, sterilia 0.* Stylus brevissimus. (Stipulae nullae.)

α. *Germen 3-loculare, loculis 2-ovulatis.* Capsula loculicide 3-valvis. Seminum strophiola laciniata. Antherae intus poris 2 dehiscentes. . . . . Lasiopetalum. Sm.

β. — *5-loculare, loculis 5-ovulatis,* intus dense tomentosis. Antherae rimis lateralibus dehiscentes. . . . . Guichenotia. Gay.

2. *Petala squamiformia aut 0. Stamina 5 aut 10 (quorum 5 sterilia)* plerumque distincta. Antherae rimis lateralibus dehiscentes. Stylus filiformis elongatus. Germen 3-loculare, loculis 2-8-ovulatis. Capsula loculicide 3-valvis. Seminum strophiola crenata. (Stipulae foliaceae, persistentes.) . . . . Thomasia. Gay.

b. Capsula abortu 1-locularis, 2-sperma. (Germen 3-loculare, loculis pluriovulatis.) Styli 3, partim connexi. Seminum strophiola integra. Petala 0. Stamina 5, filamentis basi imbricato-conniventibus. Antherae rimis dorsalibus dehiscentes. (Stipulae minutae, deciduae.) . . . . Keraudrenia. Gay.

** *Stamina 5 (rarissime 6) omnia fertilia, petalis opposita, basi monadelpha,* antheris extrorsum rimis 2 longitudinalibus dehiscentibus. Petala 5, plana (saltem non fornicata), unguibus saepe tubo stamineo adnata, aestivatione contorta. Calyx 5-partitus, persistens. Carpella coalita. Albumen carnosum. Embryo inclusus, rectus aut curvatus; cotyledones planae, foliaceae; radicula infera. . . . . **Tribus III. *HERMANNIEAE.***

‡ **Stamina constanter 5.** Capsula 00-locularis, rarissime 1-locularis.

A. Capsula (aeque ac germen 2-ovulatum) 1-locularis, 2-valvis, abortu 1-sperma. Stylus ovarii gibbi latus rectum terminans. Stigma penicillatum, rarissime inciso-tuberculatum aut simplex acutum integrumque. Semen adscendens. Staminum tubus integer aut 5-fidus. (Flores saepe 1-3-bracteati. — *Patria intra tropicos diffusa.*) . . . . Waltheria. L.

B. Fructus (plerumque capsularis) 00-locularis, conflatus e carpellis pluribus plus minus coalitis.

† *Capsulae loculi 2-1-spermi.* Stamina basi monadelpha. Calyx 5-fidus.

a. Semina ovata, aptera. Staminum tubus integer aut divisus. Germen 5-lobum, 5-loculare (loculis 2-ovulatis) saepius stipitatum. Styli 5, plus minus coaliti. Stigmata distincta, obtusa. Capsula 5-locularis, 5-10-sperma, loculicide aut septicide 5-valvis, aut (utraque dehiscentia simul occurrente) 10-valvis. Semina adscendentia. Calyx 10-nervius. — (*Patria intra tropicos diffusa.*) . . . . Melochia. (L.) St. Hil.

1. *Styli 5, distincti.* Capsula 5-locularis, loculis 2-1-spermis. Petala patentia. Calyx nudus aut bracteis 1-3 suffultus.

α. *Capsula loculicide 5-valvis,* valvis medio septiferis.

* Calyx 5-fidus, campanulatus aut cupulaeformis. Ovarium sessile aut breviter stipitatum. Capsulae loculi saepe 1-spermi. — (*America trop.*) . . . . *Melochia (L.) DC.*

** — 5-dentatus, fructifer vesicarius inflatus aridus dentibus conniventibus. Styli 5, filiformes. Germinis stipes ultra tubum stamineum productus. Capsulae loculi 2-spermi. — (*Mexico.*) ** Physodium. Presl.*

β. *Capsula septicide dehiscens,* 5-cocca, coccis demum discedentibus et columellam liberam relinquentibus. — (*Patria intra trop. diffusa.*) . . . . *Riedlea. (Vent.) DC.*

2. *Styli 5, coaliti.* Germen 5-gonum. Capsulae 5, coalitae, 1-spermae. Calyx cinctus involucello 3-phyllo. — (*Madagascar.*) . . . . *Altheria. Pet. Th.*

b. Semina superne in alam producta. Ovaria 5 monostyla, connata. Capsulae 5 connatae, 2-valves, 1-spermae. Semen in fundo capsulae affixum. Albumen amygdalaceum. Radicula infera. — (*Java, India or.*) . . . . * Visenia. Blume.

†† *Capsula 5-locularis, 5-valvis, loculis 00-spermis.* Styli 5, saepius coaliti. Calyx campanulatus, 5-fidus. (*Omnes capitis bonae spei incolae.*)

a. Stamina ima basi tantum monadelpha, filamentis complanatis lanceolatis saepe alato-marginatis. Styli in unicum coaliti. Calyx saepe demum inflato-vesicarius. . . . . Hermannia. L.

b. — *basi monadelpha, filamentis medio in tuberculum cordatum aut in cupulam dilatatis.* Petalorum lamina obcordata. . . . . . . Mahernia. L.

‡‡ **Stamina 6,** basi monadelpha, filamentis filiformibus. Stylus subulatus. Stigma simplex. Capsula 3-loba, 1-locularis, 3-valvis, 6-sperma. Petala 5, ovato-oblonga, inflexa. Calyx 5-sepalus, persistens. — (*Cochinchina.*) . . . . ?* Juergensia. Spreng.

B. Stamina numerosa (indefinita?) semper petalis multiplicia, manifeste monadelpha, sterilibus saepe interjectis. Styli 3-5, coaliti aut liberi. Calyx 5-partitus.

I. Petala 5, inaequalia (quintum, quod in latere curvaturae staminum contrario positum, caeteris multo latius) apice cucullato-concava. Staminum tubus longus, declinatus, apice urceolatus et divisus in 5 phalanges 3-antheriferas. Filamenta sterilia 0. Germen longe stipitatum, 5-loculare, loculis 4-ovulatis. Styli in unicum coaliti. Stigma leviter crenatum. Capsula turbinata, inflata, 5-gona, 5-locularis, 5-sperma. Semina exalbuminosa. Cotyledones spiraliter circum plumulam convolutae. (Flores involucello destituti.) . . . . **Tribus IV. *KLEINHOVIEAE.***

Genus unicum. — (*India orient., Ins. Molucc.*) . . . . Kleinhovia. L.

BÜTTNERIACEAE.

(Continuat.)

I. B. II. Petala 5 (rarius 4-6) plana, aequalia.

A. Stamina simplici serie disposita, vario gradu monadelpha (rarissime distincta), saepius quaedam sterilia, petalorum numero multiplicia (excepta sola Gluta dubio huc relata). Styli saepius distincti. Albumen carnosum (rarissime 0). Embryo axilis, rectus. Cotyledones foliaceae, planae aut contortuplicatae, saepe 2-fidae. Calyx 5-partitus, rarius 5-sepalus. Involucellum sub flore saepe 0. . . . . **Tribus V. *DOMBEYACEAE.***

† *Stamina omnia fertilia.*

a. — *petalorum numero aequalia* (sc. 5, rarius 4-6), distincta, petalaque basi germinis stipiti adglutinata. Calyx tubulosus, lacerus, deciduus. Germen 1-loculare, 1-ovulatum. Stylus lateralis. Stigma obtusum. Drupa stipitata, difformis. Semen exalbuminosum. Embryo erectus. — (*Java.*) . . . . ? Gluta. L.

b. — *petalorum numero multiplicia.* Semina albuminosa.

1. *Stamina numerosa (indefinita?), basi leviter connata. Stylus* 1, *lateralis, persistens.* Stigma simplex. Germen didymum. Drupa? 2-locularis, loculis 1-spermis. Semina basi affixa. Petala 5, calyce persistente, 5-partito vix longiora. (Stipularum loco glandulae 2 ad foliorum basin. — *Java.*) . ? * Maranthes. Blume.

2. — 30-40, *basi in urceolum connata. Styli* 10. Carpella 10, lignoso-membranacea, arcte cohaerentia, 2-sperma. Semina subtriquetra, aptera. Involucellum 3-phyllum, deciduum. — (*Ins. Mauritii et Borbon.*) . . . . Ruizia. Cav.

3. — *connata in tubum longum, apice 5-dentatum.* Calyx persistens.

α. *Tubi staminei dentes singuli 4-antheriferi.* Stylus 3-fidus. Stigmata dilatata, peltata. Germen 3-loculare, loculis 2-ovulatis. Capsula 3-locularis, 3-valvis, 3-sperma. Semina in fundo loculorum erecta. Petala 5, calyce longiora, oblique obcordata. Involucellum 4-6-phyllum, calyci 5-dentato adnatum ipsoque majus. (*India orient.*) . . . . Kydia. Roxb.

β. *Tubus stam. apice antheras agglomeratas gerens.* Stylus 4-gonus. Stigma capitatum. Drupa 1-sperma, calyce lignoso ampliato (primum coriaceo, tubuloso, limbo crenato, basi 2-bracteato) cincta. Petala linearia. — (*Mexico.*) . . . . . . ? * Lexarza. Llave.

†† *Stamina sterilia filiformia aut ligulaeformia, singulatim cum fertilibus binis ternisve alternantia.*

a. Semina aptera.

1. ***Flores nudi*** (sc. involucello destituti). Calyx 5-partitus, patens. Petala 5, ampla. Stamina 20, filamentis basi in urceolum coalitis, sterilibus 5. Stylus filiformis. Capsula 5-locularis, 5-valvis, 00-sperma. Semina parva, subrotunda. — (*Ins. Mauritii et Borboniae.*) . . . . Trochetia. DC.

2. — ***involucello suffulti.*** Capsula 5-locularis.

‡ *Flores segregati nec in involucro communi collecti, singuli autem involucellati.*

a. *Involucellum unilaterale, 1-phyllum*, apice 3-crenatum (potius 3-phyllum, foliolis connatis). Stamina fertilia 15, ternatim cum sterilibus 5 alternantia. — (*Ins. Borbon.*) . . . . Assonia. Cav.

b. — *3-phyllum* (foliolis distinctis) unilaterale. Stamina sterilia fertilibus longiora, ligulaeformia.

* Calyx 5-partitus. Carpella 5, bivalvia, 1-00-sperma, arcte connexa in capsulam 10-valvem? Stylus 1, apice 5-fidus, laciniis subreflexis.

aa) *Stamina fertilia 5, singula 1-2-antherifera, sterilia 5.* — (*Arabia, Cap. b. sp., Ins. St. Helenae, Madagasc.*) . . . . Melhania. Forsk.

bb) — — *15-20, filamentis vix basi coalitis; sterilia* 5, singulatim cum fertilibus binis ternisve alternantia. Cotyledones contortuplicatae, 2-fidae. — (*Ins. Mauritii, Borbon., Madagasc., India or.*) . . . . Dombeya. Cav. (non Lam.)

** Calyx 5-sepalus. Capsula 5-locularis, 5-valvis, valvis medio septiferis, loculis 00-spermis. Stylus 1, apice 5-dentatus, aut styli 5 liberi. Staminum urceolus 5-gonus, filamentis 10 v. 15 v. 20, quorum 5 sterilia cum fertilibus singulis binis ternisve alternantia. Involucelli foliola linearia 1-lateralia, aut late cordata et amplexiflora. — (*Asia, Africa et America trop.*) . . . . Pentapetes. (L.) DC.

‡‡ *Flores umbellati, cincti involucro communi, polyphyllo*, foliolis subrotundo-ovatis, exterioribus 2 oppositis. Singuli flores basi 1-bracteolati. Calyx 5-sepalus. Petala erecta, in corollam clausam convoluta. Staminum tubus longus, filamentis antheriferis 20, sterilibus 5. Stylus 1. Stigmata 5. Germen 5-loculare, loculis pauciovulatis. — (*India orient.*) . . . . Astrapaea. Lindl.

b. Semina alata, albumine parco aut 0. Capsula lignosa, 5-locularis, 5-valvis. Stylus cylindricus. Stigma crassiusculum. Stamina basi in tubum connata 20, quorum 5 sterilia cum ternis fertilibus alternantia. Calyx basi subtubulosus, nudus aut rarius involucellatus foliolis 3 cordatis fimbriatis. — (*India orient.*) . . . . Pterospermum. Schreb.

BÜTTNERIACEAE.

(Continuat.)

I. B. II. B. Stamina pluriserialia, omnia fertilia et in tubum longum conicum coalita, exteriora breviora. Styli in unicum coaliti, stigmata 00. Involucellum 3-5-phyllum, calyce minus, plus minus a flore distans. — (India orient.) . . . . . **Tribus VI. *ERIOCHLAENEAE.* ARNOTT. (*Wallichieae.* DC)**

1. *Involucellum 5-phyllum, a flore parum remotum*, foliolis laciniatis, 2 interioribus minoribus. Calyx 5-partitus, petalis 5 longior. Stigmata in capitulum aggregata. (Genus a sequente vix satis distinctum.) . . . . . Eriochlaena. DC.

2. — *3-4-phyllum, a flore demum distans*, deciduum, foliolis integris lobatisve. Calyx 4-5-partitus, segmentis basi intus 2-glanduliferis. Petala 4-5, calycem subaequantia. Stigma stellato-5-10-lobum. Capsula lignosa 5-10-locularis, 5-10-valvis, loculis 00-spermis. Semina alata. . . . . . Microchlaena. WALL. (Wallichia. DC. non ROXB.)

II. Sepala 5, ima basi coalita, forma magnitudine et consistentia inaequalia, aestivatione quincunciatim imbricata. Petala 5, aestiv. contorta. Stamina 10, monadelpha, filamentis basi in urceolum connatis, superne liberis filiformibus, sterilibus nullis. Styli 5 distincti. Stigmata leviter dilatata et lobata. Germen 5-loculare, loculis 2-ovulatis. Drupa carnosa, includens nucleos 5 osseos, distinctos, 1-spermos. Semina pendula. Albumen carnosum. Embryo axilis, radicula ad hilum versa (supera), cotyledonibus foliaceis planis. (An ordo proprius?) **Tribus ? VII. *HUGONIACEAE.* ARNOTT.**

Genus unicum. — (India orient. et ins. Mauritii.) . . . . . Hugonia. L.

XXVII. CHLENACEAE.

a. Capsulae loculi 2-1-spermi. Germen 3-loculare, loculis 2-ovulatis. Petala 5 in tubum conniventia. — (Madagascar.)

1. **Stamina 10**, antheris dorso affixis. Capsula abortu 1-locularis, 1-sperma. Involucrum subcarnosum, cylindricum, scabrum, circa capsulam persistens, calyce 3-sepalo minus. . . . . Leptolaena. PET. TH.

2. — **numerosa**, basi tubi corollae inserta, antheris terminalibus. Involucrum carnosum, urceolatum, 5-dentatum, intus villosum, calycem includens, demum ampliatum et circa capsulam persistens. . . . . Sarcolaena. PET. TH.

b. Capsulae (germinisque) 3-locularis loculi 00-spermi. Sepala 3. Stamina 00 (numerosa). — (Madagascar.)

1. **Petala 5.** Staminum filamenta tenuia, antheris dorso affixis. Involucrum 2-florum (non carnosum), fimbriatum, demum laciniatum, viscosum, ampliatum, connivens capsulamque includens. . . . . Schizolaena. PET. TH.

2. — **6**, magna, urceolata, aestivatione spiratim contorta. Stamina petalis breviora, basi in urceolum breviter connata. Antherae 4-gonae, dorso affixae. Sepala concava, carnosa, glutinosa. Involucrum 2-phyllum, calyci adpressum. . . . . Rhodolaena. PET. TH.

XXVIII. DIPTEROCARPEAE.

A. Petala 5 distincta. Staminum omnium filamenta indivisa.

1. **Antherarum connectivum ultra loculos productum** in mucronem v. setam deciduam. Cotyledones petiolatae. (Flores paniculati.)

a. Calyx 5-partitus, segmentis aequalibus, saepe demum excrescentibus. Antherae 15-50, subsessiles, attenuatae, lineares. . . . . * Vateria. LINN.

b. — 5-*sepalus*, serius excrescens in alas 5 longas. Stamina 15-100, filamenta infra antheras breves obtusas capillaria. Cotyled. non corrugatae. . . . . Vatica. LINN.

2. **Antherae (longae, lineares, attenuatae) muticae**, connectivo ultra loculos non producto. Stamina numerosa. Calyx 5-fidus, fructiferi segmenta 2 expansa in alas longas ligulatas scariosas. Cotyledones corrugatae. (Flores racemosi.) . . . . . * Dipterocarpus. (GAERTN.) WIGHT et ARN.

B. Corolla gamopetala, tubo campanulato, limbi lobis linearibus, oblongis, obliquis, contortis, demum patulis. Filamenta 10, alterna bifida, omnia antherifera; antherae 15, loculis obtusis, brevibus, connectivo ultra ipsos producto in setam longiusculam deciduam. Sepala 5, quorum 2 (rarius 3) in alas expansa. (Flores paniculati.) . . . . . * Hopea. ROXB.

XXIX. TILIACEAE.

I. Petala integra (nec margine dentata v. fimbriata). Antherae rimis longitudinalibus dehiscentes. (Folia alterna, nec unquam? opposita.) . . . . **Tribus I.** *TILIEAE.* Nob.

* Germen pluriloculare; fructus rarissime (nec nisi carpellorum septorumve abortu) 1-locularis.

A. Ovaria coalita.

I. Styli coaliti, unicum simplicem mentientes, rarissime 0.

A. Fructus capsularis, pericarpio membranaceo, coriaceo, v. lignoso (nec carnoso, nec endocarpio osseo) instructus.

† *Capsulae loculi 2-6 (nec plures), rarius abortu 1.*

a. Capsula aptera.

1. — *maturitate abortu 1-locularis*, subglobosa, lignosa (rarissime chartacea) evalvis, 1- (rarissime 2-) sperma. Germen 5-loculare, plerumque 5-costatum, loculis 2-ovulatis. Stigmata 5, brevia, dentiformia. Stamina 00, pluriseriata, libera aut irregulariter polyadelpha, filamentis apice saepius 2-fidis, antherarum loculis discretis, singulis saepe singulae filamenti laciniae affixis. Petala 5, basi saepius squamam petaloideam (e staminibus sterilibus conflatam?) gerentia et quasi duplicata. Sepala 5 basi intus foveola nectarifera instructa. Bractea ligularis, venosa, pedunculo communi adnata. — (*Europa, America borealis.*) . . . . Tilia. L.

2. — *etiam matura 00-locularis.*

α. Stamina fertilia definita, 8, nec plura.

* — sterilia (sc. fila 00 capillacea) fertilibus circumposita. Antherae oblongae. Petala 5, oblonga. Calyx 5-sepalus. Stigma 6-dentatum? Capsula oblonga, echinata, 4-locularis, 4-valvis. (5-loc., loculicide 5-valvis, ex DC.) Semina 00, arillata. — (*Guinea.*) . . . . *Clappertonia. Nob.

** — sterilia nulla. Antherae subrotundae. Petala 4. Calyx 4-sepalus. Stigma simplex. Capsula subulato-siliquaeformis, 4-locularis, 4-valvis, loculis 00-spermis. — (*Arabia.*) . . . . Antichorus. L.

β. — *10-20 v. indefinite numerosa.*

‡ **Stamina sterilia (sive filiformia, sive squamiformia) nulla.**

A. Capsula valvis dehiscens.

✠ Staminum filamenta manifesta. (Flores rarius apetali.)

a) Petala 5, *Capsula* 2-5-*locularis*, 2-5-valvis, valvis medio septiferis. Semina albuminosa.

1) Capsula 2-5-loc. saepe siliquaeformis, loculis 00-spermis. Germen junius septis incompletis primo 1-loculare, deinde 2-5-loc. Stigmata 2-5, interdum subsessilia. Calyx 5-sepalus. Flores interdum bracteati. — (*Patria, exclusa Europa, praecipue intra tropicos diffusa.*) . . Corchorus. L. DC.

2) — 5-locularis, lignosa, 5-angularis, 5-valvis, loculis 3-6-spermis. Stylus brevis. Stigma 5-gono-capitatum. Calyx gamosepalus, turbinatus, post anthesin acetabuliformis. Involucellum 3-partitum, deciduum. — (*Java.*) . . . . ? * Esenbeckia. Blume. (non Kunth, nec Brid.)

b) Petala 4 aut 0.

1) Petala 4. Calyx 4-5-sepalus, sepalis aristatis. Antherae subrotundae. Stigma denticulatum. Capsula sphaeroidea, echinata, 6-locularis, semi-6-valvis, 00-sperma. — (*Nova Zeelandia.*) . . . . *Entelea. R. Br.

2) — nulla. Calyx 4-partitus, lobis aequalibus obtusiusculis. Antherae elongatae, vix acutae. Torus foveolatus. Stylus basi villosus. Stigmata 3. Fructus ignotus. — (*Ins. Antill.*) . . . . Foveolaria. DC. (sub Sloanea. non R. et Pav.)

✠✠ Antherae sessiles aut subsessiles.

1) *Petala nulla.* Calyx 5-7-partitus. Antherae 00, subsessiles, longissimae, acumine (foliaceo, ex Juss., parvo, ex DC.) superatae. Capsula subrotunda, coriaceo-lignosa, setoso-echinata, 4-5-valvis, 4-5-locularis, loculis 3-1-spermis. Semina arillata. — (*America trop.*) . . . . Sloanea. L. (non Loefl.)

Sectiones sequentes forsan ut totidem genera admittendae?

- *α.* Calyx 6-7-partitus. Stylus longus. Capsula 4-valvis, setis varie infixis echinata. Semina arillo carnoso involuta. . . . *Sloanea. Plum.*
- *β.* Calyx 5-partitus lobis aequalibus. Torus incrassatus. Stylus subulatus. Stigma perforatum, vix denticulatum. Capsula a basi ad apicem valvis 4 dehiscens. . . . . *Gynostoma. DC.*
- *γ.* Calyx 5-partitus, lobis aequalibus, lanceolato-linearibus acuminatis. Torus parvus. Stylus filiformis, longus. Capsula non setosa? . . . . *Oxyandra. DC.*
- *δ.* Calyx 5-partitus, lobo quinto caeteris minore. Torus villosus. Stylus brevis. Stigmata 4-5, simplicia. Capsula 4-5-locularis, 4-5-valvis. . . . . *Myriochaeta. DC.*

2) *Petala* 5. Antherae 15, sessiles, ovatae, 4-loculares, ternatim petalis oppositae. Capsula? 3-locularis, loculis 1-spermis? (Germen 5-gonum.) Stylus 1. Stigma sub-3-lobum? — (*China, Ind. or.*) . . . . ? Vatica. L. †

B. Capsula indehiscens, setis apice uncinatis echinata, subglobosa, 2-5-locularis, loculis septulatis 2-spermis. Semina pendula. Stylus apice minutissime 2-5-denticulatus. Sepala 5, apice cucullato extus cuspidata, decidua. Petala 5, calyce fere semper breviora (rarius 0, ex DC.). Glandulae 5, petalis oppositae gynophoro adnatae. Urceolus petaloideus summo gynophoro insertus, genitalia cingens. — (*Patria intra tropicos diffusa.*) . . . . . Triumfetta. Plum. (St. Hil.)

TILIACEAE. Tribus I. TILIEAE.
(Continuat.)

I. * A. I. A. † a. 2. β.

‡‡ **Stamina sterilia filiformia, petaloidea aut squamiformia fertilibus addita.**

A. *Stamina subdefinita, circiter* 20, quorum 5 sterilia. Capsula 3-locularis, 3-valvis. Petala 5, obovata, emarginata, subobliqua, cum staminibus et calyce 5-fido persistentia. — (*Africa borealis.*) . * Xeropetalum. Delil. †

B. — *indefinite numerosa.* Capsula (ut germen) 5-locularis.

1) *Stamina distincta. Stigma simplex.*

a) Capsulae loculi 1-spermi (germinis 2-ovulati). Carpella 2-valvia. Stylus subulatus. Stamina sterilia 5, petaloidea, carpellis alterna. Gynophorum breve, turbinatum, petala staminaque gerens. Petala 5, unguibus brevibus concavis. Calyx campanulatus, 3-5-partitus. — (*India orient.*) . . . . * Brownlowia. Roxb.

b) — loculi 2-spermi. Capsula 5-gona, echinata. Filamenta sterilia 00, basi torulosa, fertilibus circumposita. Petala 4. Calyx 4-sepalus. — (*Cap. b. sp.*) . . . . Sparrmannia. Thbg.

2) *Stamina pentadelpha;* exteriora sterilia, nunc in squamas fimbriatas 5 connata, nunc basi tantum coalita, phalangibus fertilibus adnata et cum iis petalis alterna. Stigma 5-gonum v. 5-lobum. Capsula 5-gona, ultra medium loculicide-5-valvis, 5-locularis, loculis 00-spermis. Semina alata, albuminosa. Petala 5. Calyx 5-sepalus aut 5-partitus, involucello 6-12-phyllo suffultus. — (*America trop.*) . . . . Lühea. Willd. Mart.

{ α. Calyx 5-sepalus. Stamina interdum libera. . . . . *Alegria. DC.*
{ β. — 5-partitus. — 5-adelpha. . . . . *Lühea. DC.*

b. Capsula alata.

1. *Capsula loculis* 2-00-*spermis* (rarissime abortu 1-spermis). Petala calycis segmentis numero aequalia, sc. 5. Calyx deciduus.

α. — 2-*locularis*, lignosa, obcordata, alato-subanceps, ad medium usque loculicide-2-valvis, loculis septulis incompletis transversis in locellos plures 1-spermos subdivisis. Columna centralis 0. Semina subalata. Stylus et stigma simplex. Stamina 00-serialia, omnia antherifera, exteriora 5-adelpha, interiora breviora, indeterminate polyadelpha. Calyx 5-sepalus. — (*Brasilia.*) . . . . Mollia. Mart. et Zucc.

β. — 3-*locularis*, subrotunda, 6-alata, loculicide 3-valvis, valvis extus alas 2 horizontales gerentibus, loculis 2-spermis. Semina subglobosa. Stylus 1. Stigma 3-gono-capitatum. Stamina 00, subdistincta. Sepala 5, ante florescentiam connata, deinde in calycem inaequaliter 3-5-fidum separata. — (*India orient.*) . . . . Berrya. Roxb.

γ. — ? 4-*locularis*, globosa, 4-alata, alis duplicatis, loculis 2-spermis (1-spermis, ex Spreng.). Stylus staminibus 00 liberis duplo longior. Torus 5-gonus, stipitiformis. Petala basi squamula aucta. Calyx 5-sepalus. — (*Ins. Philippin.*) . . . . Columbia. Pers.

2. *Capsula oblonga*, 4-6-*alata* (*alis lanceolatis reticulatis*) 4-6-*locularis, loculis* 1-*spermis.* Semen ovatum, compressum, hirsutum. Stylus filiformis. Stigma simplex. Stamina 00, libera, corolla breviora. Petala 6, cum calyce 4-partito (patente, ipsis triplo breviore) persistentia. (*Patria . . . ?*) . . . . ? Espera. Willd.

†† Capsulae loculi 8 (nec pauciores) aut 10-12-24.

1. *Capsula globosa*, 5-*alata*, indehiscens, 10-locularis; loculi septulis transversis in locellos duos 1-spermos subdivisi. Semina parietalia, arillata, albuminosa. Stylus 1. Stigmata 5, aggregata. Stamina 00, libera. Petala 5, basi intus squamulam gerentia. Calyx 5-sepalus. — (*Java.*) . . . . Diplophractum. Desf.

2. — *aptera.*

α. *Antherae apice lobulis* 2 *foliaceis appendiculatae*, filamentis brevibus insidentes. Stylus 1, in stigma infundibuliforme dentatum dilatatus. Capsula sphaeroidea, depressa, coriacea, setis mollibus aut tuberculis asperis tecta, 8-24-locularis, loculis 00-spermis. Semina minuta, columnae centrali carnosae affixa. Petala 5, rarius 4, calyce 5-4-partito fere minora. — (*America trop.*) . . . . Apeiba. Aubl.

β. — *non appendiculatae.* Petala 5. Calyx deciduus.

* Capsula? globosa, 8-locularis, loculis 1-spermis (in germine jam 1-ovulatis). Stylus 1. Stigma 5-dentatum. Stamina 00, libera, disco hypogyno inserta, annulo membranaceo cincta. Petala calyce 5-partito minora. — (*Java.*) . . . . * Porpa. Blume.

** — 10-locularis, 10-valvis, valvis marginibus introflexis seminiferis columnae centrali cylindricae adnatis. Stigmata plura. Calyx 5-sepalus, inaequalis (an aestivatione valvatus?). — (*Brasilia.*) . . . . . . ? Laplacea. Kunth.

TILIACEAE. Tribus I. TILIEAE.

(Continuat.)

I. * A. I.

B. Fructus (sarcocarpio carnoso) baccaceus, aut (endocarpio osseo) drupaceus.

a. Bacca. Semina albuminosa.

1. *Calyx* 5-7-*partitus, deciduus.* Petala 5-7. Stamina 00, libera. Pili 00 (stamina sterilia?) germinis globosi basin cingentes. Stigma sessile, capitato-radiatum, persistens. Bacca 5- (rarius 00-) locularis, 00-sperma. Semina in pulpa nidulantia, minima. (Genus affine Apeibae. — *Ins. Antill.*) . . . . Muntingia. L.

2. — 3-*partitus, persistens.* Petala 3, calyce minora. Stamina 00, filamentis liberis, capillaribus, omnibus antheriferis. Antherae subrotundae, didymae. Stylus 1. Stigma simplex. Bacca 5-locularis, 00-sperma, calyce tecta. — (*America trop.*) . . . . ? * Trilix. L.

b. Drupa sicca, 4-pyrena. Stylus 1. Stigma 4-lobum. Stamina 00, libera, toro stipitiformi inserta. Petala 5. Calyx 5-sepalus, deciduus.

1. *Pyrenae* 5-*loculares* (aut abortu 1-loc.) loculis 1-spermis. Semina horizontalia, compresso-pyriformia, exalbuminosa. Petala basi squamam gerentia, apice 2-fida. — (*Madagascar.*) . . . . * Vincentia. Boyer.

2. — 2-*loculares,* loculis 2- (aut abortu 1-) spermis. Semina albuminosa. Petala basi glandulam squamamve gerentia, quandoque (ex DC.) nulla. (Drupa abortu interdum 3-2-pyrena. — *Patria, exclusa Europa, — praecipue intra tropicos — diffusa.*) . . . . Grewia. (L.) Juss.

II. Styli 2, distincti, aut vix ima basi coaliti (ovaria autem connata). Stamina libera.

a. Petala 4. Calyx 4-sepalus, deciduus. Antherae lineares. Styli indivisi, apice recurvi. Capsula stipitata, ovata, subcompressa, 2-locularis, 2-valvis, 2-sperma. — (*America trop.*) . . . . Heliocarpus. L.

b. — *nulla.* Calyx 4-5-partitus (an aestivatione valvatus?). Antherae subrotundae. Styli 2, bifidi. Capsula ovata, abortu? 1-locularis, 4-valvis, 00-sperma. Semina placentae centrali liberae affixa, arillata. — (*Guiana.*) . . . . ? Ablania. Aubl.

B. Ovaria (aeque ac styli) distincta, aut ima basi tantum connexa.

1. *Flores dioici, apetali.* Calyx 6-7-lobus v. integer. ♂: Stamina 00, in gyros concentricos disposita; antherae sessiles, sub-4-lobae, 2-loculares. ♀: Ovaria 18-20, monostyla (stylis saepe obsoletis) circa axin subcyathiformem arcte verticillata, 2-ovulata. Capsulae totidem, membranaceae, compressae, 2-valves, 1-spermae. Semen reniforme, tuberculato-rugosum, axi fructus affixum, albuminosum. — (*Nova Hollandia.*) . . ? Gyrostemon. Desf.

2. — *hermaphroditi,* 5-*petali.* Calyx 3-lobus. Stamina 00. Carpella 5, capsularia, basi tantum connexa, 1-sperma. — (*Africa trop.*) . . . . Christiana. DC.

** Capsula 1-locularis, ex ovario (absque abortu?) unico constans. (Genera vix hujus loci.)

1. *Stamina hypogyna,* 00, libera, interiora elongata flexuosa antherifera, exteriora capillaria sterilia. Calyx 4-partitus, aestivatione valvatus. Petala nulla. Capsula 2-valvis, polysperma. Placentae 2, lineares, parietales. Stylus 1, filiformis. Stigma simplex. — (*Peruvia.*) . . . . ?? Abatia. Ruiz et Pav.

2. — *perigyna.* Calyx 4-partitus, persistens. Petala 4. Stylus subulatus. Stamina 00, libera, persistentia, sterilia nulla. Fructus indehiscens, calyce cinctus, subglobosus, sub-2-spermus. — (*America trop.*) . . . . ? * Hasseltia. H. B. K.

TILIACEAE.

(Continuat.)

II. Petala margine dentata, lobata aut inciso-fimbriata (rarius integra aut nulla). Antherarum loculi apice poris 2 dehiscentes. (Folia saepe opposita.) . . . . **Tribus II. *ELAEOCARPEAE.***

A. Genuinae: Petala 5 (rarius 4) distincta, 3-dentata, 3-fida aut laciniata.

I. Petala inordinate fimbriato-lacera aut dentata v. erosa.

a. — 4, parva, linearia, apice erosa. Calyx 4-sepalus. Antherae 8-12, lineares, puberulae (an 2-porosae?) setis terminalibus destitutae. Flores dioici, ♀ ignoti. — (*Java.*) . . . *Acronodia. Blume. †

b. — 5, apice lacera. Calyx 5-sepalus. Stylus 1.

1. *Antherae puberulae, setis terminalibus destitutae.* Petalorum ungues lati, villis ciliati. Fruct. ignot. (Folia opposita. — *Amboina.*) . . . . Aceratium. DC. †

2. — *apice hinc setigerae.* Drupa 5- (aut abortu 4-1-) locularis, nucleo saepius rugoso-sulcato. (Folia alterna. — *India orient., Nova Hollandia, ins. Sandwic.*) . . . . . . Elaeocarpus. L.

II. Petala 3-dentata aut 3-loba, lobis nonnunquam laciniatis.

a. Fructus capsularis.

1. *Capsula 2-locularis,* loculis 00-spermis. Stylus 1, subulatus. Stigma simplex. Antherae 12-20, lineares, setis 2 superatae. Squamae hypogynae 4-5 (nectarium L.) emarginatae, minutae. Petala 4-5, apice 3-loba. Calyx 4-5-sepalus. (Folia dentata, alterna aut opposita. — *India or., Nova Zeeland.*) . . . . Dicera. Forst.

2. — *5-4-locularis* (2-loc., ex L.), 5-4-valvis, valvis muricatis patentibus, loculis 2-spermis. Stylus 1, sulcatus. Stigma 5-4-fidum. Stamina 30-40, antheris muticis. Squamae 5 intra petala iisque oppositae, ex annulo glanduloso ovarii basin cingente prominulae (nectarium coloratum margine undulato, ex L. et Juss.). Petala 5-4, trifida. Calyx 5-4-sepalus. (Folia alterna, cordata, integra. Stipulae reniformes. — *Peruvia.*) . . . . Vallea. Mutis. L. fil.

3. — *3-locularis,* 3-valvis, valvis septigeris. Antherae 15, muticae. Annulus hypogynus glandulosus, 10-gonus. Petala 5, tricuspidata. Calyx 5-dentatus. (Folia opposita, serrata. — *Chili.*) . . . . Tricuspidaria. Ruiz et Pav.

b. Fructus baccaceus aut drupaceus.

1. *Drupa nuce laeviuscula aut tuberculata 2-1-loculari, loculis 1-spermis.* Germen 2-loc., 00-ovulatum, ovulis 2-seriatis. Glandulae 5 germinis basi circumpositae. Stamina 25-80. Petala 5, trifida, apice laciniata. Calyx 5-sepalus. (Folia alterna. — *India or., Australia.*) . . . . *Monocera. Jack.

2. *Bacca sicca, indehiscens, substipitata, 2-4-sulca, 2-4-locularis, loculis 2-spermis.* Antherae 12, cordato-oblongae, acuminatae. Petala 4, apice 3-loba. Calyx 4-partitus. (Folia opposita. — *Ins. Van Diemen.*) . . . . Friesia. DC. (non Spr.)

B. Spuriae aut dubiae: Petala 5 distincta (rarius basi coalita) indivisa, integerrima, aut nulla.

a. Petala 5 distincta. (Folia alterna.)

1. *Calyx 5-sepalus.* Stamina 5. Antherae oblongae, acuminatae. Stylus filiformis, staminibus aequalis. Bacca 5-sperma. Semina axin circumdantia, oblonga, intus angulata, arillo fibroso inclusa, albuminosa. Embryo inversus. — (*India or.*) . . . . ?*Euthemis. Jack.

2. — *5-partitus, persistens.* Stamina 00, filamentis brevibus, antheris longis, „simplicibus.“ (L. an 1-locularibus?) Stylus 1. Stigma capitatum. Germen subrotundum. Capsula turbinata, coriacea, 1-locularis, 3-valvis, 1-sperma. — (*India or.*) . . . . ?*Vateria. L.

b. Corolla nulla. Calyx campanulatus, segmentis 5 (6, ex Cav.) basi subsaccatis. Torus magnus crassus. Stamina 12 (10, ex Cav.), filamentis subulatis; antheris linearibus, utrinque sulcatis, pubescentibus, apice valvis 2 emarginatis dehiscentibus. Stylus 1, subulatus. Stigma acutum. Bacca? globosa, 3-sperma. (Folia plerumque opposita. — *Chili.*) . . . . ?*Crinodendron. Mol.

c. — gamopetala, profunde 5-partita (lobis subserratis, ex DC.). Calyx 5-fidus, persistens, 2-3-bracteatus. Stamina 00, basi corollae inserta, antheris subrotundis. Germen inferum (ex Blume) 3-loculare, loculis 00-ovulatis, ovulis pendulis. Stylus 1. Stigma obtusum, 3-gonum. Drupa baccata (5-locularis, ex DC.) nucleo 3-1-loculari, loculis 1-spermis, duobus plerumque vacuis. Semen albuminosum. Embryo inversus. (Folia alterna, serrata. — *Cochinchina, Java.*) . . . . ??Dicalyx. Lour. Blume.

XXX. TERNSTRÖMIACEAE.

A. Genera desciscentia: foliis aut stipulatis, aut oppositis, aut pellucido-punctatis. Petala aequalia libera. Styli in unicum coaliti.

I. Folia alterna, stipulata. Calyx ebracteatus, 5-sepalus. Petala 5. Stam. libera, indefinita. Antherae basi affixae, immobiles.

a. Folia palmati-lobata, impunctata. Antherae 4-gonae, 2-4-loculares, apice poris 1-2 dehiscentes. Stigma simplex, hamiforme. Germen 1-loc. Ovula 00, septis incompletis affixa. Caps. 3-5-valvis, valvis medio septa incompleta seminifera gerentibus. Sem. aptera, arillata, lana involuta, cochleato-reniformia, albuminosa. (Fl. magni, paniculati. — *America et Africa trop., Ind. or.*) . . . . Cochlospermum. Kunth.

b. — indivisa, pellucido-punctata. Antherae 2-loc., longit. introrsum dehiscentes, connectivo apice glanduloso excavato. Germen 3-4-loc. Stigma 3-4-lob. Caps. 3-loc., 3-valvis; dissepimenta columnae centrali placentiferae adnata, placentis alterna. Sem. linearia, calva, ala membranacea integra basi apiceque extensa cincta. (Fl. racemosi. — *America trop.*) Mahurea. Aubl.

II. Folia opposita (rarius in Caraipa sparsa) **exstipulata, integerrima.** Calyx ebracteatus. Stam. basi inter se plus minus coalita. Anth. 2-loc., longit. dehisc., connectivo Mahureae. Ovula in angulo inter. loculor. suspensa. — (*America trop.*)

a. Folia opposita pellucido-punctata. Cal. 4-5-sepalus. Pet. 4-5. Anth. basi affixae, immobiles. Germen jun. 1-loc., demum septis concrescentibus 4-3-loc., loculis 00-ovulatis. Stigma 3-4-lobum. Caps. sublinearis, subincurva, 4-3-loc., septicide 4-3-valvis. Sem. oblonga, compressa, ala membranacea fimbriata apice basique extensa cincta. (Flor. racemosi.) . . . . Marila. (Sw.) Pers., Camb.

b. — (nonnunquam sparsa) impunctata (an re vera exstipulata?). Cal. 5-fid. Pet. 5. Anth. supra basin affixae, mobiles, introrsae. Germen 3-locul., locul. 3-1-ovulatis. Stigma 3-lob. Caps. 3-gona, incurva, 3-loc. Sem. aptera. (Fl. racemosi, corymb. v. paniculati.) . . . . *Caraipa. Aubl.

B. Folia exstipulata, sparsa, impunctata, indivisa, plerumque dentata v. serrata.

I. Germen inferum v. subinferum; stamina epipetala aut perigyna. Calyx 5-fidus partitusve.

a. Flores 2-3-bracteati. Corolla profunde 5-partita. Stam. basi corollae adnata. Stylus 1. Stigma obtusum, 3-gonum. Germ. inferum, 3-loc., loc. 00-ovulatis, ov. pendulis. Drupa baccata, nucleo 1-3-loc., loc. 1-sp., duobus plerumque vacuis. Sem. albuminosum. — (*India or.*) . . . . ? Dicalyx. Lour.

b. Calyx 2-bracteat. Cor. gamopetala, perigyna, ovata, fauce constricta, ore 5-fido, laciniis calycis lobis oppositis. Stam. libera, inclusa, duplici serie disco perigyno inserta; anth. lineares, longe cuspidatae. Styl. 1. Stigmata 3, subulata. Germ. subinferum, 3-loc., loc. 00-ovulat., ovula ex apice placentae centralis pendula. Bacca infera sicca, calycis lobis coronata, 2-bracteata, 3-loc., loc. 3-1-sp. Sem. arillata. (Fol. integerr., fl. longe-pedunc., axill. — *India or.*) . . . . * Anneslea. Wall. (non Andr.)

c. Petala 5, distincta? Antherae in annulo perigyno subsessiles. Stylus 5-fid. Caps. 5-loc., loculis 00-spermis. — (*Java.*) . . . . * Reinwardtia. Blume. (non Spr.)

II. Germen superum, stamina hypogyna.

✤ ***Antherae poris, nec rimis longitudinalibus, dehiscentes.***

a. Antherae extrorsae, apice 2-porosae. Petala 5. (Flor. racemosi.)

1. *Calyx 5-10-sepalus, deciduus.* Stam. 00-serialia, exteriora castrata libera v. 5-adelpha, interiora fertilia libera, anth. linearibus. Stylus brevis, stigmate obsoleto. Caps. (ut germen stipitat.) 3-5-loc., septicide 3-5-valvis, loc. 00-sp. Sem. alata. — (*America trop.*) . . . . ? Godoya. Ruiz et Pav.

2. — *profunde 5-part., 2-3-bracteat., persist.* Stam. omnia fertilia, libera, receptaculo aut basi petalorum illi cohaerentium inserta, anth. 2-partitis. Styli 5. Caps. (ut germ. sessile) 5-loc., apice loculicide 5-valvis, loc. 00-sp. Sem. aptera (in mucilagine nidulantia, ex Willd.) albuminosa. — (*America trop., India or.*) . . . . Saurauja. Willd.

b. Antherae basi 2-porosae, mobiles. Stam. libera. Cal. persist., 5-partitus, ebracteat. Pet. 5, libera. Stylus 3-fid. Germ. 1-loc., demum septis concrescentibus 3-loc., ovulis erectis. Caps. 3-loc., septicide 3-valvis. Sem. linearia, basi et apice alata. (Pedunculi axill. v. term., 1- v. 00-flori. — *Brasilia.*) . . . . *Bonnetia. Camb. (non Schreb.)

✤✤ ***Antherae rimis longitudinalibus dehiscentes.***

A. Styli distincti.

† *Petala basi inter se coalita.* (Euryae sp., v. infra.)

†† — — — - *libera.* Antherae extrorsae. (Flores axillares, solitarii.)

a. Calyx ebracteatus, 4-5-sepalus, decid. Pet. 5-12. Stam. libera aut ima basi petalis subcoalita. Styli 5-10, breves. Stigmata simplicia. Germen 5-10-loc., loculis 3-6-ovulatis, ov. ex angulo int. suspensis. Caps. ab apice ad medium loculicide 5-10-valvis, valv. crassis, lignosis. Columna centralis seminifera crassa. Sem. apice alata, exalbum. — (*America trop.*) . . . . Laplacea. Kunth.

b. — basi 2-bracteat. Pet. 5. Stam. petalorum basi adhaerentia. Styli 5. Germ. 5-loc., loc. 2-ovulat.

1. *Calyx 5-sepalus.* Stam. inter se libera. Stigm. emarginata. Ovula superposita. Pomum depresso-subglobosum, carnos., 5-loc., loculis membrana chartacea vestitis 2-pyrenis, pyrenis osseis 1-spermis. Albumen 0. Cotyledones contortuplicatae. — (*Java.*) . . . . ? * Pyrenaria. Blume.

2. — *5-part.* Stam. ima basi inter se coalita. Stigm. capitellata. Ovula peritropa, ad basin loculor. angulo int. affixa, disciformia. Fruct. conflatus e carpellis 5 imperfecte coalitis. Sem. ignot. — (*America bor.*) . . . . Malachodendron. Cav.

TERNSTRÖMIACEAE.

(Continuat.)

B. II.**

B. Styli coaliti in unicum ad stigmata usque indivisum, (rarius in Eurya 2-5-fidum).

I. Petala distincta.

† *Stamina basi plus minus inter se coalita, 1- v. 5-adelpha.*

a. Stamina monadelpha.

1. *Semina aptera.*

α. Calyx 2-bracteatus, 5-part. Pet. 5. Stam. petalis basi adhaerentia. Stigma 5-lob. Germen 5-loc., loc. 2-ovulatis. Ovula subsphaeroid., ad basin loculor. angulo int. affixa, superius adscendens, inferius subperitropum. Fruct. ignot. — (America bor.) . . . . Stewartia. Cav.

β. — 5-6-sepalus. Pet. 10-12. Antherae reniformes, 2-locul. Stigmata 5-6. Caps. 10-12-loc., loculicide 10-12-valvis. Sem. in loculis solitaria, pendula, albuminosa. (Fol. fasciculata, infloresc. termin. — Nov. Caledon.) *Microstemma. Labill.

2. *Semina alata.* Cal. bracteat., 5-sepalus. Pet. 5. Stigma 4-5-lob. Caps. conica, 5-loc., 5-valv., 00-sperma. (Flor. axill., solitar., subsessiles. — India or.) . . . *Polyspora. Sweet.

b. Stam. in phalanges 5 ad medium usque connata, filam. apice liberis, anth. introrsis. Cal. ebracteat., 5-part. Pet. 5. Stigma lobatum? Caps. calyce cincta, coriacea, 5-loc., incomplete a basi apicem versus septicide 5-valvis, loculis 00-spermis. Columna centralis placentifera conico-5-gona. Sem. sursum imbricata, fide Mart. subalata. — (Habitus Bonnetiae. Fol. fasciculata. — Brasil.) . . *Archytaea. Mart. et Zucc.

†† *Stamina inter se libera* (rarius in Kielmeyera nonnunquam basi subcoalita).

a. Antherarum loculi rima laterali dehiscentes. Cal. ebract., 3-sepal., decid. Pet. 11-12. Stigma sub-5-lobum. Germ. oblong., 5-loc., loc. 00-ovulatis. Ovula ex angulo interno loculi imbricatim adscendentia, complanata. Fruct. carnosus, ovoideus, styli basi rostratus. Sem. ignot. (Flor. termin. — Africa trop.) . . . . Ventenatia. P. Beauv.

b. Antherae introrsum dehiscentes.

1. *Semina marginata, basi apiceque alata,* exalbum. Cal. ebract., 5-partitus. Pet. 5. Anth. mobiles, connectivo crasso (interdum apice glanduloso et excavato). Stigmata 3, saepe coalita. Germ. 1-loc., demum septis concrescentib. 3-loc., loc. 00-ovulat. Caps. 3-loc., septicide 3-valvis. Columna centr. placentifera subulata. (Fol. integerr., fl. axill. et termin. — Brasil.) . . . . . . *Kielmeyera. Mart. et Zucc.

2. — *aptera.* Cal. persist., basi 2-bract., 5-sepalus. Antherae immobiles.

* Staminum filamenta brevissima. Stylus brevis v. brevissimus. Fruct. indehisc.?, 3-5-loc., loculis 00-spermis.

α. Petala 5-6, interiora angustiora. Stigm. 3-5, acuta. Fruct. baccaceus. Semina minima, 3-gona, ossea. — (Peruvia.) . . . . Lettsomia. Ruiz et Pav.

β. — 5, aequalia. Stigm. 3-5-lobum. Fruct. exsuccus. Sem. subcurvata, albuminosa. — (Peruvia, Mexico.) . . . . Freziera. Sw.

** Stam. basi petalis adhaerentia, filam. elongatis, anth. saepe hirtis (an introrsis?). Pet. 5. Stigmata 2-5. Fruct. exsuccus, dehiscens, 2-5-loc., loculis 4-2-spermis. Sem. albuminosa. (Pedunc. axill. — Ind. or.) . . Cleyera. Thunb.

II. Petala 5, basi plus minus inter se coalita. (Flores axillares.)

† *Petala plana, subaequalia,* (cucullata saltem nulla).

a. Semina aptera. Cal. 2-bract. Corollae laciniae calycis lobis oppositae. Stam. basi corollae adhaerentia, filam. distinctis, anth. immobil. Germ. 2-5-loc., loc. 2-00-ovulat. Embryo curvatus.

1. *Semina albuminosa.* Cal. 5-sepalus. Stam. 00, pluriseriata, anth. introrsum dehisc. Stigm. simplex peltat. v. subbilobum. Fruct. coriaceus v. carnos., demum in valv. 3-5 seminiferas irregulariter diruptus, (ex Kunth. indehisc.). — (America trop., Ind. or.) . . . . Ternstroemia. Mut.

2. — *exalbuminosa.* Fl. polygami aut dioici. Cal. 5-part. Stam. 12-15, uniseriata, anth. interdum connectivo prolongato cuspidatis. Stigmata 2-5. Stylus interdum profunde 2-5-partitus. Bacca (exsucca?) indehiscens. — (Ind. or., China, Japon.) . . . . Eurya. Thunb.

b. Semina ala membranacea terminata, exalbum. Embryo rectus, cotyled. longit. plicatis. Cal. 5-sepalus, bracteolis deciduis stipatus. Stam. basi in urceolum coalita simulque petalis adnata et inde saepius sub-5-adelpha. Anth. oscillatoriae. Stigm. peltat., 4-5-lobum. Germ. 5-loc., loc. 3-5-ovulat. Caps. lignosa, 4-5-loc., loculicide 4-5-valvis. Columna centralis incompleta. — (America bor., Ind. or.) . . . . Gordonia. Ellis.

†† *Petala 5, staminum urceolo adnata, inaequalia, uno cucullato.* Cal. 5-fid., persist. Stigm. peltato-5-lobum. Caps. globosa, lignosa, 5-loc., loculicide semi-5-valvis. Columna centr. placentifera capitata. Sem. in quovis loculo 3-1, apice alata. — (Java.) . . . . *Schima. Blume.

C. Stylus 3-5-fidus-partitusve (i. e. conflatus e stylis 3-5, basi aut ultra medium, nec tamen ad stigmata usque, coalitis). — Flores axillares.

a. Flores dioici. Cal. 2-bract., 5-sepalus. Corolla 5-part. ♂: Stam. 00, basi corollae adnata. Germinis rudimentum. ♀: Styli 3-5, basi coaliti. Stigm. acuta. Bacca 5-loc., 00-sp. Sem. 2-serialia, superposita, axi affixa, albuminosa. — (Java.) . . *Geeria. Blume.

b. — ☿. Cal. ebracteat. Pet. inaequalia, exteriora breviora. Stam. basi petalor. et saepe simul inter se plus minus cohaerentia, anth. mobil., connectivo crassiusculo. Ovula in quovis germinis loculo alternatim inserta.

1. Calyx 5-9-sepalus, sep. 3-seriatis, interioribus sensim majorib. Pet. 5-9. Styl. plus minus profunde 3-5-fidus. Germ. 3-5-loc., loc. 5-00-ovulat., ov. suspensis, dissepimentis crassis. Caps. lignosa, ovata, loculicide 3-4-valv. — (China, Japon., Ind. or.) . . . . Camellia. L.

2. — — Caps. coriacea, nucamentacea, indehisc. Caet. Camelliae. — (Japon., China, Cochinchina.?) . . . . *Sasanqua. Nees ab E.

3. — 5-part., lacin. aequalibus. Pet. 5-9. Styl. supra medium 3-fidus. Germ. 3-loc., loc. 4-ovul., ov. 2 superiorib. erectis, 2 infer. pendulis. Caps. 3-loc. (abortu saepe 2-1-loc.) loculis apice dehisc., 1- rarius 2-spermis. Sem. aptera, exalbum. — (China, Ind. or.) . . . . . . Thea. L.

XXXI. GUTTIFERAE.

I. Genuinae: ovula basi v. angulo interno loculorum affixa. Folia integerrima (excepta sola *Canella*), opposita, rarissime (cfr. Ochrocarpos) verticillata. — Tribus I. *CLUSIEAE.*

A. Fructus dehiscens, capsularis.

† Antherae rimis longitudinalibus dehiscentes; filamenta (saltem flor. ♂) plerumque distincta.

A. Folia punctis lineolisque pellucidis notata. Antherae connectivo apice excavato apiculatae. (Racemi axillares. Calyx ebracteatus. — *India occid.*)

1. *Stigma sessile, integrum, peltato-capitatum.* Germen lineari-lanceolat., 3-4-loc. Placentae 3-4 centrales, valvis oppositae. Stam. 00, in alabastro sub-5-adelpha, demum libera. Anth. latere dehisc. Sepala 5. Pet. 5. — ?*Anisosticte. BARTL.

2. — *3-4-lobum.* Styl. brevis. Germen jun. 1-loc., demum septis concrescentib. 4-3-loc., loc. 00-ovulatis. Caps. sublincaris, 4-3-loc., septicide 4-3-valv. Sem. alata. Sepala 4-5. Pet. 4-5. — ?Marila. (Sw.) PERS.

B. Folia non pellucido-punctata (sola *Tovomita* interdum excepta). Connectiv. nec excavatum, nec ultra antherarum loculos productum.

a. *Germen 2-loc.*, loculis 2-ovulatis. Stylus longiusculus, stigmate peltato, integro. Caps. septi obliteratione 1-loc., 2-valvis, 4-1-sperma. Stam. 00, ima basi in annulum carnosum coalita, filam. filiform., anth. latere dehiscent. Pet. 4, sepalis alterna. Cal. 4-sep., persist., ebracteat. — (*Ind. or.*) — Mesua. L.

b. — *(uti caps.) 3-loc.* Stigma sessile, concavum, 3-lobum (ex DC. 9-lob.). Caps. 3-valv., valvis crassis corticosis, loc. 1-sp. Pet. 4. Cal. 2-sepalus, colorat. — (*Peruvia.*) — Verticillaria. RUIZ et PAV.

c. — *4-00-loculare.* Semina arillata.

1. *Germen 4-6-loc., loc. 1-ovulatis.* Cal. 2-4-sepalus, ebract. Pet. 4, rarius 6-10, sepalis opposita. Stam. 20-50, pluriseriata. Styli 4-5, brevissimi v. 0. Stigm. crassa. Caps. ad basin usque valvis 4-5 dehiscens. Columna centr. placentifera. (Fol. saepe punctis v. lineolis pellucidis notata, fl. racemosi v. cymosi, axill. v. termin., ☿, polygami v. dioici.) — Tovomita. (AUBL.) CAMB.

  - *α. Styl. brevis*, stigm. 4 distinctis, simplicib. Caps. coriacea 4-loc., 4-valv. Arillus completus, membranaceus. Stam. libera. Pet. 4. — (*America trop.*) — *Marialvea. Mart.*
  - *β. Stigm. sessile, planum, 6-dentat.* Fruct. baccaceus. Pet. 8-10. Stam. creberrima, anth. minimis, in flor. ♀ castrata. Embryo pseudo-monocotyledoneus. — (*Cayenna.*) — *Micranthera. Choisy.*
  - *γ. Stigm. sessile, plan., 4-6-lobum.* Stam. basi coalita. Fruct. (bacca?) olivaeformis, 4-6-loc. Embr. pseudomonocot. (Folia saepe approximata ternatim verticillata. — *Madagascar.*) — *Ochrocarpos. Pet. Th.*

2. *Germen 5-15-loc., loculis pluriovulatis.* Sepala 6. Pet. 4-9. Stam. 00, in fl. ♂ et ☿ basi connata, anth. linearib. Stigm. sessile v. subsess., peltat., crassum. (Arbor. v. frut., saepe parasit. v. volubil. — *Amer. calidior., Madagasc.?, Australia.*) — Clusia. L. CAMB.

  - *α. Petala 4-9, aestiv. convolutiva.* Stam. 00. Stigm. subsessile, radiatum aut simpliciter convexum. Caps. 5-10-locul. — *Clusia. Mart.*
  - *β.* — 5, *aestiv. valvata.* Flor. dioici; ♂: stam. 00, filam. brevib. ♀: stam. steril. 5 oblonga. Stigm. peltat., 5-lobum. Caps. 5-loc., 5-valv. — *Quapoya. Aubl. Mart.*

†† Antherae apice dehiscentes.

a. Stamina 4, petalis opposita; filam. clavata, basi in columnam coalita; anther. 4-loc. (ex Kunth 1-loc.) apice 3-valves (?), in fl. ♀ effoetae. Sep. 4. Pet. 4. Fl. ♀: Stigmata 4, peltato-subsessilia. Caps. 4-loc., 4-valv., 00-sp. Sem. arillata. (Habitus Clusiae, praecipue Quapoyae; fl. dioici, 2-bracteolati. — *Peruvia.*) — *Havetia. KUNTH. MART.

b. — indefinita, basi connata.

1. *Flor. dioici. Sep. 5.* Pet. 5, unguiculata. ♂: Stam. in discum arcte coacta, filam. brevib., crassis, anth. 2-lobis, lobis 2-locellatis, vertice poris 2 linearib. hiantibus. ♀: Stam. 5 abortiva in squamas carnosas oblongas mutata. Caps. (ut germen) 5-loc., 00-sp. Sem. arillat. Stigm. sessile, peltato-conicum, 5-lob. (Habitus Havetiae. — *Brasilia.*) — *Renggeria. NOB.

2. — *polygami (?). Sep. 12-13.* Petala 9-10. Stam. in massam compactam coalita, anth. 2-loc., apice poris 2 dehisc. Styl. brevis. Stigm. 8-lobum. Germ. receptaculo carnoso conico immersum, 8-loc., loc. 2-1-?ovulatis. Fruct. ignot. (Flor. termin., solitar. — *Brasilia.*) — *Arrudea. CAMB.

B. Fructus indehiscens.

A. Germen pluriloculare, loc. 00-ovulatis. Fructus carnosus, 00-loc. (raro abortu 1-loc., cfr. Canella). — Tribus II. *SYMPHONIEAE.*

† Calyx 4-part., persist. Pet. 4, fimbriata. Stam. 8, disci hypogyni margini inserta. Stylus filiform., stigm. peltato-radiato. Germ. 4-6-loc., loc. 3-ovulat. Bacca globosa, pulposa, 4-6-loc., loc. 1-sperm. — (*Java.*) — *Gynotroches. BLUME.

†† — 5-part., v. 5-sepalus, ebract., persist. Pet. 5, sepalis alterna. Stam. mono- v. 5-adelpha.

a. *Stam. 5-adelpha*, circ. 60, pluriseriata; phalanges infra discum hypogynum 5-lobum insertae ejusque lobis alternae; anth. introrsae, rimis 2 longit. dehisc. Stylus filiform., stigmate 5-radiato. Bacca carnosa, 5-loc. (v. abortu 4-3-loc.). Sem. albuminosa. — (*Brasilia.*) — *Platonia. MART.

b. — *monadelpha* (sc. coalita in tubum extus antheriferum). Anth. lineares, per totam longitudinem adnatae dehiscentesque. Stylus columnaris.

1. *Tubus stamin. truncatus, integer;* anth. 15-16 (an potius 8 didymae?). Stigmata 3 recurva, obtusa. Bacca 3-loc. (rarius abortu 1-loc.), loc. 2-1-spermis. Sem. albuminosa. (Folia alterna. — *America trop.*) — ?Canella. P. BROWN.

2. — *stam. apice divisus in lacinias* 3-5 integras dentatasve, singulatim 3-5 antheriferas. Discus inter stam. et petala elevatus in urceolum (nectarium auct.) integrum v. undulatum. Stylus plus minus profunde 5-fid., lobis corniformibus intus apice stigmatosis. Germ. 5-loc., loc. 5-10-ovulat. Fruct. carnosus, 5-loc. (Fol. opposita. — *America trop., Madagasc.*) — Moronobea. (AUBL.) NOB.

  - * Stam. (an basi tantum monadelpha?) pistillum spiraliter circumvolventia. Stylus longiusculus. Alabastra acuta. — (*America trop.*) — *Moronobea. Aubl.*
  - ** — in urceolum rectum, nec spiraliter tortum, connata. Styl. brevis.
    - *α.* Tubus stam. 3-5-fidus, lobis erectis, integris, singulis 2-3-antheriferis. Discus brevis, subintegerrimus. Stigm. compressa, acutiuscula. Germinis loculi 5-ovulati. Sepala ima basi subconnata. Alabastra globosa. — (*America trop.*) — *Symphonia. L. fil.*
    - *β.* Tub. stam. 5-fid., lobis 3-5-antheriferis, saepe reflexo-patulis apiceque iterum 3-dentatis. Disci urceolus manifestus subinteger v. repandus. Stigmata plana? obtusiuscula. Germinis locul. 5-10-ovulati. Sepala distincta. — (*Madagascar.*) — *Chrysopia. Pet. Th.*

GUTTIFERAE.

(Continuat.)

I. B.

B. Germen pluriloculare, loc. 1-ovulatis. Fructus carnosus, 00-locul. Stamina 00. . . . . **Tribus III.** *GARCINIEAE.*

† Stigma integrum, infundibuliforme. Calyx 0? Pet. 4. Sem. 2-3, in pulpa nidulantia. (Flor. axillar. — *Ind. occid.*) . . . . Rheedia. L. Juss.

†† — lobatum. Calyx ebracteolatus. Flor. ☿ v. ♂, monoici v. rarius dioici.

a. Calyx deciduus, 2-sep., sepalis petalisque 4-6 subaequalibus. Stam. libera v. ima basi subcoalita, filam. brevibus. Stylus brevis, stigm. 4-lob., lobis emarginatis. Germ. 4-loc. Fruct. abortu saepe 3-2-loc., endocarpio duro. (Fol. pellucido-punct. — *America trop.*) . . Mammea. L.

b. — *persistens.* Stylus brevissimus. Fruct. carnos., endocarpio tenui. Fol. non pell.-punctata.

1. *Stam.* 12-20, *libera*, filam. filiform. brevib., anth. extrorsum dehisc. Stigma crassum 4-8-lob. Germ. et fruct. 4-8-loc. Sep. 4. Pet. 4. (Fl. termin., subsolitar. — *Ind. or.*) . . Garcinia. (L.) A. Rich.

2. — *mono- v. 4-8-adelpha*, receptaculo carnoso 4-8-lobo inserta, quaedam saepe imperfecta; anth. minimae, latere dehisc. Stigma 3-8-lob. Germ. et fruct. 3-8-loc. Sem. arillata. Sep. 4-6. Pet. 4-6. (Fl. axill., fasciculati v. umbellati, rarius racemosi. — *Ind. or., China.*) . . . . Stalagmitis. (Murr.) Camb.

- *α.* Flor. monoici. Sep. 4-6. Pet. 4-6. Stam. 5-adelpha, receptaculo 4-gono inserta. Stigmata 3-4, obcordata, patentia. Bacca 3-4- v. abortu 1-sperma. . . . . *Stalagmitis. Murr.*
- *β.* — saepe dioici. Stam. flor. ♂ monadelpha, flor. ☿ polyadelpha. Stigma 8-lobum aut integrum 6-sulcatum. . . . . *Brindonia. Pet. Th.*
- *γ.* — polygami aut ☿. Sep. 4-5. Pet. 5. Stam. flor. omnium 4-5-adelpha, phalangib. petalis oppositis, cum disci glandulosi lobis 5 magnis truncatis alternantibus. Stigm. subsessile 3-5-lob. Bacca (ut germen) 5-locul. *Xanthochymus. Roxb.*
- *δ.* — monoici. Cal. et corolla campanulat., 4-part. ☿: stam. 00-adelpha. Stigm. 6, subsessilia, multifida, reflexa. Bacca 6-loc. ♂: Antherae liberae, in recept. convexo subsessiles. . . . . *Oxycarpus. Lour.*

? 3. *Stam. 5-adelpha.* Sepala 4-5. Bacca carnosa, magna, styli basi coronata (quot loculi?). Semina 3-5, magna, angulata. — (*Sierra Leone.*) . . . . *Pentadesma. G. Don. †

C. Germen 1-loculare 1-4-ovulatum. Stamina basi plus minus coalita. **Tribus IV.** *CALOPHYLLEAE.*

a. — 4-ovulatum, ovulis erectis. Styl. staminibus longior, stigm. 4-lobo. (Fruct. ignot.) Sepala 4 (?), exteriora crassa aestiv. subvalvata. Pet. 4. Stam. 00, pluriseriata, basi coalita. Antherarum loculi discreti, semilunares, horizontales, connectivo latiusculo superne umbilicato. (Habitus et infloresc. Calophylli. — *India or.*) . . . . *Kayea. Wall.

b. — 1-ovulat. Fruct. drupaceus. Antherae longit. dehisc.

1. *Sepala 2-4, decidua.* Pet. 4 (rarissime 2) sepalis opposita. Stam. 00, rarius definita, distincta aut plus minus manifeste basi 4-adelpha, filam. brevib. Styl. longiusc., flexuosus, stigm. peltato, irregulariter lobato. Ovulum erectum. (Fol. nervis dense pinnatis parallelis eleganter striata. Racemi v. paniculae axill., flor. abortu saepe polygami. — *Amer. trop., Ind. or.*) . . . Calophyllum. L.

2. *Calyx 0.* Pet. 4. Stam. 00, basi 1-adelpha. Stylus filiformis, inflexus, stigm. peltato depresso. (Habitus Calophylli. — *Java.*) . . . . *Apoterium. Blume.

II. Guttiferae spuriae s. incertae:

Ovula parietibus germinis affixa. Fruct. 1-loc. (Folia opposita aut alterna, interdum dentata. — *Arbores Guianenses.*)

a. Fructus baccatus. (Flores ignoti.)

1. *Bacca aurantiiformis, subcompressa*, polysperma, cortice tenui, punctato. Sem. subcurva, arillata, hinc sulcata. (Arbor. lactescens, fol. oppositis integerrimis, fruct. racemos.) . ? Macoubea. Aubl. †

2. — *magna, pyriformis, gibba*, pulposa, 4-6-sperma, cortice coriaceo. Semina ovata. (Fol. oppos., dentata.) . . . . ? Macanea. Juss. †

b. Caps. longa, cylindrica, polysperma. Sem. imbricata, pulpa involuta, receptaculis 3 parietalib. affixa. Cal. 3-5-partitus. Pet. 3-5, unguiculata, limbo serrulato. Stam. 00, anth. subrotundis. Stylus 1, apice incurvus, stigm. capitato concavo. (Arb. scandens, fol. alt., integerr.) . . . . . ? Singana. Aubl. †

XXXII. RHIZOBOLEAE.

Ordo a Guttiferis, quibus proxime affinis videtur, praecipue discrepans: foliis compositis, antheris oscillatoriis (nec secus totam longitudinem filamento adnatis), stylis longis filiformibus, embryonis structura, etc.

Genus unicum: Cal. 5-6-part., persist., aestiv. imbricat. Pet. 5-8, sepalis alterna, aestiv. convolutiva. Stam. 00, disco prominulo inserta, basi coalita, filam. filiform., anth. mobil., 2-loc., longitud. intrors. dehisc. Styli 4-6 distincti subulati. Germ. 4-6-loc., loc. 1-ovulat. Nuces 4-6 (v. abortu 3-1) putamine duro extus setis rigidis cum carne oleosa mixtis tecto. Sem. reniforme, funiculo crasso subbilobo. Albumen 0. Embr. radicula longa, cotyled. fere rudimentariae. (Arbor, fol. oppos., palmatim 3-5-foliolat., fl. racemos., magn. — *America trop.*) . . . . Caryocar. L.

XXXIII. MARCGRAVIACEAE.

† Sepala distincta aut basi tantum coalita. Stam. indefinita, rarius definita et tunc petalis alterna.

a. **Petala coalita in corollam calyptriformem** (i. e. circumscissa basi secedentem). Stam. 00, manifeste hypogyna. — *Marcgravieae, Choisy.*

1. *Calyx 4-(rarius 2-) sepalus, decid.* Cor. ovato-cylindrica, margine crenato-subdentata. Stam. disco fungoso foveolato pluriseriatim inserta, anth. apice dehisc. Styl. longus, stigm. acuto. Caps.? 4-loc. (Fl. in racemis axillarib. subumbellati, pedunc. ebract. — *Nov.-Caledon.*) . . . ? Antholoma. Labill.

2. — *5-fid. (ex DC. 6-part.) persist.* Cor. conica, integra. Stam. 1-seriatim disco membranaceo annulari inserta, anth. longit. dehisc. Stigma subsessile, crassum. Bacca sicca 8-loc., ex Hook. (10-loc., ex Mart.) valvis subquinis bifidis irregulariter a basi dehiscens, placentis carnosis. Semina oblonga, minima, reticulata (ex Hook. in pulpa nidulantia). (Infloresc. termin., pedunc. bracteat. — *America trop.*) . . . Marcgravia. L.

b. **Petala 5 distincta aut vix ima basi subcohaerentia, decidua.** Cal. 5-sepalus, 2-bracteolat. Stam. petalis adpressa iisque basi plus minus adnata. Germen 5- (rarius 3-6-) loculare. Caps. coriacea 4-6-loc., 00-sperma, valvis medio incomplete septiferis, placentis centralib. (Racemi termin.; pedicelli bracteam peculiarem cucullatam (ascidium) gerentes. — *Amer. trop.*) — *Noranteae, Choisy.*

1. *Stamina* **20-50**, biserialia. Stigma capitatum v. acutum. Ascidium pedicello supra basin adnatum, simplex. . . . Norantea. Aubl.

2. — 5. Stigma 4-6-radiatum. Ascidium pedicelli apici adnatum, simplex aut postice bicrure, antice in calcar cavum desinens. . . . Ruyschia. Jacq.

†† Sepala tota coalita in calycem planum obsolete crenulatum. Pet. 5, campanulato-conniventia, fauce villosa. Stam. 5, brevia, petalis opposita iisque inserta. Germ. disco immersum, 3-5-loc., loc. 1-2-ovulat. Stylus brevis, stigm. obtuso, subdenticulato. Bacca? v. drupa? turbinata, substipitata, abortu 1-sperma. (Arbor, fol. altern., fl. axill. fasciculat. — *Java.*) . . . ?* Strombosia. Blume.

XXXIV. HYPERICINEAE.

Tribus I. *HYPERICEAE.* Nob.

A. Semina aptera. Styli saepius 3-5, nec plures.

I. Fructus capsularis. (Herbae v. suffrut., rarius frut. — *Hypericeae, Choisy.*)

a. Stamina omnino libera (rarius monadelpha?).

1. *Stamina definita*, **10**, quorum 5 petalis opposita breviora (ex Lindl. monadelpha). Sepala 4-5, aequalia. Pet. 4-5. Caps. 5-loc., 00-sp., valvarum marginib. introflexis placentiferis. (Frutic., fol. crenat. v. dentat., flor. termin. — *Africa bor. — orient.*) . . . Lancretia. Delil.

2. — *indefinita?* (5-20?). Sep. subinaequalia. Caps. 1-loc., semi-3-valvis, 00-sperma. Sem. albuminosa. (Herbae dichotomo-ramosae, glanduloso-punctatae, ramis 4-gonis, fol. minutis linearib., flor. termin. — *America bor.*) . . . * Sarothra. L.

b. Stamina basi vario gradu polyadelpha. (Folia integerrima, nisi margine undulato-crispata aut glandulis pseudo-denticulata.)

1. *Stamina 00, vix basi coalita.* Sepala 4, exteriora 2 minora. Pet. 4. Styli 1-3. Caps. 1-loc., 3-valvis, valv. margine placentiferis. — (*America bor.*) . . . Ascyrum. L.

2. — *evidenter 00-adelpha.* Sep. 5, plus minus inaequalia et basi coalita. Pet. 5.

α. Stam. 3-adelpha; phalanges 4-5-andrae cum glandulis 3 hypogynis nectariferis alternantes. Styli 3. Caps. 3-loc., 3-valv. (Caet. Hyperici. — *America bor.*) . . . * Elodea. Adans., Pursh.

β. Glandulae hypogynae 0. Stam. rarius definita. Styli 3-5. Caps. 3-5-loc., 3-5-valv. — (*Patria diffusa.*) . . . Hypericum (L.) Pursh.

II. Fructus baccaceus. Calyx persist., 5-sepalus aut 5-part. Pet. 5.

a. Styli 3. Bacca sub-1-locularis. (Caet. Hyperici. Suffrut., fol. sessil., fl. termin. — *Europa.*) . . . Androsaemum. All.

b. — et stigmata 5. Squamulae 5 staminum phalangibus alternae. (Frut. v. arb., fol. petiolat., flor. in panic. aphyllis racemosis v. corymb. terminalib. — *Vismieae, Choisy.*)

1. *Bacca membranacea, 00-sp.* Germinis loculi rarissime 2- v. abortu? 1-ovulati. Stigm. terminalia peltata. Pet. saepe intus villosa. (Fol. integerr. — *Amer. et Afr. trop., Ind. or.*) . Vismia. Vand.

2. — *drupacea, loculis 3-2-spermis.* Stam. 15, alte 5-adelpha. (Fol. integerr. v. crenata. — *Afr. trop., Ins. Madagasc., Maurit., Borbon.*) . . . Haronga. Pet. Th.

Tribus II. *CARPODONTEAE.* (Bartl.) Nob.

B. Semina plana, alata. Caps. plurilocularis, 00-sperma. *(Arbores.)* . . .

A. Styli plures, distincti. *(Eucryphieae, Cambess.)*

a. Calyx persist., 5-part. Pet. 5. Stam. 3-5-adelpha. Styli 3. Caps. 3-loc., 3-valvis.

1. *Stamina 3-adelpha.* Glandulae 3 phalangibus alternae. Caps. lignosa, loculis septo incompleto divisis, valv. marginib. introflexis dissepimenta praebentibus. Sem. placentae centrali filiformi 3-gonae supra basin affixa. Germen 3-loc., loculis semi-2-locellatis, locellis 1-ovulatis. Stigm. capitata. (Rami et folia articulata. Cymae termin. et axill. — *Madagascar.*) . . . * Eliea. Camb.

2. — *5-adelpha.* Styli et stigm. 3. Caps. submembranacea, valv. medio septiferis. Sem. 00, compressa, superne in alam foliaceam desinentia, exalbuminosa. (Paniculae term. — *Java.*) . . . * Cratoxylum. Blume.

b. Calyx deciduus, sepala 4-5 (fide Cambess. coalita in calycem calyptraeformem basi circumscissa discedentem). Stam. libera aut vix ima basi coalita, rarius 5-adelpha. Styli 5-00. (Flor. axillar., solitar.)

1. *Sep. 4. Pet. 4.* Styli 5-8. Germ. villosum. Caps. lignosa, loc. cymbaeformib., placentis filiform. — (*Ins. Diemen.*) . . . Carpodontos. Labill.

2. — 5. — 5. (4 et 4 ex Camb.). Styli fere 12. „Caps. cymbaeformes e funiculis pendulae." — (*Chiloe.*) . . . Eucryphia. Cav.

B. Stylus simplex, brevis aut 0. (Flor. racemosi. — *America trop.*)

a. Antherae longitudinaliter dehiscentes. Caps. lineari-lanceolata. (Folia opposita, integerrima, punctis v. lineolis pellucidis notata.)

1. *Stylus 0. Stigma peltato-capitat.*, indivisum. Cal. 5-sep., persist. (decid., ex Presl.). Pet. 5. Stam. 00, in alabastro sub-5-adelpha, demum libera. Connectiv. breviter appendiculat. (ex Presl. cyathiformi-dilatatum). Germ. 3-loc. (ex Presl. 4-loc.), placentae centrales valvis oppositae). . . . * Anisosticte. Bartl.

2. — *brevis. Stigm. 3-4-lobum.* Germen junius 1-loc. - serius 4-5-loc. Caps. septicide 4-3-valv. Sem. ala fimbriata cincta. Sepala 4-5. Pet. 4-5. Stam. basi plus minus coalita. . . . Marila. (Sw.) Pers.

b. Antherae apice 2-porosae. Stam. 00-serialia, exteriora castrata libera v. 5-adelpha, interiora fertilia libera. Stylus brevis, stigm. obsoleto. Caps. 3-5-loc., septicide 3-5-valv. Sep. 5-10, decidua. Pet. 5. (Fol. alterna, impunctata, integerr. v. subserrulata.) . . . ? Godoya. Ruiz et Pav.

XXXV. OLACINEAE.

A. Folia simplicia.

I. Fructus carnosus, indehiscens.

† Flores ☿, apetali. Sep. 5, aestiv. valvata, demum distincta reflexa. Stam. 5, sepalis opposita iisque basi leviter adhaerentia. Appendices 5, sepalis alternae, persistentes, ovario circumpositae, breves, crassae. Germen 1-loc., 1-ovulat. (Fruct. matur. ignot. — Racemi axill. — Ind. or., Senegal.) . . . . *Opilia. Roxb.

†† — ☿, completi (rarissime dioici et tunc apetali, cf. Platea). Drupa exsucca, 1-sperma.

A. Stamina antherifera petalorum numero pauciora, rarius aequalia. Appendices filiformes (stam. sterilia) tot quot petala. Calyx integer.

1. *Germen 1-loc.*, 3-ovulat. Appendices petalis inferne adnatae. *(Olax. L., R. Br.)*

a. Calyx post anthesin auctus, cupulaeformis, drupam cingens, tamen liber. Pet. 5 v. 6, per paria inter se connata (ut 2-3 bifida viderentur) impari libero. Stam. 3, raro 4-5, filam. petalis adnatis, anth. infra petalor. 2-fidorum sinum subsessilibus. Append. 2-fidae. — (India orient.) . . . . Olax. L. DC.

b. — *post anthesin non ampliatus.* Pet. 5, 4 per paria connata, 5to libero. Stam. 3, uno libero. Append. simplices. — (Nova Holland.) . . . . Spermaxyrum. Labill.

2. *Germen 3-loc.*, 3-ovulat. Calyx post anthesin ampliatus cupulaeformis, drupam 1-spermam cingens. (Pet. Spermaxyri.) Stam 3, 2 petalis bifidis longe adnata, tertio libero. Append. simplices. — (Ins. Maurit.) . . . . Fissilia. Commers.

B. Stamina petalorum numero plura, sterilia (appendices auct.) nulla (nisi forte in Pseudaleia). Calyx minimus.

a. Calyx 4-5-fid. Stam. petalor. numero dupla, libera. Drupa abortu 1-loc., 1-sperma.

1. *Calyx 5-fid.*, *post anthesin valde ampliatus* cupulaeformis, limbo expanso. Pet. 5 distincta. Stam. 10, filam. planis. Germ. 3-loc., loc. 3-ovulat. Stylus brevis. — (America et Africa trop.) . . . . Heisteria. L. (non Berg.)

2. — *4-partitus 4-fidusve.* Pet. 4, intus pilosa, basi conniventia, apice revoluta. Stam. 8, interdum per paria connata, filam. filiform., anth. linearib. Stylus elongatus, stigm. obtuso. Germ. 4-loc., loc. 1-ovulat. Calyx demum non ampliatus. (Fol. alterna. — America trop., Ind. or., Nov. Caledon.) . . . . ? Ximenia. Plum.

b. Calyx integer v. subinteger. Stam. 6, petalis arcte adplicata (pseudo-epipetala). Stylus longitudine corollae. — (Folia alterna. — Madagascar.)

1. *Petala* 3, *in tubum conniventia*, capillamenta (stam. sterilia?) apice 2-furca utrinque gerentia. Stigm. 3-lobum. Drupa 1-sp. Sem. exalbuminos. Cotyled. indistinctae. ? Pseudaleia. Pet. Th.

2. — 4, *inaequalia, basi lata conniventia.* Stigm. 3, globosa. Germen 1-ovulat.? (Fruct. ignot.) . . . . ? Pseudaleioides. Pet. Th.

C. Stamina petalor. numero aequalia, hypogyna. Flor. saepe 1-sexuales. Germ. 1-loc. Stigma sessile, obtusum. Drupa baccata, 1-sp. Embryo in albumine inversus. (Fol. alterna. — Java.)

1. *Flores* ☿, interdum abortu monoici. Cal. integerr. aut subdentatus. Pet. 5, rarius 6. Stam. apice villosa. Germ. 2-ovulat. Drupa umbilicata. . . . . ? * Stemonurus. Blume.

2. — *dioici.* Cal. 5-sepalus, imbricat. ♂: Pet. 5. ♀: Pet. 0. Germ. 1-ovulat. Stigma magnum, discoideum. . . . . ? * Platea. Blume.

II. Capsula apice dehiscens, abortu plerumque 1-sperma. (Sem. ignot.) Germen superum, liberum, 1-loc., 2-ovulat., ov. ex apice pendulis. Flor. ☿. Cal. brevis, 5-fid. Pet. 5, disco hypogyno glanduloso inserta, distincta, basi intus villosa, aestiv. valvata. Stam. 5 cum petalis inserta iisque alterna, libera; auth. 2-loc., longitud. dehisc. (Fol. alterna, exstip., impunct. — Senegal.) . . ? Icacina. Adr. Juss.

B. Folia bifoliolata. Cal. 5-part. Pet. 5. Stam. 10. Germ. 5-loc., 5-ovulat., disco glanduloso cinctum. Drupa abortu 1-loc., 1-sperm., nucleo lignoso 5-gono. — (Arabia, Aegypt.) . . . . ? Balanites. Delil.

XXXVI. AURANTIACEAE.

A. Stamina definita, ad summum duodena, plerumque petalorum numero dupla.

Tribus I. LIMONEAE. ARN.

I. Ovula in quovis germinis loculo solitaria, rarius 2 collateralia.

A. Stamina 8-10, inferne in tubum coalita, apice libera. Cal. 4-5-dentat. Pet. 4-5. Germ. 4- rarius 3- v. 5-loc., loc. 2-ovulat. Stylus tubum stam. aequans, stigm. 3-4-lobo. Bacca 3-4-loba, 3-4-sp. (Fol. simplicia. — *Ind. or.*) . . . . . Atalantia. CORR.

B. — libera.

† *Flores 3-meri*, sc. Cal. 3-fid. Pet. 3. Stam. 6 (rarius 5 v. 8, ex Blume), filam. basi latis planis, apice subulatis. Germ. disco breviter elevato substipitatum, 3-loc. (rarius 2- v. 4-loc., ex Bl.), loc. 1-ovulat. Styl. longiusculus crassus (aut 0, ex Bl.), stigm. obtuso. Bacca 3-1-loc. (Fol. simpl. aut 3-foliolata. — *Asia trop.*) . . . . . Triphasia. LOUR.

†† — *4-5-meri*, (germine interdum excepto). Filamenta basi complanata et plerumque latiora, apice subulata.

a. *Germinis plus minus stipitati loculi tot quot petala.* Fructus abortu saepe 3-1-loc. Cal. 4-5-fid. Pet. 4-5. Antherae cordato-oblongae.

1. *Stamina aequalia*, 8-10, rarius 5. Styl. elongat., rarius brevis, stigm. obtuso. Germinis loc. 2-1-ovulati. (Fol. simpl., 3-foliol., aut pinnata. — *Asia, Australia, Madag., Maurit., Florida.*) . . . . . Limonia. (L.) W. et ARN.

2. — 8-10, *alterna breviora.* Styl. brevissimus, crassus, stigm. sublobato. Germinis loc. 1-ovulati. (Fol. pinnata. — *Ind. or., ins. Maurit.*) . . . . . Glycosmis. CORR.

b. *Germinis loculi petalorum numero pauciores.* Styl. crassus. Bacca plerumque 1-loc., 1-sperma. — (*Ind. or.*)

1. *Stylus breviss.*, vix conspicuus. Germ. 3-2-loc., loc. 2-1-ovulat. Cal. 4-5-part. Pet. 4-5, interdum conniventia. Stam. 8-10, alterna plerumque longiora, anth. cordatis. (Fol. simpl. aut pinnata.) . . . . . *Sclerostylis. BLUME.

2. — *elongatus.* Germ. 2-loc., loc. 1-ovulat. Cal. 5-part. Pet. 5, patentia. Stam. 10, anth. ovatis. (Fol. simpl.) . . . . . Bergera. KOEN.

Tribus II. CLAUSENEAE. ARN.

II. Ovula in quovis germinis loculo gemina, superposita. — (*China, Asia trop.*)

A. Stamina distincta, petalor. numero dupla. (Folia pinnata.)

† *Germinis loculi petalor. numero pauciores*, sc. 2. Bacca 2-1-loc., succo foetido scatens, loc. 1-sperm. Cal. 5-part. Pet. 5, ad medium usque in tubum conniventia. Stam. 10. Styl. elongatus. . . . . . Murraya. KOEN.

†† — *loc. tot quot petala.*

a. *Germ. glandulis villosis conspersum*, breviter stipitat., 4-5-loc. Styl. brevis, crassus, stigm. 4-5-dentato. Bacca succo aromatico plena, abortu 2-1-loc., loc. 1-sp. Cal. 4-5-fid. Pet. 4-5, concava, subcarinata, unde alabastra angulata. . . . . . Cookia. SONN.

b. — *glabrum.* Bacca subexsucca. Petala patentia. Alabastra non angulata.

1. *Calyx 4-dentat.* Pet. 4, ovalia, concava. Stam. 8, subaequalia; filam. infra medium dilatata canaliculata, alterna germinis (stipitati, 4-loc.) angulis adplicata. Styl. brevis, cylindr., stigm. obtuso, integro v. 4-lobo. Bacca 1-sp. . . . . . Clausena. BURM.

2. — *urceolatus, integerr.* Pet. 5, linearia. Stam. 10, alterna breviora, filam. non canaliculatis. Germ. 5-loc. Styl. crassus, stigm. obtuso. Bacca dissepimentis chartaceis intortis lamellata, 2-1-sperma. . . . . . *Micromelum. BLUME.

B. Stamina inferne connata.

1. *Stamina* 8, ad medium usque monadelpha, anth. linearib. Styl. longus. Bacca (ut germen) 3-2-loc., pulpa resinosa plena. Cal. tubulos. Pet. 4. . . . . . *Lavanga. HAMILT.

2. — 10, (rarius 11) filam. basi dilatata connatis, anth. lineari-oblongis 4-gonis. Stigm. subsessile, oblongum. Germ. stipitat., 5- rarius 6-loc., loc. multiovulat. Bacca carnoso-pulposa, cortice duro, 5-loc., 00-sp. Cal. planus, 5-dentat. Pet. 5, rarius 4 v. 6, patentia. (Flor. saepe polygami. Fol. pinnata.) . . . . . Feronia. CORR.

Tribus III. CITREAE. NOB.

B. Stamina indefinita (20-60). Fructus baccaceus, 00-loc., loc. 00-spermis.

1. **Stamina 30-40, distincta.** Cal. 4-5-dentat. Pet. 4-5, patentia. Styl. breviss., crassus. Bacca cortice duro, 8-15-loc. Seminum superficies lanuginosa. (Fol. pinnata, 3-5-foliol. *Ind. or., Japon.*) . . . . . Aegle. CORR.

2. — **20-00, basi plus minus coalita,** polyadelpha. Cal. urceolat., 3-5-fid. Pet. 5-8, basi plus minus conniventia. Stylus conspicuus, teres. Bacca carnoso-succosa, 7-9-loc. (Fol. articulato-1-foliolata, petiolo plerumque alato. — *Asia trop., China, Japon., America trop.*) . . . . . Citrus. L.

* XXXVII. HUMIRIACEAE.

a. Stamina 10 v. 20 monadelpha, connectivo ultra anth. loculos in ligulam producto. Germinis loculi 1-ovulati. Cal. cupularis 5-fid. Pet. 5. (Arbor., fl. corymbos. — *America trop.*)

1. **Stamina 10, filam. basi coalitis.** Germen disco annulari cinctum, 5-loc. Stigma depresso-capitatum, sublobatum. (Rami teretes, corymbi axill., breves.) . . . . *Sacoglottis. MART.

2. — **20, filam. complanatis,** infra medium in tubum membranac. cylindr. connatis, supra liberis et margine plerumque undulatis v. denticulatis, alternis (seriei interioris) brevioribus. Germen squamulis subdenis carnosis semibifidis cohaerentib. cinctum, 8- rarius 9-10-loc. Stigma radiato-5-lobum. Drupa putamine 8-loculari. (Rami semper? angulati v. compressi, corymbi lateral. v. termin.) . . . . Humirium. RICH.

b. Stamina indefinite numerosa, 5-adelpha, phalang. petalis alternis, filam. basi in annulum coalitis, connectivo in glandulam conicam producto. Germen disco annulari dentato cinctum, 5-locul., loculis apice perviis 2-ovulatis, ovul. superpositis. Stigm. 5-lobum. Drupa putamine loculis 5 v. abortu paucioribus excavato. (Arb. v. frut., corymbi v. cymae ramulos terminantes. — *Brasilia.*) . . . . *Helleria. NEES et MART.

XXXVIII. MELIOIDEAE.

A. Germinis loculi 4-00-ovulati, ovulis 2-seriatis imbricatis. Fruct. capsularis, valvis a septis (quibuscum alternant) **solubilibus. Semina plana v. alata.** Stamina in tubum coalita aut distincta. — Subordo I. CEDRELACEAE. ADR. JUSS.

❖ **Albumen tenue aut nullum.** Folia alterna, pinnatim composita.

I. Corollae aestiv. convolutiva v. contorto-convolutiva. Pet. 5. Stam. distincta, anth. cordato-ovatae. Sem. alata. Hilum in seminis extremitate embryonifera situm. (Foliola plerumque minute pellucido-punct., saepe valde inaequilatera, flor. paniculati.) . . . . . . Tribus I. *CEDRELEAE.*

a. Capsula (ut germen) 5-locularis. Calyx brevis, 5-fid.

1. *Semina adscendentia, basi hilifera, apice alata,* exalbum. Petala plana patentia Stam. 10, alterna (quae petalis opposita) sterilia. Discus cyathiformis, germen laxe circumdans, 10-plicatus, extus pet. et stam. gerens. Styl. 5-gonus, stigm. peltat. 5-lob. Caps. lignea, echinata, septifrago-5-valv., valv. cymbiformib., loculi septis ex centro ortis utrinque 2-spermis 2-locellati. (Fol. impari-pinn., pelluc.-punct. — *Nova Holland., Molucc.*) . . . . Flindersia. R. BR.

2. — *medio affixa, undique alata,* exalbum. Caps. valvae 5 usque ad basin separabiles, marginib. introflexis septa formantibus, placent. longitudinal. demum liberis utrinque 3-spermis. (Caet. ignot. Fol. impari-pinn., saepe 3-foliolata. — *Nov. Holland.*) . *Oxleya. HOOK.

3. — *suspensa, deorsum in alam producta.* Albumen carnos. Pet. erecta, basi intus plica longitudinali prominula aucta. Genitalia stipitata. Discus glandulosus stipiti adnatus 5-lobus, 5-costatus, costis cum petalor. plicis concretis. Stam. 10, quorum 5 (quae petalis opposita) sterilia brevissima, aut 5. Germinis loc. 8-12-ovulati. Stylus brevis 5-gon., stigm. peltat., radiato-sub-5-gono. Caps. ab apice septifrago-5-valv., valvis ab axi persistente septis 5-angulato solubilibus. (Fol. impari- v. abrupte-pinn. — *Asia et America trop.*) . . . . Cedrela. L. ADR. JUSS.

b. Capsula 3-loc., ab apice 3-valv., loc. 4-sp. Cal. brevis, 5-part. Stam. 10, omnia antherifera. Discus germinis basin cingens eique adnatus, 10-sinuat., sinubus staminiferis. Stylus brevis, 3-sulcus, stigm. sub-3-lobo. Germ. 3-sulc., 3-loc., loc. 8-ovulatis. Sem. subadscend., supra in alam expansa. (Fol. abrupte-pinn., foliol. pelluc.-punct. — Partes flor. interdum 4-merae. — *Ind. or.*) . . . . Chloroxylon. DC.

II. Corollae aestiv. contorta. Stam. in tubum coalita. Styl. brevis. Fructus loc. 00-spermi. Seminis hilum in apice alae funiculo percursae situm. (Folia — an semper abrupte? — pinnata, foliol. oppositis, fl. paniculat.) . . . . Tribus II. *SWIETENIEAE.*

A. Partes flor. (germine interdum excepto) 5-merae. Cal. 5-sep. v. 5-fid. Pet. 5 patent. v. reflexa. Stam. 10. Sem. alata.

a. Antherae exsertae, sc. tubi stam. ore 10-crenati lobulis 10 obtusissimis apice insertae. Cal. brevis 5-dent. Pet. erecta. Styl. crassus, stigm. capitato-3-lob. Germen disco brevi stipitatum, 3-loc. Caps. 3-loc., ab apice septifrago-3-valv., sarcocarpio lignoso ab endocarpio et cum hoc ab axi magno 3-alato persistente solubili. Sem. 2-serialia, horizontalia. — (*Ind. or.*) . . . . *Chickrassia. (ADR. J.) W. et ARN.

b. — *tubo stam. subinclusae,* vix apicibus ex eo prominulae. Germ. (et capsul.) 5-loc., loc. 10-12-ovulat. Sarcocarp. et endocarp. abinvicem et ab axi amplo dissepimentis 5-gono persistente solubil. Sem. pendula.

1. *Tub. stam. brevis, cupulaeformis,* superne incrassato-10-lobus; lobi basibus cohaerentib. apice liberis 2-dentatis inter dentes 1-antheriferis. Styl. 5-gon., stigm. crasso peltato-5-gono. Discus tubi fundum vestiens. Caps. oblongo-obovata, sarcocarp. tenui lignoso. Sem. marginata, utrinque alata. — (*Ind. or.*) . . . . *Soymida. ADR. J.

2. — *stam. campanulato-cylindr.,* acute 5-dentat., dentib. simplicib.; anth. summo tubo intus affixae, dentib. alternae, apiculatae. Stigma discoideum, 5-radiatum. Germ. disco annulari cinctum. Caps. ovoidea, a basi 5-valvis, sarcocarp. lignoso crassissimo, axi inferne 5-alato. Sem. apice alata. — (*America trop.*) . . . . Swietenia. (L.) ADR. J.

B. Partes flor. 4-merae. Sepala 4 imbricata. Tub. stam. basi inflatus, ore 8-dentat., dentib. indivisis; anth. 8 summo tubo inclusae, dentib. alternae. Styl. crassus, stigm. discoideo, 4-radiato. Caps. globosa 4-loc., ab apice 4-valv., valvis crassis lignosis ab axi persistente dissepimentis 4-alato solubilibus. Sem. membranaceo-marginata. — (*Senegal.*) . . . . *Khaya. ADR. J.

?❖❖ **Albumen magnum carnosum,** embryonem viridem involvens. Cal. 5-fid. Pet. 5, linearia, vix calyce longiora. Stam. 10, basi coalita in urceolum brevem dentatum, dentib. alternis antheriferis. Germinis loc. 2-ovulati. Caps. 5-loc., loculicide 5-valv. Sem. apice alata, hilo inter alam et nucleum (?) posito. (Fol. opposita, simplicia. — *Ins. Afric. austr.*) . . . . ?*Macharisia. PET. TH.

MELIOIDEAE. MELIACEAE.

Subordo II. MELIACEAE.

Tribus III. *TRICHILIEAE.*

B. Germinis loculi 2- raro 1- rarissime 4-6-ovulati. Fruct. carnosus indehisc., aut capsularis valvis medio septiferis. Semina nunquam plana nec alata, cum v. absque arillo. Albumen carnosum aut nullum. Stam. semper filamentis in tubum coalita.

I. Albumen nullum. Cotyled. crassae. Radicula brevis, plerumque non exserta.

A. Stamina 8 aut 10, nunquam plura, rarissime 7-5, omnia alte in tubum, aut basi tantum, inter se coalita.

† Antherae inclusae v. subinclusae, sc. intra tubi faucem insertae, nec ejus dentibus orificialibus apice impositae. (Fol. compos., pinnata.)

A. Tub. stam. brevis, urceolatus v. cupularis v. subglobosus (saepe major. filamentorum pars libera).

I. Stamina (Antherae) 8 v. 10. Petala 4 v. 5.

† *Tub. stam. apice manifeste dentatus crenatus v. incisus.* (Flor. paniculati.)

a. Capsula coriacea, globosa, abortu 4-3-loc., 4-3-valv. Germ. 5-loc., tubulo membranaceo basi cinctum. Styl. filiform., stigm. peltato-angulato. Tub. stam. conicus, angulat., dentat. Anth. 10. Cal. minimus, obsolete 5-dentat. (Fol. imparipinn. — *Java.*) . . . *Goniocheton. BLUME.

b. Fructus carnosus, sphaeroideus, 6-12-spermus; dissepimenta valvis opposita, in membranam desinentia, saepe evanida et tunc fr. 1-loc. Germ. disco latiori v. crassiori supra concavo impositum. Styl. filiform., stigm. pileiforme. Anth. inclusae. Pet. libera, reflexa, convolutiva.

1. Tub. stam. subgloboso-cupularis, 8-10-crenat., crenis subintegris cum antheris alternantib. Sep. 4-5, squamiformia. Pet. 4-5. Germ. 4-5-costat., 4-5-loc., loc. 4-ovulat. (Foliola 00-juga cum v. absque impari. — *America et Africa trop.*) . . . Carapa. AUBL.

2. — stam. urceolat., 8-fid., lacin. acutis 2-partitis. Anth. lobis oppositae. Cal. urceolat., 4-fid. Pet. 4. Germ. 4-sulc., 4-loc., loc. 1-5-ovulat. (Foliola paucijuga absque impari. — *Ind. or., Java, Molucc., Marian.*) . . . Xylocarpus. KOEN.

†† *Tub. stam. subinteger v. leviter undulatus.* (Fol. impari-pinnata.)

a. Ovula in quovis loculo bina, invicem adglutinata aut tunicae communi adnata ideoque unicum mentientia. Styl. crassus.

1. Caps. 3-loc., 3-gona, loc. 2-sp. Sem. cujusque loculi massa carnosa ab apice anguli interni pendente (arillis 2 connatis?) inclusa et connexa. Stigma discoideum. Germ. disco aequali insidens. Tub. stam. cupulaeformis; anth. 8, fere inclusae tubi denticulis minimis alternae. Pet. 4. Cal. 4-part. — (Racemi axill. — *Nova Holland.*) . . . *Synoum. ADR. JUSS.

2. Bacca corticata, 5-loc. (loc. nonnullis abortivis). Sem. in unicum 2-embryoniferum adglutinata. Stigm. truncato-radiatum. Germen annulo exiguo cinctum. Tub. stam. subglobosus; anth. 10. Pet. 5. Sep. 5, imbricata. — (*Java.*) . . . Lansium. BLUME.

b. Ovula in germinis (3-loc.) *loculis solitaria,* adscendentia. Stigm. sessile, ovoid., apice 3-lobat. Fruct. . . . . . Tub. stam. urceolat., 8-10-striat., filam. basi introrsum prominentib., anth. 8-10 inclusis. Pet. 5. Cal. 5-lob. (Panic. term. et axill. — *Nova Holland.*) . . . *Nemedra. ADR. J.

II. Stamina (antherae) 5, rarius 6. (Fol. impari-pinnata; paniculae axill.)

a. Stamina petalor. numero dupla. Cal. 3-sepalus, bracteat. Pet. 3, patentia. Tub. stam. globos. v. serius subcampanulat., initio cum petalis basi cohaerens, deinde solubilis, medio intus 6-antherifer, dentib. oris brevissimis latis antheris oppositis. Germ. depressum, 3-loc., loc. 2-ovul., ov. superpositis. Stigm. subsessile. Caps. coriac., 3-valv., 3-loc., loc. 1-sp. — (*Java.*) . . *Aphanamixis. BLUME.

b. — *petalor. numero aequalia.* Cal. 5-dent. v. part. Pet. 5. Antherae 5.

1. *Germen 1-loc.*, 2-ovulat. Bacca corticata, exsucca, 2-1-sp. Tub. stam. urceolat. v. subcampanulat. integer v. 5-dentat. (Flor. interdum abortu masculi. — *China, Philippin., Ind. or., Ins. Maurit.*) . . . Aglaja. LOUR. ADR. J.

2. — *3-loc.*, loc. 2-1-ovulat., ov. centro affixis. Styl. 1 (v. 2?) brevissimus, crassus; stigm. ipso vix latius, truncatum. Bacca sicca, plerumque abortu 1-sperma. Sem. arillo carnoso completo tectum. Tub. stam. urceolat. sub-5-dentat., anth. inclusis. — (*Ind. or.*) . . . *Milnea. ROXB.

B. Tub. stam. cylindricus, rarius conicus (nec abbreviatus).

† *Germen basi annulo brevi cinctum,* 3-4-loc. Fruct. capsular., loc. 1-spermis. (Fol. abrupte-pinnata. — *Java.*)

1. *Calyx parvus 4-5-fid.* Pet. 4-5, ovali-oblonga. Anth. 8-10 ad apicem tubi stam. denticulati intus insertae. Styl. filiform., stigm. sub-peltato. Germinis loculi 2-ovulati. (Paniculae axillar.) . . . *Disoxylum. BLUME.

2. — *urceolatus, subintegerrimus.* Pet. 4, linearia. Anth. 6, rarius 7-8, in fauce tubi stam. conici 6-fidi insertae. Styl. clavatus, stigm. obtuso. Germinis loc. 1-ovulati. (Paniculae supraaxillares.) . . . *Chisocheton. BLUME.

MELIOIDEAE.

MELIACEAE. *TRICHILIEAE.*

(Continuat.)

I. A. † *B.*

†† *Germen tubulo membranaceo aut crassiusculo cylindrico plus minus elongato basi vaginatum*, loculis 2- v. 1-ovulatis. Stylus filiform. aut columnaris.

a. Stigma discoideo-capitatum, indivisum. Tubi stam. laciniae 2-fidae v. emarginatae, rarius integrae, antheris alternae. (Fol. impari- rarissime abrupte-pinn.)

* Tubulus germen laxe vaginans, brevis, ore subintegro aut levissime crenato.

1. *Petala* 4-5, *inferne cum tubo stam. coalita*, rarius libera. Tub. stam. 8-10-fid., lacin. saepe 2-fidis. Germinis tubulus undulato-crenatus. Germ. (ut caps.) 3-4-loc. Ovula, dum gemina, collateralia. (Fol. saepe abrupte-pinn., panic. axill. — *Java, Australasia.*) . . *Hartighsea. Adr. Juss.

2. — 4, *libera*. Tub. stam. 8-fid., lacin. 2-fidis. Germinis tubulus undulato-crenulatus. Germ. 4-loc., ovulis superpositis. Caps. 2-4-valv., 2-4-loc., loculis 1-spermis. (Racemi axill. — *Java, Timor, Nov. Guinea.*) . . . . *Epicharis. Blume.

3. — 5, *libera*, medio reflexa. Tub. stam. 5-fid., lacin. emarginato-2-fid. Germinis tubulus obtuse 5-gonus, subinteger. Germ. 5-loc., ov. superpositis. — (Paniculae axill. — *Brasil.*) . . . . *Cabralea. Adr. J.

** Tubulus germen et styli basin arcte vaginans, elongatus, ore acute 5-dentato. Pet. 5, inferne tubo stam. arcte adnata, apice libera reflexa. Tub. stam. 10-crenat., crenis subtruncatis emarginato-2-dentatis. Germ. 5-locul. Bacca? corticata, abortu 3-2-loc. (Flor. in spicis axill. glomerati. — *Ins. Java et Rawak.*) . . . . *Didymocheton. Blume.

b. Stigma e basi globosa 5-fidum, cruribus subdivergentib. apice obtusis emarginatis. Germ. tubulo brevi 5-dentato-lacero arcte vaginatum, 5-loc., loc. 2-ovul. Bacca pomiformis, 5-loc., loc. 1-sperm. Sem. arillat. Calyx obtuse 5-lobus. Pet. 5, libera, patentia. Tub. stam. 10-dentat., dentib. indivisis antheris oppositis. (Fol. 3-foliolata, panic. axill. — *Java, Molucc.*) . . . . Sandoricum. Cav. Adr. J.

††† *Germen disco saepe stipitiformi impositum* (nec tubulo vaginatum) 4-locul. Styl. brevis, stigm. discoideo. Caps. 4-valv., loc. 2-1-sp. Cal. brevis 4-dent. v. part. Pet. 4, libera. Tub. stam. prismat., 4-8gonus, ore integro v. 8-sinuato, anth. 8, e tubo subprominulis. (Fol. pinnata, apice saepe foliola nondum evoluta gerentia; paniculae axill., saepe spici- v. racemiformes. — *America trop., Ind. or.*) . . . . Guarea. L. Adr. J.

†† Antherae exsertae, sc. filamentorum apici libero aut tubi stam. dentibus ipsis aut inter dentes margini summo affixae.

A. Stam. (s. antherae) numero petalorum dupla.

* *Filamenta omnia antherifera.* Germinis loc. 2-ovulati. (Fol. pinnata.)

a. Fructus capsularis. Sem. arillata, collateralia. Germ. disco impositum v. immersum. Cal. brevis. (Fol. impari-pinn.)

1. Caps. 3-loc., 3-valv., loc. 1-sp. (Germen rarissime 4-loc.) Styl. brevis, stigm. capitato aut 3-lobo. Cal. 4-5-fid., rarius subinteger. Pet. 4-5, in corollam 4-5-fidam coalita, rarius libera. Tub. stam. brevis, 8-10-dentat., dentib. subulatis; anth. dentib. alternae, apice nudae. (Fl. paniculati. — *America trop.*) . *Moschoxylon. Adr. J.

2. — 3-1-loc., 3-2-valv., loc. 2-1-sp. Styl. erectus, stigm. 3-2-lobo. Cal. 4-5-dentat. Pet. 4-5-libera. Stam. 8-10; filam. basi aut rarius tota coalita, singula apice plerumque 2-dentata et inter dentes antherifera; anth. non aut vix? apiculatae. (Paniculae axill. — *Amer. et Afr. trop., Madagasc.*) . . . . . Trichilia. L. Adr. J.

3. — abortu 1-loc., 2-valv., 1-sp. Germ. 2-loc. Styl. brevis, clavatus, stigm. sphaeroideo 2-lobo-apiculato. Cal. 5-fid. Pet. 5, libera. Stam. 10; filam. infra medium in tubum connata, singula apice 2-fida et inter lacinias antherifera; anth. apiculatae. (Flor. partes rarius 4-merae. Pedunc. axill. simpl. v. racemosi. — *Ind. or.*) . . . . Heynea. Roxb. Adr. J.

b. Fructus bacciformis, loc. 1-spermis. Germ. disco annulari cinctum, loc. 2-ovulatis. Calyx 5-fid. Pet. 5, libera.

1. Fructus 4-5-loc., loc. plurib. saepe abortivis. Sem. exarillat. Styl. breviusculus, crassus, stigm. discoid. v. capitat. 4-5-lobo. Germ. villosum, disco saepe connatum, 5-3-loc. Tub. stam. campanulatus, 10-dentat., dentib. simpl., anth. subapiculatis. (Fol. impari-pinn., paniculae axill. — *Africa.*) . . . . . . Ekebergia. Sparrm.

2. — abortu 1-loc. Sem. arillatum. Styl. brevis, clavatus, stigm. sphaericum, dentib. v. lobis 2-3 apiculatum. Germ. disco carnoso immersum 2-3-loc. Tub. stam. profunde 10-fidus, lacin. linearib. 2-fidis et inter dentes antheram apiculatam gerentibus. (Fol. 3-foliol., flor. axillar. solitar. v. racemos. — *Ind. or.*) . . . . *Walsura. Roxb. Wight et Arn.

** *Filamenta* 10, brevia, basi connata, *quorum 5 alterna* (quae petalis opposita) *castrata.* Discus circa germen nullus. Calyx hemisphaeric., 5-dentat. Pet. 5, aestiv. valvata. Styl. brevissimus, stigm. obtuso. Fruct. ignot. (Fol. simplicia, integerrima, panic. axill. *Nov. Granat.*) . . . . ? *Odontandra. Kunth. †

B. Stam. petalor. numero aequalia (5), basi in annulum crassum coalita, anth. 3-gonis. Cal. planus, 5-dentat. Pet. 5, lanceolata, patentia. Stylus 1. Stigmata 3. Caps. ovalis 4-5-loc., 4-5-valv., loc. 2-sp. Sem. pulpae 3-gonae (?) inserta. (Fol. simplicia, subserrata. — *Arabia.*) . . . . ? Geruma. Forsk. †

B. Stamina 00, saltem nunquam duodenis pauciora. (Folia simplicia)

1. *Stamina* 12, *omnium filamenta coalita* in tubum cylindricum apice multifidum, laciniis linearib. sub-3-serialib. apice staminiferis. Anth. subrotundae, 2-loc., apice dehiscentes. Stylus filiform., stigm. 3-partito, lobis subrotundatis. Caps. drupacea, 4-loc., 4-valv., locul. 1-sp. Cal. persist., 5-fid., demum excrescens et fructum vestiens. Pet. 5, aequalia, reflexa. (Flor. axillar. solitar. aut racemosi. — *Brasilia.*) . . . . ? *Stemmatosiphon. Pohl.

2. — 25-40; *intimorum filamenta distincta*, libera; caetera, quo magis a germine remota, eo longiora et longius tubo intus adnata; extima tota coalita in tubum cylindricum ore leviter undulato antheriferum. Anth. ovatae, longit. dehisc. Styl. columnaris, stigm. semi-3-fido, cruribus 2-lobatis. Caps. lignosa, 3-loc., 3-valv., loc. (nonnullis abortivis) 1-2-nucleis, nucleis difformibus, 1-spermis. Sepala 4, inaequalia, imbricata, persist. Pet. 4, valde inaequalia. (Fol. serrata, flor. 1-2 axillares v. lateral. — *Java.*) . . . . ? *Calpandria. Blume.

MELIOIDEAE.

MELIACEAE. *MELIEAE.*

II. Albumen tenue carnosum. Cotyledones foliaceae. Radicula exserta. Antherae 10, (in Quivisia et Azadirachta saepe 8, in Melia interdum 12.) Germinis loc. 2-ovulati. . . . . Tribus IV. *MELIEAE.*

A. Stamina alte coalita in tubum manifestum elongatum ore varie dentatum v. laciniatum.

† Antherae totae exsertae, sc. apici laciniarum tubi stam. insertae. Stylus filiformis. (Frut. v. arb., fol. alternis v. interdum (in Quivisia) suboppositis, simplicib., integerr. aut lobatis, florib. axillarib. aggregatis v. subracemosis. — *Ins. Maurit., Borbon., Madagasc.*)

1. ***Tub. stam. petalis brevior,*** subcampanulatus, 8-10-dentat.; anth. minutissime apiculatae. Cal. cupulaeformis breviter 4-5-dentat. Pet. 4-5, distincta. Stigma 4-5-sulcatum. Caps. 4-5-loc. Sem. ventre adnata. . . . . Quivisia. Juss.

2. — ***stam. petalis longior,*** cylindricus, 10-fid., anth. appendicula longiuscula acuta terminatae. Cal. profunde 5-fid. Pet. 5, saepius lateribus varie inter se cohaerentia. Stigma 5-lobo-apiculatum. Germ. 5-loc., ovulis pendulis. (Fruct. ignot.) . . . . *Calodryum. Desv.

†† Antherae plus minus (rarius omnino) inclusae, sc. tubi stam. fauci inter oris lacinias (nec ipsi laciniar. apici) insertae.

a. ***Antherae cum tubi laciniis alternantes,*** apice appendiculatae. Tub. stam. longissimus cylindricus. Pet. 5, longissima, ligulaeformia. Cal. cupulaeformis, 5-dent. v. 5-fid. Stylus filiformis. Fructus capsularis.

?1. *Tub. stam. gracilis, apice inflato-globosus,* ore minutissime 10-crenato. Anth. (exsertae?) crenis insertae minutim appendiculatae. Stigma parvum, discoideo-capitat., apice breviter 3-dentatum. Caps. (ut germ.) 3-loc., 3-valv., loc, 2-sp. (Fol. 3-foliolata, petiolo alato, fl. magni, pedunc. axill. solitar. — *Ind. or.*) . . . . Naregamia. Wight et Arn.

2. — *stam. apice non inflatus,* ore 10-fidus, laciniis simpl. v. 2-fidis. Anth. fere totae inclusae, ligula simplici v. duplici acuminatae. Stigma clavatum v. capitat. Germ. 5-10-12-loc. Fruct. . . . . (Fol. simpl., integerr. v. sublobata, flor. axill. conferti. — *Africa austr. et occid., Ins. Madagasc. et Maurit., Ind. or.*) . . . . Turraea. (L.) Adr. J.

b. ***Antherae tubi stam. laciniis oppositae.*** Tub. stam. cylindricus v. subcampanulat., ore 10-fido. Pet. 5, patentia, aestiv. convolutiva. Styl. columnaeformis. Germen disco brevi impositum. Fruct. drupaeformis, loc. abortu 1-spermis. (Fol. pinnatim composita, pedunc. axill. simpl. v. paniculat.)

1. *Germ.* (et fruct.) 5-*loc.* Stigma 5-lobum. Tubi stam. laciniae in ligulas 2-3 angustas divisae, erectae (semper?). Part. flor. interdum 6-merae. (Fol. impari-2-pinnata. — *Eur. austr., Afr., Ind. or., Nov. Holl., Antill.?*) . . . . Melia. (L.) Adr. J.

2. — 3-*loc.* Stigma 3-partit. Drupa abortu 1-loc. Tubi stam. lobi breves, latiusculi, subemarginati, reflexi. — Part. flor. interdum 4-merae. (Fol. abrupte- v. impari-pinn. — *Ind. or*) . . . . *Azadirachta. Adr. J.

B. Stamina basi tantum in annulum v. tubum brevem coalita, superne libera.

a. **Petala 5,** patentia. Stam. 10. Germ. 5-loc. Styl. brevis. Fructus loculi abortu 1-sp. (Frut., fol. impari-pinnat., pedunc. axill. simpl. v. corymbos. v. paniculat. — *Ind. or.*)

1. ***Filamenta apice 2-fida,*** inter lacinias lineari-subulatas antherifera. Annulus obsoletus tubo stam. intus adnatus. Stigma depresso-hemisphaericum, lobis 5 minutis apiculatum. Fruct. baccatus, endocarpio osseo in pyrenas 5 verticillatas indehiscentes solubili. Calyx 5-dentat. . . . . *Mallea. Adr. J.

2. — ***emarginata.*** „Antherae intus adnatae." Germen annulo (libero?) cinctum. Stigma capitatum, apice 5-dentat. Caps.? globosa, 5-sulcata, e coccis? 5 conflata. Calyx obsolete 5-dentatus. . . . . *Cipadessa. Blume.

? b. **Petala 4.** Calyx 4-partit. Stam. 8, petalis longiora; filam. inferne dilatata et in tubum membranaceum coalita, majore parte libera, stylo breviora. Stigma truncatum. Germ. basi annulo brevi membranaceo cinctum, 4-loc., loc. 2-ovul., ov. peritropo-adscendentib. Caps. vesicaria, 4-5-loba (lobis subalatis?) 4-valv. (valv. medio septiferis?) 4-loc. (2-3 saepe effoetis). Sem. subreniformia; embryone incurvo. (Fol. simpl., plerumque pseudo-fasciculata, fl. axill. solitar., partibus interdum 5-meris. — *Cap. b. sp.*) . . . . ?*Aitonia. L. fil.

XXXIX. AMPELIDEAE.

A. Herbae aut frutices non scandentes, cirrhis nullis. Cor. plerisque gamopetala 5-fida. Stam. saepius monadelpha. Antherae non oscillatoriae. . . . **Tribus I.** *LEEACEAE.*

a. **Germinis loculi 2-ovulati.** Stylus 1, stigmata 3. Caps. 4-5-loc., 4-5-valv., loc. 2-sp. „Sem. pulpae 3-gonae inserta.“ Cal. patens, 5-dentat. Pet. 5, lanceolata, libera? Stam. 5, in annulum crassum basi connata, anth. 3-gonis. — (Folia simplicia. — *Arabia.*) ?Geruma. Forsk. †

b. — **loc. (semper?) 1-ovulati.** Cor. gamopetala, 5-fida, aestiv. valvata. Discus urceolaris.

1. *Stam. 5 basi corollae adnata* ejusque lobis alterna, anth. hirsutis. Stylus brevis. Germen? Fruct.?..... Cal. 5-dentat., bracteolatus. (Fol. simpl. — *Africa trop.*) . . . . ?Lasianthera. P. Beauv. †
2. — *antherifera 5, urceolo 5-lobo* (e staminib. 5 sterilib. in tubum connatis formato?) *extus adnata*, lobis alterna, petalis opposita, apice libera et deflexa. Antherae plerumque marginibus inter se connatae. Discus hypogynus tenuis, carnosus, calycem vestiens, basi intus corollam et tubum stam. gerens. Germ. subimmersum, 6-loc., ovulis erectis. Styl. et stigma simplex. Bacca 3-6-loc. Albumen 5-lobum. Cal. 5-partit. (Fol. imparipinnata v. 2-3-pinn., raro simplicia. — *Africa austr., Ins. Mascarenh., Ind. or.*) . . . . Leea. L.

B. Frutices (raro arbores) **sarmentosi, scandentes. Cirrhi** (pedunculi steriles) **oppositifolii.** Calyx minimus. Petala 4-5, basi distincta, apice saepe cohaerentia, aestiv. subvalvata. Stam. 5, petalis opposita disco hypogyno depresso inserta et ima basi saepe monadelpha. Anth. oscillatoriae. Germ. 2-loc., loc. 2-ovulat., ov. collateralia ad basin columnae centralis erecta. Stigma simplex., interdum sessile. Fruct. baccaceus, abortu saepe 1-loc. Sem. ossea. Album. corneum. . . . . **Tribus II.** *VINIFERAE.*

a. **Partium floralium numerus quaternarius** (in Cisso rarissime 5-narius). Petala apice solubilia, demum omnino distincta patentia.

1. *Flor. omnes* ☿. Cal. obsolete 4- (rarissime 5-) dentat. Pet. apice cucullata. Stam. libera. Discus carnosus, apice 4-lobus, lobis staminibus alternis. (Frut., rarissime arbores, fol. altern., stipulat, simpl., v. compos. — *Ind. or., Africa, Amer. trop.*) . . . . Cissus. L.
2. — *polygami*, involucro foliaceo, lobato-alato coriaceo difformi suffulti, marginales masculi pedicellati, interiores (discum referentes) ☿ sessiles. Cal. integer. Pet. 4 rhomboidea in ♂ erectiuscula, in ☿ patentia. Stigma sessile. Bacca 1-, rarius 2-sperma. — (*Java.*) . . . . . . * Pterisanthes. Blume.

b. **Partium floralium numerus quinarius.**

1. *Calyx subinteger.* Pet. patentia. Stylus 1. Stigma capitatum. Germ. 2-4-sp. (Fol. Cissi. — *Amer. bor., Afr. austr., Ind. or.*) . . . . Ampelopsis. Michx.
2. — *sub-5-dentatus.* Pet. plerumque apicibus in corollam calyptraeformem a basi discedentem connexa. Stylus conicus brevissimus aut 0. (Fol. simplicia palmato-lobata. — *Asia, Africa, Amer.*) Vitis. L.

MALPIGHINAE. (*Classis.*)

Conspectus ordinum.

A. Germen conflatum ex ovariis 3 v. 2, plus minus inter se connatis.

I. Stamina calycis laciniis aequalia v. plura, plerumque dupla (rarissime in Malpighiaceis pauciora). Germinis loculi 1-2- (raro pluri-) ovulati.

† Semina exalbuminosa.

a. Semina hilo lato aut arillo praedita. Folia plerumque composita.

1. *Folia opposita* exstipulata palmatim 5-00-foliolata. Thyrsi terminales. Cirrhi 0. Flor. irregulares. Stam. 7, rarius 6 v. 8. Germ. 3-loc., loc. 2-ovulat., ovulo superiore pendulo inferiore adscendente. Caps. aptera, loculicide 3-2-valv., 3-1-sp. Sem. exarill., hilo maximo. . . . . HIPPOCASTANEAE.
2. — *alterna*, pinnata aut pinnatisecta, rarius simplicia integra, rarissime stipulata. Pedunculi axillares, saepe cirrhigeri. Flores regular. v. irregul. Stam. petalor. numero dupla, duobus saepe deficientib. Germ. 3-2-loc., locul. 1-3-ovul., ov. adscendent. Drupa v. caps., carpellis saepe samaroideis. SAPINDACEAE.

b. Semina nec arillata nec hilo lato insignia, pendula aut adscendentia. Fol. plerumque simplicia.

1. *Semina ope funiculi pendula*, solitaria. Ovaria 3, interdum distincta. Carpella saepissime alata, rarius carnosa. Calyx persist., basi extus saepe glandulosus. Stam. 10, rarissime pauciora. (Fol. opposita, rarissime alterna, simplicia, interdum lobata, saepe stipulata.) . . . . MALPIGHIACEAE.
2. — *adscendentia, sessilia.* Ovaria 2, connata. Carpella extrorsum alata, samaroidea. Calyx decid., eglandulos. Stam. 5-12, saepius 8. (Fol. opposita, simplicia, plerumque lobata, rarius impari-pinnata. Stipulae 0.) . . . . ACERINEAE.

†† Semina albuminosa, solitaria. Fruct. drupaceus, abortu 1-loc. Germ. 3-loc., loc. 1-ovulatis, duobus subevanidis. Ovulum pendulum. Cal. persist. Pet. 5. Stam. 10, basi monadelpha. (Fol. alterna, rarissime opposita, simplicia, integra, saepe triplinervia. Stipulae 2 persist. intra axillam connatae in unicam saepe 2-fidam.) . . . . ERYTHROXYLEAE.

II. Stamina 3 (antheris saepe 1-locular.). Cal. 5-divisus, persist. Pet. 5. Germ. 3-loc., locul. biseriatim pluriovulatis. Styli 3 connati. Carpella 3, v. abortu 2-1, samaroidea, 2-valvia, aut baccata, oligosperma. Sem. adscendent., exalbum. (Fol. oppos., simpl., indivisa. Stipulae parvae, deciduae.) HIPPOCRATEACEAE.

B. Germen conflatum ex ovariis 5 connatis, 1-ovulatis, ov. pendulis. Stigm. 5, sessilia. Carpella demum subdistincta, indehiscentia. Sem. exalbum. Cal. persist. 10-fid., lobis 5 interioribus callosis minoribus. Petala 0. Stamina 10, libera. (Fol. oppos., simpl., integra, 3-5-nervia, exstipulata.) . . . . ?CORIARIEAE.

XL. HIPPOCASTANEAE.

I. Calyx 5-lobus, lobis non bilabiatim dispositis.

a. Petala dissimilia, unguium marginibus involutis. Calycis campanulati v. tubulosi lobi obtusissimi. Caps. echinata, rarius laevis.

1. *Petala 5, unguibus brevib.*; 2 superiora majora, elliptica, adscendentia v. subreflexa; 3 inferiora subrotunda, patentia, declinata. Stam. 7, declinata, sursum arcuata. Cal. inflat. — (*Ind. or.-bor.*) . . . . Aesculus (L.) Spach.
2. — 4, *rarius 5, erecta*; 2 super. longiora, cochleariformia v. subspathulata, unguibus cohaerentia, apice recurva; 2 lateralia latiora, plerumque conniventia v. subconvoluta. Stam. 6-8, erecta v. subdeclinata. — (*Amer. bor.*) Pavia. (Boerh.) Spach.

b. Petala 4-5, magnitudine formaque subaequalia; 2 super. longiora, erecto-divergentia, spathulata, unguib. longis distinctis. Stam. 6-7, longissima, erecta. Caps. inermis. Cal. cylindrac. v. obconicus. — (*Carolina, Georgia.*) . . . . * Macrothyrsus. Spach.

II. Calyx subcampanulatus, 2-labiatus, labiis subaequilongis ringentib., superiore integro obtuso v. 3-dentato, inferiore indiviso v. 2-fido v. 2-dentato. Pet. 4-5 subaequalia, subpatentia, unguibus involutis. Stam. 6, corolla longiora, arcuata, 3 superiora adscendentia, 3 inferiora declinata. Fruct. ignot. — (*California.*) . . . . * Calothyrsus. Spach.

XLI. SAPINDACEAE.

✠ **Folia alterna.**

A. Germinis loculi (excepta Hypelate) 1-ovulati. Embryo curvatus, rarius rectus. — **Tribus I.** *SAPINDEAE.* Camb.

I. Flores irregulares. Discus hypogyn. incompletus. Genitalia excentralia.

A. Fructus alatus aut compressus.

† *Germen compressum, ovatum, 1-loculare.* Stigma subsessile, emarginatum. (Fruct. ignot.) Cal. 4-part. Pet. 4, ciliata, basi intus 2-squamata. Stam. 5. (Arbor, fol. abrupte-pinn. Racemi termin. compos. — *Java.*) ... *Aphania. Blume. †

†† — *(ut caps.) 3-loc.* Stylus 3-fid. Carpella 3 membranacea, samaroidea, ventre connata, dorso in alam producta. Pet. 4, quinti deficientis sede vacua. Stam. 8.

a. *Semina erecta*, exarillata. Embryo curvatus. Samarae a basi ad medium inflatae, apice alatae. Calyx profunde 5-lobus, lobis subinaequalib. Pet. intus supra basin squama cucullata apice cristata aucta. Discus incompletus 4-lobus. (Arb. v. fruct., cirrhis stipulisque o. Fol. simpl., inciso-lobata, pellucido-punctata. Pedunc. axill. 1-flor. — *Chile.*) ... *Tripterocarpus. Nob.

b. — *adscendentia*, globosa, plerumque arillo parvo 2-lobo praedita. Sepala 5, exteriora 2 minora, superiora 2 saepe connata. Petala 2 inferiora a staminibus remotiuscula. (Frut. scandent., racemis plerumque 2-cirrhosis. — *America trop.*)

1. *Samarae apice seminiferae, basi alatae.* Embryo curvatus. Petala supra basin squama aucta; inferiorum squamae infra apicem in appendiculam inflexam productae, lateralium inappendiculatae. Disci glandulae 2-4. (Folia stipulata, 1-3-ternata v. imparipinnata.) ... Serjania. Plum.

2. — *medio seminiferae, dorso alatae.* Embryo vix curvatus. Disci glandulae 4, inferiores 2 majores. (Caet. fere omnino Serjaniae. — Fol. ternata, racemi spiciform.) ... Urvillea. Kunth.

B. Fructus apterus (cfr. Cardiospermum).

† *Fructus capsularis, valvis dehiscens.*

a. *Capsula inflato-vesicaria*, loculicide 3-valvis, angulis 3 saepe anguste alatis. Squamae petalor. inferiorum apice glanduloso-cristatae, infra inflexo-appendiculatae, lateralium inaequilaterae ecristatae exappendiculatae. Disci gland. 2. Caet. Serjaniae. (Hbae. scand., rarius suffrut. erecti, fol. 2-ternat. v. supradecompos., pedunc. saepissime cirrhigeri. — *(Amer. trop., Afr., Ind. or.)* ... Cardiospermum. L.

b. — *non inflata.*

1. *Capsula septicido-3-valvis.*

α. Stam. 8. Disci glandulae 2-4. Caps. pyriformi-3-gona, apice saepe anguste 3-alata, 3-locul. Sem. arillo 2-lobo semitecta. (Fol. 1-3-ternata v. pinnata v. decomposita, stipulata. Caet. Serjaniae. — *Amer. trop., Senegal.*) ... Paullinia. (L.) Schum.

β. — 13, inaequalia. basi connata. Pet. 4, basi intus squamigera. Disci gland. 2 ad basin petalor. majorum. Stigmata 3 sessilia. Caps. sphaerica 1-loc., 1-sp. Sem. pulpa farinosa tectum. Calyx 4-part. (Fol. impari-pinn. Racemi cirrhigeri. — *Guiana.*) ... Enourea. Aubl. †

2. *Caps. loculicido-2-3-valvis*, 3-2-loba, 3-2-loc. Sem......? Germ. 3-loc. Styl. 1, stigm. sub-3-lobo. Cal. 5-part. Pet. et stam. Serjaniae. Petalor. squamae cucullatae, apice cristatae, infra inflexo-appendiculatae. Disci incompleti lobi 4 petalis oppositi. (Arb. v. frut. Cirrhi 0. Fol. exstip.?, abrupte-pinn., fl. racemosi. — *Timor.*) ... *Moulinsia. Camb.

†† *Fructus indehiscens, carnosus v. subexsuccus.*

? a. *Calyx inaequaliter 5-part. Pet.* 4-6, intus barbata. Disc. annularis. ♂: Stam. 8-10, filam. villosis. ♀: Germ. 3-loc. Styl. 1, stigm. sub-3-fido. Carpella 3 v. abortu 2-1, basi connata, capsulari-drupacea, globosa. (Arb., fol. simpl., flor. racemosi. — *Cap. b. sp.*) ... *Pappea. Eckl. et Zeyh.

b. *Petala* 4, quinti (superioris, deficientis) sede vacua. Stam. 8. Stylus inter germinis lobos immersus.

1. *Cal. 5-sepalus*, sep. 2 interior. minorib. Pet. concava, basi intus ligulam 2-fidam villosam gerentia Stam. inaequalia, villosa. Ovaria 3, stylo connata, stigm. obtuso. Carpella basi connata, ellipt., baccata, abortu saepe solitaria. (Fol. pinnata, fl. abortu monoic. — *Java.*) ... *Erioglossum. Blume.

2. — *4-part.* (sepalis 5, sed superiorib. 2 connatis) inaequalis. Pet. basi nuda v. squamigera. Disci gland. 4, petalis oppositae. Germ. 2-3-loc. Stylus 2-3-fidus. Fruct. carnos. v. subexsuccus, 1-3-lobus, 1-3-loc. Sem. erecta, cum v. absque arillo. Embr. curvat. (Arb. v. frut. Stipul. et cirrhi 0. Fol. 3- v. abortu 1-foliolata, fl. racemosi. — *Patr. intra trop. diffusa.*) ... Schmidelia. (L.) Kunth.

II. Flores regulares. Discus hypogyn. completus. Genitalia centralia.

A. Fructus alatus, conflatus ex carpellis 3 samaroideis. Embryo curvatus. Germ. 3-loc. Stylus 3-fidus, lobis intus stigmatosis. Stam. disco insertae. (Fl. racemosi.)

1. *Samarae basi seminiferae, dorso et apice in alam productae.* Sem. (semper?) exarillat. Cal. 4-5-part. Pet. 4-5, intus (semper?) nuda. Discus crenulatus, regularis. Stam. 8-10. (Arb. v. frut., rarissime cirrhos., fol. exstip., abrupte-pinn. aut 3-1-foliol. — *America trop.*) ... Thouinia. Poit. (non Thunb. nec Sm.)

2. — *apice seminiferae, basi in alam productae*, serius longitudinaliter in lamellas 2 solubiles. Sem. exarillat.? Cal. 5-part. Pet. 5, basi intus ligula 2-partita pilosa aucta. Discus 5-lobus, lobis 2 inferiorib. majorib. Stam. 8. (Arbor, fol. exstip.? abrupte-pinn. — Cirrhi 0. — *Guiana.*) ... Toulicia. Aubl. Juss.

B. Fructus apterus.

† *Fructus dehiscens.*

a. *Germ. 2-3-loc.*, ovulis plerumque erectis. Caps. pyriformis, 2-3-gona, loculicide 2-3-valvis. Sem. arillata. Embr. plus minus curvatus. Cal. 5-fid. Pet. 5, basi (semper?) squamula aucta, raro 0. Discus regularis, integer aut crenulat. (Arb. v. frut. Cirrhi 0. Fol. exstip., abrupte- aut pseudo-impari-pinnata. Racemi simpl. aut paniculati. — *Patr. intra trop. diff.*) ... Cupania. (Plum.) Camb.

1. Fructus 3-loc. Stamina 8.

* *Petala* 0. Stylus 1, stigm. 3-4 divergentib. Caps. longe stipitata, 3-gona, loculicide 3-valv. Sem. arillo membranaceo semitecta. — (Flor. abortu polygamo-monoici. — *Java.*) ... **Mischocarpus. Blume.*

** — 5.

α. *Petala intus vix appendiculata?* Stylus brevissimus, stigm. 3. Carpella carnosa, apice dehiscentia? Arillus maximus, carnosus. — (*Guinea, Antill.*) ... *Blighia. Koen.*

β. — *plana?, orbiculata.* Squamae petaloideae, 2-fidae, e disco glanduloso ortae petalis incumbentes. Stam. basi subdilatata, ciliata. Caps. coriacea. — (*Nov. Caledon.*) ... **Dimereza. Labill.*

γ. — *cucullata.* Styl. 3-fid. Sem. erecta. (Fl. saepe abortu ♂. Fol. abrupte-pinnata. — *Amer., Afr. et Asia trop.*) ... *Cupania. DC.*

2. Fructus 2-locularis.

α. *Cal. 5-sepalus. Pet. 5, nuda.* Stam. 5. Sem. arillata, exalbum., horizontalia? Stigma 2-lobum. — (*India or.*) ... **Harpullia. Roxb.*

β. — *5-part. Pet. 5, squamiformia, hirsuta.* Stam. 5. Arillus lobatus. Flor. abortu polygami. — (*Ins. Afr. austr.*) ... *Tina. Roem. et Sch.*

γ. — *5-sepalus.* Pet. et stam. ignot. Fruct. obcordat., subcoriac., subindehisc. Sem. erect. — (*Ins. Antill.*) ... *Ratonia. DC.* †

3. Fructus 1-locularis.

α. *Fructus carnosus?* (bacca, ex DC.) globosus. Stylus breviss., stigm. 3-gono. Stam. 8. Pet. 0. Cal. 5-dentat. (Racemi spiciformes. — *Ins. Borbon.*) ... *Stadmannia. DC.*

β. — *capsularis?* 2-valvis. Germ. 2-loc., ovulis adscend. Stigma subsessile, sub-3-dentat. Stam. 8. Pet. 5, basi intus breviter (glandulis 2) appendiculata. Cal. 5-part. Discus 8-crenatus. (Flor. racemoso-paniculati. — *Guiana.*) ... ?Matayba. Aubl.

? b. *Germ. 2-loc.*, compressum. Styli 2 distincti v. connati, stigm. capitatis. Caps. 2-loc., 2-sp., compressa, apice sub-2-loba, basi cordata, interne dehiscens. Sem. alata. Cotyled. erectae, planae. Sepala 4. Pet. 4, nuda. Stam. 4, libera, glabra. Disc. hypog. glandulos. (Flor. abortu diclines. Arb., fol. abrupte v. impari-pinn., racemis paniculatis. — *Cap. b. sp.*) ... ?*Ptaeroxylon. Eckl. et Zeyh.

c. — *3-4-loc.* (4-5-loc., ex DC.). Ovula erecta. Stigma subsessile, obsoletissime 3-dentatum. Fruct. ignot. Stam. 8 (ex DC. 8-10). Discus valde carnosus, crenulatus, regularis. Pet. 5, supra basin squama pilosa laminam aequante aucta. Cal. 5-part. (Arb. v. frut. Cirrhi 0. Fol. exstip., abrupte-pinn., fl. racemoso-paniculati, abortu polygami. — *America trop.*) ... ?Talisia. Aubl. †

SAPINDACEAE.

(Continuat.)

✠A. II. B.

†† *Fructus indehiscens.*

a. *Fructus exsuccus.* (Arbores fol. abrupte-pinnatis, spicis paniculatis.)

1. *Germ. 2-loc.* Styl. 1, stigm. indiviso, obtuso. Carpella abortu solitaria, coriacea, sicca. Sem. exarillat. Discus emarginatus. Stam. 5, in fl. ♂ longissima. Pet. 5, intus nuda. Cal. 5-part. (Fl. abortu polygami. — *Java.*) . . . . *Irina. Blume.
2. *Drupa ovata, 1-loc.*, nucleis 3 oblongis 3-gonis, testa fragili. Flor. ignoti. (Arbor spinosa. — *Guiana.*) . . . . ? Racaria. Aubl. †

b. *Fructus carnosus.*

1. *Cal. 5-6-dentat. v. partit.* Pet. 5-6 (rarius 0) cum v. absque squama basilari, saepe dense pilosa. Discus annularis glandulosus. Stam. 8-10, rarius 6. Germ. obcordato-didymum v. 3-lobum, ovulis erectis. Styl. 1, stigm. 2-3-lobo. Fruct. saepe abortu 1-loc., lobum abortivum latere gerens, tuberculat. v. muricat., rarius laevis. Sem. crassa. Arill. carnos. (Arb., fol. exstip., abrupte-pinn., raro 1-foliolat., fl. racemoso-paniculat. — *Asia trop., Austral.*) . . . . Nephelium. L.
2. — *4- v. 5-partitus.* (Arbores, raro frut. Cirrhi 0. Fol. semper? exstip. Flor. racemosi, saepissime paniculati.)

* Fructus basi v. ad latera lobos abortivos et styli reliquias gerens. Germinis lobi rotundati.

1. *Stam.* 8-10. Discus integer aut crenulat. Pet. 4-5 nuda aut squamigera. Cal. 4-5-partit. Styl. 1, stigm. 3-2-lob. Germ. 3-2-loc. Ovula erecta v. adscend. Fruct. 2-1- rarissime 3-lob. Sem. (semper?) exarillat. Embr. curvat. v. rect. (Fol. abrupte- v. pseudo-impari-pinn. — *Amer., Afr. et Asia trop., Ins. Mascarenh.*) . . . . Sapindus. (L.) Camb.
2. — 8, *brevissima.* Disc. emarginat. Pet. 4-5, squamigera. Sep. 4-5, inaequalia. Germ. 3-gon., 3-loc. Stigma subsessile, obtus. Drupa? 4-gona, nucleo 4-locul., loc. 1-sperm. (Fol. abrupte-pinn. — *Java.*) . . . . *Lepisanthes. Blume.
3. — 20, biserialia. Disc. annularis. Stylus inter germinis lobos immersus, stigm. subtridentato. Germ. profunde 3-lob., 3-loc., ovulis erectis. Fruct. carnos.?, abortu 1-lob., 1-loc. Sem. ignot. (Arb. v. frut. Fol. impari-pinn. — *Guinea.*) . . . . *Prostea. Camb.

** Fructus apice styli reliquiis coronatus. Germ. 2-3-loc. Fruct. abortu 2-1-loc. Cal. 4-5-part. Pet. 4-5, nuda, v. 0. Stam. 8-10.

1. *Ovula erecta*, in loculis solitaria. Styl. 1, stigm. 2-3-lob. Sem. arillat. Pet. 4-5, nuda, v. 0. Disc. integer v. lobat. (Fol. abrupte-pinn. Racemi spiciform.) . . . . Melicocca. L. Camb.
   - α. Cal. 4-part. Pet. 4. Stam. 8. Germ. 2-locul. Drupa 1-sp. Embr. rect. — (*America trop.*) . . . . *Melicocca. Juss.*
   - β. — 5-dent. Pet. 0. Stam. 6-10. Germ. 3-loc. Stylus apice 3-fid. Drupa 3-1-locul. Sem. arillat. Embr. curvat. — *Ind. or., Ins. Mascarenh.*) . . . . *Schleichera. Willd.*
2. *Ovula suspensa*, in loculis gemina v. terna. Stigma subsessile, 2-3-lob. Fruct. subexsuccus, abortu 2-1-loc. Sem. exarillat.? Embr. curvat. (Fol. 3-foliolata v. abrupte-pinn., flor. glomerati in panic. brevib. — *America trop., Ins. Mascarenh.*) . . . . Hypelate. P. Brown.

B. Germinis loculi 2-3-ovulati. Embryo spiraliter convolutus. (Cirrhi nulli.) . . . . Tribus II. *DODONAEACEAE.* Camb.

I. Flores petaliferi. (Arbores, flor. paniculat.)

a. *Caps. dehiscens*, loculicide 3-valvis, apice styli reliquiis coronata. Sem. exarillat. Germ. 3-loc. Styl. indivisus. Calyx 5-partit. (Folia exstip., impari-pinnata.)

1. *Germen centrale*, loc. 2-ovulatis. Caps. inflata inferne 3- apice sub-1-locularis. Styl. apice truncat., acutiusculus. Stam. 8, rarius 7-5. Disc. carnos., regular., 8-crenat. Pet. abortu 4-3, ad unguem appendicula 2-fida aucta. (Foliola 00-juga. — *China.*) . . . . Koelreuteria. Laxm. (non Murr.)
2. — *excentrale*, loc. 3- aut abortu 2-ovulatis. Caps. non inflata. Styl elongat., stigm. capitellat. Stam. 6-5. Disc. irregul., margine hinc longiore illinc subevanido. Pet. 4, nuda. (Foliola 2-1-juga. — *Ins. Mascarenh.*) . . . . Cossignia. Commers.

b. *Caps. ? indehisc.* (an bacca sicca?) 1-loc., 2-1-sperma. Sem. adscend., arillo laciniato gelatinoso involuta. Embr. ignot. Stigma sessile, breve, 4-00-fidum. Stam. 8, alternantia cum squamulis 8 apice barbatis, quarum 4 majores petalis oppositae iisque basi adnatae. Pet. 4, basi concava et subconnata. Calyx 2-sepal. (Fol. simpl., serrata; stipulae decid. — *Brasil.*) *Euceraea. Mart.

II. Flores apetali. (Arb. v. frut., fol. semper? exstipulat.)

a. *Fructus capsularis.* Stam. 8, rarius 9-10. Pistillum centrale. Germinis loc. 2-ovulat. Sem. exarillat.

1. *Cal. 5-fid.* Discus carnosus, 10-lobus. Germ. 3-loc. Ovula adscend. Styl. indivis., stigm. sub-3-lobo. Caps. aptera, loculicide 3-valv., sub-3-cocca, loc. 2-1-sperm. Sem. exarill. (Fol. 3-1-foliolata. — *Peruvia.*) . . . . Llagunoa. Ruiz et Pav.
2. — *3-5-part.* Discus saepe evanidus. Germ. 2-3- raro 4-gonum, 2-4-loc. Ovul. superius adscendens, inferius suspens. Stylus breviter 2-4-fid. Caps. membranacea, alata, 2-4-loc., septicide 2-4-valv., valv. carinatis dorso alatis. (Fol. simplicia rarius pinnata; racemi v. paniculae breves. — *Patria intra trop. diffusa, Afr. et Australia extratrop.*) . . . . Dodonaea. L.

b. *Fructus baccaceus.* Sem. arillata. (Folia simplicia. Flor. racemosi.)

1. Bacca coriacea, globosa, vertice et uno latere ad medium usque margine coriaceo cristata, 1-loc., abortu? 1-sp. Sem. erect. (Fl. ignot. — *Nov. Holl.*) . . . . Alectryon. Gaertn. †
2. — 3-4-sperma. Germ. 4-loc., loc. 2-ovulat., ov. suspens.? Stigma subsessile, 4-gonum. Stam. plerumque 8. Cal. 4-sepalus. — (*Ind. or.*) . . . . *Pierardia. Roxb.

C. Germinis loculi ovulis pluribus (nec 2-3 tantum) gravidi. (Genera dubiae affinitatis.)

I. Flores petaliferi, non involucrati. Sepala 5. Pet. 5. Stam. 8.

a. *Caps. 3-valvis.* Sem. magna. Germen 3-loc. (Arbores, fol. pinnatis.)

1. *Caps. magna, lignosa*, imperfecte 3-loc., 00-sp. Sem. complanata, undique alata, umbilico marginali. Embr. rectus. Pistill. excentrale. Styl. curvatus, stigm. sub-3-lobo. Discus irregularis, margine hinc longior et duplex, inde brevior et simplex. Pet. exappendiculata. Cal. 5-part., lobis inaequalib. (Fol. exstipul., abrupte-pinn., fl. racemoso-paniculat. — *America trop.*) . . . . . . *Magonia. St. Hil.
2. — *corticata*, 3-loc., 00-sp., valv. medio septiferis. Sem. aptera. Germ. 3-lob., loc. 8-ovul. Styl. crassus, stigm. capitato-3-lob. Antherae apice glandula auctae. Petala basi villosa, glandulis 5 ligulatis reflexis corniformibus flavis alterna. Sepala subaequalia. (Fol. exstip.?, impari-pinn., fl. racemosi, abortu polygamo-monoici. — *China boreal.*) . . . . *Xanthoceras. Bunge.

b. *Bacca carnosa*, globosa, 1-loc., 4-sp. Stylus filiform., stigm. obtusum. Petala nuda? sepalis aequalia. (Arbor, fol. simpl., integerrimis, fl. racemos. — *Cochinch.*) . . . . ? Eystathes. Lour. †

II. Flores apetali. Cal. 5-part., colorat., persist. Stam. 8. Germ. subrotundum. Styl. 1. Caps. baccata? pulposa, valvulis 3-4 revolutis dehiscens. Sem. 3-4, oblonga. (Arbor, fol. simpl. — *Antill.*) ? Valentinia. Sw.

✠✠ Folia opposita, simplicia.

a. *Flores ☿, completi.*

1. *Flores non involucrati.* Cal. basi inaequalis, profunde 5-lobus, lobis subinaequalib. Pet. 4, rarissime 5, intus supra basin squama profunde 2-fida cucullata apice cristata aucta. Discus incompletus, 4-lobus. Stam. 8, rarius 7-6, libera, cum pistillo excentralia. Germ. 2-lob., inter lobos stylum indivisum exserens, 3-loc., loculis 1-ovulatis. Sem. erect., exarillat. Embryo curvatus. (Arbusc., cirrhis et stipulis 0. Folia pelluc.-punct. Pedunc. axill. pauciflori. — *Chile.*) . . . . *Valenzuelia. Bert.
2. — *involucro 6-8-phyllo suffulti.* Cal. 6-8-dentat. Corolla 6-8-fida. Stam. 7-8, infra corollae lobos inserta. Styl. 1, stigm. 2-fido. Fructus 1-spermus. (Frut. scandens. Pedunculi axillar., fasciculati, flores umbellato-sessiles gerentes. — *Ind. or.*) . . . . ? * Symphorema. Roxb. †

b. *Flores polygamo-dioici, apetali.* Involucrum 0. Cal. 5-part. Stam. 8. Germ. subrotundum, pedicellatum. Stigma subsessile, 3-part., lobis reflexis. Caps. 3-valvis. Sem. solitar., stipitatum. (Arbusc., fol. integerr., racemis termin. — *Cochinch.*) . . . . ? Pedicellia. Lour. †

XLII. MALPIGHIACEAE.

A. Genuinae: Folia opposita, rarius verticillata, rarissime alterna, stipulis parvis saepissime munita. Calyx 5-divisus. Pet. 5, fere semper unguiculata, rarissime 0. Stam. 10, rarissime 6 v. 5 v. 1, filam. basi non appendiculatis plerumque plus minus monadelphis. Pistilla 3, rarissime 2 v. 4. Sem. fere omnium albuminosa.

I. Fructus carnosus indehiscens aut 3-coccus, apterus, nunquam samaroideus. Styli 3 distincti, rarius 2 in unum coaliti.

Stam. 10, omnia fertilia. Flores completi. Folia opposita. . . . . **Tribus I. MALPIGHIEAE. DC.**

A. Styli 3 distincti, rarius ima basi connati.

† *Ovaria plus minus inter se coalita.*

A. Fructus drupaceus, indehiscens.

a. Antherae immarginatae. Stam. ima basi monadelpha. Sepala basi saepissime glandulas 2, rariss. 0, gerentia. — (America trop.)

1. *Drupa 3- rarius 4-pyrena.* Stigmata crassiuscula, truncata aut uncinata. (Petioli 2-stipulati; pedunc. axill. 1-flori aut saepissime umbellati.) . . . . Malpighia. (L.) Rich.
2. — *endocarpio osseo 3-loculari.* Stigm. acuta. Stam. basi in annulum pilis longis hispidum connata. (Stipulae in unicam intraaxillarem connatae. Racemi axillar. v. termin.) . . Byrsonima. Rich. Adr. Juss.
3. — *? infera,* calycis lobis excrescentibus coronata, 1-sp. Germen 1-loculare?, ovulo solitario erecto. Styli 3 distincti, clavati, angulati, truncati. Stam. 10, distincta, perigyna, alterna filam. brevissimis. Pet. perigyna, sessilia. — (Ind. or.) . . . . . . ? * Ancistrocladus. Wall.

?*b. Antherarum margo prominulus.* Filamenta subulata (distincta?). Pet. concava. Calyx campanulat., 5-part., eglandulos. Fruct. ignot. (Corymbi terminal. — Arabia.) . . . . ? Caucanthus. Forsk. †

B. Fructus siccus, 3-loc., 3-coccus. Cal. saepissime eglandulos. Fl. plerumque racemosi.

1. Cocca ecristata, dorso longitudinaliter dehiscentia. Styli distincti. Stam. basi in cupulam coalita aut fere libera. Petala aequalia. — (America trop.) . . . . Galphimia. Cav.
2. Fructus calyce coriaceo ampliato inclusus, coccis subligneis, subtrigonis, indehiscentibus?, extus concavis et crista verticali per medium decurrente munitis. Styli basi connati. Stam. basi monadelpha. Pet. quintum (superius) caeteris longius unguiculat. lamina minore instructum. — (Brasil.) . . . . * Thryallis. Mart. (non L.)

†† *Ovaria 3, distincta,* depressa, juxta basin intus stylifera. Styli filiform., stigm. acutis. Ovula subhorizontalia. Fruct. ignot. Stam. libera, anth. 2-valv., valva externa (rarius utraque) in appendicem parallelam cristaeformem extensa. Sepala 2- v. eglandulosa. (Flor. umbellati v. fasciculati. — Brasil.) . . . . * Pterandra. Adr. Juss.

B. Styli 2-3 coaliti in unum indivisum aut apice 2-3-fidum.

Stigma depresso-peltat. aut 2-lob. Drupa 2- rarissime 3-pyrena (endocarpio coriaceo 2-loculari, ex Juss.). Stam. basi monadelpha. Cal. basi 8-10-glandulosus. (Racemi axill., simplices. — America trop.) . . . . Bunchosia. Juss.

II. Fructus siccus indehiscens, saepius alatus aut cristatus. Styli 3 (rarissime 2, v. Aspicarpa) in unum coaliti.

Stam. 10, v. 6 v. 5 v. 1, interdum quaedam sterilia difformia. Flor. nonnunquam apetali. . . . . **Tribus II. HIPTAGEAE. DC.**

A. Fructus nec alatus, nec cristatus,

abortu loculi unius irregularis, transversus, 1-spermus. Sem. exalbumin. Germ. subrotundum, semifissum, 2-loc. Stamen 1, inclusum. Pet. 0. Cal. connivens. (Frut. sarmentos., fol. oppos. exstipulatis. Fl. subsess., axill., fasciculat. — Nov. Hispan.) . . . . Aspicarpa. Rich.

B. — cristatus v. appendiculatus (non alatus).

1. *Germen poris 3 impressum.* Carpella 3, appendicib. 6 coronata. Stam. 10, alterna minora. — (Fol. inferiora verticillata, super. opposita. Fl. racemosi. — Madagasc.) . . . . Tristellateia. Pet. Th.
2. *Ovaria 3-4, distincta,* receptaculo conoideo stylifero inserta. Carpella 3-4 (v. abortu pauciora) dorso serialim muricato-cristata v. echinata. Stigma simplex. Stam. 6; 3 fere ad apicem usque, 3 basi tantum coalita. Anth. 2 (staminum lateralium subliberorum) steriles, in massam petaloideam contortuplicatam deformatae. Cal. 8-glandulos. — Occurrunt alii flores, abnormes, calyce egland., pet. 0, antherae unicae rudimento subsessili, stylo et stigm. 0 v. rudimentariis, carpellis 1-2 fertilibus. — (Fol. oppos. v. subalterna; fl. axill. solitar. v. umbellati v. corymbosi. — Brasilia.) . . . . Camarea. St. Hil.

C. Fructus conflatus e carpellis 3 (v. abortu paucioribus) alatis, samaroideis.

(Frutices saepe volubiles, fol. oppositis.)

a. Stam. 5, inaequalia, basi coalita; anth. nunc omnes fertiles subaequales, nunc 2 minores aut loculorum abortu et connectivo aucto difformes. Samarae inter se et cum receptaculo conico stylifero connatae, dorso superne productae in alam margine antico crassiorem, inferne crista breviore marginatae. Stigma capitat. Cal. 8-glandulos. — Alii flores abnormes similes ac Camareae. (Fl. umbell., racemos. v. solitar. — Mexico, Brasil.) . . . . . . Gaudichaudia. Kth.

b. — 6, omnia fertilia, in tubum irregularem coalita, anth. dorso villosis. Ovar. 3 distincta, receptaculo stylifero imposita. Stigma capitat. Samarae superne expansae in alam margine antico crassiorem. — Flor. abnormes nulli. (Umbellae in paniculam termin. congestae. — Brasil.) . . . . * Fimbriaria. St. Hil.

c. — 10, omnia fertilia, inaequilonga. — (Ind. or.; China.)

1. *Stam. alterna breviora;* filamenta persist., basi dilatata plana. Cal. eglandulos. Pet. margine integra. Germ. apice carinis v. alis 3 brevibus praeditum. Fruct. ignot., verisimiliter longe 3-alatus. . . . . * Platynema. Wight et Arn.
2. — *unicum caeteris multo longius.* Cal. basi 5-glandulos. Pet. inaequalia, fimbriata. Samarae abortu plerumque 2-1, inaequaliter alatae, ala se. parva s. carina alis lateralibus majoribus interjecta iisque parallela. (Flor. racemosi.) . . . . Hiptage. Gaertn.

MALPIGHIACEAE.

(Continuat.)

III. Fructus siccus, conflatus e carpellis 3 (1-2 saepe abortientibus) **indehiscentibus, 1-spermis, vario modo alatis** (rarissime apteris, v. Tricomaria). **Styli 3 distincti,** rarissime basi coaliti, aut nonnisi 2. Pet. 5. Stam. 10, fere semper omnia fertilia (cfr. Peixota et Stigmatophyllum). . . . . **Tribus III.** *BANISTERIEAE. DC.*

† Carpella alata, samaroidea.

A. Carpella singula toto margine ala membranacea cincta, ala apice basique plerumque emarginata, facie nuda aut alata v. cristata. Ovaria 3 introrsum connata, singula dorso cristato-3-gona. Styli rigidi, apice uncinato compresso hinc stigmatiferi. Cal. 8- v. eglandulos. Stam. 10, omnia fertilia, basi coalita, alterna breviora. (Fol. oppos. Racemi v. umbellae simpl. v. ramosae, saepe paniculatae. — *America, Africa, Asia trop.*) . . . . Hiraea. (Jacq.) Adr. Juss.

B. — singula alis pluribus distinctis praedita (nec toto ambitu membranaceo-marginata). Stam. ima basi monadelpha. (Folia opposita. Umbellae saepius paniculatae. — *America trop.*)

a. Stam. 10, quorum 5, quae calycis lobis opposita, *sterilia*, anth. loculorum abortu et connectivo in massam granulosam ampliato difformibus. Cal. 8-glandulos. Carp. dorso 3-alata, alis lateralib. brevibus, media longiore margine antico crassiore. Ovar. introrsum coalita. Stigmata capitellata, serius truncata. *Peixota. Adr. J.

b. — 10, *omnia fertilia*, basi subcohaerentia, alterna majora. Carp. subcoalita.

1. *Carp.* 3-*alata*, sc. apice in alas 2 oblongas, basi in unicam expansa, dorso interdum minute cristata; cristae alis breviores. Cal. 10-glandulos. . . . . Triopteris. L.

2. — 4-*alata* (alis superiorib. 2, inferiorib. 2 brevioribus) dorso praeterea membranaceo-cristata; cristae alis breviores. (Styli Hiraeae.) Cal. interdum subeglandulos. Petala denticulata. . . . . Tetrapteris. Cav.

C. Carpella 3, rarius 2, singula in alam unicam expansa.

A. Carpella apice (nec basi) 1-*alata*. Stam. basi plus minus monadelpha.

† *Styli basi in unum conicum coaliti*, apice revoluti. Cal. eglandulos. Pet. subsessilia. (Fol. ternatim verticillata, fl. racemosi. — *Ins. Antill.*) . . . . *Vargasia. Bert. †

†† — *ad basin usque distincti.*

a. Styli 3. Folia opposita, rarius ternatim verticillata, rarissime alterna.

* *Alae margine antico* (superiore) *incrassatae*. Ovaria coalita. Cal. 8-glandulos. Stam. monadelpha, connectivo crasso glandulaeformi. (Stipulae minutae, deciduae. Flor. umbellati.)

1. Stam. dissimilia, sc. 4 subinteriora (quae calycis lobis glanduliferis opposita) sterilia, minora; 6 subexteriora semper fertilia, alterna majora crassiora stylis opposita. Styli divaricati, apice extus in cucullum foliaceum expansi aut tantum compresso-dilatati, introrsum papilla stigmatica discolori praediti. (Folia rarissime alterna, saepe dentata v. lobata. — *Brasilia.*) . . . . *Stigmatophyllon. Adr. J.

2. — consimilia. omnia fertilia, connectivo interdum excrescente. Styli rigidi, apice uncinato compresso truncati et hinc stigmatiferi. Samarae quandoque latere muricatae. (Fol. integerr. — *Amer. et Afr. trop., Java, Timor.*) . . . . Banisteria. (L.) Adr. J.

** *Alae margine postico* (exteriore s. inferiore) *incrassatae*. Styli Hiraeae. Stam. alterna longiora. Pet. interdum carinata. Caet. fere omnino Banisteriae. (Fol. oppos., integerr. Umbellae racemosae v. paniculatae. — *America trop.*) . . . . Heteropteris. Kth.

b. Styli 2, filiformes. Folia alterna. — (*Sierra Leone.*) . . . . * Acridocarpus. (Guill. et Perrot.) Arn.

1. Samarae 2, alis margine postico incrassatis. . . . . *Anomalopteris. (DC.) G. Don.*
2. — — — — antico — Germ. in alabastro 3-loc., 3-alat., carpello uno deinde abortiente. Styli 2, ante anthesin circinnatim incurvati, longissimi, apice non dilatati subuncinati. Calycis lacinia una dorso 2-glandulosa. Filamenta basi dilatata subconnata. . . . . *Acridocarpus. Guill. et Perr.*

B. Carpella 3-4, pedicellata, singula basi in alam simplicem deorsum producta. (Flor. ignot. Fol. 5-foliolata. Racemi compositi, axillar. — *Java.*) . . . . ?*Tarrietia. Blume. †

†† **Fructus apterus, indehiscens,** (sicut germen) 3-lobus, 3-loc., lobis dorso penicillo longo denso horizontali pilorum fasciculatorum atropurpureorum (alarum loco) instructis. Styli 3, clavati, distincti, apice truncati. Stam. 10, basi monadelpha. Cal. 8-glandulos. (Frut. ramis spinescent., fol. oppos., fl. terminal. — *Chile.*) . . . . * Tricomaria. Gill.

B. Genus affine: Folia alterna, exstipulata. Calyx 4-5-lob., persist., lobis 1-(ex DC. 2-) glandulosis. Pet. 4-5, spathulata. Stam. 5-8, (8-10, ex Arn.) libera, basi squamula appendiculata. Germ. stipitat., 4-5-lob., lob. 1-ovulatis. Styl. 1, filiform., stigm. simplici. Drupae 4-5, v. abortu 3-1, subgloboso-compressae. Sem. exalbum., pendula. (Umbellae fructiferae longe pedunculatae, pendulae. — *Madagascar., Ind. or.*) . . . . ?Samadera. Gaertn.

XLIII. ACERINEAE.

A. Folia simplicia, saepe lobata.

1. **Ovarium unicum;** styl. simplex, stigm. obtuso. Samara parva, lenticularis anguste membranaceo-marginata, 1-sperma, in media bractea membranacea venosa decolori emarginata pedicello adnata sessilis. Sem. exalbuminosum. Cotyled. foliaceae. Calyx et Cor. in fl. ♀ 0. ♂: Cal. campanulat., 4-dentat. Pet. 4, unguiculata. Stam. 8, circum pistilli rudimentum in tubum connata, exteriora longiora. (Fol. indivisa, serrata, suprema saepe sub-alterna. Fl. paniculati, monoici. — *Napalia.*) — *Dobinea. HAMILT.

2. **Ovaria 2,** ventre axi adnata, 2-ovulata. Styli 0 v. 2 in brevissimum connati, stigm. 2 linearib, divaricatis. Samarae 2, ab axi persistente filiformi demum secedentes, dorso in alam oblongam, margine inferiore incrassatam patulam productae, 1-spermae. Albumen parcissimum. Cotyl. foliac. aut crassae. Cal. 5-, raro 4- v. 9-12-sepalus. Pet. totidem, raro 0, decolora, unguib. brevib. Stam. 8, rarius 4-7 v. 9-12, libera, disco annulari inserta; anth. mobiles in flor. ♀ effoetac. (Fol. saepe palmato-lobata. Fl. abortu polygami, raro dioici, racemosi, corymbosi, umbellati v. paniculati. — *Amer. bor., Europa, Asia extratrop.*) . . . . Acer. (L.) MOENCH.

B. Folia impari-pinnata.

Flor. dioici. Cal. minimus, inaequaliter 4-5-dentatus. Pet. 0. ♂: Fl. fasciculati, pedicellis filiformib. Antherae 4-5, sessiles, lineares. ♀ fl. racemosi. (Caet. Aceris. — *America bor, Mexico, Cochinchina?*) . . . . Negundo. MOENCH.

XLIV. ERYTHROXYLEAE.

1. **Calyx 5-partitus,** ima basi 5-angularis. Styli 3, a basi distincti, rarius basi aut ad medium usque coaliti. — (*Patria intra trop. diffusa, — excl.? Australia.*) . . . . Erythroxylon. L.

2. — **5-lobus.** Styli 3 in unum coaliti. Stigmata 3, distincta. — (*India orient.*) . . . Sethia. KUNTH.

XLV. HIPPOCRATEACEAE.

A. Genuinae: Stamina 3 (nec plura) sterilia 0; filam. plana, basi dilatata, libera. Discus hypog. calycis fundum occupans, germen cingens, inter petala et stamina expansus. Stylus brevis. Germen plus minus disco immersum, 3-loculare, locul. 2-00-ovulatis.

I. Antherae 1-loculares, apice transverse dehiscentes.

Calyx 5-partitus. Petala 5.

1. *Carpella samaroidea*, 3 (nisi abortu 2-1), 1-locularia, 2-valvia, valvis carinato-compressissimis. Sem. deorsum alata, sc. funic. umbil. late expanso. (Arb. v. frut., ramis cirrhoso-contortis scandentes. — *Patr. intra trop. diffusa, — excl.? Australia.*) . . . . Hippocratea. L.

2. *Bacca subglobosa*, 2-3-locularis, loc. abortu 1-spermis. Sem. ovoidea, mucilagine involuta. Stigma subsessile, sub-3-lobum. (Arb. v. frut., rarius scandentes. — *America trop.*) . . . . Tonsella. SCHREB.

II. Antherae 2-loculares.

?1. *Cal. 5-sepalus. Cor. rotata*, 5-fida. Caps. 3-locularis, loc. 00-spermis. (An Antherae vere 2-loc.?; filamenta linearia. — Flor. axillar., solitarii v. aggregati. — *Brasilia.*) . . . . Raddisia. LEAND. †

2. — *5-partit. Pet. 5-libera.* Antherarum loculi basi divaricati, longit. dehiscentes. Stigma sub-3-lobum. Fruct. carnosus, indehisc., abortu saepe 1-locular., loc. 1-spermis. Sem. aptera, pulpa involuta. (Caet. Tonsellae. — *Asia et Africa trop. — Brasilia?*) . . . . Salacia. L.

B. Dubiae s. anomalae: Stamina 5 v. plura. (Discus hypog. similis ac in Hippocr. veris. Germ. 3-loc. — Folia opposita, 2-stipulata. Flor. paniculati.)

1. *Stamina 5-10, basi irregulariter connexa* (nonnulla sterilia), anth. 1-locular. Caps. 3-gona, 3-valvis, 00-sperma. Cor. irregularis, fere papilionacea; pet. 5, basi lata, superius fornicatum, inferiora 2 in carinae formam connexa, 2 lateralia alas simulantia. Semina lanuginosa. (Frut. sarmentosi, fol. integris. — *America trop.*) . . . . ? Trigonia. AUBL.

2. — *5, libera*, omnia fertilia, anth. 2-locul. Stylus 3-sulcus, demum 3-partibilis. Bacca 6-9-sperma, stylis cuspidata. Cor. 5-petala, regularis. (Arbor., fol. serrulat. — *Mexico.*) Lacepedea. KUNTH.

XLVI. ? CORIARIEAE.

(Genus unicum. Char. idem ac ordinis.) . . . . Coriaria. L.

GERANIOIDEAE. (*Classis.*)

A. Stipulae manifestae, foliaceae v. membranaceae.

I. Stam. indefinite numerosa, hypogyna; filam. omnia fertilia, vix ima basi monadelpha, inaequalia, alterius lateris longiora et validiora; anth. lineares, basifixae. Pet. 5, aequalia? Cal. profunde 5-part., lacin. subaequalib. Germ. 3-loc., placentis angulo interno affixis 00-ovulatis. Stylus simpl., decid.; stigma terminale simplex. Caps. baccata?, 3-loc., loculicide-3-valv.?, 00-sp. (Herba; fol. altern., digitato-lobat.; stipul. linear.; racemis termin., oppositifol., bracteat. — *Mexico.*) . . . . . . ?*Euryanthe. Cham. et Schl.

II. — definita, 10, rarius 15, (nonnulla saepe sterilia) 1- v. 00-adelpha, rarius libera. Anth. versatiles. Sep. 5, basi plus minus connata. Pet. 5, v. abortu pauciora, saepe inaequalia. Ovaria 5, receptaculo centrali elongato columnaeformi basi adnata, singula 2-ovulata, ov. superpositis. Styli 5, columnae sulcis impliciti, stigm. divergentib. Carp. 5, membranacea, 2-valvia, 1-sperma, a columna demum soluta et ex ejusdem apice ope stylorum persistentium et varie tortorum pendula. Sem. exarillata, exalbuminosa.

XLVII. GERANIACEAE.

I. Stamina 15, aut 1-serialia 5-adelpha, aut 10-serialia monadelpha, omnia antherifera, aequalia. Flor. regulares, calyce et corolla 5-meris. (Fruct. Geranii. — *Cap. b. sp.* — *Monsonia. L. DC.*)

a. Stamina 2-serialia, serie exteriore 10-andra, breviore, interiore 5-andra basi monadelpha. Stigma 5-lobum, lobis conniventib. margine convolutis. (Caul. fruticos., crassus, carnos., spinosus. Fol. alterna.) . . . . . . Sarcocaulon. (DC.) Klotzsch.

b. — 1-serialia, 5-adelpha, phalang. 3-andris. Stigmatis lobi patentes. (Caules herbacei inermes.)

1. *Petala apice truncata, crenata.* Pedunculi 1-flori bracteis 2, aut 2-flori bracteis 4 suffulti. (Folia opposita.) . . . . . . Olopetalum. (DC.) Kl.
2. — — *inciso-dentata.* Pedunc. 1-flori, bracteis 6-8 verticillatis suffulti. (Folia alterna.) . . . . . . Monsonia. (L. fil.) Kl.

II. Stamina 10, bi- v. uniserialia, basi plerumque monadelpha, saepius inaequalia et partim castrata.

a. Calyx in tubum nectariferum non productus, regularis. Pet. 5, raro inaequalia. Glandulae 5, cum staminib. exteriorib. petalisque alternantes, stamina seriei interioris basi stipantes. (Herbae v. suffrut., fol. oppos. v. alterna. — *Patria diffusa.* — *Geranium. L.*)

1. *Petala aequalia.* Stam. omnia fertilia (rarissime exteriora castrata). Carpellorum aristae intus plerumque glabrae. (Fol. palmato-lobata. Pedunc. 1- v. 2-flori.) . . . . . . Geranium. (L.) L'Her.
2. — *saepe inaequalia.* Stam. 5 exteriora, quae petalis opposita, castrata. Carpellor. aristae intus plerumque barbatae. (Fol. palmato- v. pinnato-lobata, rarius indivisa. Pedunc. plerumque 00-flori.) . . . . . . Erodium. L'Her.

b. Calycis 5-partiti sepalum superius basi calcaratum, calcare (tubo nectarifero, auct.) *deorsum pedicello adnato.* Pet. 5, rarius 4 v. 3, fere semper plus minus inaequalia aut asymmetrice disposita. Gland. hypog. 0. Stam. 10, inaequalia, quorum 8-0 castrata. Fruct. Erodii. (Frut. v. suffrut., quidam carnosi, fol. oppos. v. altern., palmato- v. pinnato-lobat., rarius indivis. Fl. saepissime umbellati. — *Africa austr., Nov. Holl.*) . . . . . . Pelargonium. L'Her.

B. Stipulae nullae.

✤ Flores regulares.

I. Petala nulla. Sep. 5, aequalia. Stam. 10, libera, omnia fertilia. Stylus brevissimus, stigmat. 5, longis, crassis. Germ. 5-loc., loc. 2-ovulat., ov. in placent. central. pendulis. Caps. stylo elongato rostrata, 5-cocca, coccis axi adnatis tarde solubilibus apice caudatis intus longitudinaliter fissis, 1-spermis. Embr. rectus, in axi endospermii (albuminis, ex DC.) carnosi inversus. (Frut. ramulis 4-gonis spinescentib., fol. oppos., integris v. 3-fidis, fl. fasciculat. — *Peruvia.*) ?Rhynchotheca. R. et Pav.

II. — 5, rarius 4, nunquam 0.

A. Stamina petalorum numero aequalia, saltem non plura. (Cfr. infra Averrhoa.)

XLVIII. LINEAE.

Sepala 3-5, persistentia. Pet. 3-5, cum staminum basi et interdum inter se subcoalita. Stam. basi breviter monadelpha, petalis alterna, dentibus (filamentor. steril. rudimentis?) saepe interjectis. Anth. 2-loc., rimis 2 longit. dehisc. Germ. subglobos., loc. sepalor. numero aequalib., raro paucioribus. Styli totidem, distincti, rarius semicoaliti, stigm. capitatis. Caps. 3-5-loc., loculis apice 2-valvib., singulis dissepimento spurio incompleto 2-locellatis, locellis 1-spermis. Sem. pendula. Albumen 0 v. parcum, v. endopleura carnosa. Embr. rectus, oleosus. (Herbae v. frut., fol. altern., rarissime verticillata, simpl., integerr., basi saepe 2-glandulos. Inflor. terminal. — *Patria diffusa.*) . . . . . . Linum. L.

1. Sepala (fere libera) petala et stamina numero quinario. Pistilla interdum pauciora. . . . *Linum. Gmel.*
2. — — — — et pistilla numero quaternario. . . . . . *Radiola. Gmel.*

B. Stamina petalorum numero dupla, (rarius in Averrhoa aequalia).

† *Stamina squamis ad filamentorum basin destituta.*

a. Styli 5, conspicui, distincti.

XLIX. OXALIDEAE.

Stam. 10, alternis brevioribus, rarius 5; filam. basi in annulum brevem coalita, rarius (in Biophyto) libera. Fruct. 00-loc., loc. 00-spermis. Sem. superposita, integumento exteriore arillaeformi. Albumen cartilagineo-carnosum. (Folia alterna, composita.)

1. *Fructus baccaceus,* oblongus, 5-sulcat., 5-loc., loc. oligospermis. Styli persistentes, stigm. minutis capitatis. Petala medio leviter connexa, unguibus liberis. Stam. raro 5, saepissime 10 et tunc aut omnia fertilia aut 5, quae petalis opposita, sterilia et breviora. (Arb., fol. altern., impari-pinnat., foliolis alternis, fl. racemoso-paniculat. — *Ind. or., alibi intra trop. cult.*) . . . . . . Averrhoa. L.
2. — *capsularis,* plerumque 5-gonus. Stam 10, filam. quandoque dentatis. (Herbae acaules v. caulescentes, rarius suffrut., fol. palmato-1-5-foliolatis v. pinnatis, fl. pedunculat. solitar. v. umbellat. — *Patria diffusa.*) . . . . . . Oxalis. L.

α. Stigmata penicillata v. capitata. Stam. basi breviter monadelpha. Folia varia, nunquam? abrupte-pinnata. . . . . . *Oxalis. DC.*
β. — saepe emarginato-2-fida. Stam. libera. Fol. abrupte-pinn., foliolis 00-jugis oppositis. . . . . . *Biophytum. DC.*

GERANIOIDEAE.

(Continuat.)

B. ** II. B. †

b. Stigma sessile v. subsessile, magnum, 3-5-lobum.

* L. LEDOCARPEAE.

Cal. bracteat., sepalis 5, basi saepe coalitis. Pet. 5, vix unguiculata. Stam. 10, aequalia, basi breviter aut vix monadelpha. Germ. 3-5-loc., loculis 00-ovulat., ov. receptaculo centrali affixis. (Frut., foliis 2-3-fidis, plerumque oppositis, flor. flavis. — *Chile.*)

1. *Calycis bracteolae* 10, *lineares.* Germen 5-loc. Stigma sessile, 5-lob., lobis erectis margine reflexis. Caps. vestita, 5-loc., apice loculicide 5-valvis, loc. 00-spermis. Sem. minuta, marginata; albuminosa. (Fol. alterna v. oppos., fl. terminal., solitar., magni.) . . . . *Balbisia. Cav. (non Willd.)
2. — — 5-6, *lineari-cuneatae*, basi connatae. Germ. 3-loc. Stigma subsessile, 3-partit., lobis acuminatis crenatis coriaceis subtus hirsutis. Fruct. ignot. (Fol. opposita, fl. axill. et termin., saepe terni.) . . . . *Wendtia. Meyen.

†† *Stamina exteriora* (quae sepalis opposita) *squamulis 5 hypogynis peltatis basi stipata, filamentis omnibus distinctis.*

* LI. VIVIANIACEAE.

Sepala 5 coalita. Germen stipitatum, 2-3-loculare, placent. central. Ovulorum numerus definitus. Styli in unum connati, aut 0, stigm. 2-3-partito v. sessili. Caps. 2-3-loc., loculicide dehiscens, loc. 1-2-spermis.

a. Stylus 0 *aut brevissimus. Germ.* 3-*loc., loculis* 2-*ovulat.*, ovulo superiore adscendente, inferiore pendulo. Caps. 3-loba, 3-loc., 3-valvis. Albumen crassum, carnosum. Embryo curvatus, cotyled. angustis. Stam. 10, filam. filiformib.

1. Calyx campanulatus 5-dentat., angulat., 10-costatus. Pet. 5, unguiculata, scariosa, persistentia. Stam. filam. basi 2-glandulosis. Stylus brevissimus, stigm. 3 linearib. dorso sulcatis. Caps. subrotundo-ovalis, semi-3-valvis, loculis 2-spermis. (Suffrut., fol. opposit, cymis terminal. — *Chile.*) . . . . *Viviania. Cav.
2. — 5-fidus. Pet. . . . . . Stam. interiora breviora, externa glandulis 5 anteposita. Styli 3, intus stigmatosi. Caps. obcordato-3-loba, loculis abortu 1-spermis. Sem. adscendens. (Herbae dichotomae, fol. oppos. et verticillat., fl. ternatis. — *Brasilia.*) *Caesarea. Cambess.

b. Stylus conspicuus, filiformis. Germinis loculi 1-*ovulati*, ov. pendulis. Calycis lobi acuminati. Pet. unguiculata. Stam. interiora breviora, exteriora longiora squamis obcordatis petalis alternis anteposita; filam. filiform.; anth. breves. (Fol. opposita, crenata. — Caps. et sem. ignot.)

1. Calyx infundibuliformis, 5-fid. Pet. 5, persistentia. Stam. 10; squamae 5. Germ. obovat., 3-loc. Stigmata 3, linearia, divaricata. — (*Chile.*) . . . . *Cissabryon. Kze.
2. — campanulat., 4-fid. Pet. 4, decidua. Stam. 8; squam. 4; anth. sagittatis. Germ. subcompressum, 2-loc. Stigmata 2, longa, linearia. (Pedunc. axillar. — *Brasilia.*) . . . . *Linostigma. Klotzsch.

** Flores irregulares. Calyx calcaratus, plerumque coloratus corollinus. Sem. exalbuminosa.

A. Organorum floralium verticilli isomeri, singuli 5-meri.

LII. BALSAMINEAE.

Sepala 5, aut abortu 3, distincta, imbricata, intimum (axin inflorescentiae spectans) maximum, calcaratum, 2 exteriora minima aut deficientia. Cor. 5-petala, aut coalitione 3-petala, aestiv. convoluta. Stam. 5, petalis alterna, filam. apice connatis, anth. basi invicem coalitis aut liberis. Pistilla 5, coalita, germ. 5-loc., stigm. 5 sessil. acutis. (Herbae fol. saepius serrat., pedunc. 1-00-flor., axillar.)

1. *Sepala abortu plerumque* 3. Corolla (petalis 4 interiorib. per paria coalitis) pseudo-3-petala. Antherae rimis longit. dehiscent. Germinis loc. 3-4-ovulata. Caps. elastice 5-valvis, matura saepe spurie 1-loc. (Fol. alterna, rarius opposita. — *Patria diffusa, excl.? Australia.*) . . Impatiens. L.
   α. Sepala 2 exteriora (sc. respectu axeos infloresc.) plerumque abortiva. Stigm. distincta. Caps. valvae apice introrsum inflexa. Cotyled. crassae. *Balsamina. Riv. DC.*
   β. — — — squamuliformia. Stigm. coalita. Caps. valvae a basi extrorsum revolutae. Cotyled. planae. . . . . *Impatiens. Riv. DC.*
2. *Sepala* 5, *colorata.* Pet. 5 libera, quinto fornicato. Antherae apice dehiscentes. Fruct. drupaceus, 5-angulat., 5-loc., loc. 1-sperm., endocarpio osseo. (Fol. altern. — *Ind. or.*) *Hydrocera. Blume.

B. Organorum floralium verticilli anisomeri.

LIII. TROPAEOLEAE.

Calyx 5-partit., calcaratus, aestiv. imbricat. v. valvatus. Pet. inaequalia, libera, calycis lobis alterna. Stam. 8, ima basi submonadelpha. Pistilla 3, coalita. Fructus loculi 1-spermi. Sem. magna, cotyled. rectis crassis demum conferruminatis. (Fol. altern., peltinervia, saepissime lobata. Pedunc. axillar.)

1. *Sepala 3 superiora conjunctim in calcar longum producta.* Pet. 5, rarius 2; superiorib. 2 semper perigynis, inferiorib. subperigynis interdum abortientibus. Styli in unum 3-striatum connati, stigm. 3 acutis. Caps. 3-cocca. (Herbae v. suffrut. volubil., fol. peltatis, profunde divisis, rarius subintegerrimis. — *Peruvia, Chile, Brasil. merid., Mexico.*) . . . . . . Tropaeolum. L.
2. *Calycis laciniae* 2 *profunde distinctae*, reliquae 3 in lobum apice 3-dentatum coalitae. Pet. 5. Fruct. alatus, abortu 1-loc., 1-spermus. Sem. ignot. (Herba, fol. 3-partitis. — *America austr.*) . . . . Magallana. Cav.

RUTACEAE. (*Classis.*)

A. Folia opposita (rarissime alterna) simulque stipulata. (Fl. ☿. Endocarpium a sarcocarpio non solubile.)

LIV. ZYGOPHYLLEAE.

† **Genuinae:** *Folia opposita* (rarius, sc. in Plectrocarpo et nonnunquam in Ehrenbergia, alterna).

I. Stylus apice incrassatus, rarius 0. Fruct. 5-00-coccus, coccis ab invicem solubilibus, singulis non dehiscentib., extus tuberculatis cristatis v. spinosis. Sem. exalbuminosa. (Fol. abrupte-pinnata. Pedunc. axillar., 1-flori.)

a. Carpella 5, singula septis oblique transversis in locellos 2-4 superpositos 1-spermos divisa, dorso tuberculata spinosa aut cristato-alata. Styl. 0 aut ad carpellorum rostrum breve reductus, stigm. magno 5-costato. Germ. basi saepe urceolo 5-dentato aut squamulis 5 cinctum. Cal. 5-part., interdum decid. Pet. 5. Stam. 10, filam. nudis, alternis 5 (sepalis oppositis) basi glandula stipatis. — (*Patria diffusa, excl.? Australia.*) . . . . Tribulus. Tourn. Scop.

b. — 10-12 (nisi abortu pauciora), 1-locularia, 1-sperma. Stylus manifestus, stigmatis parvi latitudine longior. Stam. plus minus inaequilonga.

1. *Carpella* 10, *rarius pauciora, dorso tuberculata.* Stam. 10. Calyx persist. (Caet. Tribuli. — *America trop.*) . . . . *Kallstroemia. Scop.

2. — 10-12, *dorso obiter cristata*, compressa, ventre longitudinaliter sulcata, circa receptaculum centrale umbraculiforme verticillata. Stigma subclavatum, subemarginat., verticaliter striat. Stam. 10-12. Sepala 5-6, persist. Pet. 5-6. (Caetera Tribuli. — Folia partim alterna. — *Brasilia.*) . . . . *Ehrenbergia. Mart.

II. Stylus apice attenuatus (in sola Anatropa clavatus). Fructus loculi ipsi plerumque dehiscentes, 1-loculares, dorso laeves, nisi abortu rarissime 1-spermi. Albumen corneo-cartilagineum.

A. Flores apetali. Calycis lobi aestiv. valvati. Stam. 5, sepalis opposita, filam. subulatis nudis. Germinis loculi 1-ovulati. Styli 5, ad basin usque distincti. Caps. 5-loc., basi dehiscens (in cocca 5 solubilis, ex Desne) loc. 1-spermis. (Habitus Zygophylli. Fol. 3-foliolata. — *Africa.*) . . . . *Seezenia. R. Br.

B. — *completi.* Germinis loculi pluriovulati.

I. Flores 5-meri, sc. Sepala 5, pet. 5, stam. 10, (rarissime 9), fructus e carpellis 5 conflatus.

* *Semina in singulis loculis 2 v. plura biserialia.* Caps. 5-gona v. 5-ptera, loculicide 5-valvis, rarius in cocca 5 solubilis. Calycis lobi subinaequales. Pet. unguiculata. Stam. subinaequalia, filam. basi squamam adnatam apice liberam gerentibus. (Fol. 2- v. rarissime 1-foliolata. Pedunc. lateral., 1-flori. — *Africa, Arab., Syria, Tauria, Sibiria, — Mexico?*) . . . . Zygophyllum. L.

** — *in quoque loculo abortu solitaria.* Cal. 5-part. Pet. unguiculata.

a. Staminum filamenta basi squamis 2-fidis adnata. Germ. 5-sulcum, 5-loculare. (Flor. axillares.)

1. Stam. 10 et *squamae inter se aequalia.* Calycis lobi inaequales. Germ. breviter stipitat., loculis 5-6-ovulatis. Stylus 5-gonus, acutus, demum 5-fidus. Fruct. 5-angulat., solubilis in nuces 5 evalves ecalcaratas. (Fol. pinnatisecta, 2-fida v. 2-partita. — *America trop.*) . . . . Larrea. Cav.

2. — 9, *aequalia. Squamae inaequales*; suprema carnosa, magna, duplicato-laminata, filamentum subaequans. Germinis loc. 2-ovulati. Stylus brevis, 5-gonus, acutus. Caps. 5-angulata, indehisc., carpellis dorso inferne calcare longo subulato deflexo armatis. Calycis lobi subinaequales. (Fol. alterne fasciculata, impari-pinn., foliolis 4-5-jugis. Spinae axillares 4-partitae. — *Amer. trop. — occid.*) . . . . *Plectrocarpa. Gill.

b. Stam. 10, *filam. basi nudis.* Stylus basi germini continuus, apice acutus. (Pedunculi inter stipulas folior. oppositorum nati, 1-flori.)

1. Germ. 2-5-angulat., 2-5-loc., loculis 8-ovulatis. Styl. brevis. Caps. substipitata, subcarnosa. Sem. pendula, laevia. Calycis lobi inaequales. (Arbor., fol. abrupte-pinn., foliol. 1-7-jugis. — *Ind. occid., Australia?*) . . . . Guajacum. Plum. Adr. Juss.

2. — 5-loc., loc. 2-ovulat. Stylus elongat. Caps. sessilis, membranacea, 5-cocca, coccis 2-valv. Sem. erecta, scabra. Calycis lobi subaequales. (Frut., stipulis saepe spinescentib., fol. 3- rarius 1-foliolat. — *Europa austr., Africa bor., Arab., Pers., Ind. or.*) . . . . Fagonia. Tourn. Adr. J.

II. Flores 4-meri, sc. calyx 4-part. v. 4-dentat. Pet. 4. Stam. 8 v. 4. Fruct. 4-locular.

a. Stam. 8. Calyx 4-partitus. Germen 4-sulcum.

1. *Stam. basi squamulam gerentia* filamento adnatam apice breviter liberam emarginatam. Germen gynophoro brevi crasso suffultum, squamulis nullis cinctum, loculis 4-ovulatis. Stylus apice 4-fid. Fruct. carnos., globoso-4-lobus. Sem. laevia. Album. densum. (Frut., fol. abrupte-pinn., foliol. 7-8-jugis. — *Chile, Peruvia.*) . . . . Porlieria. R. et Pav.

2. — *basi nuda.* Germ. sessile, squamulis 4 calycis lobis antepositis basi cinctum, loculis 2-ovulat. Styl. et stigma 4-sulc. Caps. 4-angulata, angulis in alam membranac. reticulato-venosam expansis. Sem. scabra. Albumen tenue. (Frut., habitu Zygophylli, fol. 2-foliolat. — *Nov. Holland. occid.*) . . . . *Roepera. Adr. J (non Spr.)

b. Stam. 4, filam. nudis, subcompressis. Cal. 4-dentat., aestiv. valvat. Styl. brevis, clavatus, stigm. simplici turgescente. Caps. carnosa, obtuse 4-gona, depressa, planiuscula, loculicide 4-valvis, septis crassis, loculis 4-5-spermis. (Planta tenella, succulenta, foliis primis oppositis integris, caulinis alternis pinnatifidis; flor. subspicati. — *Aegypt.*) . . . . *Anatropa. Ehrbg.

†† **Spuriae,** s. genera Zygophylleis affinia, *foliis alternis.*

A. Stamina petalorum numero aequalia aut pauciora.

1. *Flores regulares.* Cal. campanulat., 5-fid. persist. Pet. 5, linearia, aestiv. contorta. Stam. 5, libera, nuda, aequalia, filam. planis, antheris setaceis 4-locular. apice fissis. Germ. stipitat. Styli 5 in unum coaliti, stigm. capitato. Caps. ovata, obtuse 5-gona, 5-loc., 5-valv. (5-cocca?) loc. 00-spermis superne dehiscentibus. (Herbula tenerrima, fol. setaceo-linearib. apice dentatis, pedunc. geniculatis. — *Arabia.*) . . . . *Trichanthera. Ehrbg.

2. — *irregulares.* Cal. 5-part., lobis inaequalib., infimo remoto breviore deorsum cucullato-gibbo glandulam melliferam intus fovente. Pet. 5, calyce breviora, ligulaeformia; 4 inferiora declinata, medio inter se cohaerentia apice basique libera; quintum minimum, saepe deficiens. Stam. 4; 2 superiora libera, 2 inferiora breviora, basi connata, germini glandulaeque interposita. Styl. apice attenuatus, stigm. sub-4-fido. Caps. membranac., 4-alata, 4-loc., loc. abortu 1-spermis. (Frut. fol. impari-pinn., foliol. dentatis, fl. racemosi, infimi, fide Vahl., saepe apetali staminib. 2 castratis. — *Cap. b. sp.*) . . . . Melianthus. Tourn.

B. Stamina petalorum numero dupla.

1. *Cal.* 4-*partit. Pet.* 4. Stam. 8, libera? Stylus 1, stigm. peltato-hemisphaerico. Caps. alato-4-gona, 4-loc., 4-valv., valvis carinatis, loculis 2-spermis. Sem. arillo carnoso involuta. (Fol. impari-pinn. an stipulata?, foliol. 6-jugis. Pedicelli gemini 1-flori. — *Mexico.*) . . . . Chitonia. Fl. Mex. DC.

2. — 5-*sepalus* (ex Ledeb. subbilabiatus). *Pet.* 5. Stam. 10, filam. basi dilatat. (ex Ledeb. in tubum brevissimum monadelpha). Gland. sphaeroideae staminibus seriei exterioris interpositae, petalis antepositae. Ovaria 5, basi apiceque distincta, medio inter se cohaerentia, singula ex interiore margine inferne stylum filiformem emittentia. Styli stigmate unico cupulaeformi 5-crenato summo apice conjuncti (serius omnino liberi?). Utriculi 5, 1-spermi. (Herba, fol. impari-pinnatisectis, lobis dentat. v. subpinnatifidis. Racemi terminal., simpl. — *Persia, Himalaya, Altai.*) . . . . Biebersteinia. Steph.

3. — 5-*part. Pet.* 5, linearia. Stam. 10, filam. liberis, subulatis. Discus glandulos. germen cingens. Styl. brevis, stigm. truncato. Germ. 5-loc., 5-ovulat. Drupa ovoid., acuta, abortu 1-loc., 1-sp., nucleo lignoso 5-gono. (Arb., fol. 2-foliol., spinis axillarib., fl. pedunculat. aggregat. — *Africa.*) . . . . Balanites. Delil.

RUTACEAE.

(Continuat.)

B. Folia nunquam simul opposita et stipulata (plerumque alterna, exstipulata).

† **Flores** ☿ (rarissime abortu unisexuales, cfr. Empleurum).

I. Flores regulares. Petala distincta. Germinis loculi 2- v. 4-20-ovulati. Fruct. capsularis, sarcocarpio ab endocarpio non solubili, 4-5-lobus, lobis apice et introrsum dehiscentib., rarius caps. loculicide 3-valvis. Fol. alterna, rarissime (sc. in solo Pegano) stipulata, aut (cfr. Cyminosma) opposita.

LV. RUTEAE.

A. Stamina petalorum numero tripla, (sc. 15, quorum nonnulla abortiva). Cal. 5-part., lobis oblongo-linearib. integris v. pinnatifidis. Pet. 5, subaequalia, integra. Germ. breviter stipitat., 3-loc. Stylus apice clavato-3-gonus, demum spiraliter tortus. Discus hypog. brevis, cupulaeformis. Caps. 3-sulca, loculicide 3-valvis. (Herbae eglandulosae, tamen graveolentes, fol. alternis, pinnatifid., rarius indivisis, stipulatis, epunctat. — *Europa austr., Ind. or.*) . . . . Peganum. L.

B. — petalor. numero dupla, alterna (quae petalis opposita) caeteris breviora. (Calyx 4-5-part., brevis. Stirpes graveolentes, glandulis conspersae. Folia exstipulata, pellucido-punctata.)

a. Fructus capsularis, 4-5-lobus, lobis apice introrsum dehiscentib. Ovaria 4-5, axi centrali adnata simulque inter se partim coalita, gynophoro stamina petalaque basi gerenti imposita. Styli 4-5 ex ovarior. angulo interno nati, statim in unum coaliti. (Folia alterna. Fl. corymbosi v. subracemosi. — *Ruta. L. DC.*)

1. *Organa floralia* 5- *rarius* 6-*mera*. Petalorum lamina plana, integra. Filamenta basi dilatata et intus villosa. Antherae glandula minuta terminatae. Stylus apice dilatatus, stigm. capitat., 5-sulco. Ovaria 2- raro 4-ovulata. Pori in disco nulli. (Fol. simplicia, integra, — caet. Rutae. — *Patria diff., excl. America et Australia.*) . . . . *Aplophyllum. Adr. Juss.

2. — *flor.* 4-*mera*. Filamenta subsubulata, glabra; anth. absque gland. terminali. Stylus apice attenuatus. Discus hypog. poris 8 nectariferis in orbem dispositis impressus. (Fol. pinnatifida.)

α. Petalorum lamina fornicata, margine dentato v. fimbriato v. undulato. Ovaria sessilia, 6-12-ovulata. Stigma 4-sulcum. (Flor. terminales plerumque 5-meri. — *Patria diffus. — excl. America et Austral.*) . . . . Ruta. (L.) Adr. J.

β. — (4.) lamina plana, integra, oblonga. Ovaria et carpella imposita stipiti filiformi filamenta subaequanti, e disco cupulaeformi brevi longe exserto. (Caet. Rutae. — *Ind. or.*) *Boenninghausenia. Rchb. (non Spr.)

b. Fructus baccaceus v. drupaceus, 4-loc., loc. 1-spermis. Germinis loculi 2-ovulati. Discus germen cingens et cum eo coalescens. Calyx brevis, 4-fid. (Fol. opposita, rarius alterna, simplicia, integra. Fl. corymbosi. — Frut. v. arb. glandulosae. — *Ind. or., Austral.?*) . . . Cyminosma. Gaertn. Nob.

1. *Petala oblonga, rotato-conniventia*. Styl. erectus, stigm. 4-gono. Drupae exsuccae. **Acronychia. Blume.*

2. — *angusta, apice revoluta*. Styl. brevis, stigm. 4-sulcato. Fruct. baccaeformis, sarcocarpio carnoso crasso, endocarpio tenui crustaceo (ex Arnott crasso, osseo). *Cyminosma. Gaertn.*

II. Flores regulares aut irregul. Petala libera aut coalita, raro 0. Germinis loculi 2- v. rarissime 4-ovulati. Fruct. capsularis, carpellis 5-1, distinctis, rarius coalitis; endocarpium a sarcocarpio introrsum dehiscente 2-valvi omnino solubile, ipsum 2-valve, valvis basi hiantibus et membrana seminifera connexis. Albumen carnosum aut 0. Fol. exstip., oppos. aut alterna.

LVI. DIOSMEAE.

A. AUSTRALASICAE: Flores regulares. Petala libera, rarissime coalita. Stam. hypogyna, sterilia nulla. Albumen carnosum. Cotyledones lineares radicula recta breviores.

* *Involucrum commune flores cingens multipartitum, laciniis imbricatim 3-serialibus.* Calyx 0. Pet. squamuliformia, interdum quaedam abortiva. Stam 10, alterna (quae petalis opposita) breviora. Ovaria 5, gynophoro depresso inserta. Fruct. 5-capsularis. (Folia alterna, simplicia.) . . . . Diplolaena. R. Br.

** — *nullum.*

I. Petala 4, *in tubum conniventia aut coalita*. Stam. 8, filam. glabris. Ovaria 4, gynophoro brevi imposita. Stigma 4-lob. Fruct. 4-capsularis. (Fol. opposita, simplicia. — *Correa. Sm., DC., Adr. J.*)

a. Pet. vere coalita in corollam tubulosam, limbi dentib. 4 erectis. Calyx subintegerrimus. (Flores penduli.) . . . . *Antomarchia. Colla.

b. — libera v. basi tantum connata aut approximata et corollam basi tubulosam mentientia, limbo patente. Calyx 4-dentat. (Flor. erecti.) . . . . Correa. (Sm.) Colla.

II. Petala distincta.

A. Petala 5.

† Stamina 10, alterna, quae petalis opposita, breviora. Discus hypog. 0. Ovaria 5. Styli 5, mox in unum coaliti. Fruct. 5-capsularis. (Folia alterna, simplicia.)

a. Staminum filamenta in tubum coalita, superne libera hirsuta, anth. brevissime appendiculatis. Ovaria cum gynophoro continua. Styli ex ovarior. angulo interno orti, stigm. capitellato, 5-sulco. Calyx 5-part. . . . . Philotheca. Rudge.

b. — filam. libera.

1. — — *glabra*. Antherae non appendiculatae. Cal. 5-fid. v. dentat., saepe minutissimus. Pet. patentia. Gynophor. breve. Ovaria glabra aut squamulis pilisve densis tecta. Stig. 5-sulcum. (Caet. Philothecae.) Phebalium. Vent. DC.

2. — — *ciliato-hispida*. Antherae apice appendiculatae. Ovaria 5, glabra, gynophoro disciformi imposita. Calyx 5-partit.

α. Antherarum appendicula longa, fere subulata, acuta, barbata. Filamenta in tubum approximata, tamen distincta. Styli ex ovariorum apice orti. Caps. 1-spermae. . . . . Crowea. Sm.

β. — appendicula brevis, glabra, obtusa. Styli ex ovarior. angulo interno orti. Caps. 1-2-spermae. . . . . Eriostemon. Sm.

†† Stamina 5. Calyx 5-part. Pet. patentia v. recurva. Discus hypog. carnosus, planus, brevis, 5-sinuosus. Germ. 5-loc. Styl. brevis, stigm. capitato. Caps. 5- v. abortu 4-1-cocca. Sem. albumin. (Fol. altern., simpl., flor. cymoso-paniculat.) *Geyera. Schott.

B. Petala 4. Cal. 4-part. v. 4-fid. Antherae cordiformes, saepius apice breviter appendiculatae. Ovaria 4, glabra, gynophoro disciformi imposita aut (in Zieria) semiimmersa. Fruct. 4-capsularis. (Folia opposita.)

1. Stamina 8, filam. ciliato-hispida v. tuberculata, saepius apice dilatata et processu filiformi brevissimo antherifero terminata, basi nuda. Styli ex ovarior. apice orti, stigm. 4-sulco aut capitato. (Fol. impari-pinnata aut simplicia.) Boronia. Sm.

2. — 4, filam. glabris, basi intus glandula stipatis. Styli ex ovarior. angulo int. orti, stigm. capitato-4-lobo. (Fol. 3-foliolata aut partim simplicia.) . . . Zieria. Sm.

RUTACEAE. DIOSMEAE.

(Continuat.)

B.†II.

B. CAPENSES: Flores regulares. Petala 5 libera, rarius 0. Stamina perigyna, fertilia 5, saepe sterilibus 5 alternis aucta. Albumen nullum aut tenuissimum. Cotyledones ovatae; radicula brevis. Folia simplicia integra aut integerrima.

I. Flores completi, organorum verticillis 5-meris (casu nonnisi fortuito 4- v. 6-meris). Ovaria 5-1, distincta aut coalita, singula 2-ovulata. Styli totidem omnino in unum coaliti. Singulorum seminum embryo nonnunquam multiplex.

A. Petala imberbia. Stam. sterilia 5 cum fertilib. alternantia petalis opposita; fertilium filamenta filiformia. Discus calycis fundo adnatus.

a. Stam. sterilia plana, petaliformia.

* *Germen longe stipitatum*, glandulis pedicellatis tuberculatum, 5-loc., ovulis superpositis. Caps. breviter stipitata, echinata, 5-angularis, 5-loc., loc. 2-spermis. Pet. angusta, reflexo-patula, extus pilis stellatis hispida. Discus brevis, tubulosus. Stam. sterilia fertilibus longiora, lineari-ligulaeformia, glandula terminata. Styl. longus, stigm. obsoleto 5-sulco. (Fol. opposita v. ternatim verticillata, panicula termin.) . . . . Calodendron. THUNB.

** — *sessile aut subsessile.* Stylus stamina v. petala aequans, apice attenuatus. Stam. steril. apice glandulam adnatam gerentia.

1. Germ. 5-loculare, ovul. superpositis. Stigma minute 5-lobum. Caps. 5-cocca, coccis apice extrorsum auriculatis. Stam. sterilia basi dilatata, apice attenuata; fertilium antherae saepe glandula minuta terminatae. Pet. exunguiculata. (Fol. oppos. v. sparsa, fl. axill. v. term., solitar., rarius fasciculati, bracteae calyci adpressae.) . . . . *Barosma. WILLD. BARTL. et W.

2. — 2-3-loc., ov. juxtapositis. Stigma minute 2-3-lobum. Caps. 2-3-cocca, coccis apice extrorsum corniculatis. Stam. ster. in unguem attenuata, apice spathulato-dilatata; fertil. antherae glandula minuta terminatae. Pet. longe unguiculata. (Fol. sparsa, fl. in ramor. apice capitato- v. umbellato-aggregati, pedicellis basi bracteatis.) . . . . *Agathosma. WILLD. BARTL. et W.

b. Stam. ster. (disci lobi) *glanduliformia, plana*, in annulum basi coalita; fertilia longiora, petalis (integris) breviora; anth. subrotundis glandula sessili terminatis. Styl. brevis; stigm. parum latius, capitat., 5-sulcum. Germ. 5-loc., ovul. superpositis. Caps. 5-cocca, cocc. apice extrorsum breviter cornutis. — (Fol. sparsa v. oppos., serrulata v. ciliata, fl. solitar. v. corymboso-aggregati.) . . . . Diosma. (BERG.) BARTL. et W.

c. — *ster. teretia, staminiformia*, crassiuscula aut filiformia, apice attenuata et glandula terminata. Germ. 5-loc. Styl. brevis, apice dilatatus. Caps. 5-cocca.

1. *Ovula superposita.* Cocca apice extrorsum breviter corniculata, compressa. Stigma capitat., sub-5-sulcum. Stam. ster. breviora, petalorum canaliculo implicata et basi adnata, glandula terminali parva; fertilium antherae gland. sessili parva terminatae. (Fol. sparsa, fl. axill., solitar.) . . . . *Coleonema. B. et W.

2. — *juxtaposita.* Cocca apice glanduloso-muricata. Stigma depresso-globos., 5-lobum. Petalor. ungues breves plani (nec canaliculati). Stam. ster. fertilib. longiora (aeque ac fertilium antherae) gland. concava (rarius globosa) serius reflexa terminata. (Fol. sparsa, rarius oppos., flor. solitar.) . . . . *Adenandra. WILLD. B. et W.

B. Petala barbata. Calyx 5-partitus.

a. Stam. ster. 5, brevia (interdum subnulla) latiuscula, gland. terminata; fertilia longiora, anth. gland. conica terminatis. Petalor. ungues lati, intus barbati. Germ. 5-loc., ovul. superpositis. Styl. staminib. brevior, stigm. capitat., 5-sulco. Caps. 5-cocca, cocc. compressis apice extus corniculatis. (Fol. decussato-oppos., fl. bracteolati.) . . . . *Acmadenia. B. et W.

b. — *ster. nulla;* antherae subrotundae, gland. parva adnata terminatae. Pet. oblonga, vix unguiculata.

1. *Germ. 5-loc.*, apice obtuse 5-lobum, nudum; ov. superposita. Styl. brevis, stigm. capitato. Caps. 5-cocca, coccis apice extus breviter corniculatis. Pet. medio intus transverse barbata. (Fol. sparsa, fl. in ramor. apice glomerato-capitati.) . . . . *Euchaetis. B. et W.

2. — *3-loc.*, sub disco hypog. supra connivente et stylo perforato occultum, ovul. juxtapositis. Styl. exsertus, demum elongat., stigm. obtuso obscure 3-lobo. Caps. 3- v. abortu saepe 2-1-cocca, coccis apice in cornu compressum attenuatis. Pet. inferne barbata. (Fol. sparsa, rarius oppos., fl. in summis ramulis umbellato-aggregati.) . . . . *Macrostylis. B. et W.

II. Flores apetali.

Calyx 4-fidus, basi incrassatus. Disc. obsoletus. Stam. 4, anth. crassis, glandulam apici immersam gerentib.; sterilia 0. Ovarium 1, raro 2. Ovula juxtaposita. Styl. lateralis, inflexus, in stigma attenuatus. Caps. 1-loc., apice in cornu compressum alaeforme oblique attenuata. (Fol. sparsa, crenata v. serrulata, fl. axill., subsolitar., abortu monoici v. polygami.) . . . . Empleurum. SOLAND.

C. EUROPAEAE: Flores irregulares. Albumen carnosum. Folia impari-pinnata, alterna.

Genus unicum: Cal. brevis, decid., lobis 5 inaequalib. Pet. 5, unguiculata, libera, inaequal. Stam. 10, declinata, inaequalia, sterilia 0. Germ. 5-loc., tuberculoso-hispid., stipiti glabro impositum, apice 5-lobum, loculis 3-4-ovulatis. Styli laterales, mox in unum declinatum coaliti. Caps. 5, basi connatae, 2-3-spermae. (Herbae glandulosae, graveolentes; racemi terminal. infra compositi.) . . . . Dictamnus. L.

RUTACEAE. DIOSMEAE.

(Continuat.)

B. † II.

D. *DIOSMEAE AMERICANAE* (exceptis generib. 2 Australasicis, cfr. Evodia et Melicope). Flores regulares aut irreg. Petala libera aut coalita. Stam. hypogyna, rarius nonnulla castrata. Discus germini circumpositus, rarius 0. Albumen carnos. aut 0. Cotyledones radicula longiores, ovatae, planae aut corrugatae. (Fol. composita, rarius simpl. aut 1-foliolata, pedunc. ramosi.)

* *Fructus indehiscens, crasse crustaceus (endocarpio a sarcoc. non solubili),* 3- v. abortu 2-1-loc., loculis subglobosis. Sem. exalbum. Cotyled. magnae, crassae, cartilagineae, verticaliter hippocrepice curvatae. Germ. disco parvo insidens, 3-lob., 3-loc., loc. 1-ovulat. Ovulum a basi ex angulo int. adscendens. Styl. 1, stigm. 3-lobo. Stam. libera. (Frut., fol. oppos., simpl., integerr., 3-nervia, pelluc.-punct., exstip. Pedunc. axillar. — Caet. vix nota. — *Chile.*) . . . . ? *Guindilia. Gill.

** — *dehiscens, plerumque in cocca 2-valvia secedens. Endocarp. a sarcocarpio solubile.*

I. Flores diplochlamydei (calyce et corolla praediti).

A. Petala inter se et cum filamentis cohaerentia. Discus urceolatus. Seminis testa tenuis. Albumen 0.

† *Corolla campanulata v. tubulosa.*

a. Corolla limbo 2-labiato, labio super. indiviso, infer. 4-lobo, tubo curvato. Cal. persist., lobis valde inaequalib., quorum 2 corolla multo longiorib., 3 ipsa brevioribus. Stam. 5, quorum 3 sterilia. Ovaria 5, singula squama hypogyna apice 2-dentata staminibus opposita basi stipata. Stigma 5-lob. Caps. 5-cocca, coccis 1-sperm., nonnullis saepe abortient. (Herba, fol. alt. v. suboppos., 3-foliol., pelluc.-punct. Cymae axillar. — *America trop.*) . . . . Moniera. Aubl.

b. — *limbo 5-fido subaequali.*

1. Calyx magnus, compresso-tubulosus, 2-labiat., labiis subaequalib. integris aut superiore 3-fido. Cor. hypocrateriformis. limbo 5-fido. Stam. 5, omnia antherifera. Discus glandulos., ovaria 5 superans. Stigm. obtuse 5-sulcum. Fruct. 5-capsular., caps. 1-sperm (Arb., fol. alt., simpl.; flor. magni in ramor. extremitate aphylla fasciculati laterales. — *Brasil.* . . . . Erythrochiton. Nees et Mart.

2. — parvus, 5-divisus.

α. Antherae apice ligula acuta barbata apiculatae, cordiformes. Filam. complanata, superne barbata, 3 castrata, fertilia 2. Cal. 5-fid. Pet. 5, subaequal., ad medium usque connata. Ovaria 5. Styl. brevissimus, stigm. obtuso. Fruct. 5-caps., caps. 1-sp. (Frut, fol. alt., simpl., pell.-punct.; panic. subracemos. terminal. — *Brasil.*) . . . . Diglottis. Nees et Mart.

β. — *apice nudae*, rarius basi appendiculatae. Stam. 5, rarius 6-7-8 v. 4; 2-4 saepius castrata; filam. saepe complanata, barbata. Cal. brevis, 5-fid. v. 5-dentat. Pet. 5, rarissime 4, subinaequalia, basi connata v. conglutinata v. conniventia, apice libera. Ovar. 5, raro 4, 3-gona, plus minus coalita. Styli distincti aut coal., stigm. obtusis. Fruct. 2-1-capsular. (Arb. v. frut., fol. alt., simpl. aut 3-5-foliol.; fl. plerumque corymbosi v. panicul. — *America trop.*) . . . . Galipea. Aubl. St. Hil.

†† *Corolla infundibuliformis*, limbo 5-fido aequali v. inaequali. Cal. Galipeae. Stam. 5-7, (rarissime 8), quorum 3-6 steril., nunc 5 antherifera; filam. complanata; anth. basi effoctae ibique appendiculam mentientes. Ovar. 5, plerumque coalita. Styl. 1, stigm. 5-lobo. Fr. 5-capsular., caps. 1-sp. (Arb. v. frut., fol. alt., 1-3-foliolat., pell.-punct.; fl. corymb., panic. v. racemos. — *America trop.*) . . . . Ticorea. Aubl.

B. Petala libera, aequalia, rarius subinaequalia.

† *Stamina petalorum numero aequalia.*

A. Stamina omnia fertilia.

a. Discus hypog. urceolaris v. cupulaeformis, tenuis, submembranaceus, in marginem liberum extenuatus. Stam. libera.

* *Partium flor. numerus quinarius.* — (*Brasilia*)

1. *Filamenta complanata, barbata.* Antherae suberectae, lineari-cordatae. Pet. 5, aequalia v. subaequal., spathulata. Ovaria glabra, basi coalita. Stigma capitat., 5-lob. Fruct. abortu 2-1-capsularis, caps. 1- raro 2-spermis. Caet. fere omnino Spirantherae. (Arb. v. frut., fol. simpl., alt., superiora saepe oppos.; inflor. compos. term.) Almeidea. St. Hil.

2. — *filiformia, tuberculata.* Anth. lineares, demum spiraliter revolutae. Pet. 5, longissima, subinaequalia. Discus campanulatus. Ovaria 5, villosa, stipiti imposita. Stigma capitellat., 5-lobum. Fr. 5-caps., caps. plures saepe abortient. (Frut., fol. alt., 3-foliolat.; pedunc. axill. 3-flori aut term. corymbosi, fl. speciosi.) . . . . . Spiranthera. St. Hil.

** *Partium flor. numerus quaternarius.* Flor. regulares. Pet. 4, calyce 4-partito vix longiora. Filam. subulata; anth. cordiformes. Discus 4-lob. (glandulos. ?). Ovaria 4, glabra, 2-ovulata, ovul. juxtapositis. Styl. brevis, stigm. 4-lobo. Caps. 4 (v. abortu pauciores), 2-valves, 1-spermae. (Fol. oppos., simpl. v. 3-foliol., pell.-punct. Paniculae axill. — *Ins. Amicor. et Nov. Hebrid.*) . . . . Evodia. Forst., Adr. J. (non Gaertn., nec St. Hil.)

RUTACEAE.

DIOSMEAE, AMERICANAE.

(Continuat.)

B. † II. *D.*

**I. B. † *A.*

b. Discus hypog. carnosus, urceolaris v. cupulaeformis, truncatus. Calyx 5-part. Pet. 5, staminibus 5 longiora. Germ. disco obvallatum, tuberculat., 5-loc., loc. 2-ovulat., ovulis collateralib. Fr. echinatus, 5-coccus, cocc. 2-valvib., 2-1-spermis; endocarp. solubile. (Arb. v. frut. — *America trop.*) . . . . . *Esenbeckia. Kth. Nob.

1. *Filamenta subulata, denum recurva.* Antherae ovatae. Connectiv. apice conico-cornutum. Discus 5-sinuatus. Cocca ad apicem usque concreta, tarde solubilia. (Rami et fol. alterna et verticillata, fol. 1-foliolatis. Panic. termin.) . . . . * *Polembryum. Adr. J.*

2. — *complanata?, erecta.* Anth. cordiformes, connect. in apiculum attenuato. Disc. 10-sinuosus. (Fol. altern., 3-foliol. Panic. termin.) . . . . * *Colythrum. Schott.*

3. — *subulata*; anth. cordiform.; connect. ....? Disc. alte 5-emarginatus. (Fol. alt., simpl., pell.-punct. Inflor. ramosa, axillar. et termin.) . . . . * *Esenbeckia. Kth.*

c. Discus hypog. valde depressus aut crassus (non urceolaris). Partium flor. numerus quinarius, raro quaternarius. (Folia pellucido-punct. — *Brasilia.*)

1. Germen tuberculatum, disco immersum et cum eo confluens, 5-lob., 5-loc., loc. 2-ovulatis. Stylus brevissimus, stigm. obtuso. Fruct. .....? Pet. 5, calyce 5-fido multo longiora. Stam. 5, brevissima. (Frut., fol. oppos., 1-raro 2-foliolata, petiolo basi appendiculato. Panic. term. v. axill. Flor. quandoque 4-meri.) . . . . *Metrodorea. St. Hil.

2. — laeve, disco crasso immersum et cum eo basi confluens, apice 5-lobum. Ovula solitaria aut 2 superposita. Stigma 5-sulcum, stylo brevissimo latius. Fr. 5- v. 2-1-capsularis, capsul. 1-sperm. Album. 0. Cal. 5-dent., petalis 5 reflexis brevior. Stam. 5, petalis longiora, filam. laevib. (Fol. oppos. v. alt., simpl. v. 2-3-foliolata v. lobata. Racemi v. spicae term. v. lateral.) . . . . Pilocarpus. Vahl.

3. — laeve, disco glanduloso depresso 5-lobo impositum, (nec immersum), obtuse 5-gonum, 5-loc., loc. 2-ovulat., ovul. superpositis. Stigma stylo crasso, conico angustius, 5-sulcum. Caps. 5-2-loc., loc. 2-1-spermis. Albumen carnosum. Calyx persist., obtuse 5-dentat. Pet. 5, longiora, intus basi barbata, apice reflexa. Stam. 5, petalis vix longiora, filam. glanduloso-tuberculatis. Discus inter stamina obtuse 5-lobus. (Fol. alt, simpl. Cymae termin.) . . . . Hortia. Vell.

B. Stamina 4 sterilia inaequilonga, quintum fertile longissimum exsertum; anth. cordato-subglobosae, 4 effoetae. Cal. 5-part. Pet. 5-lineari-lanceolata. Styl. filiform., corollam subaequans, stigm. acuto. Fr. abortu? 1-coccus, 1-spermus. Sem. marginatum. (Frut., fol. alt., simpl.; corymbi term. — *Brasil.*) . . . . *Monodynamis. Pohl.

†† *Stamina petalorum numero dupla*, petalis breviora, filam. subulatis, omnib. fertilib.; anth. cordiform. Petala patentia, calyce longiora. (Fol. oppos., 3-foliolata, pellucido-punct.)

1. *Stam.* 10, *alterna*, quae petalis opposita, *breviora*. Discus nullus. Cal. 5-sepalus, decid., petala 5. Ovaria 5, connata, basi in gynophorum breve continuata. Stigma 5-lobum. Fruct. (fide Bonpl.) capsular., 5-sulcus, 5-rostrat. (Fol. oppos., 3-foliol., pell.-punct., fl. subumbellati axill. — *Mexico.*) . . . . Choisya. Kth.

2. — 8, *aequalia*. Discus (nectarium, auct.) constans e glandulis 4 didymis magnis ovaria cingentibus. Cal. 4-part., persist. Stigma crassiusculum, 4-gonum. Fr. 4-capsular., caps. 1-sperm. Sem. albuminos. — (*Nov. Zeeland.*) . . . . . Melicope. Forst.

II. Flores monochlamydei, basi 3-bracteati. Perianthium membranaceum, 5-rarius 6-phyllum. Stam. 10, exserta; filam. subulata, annulo brevissimo hypogyno perianthio adnato inserta. Pistilla 5-7 (1-3 saepe abortientia) basi per gynophor. breve connexa. Ovar. compressa, 1-loc., 1-ovulata; ovulum ad basin loculi adscendens. Styl. lateral, filiform., pubescens, stigm. minuto obtuso. (Frut., fol. altern., simpl., impunctat. Racemi spiciform., axillar. — *Chile.*) . . . . *Bridgesia. Hook. et Arn. (non Bert.)

RUTACEAE.

(Continuat.)

B.

†† **Flores diclines** (rarius ☿, cfr. Picrasma, genera sub ** et Simarubeae).

I. Albumen carnosum, rarius tenue. Cotyled. complanatae. Ovarii loculi 2-4- rarius 1-ovulati.

LVII. ZANTHOXYLACEAE.

Tribus I. *ZANTHOXYLEAE.* Arn.

* **Genuinae:** *florib. diclinib.* (rarissime ☿, cfr. Picrasma).

A. Discus elevatus, gynophorum breve crassum formans. Ovaria in fl. ♂ rudimentaria, rarissime 0, in fl. ♀ plus minus inter se coalita, rarius distincta, rarissime (v. Blackburnia) unicum; singula 2- rarius 4-ovulata. Stigmata distincta simplicia, aut in unicum 2-5-lobum connata. Carpella 1-5 distincta aut coalita, nunc indehiscentia drupacea, nunc capsularia 2-valvia. Albumen carnosum. Embryo saepius curvatus. (Folia nonnunquam opposita, plerumque pellucido-punctata.)

I. Ovaria 5, *unicum mentientia, singula* 4-*ovulata*, in fl. ♂ abortiva gracilia. Styli in unum brevem crassum coaliti, stigm. capitato-5-lobo. Caps. 5, distinctae, compressae, introrsum dehisc., 2-valv., 3-4-spermae. Sem. ala reticulata cincta. Cal. 5-part. Pet. 5. Stam. 5, gynophoro brevi globoso inserta, filam. basi intus squamam apice 2-lobam hirsutam gerentibus; in ♀ breviora, anthr. subeffoetis. (Arbusc., fol. altern., pinnat., impunctat., fl. corymboso-paniculat. — *America trop.*) . . . . Dictyoloma. DC.

II. — *plura* (rarius 1) *singula* 2-*ovulata*. Stamina non squamigera.

A. Stamina sepalorum numero dupla.

a. Ovaria distincta, stylifera, nonnulla saepius abortiva. (Fol. oppos. aut ternatim verticillata, flor. paniculati.)

1. Drupae 1-spermae. Ovar. 4, gynophoro carnoso 4-gono imposita (in flor. ♂ vacua). Ovula juxtaposita. Styli apice connati, stigm. 4-lobo. Stam. 8, alterna, quae petalis opposita, breviora. Pet. 4. Cal. 4-part. (Arb., fol. simpl., exstip., pell.-punct., serrat. Panic. axillar. — *Chile.*) . . . . *Galvezia. R. et Pav. (non Domb.)

2. Capsulae 4-5 v. abortu pauciores, 2-1-spermae, introrsum longit. dehiscentes. Ovaria 4-5, singula stylo brevi apiculata, ovul. subcollateralib. Discus depressus, hirsutus, calycis 4-5-partiti fundum vestiens, margine 8-10-lobo staminifer. Stam. 8-10; in ♀ breviora, anth. effoetis. Pet. 0. (Arb., rarissime aculeatae, fol. simpl. v. compos., integra v. dentata, 2-stipulata?, impunctata. Panic. v. corymbi axill. v. term. Flor. interdum 7-fidi, 14-andri. — *America trop., Ins. Sandwic.*) . . Brunellia. R. et Pav.

b. Ovaria 4, *coalita* in germ. globosum 4-loc., (in ♂ rudimentaria). Ovula juxtaposita. Stigma sessile, latum, convexo-peltat., 4-lob. Fruct. carnos., 4-sulc., 4-loc., loculis 1-sperm. Sem. (potius pyrena?) 2-locular., loc. altero vacuo. Stam. 8, alterna (petalis opposita) breviora; in ♀ squamuliformia, gynophoro brevissimo glanduliformi 8-lobo circumposita. Cal. 4-part. (Arb., fol. altern., 3-foliolat., pell.-punct. Panic. termin. — *Ins. Mascarenh.*) . . . . Vepris. (Comm.) Adr. Juss.

B. Stamina sepalorum numero aequalia.

✠ *Fructus apterus.*

a. Fructus carnosus, indehiscens, 5-2?-locularis, loc. 1-spermis. Germ. 5-locul., in ♂ rudimentar., prismatico-5-gonum. Ovula superposita. Stigma subsessile, peltato-5-lobum. Gynoph. breve, 5-sulcum, in ♀ filamentis 5 brevissimis sterilibus circumdatum. Pet. 4-5. Cal. 4-5-dentat. (Frut., saepe aculeat., fol. alt., digitato-3-5-foliolat., pell.-punct., racemi v. panic. axill. v. term. — *Madagasc., ins. Mascarenh., Ind. or., Molucc.*) . . . . Toddalia. Juss.

b. — siccus, capsularis v. in cocca secedens.

‡ ***Stamina distincta.***

I. Styli aut usque ad stigmata inter se cohaerentia aut omnino distincti, aut toti coaliti et stigmate lobato terminati, rarius 0.

α. Stigmata 4 sessilia, approximata, acuta. Flor. ☿ aut abortu monoici. Cal. 4-dentat. Pet. 4. Stam. 4. Ovaria 4, disco emarginato cincta. Fr. .....? (Arb., fol. alt., impari-pinn., 2-stipulat., fl. corymbos. — *Java.*) . . . . ?*Picrasma. Blume. †

β. Styli conspicui.

1. Ovula juxtaposita. Cal. 4-5-part. Pet. 4-5, rarissime 0. ♀: Stam sterilia squamiformia, ananthera aut anth. effoetas gerentia, aut 0. Ovaria 5-1. Styli liberi aut apice connati, interdum subnulli. Stigmata libera capitata, aut inter se cohaerentia demum solubilia, aut (sicut styli) in unicum 4-5-lobum connata. Caps. 5-1, sessil. v. stipitatae, distinctae, rarius intus connatae, 2-1-spermae. (Arb. v. frut., saepe aculeat. Fol. simpl. v. compos., pell.-punct. Inflor. varia. — *Patria extra Europ. diffusa, praecipue intra trop.*) . . . . Zanthoxylum. (L.) Kth.

* *Flores apetali*, partium numero quinario. Sepala petaloidea (ex Kunth interdum 6-9). Styli stigmate clavato conjuncti, basi distincti. . . . . *Zanthoxylon. Colden.*

** — *completi.*

A. Partium numerus ternarius. Cal. 3-dent. Pet. 3. Germ. 3-part. Styli 3, filiform. Carpella 3, 1-sperma. — (*Ins. Antill.*) . . . . ** Tobinia. Desv.*

B. — — *quaternarius.*

1) *Ovaria* 2. . . . . *Pterota. P. Brown.*

2) — 4. Styli 4, stigmatib. capitellatis inter se cohaerentes. . . . *Aubertia. Bory S. Vinc.*

C. — — *quinarius.* Cal. 5-part. Pet. 5. Stam. 5.

1) *Ovaria* 3-5. . . . . *Ochroxylum. Schreb.*

2) — 1. . . . . *Langsdorfia. Leand.*

2. Ovula superposita. Ovaria 5, inferne subcoalita et unicum mentientia, singula dorso sulco longit. divisa. Styli 5, in unicum brevem approximati, stigm. peltato integro 5-sulco. Caps. 5, basi subcoalitae. Gynophor. squamulis 5 (stamin. abortiv.) basi circumdatum. (♂ etc. ignot. — *China.*) . . . . *Boymia. Adr. J.

II. Stylus brevis, stigm. peltato (indiviso?) magno. Germ. globos., sulcat., 4-loc. Caps. 4-sulcata, 4-loc., loc. 2-sp. Sem. superposita. Cal 4-fid. Pet. 4, aestiv. valvata? Discus annularis brevissimus. ♂: germinis rudiment., stigm. 4-fido. ♀: filam. sterilia 4. (Arb., fol. oppos. impari-pinn. Corymbi axill. et term. — *Java*) . . . . ?Philagonia. Blume.

III. Styli 2 distincti aut fere ad apicem coaliti, stigm. capitatis. Germ. compress., 2-loc. Caps. 2-loc., 2-sperma, compressa, basi cordata, apice subbiloba, interne dehisc. (?). Sem. alata. Sepala 4. Pet. 4. Stam. 4, libera, filam. glabris. Disc. hypog. glandulos. (Arbor, fol. altern.?, pari- v. impari-pinn., foliolis integerr. Racemi paniculati axill. Flor. abortu diclines. — *Cap. b. sp.*) . . . . ? * Ptaeroxylon. Eckl. et Zeyh. †

‡‡ ***Stamina 5; filam.*** brevia, in urceolum superne peltatum ***connata***, apice vix libera. Sepala 5. Pet. 0. ♀: filam. sterilia squamiformia interdum 2. Germ. ovato-globos., 3-loc. Stigm. 3, sessilia, linearia, basi approximata. Fr. intus 3-coccus, coccis 2-spermis. (Arb., fol. alt., 3-foliolat., foliol. serrulat., flor. paniculat. — *Java.*) . . . . *Bischofia Blume.

RUTACEAE.

ZANTHOXYLACEAE.

(Continuat.)

B.††I.❖A.II.B.

✠✠ *Fructus alatus, samaroideus*, indehisc., suborbicularis, compressus, centro turgido 2-locularis, loc. 1-spermis. Germ. 2-loc., raro 3-loc., ovul. superpositis. Styl. brevis, stigm. 2- raro 3-lobo. Gynophor. convexum. Cal. 4-5-part. Pet. 4-5. ♂: cum pistilli rudim. ♀: stam. brevissima, anth. effoetis. (Arb. v. frut., fol. alt., compos., pell.-punct.; corymbi paniculati, fl. ♂ interdum 6-7-andri. — *America bor., Cochinchina?*) . . . . Ptelea. L.

III. Ovarium solitarium (in flor. ♂ rudiment.) 1-locul., 1?-ovulat. Gynoph. et styl. breviss., stigm. obtuso. Caps. coriacea, ab apice ad medium usque 2-valvis. Albumen carnos. Cal. 4-fid. Pet. 4, aestiv. induplicato-valvata. ♂: stam. 4. (Arb., fol. altern., abrupte-pinn., 2-4-jugis, panicul. axill. — *Ins. Norfolk, Ind. or.?*) . . . . Blackburnia. Forst.

B. Discus depressus aut cupulaeformis, 4-lobus. Ovaria plura, distincta, 1-ovulata. Stigm. distincta. Carpella 3-5, distincta, indehisc., drupacea aut samaroidea. Albumen? tenue, carnosum, seminis integumento adhaerens. Embryo rectus. (Folia alterna, impunctata. Flor. saepe polygami.) . . . . Tribus II. *AILANTHEAE.* Arn.

1. *Samarae plures*, oblongae, compressae, membranaceae, reticulatae, in centro turgidae, 1-loculares. Sem. compress. Ovaria 3-7, compressa, in ♂ rudiment. minuta. Styli totidem, basi distincti, apice subconnexi, stigm. distinctis longis. Cal. 5-fid. Pet. 5. Disc. annularis, 5-sinuatus. Stam. 10, in fl. ☿ v. ♀ abortu pauciora. (Arb., fol. pari- v. impari-pinn., panic. termin., fl. fasciculat., polygam. — *Ind. or., Molucc., China.*) . . . . Ailanthus. Desf.
2. *Drupae* 4. Ovaria 4, gynophoro 4-lobo imposita. Styli 4, distincti, acuti, reflexi. Cal. 4-part. Pet. 4. Stam. 4, in ♂ gynophoro centrali glanduliformi 4-lobo inserta, in ♀ sterilia. (Frut., fol. impari-pinn., spicis axillar., fl. glomerat., partim ☿, nonnunquam 5-meri. — *Abyssin., Ind. or., China.*) . . . . Brucea. Mill.
3. *Capsulae* 3-5, *folliculares.* Germ. 5-lobum, lob. 1-ovulatis basi coalitis. Stigm. 5. Stam. 5. Gland. hypogynae 10, per paria cum staminib. alternantes. Petala 5. Cal. 5-part. (Arbusc., fol. pinnat., panicul. axill. — *Ind. or.*) . . . . ? Eurycoma. Jack.

❖❖ **Dubiae:** *florib.* ☿. (Genera incertae sedis, non satis nota, Zanthoxylaceis affinia.)

a. Stamina petalorum numero dupla, sc. 10.

1. *Calyx 5-sepalus, persist.* Pet. 5. Germ. 4-gonum. Styli 4, filiform., germinis angulis lateraliter inserti, stigm. sub-2-fidis. Drupae 4, oblongae, gibbosae, apice recurvae, 1-spermae, cortice lanuginoso a latere dehiscente. Sem. (potius pyrena?) basi tunica carnosa fimbriata involut. (Frut., fol. pinnat., pedunc. lateral. 00-flor. — *Cochinchina.*) ? Thysanus. Lour.
2. — *5-part., decid.*, lacin. subrotundis. Pet. 5, cum staminib. disco hypog.? prominulo inserta. Stigm. 5, sessilia. Caps. 5-sulcata, 5-valv., 5-sp. (potius 5-cocca, coccis superne dehiscentib.?). Sem. arillata. (Arb., fol. alt., impari-pinn., panic. axill. et term. — *Guiana.*) . . . . ? Tapiria. Aubl.

b. Stamina petalorum numero aequalia. Calyx brevis.

1. *Calyx 4-part.* Pet. 4. Stam. 4, filam. crassis, subulatis, pilosis. Germ. 4-lob. Stigm. 4, sessilia, subulata, erecta. Caps. 4, subrotundae, apice dehisc. Sem. arillat. (Arb., fol. impari-pinn., racemis subtermin. trichotomis. — *Cochinchina.*) . . . . ? Tetradium. Lour.
2. — *4-5-dentat.* Pet. 4-5, linearia. Stam. 4-5, hypogyna, petalis breviora. Germ. liberum. Styli et stigm. 3. Caps. pisiformis, umbilicata, 4-sulca, 4-loc., 4-valv., 4-sperma. (Frut., fol. alt., 3-2-foliolata v. inferiora simpl.; panic. term — *Cap. b. sp.*) . . ? * Duncania. Rchb.

II. Albumen 0. Cotyledones crassae, radiculam brevem superam abscondentes. Germinis loculi 1-ovulati.

LVIII. SIMARUBEAE.

A. **Genuinae:** *Ovaria distincta*, gynophoro basi staminifero imposita. Stam. fere semper petalorum numero dupla. — (Foliola integerrima.)

I. Flor. diclines, monoici v. polygami, partib. 5- raro 4- v. 6-meris. ♂: Stam. 10 (raro 5 aut 12) petalis breviora, filam. glabris basi squamam ciliatam v. villosam gerentibus. Ovarior. 5 rudimenta. ☿: Styl. brevis, stigm. capitato-5-lobo. Drupae 5. (Fol. composita. Racemuli paniculati. — *America trop.*) . . . . Simaruba. Aubl.

II. — ☿.

a. Stam. 10, *petalis longiora.* Styl. longissimus. Stigmata in unicum 5-sulcum subaequale coalita. Pet. 5, in tubum conniventia. Ovaria columnae imposita. Carp. 5, drupacea. (Fol. compos., petioli alati. Racemi term., simpl. v. ramosi. — *America trop.*) . . Quassia. (L.) DC.

b. — 8 *v.* 10, *petalis breviora.* Carpella drupacea, saepe exsucca. (Flores 4-5-meri.)

1. *Stigma 4-5-lobum v. 4-5-sulcum.* Styl. mediocris. Carp. 4-5, rarius abortu pauciora. Pet. 4-5, patentia. (Fol. compos., rarissime nonnulla simplicia; fl. panicul. — *America et Africa trop.*) . . . . Simaba. Aubl.
2. — *acutum integrum.* Stylus petalis longior. Ovaria 4-5. Carpella abortu plerumque pauciora. (Fol. simpl. Umbellae longe pedunculatae, fructiferae pendulae. — *Madagasc., Ind. or.*) . . . . Samadera. Gaertn.

B. **Dubiae v. anomalae:** *Ovaria coalita.* Flor. ☿. Fol. plerumque composita, foliolis plus minus serratis.

1. *Calyx 4-fid.* Pet. 4, longiora, reflexa. Stam. 8, filam. squamis 2-fidis ciliatis extus inserta. Germ. stipitat., apice 4-lobat., 4-loc. Styl. apice indivisus, stigm. obtuso 4-sulco. Fr. baccaceus, globoso-4-lobus, 4-loc., loculis nonnullis saepe vacuis. Cotyledones conduplicatae. (Frut. aculeat., fol. alt., summis simplic., caet. 3-foliol., corymb. axill. — *Timor.*) . . . . * Harrisonia. R. Br.
2. — *5-part., persist.* Pet. 5. Stam. 5, filam. basi dilatatis nec squamigeris. Germ. disco crasso impositum, 5-loc. Styli 5, coaliti, superne distincti, revoluti. Caps. 5 v. abortu 3-2, subrotundae. (Fol. impari-pinnat., 4-5-juga, flor. corymboso-paniculat. — *Napalia.*) . . . . * Nima. Hamilt.

LIX. OCHNACEAE.

A. Stamina indefinite? numerosa, denis duodenisve saltem plura, filam. filiformibus persistentibus.

1. *Antherae ovatae v. lineares, rimis 2 longitudinalib. dehiscentes.* Cal. 5-part. Pet. 5-10. Germ. ovatum, 5-lobum. Stylus angulatus, erectus, persistens, stigm. simplici. — (*Ind. or., ins. Mascarenh., Arab., Afr. trop.*) . . . . Ochna. Schreb.
2. — *lineares, apice poro duplici dehiscentes.* Petala 5. Stigmata apice libera. (Caetera Ochnae. — *Cap. b. sp., Madagascar.*) . . . . *Diporidium. Bartl.

B. Stamina petalorum numero dupla, rarius (in Walkera) aequalia.

I. Flores ☿.

a. Antherae apice poris 2 dehiscentes.

1. *Stam.* 10; *anth. subsessiles*, lineari-subulatae, 4-gonae. Cal. 5-sepalus, deciduus, saepissime coloratus. Pet. 5. Germ. 5- rarissime 6-7-lobum, lobis summae gynobasi columnaeformi 5-gonae sursum dilatatae oblique affixis. Stylus subulatus, stigm. terminali obsoleto. Carpella baccacea succulenta 5 v. abortu pauciora. Albumen 0. Embr. rectus, radicula infera. (Racemi v. panic. term. rarius axill. — *Patr. intra trop. diffusa, excl.? Australia.*) . . Gomphia. Schreb.
2. — 8, *alterna 4 petalis inserta*, filam. longiusculis, anth. ovatis. Cal. 4-part. Pet. 4. Germ. 4-lob., 4-loc. (loculis 1-ovulatis), gynophoro columnaeformi insidens. Fruct. . . . ? (Folia integerr., more fere Calophylli nervata. — *Brasilia.*) . . . . Elvasia. DC.

b. Antherae ovato-subrotundae, rimis longit.? dehiscentes. Stam. 5, filam. capillaribus. Calyx 5-part., persist. Pet. 5. Germ. globos., 5-lob. Stylus setaceus, erectus, stigm. simplici. Drupae obovato-reniformes. Embryo inversus, uncinato-rostellatus. (Racemi simpl. v. corymbosi. — *Ind. or., Guiana.*) . . . . Walkera. Schreb.

II. Flores dioici.
Cal. parvus, 4-fid. Pet. 4, patentia. ♂: Stam. 8, disco hypog. parvo inserta, filam. filiform., anth. inversis longit. dehisc. Pistilli rudiment. minutum. ♀: filam. steril. 8, brevia. Germ. globos., 4-lob., disco hypog. insertum. Stigm. 4, subsessilia, recurva, basi unita. Drupae 4, distinctae, patentes, 1-sp. Albumen tenue. Radicula supera. (Fruct. ramis spinescent., fl. axillar. parvis. — *Antill.*) . . . . Castela. Turp.

LX. ? PITTOSPOREAE.

A. Sepala distincta aut basi tantum breviter coalita.

I. Sepala 4.
Pet. 4. Stam. 8, libera, anth. . . . . ? Germ. substipitatum, 2-loculare, multi-ovulat., dissepimento placentifero. Styl. simplex, stigm. obtuso. Fruct. . . . . ? (Frutex ramis spinesc. — *Mexico?*) . . . . *Koeberlinia. Zuccar.

II. — 5.

A. Sepala basi coalita in calycem minimum 5-partitum, lacinia altera (ex Lindl.) difformi. Pet. 5, subinaequalia, patula. Stam. 5; anth. sagittato-lineares, in conum conniventes, apice coalitae ibique poris dehiscentes. Germ. teres, 2-loc., 00-ovulat. Styl. continuus, stigm. 2-3-lobo. Caps. fusiformis, 00-sperma, chartaceo-sicca? (ex Lindl.) v. succulenta pulpa repleta (ex Don.). — (*Nov. Holland.*) . . . . *Sollya. Lindl.

B. — *distincta*, aequalia. Petala aequalia. Antherae distinctae.

a. Petalorum ungues basi distantes, superne laminisque in corollam crateriformem conniventes. Sepala acuminata. Stam. 5, pistillo breviora; anth. lineares, secundae, apice poro dehisc. Germen declinat., 2-loc. Caps. sicca, ventricosa, indehisc., epulposa, 00-sperma. — (*Nov. Holland.*) . . . . *Cheiranthera. Cunningh.

b. — — *approximati*, in tubum conniventes, ut corolla fere campanaeformis evadat. Stamina pistillo longiora, anth. rimis longit. dehisc.

1. *Caps. mollis, spongiosa, subbaccata*, epulposa, 2-*loc.*, 00-sp., loculis inflatis. Sepala 5, acuminata. Pet. 5, unguibus margine convolutis. Stam. 5. — (*Nov. Holland.*) . . . . Billardiera. Sm., Lindl.
2. — 1-*loc.*, 2-3-*valv.*, valvis basi aut medio placentiferis. Sem. pulpa resinosa obducta. Sepala 5-6. Pet. 5-6, unguibus planis. Stam. 5-6. — (*Australia, Ind. or., China, Africa, ins. Canar.*) . . . . Pittosporum. Banks.

B. Sepala 5, alte coalita in tubum apice 5-dentatum. Pet. 5, a basi distincta. Stam. 5. Caps. 2-valvis.

1. *Caps. compressa, obcordata*, 2-locularis, substipitata. Semina resina obducta. — (*Nov. Holl.*) . Bursaria. Cav.
2. — *junior bacciformis*, demum 2-valvis, semibilocularis. Semina arillata. Calyx minimus. Pet. lanceolata. — (*Ins. or. et occ., ins. Mascarenh.*) . . . . Senacia. Commers.

LXI. CELASTRINEAE.

A. Stamina 5, hypogyna, petalis alterna, basi connata in urceolum inter filamenta fimbriato-dentatum. Antherae 2-locul., introrsum dehisc. . . . . **Tribus ? I.** *BREXIACEAE.* LINDL.

Genus unicum: Cal. persist., 5-fid. Pet. 5, libera. Germ. superum, conicum, 5-loc., 00-ovulat.; ovula duplici serie placentis centralibus affixa. Stylus continuus, brevis, stigm. simpl. crasso. Fr. drupaceus, 5-loc., 00-sperm. Sem. exalbum. (Arb., fol. altern., simpl., dentat. v. spinoso-dentat., stipulis minutis deciduis, umbellis axillar. 2-8-fl., pedunc. compressis. — *Madagascar.*) . . . . *Brexia. PET.-TH.

B. Stamina perigyna, sc. margini disci hypogyni calyci adnati inserta (rarius hypogyna, cfr. Rhaptostylum, Alzatea, Tralliana).

I. Folia impari-pinnata, 3-00-foliolata, opposita. Foliola serrata. Stipulae membranaceae deciduae. Cal. colorat., 5-part., aestiv. imbricata. Pet. 5, imbricata. Discus subcarnosus, angulat., margine incrassat. Stam. 5, libera; anth. incumbent., 2-loc., loc. rima longit. sublaterali dehisc. dorso superne in appendicem terminalem productis. Ovaria 2-3, plus minus connata, singula 4-ovulata, ovulis 2-seriatim collateralibus angulo centrali affixis horizontalibus. Styli 2-3, terminal., liberi, apice stigmatibus obtusis connexi, demum toti disjuncti. Sem. horizontalia, ossea, exarillata. Embr. rectus, cotyled. crassae, radic. prope hilum sita. (Frut. v. arb., fl. racemoso-panic.) . . . . **Tribus II.** *STAPHYLEACEAE.* DC.

1. *Flor.* ☿. Discus urceolatus. Caps. 2-3-loba, membranacea, inflata, lobis apice intus dehisc., singulis 2-3-sp. Sem. subglobosa, ad hilum oblique truncata. Album. tenue aut 0. — (*Europa, Japon., America.*) . . . . Staphylea. L.

2. — *polygamo-dioici.* Discus 10-crenatus. Germ. 3-gonum, 3-locul., loc. 2-3-ovulat. Bacca 3-loc., oligosperma. Album. carnos. — (*Ind. or. et occid.*) . . . . Turpinia. VENT.

II. Folia simplicia, alterna, rarius opposita. Stip. minutae, decid. aut 0. Cal. 4-5-part., persist. Pet. 4-5, basi lata, plana. Stam. 4-5, libera; anth. subincumbent., 2-loc., intus rimis 2 longit. dehisc. Ovaria 2-5, coalita in germen 2-5-loc., basi disco immersum, loc. 1-2- rarius pluri-ovulatis; ovula adscend., angulo-centrali affixa. Styli 2-5, connati v. liberi, aut 0. Stigm. simplicia. Sem. saepissime solitaria arillata. Album carnos. Embr. rectus, axilis, cotyl. foliaceae, planae, radic. brevis prope hilum sita. (Arb. v. frut. Stipulae saepe 0.) . . . . . . **Tribus III.** *EVONYMEAE.* DC.

A. Petalorum aestivatio valvata. (Genera Celastrineis affinia, vix hujus loci.)

a. Stamina 5, libera.

1. *Calyx inferus, 5-lob., persist.* Pet. 5, persist. Germ. disco orbiculari semi-immersum, 2-loc., ovulis 2 in fundo loculor. affixis collateral. erectis. Stigm. sessile ? obtus. Bacca subglobosa ? Sem. ? 1-2, ossea. (An potius drupa 1-2-pyrena, pyrenis 1-spermis ?) — (Stip. 2 petiolares. Paniculae axill., fl. fasciculato-congestis minutiss. — *America trop.*) . . . . . ?*Perrottetia. KTH.

2. — *germini adnatus, limbo libero 5- raro 4-dentato.* Pet. 5 v. 4. Germ. inferum, disco tectum, 2-loc., dissepim. medio interrupto ibique ovuligero, loculo altero 3- altero 6-ovulato. Stigm. 2, sessilia, acutiuscula. Fr. globos., baccat., calycis dentibus staminibus petalisque coronatus, semi-2-loc., loc. 2-3-sp. (Folia exstip., sparsa, apicem versus florigera! sc. pedunculo e folii nervo medio orto ramoso plurifloro, flor. minuti. — Regn. *Novo-Granat.*) . . . . ?*Dulongia. KTH.

3. — *inferus, 5-part.* Pet. 5, angusta, demum reflexa. Stylus 1, apice vix incrassatus, obsolete 3-crenatus? . . . . (Habitus fere Cyrillae. Fol. alt., serrata, exstip.? Racemi axill. plures, spiciformes. — *Ind. or.*) . . . . ?*Kurrimia. WALL. †

b. Stamina 10, hypogyna; filam. dilatata, inter se et cum petalis cohaerentia, quorum 5 petalis opposita breviora. Calyx inferus, 5-fid. Pet. 5, hypogyna. Germ. magnum, conic., 3-loc., ovulis solitariis pendulis. Stigm. sessile, 3-lobum. Fr. . . . . . ? (Fol., exstip., integerr.; fl. axill. fasciculato-congesti pedunculati minuti. — *Nov. Granat.*) . . . . ?*Rhaptostylum. KTH.

B. Petalor. aestiv. imbricata. (v. pag. seq.)

CELASTRINEAE.

(Continuat.)

B. II. (Tribus III. Evonymeae. DC.)

B. Petalorum aestivatio imbricata.

A. Fructus capsularis dehiscens.

† Flores ☿.

I. Flores petaliferi.

a. Pedunculi dilatati in laminam foliaceam cuneato-obcordatam apice in sinu flores paucos sessiles gerentem. Cal. persist., 5-lob. Pet. 5. Stam. 5, brevia. Germ. depressum. Stylus breviss., stigm. lobato. Caps. lignosa, 5-loc., 5-v. abortu 4-3-valv., valvis basi medio septiferis. Sem. in fundo locul. solitaria, oblonga, arillo calyciformi laciniato cincta. (Arb., fol. alt., oblongo-lanceol., integerr. — *Madagascar.*) . . . . Polycardia. Juss.

b. Pedunculi non foliiformes.

‡ Calycis 5-lobi aestiv. valvata. Pet. 5, crassa, carnosa, viridia. Stam. 5, filam. brevissimis. Germ. disco immersum, 2-loc., loc. 1- rarissime 2-ovulat., ovul. ex apice loculi pendulis. Styl. petala subaequans, stigm. concavo 2-lobo. — (*Amer. austr.*) *Jodina. Hook. et Arn.

‡‡ Calycis aestivatio imbricata. Discus orbicularis carnosus. Sem. arillata.

a. *Caps. aptera, rarius (v. g. in Evonymi sp.) carinato-alata.*

1. Cal. 4-5- rariss. 6-lob. Pet. 4-5. Stam. 4-5, intra disci marginem inserta, filamentor. basis persistens processus glanduliformes formans; anth. transverse aut longit. dehisc.; connect. crassum. Germ. disco immers., 4-5-loc., loc. 2-ovul. Styl. brevis crassus, stigm. obtuso v. lobato. Caps. 3-5-loba, 3-5-loc., loculicide 3-5-valv., loc. 1-2-sp. (Arb. v. frut., interdum radiculis scandentes, fol. oppos., pedunc. axill. — *Europa, Asia, America bor.*) . . . . Evonymus. L.

2. Cal. 5-part. Pet. 5. Stam. 5, disci margini v. infra marginem inserta, anth. longit. dehisc. Germ. disco impositum v. semi-immersum, 2-3-loc., loc. 2-raro 5-6-ovulatis. Styl. crassus indivisus, aut 2-3-fid. Caps. 2-3-loc., dissepimentis interdum incompletis aut evanidis, loc. 1-2-spermis. (Frut. saepe spinosi, nonnunquam volubiles, fol. alt., raro oppos.?, pedunc. axill. pluriflori, saepe paniculam terminalem componentes. — *Patria diffusa, excl. Europa.*) . . . . Celastrus. (L., DC.) Arn.

3.? Cal. 5-part., decid. Pet. 5, subcarnosa? concava? Stam. 5. Germ. sessile. Styl. brevis, conicus, stigm. obtuso obsolete 3-sulco? Caps. ovata, 1-loc., semibivalvis. Sem. . . . . . . (Frut., fol. oppos. integerr., panic. axill. breves. — *Ind. or.*) . . . . ?*Microtropis. Wall. (haud E. Mey.)

4.? Cal. parv., 5-part., persist., lacin. acutis. Pet. 5, marcescentia, genitalibus longiora. Germ. sphaeroid., disco urceolari brevi margine extus staminifero cinctum. Styl. brevis, cylindr., apice 2-cuspis. Caps. 2-loc., 2-valv. (ex Schreb. 00-sp., ex Spreng. baccata subdisperma.) — (Frut., ramulis congesto-subverticillatis; fol. alt., exstip.; racemi spiciformes graciles, ad originem ramulorum subverticillati. — *Amer. bor.*) . . . . ?*Cyrilla Gard., L. (non alior.)

b. *Caps. 3-6-alata,* loculicide 3-6-valvis. Styl. 1, stigm. 3-lobo. Cal. minutus, inaequalis, 5-part. Pet. 5. Stam. 5, inter disci eglandulosi lobos inserta. (Caet. fere Celastri. — *Cap. b. sp.*) . . . . *Pterocelastrus. Nob.

II. Flores apetali. Cal. colorat., 5-gonus, 5-fid., persist. Stam. 5, hypogyna? Styl. 1. Caps. obcordata, 2-loc., loculicide 2-valvis. Sem. 00, superposita, membrana cincta. (Fol. obovata emarginata, fl. corymbos. — *Peruvia.*) . . . . Alzatea. Ruiz et P.

†† Flores polygami aut monoici. Cal. parv., 5-fid. dentatusve. Stam. 5.

1. *Flores abortu monoici.* Cal. 5-dentat. Pet. 0. Stam. brevissima, calycis dentibus alterna. Germ. superum, 2-loc., margine membranaceo cinctum. Styl. 1, stigm. obtuso. Caps. subglobosa, stylo coronata, 2-loc., 2-valv., 00-sp.; dissepim. valvis contraria. Sem. albumin., arillo subalato terminata. (Arb., fol. oppos., integerr.; racemi paniculati, lateral., fl. parvi. — *Java.*) . . . . ?*Crypteronia. Blume.

2. — *polygami.* Cal. persist. Pet. 5, cum staminib. sub margine repando disci carnosi inserta. Germ. semi-immersum, 2-3-loc., ovulis solitariis erectis. Stigma sessile, 2-3-lob. Caps. 1-3- raro 4-loc., coriacea, loculicide 1-3-valv., loc. 1-sp. Sem. arillo membranaceo-pulposo involuta. (Arb. v. frut. inerm.; fol. alt., rarius oppos., cilia stipularum locum tenentia?, fl. axill. fasciculato-congesti. — *Peruvia, Chile.*) . . . . Maytenus. Feuill.

B. Fructus indehiscens.

I. Fructus samaroideus, alatus. Sem. in loculis solitaria, erecta.

1. *Fructus trigonus, 3-alatus,* (epicarpio tenui membranaceo reticulato-venoso, endocarpio chartaceo in alas producto) abortu 1-loc., 1-sp. Album. carnos. Germ. basi disco immers., pyramidato-3-gon., 3-loc., loc. pluriovulat., ov. basi affixis. Styl. brevis, stigm. termin. 3-lobo. Cal. parv., obtuse 5-lob. Pet. 5, sessilia, subconcava, demum reflexa marcescentia. Stam. 5. Disc. carnos., lobat., sinubus filamentorum basin amplectens. (Arb., fol. alt. exstip. serrat., cymis axill. — *Mexico.*) . . . . *Wimmeria. Cham. et Schl.

2. — *compressissimus, ala cinctus,* 2-loc. Germ. compress. Styl. subnullus. Cal. urceolat., 4-lob. Pet. 4, ungue lato calyci inserta. Discus 4-lob. Stam. 4. (Arb., fol. oppos., ovat., integerr.; panic. axill. — *Madagascar.*) . . . . Ptelidium. Pet.-Th.

CELASTRINEAE, EVONYMEAE.

(Continuat.)

II. Fructus indehiscens carnosus aut exsuccus apterus.

a. Fructus baccaceus.

1. *Bacca subrotunda*, 2-*loc.*, 2-*sp.* Sem. intus angulata, extus rotundata. Stylus 1. Cal. 5-part., persist. Pet. 5. Discus erectus, 10-crenat. Stam. 5, hypogyna? (Frut. scandens, fol. alt. cordat., pedunc. lateral. dichotom. — *Cochinchina.*) . . . . Tralliana. Lour. †

2. — *globosa*, 1-3-*sp.* Sem. basi hilo prominulo notata, exalbum., embr. erecto. Germ. 1-loc., 4-ovulat. Stigm. 2, sessilia. Fl. abortu dioici. Cal. inferus, urceolat., 4-dentat. Pet. 4. Stam. 4, basi subcoalita, petalis alterna, anth. incumbent. (Frut. sarmentos., aculeis axillar. geminis patentibus. Fol. oppos., integerr. Racemi ax. et term., fl. parvis. — *Java.*) . . . . ?* Actegeton. Blume.

3. — *sicca*, 2-*partibilis*, 2- rarius abortu 1-loc., loc. 1-sp. Sem. erect., albuminos., embr. centrali. Germ. 2-loc. Styl. brevis aut 0, stigm. 2. Flor. abortu dioici. Cal. 4-part., obtus., persist., totus liber? Pet. 4. Stam. 4, petalis opposita. (Frut., fol. alt. integris, fl. 00 axill. pedicellat. — *America tropica.*) . . . . ? Schaefferia. Jacq.

b. Fructus drupaceus, saepe exsuccus.

† ***Folia alterna.*** Calyx 5-part. Pet. 5. Stam. 5. Styl. 1, brevis.

α. Ovarium (absque abortu?) unicum, 1-loc.; ovulo 1, erecto. Stigma depresso-capitat. Caps.? coriacea aut drupa sicca fibrosa siliquaeformis (matur. ignot.). — (Fol. serrat., racemi spiciform. axill. et term. — *Brasil.*) . . . . * Fraunhofera. Mart.

β. Germen 2-loc., disco insidens. Stigma 2-lob. Cal. minutus. Pet. basi angustata. (Arb. v. frut. — *Cap. b. sp.*)

1. *Calyx inaequalis. Discus eglandulos.*, 5-*sinuat.*, margine staminifer. Drupa obliqua, nucleo lignoso sub-2-loculari, abortu 1-sp. (Pedunc. axill. dichotomi, fl. cymoso-subsessiles.) . . . . * Scytophyllum. Eckl. et Zeyh.

2. — *aequalis? Disc. carnosus, sulcat.* Drupa exsucca, nucleo crustaceo 2- v. abortu 1-loculari 1-2-spermo. (Fl. pseudo-umbellati pedunculati v. subsessiles conglomerati.) * Mystroxylon. Eckl. et Z.

†† ***Folia opposita***, (interdum in Myginda et Schrebera alterna.)

α. Stylus brevis, stigmate indiviso.

1. *Cal.* 5-*part. Pet.* 5, *basi lata.* Disc. crassus, carnos., crenulat. Stam. 5, filam. planis infra disci marginem insert., connect. lato. Germ. disco semi-immers., 2- aut saepissime abortu 1-loc., loc. 2-ovulat., ov. collateral. Stigma magnum, subpeltat. Drupa 1-2-loc., endocarp. crustaceo-membranaceum a sarcocarpio tenue carnoso solubile et semen solitarium erectum arilli instar tegens Album. carnos. (Frut., fol. integerr., pedunc. axill. et term. pauciflor. — *Ind. or.*) . . . . * Pleurostylia. Wight et Arn.

2. *Cal.* 5-*part. Pet.* 5, *lineari-oblonga.* Disc. 5-angular., crass., carnos. Stam. 5, disci margini inserta, demum recurva, connect. crasso. Germ. disco immers., 2-loc., loc. 2-ovulat. Stigm. simplex, obtusum. Drupa sicca aut pulposa, nucleo 1-2-loc., loc. 1- raro 2-sp. Sem. erect., exalb., cotyled. crassis. (Fol. integra, nonnunquam alterna, pedunc. axill., dichot. — *Ind. or.*) . . . . Schrebera. Retz. (haud alior.)

3. *Cal.* 3-5-*lob. Pet.* 3-5, *basi lata.* Disc. carnos. Stam. 3-5, filam. basi dilatat. Germ. 3-5-loc., loc. 2-ovul. Styl. brevissimus. Drupa exsucca, nucleo 1-5-loc., loc. 1- rarissime 2-sperm. Sem. erect. Album. parcum, carnos., cotyled. foliac. (Arb. v. frut., fol. semper? dentat., pedunc. axill. subcorymbos. — *Ins. Mascarenh., Cap. b. sp., Australia, Ind. occid.*) . . . . Elaeodendron. Jacq.

β. Stylus 2-fidus, rarius 0 et tunc stigmata 4.

‡ *Drupa 1-2-locularis.* (Frutices *Capenses.*)

1. *Cal.* 4-*lob. Pet.* 4, *revoluta.* Stam. 4. Disc. glandulos., 4-angular., margine staminifer. Germ. disco impositum. Stigm. subsessile, sub-4-fidum. Drupae nucleus lignosus, abortu 1-loc., 1-sp. (Fol. integr.?, racemi axill. subsessiles paniculati.) . . * Lauridia. Eckl. et Z.

2. *Cal.* 4-5-*lob. Pet.* 4-5, *patentia.* Stam. 4-5. Styl. crassus, 2-fidus, lobis iterum 2-fidis. Drupa exsucca, 2-loc., 2-sp. (Fol. crenat., pedunc. axill. paucifl.) . . . . Hartogia. Thunb. (non L.)

‡‡ *Germ. 4-loc., loc. 1-3, saepe abortivis.* Cal. 4-lob. Pet. 4. Stam. 4. Styl. brevissimus, stigm. 4- rarius 3-lobo.

1. *Discus magnus, urceolatus, emarginat., sinubus staminiferis.* Germ. 4-3-loc., ovulis solitariis fundo loculor. affixis erectis (ex DC. in apice loc. pendulis). Drupae nucleus osseus 1-sperm. (Fol. sparsa, in ramulis oppos. v. terna, 2-stipulata; pedunc. axill. dichotomi. — *America.*) . . . . Myginda. Jacq.

2. *Disc. carnosus germini adnatus.* Germ. 4-loc., loc. 2-ovulat. Drupa exsucca, nucleo lignoso 4-locul. abortu 1-spermo. (Fol. oppos., panic. axill. — *Cap. b. sp.*) * Crocoxylon. Eckl. et Z.

LXII. RHAMNEAE.

A. Fructus capsularis dehiscens aut in cocca (dehiscentia v. indehisc.) solubilis.

I. Folia alterna. Fr. 3-coccus (rarissime 2-lobus, v. Solenantha; in Scutia interdum 2- v. 4-coccus).

† *Cocca alata, angulata v. carinata*, a receptaculo centrali filiformi 3-partito solubilia. Germ. fundo tubi calycis adnatum, 3-loc. Cal. 5-fid. Pet. 5, convoluta v. cucullata. Stam. 5, petalis abscondita, anth. 2-loc. (Fol. stipulata)

1. *Stylus 3-fid.* Fr. inferus, coriac., siccus; cocca dorso angulo prominulo v. carina v. ala praedita, compressa, indehisc. Discus concav. v. planiusculus, 5-angular. v. stellatus, germen tegens. (Frut., plerique scandentes, ramis saepe in cirrhos abeuntibus; fol. basi sub-3-nervia; fl. abortu saepe polygami, in spicis interrupte glomerati, rarius umbellati, axill. — *Patria intra trop. diffusa, Ins. Sandvic.*) . . . . Gouania. Jacq.

2. — 1, *stigm.* 3. Caps. calyci ubique adnata, papyracea, coccis obcordatis margine alatis. Cal. campanulat., superne colorat. (Hba annua, decumbens, fl. axill. 1-2, minime pedunculati. — *Brasil.*) *Crumenaria. Mart.

†† *Cocca aptera.*

A. Fructus inferus, (in Trichocephalo semiinferus). Sem. funiculo brevi carnoso suffulta. Germ. 3-loc. Styl. 1. Calyx 5-fid., lacin. acutis. (Frut. ericoidei, fol. subtus villos. — *Phylica, L. DC.*)

a. Petala cucullata v. convoluta. Antherae reniform., rarius ovatae. Cocca coriacea, angulo interno rima dehiscentia. (Fol. exstipul.)

1. *Antherae 2- v. 1-loc. Calycis tub. cylindric., inferne germini adnatus*, lobis erectis. Discus vix distinctus, calycis tubum lobosque tegens. Styl. simplex, plus minus elongat., stigm. 3-lobo v. 3-dentato, rarius integro. Fr. calycis tubo persistente (rarius deciduo) coronatus. (Fl. capitati v. spicato-capitati. — *Cap. b. sp. et ins. quaedam australes.*) . . . . Phylica. (L.) Brongn.

2. — 1-*loc. Cal. tubus obconicus, germini totus adnatus*, laciniis apice callosis subpatentib. Discus epigynus, carnosus, 5-gonus. Styl. brevis, subsimplex; stigm. 3, dentiformia. Fr. areola magna nuda supra notatus nec calyce coronatus. (Fl. in ramor. apice axillares solitarii v. spicati v. paniculati. — *Cap. b. sp.*) . . . . . . *Soulangia. Brongn.

b. Petala 0 aut setacea incurva. Cal. tub. brevis, suburceolat., inferne germini adnat., lacin. setaceis longiss. erectis. Anth. 1-locul. Discus Phylicae. Styl. brevis, stigm. sub-3-lobo. Fr. semiinferus, coccis lignosis. (Fol. interdum stipulata; fl. capitati v. capitato-spicati. — *Cap. b. sp.*) . . . . *Trichocephalus. Brongn.

B. Fruct. (ut germ.) semiinferus, (in Scutia superus, sed germen semiinferum).

a. Petala concava.

‡ *Stylus simplex.* Cal. 5-fid., lacin. acutis. Pet. 5, cucullata, sessil. aut subsess., parva. Stam. 5, filam. brevib., anth. 2-loc. Germ. 3-loc. (Fol. glabra.)

1. Cal. campanulat., colorat. Disc. 0. Stigma 3-dentat. Fr. calyce toto cum petalis persistente coronatus. Sem. funiculo brevi cupulata. (Frut. ericoidei, ramis interdum spinesc., fol. stipulat., integerr.; fl. in ramor. extremit. aggregati v. solitar., basi squamis imbricatis calyculati. — *Nov.-Holl.*) . . . . Cryptandra. Sm.

2.? — persist. Pet. decid., in tubum conniventia. Disc. . . . . .? Antherae sub squamis (disci lobis?) insertae. Germ. 2-lob. Caet. ignot. (Frut. spinos., fol. spars. v. fasciculat. oblongo-lanceolat., fl. axill. — *Nov.-Holl.*) . . . . *Solenantha. G. Don. †

3. — urceolat., disco tenuissimo vestitus. Styl. 3-gonus, 3-sulcat., stigm. 3-lobo. Fr. . . . . ? Sem. . . . . ? (Frut., fol. lanceolat. serrat., stipulis foliaceis auriculaeform. subrotund.; panic. axill. et term. paucifl. — *Cap. b. sp.*, — *Ind. or.?*) . . . . *Noltea. Rchb.

‡‡ *Styli 3, distincti aut in unum 3-fidum inferne connati.*

α. Cal. 5-fid., lacin. ovatis acutis. Pet. 5. Stam. 5. Disc. depressus. Fr. calycis tubo adnato circumscisso basi cinctus, coccis crustaceis.

1. *Calycis tubus subhemisphaer.*, lacin. conniventes membranac. Pet. cucullata, deflexa. Stam. demum exserta. Disc. annular., planus, 5-gonus, spongiosus, superficie mammillosa. Germ. globos., disco cinctum eique vix basi adnatum. Styli 3, fere liberi, divergentes. Fr. superne liber et 3-costat., coccis 2-valvib. Sem. funiculo brevissimo cupulata. (Suffrut., panic. term. v. racemis axill. — *America bor.*) . . . . Ceanothus. (L.) Brongn.

2. *Cal. patens, tubo vix ullo*, lacin. subpatent. intus carinatis. Pet. convoluta, obovata. Stam. exserta. Germ. disco carnoso subplano 5-gono immersum eique adhaerens. Stylus profunde 3-fid. Fr. sphaeric., calyce semitectus, coccis intus dehisc. superne 2-valvibus. (Frut., cymis axill. paucifl. — *Amer. et Asia trop.*, *Austral.*) . . . . *Colubrina. Rich.

β. Cal. 4-fid. Pet. 4, cucullata. Antherae 4, petalis inclusae. Stigma sess.?, 3-lob. Germ. 3-loc. (Frut., spinis validis brachiatis. Caet. ign. — *Nov. Holl.*) . . . . *Tetrapasma. G. Don. †

b. Petala plana v. vix concava, aut 0. Antherae 2-loc.

1. *Petala plana subcordata, aut 0. Stam. exserta.* Disc. 0. Germ. 3-loc., calyci semiadnat., cujus lacin. demum decid. Styl. 3-fid., ramis divergent. Fr. calycis tubo basi vestitus, coccis disjunctis indehiscentibus basi foramine lato (prius membrana clauso) apertis. (Frut. pube stellata plus minus tecti; stip. decid.; corymbi v. panic. axill. et term. — *Australia.*) . . . . Pomaderris. Labill.

2. — *fere plana, emarginata v. 2-loba. Stam. brevia.* Disc. carnos., calycis tubum vestiens, germen arcte cingens, sed cum eo non cohaerens. Germ. calycis basi adnat., 2-4-loc. Styl. brevis, stigmatib. 2-4. Fr. 3- rarius 2- v. 4-coccus, calycis tubo circumscisso basi cupulatus, sed ab eo liber. (Frut. glaberr., fol. interdum subopnos.; stip. minut. decid.; spinae axill. arcuatae aut 0; umbellulae axill. paucifl. — *Ins. Mascarenh., Ind. or., Amer. trop.*) . . . . *Scutia. Commers.

C. Fruct. (ut germen) superus, tenue crustaceus, pedunculo carnoso valde incrassato suffultus. Germ. 3-loc., disco semiimmers. Fl. ☿, 5- raro 4-meri. Cal. subplanus, lacin. 3-nerviis. Pet. convoluta, subrotunda, emarginata. Stam. inclusa. Disc. tenuis, carnos., planus, margine elevatus, pilosus. (Arb., racemis axill. — *Ind. or.*, *Japon.*, — *Californ.?*) . . . . Hovenia. Thunb.

II. Folia opposita. Fr. capsular., 1-2-loc., 2-valv., stylo persist. terminatus. Sem. albuminosa.

A. *Fl. abortu monoici, apetali.* Cal. 5-dentat. Stam. 5, brevissima, calycis dentib. alterna. Germ. 2-loc., margine membranaceo cinctum. Styl. 1, stigm. obtuso. Caps. subglobosa, 2-loc., 2-valv., 00-sp., dissep. valvis contrar. Sem. arillo subalato terminata. (Arb., fol. integerr., racemis paniculat. lateral. — *Java.*) . . . . ?*Crypteronia. Blume.

B. *Fl. ☿. Germ. 3-loc.*

a. Antherae 2-loculares, (efr. Adolphia.)

1. *Cal. brevis, campanulat., colorat., 4-5-fid.* Pet. 4-5, staminib. minora. Disc. carnosus, pateriform., margine angusto elevato libero subintegro. Germ. subsuperum, basi disco cinctum. Styl. brevis, stigm. 3-lobo. (Habitus Colletiae. — *Nov. Holl.*, *Buenos Ayres.*) . . . . *Discaria. Hook.

2. — *hemisphaer., limbo patente.* Pet. cucullata. Antherae inclusae, cordatae, loculis supra confluentibus. Disc. tenuis, calycis tubum ad faucem usque vestiens. Germ. fundo calycis semiadnat. Styl. filiform. calyce longior, stigm. breviter 3-lobo. Fr. . . . . . ? (Frut., ramis spinescent. et spinis axill., fol. linear. 2-stipulat., pedunc. axill. 1-flor. — *Mexico.*) . . . . . *Adolphia. Nob.

b. Antherae 1-loc., v. sub-1-loc. Calyx subcampanulat. v. turbinat., 5-fid.

1. *Cal. colorat., supra basin demum circumscissus. Pet. 0.* Disc. annular., carnos., integer, supra calycis basin insertus, reflexus. Germ. superum v. subinferum. Styl. subexsertus, stigm. incrassato sub-3-lobo. Caps. calycis basi inferne cincta. (Frut., fol. saepe subabortivis sc. ad squamas (stipulas?) reductis, fl. axill. fasciculat. v. racemos. — *Peruvia, Chile, Mexico?*) Colletia. (Comm.) Hook.

2. — *persist., lacin. reflexis. Pet. cucullata, erecta*, stam. includentia. Discus 0. Germ. superum. Styl. subulatus, longus, persist., stigm. simpl. acuto. Caps. stylo terminata, abortu 1-loc., 2-valv., 1-sp. (Frut., fol. stipulat., oppos., (ex Hook. quaternis) v. more Colletiae subabortivis, spinis axillar., fl. axill. fascic. v. racemos. — *Chile.*) . . . . *Trevoa. Miers.

RHAMNEAE.

(Continuat.)

B. Fructus indehiscens.

I. Fructus carnosus v. coriaceus, baccaceus aut drupaceus, nec lignosus nec samaroideus.

A. FOLIA OPPOSITA.

† Flores completi. Pet. 5. Stam. 5.

a. Antherae 1-loculares, reniformes. Cal. urceolat., 5-fid., lacin. erectis ovat. acut. medio intus carinatis carnosis. Pet. cucullata, subsessilia. Stam. inclusa. Disc. carnosus, effusus, totum calycem vestiens. Germ. liberum. Styl. brevis conicus, stigm. 3-dentato. Fr. sphaeroid., subcarnos., basi calycis tubo adnato cinctus, nucleo lignoso duro 3-loc., loculis indehisc. (Frut., fol. minutis v. abortivis ad squamas (stipulas?) reductis, fl. spicat. — *Peruvia, Chile.*) . . . . Retanilla. (DC.) Brongn.

b. Antherae 2-loc.

1. *Cal. 5-part.*, lacin. decid., basi persistente drupae adnata. Pet. squamiformia, 2-fida, stamina amplectentia. Disc. carnos., 5-gonus. Germ. 2-3-loc. Stylus simpl., stigm. 2-3. Drupa carnosa, nucleo 2-3-loc. osseo. (Frut. ubique glanduloso-punctat., fol. integ. — *Mexico.*) *Karwinskia Zuccar.

2. — *tubuloso-campanulat., obsolete 5-dentat.*, basi 2-bracteat. Pet. spathulata, fauci inserta. Squamae 5, petalis alternae, obovatae, antheris subsessilibus superimpositae, calycis orificium primum claudentes. Disc.....? Germ. inferum, apice truncat. Styl. brevis, stigm. obtuso incrassato. Drupa subexsucca, infra apicem calycis vestigio coronata, nucleo 3-5-loc., loc. concretis 1-spermis. (Frut., ramis 4-gonis, fol. exstip., fl. axill. cymos. — *Cap. b. sp.*) . . . . ? Olinia. Thunb.

†† Flor. apetali, — caet. v. infra. (*Condaliae* spec.)

B. FOLIA ALTERNA, (rarius in Rhamni et Condaliae spec. et nonnunquam in Berchemia, Sageretia et Mayepea opposita aut subopposita).

A. Fructus superus.

a. Germ. 2-loc. (cfr. Rhamni sp.) disco cinctum, nec ei adhaerens. Styl. simplex. Cal. 5-fid., lacin. acutis.

1. *Calyx expansus, subplanus*, lacin. patentib. ovatis. Pet. 0. Stam. calycis lobis alterna, margini disci plani v. medio depressi 5-goni inserta. Styl. cylindr., elongat., stigm. parvo integerrimo. Drupa nucleo 1-loc. 1-sp. (Suffrut. spinesc., fol. integerr., fl. axill. — *Chile, — Brasil. merid.*) . . . . Condalia. Cav.

2. *Calycis tub. hemisphaer.*, lacin. erectis. Pet. convoluta v. cucullata. Stam. inclusa v. exserta. Disc. subplanus v. margine elevatus. Germ. disco semiimmersum. Styl. brevis, 2-sulcat., vix apice 2-fid., stigm. 2. Fr. subcarnos. v. exsuccus sublignosus, calycis tubo circumscisso suffultus, nucleo osseo 2-loc. Seminis testa fibrosa putamini superne adhaerens. (Frut., saepe scand., fol. alt. v. suboppos., fl. axill. fascic. v. subumbell. v. in panic. term. digesti. — *Ind. or., China?, Amer. bor.*) . . . . Berchemia. Neck.

b. Germ. 3- rarius 4-5-loc. (in paucis Rhamni sp. 2-loc.)

‡ **Stylus 1 aut plures conspicui.** Cal. lacin. intus carinatae, tubus disco carnoso vestitus.

1. *Stylus 1, brevissimus, stigm.* 3. Germ. 3-loc., disco subinclusum. Fr. . . . ? Cal. urceolat. v. hemisphaer. Calycis lacin. erectae acut. Pet. unguiculata, convoluta v. cucullata, erecta. Stam. inclusa v. exserta, anth. 2-loc. Disc. cupulaeform., crassus, germen arcte cingens nec ei adhaerens, margine elevat. (Frut., saepe spinesc., fol. suboppos., spicis interrupt. simpl. v. ramos. axill. v. term. — *Asia et Amer. trop. et temperat.*) . . . *Sageretia. Brongn.

2. *Styli* 2-4, liberi divergentes aut saepe plus minus coaliti; stigm. totidem parvis. Cal. urceolat., 4-5-fid., lacin. erect. v. patulis. Pet. nunc 0, nunc 4-5, parva subplana v. leviter convoluta emarginata, margini disci inserta. Stam. 4-5, brevia, anth. 2-loc. Germ. disco tenui impositum nec immers., 2-4-loc., loc. 1- rarissime 2-ovulat. Fr. carnos, sphaeric., nucleis 2-4 cartilagineis (nec osseis) indehisc. 1-spermis. (Frut. v. arbusc., fol. stipulat., rarissime oppos., fl. axill. racemos. fascic. v. solitar. — *Patria diff.*) Rhamnus. (L.) Brongn.

3. *Styl. 1, brevis., stigm. obsolete et obtuse denticulato.* Germ. disco immers., 5-loc., loc. 1-ovulat., aut 3-loc., loc. sub-2-ovulat. Bacca? v. drupa? turbinata, substipitata, abortu 1-sp. Sem......? Calyx inferus, parvus, planus, obsolete crenulat. Pet. 5 campanulato-conniventia, ad faucem villosa. Stam. 5, brevia, petalis opposite inserta, anth. 2-loc. (Arb., fol. alt. integerr., fascic. axill. paucifloris. — *Java.*) . . . . . ? *Strombosia. Blume.

‡‡ **Stylus 0.**

1. *Stigmata 4, sessilia, acuta.* Germ. margine carnoso brevi cinct. Drupa carnosa, nucleo 1-sp. Sem. albumin., embr. inverso. Fl. abortu monoici. Cal. inferus, parv., colorat., integerr. Corolla profunde 4-partita. Stam. 4, filam. breviss., corollae basi insert., laciniis opposita. (Frut., fol. integerr., spicis axill. pendulis. — *Java.*) . . . . ? *Lepionurus. Blume.

2. *Stigma sess., magnum, discoid.*, centro depressum, marginib. ultra germen prominens, obsolete 3-lob. Germ. disco brevi annulari impositum, 3-loc., loc. 2-ovulat., ov. pendulis superpositis? Drupa ovata, stigmate coronata, eo dilapso demum foveata, 1-sp. Fl. ☿, pauci abortu ♂. Sepala 5, imbricata, acuta, decid. Pet. 0. Stam. 5, sepalis alterna, fil. liberis subulatis, anth. 2-loc. (Arb., fol. exstip., fl. corymbos. term. — *Ins. maris pacif.*) . . . . ? *Pennantia. Forst.

c. Fruct. (an et germ.?) *1-loc.* Cal. 4-part. Pet. 4, distincta. Stam. 4.

1. *Petala obtusa, cum calyce persistentia, patentia.* Stam. brevissima. Styl. 1, arcuato-adscend., stigm. capitato-retuso. Fr.? utriculus? 1-sp. (Frut., fol. exstip., panic. thyrsoid. term. — *Patria? N.-Holl.?*) ? *Botryceras. Willd.

2. — *ovata, basi sulco staminum filam. longa subulata recipientia.* Anth. subcordatae. Styl. 1, cylindr., longiusculus, stigm. infundibuliformi Drupa subrotunda 1-sp. — (*Ind. or.?*) . . . *Samara. L. (non Sw.) †

3. — *basi concava stam. brevissima recipientia*, apice in acumen longum filiforme producta. Anth. 2-loc. Stigma subsessile, incrassat., depress. (ex ic. obsolete 4-5-lob.) Drupa olivaeformis, nucleo lignoso 1-sp. (Frut., fol. exstip.?, partim suboppos., panic. axill. — *Guiana.*) . . . . *Mayepea. Aubl.

B. Fructus inferus aut semiinferus.

a. Styli 2-3, divergentes, rarius connexi, stigm. parvis. Germ. disco immers., 2-3-loc. Fr. carnos., calycis basi v. tubo circumscisso brevi suffultus, nucleo lignoso 1- rarius 2-3-loc. indehisc. Cal. patens, vix concavus, 5-fid., lobis medio carinat. Pet. convoluta, obovata. Stam. exserta, anth. 2-loc. Disc. planus, expansus, 5-gonus, tubo calyc. et germini adnat. (Arb. v. frut.; fol. 3-nerv.; stipul. 2-1, aculeiformes; cymae axill. paucifl. saepe sessil. — *Patr. diffusa, — excl.? Australia.*) . . . . Zizyphus. Tourn. Desf.

b. Styli 1, indivisus. Stam. 5, petalis totidem alterna. (Genera vix hujus loci.)

1. *Calycis tubus brevis germini adnatus*, limbus 5-fid. deciduus. Pet. 5, parva, indivisa acuta. Stam. 5, brevissima, petalis alterna, anth. 2-loc. Styl. filiform., elongatus, stigm. depresso-capitato. Bacca sicca, calycis basi adnata circumscissa cupulata, globosa, 5-loc., 5-sp. (Frut., fol. glanduloso-serrat., pedunc. oppositifol. — *Nov. Zeeland.*) . . . . ? Carpodetus. Forst.

2. *Cal. 5-part.* Pet. 5. Squamulae 5, fimbriatae, staminibus et calycis lobis oppositis interpositae. Discus 0. Drupa infera, nuce laevi. — (*Ind. or.*) . . . . ? *Sphaerocarya. Wall.

c. Stylus subnullus, stigm. 2-5.

‡ **Flor. dioici. Germ. 2-loc. Stigmata 2.**

1. *Petala* 4. Cal. 4-part., obtusus, sub fructu persistens, forsan totus liber. Stam. 4, petalis oppos. Stigm. sessil. v. subsessilia. Bacca sicca 2-partibilis, rarius abortu 1-loc., 1-sp. Sem. albuminos. (Frut., fol. exstip., fl. axill. 00 pedicellat. — *America trop.*) . . . . ? Schaefferia. Jacq.

2. — 0. Cal. parv., crenulatus. ♂: Stam. 6-10, sepalis alterna?, filam. brevib. basi connatis, anth. 4-gonis. ♀: Germ. superum, loc. 2-ovul. Stigm. sess., 2-fidum. Drupa baccata, stigmatib. coronata, nucleo fibroso 1-sp. Sem. albumin. (Arb., fol. exstip., racemis axill. simpl. — *Java.*) ? *Daphniphyllum. Blume.

‡‡ **Flor. ☿.** Cal. minimus, 5-dentat., basi germini adhaerens, persist. Pet. 5, oblonga, acuta, appendice ex apice orta spathulata laminam aequante et supra eam deflexa aucta. Germ. disco annulari cinctum. Bacca calyce adnato cupulata, pisiformis, 4-5-striata, stigmatib. 4-5 sessilib. coronata, 4-5-loc., 4-5-sp. (Arb., stip. decid., fl. minutis in pedunc. axillari globoso-umbellatis pedicellatis. — *Guiana.*) . . ? Goupia. Aubl.

II. Fructus siccus, lignosus alatus aut spongioso-coriaceus.

Cal. patens, 5-fid, lobis ovatis acutis Pet. 5, unguiculata, obovato-spathulata, convoluta, reflexa. Stam. 5, petalis paulo longiora, filam. basi unguibus adnata, anth. 2-loc. Disc. carnos., expansus, planus. (Folia alterna.)

1. *Calycis lobi intus subcarnosi carinati.* Anther. connectiv. in apiculum glandulos. ultra loculos plus minus productum. Disc. tuberculos. Germ. 2-loc., disco immers. nec ei adnat. Styl. brevis, compressus, pilosus, apice 2-dentat. Fr. samaroid. 1-loc, 1-sp., supra in alam oblongam membranaceam productus, calyce adnato semitectus, sphaeric, coriaceo-lignos. (Frut. volub., fol. basi obliquis, penninerv., stipul. decid., racemis term. paniculat. longis. — *Ind. or.*) . . . . Ventilago. Gaertn.

2. *Calycis lobi intus vix carinati.* Germ. disco semiimmers. eique basi adnat., 3-loc. Styli 3, conici a germine vix distincti, stigm. 3 oblongis. Fr. sphaeric., spongioso-coriac., disco in alam magnam circularem expanso medio cinctus, nucleo globoso lignoso 3-loculari. (Frut., stipulis spinesc.; fol. 3-nervia; panic. axill. breves. — *Europa austr., Napal., China?*) . . . . Paliurus. Tourn. Desf.

LXIII. BRUNIACEAE.

A. **Genuinae:** Petala fere semper distincta, cum staminibus germini inserta. (Frut. v. suffrut. *Capenses.*)

I. Calyx 10-fidus, dent. 5 brevib. obtusis, 5 alternis elongatis complanatis dilatato-truncatis. Pet. 5, oblongo-spathulata, distincta. Stam. exserta, filam. filiform., anth. 1-loc.? cucullatis. Germ. calycis tubo turbinato adhaerens? Styli 2, basi connati, sursum divergentes, obtusi. (Habitus, fol. et inflor. Berzeliae et Bruniae.) . . . . . . *Heterodon. Nob.

II. Calyx 5-fid. v. 5-dentatus.

† **Germinis loculi ovulis 1-2, nec pluribus, gravidi.**

I. Petala distincta.

A. Calyx liber, nec germini adhaerens, laciniis 5 acutis apice callosis. Stam. inclusa. Styli 2, superne divergentes. Germ. liberum, 2-loc., loc. 1-ovulat. Fr. . . . . . ? (Suffrut., ramulis oppos. v. subverticill., fol. rhomboid. carinat., fl. capitat.) . . . . . . *Raspalia. Brongn.

B. — *germini adhaerens.* Germ. semiinferum aut inferum.

a. Germ. 1-loc., inferum, 1-ovulat. Styl. simplex. Fr. indehisc. Cal. 5- rarius 4-fid, lacin. acutis inaequal. gibbosis apice saepius callosis, 2 superiorib. paulo brevioribus. Pet. oblonga v. spathulata, staminib. breviora, unguib. vix carnosis non carinatis. (Frut., fol. brevib. sub-3-gonis, capitulis globosis) . . . . . . *Berzelia. Brongn.

b. — 2-loculare.

‡ *Styli 2, superne saltem divergentes.*

1. *Fruct. indehisc., abortu 1-sp.* Germ. semiinferum, locul. 2-1-ovulatis, altero nunc vacuo. Calycis laciniae subspathulatae, aequales, non callosae. Pet. ovata v. spathulata, unguib. glandulosis saepius 2-cristatis. Stam. inclusa v. exserta. (Suffrut., ramis subverticillat., fol. aceros. saepe abbreviat., fl. globoso-capitat. aut paniculat.) . . . Brunia. (L.) Brongn.

2. — *2-coccus, semiinferus,* coccis intus rima dehiscentibus 2- v. abortu 1-sp. Pet. oblonga, sessilia, convoluta. Stam. inclusa, antherar. loculis inferne divergentib., connect. superne carnoso conico. Cal. 5-fid., lacin. brevib. membranaceis. (Suffrut. ericoid., fl. axill. solitar. ramorum apicem spicaeformem reddentibus.) . . . . . . Linconia. L.

‡‡ *Stylus 1* (ex duobus v. 3 coalitis constans). Stamina inclusa.

1. *Germ. 3-loc.,* superne 3-lob., semiinferum, loc. 2-ovulat. Styl. 3-gonus, stigm. 3, minutis papillaeformib. Fr. . . . . . ? Cal. tub. brevis obconicus, lacin. maximae scariosae concavae. Pet. longe unguiculata, ungue 2-carinato, lamina patente. (Suffr., capitulum terminale spicaeforme, fl. purpur.) . . . . . . *Audouinia. Brongn.

2. — *2-loc.* Stigma 2-lob. aut 2-dentatum.

α. Germ. inferum, sphaeric., loc. 2-ovulat., septo membranaceo ovuligero marginib. libero. Fr. . . . . ? Calycis tub. sphaeric., extus glandulosus, lacin. subscariosis erectis. Pet. 5, unguiculata coriacea. Stam. libera. (Suffrut., ramis subumbellat., fol. aceros., fl. axill., in ramor. extremit. approximat.) . . . . . . *Mösslera. Rchb.

β. — semiinferum, loc. 1-ovulat. Fr. 2-coccus, 2-cornis, coccis superne 2-valvibus intus ad basin usque fissis. Cal. lacin. setaceae, apice callosae. Pet. lanceolata, basi carnosa incrassata nec 2-cristata. (Frut., fol. aceros., capitulis term. discoideis bracteis radiiformib. suffult.) . . . . . . Staavia. Thunb.

II. Petala basi in tubum connexa.

1. *Calyx germini adhaerens,* lacin. 5 angustis apice callosis. Stam. exserta, petalis basi plus minus adhaerentia. Germ. semiinferum, 2-loc., loc. 1-ovul. Styli 2, diverg. Fr. 2-coccus, coccis omnino disjunctis intus planis rima angusta dehiscentib. (Suffr., fol. subulat., fl. capitat.) . . . . . . *Berardia. Brongn.

2. — *germini semiadhaerens.* Antherae in fauce tubi corollae infundibuliformis subsessiles, loculis basi divergentib. Styl. 1, cum fructus apice continuus. Fr. 2-coccus, basi dehisc. *Gravenhorstia. C. G. Nees ab E.

†† **Germ. 1-loc., 00-ovulatum,** inferum, disco carnoso margine elevato tectum. Ovula ex apice peltato-dilatato columnae centralis filiformis pendula. Styl. 1, cylindr., stigm. integro. Fr. . . . . ? Cal. tub. inferne germini adhaerens brevis, lacin. lanceolat. scariosis. Pet. unguib. latis 2-carinatis, laminis patent. Stamina inclusa. (Suffr. ramis filiform., fol. minutis obtusis carinat., fl. solitar. term. albis.) . . . . . . *Thamnea. Sol.

B. **Genus affine** (dubiae sedis): Cal. 2-bracteat, 5-part., imbricat. Corolla tubulosa 5-fida, lobis unguiculatis. Stam. 5, corollae fauci inserta. Germ. superum. Styli 2, stigm. obtusis. Caps. 2-cocca, septo membranac. medio placentifero, loculis 8-10-spermis. — (*Cap. b. sp.*) . . . . . . ?*Lonchostoma. Wickstr.

LXIV. SAMYDEAE.

A. Stamina 10-18, omnia fertilia, filam. connatis in urceolum apice 10-18-dentatum, dentibus antheriferis. Cal. tubuloso-campanulat., 10-striat., intus colorat., limbo 5-fido inaequali. Caps. coriacea 4-5-valv. Stigma capitat. — (*America trop.*) . . . Samyda. L. Jacq.

B. Stamina fertilia 6-15, sterilib. (castratis) **totidem alternantia,** filam. basi in urceolum connatis. Calyx 5-part. (*Casearia, Cambess.* apud St. Hil.)

1. *Stigma simplex capitatum.* Stam. fertil. 6, 8, 10, 12 v. 15; sterilia totidem subulata aut spathulata, saepe villosa aut ciliata. — (*Patria intra trop. diffusa.*) . . . . . . Casearia. Jacq.

3. *Stigmata 3.* Stam. fertil. 10, sterilia 10 setiformia breviora. — (*Peruvia.*) . . . . . . Chaetocrater. Ruiz et Pav.

LXV. HOMALINEAE.

A. **Genuinae:** Flor. ☿, apetali. Antherae 2-loc., rimis longit. dehiscentes.

I. Stamina calycis lobis numero aequalia aut plura.

A. Stylus 1.

1. *Calyx* 10-*part.*, lobis 2-serialibus basi glandulis 10 geminis munitis. Stam. 15?, fascic. 3-andris. Stigma 3-gono-sulcatum. Bacca 1-loc., placentis 3 carnosis parietibus longitudinaliter adnatis 00-sperm. — (*Peruria.*) . . . . . Pineda. Ruiz et Pav.

2. — *tubo brevi libero*, fundo lana densa pulvinata vestito, limbo 10-fido, lobis alternis latiorib. basi glanduloso-incrassatis. Stam. 40, pluriseriata, exterioris seriei calycis lobis angustioribus, interiorum 2-3 seriërum lobis latioribus opposita. Germ. superum, 1-loc., ovulis 4 costis parietalib. per paria affixis. Styl. crassus, stigm. 2, truncatis lunato-excavatis. Fr.....? (Arb., fol. alt. exstip., racemis axill. — *Cap. b. sp.*) . . . . . *Eriudaphus. C. G. Nees.

B. Styli plures distincti. Germen superne conicum.

† *Stamina distincta.*

1. *Cal.* 4-*part.*, lobis 2 interior. angustiorib. Stam. 36, 4-serialia. Germ. glandula annulari basi cinctum, 4-locul., 00-ovulat. Styli 4, subulati patentes. Bacca 4-locul., oligosperma. (Arbusc., ramis et fol. alt. oppos. v. subverticillat., stip. setaceis decid., fl. axill. fasciculato-racemos. — *America austr.*). . . . . *Adenobasium. Presl.

2. — *tubo turbinato germini adnatus*, limbo 10-30-partito, lobis exterior. basi v. medio glanduliferis, interior. (petalis?) minorib. eglandulosis. Stam. 00, calycis lobis interiorib. opposita. Styli 3-5. Caps. 1-loc., 00-sp. Sem. parietalia. (Arb., fol. alt., stip. decid., racemis simpl. v. panic. — *Ind. or., Ins. Mascarenh.*) . . . . . Blackwellia. Commers. (non Gaertn.)

†† *Stamina polyadelpha.*

a. Calycis tub. obconicus germini adhaerens, limbo 2-seriatim 12-14-partito, lobis alternis (interiorib.) angustioribus. Stam. fascic. 3- v. 6-andri, calycis lobis exteriorib. oppositi. Styli 3, filiformes. (Arbusc., fol. alt., stip. decid., fl. spicato-racemos. v. paniculat.)

1. — lobi interiores (qui staminum fasciculis alterni) basi glandulis 6-7-praediti. — (*Amer. et Afr. trop.*) Homalium. Jacq.

2. — lobi omnes eglandulosi. Stamina 18. — (*Guiana.*) . . . . . Napimoga. Aubl.

b. Calyx campanulat., 10-*fid.*, lobis ext. conniventib., interior. petaliformib. unguiculat. breviorib. Stam. 5-adelpha, calyci inserta, fascic. 4-5-andris, cum glandulis 5 alternantib. Germ. calyci semiadnat., 4-ovulat. Styli 4. Fr. abortu 1-sp. (Arb. v. frut., fol. alt., racemis axill. — *Madagascar.*) . . . . . Myriantheia. Pet.-Th.

II. Stamina calycis lobis numero pauciora.

1. *Calyx turbinat., germini semiadhaerens, limbo* 10-12-*fido*, lob. alternis interior. (petalis?) erectis cum glandulis 5-6 alternantibus. Stam. 5-6, lobis interiorib. opposita. Styli 2-3. Fr...? (Frut., fl. spicat. nudis aut involucratis. — *Madagascar.*) . . . . . Nisa. Pet.-Th.

2. — *tubo brevi, limbo* 14- *rarius* 12- *v.* 16-*fido*, lobis alternis breviorib. Stam. 7, rar. 6 v. 8, anth. 3-loc. Germ. liberum. Styli 4. Fr. 1-sp. (Arb., fol. alt. serrat., spicis axill. simpl. — *Cochinchina.*) . . . . . Astranthus. Lour. †

B. **Genera affinia** (dubiae sedis): Flor. petaliferi, interdum 1-sexuales. Antherae nunc 3-loc. aut apice 2-rimosae.

a. Fl. ☿. Pet. 5 calyci inserta ejusque lobis alterna. Germ. 3-loc.

1. *Cal. magnus, persist.*, 5-*fid.*, *lobis oblongis expansis.* Stam. 10, in urceolum calyci adnatum concreta, alterna breviora. Germ. 3-gon., ovulis centro affixis. Styl. brevis, 3-fid., stigm. capitatis. *Fr...?* (Arb, fol. alt. integerr., panic. 00-flor. divaricat. — *Madagascar.*) . . . . . ? Asteropeia. Pet.-Th.

2. — *campanulat., profunde* 5-*fid.* Stam. 15-18, nonnulla sterilia, 3-4-adelpha, fasciculis calycis lobis oppositis, anth. apice 2-rimosis. Germ. liberum, loc. 2-ovulat. Styli 3, basi subconnexi. Bacca globosa 3-loc., loc. 2-1-sp. Sem. angulos., albumin. (Frut., fol. suboppos. serrato-dentat., stip. decid., racemis axill. — *Chile.*) . . . . . ? Aristotelia. L'Her.

b. Fl. dioici. Cal. 4-5-lob. Pet. 4-5, singula basi squama nectarifera aucta. ♂: Stam. 00. ♀: Germ. superum, 1-loc., ovulis 00 placentis 5 parietalib. affixis. Styli 5. Bacca sicca, 1-loc., 00-sp. Sem. albumin. (Fol. alt., exstip. — *Ind. or.*) . . . . . ? * Chaulmoogra. Roxb. †

LXVI. CHAILLETIACEAE.

A. Flor. ☿.

I. Corolla 5-petala, rarius 5-fida. Cal. 5-lobus. Stam. 5, aequalia.

a. Styli 2-3 *liberi* ***(Mestotes, Sol.)*** aut coaliti ***(Dichapetalum, Pet.-Th.).*** Germ. 2-3-loc. Petala emarginata v. bifida. — (*America, Africa et Asia trop.*) . . . . . Chailletia. DC.

b. Stylus 1.

1. *Germ. calyci adhaerens?* 3-ovulat. Fr. 3-gonus, nucleo rugoso osseo. — (*Madagascar.*) . . . . . Plappertia. Rchb.

2. — *liberum?* Styl. cylindr., elongat., stigm. capitato. Bacca globosa, 3-loc., loc. 1-sp. Sem. ad basin hilo magno laterali notat. Cal. tubulos., basi ventricos., colorat., limbi lacin. 5 acutis inaequalib. Cor. gamopetala infundibuliform., calyci inserta, tubo brevi, limbi lobis 5 inaequalib. acutis conniventib. Nectarium basi corollae adnatum ejusque faucem claudens, latum, fornicatum, 5-dentatum, infra dentes intus antheras 5 sessiles gerens. (Frut., fol. alt. integerr. exstip.?, corymbis axill. paucifl. — *Guiana.*) . . . . . ? * Cryptostomum. Schreb.

II. Corolla gamopetala sub-2-labiata, labio infer. breviore profunde 2-fido, lobis obtusis emarginatis; superiore longiore apice obtuse 3-crenato. Stam. 5, quorum 3 longe exserta, 2 multo minora subinclusa. Germ. subglobos., 3-lob.? Styl. 1, exsertus, apice 3-fid. Fr....? Cal. 5- (ex Aubl. 6-) partit., lobis inaequalib. ciliatis. (Frut. v. arbusc., fol. alt. integerr., stip. parvis decid., fl. parvi e petiolis nascentes aggregati. — *Guiana.*) . . . . . ? Tapura. Aubl. †

B. Flor. polygami.

Cal. 5-part. Pet. 5. Stam. 5, libera?, anth. cordat. Nectarium squamaeforme intra basin petalor. Germ. 2-loc., 2-ovulat. Styli 2, recurvi, stigm. subbilobis. Caps. 2-loba, 2-loc., 2-valv., apice dehisc., loc. 1-sp. Sem. arillat., albuminos., embr. inverso. (Arbor habitu Gelonii, fol. alt integerr., stip. subulat. — *Ind. or.*) . . . . . ? * Moaccurra. Roxb. †

LXVII. AQUILARINEAE.

a. Calyx plus minus profunde divisus,

persist., basi intus urceolo 10-lobo ipsi adnato auctus. Stam. fertil. 10, brevissima, urceoli lobis alterna. Germen superum.

1. *Calyx turbinatus, coriac.*, 5-*fid.*, tubo intus squamis descendentib. hirsutis tecto. Antherae medio dorso affixae versatiles. Stigma sessile, simpl., convexum. Germ. sessile, obovat., obtus. Caps. sessil., lignosa, 2-loc., loculicido-2-valv., amygdaliformis, loc. 1-sp., valvis suberosis crassis. Sem. massa spongiosa (arillo?) circumdata, altero saepe abortiente. (Arb., fol. alt. integerr. exstip. impunct., fl. . . . . — *Ind. or., Molucc.*) . . . . . Aquilaria. Lam.

2. — *campanulat.*, 5-6?-*part.* Urceolus tomentosus. Antherae erectae, basi affixae. Stylus stamina superans, apice 2-fidus. Caps. lanceolata, compressa, corticosa, apice dehisc., 2-loc., 1-sp. Sem. ovat., acuminat., ala longa subtereti sinuosa latere aucta. (Arb., fol. alt. undulat. integerr., fl. solitar. termin. — *China.*) . . . . . Ophispermum. Lour.

b. Calyx longe tubulosus,

colorat., edentulus, tubo intus glabro. Antherae 5, sessiles, calycis lobis oppositae. Germ. oblong., apice in stylum conico-filiformem attenuatum. Stigma compresso-globosum. Caps. coriacea, sicut germ. longe stipitata. Sem. cauda fungoso-suberosa triquetro-subulata versus capsulae fundum descendente aucta. (Arbor., omnibus partibus colore aurantiaco suffusis. — *Zeylon.*) . . . . . Gyrinops. Gaertn. †

LXVIII. TEREBINTHACEAE.

A. Germen ex ovario unico formatum aut saltem loculum unicum completum continens.

I. Fruct. (ut germ.) inferus. Fl. diclines. ♂: Stam. 3-36, libera, brevia, anth. 2-loc. Pistilli rudiment. 0. ♀: Cal. superus. Corolla 4-part. marcescens v. 0. Stam. 0. Germ. 1-loc., ovulo 1. Stigm. 1-00. Drupa, nucleo osseo 1-spermo. Radicula supera. (Arb. v. frut., fol. alt. exstip. impunctat.) . . . . **Tribus ? I.** * *JUGLANDEAE.*

A. Genuinae: Folia pinnata. Fl. monoici, rarius dioici; ♂ amentacei, apetali, singuli bracteae intus adnati; cal. obliquus, 2-6-part, lobis inaequalib., aut nullus. Stam. hypogyna. ♀: Stigmata magna, saepe sessilia. Drupa semi-2-4-locularis, 1-sp. Sem. erect., 4-lobum, exalbum., cotyled. crassis 2-lobis oleiferis, plumula 2-phylla pinnata. (Folia trita saepissime aromatico-graveolentia)

a. Fruct. apterus. Calyx fl. ♀ 4-lobus.

† *Folia abrupte pinnata.* ♂: Cal. 0. Stam. 5-12 in axilla squamae semi-3- rarius 00-fidae, antheris pubesc. ♀: Squama foliacea maxima, 3-loba, demum excrescens, germen cupulatim semiincludens. Cal. parvus. Stylus profunde 2-3- rarius 00-fidus. Nux crustacea, 2-sulcata, incomplete 2-loc., 1-sp., evalvis. Cotyled. foliaceae plicato-convolutae. (Amenta monoica aut dioica, squamis 1-floris. — *Java.*) . . . . Engelhardtia. LESCHEN.

†† — *impari-pinnata.* Flor. utriusque sexus calyce praediti, ♀ 2-4 in ramulis terminales.

1. ♂: *Cal. 5-6-part.* Stam. 14-36. ♀: Cor. 4-part. Styli 2 brevissimi, aut 1. Stigm. 2 recurvata, supra papilloso-lacera. Drupae nux rugoso-sulcata, 2-valv., valvis margine in costam extus prominentib. — (*America bor., Asia occid.*) . . . . Juglans. (L.) NUTT.

2. — — *2- rarius 3-part.*, lobo inferiore multo minore. Stam. 3-6. ♀: Cor. 0. Stigma sessile, discoid., 4-lobum. Drupa cortice 4-valvi, nuce laevi sub-4-gona, interdum 2-valvi. — (*America bor.*) . . . . Carya. NUTT.

b. Fruct. subdrupaceus, supra basin (ut germen) transverse 2-alatus, apice valde attenuat., indehisc. Fl. ♂ polyandri? ♀: Cal. irregulariter 3-5-fid. Germ. lageniforme. Styl. 1, brevissimus, stigm. 2. (Spicae ♀ elongatae pendulae, sessiliflorae, ebracteatae? — *Region. Caspicae.*) . . . . Pterocarya. NUTT.

B. Genus affine: Folia simplicia, dentato-spinosa. Fl. dioici. ♀: Cal. parv., 5-dentat, Pet. 5, sub margine disci magni orbicularis integri inserta, distincta, sessil., plana, aequal. patent., imbricata. Stam. 5, cum petalis inserta iisque breviora et alterna, libera. ♀: Cal. campanulat., limbo libero 4-dentato persist. Pet., stam. et disc. 0. Germ. 1-loc., vertice libero 3-cuspidat. Ovulum in summo loc. sublateraliter pendulum. Fr. drupaceus, calyc. et vertice 3-cuspidato (stylo?) coronat., indehisc., parce carnos., endocarp. chartaceo. Sem. albumin., embr. parvo oblongo-cylindr. inferne 2-lobo. (Frut. volub. v. adscend., super arbores radicans, racemis paniculat. axill., fl. atropurpur. — *Peruvia.*) . . . . ? Decostea. RUIZ et P.

II. Fruct. (ut germ.) superus (rarissime inferus, v. Holigarna).

A. Ovarium unicum, 2-ovulatum, ov. pendulis. (Fol. impari-pinnata.) . . . . **Tribus II.** *AMYRIDEAE.*

1. *Cotyledones indivisae*, carnosae. Album. 0. Drupae nucleus chartaceus. Germ. disco incrassato insidens, 1-loc. Stigma sessile. Cal. 4-dentat., persist. Pet. 4, hypogyna, cuneato-unguiculata, aestiv. imbricata. Stam. 8, petalis breviora. (Arb. v. frut., fol alt. v. oppos. pellucido-punctat., fl. paniculat. ☿. — *America trop., Florida.*) . . . . Amyris. L.

? 2. — 3-*partitae*, lobis magnis crassis angulatis contortis. Fr. superus, ovalis, magnus. Caet. ignot. (Arb., fol. alt.? impunct.? — *Ins. S. Thomas sinus Guineens.*) . . . . * Pachylobus. G. DON. †

B. Ovaria praeter unum abortientia. Germ. loculo completo unico 1-ovulato. Flor. plerumque unisexual., raro apetali. Stam. perigyna, filam. liberis aut basi connatis. Fr. indehisc., drupaceus. Sem. pendul., rarius adscendens. Album. 0. (Fol. alt., in sola? *Bouéa* opposita, exstip., simpl. aut compos. impunctata.) . . . . **Tribus III.** *CASSUVIEAE.*

A. Cotyledones foliaceae v. planae (saltem non crassae carnosae). Pet. et stam. disco hypogyno aut calyci inserta. Germ. abortu? 1-loc. . . . . Subtribus I. SUMACHINEAE.

I. Folia simplicia. Semen (ut ovulum) funiculo e basi loculi orto affixum.

? *a.* ***Flor. apetali.*** Cal. profunde 5-part. Stam. 5, basi calycis inserta ejusque lobis opposita. Ovar. superum, sess., globos. Styl. brevis, stigm. capitato. Drupa minuta, ovoid., parce carnosa, 1-loc., 1-sp. Sem. erect. Embr. transversus, subarcuat., teres, cotyled. angustissimis. (Arb., fol. integr., fl. axill. pedicell. glomerulat. minut. — *Nov.-Zeeland.*) * Suttonia. A. RICH.

b. — ***completi.*** Stam. petalor. numero dupla. Sem. pendulum.

† *Flor.* ☿. Cal. tubulos., colorat., 4-dentat. Pet. 4, linearia. Stam. 8, alterna petalis longiora, alterna quae petalis opposita iisdem breviora, circa discum calyci inserta. Stylus simpl. Drupa exsucca, pisiform., acuminata, 1-loc., 1-sp. Sem. pendul. (Arbusc. spinesc., fol. inciso-dentat., fl. fasciculat. — *Senegamb.*) . . . . * Heudelotia. A. RICH.

†† — *1-sexuales v. polygami, monoici aut dioici.* Calyx persist.

1. *Fl. monoici v. dioic. Cal. 4- rarius 5-fid.* Pet. 4-5, concava, imbricata. Stam. 8, sub disco urceolato 8-dentato inserta, quae petalis alterna longiora; in ♀ effoeta. Germ. sess., conic., in ♂ sterile. Styli 3-4, brevissimi, stigm. capitatis. Drupa globosa, nucleo coriaceo. Cotyled. planae. (Arb. subspinesc., fol. subintegr., racemis axill. — *Chile, Ins. Sandw.?*) . . . . Duvaua. KTH.

2. — *dioici. Cal. parvus, 5-part.* Pet. 5, sessil., oblonga, aestiv. valvata. ♂: Stam. 10, sub disco pateraeformi inserta, filam. brevib. Germ. abortiv. ♀: Stam. abortiva. Germ. liberum, disco carnoso insert., ovulo adscendente. Styl. brevis crass., stigm. 3-fid. lobis brevib. patentib. oblongis. Fr. drupac., epicarp. tenui fragili, sarcocarp. parce carnoso, endocarp. osseo sphaerico compresso. Embr. arcuatus. (Frut., ramis angulat., racemis paniculat. ax. et term. — *Chile.*) . . . . * Lithrea. MIERS.

II. Folia composita, impari-pinnata, (rarissime simplicia, v. Mauriae sp. et Rhois sp. DC. prodr. n. 1. et 78-80.)

a. ***Stam. petalorum numero dupla.***

1. *Flor.* ☿. Cal. persist., urceolat., 4-5-lob. Pet. 4-5, inter calycem et discum orbicularem inserta, sessil., aequal., imbricata. Stam. 8?-10, ibidem inserta, libera, filam. brevib. subulatis. Ovar. 1, liberum, sessile, ovulo in apice loculi sublateraliter pendulo. Stigma subsess., crassum, 3-5-gonum. Fr. oblique oblong., compress., subcarnos., endocarp. papyraceo. Cotyled. complanat. (Arb., fol. 3-foliol. v. impari-pinn., v. simpl.?, panic. axill. et term. — *Chile, Peruvia.*) . . . . Mauria. H. B. K.

2. — *dioici.* Cal. 5-part. Pet. 5. ♂: Stam. 10, libera. Rudiment. ovarii. ♀: Filam. sterilia. Ovar. 1, sessile. Stigm. 3-4, subsessil., capitellata. Disc. annularis, carnos., undulato-sinuos., ovarium laxe cingens. Drupa globosa, parce carnosa, nucleo osseo pericarpii lacunis 6 v. pauciorib. oleiferis circumdato. Seminis funiculus latere e pariete ortus. (Frut. v. arb., fol. impari-pinn., panic. axill. et term. — *America austr.*) . . . . Schinus. L.

? 3. — *polygami.* Cal. persist., lobis 4, brevib. rotundatis. Pet. 5, oblong., concav., patent., imbricat. ♂: Stam. 8? v. 10?, infra disci carnosi 8-crenati marginem inserta, crenis alterna. Pistilli rudiment. 4-part., lobis erectis compresso-clavatis. ☿: Ovar. 1, liberum, oblong., ovul. prope apicem lateri affixis. Styli 4, terminal., breves, erecti, stigm. simplicib. Drupa reniform., non compressa, dura. Embr. subcurvus, cotyl. carnos. planis. (Arb, racemis termin. fasciculat. filiform. interrupt. pendulis. — *Ind. or.*) . . . . * Odina. ROXB.

b. ***Stam. petalor. numero aequalia,*** sc. 5, disco inserta, libera, aequalia. Fl. ☿ aut polygami. Cal. persist., parv., 5-part. Pet. 5, sub margine disci orbicularis inserta, sessil. v. subsess., ovata, patent., imbricata. Ovar. 1, sess., ovat. v. globos. Styli 3, termin., liberi v. coaliti, aut 0. Stigm. distincta, obtusa v. capitata. Drupa subsicca, nucleo osseo. Cotyled. foliac. (Arb. v. frut., interdum spinesc., fol. imp.-pinn. v. 3-foliol., raro simpl., panic. axill. et termin. — *Patria diffusa.*) . . . . Rhus. L.

TEREBINTHACEAE, CASSUVIEAE.

(Continuat.)

Subtribus II. ANACARDIEAE.

B. Cotyledones crassae (in generib. plurib. ignotae.)

† Flor. apetali, dioici. ♂: Racemus amentiformis, squamis 1-floris. Cal. 5-fid. Stam. 5, anth. subsessil. 4-gonis. ♀: Racemus laxior. Cal. 3-4-fid. Germ. 1-3-loc. Stigm. 3, subsessilia, crassiusc. Drupa sicca, nucleo subosseo 1-loc. 1-spermo, rarius loculos 2 abortivos latere gerens. Sem. in fundo loculi affixum. (Arb. fol. pinnat. — *Europa austr., Afr. bor., Asia occid. et trop., Amer. trop.*) . . . . . Pistacia. L.

†† Flor. petaliferi.

A. Folia impari-pinnata.

I. Stamina petalorum numero aequalia. Semen pendulum.

a. Styli 1-3, conspicui.

1. *Flor. dioici.* Cal. 5-sepalus, colorat. Pet. 5, ovata. ♂: Cal. et cor. patent. Discus 5-glandulos. Stam. 5. ♀: Cal. et cor. connivent., persist. Ovar. 1. Styli 3, reflexi. Fr. indehisc., membranac., oblong., acut., 1-sp., calyce aucto stellatim patente maximo suffultus. (Arb., fl. paniculat. — *America aequinoct.*) . . . . . Astronium. Jacq.

? 2. — ☿. Cal. persist., minut., obsolete 5-dentat. Pet. 5, sessil., aestiv. valvata. Stam. 5, calyci inserta, brevia. Ovar. simplex, sessile, 1-loc. Styl. 1, stigm. simpl. Fr. . . . ? (Arb., panicul. term. — *Senegambia.*) . . . . . *Dupuisia. A. Rich.

b. Stylus 0.

1. *Flor. ☿ aut monoici.* Cal. persist., 3-4-part. Pet. 3-4, sessilia, longa. Stam. 3-4, brevia, sub disco 3-4-lobo inserta, libera, in ♀ effoeta. Ovar. 1, ovulo ex funiculo e fundo loculi adscendente sub-pendulo. Stigm. 3, sessilia. Drupa succulenta, superne 3-punctata, putamine membranaceo. (Arb., racemis paniculat. axill. — *Amer. trop.*) Comocladia. P. Brown.

? 2. — *dioici.* Cal. 3- v. 5-part. Pet. 3 v. 5, oblonga. ♂: Stam. 3 v. 5, exserta. ♀: Ovar. 1, ovat. Stigm. 2, sessil. Drupa ovata, nucleo 2-loc. 2-sp. (Arb., racemis oppositifol. pendulis, pedicellis fasciculat. — *Amer. trop.*) . . . . . Picramnia. Sw.

II. Stamina petalorum numero plura, plerumque dupla.

? a. *Calyx campanulat., 3-fidus,* lobis aequalib. imbricatis. Cor. campanulata, 3-fida, aestiv. valvata. Stam. 5? v. 6, filam. breviss. disco insertis. Ovar. 1, ovat. (in fl. steril. pyramidat.) Styl. brevis, stigm. capitato. Ovulum solitar.? adscend.? Fr.?, an drupa 1-sp.? (Arb., panic. term., fl. abortu polygamo-monoic. — *Brasil.*) . . . . . Trattinickia Willd.

b. *Calycis corollaeque partes 4-5-merae.*

‡ Calyx 4-lobus.

1. *Cal. profunde 4-part.* Pet. 4, patentia, imbricata. Stam. 8, exserta. Styli 4, brevissimi, distant., persist. Drupa vix carn., obliqua, compressa, styl. divaricatis apice armata, nucleo subosseo 1-loc. 1-sp. (Arb., fl. spicat., diclin., saepius dioic, minutis. — *Senegambia.*) *Lannea. A. Rich.

2. — *breviter 4-lobus.* Pet. 5. Stam. 8. (Caet. vide supra in tab. Sumachinearum.) . *Odina. Roxb.

‡‡ Calycis dentes v. lobi 5. Pet. 5.

α. Flor. polygami.

1. *Flor. dioici.* Cal. urceol., persist., plerumque obsolete 5-dentat. Pet. 5, sessil., calyci inserta, patent., aestiv. imbricato-subvalv. Disc. tenuis, carnosus, calycis fundum vestiens. ♂: Stam. 16-20-00, breviss., disco inordinate inserta. Pist. rudiment. 0. ☿: Stam. 10 (ex DC. 5.) simplici serie disci margini inserta. Ovar. 1, liberum, conic., 1-loc., ovulo in funic. a basi adscendente pendulo. Styl. breviss., crassus, stigm. 3-lobo. Drupa subcompressa, nucleo filamentis fibrosis tecto. (Arb., fl. panic. — *Madagasc., Congo.*) Sorindeia. Pet.-Th.

2. — *monoici?* Cal. persist., 5-part., lobis aequal. subrotund. patentissimis. Pet. 5, sub disco inserta, aequal., sessil., imbricata. Stam. 10, ibid. inserta, brevia, libera. Disc. magnus, orbicular., margine 10-crenat. Ovar. 1, ovat. (in ♂ tubercula 5.) Styl. 1, stigm. 4-fido. Drupa? obovato-ellipt., supra medium 5-tuberculata, nucleo durissimo. (Arb., fl. glomerato-spicat. subsessil. — *Nova Hispania.*) . . . . . Cyrtocarpa. H. B. K.

b. Flor. ☿. Cal. parv., 5-lob. Pet. 5. Stam. infra disci marginem extus inserta, alterna breviora.

1. *Cal. persist.* Pet. subrotunda. Discus annular., carnos., ovarium cingens. Styl. 1, conic., stigm. simpl. Bacca globosa, 1-sp. — (*Ind. or.*) . . . . . *Pegia. Colebr. (non Spr.) †

2. — *decid.*, lobis rotundat. Pet. oval., aequal., sessil., inter cal. et disc. inserta, aestiv. valvata. Disc. integer., subconcav., ovarium cingens. Ovar. 1, liberum, sessile, 1-loc., ovulo ex funic. brevi pendulo. Styl. 1, crassus, hinc sulcat., stigm. obliquo. Fr. (immatur.) subreniform., longitudinaliter sub-10-vittatus, 1-loc., 1-sp. Sem. pendul. (Arb.?, fol. in ramis junior. alterna in seniorib. fasciculato-congesta, fl. panic. — *Ind. or.*) . . . *Solenocarpus. Wight et A.

B. Folia simplicia.

† *Fructus inferus*, oval., subcarnos.; pericarp. crassum succo acri scatens. Ovar. in fl. ☿ tubo calycis adnatum, 1-loc., ovulo pendulo. Styl. 1-3. Fl. polygamo-dioici. Cal. 5-dentat. Pet. 5, sessil., contigua, oblonga, patent. Stam. 5, petalis breviora. (Arb., fol. integerr., petiolis utrinque processu subulato incurvo deciduo plerumque munitis, panic. axill. et term. — *Ind. or.*) . . . . . Holigarna. Roxb.

†† — *superus.*

a. Stamina petalorum numero aequalia.

‡ *Folia opposita.* Stam. 4-5, omnia fertilia. Styli 3, in unum brevem coaliti, stigm. 3, duobus abortivis, reliquo fertili caeteris multo majore. Nux evalvis. Embryo erect. (Caet. Mangiferae. — *Ind. or.*) . . . . . *Bouéa. Nob.

‡‡ — *alterna.*

α. **Stam. partim sterilia.** Fl. polygami. Cal. 5-part., decid. Pet. 4-5, imbricata, intus squama s. crista glandulosa lobata praedita. Stam. 5, disco carnoso crasso 4-5-lobo inserta, unicum (rarius 2) fertile sepalo inferiori oppositum, filam. subulato; sterilia 3-4 (interdum plura) minuta, glandula parva terminata. Ovar. 1, basi disco immers., obliquum, 1-loc., ovulo versus loculi apicem affixo. Styl. subterminalis, deflexus, stigm. simpl. Drupa carnosa, subcompressa, nucleo lignoso compresso 2-valvi extus fibroso. (Arb., fol. integerr., panic. term. — *Ind. or.*, alibi cult.) . . . . . Mangifera. L.

β. — **omnia antherifera.**

1. Stam. 4-6, aequalia, stipiti germinis supra medium inserta. Cal. tubulos., lacerus, decid. Pet. 5, rar. 4 v. 6, cum stam. inserta, patent. Germ. 1-ovulat., superne depressum. Styl. 1, lateral., stigm. obtuso. Drupa stipitata, difformis, corticata, rugosa, 1-sp. Embr. erect., exalbum. (Arbor habitu Mangiferae, fl. paniculat. — *Ind. or.*) . . . . . ? Gluta. L.

2. — 5, infra marginem disci pateraeformis inserta, libera. Fl. polygamo-dioici. Cal. 5-fid. Pet. 5, sessil., patent., imbricata. Ovar. sessile, 1-loc, ex apice 3-stylum, stigm. clavatis retusis. Fr. subcordat, in disco aucto elevato v. depresso cupulaeformi v. turbinato sessilis; pericarp. durum, crassum, succo resinoso acri scatens. Sem. pendul. (Arb. fol. integerr., panic. term. — *Ind. or.*) . . . . . Semecarpus. L. fil.

3. — 5-6. Fl. ☿ v. abortu diclines. Cal. 5-6-part. Pet. 5-6, sub disco urceolato inserta, revoluta. Ovar. 1, sessile, 1-loc., in ♂ abortiv. Stigm. 3, sessilia. Fr. indehisc., subexsucc., 1-sp. Sem. adscendens, cotyled. crassis. (Arb., panic. v. racemis term. — *Cap. b. sp.*) ? *Heeria. Nob.

b. Stamina petalorum numero plura, plerumque dupla. (Arb., fol. alterna, integerr., panic. term. et axill.

‡ *Ovarium perfectum unicum.*

α. ***Flor.*** ☿. Ovulum in funiculo e fundo loculi adscendente pendulum.

1. *Cal. parv., obtuse 5- rar. 4-3-fid.* Pet. 5, infra disci marginem inserta, oblonga, sessil., recurva. Stam. 10, ibid. inserta, petalis breviora, libera, patent. Disc. orbicular., margine 10-crenat. Pistilla 5, quorum 4 abortiva ad stylos reducta; 5ti fertilis ovar. 1-loc., disco immersum. Styl. subulat., stigm. obtuso. Drupa subglob., compressa, subcarnosa, nucl. duro 2-valvi. — (*Ind. or.*) Buchanania. Roxb.

2. — *calyptraceus, 5-nerv., caducus,* conflatus e sepalis 5 valvatim cohaerentib. Pet. 5, raro 6, imbricata, demum aucta et sub fructu persist. Stam. 00, distincta, disco convexo inserta. Pistill. 1, ovar. stipitat., oblique lenticulare, apice latere styliferum, stigm. parvo convexo. Fr. indehisc., coriac., stipitat., oblique depresso-reniformis. (An fl. ☿? — *Ind. or.*). . . . *Melanorrhoea. Wall.

β. ***Flor. polygami.*** Cal. decid., 5-part. Pet. 5, calyci inserta, aequal., sessil, tota aut apice patentia v. reflexa. Stam. 10, cum pet. inserta, basi monadelpha. Discus 0. Ovar. sessile. Fruct. indehisc. (Panic. corymbos.)

1. *Calycis lobi inaequales*, imbricati. Stam. 2 v. 4 castrata, breviora; filam. cum petalis connata; anth. 2 caeteris saepius minores. Ovar. obliquum, ovulo suturae rectiori supra basin inserto adscendente. Styl. sublateralis, stigm. obtuso. Fr. compressus?, oblique oblongus, indehisc., pedicello crasso arcuato suffultus. — (*America trop.*) . . . . . *Rhinocarpus. Bert.

2. *Calycis regularis lobi erecti* imbricati. Stam. inclusa, unum (cum petalis alternans) duplo longius et robustius. Ovar. apice in stylum subulatum stigmate capitellato terminatum desinens, (in ♂ minutum) ovulo in fundo loculi inserto adscendente. Fr. reniform., cartilagineo-coriaceus, in pedicello incrassato pyriformi carnoso pendulus. Sem. exalbum. — (*America trop.*, — fere ubique intra trop. cult.) . . . . . Anacardium. Rottb. Kth.

? ‡‡ *Ovaria 4-5*, 1-styla, 1-ovulata; stigm. obtusis. Drupa 1, baccata, nucleo lenticulari 1-sp. Fl. ☿? Cal. inferus, 5-part. Pet. 5. Stam. 10, aequalia. Discus urceolaris, denticulatus. — (*Java.*) . ? * Coniogeton. Blume.

TEREBINTHACEAE.

(Continuat.)

B. Germen pluriloculare, aut ovaria perfecta plura distincta.

I. Ovaria plura in germen 00-loculare coalita (rarius in Thysano distincta?)

A. Ovula in loculis solitaria, pendula. Flor. saepe ☿, regulares, nunquam apetali. Stam. perigyna distincta. Germ. sessile, 2-5-loc., stylis brevib., stigm. acutis. Fruct. in genuinis drupaceus. Sem. exalbum. (exc. Stagmaria). Cotyled. plano-convexae. (Arb. v. frut., fol. alt. (in solo? Methyscophyllo oppos.) exstip., impunct., pinnat. (in Stagmaria, Methyscophyllo, Sabia, et partim in Poupartia simpl.) . . . . **Tribus IV.** *SPONDIACEAE.*

I. Stamina petalorum numero dupla.

† Ovaria coalita.

A. Stamina 10. Cal. 5-fid.-dentat. v. -partit. Pet. 5, patentia.

a. Fruct. indehisc., drupaceus.

1. *Flor.* ☿, interdum steriles. Cal. parv., decid., breviter 5-fid. Pet. infra disci marginem inserta, sessil., aestiv. fere valvata. Disc. urceolat., margine elevato crenulato. Germ. liberum, sessile, 5-loc., ovulo prope apicem suspenso. Styli 5, breves, crassi, basi subdistantes, apice conniventes. Drupa carnosa, 5- v. abortu 3-1-loc. (Fol. impari-pinn. Racemi paniculati axill. et term. — *Amer. et Asia trop., Ins. Mascarenh.*) . . . . Spondias. L. DC.

   - *α. Drupae nucleus laevis*, loculis contiguis. Embr. rectus, radic. infera. *Spondias. W. et Arn.*
   - *β.* — *nuclei echinati*, loculis distantibus, basi tantum connexis fructum lobatum reddentibus. Sem. subadscendentia, hilo et radicula inferis. — (*Ins. Societat.*) . . . . *Cytheraea. (DC.) W. et Arn.*

2. *Flor. diclines.* Cal. 5-fid. Pet. imbricata. Germ. 5-loc.?, loc. plurib. saepe abortivis. Styli 5, approximati. Drupae nucleus 2-5-loc. Sem. subfalcat., radic. supera. (Fol. impari-pinnata simplicibus intermixta. Racemi axillar. et term., flor. subspicat. — *Ins. Mascarenh.*) . . . . Poupartia. COMMERS.

b. Fr. capsularis, 5-sulcat., 5-valvis, 5-sp. (an carpella vere coalita?) Sem. arillat. Stigm. 5, sessilia. Cal. decid., aequalis, 5-part., lobis subrotundis. Pet. 5, cum staminib. 10 ex disco hypogyno? prominulo exserta. (Fol. impari-pinn., panic. axill. et term. — *Guiana.*) . . . . ? Tapiria. JUSS. †

B. Stamina 8. Calyx persist.

1. Stamina hypogyna, monadelpha. Fl. ☿. Cal. inferus, 4-fid., imbricat. Pet. 4, hypogyna, aequal. Discus 0. Germ. ovat. Styl. crassus, breviss., stigm. 3-striato. Drupa globosa, carnosa, 2- v. abortu 1-pyrena, sarcocarpio 2-4-valvi deciduo, pyrenis compressis pendulis endocarpio succulento 2-lobo quasi arilliformi basi involutis osseis 1-spermis. (Panic. axill. paucifl. — *Ins. maris rubri.*) . . . . * Hemprichia. EHRBG.

2. — intra discum urceolatum inserta, in ♀ abortiva. Fl. diclin. Cal. 5-sepalus, inaequal. Pet. 5, hypogyna, obovata, imbricata. ♀: Germ. 3-loc., disco-insidens. Styl. brevis, crassus, stigm. capitato trifido. Drupa subcarnosa, 1-3-pyrena. Cotyled. conduplicat., rad. supera. (Fol. abrupte-pinn., panic. axill. — *Cap. b. sp.*) . * Hippobromus. ECKL. et Z.

? †† Drupae ? 4, omnino distinctae? oblongae, gibbosae, apice recurvae, cortice lanuginoso latere dehiscente, nucleo (semine?) laevi inferne tunica carnosa (arillo?) fimbriata involuto. Styli 4, filiform., stigm. subbifidis. Germ. 4-gonum? Flor. ☿. Cal. 5-part., colorat., persist. Pet. 5, oblonga, patent. Stam. 10, brevia. (Pedunc. lateral. 00-flori. — *Cochinchina.*) ? Thysanus. LOUR. †

II. Stamina petalorum numero aequalia, sc. 5.

A. Fruct. indehiscens, baccaceus v. drupaceus.

a. Calyx 5-fidus partitusve.

1. *Flor.* ☿. Cal. inferus, 5-fid. Pet. 5, lanceolata. Stam. libera, petalis opposita (?) basi disci 5-goni inserta. Drupa profunde 2-loba, lobis reniform. 1-spermis, altero saepe abortiente. Embr. erect., plicat. (Fol. simpl., pedunc. axill. 1- v. 00-flor. — *Ind. or.*) . . . . ? * Sabia. COLEBR.

2. — *diclines.* ♂: Cal. profunde 5-part. Pet. 5, lanceol., imbricata, calyce longiora. Stam. inaequalia, inter squamas glandulosas 5 basi connatas inserta. ♀: Cal. 5-part., petalis 5 longior. Stam. abortiva. Germ. obliquum, 1-3-loc. Styli 1-4, distincti v. coaliti, 2-3 saepe abortivi. Stigma 1, capitat. subsimplex v. 4-fid. Drupa exsucca, ovalis, obliqua, 1-loc., 1-sp., calyce inclusa eoque brevior. — (*Cap. b. sp.*) . . . . ? * Loxostylis. SPR.

?*b. Calyx tubulosus*, decid., ore irregulariter rupto. Pet. 5, germinis stipiti inserta. Stam. petalis alterna, filam. petala subaequantib. Germ. superum, 3-lob., lobis 1-sp., (1-2 saepe abortivis) apice styliferis; stigm. obtusis. Bacca reniform., sulcata, 1-sp. Embr. albuminos. pseudo-monocotyl. (Fol. simplicia, fl. panic. — *Ind. or.*) . . . . ? * Stagmaria. JACK.

B. Fruct. capsularis, dehiscens. (Genera incertae sedis.)

a. Flores 5-meri. Cal. 5-lob. Pet. 5. Stam. 5.

1. *Flor.* ☿. Calyx persist. Pet. imbricata, rotundata. Stam. sub disco inserta. Germ. disco crenato impositum, 3-loc., stylo brevi crasso, stigm. 3-lobo. Caps. oblonga, 3-loc., 1-2-sp., an dehisc.? (Frut., fol. oppos. simpl. repando-dentat. panic. axillar. dichotom. — *Cap. b. sp.*) . . . . * Methyscophyllum. ECKL. et ZEYH.

2. — *polygami.* Glandulae 10, geminatim cum staminibus alternantes. Germ. 5-lob., lobis 1-ovulatis. Stigm. 5. Caps. 3-5, folliculares, dehisc.?, 1-sp. (ex DC. basi coalitae.) Sem. exarillat. (Arbusc., fol. pinnat., panic. axill. — *Ind. or.*) . . . . ? Eurycoma. JACK. †

b. Flores 4-meri. Cal. 4-lob. Pet. 4. Stam. 4.

1. *Cal.* 4-*part.* Filamenta crassa pilosa. Germ. 4-lobum. Stigm. 4, sessilia, erecta. Caps. 4, apice dehiscentes. Sem. arillat. (Arb., fol. impari-pinn., racemis trichotomis, fl. ☿. — *Cochinchina.*) . . . . ? Tetradium. LOUR. †

2. — 4-*dentat.* Capsula 4-locularis. Styli 3. (Frut. facie Rhois, fol. 2-3-foliolat., panic. term., fl. ☿? minutissimis. — *Cap. b. sp.*) . . . . ? Asaphes. DC. †

TEREBINTHACEAE.

(Continuat.)

B. I.

B. Ovula in singulis germinis loculis gemina collateralia pendula. Flor. saepius ☿, in genuinis nunquam apetali (cfr. Bischofia). Cal. persist., subregularis. Stam. perigyna, distincta. Discus orbicular. Germ. superum, sessile, 2-5-loc. Fruct. drupaceus, indehiscens, aut pericarpio exteriore saepius valvatim solubili, rarius capsular. dehiscens. Sem. plerumque solitar., exalbum., cotyled. saepissime carnosae, plicatae v. complanat., radic. supera. (Arb. v. frut. balsamiferi, fol. alt., plerumque impunct. et exstipulat., rarissime simplicibus.) . . . . . **Tribus V. *BURSERACEAE*.**

A. Stamina petalorum numero plura, plerumque dupla. (Fol. impari-pinnata, — cfr. Bursera.)

† Fruct. capsularis, dehiscens, 3-angulat., 3-loc., septicide 3-valvis, valv. duris. Sem. ala membranacea lata cincta. Germ. sessile, oblong. Styl. 1, decid., stamina aequans, stigm. capitato 3-lobo. Cal. parv., 5-dentat., persist. Pet. 5, patent., sub disci margine inserta, imbricata. Stam. 10, ibid. inserta, alterna breviora, filam. persist. Disc. urceolat., carnos., calyce major, margine crenat. (Arb., fol. exstip., racemis term. et ax., fl. ☿. — *Ind. or.*) . . . . Boswellia. Roxb.

†† — indehiscens, (cfr. Icica et Barbylus) drupaceus v. baccaceus.

a. Petala distincta.

‡ *Petalorum aestiv. valvata.* Cotyled. foliaceae. Radicula supera. Album. 0. (Arbores.)

α. *Germ. 4-5-loc.* Stigma subsessile 5-gonum. Calyx persist. (Fol. exstip.)

1. Discus urceolat., margine 10-crenat. Flor. saepius ☿. Cal. 4-5-dentat. Pet. 4-5, sessil., sub disco inserta. Stam. 8-10, cum pet. inserta iisque breviora. Germ. liberum, sessile, 4-5-loc., ovulis ex axi superne pendulis. Stigm. 5-gonum. Drupa globosa, obtusa, 1-3-loc., dissep. tenuib. carnosis, sarcocarp. coriaceo in valvas solubili, nucleis (seminib.?) osseis in loc. solitariis, pulpa fibrosa arilliformi tectis. (Racemi v. panic. axill. — *Amer. trop., Ind. or.*) . . . . Icica. Aubl.
2. Discus integer. Fl. ☿. Cal. 5-fid. Pet. 5. Stam. 10, calycem aequantia, petalis dimidio breviora. Germ. subrotund., 5-loc. Stigm. sub-5-lobum. Drupa stigmate coronata, 1-5-pyrena, cortice coriaceo forsan solubili, nucleis osseis 1-spermis pulpa tectis. (Racemi axill. et term. — *Ins. Mascarenh., Molucc.*) . . . . Marignia. Commers.

β. *Germ. 3-loc.* Styl. brevis, apice 3-fid. Drupa oblonga, 3-pyrena, cortice succulento 3-valvi, pyrenis 2 abortivis, unica fertili carnosa 1-sp. Sem. (ex Sw.) baccatum. Fl. polygami. Cal. parv., 3-5-part., lobis obtusis. Pet. 3-5. Stam. 6-8. Disc. annularis, sub-8-crenat. (Fol. interdum simplicia aut 1-foliolata; racemi axill. et term. — *America trop.*) . . . . Bursera. Jacq.

‡‡ *Petalorum aestivatio induplicato-valvata.* (Arbores.)

α. ***Flores diclines.*** Calyx persist. ***(Protium, Wight et Arn.)***

1. *Cal. 4- rarius 3-dentat.* Pet. 4 v. 3, lineari-oblonga. Stam. 8 v. 6, sub disco annulari 8-crenato inserta, crenis glanduliform. cum filamentis alternantibus. Germ. indivisum, stylo brevi obtuso. Bacca v. drupa ovata, acuta, suturis 4 notata, abortu? 1-2-loc., loc. 1-sp. (Fol. 3-5-foliolata; pedunc. 1-2-fl., rarius racemi. — *Arabia, Ind. or.*) . . . . Balsamodendron. Kth.
2. — *campanulat., 4-5-fid.* Pet. 4-5, sub disci margine inserta, lineari-oblonga. Stam. 8-10, cum pet. inserta iisque breviora. Disc. urceolat., carnos., profunde 4-crenat. Germ. sessile, 2-3?-loc. Ovula in medio axi pendula. Styl. brevissimus, stigm. obtuso 4-lobo. Drupa globosa v. ovata, sarcocarp. crasso in valvas 4 solubili, endocarp. osseo 2-loc. (loculo altero saepe obliterato) demum in nucleos 2 solubili. (Fol. 3-7-foliolat., panic. pauciflor. laxae, fl. polygam. — *Ind. or.*) . . . . Protium. Burm.

β. ***Flor.*** ☿. Cal. campanulat., 5-sulcat., 5-dentat., dent. erectis. Pet. 5, linear., calycis fauci inter lobos et infra disci lobos inserta. Stam. 10, subaequalia, filam. basi pilosis, 5 cum petalis 5 calycis lobis basi inserta. Discus tenuis, carnos., 5-fid., lobis calycis dentib. oppositis adnatisque, singulis apice obtuse emarginato-glandulosis. Germ. sessile, 5-loc. Styl. crassus, petala subaequans, stigm. 5-lobo. Drupa globosa, carnosa; nucleis 5-1, 1-spermis. (Fl. paniculati. — *Ind. or., Madagascar.*) . . . Garuga. Roxb.

‡‡‡ *Petalorum aestivatio imbricata.*

α. ***Flor. diclines***, 3-meri. (Arbores.)

1. *Cal. urceolatus*, obtuse 3-lob. Pet. 3, sub disco 6-sinuato inserta, subrotundo-ovata. Stam. 6, calyci aequalia, petalis dimidio breviora. Germ. . . . .? (Fl. panicul. — *Ins. Mascarenh.*) . . . . Colophonia. Commers.
2. — *campanulat.*, 3-lob., lobis inaequal. Pet. 3, sub disco inserta, oblonga, concava, calyce staminibusque 6 ibidem insertis inaequalib. longiora. Disc. urceolat. in fundo calycis. Germ. sessile, ovato-globos., 3-loc. Stylus breviss. aut 0, stigm. 3-lobo. Drupa sarcocarpio tenui subcarnoso, nucleo duro 3-angulari 3-loc., loculis (2 saepe abortivis) 1-spermis. Cotyled. plicatae, 3-fid. (Stipulae magnae decid., fl. panic. — *Ind. or.*) . . . . Canarium. L.

β. ***Flor.*** ☿.

1. Cal. brevis, 3-4-part. Pet. 3-4, calyce longiora. Stam. 6-8, alterna breviora, filam. supra basin incrassatis, anth. magnis. Germ. basi attenuat. in stipitem inferne petala et stam. gerentem, tuberculosum, 3-4-lob., 3-4-loc. Styl. prismat., 3-4-gonus, crassus, apice 3-4-lobus. Fr. . . . ? (Frut., fol. pellucido-punctat., panic. v. racemis ax. — *Africa austr. et trop.? Ind. or.?*) . . . . ? * Fagarastrum. G Don.
2. — persist., 4-part., lacin. aequal. erectis. Pet. 4, aequal., sessil. Stam. 8, aequalia, libera, brevia, cum petalis sub disco inserta. Germ. superum, sessile, 2-loc. Styl. brevis, stigm. 2 subcapitellatis. Drupa globosa, cortice crasso in valvas 2-3-solubili, nucleis 2 osseis (altero saepe abortivo) arcte adglutinatis pulpa molli tectis. Album. 0. Cotyled. corrugat. plicat., radic. supera. (Arb. fol. impunct., rachi saepe alata; racemi axill. simpl. — *America trop.*) . . . . Elaphrium. Jacq. Kth.

γ. ***Flor.*** ☿? Cal. campanulat., 4-5-fid. Pet. 4-5, calycis margini inserta. Stam. 8-10, calycis fundo inserta. Germ. liberum. Styl. et stigma 1. Caps. 3-loc., loc. 2-sp. (Arb., flor. racemos. — *Jamaica.*) . . . . ? Barbylus. P. Brown.

b. Petala 4, ad medium usque coalita in cor. 4-fidam, lobis aestiv. valvatis. Fl. polygami v. ☿. Cal. 4-dentat., persist. Stam. 8, basi corollae adnata. Disc. cupularis 8-sinuat. Germ. 8-sulcat., 4-loc. Stigm. sessile, obtus., 4-sulcat. Bacca 4-loba, 4- v. abortu 3-2-pyrena, tenue coriaceo-carnosa, pyrenis duris hinc gibbis 1-loc. Cotyled. crassae, carnos., radic. supera. (Arb., racemis paniculat. — *America trop.*) . . . . Hedwigia. Sw.

B. Stamina petalorum v. calycis laciniarum numero aequalia.

a. *Flor. completi* ☿.

* ***Folia impari-pinnata.***

1. *Cal. 5-part., membranac., colorat.* Pet. 5, hypogyna?, imbricata. Stam. 5, filam. brevib. 3-cuspidatis basi dilatatis villosis. Germ. subconicum, 3-angulat., 3-loc., loc. 2-ovul., ov. collateral.? pendul.? Stigm. 3, sessilia. Drupa oblonga, 3-loc., 3-angul., angulis alato-prominulis (nunc 2-loc., 2-alata) loc. 1-spermis. Sem. albumin. Cotyled. tenues linear. Embr. rect. (Arb., racemis paniculat. — *Jamaica.*) . . . . Spathelia. L.
2. — *5-part., patens, persist.* Pet. 5, oblonga. Stam. 5. Germ. subrotund., 3-loc. Styli 3, simpl., basi distantes. Bacca coriacea, 3-cornis, 3-loc., 2-sp.? (Arb., racemis laxis subterm. — *Cochinchina.*) . . . . ? Triceros. Lour. †
3. — *5-dent.* Pet. 5, ovata, sessil. Stam. 5. Germ. liberum. Styl. 1, stigm. 2-fido acuto. Drupa? obovata, nucleo? 1-loc. 1-sp. (Foliola basi 2-glandulosa, racemi ax. et term. — *Peruvia.*) . . ? Huertea. Ruiz et P. †

** ***Folia simplicia.*** Cal. tubulosus, 3-fid. Pet. 3, oblonga. Stam. 3, exserta. Germ. subtrigonum. Drupa coriac., turbinata, 3-sulca, nuce 3-loc. 3-sperma. (Arb., racemis axill. — *Ind. or.*) . . . . ? Rumphia. L. †

b. *Flores apetali.*

1. *Flores dioici.* Cal. inferus, 5-sepalus, in ♀ parvus. ♂: Stam. 5, filam. brevib. in urceolum superne peltatum connatis apice vix liberis. ♀: Filamentor. rudimenta interdum 2 squamiformia. Germ. ovato-globos., 3-loc. Stigm. 3, sessilia, linearia, reflexa. Fr. (an dehisc.?) intus 3-coccus, coccis 2-sp. (Arb., fol. 3-foliol., fl. panic. — *Java.*) . . . . ? * Bischofia. Blume.
2. — ☿, pauci abortu ♂. Stam. 5, distincta. Drupa 1-sp. Caet. v. in tab. Rhamnearum. (Fol. simpl. — *Ins. maris pacif.*) . . . . ? * Pennantia. Forst.

TEREBINTHACEAE.

(Continuat.)

B.

II. Ovaria plura distincta (rarius plus minus coalita) 2-ovulata, ovulis erectis.

A. Flores decandri. Ovaria 5, distincta, 1-styla, nonnulla saepe abortiva ad stylos reducta. Fruct. capsular., dehisc. (Arb. v. frut. non resinoso-balsameae, fol. altern. exstip. impari-pinnat. 1-00-jugis impunctat.) . . . . **Tribus VI.** *CONNARACEAE.*

† *Semina arillata, exalbuminosa*, cotyled. crassis. Calyx persist., 5-part., lobis imbricatis. Pet. 5.

1. *Calyx fructus basin arcte cingens*, lobis ovatis. Pet. imbricata. Stam. ima basi submonadelpha. Caps. saepissime solitaria, sessilis, 2-valv., vix dehiscens, 1-sperma. Sem. imo loculo insertum, erect. (Frut., fol. 1-00-jugis, fl. paniculat. — *Ind. or., Amer. trop.*) Connarus. L.

2. — — *basin laxe cingens*, lobis oblongis acutis. Stam. ima basi mono- v. sub-polyadelpha. Capsulae 1-5, leguminiformes, basi angustatae aut stipitatae, 2-valves, dehisc., 2-1-spermae. Sem. supra basin loculi suturae affixa. (Arb. v. frut., fol. 1-00-jugis, racemis ax. saepe in panic. term. congestis. — *America, Africa et Asia trop.*) . Omphalobium. Gaertn.

†† *Semen exarillatum, albuminos.*, solitarium, in basi loculi erectum, cotyled. foliaceis. Carpella 5 v. abortu pauciora, leguminiformia, substipitata, coriacea, dorso dehisc., bivalvia. Styli 5, breves. Cal. 5-fid., aestiv. valvat. Pet. 5, cum staminib. 10 imo calyci inserta, libera. (Frut., saepe scandent., fol. impari-pinn., racemis paniculat. — *Ins. Mascarenh., Afr. trop., Ind. or.*) Cnestis. Juss.

B. Flores polyandri. Cal. 5-part. Cor. 5-petala. Stam. 00. Baccae coriaceae subgeminae rotundae, pulpa mucosa repletae, 1-spermae. (Arb.?, fol. pinnat. — *Guinea.*) . . . . ?*Deinbollia. Schum. †

* LXIX. MORINGEAE.

Ordo incertae sedis, a Leguminosis, quibus affinis, facile distinguendus germine (ex ovariis 3? perfecte connatis conflato) 1-loculari *placentas* 3 *parietales* fovente, (stylo unico stigmateque simplici terminato,) *fructu leguminiformi trivalvi, valvis medio placentiferis.* (Semina 00, exalbuminosa. Embryo rectus. Cotyled. carnosae, plano-convexae, hypogeae. — Flores ☿. Cal. 5-part., aestiv. imbricat. Pet. 5, distincta, subaequal., supremo erecto. Stam. 8 v. 10, perigyna, inaequalia, 4-5 interdum sterilia. Antherae 1-loc., peltatae. — Arb. inermes, fol. impari-2-3-pinnat., racemis paniculat.)

Unicum genus: (*Africa bor. et trop., Asia trop.*) . . . . Moringa. Burm.

LXX. LEGUMINOSAE.

Conspectus subordinum et tribuum.

A. Curvembryae s. pleurorhizeae,

i. e. embryonis radicula super cotyledonum commissuram (marginem) inflexa. Folia fere nunquam bis v. ter pinnata, (cfr. Galegeae.)

I. PAPILIONACEAE: Corolla (rarissime 0, cf. Clitorieae, Phaseoleae,) papilionacea, sc. formata e petalis 5, (rarissime unico, cf. Galegeae), forma et magnitudine plus minus inaequalibus, distinctis aut vario modo connexis. Calycis lobi distincti, rarius confluentes v. connati et subnulli. Stam. perigyna, plerumque 10 (nec unquam plura) raro pauciora (cfr. Genisteae, Galegeae, Hedysareae, Dalbergieae), rarissime partim sterilia (cfr. Clitorieae, Trifolieae, Phaseoleae.) . . . . ***Subordo I.***

A. Phyllolobeae, i. e. cotyledones tenues (nec carnoso-crassae, excepto tamen Myrospermo in Sophoreis; — et Lupino, cui initio carnosae, per germinationem vero foliaceae sunt) inter germinationem plerumque (cfr. Trifolieae) supra terram erumpentes luci expansae virides et foliorum officium suscipientes.

I. Legumen continuum, (sc. nunquam in articulationes demum ab invicem secedentes divisum) maturum longitudinaliter 2-valve, rarius indehiscens.

A. Stamina omnia libera, distincta (exc. Sophorae sp.? et Podalyria) omnia antherifera; anth. longitudinaliter dehisc. Legum. 1-loc. aut saepe isthmis interruptum, rarissime longitudinaliter 2-loc. (v. Mirbelia.) Sem. saepe strophiolata. (Frut. v. suffr., rarius arb., raro spinescent., interdum volubiles; fol. saepissime simplicia, rarius 3-foliol. v. pinnata, alterna, rarius opposita aut verticillata, saepe exstipulata, rarissime (cfr. Myrospermum) pellucido-punctata et lineolata. — Pleraeque hemisphaerae australis extratrop. incolae.) . . . . **Tribus I.** *SOPHOREAE.*

B. — *monadelpha aut diadelpha*, sc. filamentis omnibus in vaginam ovarium includentem superne plerumque fissam connata aut unico (semper supremo) libero (rarissime omnia fere libera, cfr. Clitorieae, Astragaleae.) Legum. 1-loc., rarius transverse septulat. (cf. Anthyllis, Lupinus, Calobota, Medicago, Nissolia) interdum longitudinaliter 2-loc. (v. Astragaleae.) — Folia fere semper alterna (cf. Genisteae), 3-00-foliolata, rarius simplicia v. 0. — (Stipulae fere semper manifestae.) . . . . **Tribus II.** *LOTEAE.*

a. Legum. 1-loculare, (saltem nunquam septo longitudinali divisum.)

† **Stamina 10, monadelpha, rarius diadelpha,** omnia antherifera (rarissime antherae nonnisi 5, cf. Requienia) alterna saepe breviora et antheris disparibus praedita. Leg. rectum aut falcat. (nunquam cochleat.) saepe oligo- v. 1-sperm., raro transverse septulatum (cf. Anthyllis) nec tamen articulatum mentiens. (Frut. v. suffrut., rarissime arbusc. v. herbae, saepe spinesc., nunquam? scandent.; fol. rarissime opposita (v. Scottia, Platylobium), plerumque 3-foliolata, rarius digitato- v. pinnato-00-foliolata.) . . . . Subtribus I. GENISTEAE.

LEGUMINOSAE.

Conspectus tribuum.

(Continuat.)

A. I. A. *I. B. a.* Trib. II. *Loteae.*

†† **Stamina diadelpha, rarius monadelpha** (rarissime libera, cfr. Clitorieae.) — Folia nunquam? opposita.

1. *Caules erecti v. procumbentes, nunquam? scandentes* nec? spinescentes, herbacei, rarius frutescentes, foliis digitato-3- rarius 5-foliolatis rarissime impari-pinnatis plurijugis, *primordialibus alternis.* — Stamina rarissime ex parte castrata (cfr. Hemispadon.) Legum. saepe 1-sp. indehisc., interdum transverse septulatum, articulatum mentiens et circinnato-convolutum (cfr. Medicaginis sp.) . . . . . . Subtribus II. TRIFOLIEAE.

2. — *saepe volubiles suffrutescentes, rarius herbacei,* nunquam? spinesc., fol. 3-foliolatis, rarius impari-pinnatis 00-jugis, rarissime simplicibus v. potius 1-foliolatis; *primordial. oppositis sibi invicem consimilibus.* — Corolla rarissime 0 et stam. libera partimque sterilia. (v. Martia.) Legum. rectum v. falcat., rarissime spiraliter tortum, plerumque 00-sp., interdum torulosum et inter semina septulatum. . . . . Subtribus III. CLITORIEAE.

3. — *lignosi fruticosi (rarius arboresc. aut herbacei) rarissime volubiles,* interdum spinescentes, foliis abrupte- aut impari-pinnatis 00-jugis, rarius (v. Tephrosia) digitato-3-5-foliolatis, rarissime 2-pinnat. (v. Polytropia), *primordial. alternis aut oppos. disparibus, sc. altero (inferiore) simplici, altero composito.* — Corolla interdum ad solum vexillum reducta (v. Amorpha.) Stam. 10, rarissime 5 v. 8. Legum. rect. v. falcat., plerumque 00-sp., saepe moniliforme v. inter semina septulatum, interdum inflato-vesicarium. . . . . Subtribus IV. GALEGEAE.

b. Legumen longitudinaliter 2-loc. v. semi-biloculare (sc. sutura altera plus minus profunde in cavitatem inflexa v. intrusa. Stam. 9 et 1. (Caules herbacei v. suffruticosi, non scandentes. Folia pinnata 00-juga, (petiolis saepe spinescentib.) primordialia alterna.) Subtribus V. ASTRAGALEAE.

II. Legumen articulatum, i. e. septulis transversis stricturisve in loculos 1-spermos (articulos) indehiscentes sed ab invicem demum secedentes (raro indistinctos nec secedentes, cfr. Securigera et Alhageae,) divisum, rarissime ad articulum unicum reductum. Stamina monadelpha aut varie diadelpha (9 et 1, rarius 5 et 5) rarissime omnia libera (v. Adesmia). (Frut., suffrut. v. herbae.) . . . . **Tribus III.** *HEDYSAREAE.*

a. Flores umbellati. Legum. teres, angulat. v. compress., rect. v. falcat., v. circinnato-convolutum. Herbae v. frut., non scandent. Fol. impari-pinnat., rarius simpl., (v. Scorpiurus), primordialia semper alterna. . . . . Subtribus I. CORONILLEAE.

b. — *racemosi.* Legum. compressum, rect., rarius falcat., articulis saepe setoso-asperis plumosis echinatis cristatisve. (Ovaria 2 in Diphaca.) Stam. interdum 8. (Frut., rarius scandent. Fol. 3-foliol. v. impari- rarius abrupte-pinnata, raro simpl. v. 1-foliolata, saepe pellucido-punctata, primordial. plerumque opposita raro alterna.) . . . . Subtribus II. EUHEDYSAREAE.

c. — *racemosi aut spicati.* Leg. teretiusculum, interdum moniliforme nec vere articulatum (v. Alhagi). — (Suffrut. v. herbae, fol. simpl.) . . . . Subtribus III. ALHAGEAE.

B. Sarcolobeae, i. e. cotyledones crassae carnosae, inter germinationem nunquam (solo Lupino excepto) in folia mutatae.

I. Legum. dehiscens, 2-valve, continuum, plerumque 00-sp.

A. Folia primordialia alterna, caulina abrupte-pinnata, (rarius impari-pinn., v. Cicer,) rachi saepissime in cirrhum excurrente, foliolis interdum abortientib., petiolo cauli non articulatim inserto. (Stam. 9 et 1. Legum. continuum, rectum, 1-loc., 2-valve, dehisc., saepissime turgidum et 00-sp. Sem. plerumque globosa, hilo saepe lineari, testa opaca nec nitida. Cotyled. hypogeae. (Herbae inermes, rarius scandent., stipulis saepe semisagittatis.) . . . . **Tribus IV.** *VICIEAE.*

B. — *primord. opposita, caulina (nunquam cirrhigera) impari-pinnata* (in solo? Abro abrupte-pinn.) 3-foliol., rarissime 00- v. 1-foliolata, (cf. Lupinus) petiolo cum caule (semper?) articulato. Stam. 9 et 1, aut saepissime monadelpha, alterna interdum sterilia (v. Teramnus). Corolla interdum 0 (cf. Amphicarpaea). — Legum. plerumque compress., saepe falcat., inter semina saepius septulat. v. constrict. Sem. plerumque compressa, ad hilum plerumque ovatum saepe carunculata, testa nitida. Cotyled. saepissime epigeae. — (Arb. v. frut. interdum aculeati, rarius herbae, saepe volubiles, stipulis aut 0 aut non sagittat.) . . . . **Tribus V.** *PHASEOLEAE.*

II. Legum. indehiscens, 1-3-sperm., saepius compressissimum, membranac. v. sublignos., rarius 2-valve, (cfr. Riveria, Amerimnum et Deguelia) raro 2-articulat. (v. Brya.) Sem. compressa. Pet. 5, papilionacea (rarius subaequal.) perigyna. Stam. 10, rarius 9 v. 8, monadelpha aut diadelpha (interdum 5 et 5) raro 3-adelpha. — (Arb. v. frut., saepe scandent., fol. impari-pinn., raro 3- v. 1-foliolatis aut vere? simplicib.) . . . . **Tribus VI.** *DALBERGIEAE.*

II. ANOMALAE: Petala aut 5 papilionacea, aut 2-1, aut 0. Calyx subinteger (lobis indistinctis in alabastrum subglobosum connexis, nunc demum valvatim solutis) saepe latere tandem fissus aut calyptratim rumpens. Stam. hypogyna, 10, 15, 25-00, nonnulla interdum sterilia, connexa aut distincta. Leg. saepe stipitat., 2-valve, oligosperm. Sem. arillat. Cotyled. crassae. — (Arb., fol. simpl. aut pinnatis.) . . . . ***Subordo II.*** seu **Tribus VII.** *SWARTZIEAE.*

B. Rectembryae s. orthorhizeae,

i. e. embryonis radicula recta nec in cotyledones inflexa.

I. Calycis et corollae aestivatio valvata (rarius subimbricata, cfr. Parkia.) *Stam. hypogyna* (raro calyci inserta) libera aut monadelpha, petalorum numero aequalia dupla v. multiplicia, anth. longit. dehisc., filam. in fl. neutris castratis. Flor. perfecte regulares, saepe polygami, raro omnes ☿. Cal. 4-5-dentat. Pet. 4-5, raro 6, saepissime hypogyna, distincta aut in corollam infundibuliformem 4-5-fidam coalita, interdum 0. Legum. plerumque compressum 00-sp., saepe subarticulatum, articulis singulis a suturis continuis persistentibus secedentibus. (Sem. in sola? Fillaea albuminos.) (Arb. v. frut. saepe aculeati, raro herb., interdum scandent. Fol. abrupte-pinn. v. 2-pinn., interdum tactu sensibilia; petiolo communi saepe glandulifero, rarissime in cirrhum abeunte, saepius foliolis destituto et in laminam foliaceam (phyllodium) dilatato. Fl. spicati v. globoso-capitati.) ***Subordo III.*** seu **Tribus VIII.** *MIMOSEAE.*

II. Corollae aestivatio imbricata, (pet. semper? distinctis.) *Stam. perigyna.* . . . . ***Subordo IV.*** CAESALPINEAE.

A. Petala perigyna, inaequalia in corollam plus minus exacte papilionaceam disposita. Stam. 10, rarissime 8 v. 15, mono- v. -diadelpha, nonnulla interdum sub-abortiva; anth. longitud. dehisc. Legum. turgid. v. compress., 00-1-sperm., saepe indehisc., raro drupaceum. Cotyled. plus minus carnosae, aut oleosae. — (Arb. v. frut., fere semper inermes, raro herb., fol. impari- rarius abrupte-pinn., raro 3-foliolat. Fl. ☿, rarius polyg.) **Tribus IX.** *GEOFFREAE.*

B. — — *subaequalia* (raro subpapilionacea) 5-1 v. 0. Sepala 3-5. Stam. 10 (nunquam plura) interdum 8 v. 5 v. pauciora, distincta (excepta sola? Amaria), saepe inaequalia v. ex parte imperfecta et sterilia; antherae interdum apice porosae. Legum. plerumque siccum, 2-valve, rarius indehiscens, nunc 00-sp. et saepius inter semina septulatum, nunc 1-sperm. Sem. in Cathartocarpo albuminosa. Cotyledon. foliaceae, raro carnosae. (Arb. v. frut. (saepe spinos.) raro herbae, fol. abrupte- raro impari-pinnata v. 2-3-pinnata raro 2-foliolata v. simplicia, petiolo saepe glandulifero. Flor. saepe 1-sexuales.) . . . . **Tribus X.** *CASSIEAE.*

III. Corolla nulla. Calycis lobi 4 aestiv. valvati. Stam. 10-25, perigyna, libera aut vix basi monadelpha. Legum. drupaceum v. baccaceum, pericarpio crasso. — (Arbores, foliis impari-pinnatis, fl. racemosis. — *Africa trop.*) . . . . **Tribus ? XI.** *DETARIEAE.*

LEGUMINOSAE, PAPILIONACEAE.

Tribus I. *SOPHOREAE.*

A. Legumen indehiscens. Calyx persist., 5-dentatus. Stam. libera.

1. Legumen samaroideum, stipite superne dilatato-alato suffultum, 1-loc., 1-2-sp., stylo laterali apiculatum. Sem. succo balsameo involuta. Ovar. oblong., membranaceum, 2-6-ovulat. Cal. campanulat. Pet. 5, superiore reliquis majore. (Arb., fol. abrupte?-pinnat., punctis lineolisque pellucidis notata, flor. racemos. — *America trop.*) . . . . Myrospermum. Jacq.

2.? — membranaceum, medio 1-sp. (ex Spr. gen. oligosperm., compress., pilosum.) Stylus cylindric., obtusus, persist. Cal. subcampanulat. Pet. 5, unguiculata, summum et imum latiora concava (ex Schott subaequalia). Stam. petalis longiora, basi pilosa, alterna (ex Schott) minora; anth. versatil., longit. dehisc. (Frut. scandens, ramis cirrhiferis, fol. simpl. 3-5-nerviis, racemis axillar. — *Brasilia*) . . . . Lacara. Spr. †

B. Legumen dehiscens.

I. Legumen moniliforme (sc. inter semina constrictum, nec vere articulatum,) polysperm. Cal. 5-dentat.

a. Legumen apterum. Cal. campanulat., basi obtusus aut subattenuat. Pet. carinalia apice saepius cohaerentia. Stam. interdum diadelpha. (Arb., frut. v. herbae, fol. impari-pinn., saepe exstipulat., fl. racemos. v. paniculat.) . . . . Sophora. (L.) R. Br.

1. *Stam. diadelpha*, 9 et 1. Cal. subbilabiat., dentib. 2 superiorib. dilatatis. Vexillum refractum, subito unguiculat. Alae basi utrinque sagittato-appendiculatae. Leg. pulpa austera repletum. Cotyled. foliaceae, epigeae; fol. primordial. pinnat. — (*China, Japon*) . . . . ** Styphnolobium. Schott.*
2. — *subdiadelpha*, sc. 9 basi subconnexa, 10mo libero. — (*Persia. — Sibir.*) . . . ** Radiusia. Rchb.*
3. — *omnia libera.* Cal. oblique truncat., denticulis 5 obsoletis. Vexill. rectum, in unguem sensim attenuat. Alae margine superiore tantum basi appendiculatae. Cotyled. inter germinationem carnosae epigeae, fol. primordial. squamiformia alterna. — (*Patria diffusa, excl. Europa.*) . . . . *Sophora. Schott.*

b. Legumen 4-pterum, 1-loc., 2-valve. Cal. obliquus, latere superiore fissus. Pet. distincta, carinalia longa. Stam. libera, disco cyathiformi 10-angulari inserta. (Arb. v. frut., exstip., fol. imp.-pinn., racemis axill. brevib. — *Ins. mar. pacifici et Mascarenh., America austr.-occid., Ind. or.*) . . . . Edwardsia. Salisb.

II. Legumen non moniliforme.

A. Ovarium ovulis pluribus (sc. ultra 2) gravidum.

I. Legum. ala marginatum, membranac., planum, abortu 1-sp. (an dehisc.?) Cal. 5-fid., sub-2-labiat., persist., demum reflexus. Pet. omnia libera, carinalib. alisque aequalib. conniventibus. Stam. libera. Gland. 5, nectariferae in fundo calycis. (Frut., fol. 2-foliolat., petiolo in spinam desinente, stipulae 2 parvae, fl. racemos. — *Sibiria.*) . . . . Ammodendron. Fisch.

II. — apterum, (in Virgiliae sp. hinc anguste alatum.)

A. Petala carinalia distincta (in Thermopsis sp. apice connata). Stam. libera. (Frut., fol. impari-pinn.)

a. Petala longitudine inaequalia, carinalia reliquis longiora. Legum. 00-sp.

1. *Alae vexillo longiores.* Cal. sub-2-labiato-5-dentatus. Leg. breviter stipitat., compress., 2-valve, isthmis irregulariter subinterruptum. (Fol. 3-foliol. Stipulae in unicam oppositifoliam concretae. Racemi breves, fl. flavis. — *Region. mediterran., ins. Canar.*) . . . . . Anagyris. Tourn. L.
2. — *vexillum aequantes.* Cal. cyathiformis v. inflatus, 5-dentat. Leg. subcylindric., rectum. (Fol. impari-pinn., fl. paniculat. albis. — *China, Ind. or.*) . . . . Macrotropis. DC.

b. Petala omnia subaequilonga. Legum. compressum, oblongum.

1.? *Cal. cyathiform.*, profunde 5-fid., vix bilabiat., lacin. 2 superior. brevior. Pet. unguiculata, carinalibus alisque oblongis concavis, vexillo subrotundo. Stam. sursum curvata, inferiora 3 longiora; anth. subrotundae. Stylus subulat., curvat., stigm. simpl. Leg. (ut ovar.) brevissime stipitat., utrinque acutum, isthmis spongioso-fibrosis spurie 3-4-loculare, loc subpulposis 1-spermis, valvis planis crasse coriaceo-lignosis. Sem. rotundato-4-gona, subcompressa. Embryo? . . . . (Frut. v. arb., fol. pinnat. 2-jugis cum impari, stip. obsol. v. decid., panic. axill. et term. — *China.*) * Layia. Hook. et Arn.

2. — *oblongus v. campanulat.*, 4-5-fid., sub-2-labiat., basi attenuat., postice incurvus. Pet. carinalia saepe (an in omnib. spec.?) apicem versus connata, vexilli latera reflexa. Leg. 00-sp. (Herbae, fol. 3-foliol., stipul. foliac., racemis term, fl. flav. — *America et Asia bor.*) . . . . Thermopsis. R. Br.

B. Petala carinalia margine inferiore plus minus inter se coalita v. cohaerentia.

† *Petala longitudine subaequalia.*

a. Folia impari-pinnata (in Baptisiae sp. simplicia) ***alterna.*** Leg. manifeste stipitatum, (cfr. Ormosia).

‡ *Legumen compressum*, 2-valve.

1.? *Cal. 2-labiat.*, lab. super. 2-lobo, infer. 3-partito. Vexill. subrotundum. Filam. basi dilatata. Styl. incurvus, stigm. 2 approximatis obtusis, altero 1-laterali. Leg. lignosum (an stipitat.?) abortu 3-1-sp. (Arb. stipulat., foliol. 4-6-jugis, fl. paniculat. — *America trop.*) . . . . Ormosia. Jacks.

2. — *inaequaliter 5-fid.*, sub-2-labiat. Vexilli latera non reflexa. Stigma 1, imberbe. Leg. oblong., plerumque 00-sp. (Arb. v. frut., stipul. decid. aut 0? fl. racemos.) . . . . Virgilia Lam. DC.

α. *Stam. omnino libera? aut ima basi coalita, filam. villosis.* Pet. carinalia a medio ad apicem connata et in rostrum (Crotalariae instar) producta. Leg. coriac., inter semina farctum, suturis obtusissimis. — *Cap. b. sp*) . . . . *Virgilia. E. Meyer.*

β. — *persist., basi breviter connata, filam. glabris.* Pet. carin. distincta, obtusa. Leg. membranac., reticulat, secus suturam vexillarem (seminiferam) anguste alatum, abortu nunc 1-sp., valvis inter semina arcte invicem cohaerentib. Cal. basi interdum intrusus, sub-2-labiat., labii super. lobis 2 obtusis, inferioris 3 acutis. — (*Africa trop. et extratrop*) . ** Calpurnia. E. Meyer.*

γ. — *decidua, glabra* (distincta?) Calycis dentes obtusi. — (*America bor.*) . . . . ** Cladrastis. Rafin.*

‡‡ *Legumen ventricosum*, 00-sp. Cal. bilabiato-4-5-fid. Vexill. lateribus reflexum, alis paulo brevius, carina apice gamopetala. Stam. decidua. (Herbae, fol stipulat., 3-foliolat. rarissime simplicib., fl. racemos. — (*America bor.*) . . . . Baptisia. Vent. R. Br.

b. Folia simplicia, saepe opposita v. verticillata. Carina compressa, vexill. explanatum. Stylus adscendens, stigm. simpl. (Suffrut. — *Nov. Holl. et ins. adjacent.*)

1. *Legum. lineari-oblongum, stipitat.*, modice ventricos. Ovar. 4-ovulat. Cal. 2-labiat., lab. super. 2-fido, infer. 3-part. (Fol. stipulat., oppos., rarius alterna, interdum spinuloso-dentata, racemi paucifl. axill. et term.) . . . . Podolobium. R. Br.
2. — *ovatum, acutum, sessile aut subsess.*, tumidum, 00-sp. Cal. profunde 5-fid., subbilabiatus. (Fol. exstip., terna v. quaterna verticillata, fl. termin. subumbellat.) . Oxylobium. Andr.

LEGUMINOSAE, PAPILIONACEAE.

SOPHOREAE.

(Continuat.)

B. II. A. b.

†† *Petala inter se evidenter inaequilonga.*

a. *Folia simplicia.* Calyx 5-fidus, lobis aequalib.

‡ *Calycis basis intrusa.* Vexill. caeteris petalis majus; carina alis tecta. Stam. persist., basi subconnata. Stigma capitat. Legum. sessile, ventricos., 00-sp. (Frut., fol. alt. integris stipulat., pedunc. axill. 1-pauciflor. — *Cap. b. sp.*) . . . . . Podalyria. Lam.

‡‡ — *basis convexa*, in pedicellum plus minus attenuata (nec intrusa). Legum. 00-sp. (Frut. v. suffrut., fol. stipulat., fl. racemos. — *Nov. Holl. et ins. adjac.*)

α. *Vexill. caeteris petalis longius, majus.* Cal. 2-labiat., labio super. 2-fido, infer. 3-part.

1. *Vexill. reflexum.* Carina alis brevior. Styl. brevis, uncinat., stigm. obliquo obtuso. Leg. sess. aut subsessile, 1-loc., ventricos. (Fol. alt. sinuato-dentat. rarius integris.) . . . . Chorizema. Labill.

2. — *erectum.* Carina alis aequalis, demissa. Styl. incurvus, stigm. simpl. Leg. stipitat., lignosum, apice dehisc. Ovar. septulis transversis demum evanidis 00-loculare. (Fol. verticillata, rarius sparsa, integra.) . . . . Callistachys. Vent.

β. *Vexill. caeteris petalis multo* (circiter dimidio) *brevius.* Alae carinam compressam aequantes eique adpressae. Calyx parum inaequalis, tubo inflato. Ovar. stipitat., stipite vaginula cincto. Styl. filiform., elongatus. Legum. ventricos. (Suffrut. procumbens v. scandens, fol. alt. integris.) . . . . Brachysema. R. Br.

b. *Folia 3-foliolata, rarius impari-pinnata 00-juga,* semper alterna. Leg. 00-sp. (Frutices.)

1. *Cal. profunde et fere aequaliter 5-part.* Vexill. amplum, explanat. Carina gamopetala. Stigma simpl. Leg. sessile, subsphaericum, ventricos., obtus. (Folia breviter petiolata, palmato-3-5-foliolata aut impari-pinn. 00-juga; stip. 0? aut decid., fl. subsolitar. ax. et subterm. — *Nov. Holland.*) . . . . Gompholobium. Sm.

2. — *campanulat., 2-labiato-5-fid., basi attenuat., postice convexus.* Vexill. lateribus subincurvum; alae apice involutae; carina gamopetala, obtuse 2-fida, alis et fere ipso vexillo longior, basi alisque superne obtuse auriculata. Stam. decid. Leg. compress., lineare, stipitat. (Fol. 3-foliol. Stip. magnae decid. Racemi term. — *Napalia.*) . . . . *Piptanthus. Sw.

3. — *subcampanulat., basi plus minus intrusa v. concava*, limbo inaequali 5-fido, dente infimo longiore. Vexill. maximum, longitudinaliter rugosum; alae transverse plicatae; carina inflexo-rostrata. Stam. decid. Stigma hinc barbatum. Leg. stipitat., compress., coriaceum. (Fol. sessil., 3-foliol., exstip.? Flor. axill., subsolit. — *Cap. b. sp.*) . . . . Cyclopia. Vent.

B. Ovarium 2-ovulatum. (Frut. v. suffrut., omnes ex *Nova Holland. aut insul. adjacent*)

I. Legumen 1-loculare.

A. Calyx profunde 5-partitus, laciniis forma et magnitudine aequalibus aut subaequalibus. Pet. decidua. Legum. modice ventricosum. Sem. non strophiolata.

1. Petala subaequilonga, carinalia dorso connata. Styl. subulatus, basi dilatat., stigm. obtuso imberbi. Leg. subrotundum. (Suffrut., fol. sessil. 3-foliol.? v. simpl. subulat., pedicellis solitar.) Burtonia. R. Br.

2. Carina alis vexilloque brevior. Calycis lobi demum deflexi. Styl. subulato-filiform., stigm. simplici. Leg. stipitat., ovat. v. oblong., villos., valvis intus pubescentib. (Frut., adulti saepius aphylli, ramis saepe compressis interdum spinescentib. Stipulae 0. Racemi term. aut fl. subsolit.) Jacksonia. R. Br.

B. Calyx varie tubulosus, apice 5-fidus, laciniis plus minus inaequalibus, saepissime evidenter 2-labiatus, labio super. 3-fido laciniis breviorib. latiorib. plus minus obtusis, inferiore 3-fido v. 3-part. lacin. angustioribus.

a. Cal. infundibuliformis, angulatus, dentib. brevib. aequilongis, 2 superiorib. caeteris vix quidquam latioribus. Carina alis brevior. Styl. capillaris, longus, stigm. simpl. Ovar. sessile, glabr. (Frut., adulti aphylli, junior. fol. simpl. v. 3-foliol., exstip., fl. racemos.) . . Viminaria. Sm.

b. — *fere semper evidenter 2-labiatus*, dentib. sc. superiorib. altius ac inferiores (angustiores) inter se coalitis, (rarius in Daviesia subaequalib.)

† **Carina alis aequalis v. vix ac ne vix brevior.**

a. Ovarium stipitatum.

‡ *Ovarium glabrum.*

1. *Legum. ventricosum.* Calyx 2-labiatus.

* Calyx basi ebracteat., labii superioris lobis latiorib. altius connatis. Carina alis aequalis. Stylus apice hinc membrana auctus, inde imberbis, stigm. terminali. Leg. stipitat., sphaeric., 2-1-sp. (Frut., adulti aphylli, junior. fol. simpl., exstip., fl. laxe racem.-spicat.) Sphaerolobium. Sm.

** — basi 2-bracteat. Stylus filiform., adscendens, stigm. simpl. . . . . Sclerothamnus. R. Br.

2. *Legum. compressum, angulat., fere semirhomboid., ad suturam inferiorem dilatatum,* brevissime stipitat., elastice dehisc. Seminis strophiola postice integra. Cal. ebracteat., angulat., 5-dent., subbilabiat. aut dent. subaequalib. Carina alis paululum vexilloque brevior. Styl. strictus, stigm. simpl. (Frut., interdum spinesc., fol. simpl. aut 0, exstip., fl. axill. solitar., racemos. aut umbellat., pedunc. 00-bracteat.) . . . . Daviesia. Sm.

‡‡ *Ovarium villosum.*

1. *Sem. non strophiolata.* Carina alis paululum brevior. Pet. et stam. decidua. Cal. 2-labiat., basi ebracteolat. Stylus filiform. (Fol. exstip., simpl., subulata, alt. v. suboppos. v. ternato-verticillata; fl. axill., secus ramos spicato-racemosi.) Aotus. Sm.

2. — *strophiolata.* Ovar. stipitatum. Styl. subulat., adscendens, stigm. simpl. (Folia simpl., obovata, retusa v. obcordata.)

* *Legum. ventricosum.* Calyx ebracteolat., lobis 2 superiorib. caeteris vix majoribus obtusis. (Stipulae subulatae. Fol. oppos, aut 4-verticillata. Flor. in spicam brevem term. dispositi.) Gastrolobium. R. Br.

** — *compressum,* brevissime stipitat. Cal. basi 2-bracteolat., lobis 2 superioribus magnis late ovatis, inferiorib. 3 lineari-setaceis. (Stip. minutae. Fol. oppos. Flor. axill.). . Euchilus. R. Br.

β. *Ovarium sessile,* villosum. Styl. subulat., adscendens, stigm. simpl. Strophiolae seminalis lobi postici incisi. Cal. basi 2-bracteolat. (bract. interdum tubo adnatis) 2-labiatus, lobis saepe subaequalib. Carina alis aequalis aut paulo brevior. (Fol alt., simpl. Stip. saepe squamiformes et in intraaxillares connatae, raro 0. Fl. saepissime in capitula termin. congesti.) . . . . Pultenaea. Sm.

†† **Carina alis evidenter brevior.** Cal. 2-labiat. Stylus uncinatus, stigm. capitato. Ovar. sessile, villosum. Sem. strophiolata. (Stipulae 0 v. decid.? Flor. axill., plérumque in summis ramis in spicam brevem digesti.)

1. *Vexilli lamina duplo* (et saepe ultra) *latior quam longa,* divaricato-biloba. Pet. medio tubo calycis inserta. Legum. ventricosum. (Fol. acerosa, vix unquam vere opposita Stip. minutae decid. aut 0.) . . . . Dillwynia. Sm. DC.

{ * *Pet. et stamina decidua.* . . . . *Dillwynia. R. Br.*

{ ** — — — *persist.*, marcescentia. . . . . *Xeropetalum. R. Br.* (non Delil.)

2. *Vexilli lamina parum latior quam longa.* Legum. modice ventricosum. (Fol. opposita, lineari-lanceolata, exstip.) . . . . Eutaxia. R. Br.

II. Legum. inflatum 2-loculare, sc. sutura utraque inflexa. Cal. 5-fido-2-labiatus. Carina alis brevior. (Fol. exstip., simpl., linear., ternato-verticillata, rarius sparsa (potius dicenda spiraliter inserta, spiris nunc in pseudoverticillum contractis, nunc evidenter solutis.) Fl. axill. spicat. v. subterm.) Mirbelia. Sm.

LEGUMINOSAE, PAPILIONACEAE.

(Continuat.)

Tribus II. *LOTEAE.* *Subtribus I.* GENISTEAE.

A. Stamina monadelpha, (rarius filamento 10mo semilibero subdiadelpha, cfr. Hovea, Lalage, Templetonia, Ononis.)

I. Calyx 2-labiatus (rarius sub-1-labiatus, cfr. Spartium et Genistae sp.; aut vix labiatus, laciniis subaequalibus, cfr. Crotalariae sectiones et Anthyllis.)

† *Staminum vagina subintegra*, filamento 10mo apice plus minus libero, (cfr. Hovea). Calycis labium superius 2-fidum., infer. 3-part. Carina obtusa. (Frut., fol. alt. simpl., stipulis 0 v. minut., fl. axill. — *Nov. Holland.*)

1. *Calyx bracteolatus, labio superiore lato retuso.* Legum. sessile, ventricos., subrotund., 2-sp. Sem. strophiolata. (Stam. interdum omnia aequaliter? connexa.) . . . . Hovea. R. Br.
2. *Calycis lobi omnes setacei.* Vexillum planum, subrotund., emarginat. Stam. 10^{mum} semiliberum. Legum. . . . . . ? (Flor. bracteis aridis deciduis inclusi.) . . . . *Lalage. Lindl.

†† *Stam. vagina per anthesin jam superne fissa* (rarius latere rumpens, v. Amphinomia, aut integra, cfr. Crotalaria, Argyrolobium, Spartium.)

A. Legumen stipitatum (in Crotalariis quibusdam sessile.)

I. Legumen plano-compressum. (Frutices *Novae Holland. v. ins. Diemen.*)

a. Legumen 1-2-spermum.

1. Calycis labium superius latissimum emarginatum, inferius 3-dentat. Legum. ovoid. (Fol. simpl., fl. axill. subracemosis in panicul. dispositis.) . . . . Platychilum. Delaun.
2. — lobi superiores alte connati subobtusi, lab. inferius profunde 3-part. Vexill. explanat., majus; carina truncata, biceps. Sem. strophiolata. (Fol. alt., 3-foliolata, stip. decid. Fl. racemosi.) . . . . Goodia. Salisb.

b. Legum. 00-sperm. (sc. semina duobus plura includens.) Carina obtusa nec rostrata.

1. *Legum. dorso alatum.* Cal. bracteat., labii superioris lobis 2 magnis latis rotundatis. (Fol. opposita, simpl., 2-stipulat., fl. axill. et term. subsolitar.) . . . . Platylobium. Sm.
2. — *apterum*, utraque sutura incrassata. Calycis labium superius majus, semibifid., obtusum. (Rami saepe compressi. Fol. alt., rarius oppos., simpl., aut nulla. Stip. minutae. Fl. axill. subsolitar.) . . . . Bossiaea. Vent.

II. Legumen turgidum (rarius plano-compressum, v. Priotropis) 00-sperm., rarius 1-2-sp., valvis ventricosis. Cal. 5-fid., plerumque plus minus distincte 2-labiat., labio super. emarginato v. 2-fido, dentib. latiorib. saepe obtusis; inferiore 3-fido, lobis acutis angustiorib.; rarius lobi omnes subaequales acuti et vix 2-labiatim dispositi. Vexill. latum, cordat., basi callositatibus squamisve auctum. Carina falcata, apice in rostrum adscendens attenuata, rarius obtusa. Vagina stam. interdum non fissa. Styl. plerumque basi geniculatus. (Herbae v. frut., interdum exstip. et ebracteat. Fol. simpl. v. palmato-3-7-foliolat. Fl. racemosi v. spicato-capitati, term. v. axill., rarius subsolitar. — *Patria extra Europam, praecipue intra trop., diffusa.*) . . . . Crotalaria. L.

a. ? Calyx ovat., ventricos., persist., dent. 5, aequal.? lanceolatis patulis. Pet. 5, (omnino libera?) unguiculata, spathulata. (Cfr. Commentar.) Stam. vagina latere rumpens. Ovar. 00-ovulat., stylo laterali filiformi obtuso. Leg. sessile, subrotundum, muricato-rugosum, 1-sp., valv. concav. (Herba decumbens, stip. ovatis, fol. 3-foliol., peduncul. axill. v. term. 3-5-fl. — *Cap. b. sp.*) . . . . ? *Amphinomia. DC.* †
b. — sublabiatus, 5-fid., dentib. latis acutis. Vexill. subplicat. carina magna brevius; alae breves. Leg. longe stipitat., 00-sp. — (*Java.*) * *Clavulium. Desv.*
c. — 2-labiat., tubo inflato-campanulato hinc gibboso. Cor. vix calyce longior, vexill. ovali v. subrotundo, carina rostrata. Styl. geniculat., basi deflexus crassus. Leg. subglobos., apice sub-compress., calyce magno vestitum, 00-sp. — (*Afr. trop., Ind. or.*) . * *Chrysocalyx. Guill. et Perr.*
d. ? Legum. omnino planum, ellipt., brevissime stipitat., apice acuminat. et styli basi recta terminat. (Caetera Crotalariae. — *Ind. or.*) . . . * *Priotropis. Wight et Arn.*

B. Legumen sessile.

A. Cal. campanulat., brevissime 2-labiat., labio super. obsolete 3-dentato, inferiore 2-dentato. Pet. extus sericea, carina fornicata. Legum. . . . . ? Caet. Aspalathi. (Frut, fol. 3-foliol., stipulis in ochream oppositifoliam 2-dentatam connatis. — *Cap. b. sp*) . . . . *Colobotus. E. Meyer.

B. Calycis labium superius 2- inferius 3-dentat. v. 3-fidum, rarius utrumque (dentium coalitione perfecta) indivisum v. subintegrum.

I. Stigma terminale.

a. Folia 3-foliolata.

α. Vexill. carina obtusa brevius. Cal. profunde 2-labiat., labio super. 2-dent. v. 2-fido, inferiore 3-dentato. — (*Cap. b. sp.*)

1. ? Pet. omnia breve unguiculata. Vexill. suborbiculat., emarginat., basi cuneato-attenat. Alae subspathulatae, obtusae. Carina biceps. Vagina stam. saepe integra. Styl. incurvus, glaber, stigm. depresso. Leg. lineari-ensiforme, stylo apiculat., utrinque acut., subcompress., raro subtorulos., 00-sp. (Frut. v. suffrut. stipulat., fl. subsolitar. v. racemos.) . . . . *Argyrolobium. Eckl. et Z.
2. Alae vexillo breviores, calyci subaequales. Cal. basi attenuat., dentib. omnibus acutis. Styl. filiform. Ovar. rectum, lineare, 8-ovulat. (Suffrut., stip. vix ullis, pedicellis 1-floris.) . . . . Dichilus. DC.

β. Vexillum carina longius. Stylus filiformis glaber.

1. *Cal. semi-5-fidus*, lobis latis, superioribus 2 in labium fornicatum vexillum deprimens conniventib. (Caet. v. infra in tab. Trifoliearum. — Herba, stip. foliac., pedunc. 1-2 oppositifoliis. — *India orient.*) . . . . Rothia. Pers.
2. — *tubulos.*, labiis subaequilongis, superiore 2- infer. 3-dentato. Cor. glabra, eglandulosa. Vexill. lateribus reflexum. Alae superne dilatatae. Carina fornicata, obtusa. Legum. lineare, compress., curvat., oligosperm., inter semina coarctat. (Frut., interdum spinescent., plerumque (an etiam in calyce et ovario?) glanduloso- v. vernicoso-visciduli, fl. lateral. sessil. aut spicatis. — Cfr. Commentar. — *Cap. b. sp.*) . . . . *Sphingium. E. Mey.

b. Folia simplicia aut 0. (Frut. ramulis petiolisque spinescentib., flor. luteis, calyce 2-partito-labiato. — *Europa, praecipue australis.*)

1. *Calycis labium superius 2-fid.*, infer. 3-dentat. Legum. longe exsertum (stipitat.?) compress., glabrum, 00-sp. Stauracanthus. Link.
2. — *lab. sup. subintegerrimum*, inferius obsolete 3-denticulat. Leg. oblong., turgidum, calyce vix longius, villosum, oligosperm. . . . . Ulex. L.

II. Stigma ad styli apicem laterale, introrsum. (Frut., flor. flavis.)

1. *Stam. monadelpha*, vagina carinae alisque adnata. Vex. liberum, breve. Cal. 5-fid. v. 5-dentat. Leg. ovat., 1-sp., calyce brevius. (Herb. v. suffr., glanduloso-punctat., fol. interdum 3-foliol., stip. petiolar., fl. dense spicat. — *America.*) . . . Dalea. L.

2. — *diadelpha*, 9 *et* 1. Pet. carinalia distincta, vex. oblong. Cal. obconico-campanulatus, 5-dentat., dentib. super. remotioribus, infimo longiore. Ovar. 2-ovul. Styl. filiform., apice uncinatus. Leg. . . . ? (Arb. inermis, fol. stipellatis calycibusque glanduliferis, racemis term. cylindraceis. — *Mexico.*) . . . . Eysenhardtia. H. B. K.

β. Legum. pleiosperm., sc. semina ultra 2 continens, (cfr. Glycyrhiza, Calycotome.)

I. Calyx 2-labiatus. Stam. diadelpha.

1. *Cal. tubulosus, nudus, 5-fid., lobis 2 super. altius connatis.* Vex. ovato-lanceolat., rectum; carina 2-petala aut biceps, recta, acuta. Styl. filiform. Leg. ovat. v. oblong., compress., 4-1-sp. (Herbae v. suffrut., racemis ax. — *Europa, Asia occ. et bor., Africa et America bor.*) . . . . Glycyrhiza. Tourn.

2. — *urceolato-campanulat., sub-2-labiato-5-dentatus*, dent. ovatis, 2 super. altissime coalitis, infimo caeteris sublongiore. Pet. aequilonga, vex. orbiculat., reflexo-patentissimum; carina emarginato-2-fida. Stam. liberum basi geniculatum. Styl. extus barbatus, stigm. obtuso. Leg. breve-stipitat., lineare, elongat., compress., 00-sp. (Fol. pinnata, cum? v. absque? impari. — *Antill.*) . * Xiphocarpus. Presl.

3. — *profunde 2-labiatus, labiis subaequal.*, sup. 3- inf. 2-dentato. Pet. calyce vix longiora; vex. alis longius carina brevius; carina erecta apice rotundata 2-fida. Ovar. utroque margine hirtum. Styl. filiform., glaber, stigm. capitellato. Leg. complanat., torulos., subfalcat., 4-6- raro 2-1-sp. (Hba, fol. 3-foliol., pedunc. oppositifol. 1-fl. medio articulat. et 2-bracteolat. — *Cap. b. sp*) . . * Calycotome. E. Meyer. (non Lk.)

II. Calyx non 2-labiatus, laciniis forma et coalitionis gradu aequalib. v. subaequal.

A. Calycis laciniae longae, saltem semper manifestae.

‡ *Legum. compressum, 00-sp.* Cal. subaequaliter 5-fid. v. 5-dentatus. Vexill. magnum, extus plerumque pubescens.

a. Legum. complanatum, lineare. Sem. arillo tenuissimo demum evanido praedita. Styl. saepissime barbatus. Carina alis adhaerens. Stam. monadelpha, 10mo interdum sublibero aut in Tephrosia libero.

1. Flos bractea spathacea arida nervosa ovata semibifida decidua inclusus. Semina transversa, hilo basilari. (Suffrut., stip. ovat. persist., fol. pinnat. — *Cap b. sp.*) . . . . . * Apodynomene. E. Mey.

2. Bractea florem involvens nulla. Vex. explanat. v. reflexum. Leg. sessile, rarius breve-stipitat. Sem. longitudinalia, ventre affixa. (Frut. v. herb., stip. liberis angustis non sagittatis, fol. interdum 1- v. 3- aut palmato-5-foliolatis, fl. racemos. — *Patria diffusa, excl. Europa.*) . . . . Tephrosia. Pers.

b. Leg. compress. v. subteres, stipitat., utrinque attenuat. Styl. incurvus, stigm. piloso. Calycis dentes filiformes, aequales. Vex. erect., ovat.; alae carina incurva breviores. Stam. 9 et 1, liberum rectum, connata incurva. (Herba, stip. lineari-semisagittat., racemis ax. — *Nov. Holl.*) . . . . * Callotropis. G. Don. †

‡‡ *Legum. turgidum, 00-sp.*

a. Cal. 5-fid., dentibus subulatis subaequalibus. (Racemi axill.)

1. *Vex. obovato-oblong., carina obtusa.* Stam. monadelpha, 10mo ad medium caeteris adnato. Styl. filiform., glaber. Leg. subteres, torulos., interdum moniliforme, oblique striatum. (Herbae, stip. saepe semisagittatis. — *Europa, Asia occ., Africa bor.*) . . Galega. Tourn.

2. *Vex. caeteris pet. paulo majus.* Stam. . . . . . ? Leg. ad suturam compressum, falcat., 2-valve, sutura una aperta. Cal. campanulat. (Herba, fol. 6-jugis. — *China.*) . . Phyllolobium. Fisch. †

b. Cal., ex Don, campanulat., 5-fid. (ex Endl., tubulosus, basi postice inflato-gibbus, 4-dentatus, lobis triangular., superiore subemarginato, infimo sublongiore.) Vex. ovat., reflex., carinam subaequans, (ex Endl. incumbens.) Alae lanceolatae, acuminatae, patentes, carina dimidio breviores, (ex Endl. stipitatae, deorsum appendiculatae.) Carina gamopetala, cymbiformis, genitalia includens. Stam 9 et 1, (alterna, ex Endl, breviora.) Styl. filiform. (ex Endl. infra apicem uncinatum barbatus,) stigm. truncato. Leg. oblong. tumid., coriac., 1-loc., 00-sp., seminibus 2-seriatis (ex Endl. leg. breve-stipitat., membranac., compress., cuspidat., sutura superiore membranaceo-marginat.) — (Herbae v. suffrut., ex Don; arbusc. v. frut., ex Endl.; stip. persist., ex Endl. demum lignos.; fl. umbell. v. racemos. — *Australia.*) . . . . * Clianthus. Sol.

B. Calycis dentes 5 brevissimi v. obsoleti.

1. *Cal. cyathiform., dentib. subaequalibus.* Pet. subaequilonga, vex. latius quam longum, ecallosum, non auriculat.; carina gamopetala, obtusa; alae liberae. Stam. 9 et 1. Ovar. sessile, lineare, 5-6-ovulat. Styl. subulat, stigm. obtuso imberbi. Leg. 3-1-sp., ovat., rostrat., compress.; valvarum parietes a suturis incrassatis persistentibus solubiles. (Frut., ramis compress. margine dentatis, demum aphyllis; juniorum fol. 3-7-foliolata racemique e ramorum dentibus (stipulis exiguis) orta. — *N. Zeeland., N. Holl.*) * Carmichaëlia. R. Br.

2. — *campanulato-urceolat., dentib. 5 obsoletis.* Pet. subaequilonga, vex. suborbiculat., reflexo-patens. Stam mono- v. diadelpha. Ovar. 4-8-ovulat. Styl. interdum subbarbatus. Leg. breve-stipitat., oblongo-lanceolat., rectum, complanat., membranac. (Arb. inerm, foliol. exstipellat.; fl. racemos., raro subsolitar. — *America et Africa trop.*) . Lonchocarpus. H. B. K.

3. — *oblique truncatus, dentibus, praecipue 2 super., brevissimis.* Pet. subpapilionacea, connivent., oblonga; vex. retusum, alis subbrevius; carina alis longior. Stam. diadelpha, subexserta. Styl. filiform., glaber. Leg. stipitat., lineare, plano-compress., mucronat., 00-sp. (Frut., stip. setaceis, foliol. exstipell., racemis ax.— *Antill.*) Poitaea. (Vent.) DC.

†† **Legum. moniliforme** (non articulat.) sessile indehisc., monilibus 5-1 distinctis 1-spermis. Cal. campanulat., 5-dentatus, demum basi circumscissus. Stam. 8-10, monadelpha cum calyce petalisque decidua. Styl. filiform. (Arb., foliol. paucijugis, racemis axill. — *Guiana.*) . . . . Müllera. L. fil.

b. Legum. marginatum v. alatum.

1. *Legum. sessile aut subsess., compress., 1-loc., 00-sp., sutura seminifera anguste marginata,* valvis planis. Styl. antice barbatus. Calycis dentes 5 lanceolati, 2 superapproximati breviores. Vex. amplum, carina obtusa. Stam 9 et 1, decid. (Arb., stip. saepe spinesc., foliol. stipellat., racemis ax. — *America bor. et? trop., Africa et Asia trop.?*) . . . . . Robinia. (L.) DC.

2. — *stipitat., 1-loc. 1-sp. (aut oligosperm. septulatum) disinens in alam membranaceam ligulatam v. cultriformem.* Cal. campanulat., dent. 5 acutis v. obtusis. Pet. carinalia apice tantum (rarius tota) connexa. Stam. mono- v. diadelpha. (Frut., saepe volub., fol. 3-00-foliol., fl. aggregat. v. racemos. v. paniculat. — *America trop., Madagasc.?*) . . . . . Nissolia. Jacq.

3. — *lineare, alis 4 longitudinalibus auctum,* inter sem. isthmosum (an vere articulat.?) Cal. campanulat., semi-5-fid. Carina obtusa. Stam. monadelpha aut 9 et 1. Styl. filiform., glaber. (Arbor, paniculis terminal. — *America trop.*) . . . . Piscidia. L.

B. Petala praeter vexillum ovatum concavum nulla. Cal. turbinato-campanulat., 5-dentat. Stam. exserta, ima basi monadelpha. Styl. glaber. Leg. breve, subcompress., 1-loc., 2-1-sperm. (Frut. glandulis conspersi, racemis spiciform. longis aggregat. — *America bor., Mexico.*) . . . . Amorpha. L.

LEGUMINOSAE, PAPILIONACEAE.

Tribus II. *LOTEAE.*

(Continuat.)

Subtribus V. ASTRAGALEAE.

A. Legum. 1-loculare (suturis incomplete aut non introflexis). Stam. 9 et 1.

1. *Legum. subcylindricum, medulla demum evanida farctum,* 00-sp., valvis omnino secedentibus demum spiraliter tortis. Sem. scrobiculata. Cal. 2-bracteolat., campanulat., 5-fid., laciniis 2 super. latioribus. Carina 2-petala, minuta; vexill. alis vix longius. (Hb. acaul., fol. 1-foliol. v. impari-pinn., fl. umbell. pedunc. — *Alp. Altaic.*) . . . Güldenstaedtia. Fisch.

2. — *subinflatum, plus minus stipitat., sutura superiore seminifera turgida* saepe impressa, inferiore interdum in septum incompletum complicata. (Styl. glaber, stigm. obtuso v. capitato. Cal. 5-dentat., dent. 2 superior. remotioribus. (Herbae, fol. impari-pinn., racemis pedunc. ax. — *Europa, Asia, America, Africa bor.*) . . . Phaca. L.

B. Legum. 2-loc. aut semi-2-loc. (Herbae, rarius suffrut., fol. impari-pinn. 00-jug., rarissime in Astragalo 1-foliolatis, fl. racemosis v. spicatis.)

I. Legum. inflato-subglobosum, stipitatum, stylo mucronat., duriusculum. Cal. 5-dentat. Vex. explanat., carina obtusa. Stam. 9 et 1. — (*Dahuria — Caucas.*) . . . ?Sphaerophysa. DC.

II. — inflatum v. subcompressum, oblongum v. lineare v. ovatum.

a. Legum. plus minus tumidum. Cal. 5-dentat. (Petioli saepe spinescent. — *Astragalus, L.*)

1. *Legum. sutura superior* (nec inferior) *in cavum plus minus intrusa* et septum faciens. Leg. inflatum v. cylindr. Carina antice infra apicem obtusum in mucronem rectum desinens. Stam. mono- v. diadelpha. (Foliola cujusque jugi interdum 00 verticillata. — *Europa, Sibir., Asia temp., Amer.*) . . . Oxytropis. DC.

2. — *sutura inferior* (nec superior) *intrusa* et septum (saepe incompletum) formans. Legum. saepe lineare falcatum et subcompress. Carina obtusa, mutica. Stam. 9 et 1. — (*Patria diffusa, — excl.? Australia*) . . . Astragalus. (L.) DC.

? b. Leg. compresso-planum (an vere 2-loc.?) ovato-oblong., stylo mucronat., basi angustat., 4-5-sp. Cal. 2-bracteolat., decid., 2-labiat., lobis lanceolat. acuminat. aequal. integris. Vex. obovat., alae hinc auriculatae, carina biceps elongata acuminata subintorta. Stam. 10, monadelpha. Styl. filiform., cum carina incurvus. — (*Nova Hispan.*) . . . ?Harpalyce, fl. Mex. †

III. Legum. depresso-planum, suturis contiguis dissepimentum valvis contrarium angustissimum formantibus, valvis carinato-compressissimis dorso (leguminis marginem formante) sinuoso-serratis. Cal. 5-fid. Carina obtusa. Stam. diadelpha. — (*Region. mediterran.*) . . . Biserrula. L.

Tribus III. *HEDYSAREAE.*

I. Flores racemosi v. spicati. Legum. turgidum. . . . Subtribus I. ALHAGEAE.

a. Legum. irregulariter submoniliforme (nec vere articulatum, sc. articulis sponte non secedentibus).

1. *Legum. stipitatum, sublignosum, teres v. compress.,* inter semina (pauca) contractum et septulatum. Cal. campanulat., dentibus 5 brevissimis subaequalibus. Pet. subaequilonga; vex. obovat., complicat.; carina recta obtusa. Stam. 9 et 1. Styl. filiform., glaber, acutus. (Suffrut., fol. simpl., stip. minutis, pedunc. ax. paucifl. spinesc. — *Asia austr. et occ., Africa.*) . . . Alhagi. Tourn.

2. — *lineare, subfalcat., compress.,* articulis spuriis quadratis, fragilibus quidem, sed nec sponte secedentibus nec intus clausis. (Caet. omnia Desmodii, cfr. infra; sed foliola obsolete et grosse repando-crenata, panicula term. maxima. — *Cap. b. sp.*) . . . * Anarthrosyne. E. Meyer.

b. Legum. vere articulatum, articulis demum secedentibus. (Folia simpl.)

1. *Legum. inter semina non constrictum,* teres v. subcompress. Cal. persist., tubulos v. subcampanulat., 5-fid., lacin. lanceolatis acutis aequalib., superiorib. altius coalitis. Cor. parva, vix exserta? (Herb. v. suffrut., stip. et bract. scarios., racemis oppositifol. v. term. — *Ind. or. et occ., Africa, ins. Mascarenh.*) . . . Alysicarpus. Neck.

2. — *inter semina constrictum.* Cal. campanulat., subtruncat., dentib. 5 minimis. Cor. calyce triplo longior. (Frut., stip. minutis non scariosis, racemis subspicat. axill. — *Ind. or.*) . . . Bremontiera. DC.

II. Flores plerumque umbellati. Legum. teres aut compress. Subtribus II. CORONILLEAE.

A. Legum. non vere articulat. (inter sem. isthmosum quidem, sed propter suturas marginales validas incrassatas in articulos non secedens,) compresso-planum, lineare, longe rostratum. Cal. brevis, 2-labiat., labio sup. 2-dentato, inf. 3-part. Petalorum ungues calyce sublongiores, carina acuta. Stam. 9 et 1. (Habitus Coronillae. — *Europa austr., Tauria.*) . . . Securigera. DC.

B. — vere articulat., indehisc., articulis singulis 1-sperm. maturitate ab invicem discedentibus.

I. Totius leguminis margines integri nec regulariter sinuosi, articuli recti nec semilunares.

A. Leg. teres aut angulat., nec compressum.

a. Leg. rectum v. parum incurvum, gracile, articulis oblongis teretiusculis v. angulatis, laevibus. Petalorum ungues calyce egregie longiores, rarius sublongiores. Carina acuta. Cal. brevis, campanulat., 5-dentat., dent. 2 super. approximatis subcoalitis. (Frut. v. herbae, fol. impari-pinnat., umbellis pedunc. axill. — *Europa, Africa, Asia occ., America?*) . . . Coronilla. (L.) DC.

b. — valde curvatum, falcatum, annuliforme v. circinnat. Cal. subaequaliter 5-dentat. v. 5-fid. — (*Region. mediterran.*)

1. *Leg. circinnatum,* articulis 3-6 longitudinaliter costatis, costis echinatis v. tuberculatis, rarius laevibus. Ovar. sulcatum. Petalor. ungues calyce breviores, carina biceps. Stam. 9 et 1; filam. 5 longiora sub anthera subdilatata. (Herbae, fol. simpl., stipul. membranac., pedunc. ax. longis 4-1-floris.) . . . Scorpiurus. L.

2. — *falcatum* aut in annulum curvatum (nec circinnat) articulis teretibus v. 4-gonis costatis v. minute rugulosis caeterum laevibus, isthmis saepe prominulis nodosis. Petalor. ungues calyce sublongiores, carina minima compressa. Stam. 9 et 1. (Herbae, fol. impari-pinn. inferiorib. saepe simpl., stip. 0 aut minutis membranaceis in unicam oppositifoliam 2-dentatam connatis, fl. subcapitat. ebracteolat.) . . . Arthrolobium. Desv.

B. Leg. evidenter compressum (etiamsi articuli singuli turgidi) rect. v. subfalcat. Cal. bracteolat., tubulos., subaequaliter 5-dentat. Carina minima. Stam. 9 et 1. (Herbae, fol. impari-pinn., stip. 2 parvis petiolar., umbell. paucifl. pedunc. ax. — *Europa, Africa bor.*) . . . Ornithopus. (L.) Desv.

II. Totius leguminis (valde compressi) *margines egregie sinuosi;* articuli semilunares v. ferri equini instar curvati utraque extremitate dorso sibi invicem juncti. Cal. 5-fid., lacin. aequalib. acutis. Carina biceps. Stam. 9 et 1. (Herbae v. suffrut., fol. imp.-pinn., fl. ax. nunc subsolitar. interdum sessil. nunc umbellat. pedunc. — *Europa, Africa bor., Asia occ.*) . . . Hippocrepis. L.

III. Flores racemosi. Legum. plerumque compressum. . . . Subtribus III. EUHEDYSAREAE.

A. Ovaria in quoque flore 2 distincta. Styli 2 subulati, stigm. crassiusculis. Leg. 2, compressa, recta, articulis ovatis inaequalib. striatis. Cal. persist., 2-bract., gibbus, 5-fid., lobis acutis, infimo longiore. Vex. emarginat., adscendens, alis ovatis longius, carinae 2-petalae longe unguiculatae aequale. Stam. 10 in phalanges 2 pentandras digesta. (Arb., fol. imp.-pinn. 10-jug., fl. ax. 2 pedunc. — *China, Cochinchina.*) . . . Diphaca. Lour.

B. Ovarium et legum. unicum.

I. Stamina monadelpha, (decimum interdum plus minus liberum, cfr. Desmodium, Dicerma, Stylosanthes.)

A. Legum. 1-2-articulatum (rarissime 3-articulat., v. Dicerma).

† *Folia impari-pinnata,* foliolis saepissime 3, rarius 00 aut 1.

1. *Cal. persist., eglandulos.,* ultra medium 5-fid., lacin. lineari-subulatis corollam aequantib. ciliatis, 3 inferior. reflexis, tubo demum subventricoso. Alae minimae, carina exserta breviores. Legum. subrotund (Herbae v. frut. stipulat., fol. 00- rarius 3-foliol., spicis pedunc. — *Creta, Barbaria.*) . . . Ebenus. L.

2. — *tubulos, saepe glandulosus,* 5-fid., dentib. inaequal., brevib., super. obtusis. Pet. subaequilonga, ex parte calycis fauci inserta; carina minuta, apice 2-fida. Antherae alternae ovatae et lineares. Ovar. sessile. Styl. filiform. longus rectus, stigm. capitato hispido. Leg. styli basi acuminat. (Hb. v. suffr., fol 3-foliol., spicis bracteat. saepe capitat. v. pauciflor. — *Asia et Africa trop., America bor. et trop.*) . . . Stylosanthes. Sw.

3. — *2 labiat.,* lab. super. 2-fido, infer. 3-part., etc. (*Desmodii* sp., v. infra.)

4. — — — — — integerrimo aut brevissime 2-dentato, infer. 3-fido, etc. (*Dicerma*, v. infra.)

†† *Folia abrupte-pinnata,* foliolis 2-jugis. Cal. fere ad basin usque 2-labiat., labiis subaequal. oblongolanceolat., superiore integerrimo, infer. apice denticulis 2 acutis praedito. Vex. magnum, tarde reflex.; alae angustae, erectae; carina incurva, obtusa, dorso tantum gamopetala. Stam. aequilonga, anth. aequales Ovar. 2-ovulat. Styl. compress., stigm. simpl. Leg. 2-1-articulat., medio tumid., reticulato-venosum, marginibus tenuibus. (Herba. — *Ind. or.*) . . . * Geissaspis. W. et Arn.

LEGUMINOSAE, PAPILIONACEAE.

Tribus III. *HEDYSAREAE.*

(Continuat.)

III. *B.* I. (Euhedysareae monadelphae.)

B. Legum. 3-00-articulatum, (nisi abortu interdum 2-articulat., cfr. Myriadenus, Zornia.)

A. Calyx breviter 5-dentatus, tubulosus, bracteolis 2 subinclusus. Alae carinam aequantes. Leg. subcompress., styli basi apiculat., articulis 00 ovoideis utrinque plus minus attenuatis, interdum setoso-muricatis. (Herbae v. suffrut., gland. pellucid. punctat., stipulat., fol. 2-4-foliolat., fl. ax. subsolitar. — *America trop.*) . . . . Myriadenus. Desv.

B. — *2-labiatus v. saltem in lacinias valde inaequales divisus.*

a. Calycis campanulati lobi 2 superiores maximi rotundati, laterales minuti, infimus oblongus concavus carinatus. Vex. orbiculat, alae carinae adpressae. Leg. lineare, compress., artic. utrinque truncatis. (Frut. volub., fol. abrupte 4-foliol. pellucido-punctat., pedunc. ax. 4-5-fl., pedicell. bracteolat. — *America trop.*) . . . . Amicia. H. B. K.

b. — *labia parum inaequalia.*

† **Fol. impari-pinnata 5-foliolata.** Cal. subcampanulat. . . . . . Stam. subdiadelpha? Leg. breviter stipitat., utrinque nervo longit. prominulo notat., articulis 8-10 parallelogrammis. (Suffrut. volub., racemis ax. paucifl. — *Peruvia.*) . . . . *Planarium. Desv. †

†† — **abrupte-pinnata,** foliolis saepissime 2-1-jugis.

1. *Calycis campanulati labium super. 2-dentat.,* inferius breviter 3-dentatum. Vexill. semiorbiculat., emarginat., a carina repulsum, lateribus reflex., alae patentes. Stam. 8-10. Stigma capitat. Leg. compress., artic. 3-4 rectis truncatis. (Frut. volub. Glycines facie, fol. 4-foliol., stip. liberis, racemis ax. brevib. — *Antill., Amer. austr.*) Poiretia. Vent.

2. — *campanulati labium sup. emarginat. obtusum,* inferius 3-fid. Vex. orbiculat., lateribus reflexum; carina lunulata, 2-fida. Stam. alterne breviora et antheras oblongas et globosas gerentia. Leg. compress., inter artic. valde constrictum, artic. 2-5 suborbicularib. saepe hispidis. (Herbae v. suffrut., stip. sagittat., superiorib. latiorib.; fol. palmato-2- v. 4-foliol., saepe punctat., fl. ax. subsolitar. — *Patria subdiffusa, excl. Europa.*) . . . . Zornia. Gmel.

3.? — *labium sup. latius* (integrum?) inferius 3-partitum. Cor. persist., scariosa, reticulato-venosa. Leg. moniliforme, artic. 5 v. paucioribus. . . . . Soemmeringia. Mart.

II. Stamina diadelpha aut omnia distincta (rarissime monadelpha, cfr. Desmodium, Dicerma).

A. Stamina 5 et 5, i. e. in phalanges 2 pentandras disposita. Cal. bibracteolatus, 2-labiat.

1. *Calycis labium sup. 2-, inferius 3-fid. v. dentat.* Vex. subrotund.; alae oblongae; carina cymbiformis, basi 2-partita. Leg. exsert., compress., inter articulos 00 saepius quadratos non aut vix contractum. (Herbae v. suffrut., fol. impari-pinn. 00-jugis, stip. semisagittat., racemis axill. — *Patria extra Europ., praecipue intra trop., diffusa.*) . . . . Aeschynomene. L.

2. — *scariosi 2-partiti labia integra v. subdentata.* Carina ab apice ad basin fere fissa. Leg. 4-6-articulat., intra calycem replicat., inter artic. subrotundos constrict. (Herba, fol. abrupte-pinn. paucifoliol., stip. semisagittat., racemis ax. paucifl. — *Ind. or., Nov. Holl.*) . . . . Smithia. Ait.

3. — *plus minus distincte 2-labiati lobi acuti.* Leg. stipitat., exsert., sulcat. v. verrucos. etc. (*Ormocarpi* sp. — v. infra.)

B. Stamina 5-10 distincta, approximata. Cal. 5-fid., lacin. subaequal. acutis. Carina apice incurvo truncata. Legum. compress., sutura super. crassiuscula subrecta, inferiore sinuosa, artic. 4—8 v. abortu 1, suborbicularib. (Frut. v. herbae, fol. abrupte-pinn., foliolis 00-jugis interdum dentatis, fl. subsolitar. v. racemos. — *America et Africa austr.*) . . . . Adesmia. DC.

{1. Stam. 10. Leg. membranaceum, artic. scabris v. puberulis, nec setosis. . . . . *Patagonium. Schrank.*}
{2. — 5-10. Leg. coriaceum, artic. rugoso-venosis setiferis, setis plumoso-barbatis. *Heteroloma. Desv.*}

C. Stamina 9 et 1 (i. e. 9 connata in vaginam supra fissam, 10mo libero; rarius 5 et 5, cfr. Ormocarpum, aut basi monadelpha, cfr. Desmodium, Dicerma).

A. Folia impari-pinnata 00-juga (rarius 3- v. 1-foliol., cfr. Ormocarpum, Pictetia, Uraria).

† *Legum. strictum,* (saltem non plicato-anfractuosum) compressum. Cal. 5-fid.

a. Legum. 3-00-articulatum.

1. *Cal. basi bracteolis 2 persistentib. stipatus, 2-labiat. v. sub-2-lab.* Vex. latum, integrum, caeteris pet. saepe brevius; carina obtusa dorso leviter gamopetala. Stam. 9 et 1 aut 5 et 5. Legum. stipitat., artic. oblongis utrinque attenuatis, longitudinaliter striatis v. verrucosis. (Frut., fol. 1-v. 00-foliol., racemis ax. brev. — *Ind. or. et occ., Africa trop.*) . . . . Ormocarpum. P. Beauv.

2. — *bracteolis 2 deciduis stipatus, campanulat., lobis 2 sup. breviorib. obtusis,* inf. 3 acuminatis subspinosis. Vex. subrotund., complicat., carina obtusa alisque paulo longius. Stam. 9 et 1. Styl. filiform., glaber. Leg. stipitat., oligosperm., nunc continuum isthmosum, non articulatum, artic. laevib., nonnullis saepe abortivis. (Frut., stip. saepe spinesc., fol. 00- raro 3-foliol. exstipellat., fl. ax. racemos. v. solitar. — *America trop.*) . . . . Pictetia. DC.

3. — *5-fid., lacin. lineari-subulat. subaequal.* Vex. amplum, alae carina oblique truncata breviores. Stam. 9 et 1. Genitalia subito infracta. Legum. utraque sutura sinuosum, artic. subrotundis laevib. v. villosis echinatis v. costatis. (Herbae v. suffrut., fol. 00-foliol., racemis spicatis simpl. pedunc. ax. — *Europa, Asia, Africa et America bor.*) . . . . Hedysarum. (L.) Jaum.

b. Leg. 1-articulat., 1-sp., subcoriac., indehisc., echinat. v. cristat. v. rugosum v. alatum, margine super. crassiore recto, infer. convexo. (Caeter. fere omnia Hedysari. — *Europa, Asia occ., Africa trop.*) . . . . Onobrychis. Tourn.

†† *Legum. 2-6-articulatum, artic. intra calycem replicatis* ovatis, sutura utraque sinuosa. Styl. sursum incrassatus. Cal. profunde 2-labiat, labio sup. 2-fido, inf. 3-part., lacin. setaceis. Stam. 9 et 1, filam. subpersist. (Herbae v. frut., fol. 00- v. 3- v. 1-foliol. stipellat., racemis term. bracteat. 00-flor. — *Ind. or., Amer. et? Afr. trop.*) . . . . . Uraria. Desv.

B. Folia 3- v. 1-foliolata (cfr. supra Uraria, Pictetia, Ormocarpum).

a. Legum. intra calycem replicato-anfractuosum, inter artic. valde contract., artic. 4-6 subrotundis. Cal. campanulat., reticulato-venos., aequaliter 5-fid., demum inflato-vesicarius. Vex. obcordat., carina obtusa. Stam. 9 et 1. (Herbae, stip. setac., fol. 3-foliol., foliol. lateralib. saepissime 0, terminali multo latiore quam longo transverse semilunari v. reniformi; racem. term. — *Ind. or., China.*) . . . . Lourea. Neck.

b. Legum. strictum (nec replicatum) compressum.

† ***Legum. 3-00-articulatum.***

1. *Cal. ad basin usque 5-partitus, lacin. subaequalib.* lanceolato-subulatis barbatis. Cor. calyce saepe brevior. Stam. 9 et 1. Leg. rectum, articulis semiorbicularib. ad suturam convexam dehiscentibus. (Herbae stipulis subscarios., fol. 3-foliol. stipellat., racemis term. paniculat. bracteat. — *America trop., Africa austr.*) . . . . Nicolsonia. DC.

2. — *bracteolis 2 persistentibus stipatus, 2-labiat.* etc. (*Ormocarpi* sp., v. supra.)

3. — — *saepissime deciduis munitus, 2-labiat., labio sup. 2-fido, infer. 3-part.* Vex. subrotund., carina obtusa non truncata. Stam. 9 et 1, infra medium saepe monadelpha, filam subpersist. Ovar. pluriovulat. Styl. filiform., stigm. capitato. Legum. pluriarticulat., suturis rectis aut altera v. utraque sinuosis, artic. quadratis v. ovalib. v. semirotundis interdum dehiscent. (Arbusc., frut. v. herb., fol. 3- v. 1-foliol. stipellat., fl. racemos. v. umbellat. v. subsolitar. — *Patria diffusa, excl. Europa*) . . . . Desmodium. (Desv.) DC.

†† ***Legum 2-1-articulatum*** (rarius 3-art., v. Dicerma).

α. Stam. infra medium monadelpha, supra 9 et 1, filam. persist. Cal. 2-bracteolat., 2-lab., labio sup. 2-dentato, infer. 3-fido, lobo medio sublongiore. Vex. obovat., carina alis subaequalis obtusa nec truncata. Leg. membranac., complanat, artic. 2 (raro 3) orbicular. venoso-reticulatis non echinatis, terminali styli basi inter suturas apiculato. (Frut., fol. 3-foliol., pedunc. ax aggregat. 1-fl. v. racemos. — *China, Ind. or.*) . . . . Dicerma. DC.

β. — *perfecte diadelpha,* 9 et 1. Carina obtusa.

1. *Cal. campanulat., 5-fid. v. breviter 5-dentat.* Vex. obovat. Stam. persist. Leg. chartaceum v. subcoriac., sutura super. crassiore recta, artic. 1-2 semiovalib. inermibus. (Hb., caulib. 3-angular., stip. parvis liberis, fol. 3- v. 1-foliol., racem. ax. elongat. — *Ind. or.*) . . . . Eleiotis. DC.

2. — *2-bract., 5-partitus,* lobis subaequal. Carina transverse obtusa. Leg. articulat., lenticulare, 1-sp., indehisc., inerme. (Herbae v. suffrut., stip. angustis, fol. 3-foliol., fl. spicat. v. racemos. *Patria diffusa, excl. Europa.*) . . . . Lespedeza. Michx.

3. — *2-bract., sub-2-labiato-semi-5-fidus,* lacin. lanceolato-linear. aequilongis. Vex. subobovat., carina non truncata, alae calyce breviores. Styl. filiform., longus, flexuos., deciduus. Articuli 2 orbiculati, saepe setoso-subechinati. (Suffrut., stip. basi inter se connatis, fol. 3- v. 1-foliol., fl. racemos. v. subsolitar. — *Persia, Arab.*) . . . . Taverniera. DC.

LEGUMINOSAE, PAPILIONACEAE.

(Continuat.)

Tribus IV. VICIEAE.

A. Staminum filamenta apice dilatata. Calycis tubus supra plus minus gibbus, lacin. 5 acuminatae, 2-4 superiores vexillo incumbentes. Styl. glaber. Leg. inflatum, membranaceum, 2-sp. Sem. obtuse gibbosa, acuminata. (Herbae glanduloso-pilosae; fol. impari-pinn., aut abrupte-pinn. et rachi tunc cirrhosa, aut rarissime simplicia; fl. ax. subsolit. — *Europa austr., Asia.*) Cicer. Tourn.

B. Staminum filamenta subulata.

I. Stylus filiformis (nec dilatatus nec complanatus carinatusve). Cal. 5-fid. v. 5-dentatus.

1. *Stylus apice undique aut inferiore tantum latere (suturae carinali respondente) barbatus* et praeterea saepe pilosus. Leg. 2-00-sp. Sem. globosa v. oblonga, hilo ovali v. lineari ante maturitatem arillo conformi tecto. (Herbae saepe volub., fol. abrupte-pinnat., rachi plerumque in cirrhum saepe ramosum desinente, fl. racemos. s. paniculat. axill. — *Patria diffusa, excl ? Australia.*) . . . . Vicia. (Tourn.) Koch.

   *Semina globosa v. lenticularia v. oblonga in legumine horizontaliter transversa; si oblonga, hilum margine longiore gerentia.
   a. Stylus superne undique aequaliter pilosus. (Fol. inferiora saepe ecirrhosa) . . . . . *Ervilia. Link.*
   b. — apice subtus barbatus caeterum glaber, aut apice undique villosus. (Fol. cirrhosa, rarius ecirrhosa.) . . . . *Vicia. (T.) Link.*
   **Semina ovalia compressa in legumine pendula, hilo in seminis margine angustiore sito. (Fol. non cirrhosa.) . . . . *Faba. Tourn.*

2. *Stylus latere inferiore glaber,* superiore apicem versus longitudinaliter pilosus. Legum. 1-00-sp. Sem. compressa, hilo Viciae. (Herbae non volub., fol. abrupte-pinn. cirrhos. — *Europa, Asia, Africa.*) . . Ervum. (L.) Koch.

II. Stylus latere inferiore complicato-carinatus, superiore apicem versus barbatus. Leg. demum coriaceum, 00-sp. Sem. globosa, hilo Viciae. Cal. 5-fid. (Hbae, fol. abrupte-pinn. 3-jugis cirrhosis, stipulis amplis. — *Patria diffusa, excl.? Australia.*) . . . . . Pisum. Tourn.

III. — complanato-linearis, apicem versus saepe dilatatus, latere superiore plano sub stigmate recto v. recurvo deorsum pilosus. Cal. 5-fid. v. 5-dentat. Sem. oblonga v. subglobosa, hilo Viciae. (Folia abrupte-pinnata paucijuga. Stipulae semisagittatae.)

1. *Legum.* 2-00-*sp. Petiolus communis (s. rachis) foliorum superiorum* (L. Nissolia, aliisque? exceptis) *in cirrhum simpl. v. ramosum excurrens.* (Herbae saepe volub., foliolis 3-1-jugis, interdum nullis, stipulis tunc dilatatis. — *Patria diffusa, excl. Australia.*) . . . . . Lathyrus. (T.) L.
2. — 00-*sp. Petiolus communis s. rachis in mucronem tenerum herbaceum* (nec cirrhum) *desinens.* (Herbae non volub. — *Patria extra trop. diffusa.*) . . . . Orobus. Tourn.

Tribus V. PHASEOLEAE.

I. Folia palmato-5-00-foliolata (raro simplicia). Cal. 2-labiat. Carina acuminata. Stam. monadelpha, anth. 5 subrotundis et 5 oblongis. Legum. inter semina oblique constrictum et septulatum. Cotyled. crassae, germinantes demum foliaceae. Caet. v. in tab. Genistearum. (Hbae v. suffrut. racemis term. — *Patria subdiff.*) Lupinus. Tourn.

II. Folia pinnata 00-juga (rarissime 3-foliolata, v. Riveria).

A. Folia abrupte-pinnata. Stam. monadelpha, basi ungui vexilli adnata, 10mo deficiente. Cal. campanulat., obsolete 4-lobus v. 4-dentat., lobo super. latiore v. 2-fido. Vex. ovat. Styl. brevis, stigm. capitato. Leg. oblong., compress., 4-6-sp., inter semina septulatum. (Frut. volub. v. diffus., fl. racemos. — *Ind. or., Africa, America trop., Australia.*) . . . . Abrus. L.

B. Fol. impari-pinnata.

a. Legum. pleiospermum. Stam. diadelpha. Cal. campanulatus. (Caules volub., flor. racemosi.)

† *Legum. 1-loc., subtorulosum, coriac.*, substipitat., 2-valve. Cal. sub-2-labiat., labio sup. breviter 2-dentato, inf. lobis 3 subulatis. Vex. 2-callosum, carina biceps alis conformis. Ovarii stipes tubulo nectarifero cinctus. (Frut. fol. exstipulat. — *Amer. bor., China, Japon.*) Wisteria. Nutt.

†† — ***septulis transversis cellulosis semina separantibus 2-00-loculare.*** Calyx 4-dentatus.

1. *Cal. obsolete dentatus,* dente infimo acuto elongato. Carina lineari-falcata, convoluta, vexilli apicem reflectens. Ovarii stipes tubulo cinctus. Leg. 00-sp. (ex Pursh 2-loc.) (Suffrut. radice tuberosa. — *America bor.*) . . . . Apios. Boerh.
2. — *2-labiat.*, labio sup. 1- infer. 3-dentato. Vex. reflex., basi 2-callos.; carina lineari-falciformis, longissima, adscendens, 2-petala; alae cuneiformes, abbreviatae, divaricatae. Legum. sessile, lineare, compress., membrana subspongiosa demum soluta intus vestitum. (Herba v. suffrut.? — *Ind. or.*) . . . . *Cyrtotropis. Wall.

b. Legum. 1-sp., stipitatum, oblique elliptic., mucronat., subcompress., coriaceo-chartaceum, 2-valve. Sem. arillo? albo friabili ad hilum tectum. Cotyled. carnosae, radic. parva, supra commissuram deflexa. Caet. ignota. (Arb. inermis, fol. 3-1-jugis cum impari coriaceis, rachi alata, pedunc. subterminal. — *America trop.*) . . . . ?Riveria. H. B. K. †

III. Folia 3- rarius 1-foliolata (rarissime 5-foliol., cfr. Dolichos).

A. Stamina monadelpha (rarissime diadelpha, cfr. Canavalia, Pillera).

I. Legum. nec alatum nec marginatum.

a. Cal. 2-labiatus, labio sup. 2-, inf. 3-fido. Stam. 10, alterna sterilia v. imperfecta. Stigma capitatum. Leg. lineare, compress., 00-sp. (Suffrut. v. hbae volub., foliolis stipellat., fl. parvis.)

1. *Calycis 2-bracteolati laciniae subaequales,* subulatae, vexillo vix breviores. Vex. obovat., subconcav., alis carinae adhaerentibus vix longius; carina brevior, erecta, subtruncata, biceps. Styl. brevis, attenuatus. Legum. rectum, septulat. Sem. ecarunculata. — (Herba, racemis subspicatis interruptis elongat. — *Africa austr.*) . . . . *Bujackia. E. Meyer.
2. — *lobi omnes acuti, labio super. longiore.* Carina minima, calyce inclusa. Stigma sessile. Leg. 1-loc ?, 2-valve. (Suffrut., racemis ax. folio longiorib. — *America trop.*) . . . . . Teramnus. P. Br.

b. Cal. tubulos. truncatus subdentat. v. spathaceus, etc. (*Erythrinae* sp., — v. infra.)

II. Legum. alatum v. carinatum v. marginatum.

a. Vexill. subrotund. basi 2-callosum v. 2-dentat. (rarius ecallos., v. Canavalia) alae margine superiore auriculatae. Stigma magnum. Leg. inter semina septulatum. (Herbae v. suffrut. volub., fol. pinnato-3-foliol. stipellat.)

1. *Cal. 5-dentatus, dente infimo majore.* Vex. carinatum, adscendens, basi 2-dentatum; carina biceps. Stigma spongiosum, nutans. Leg. sessile, lineari-oblong., obtusum, suturis in alas 4 membranaceas productis. (Suffrut., stipulis peltatis. — *Brasil.*) . . . . . *Diesingia. Endl.
2. — *tubulos., basi bracteolis 2 subrotundis deciduis stipatus, 2-labiat.*, labii sup. lobis 2 magnis rotundatis, inferioris dentib. 3 v. 1 parvis acutis. Vex. magnum, 2-callosum (rarius ecallos.); carina angulo fere recto falcato-incurva, a basi ad angulum 2-petala. Stam. 10mum interdum liberum. Ovar. basi urceolo integro v. crenulato cinctum. Stigma obliquum glabrum. Leg. compress., mucronat., sutura superiore 3-carinata. (Herbae v. suffrut., stip. parvis verrucaeformibus, racemis ax. elongat. — *Ind. or., America trop.; Africa, Australia.*) . . . . . Canavalia. (Adans.) DC.

b. Vexill. ecallosum.

1. *Cal. 2-labiat.* Stam. diadelpha. Annulus ovarii basin cingens 10-lobus. Styl. elongat., flexuosus, stigm. penicillato. Legum. Canavaliae, flor. Mucunae. — (*Australia trop., Ind. or.?*) . . *Pillera. Endl.
2. — *semi-4-fidus.* Leg. secundum suturam seminiferam utrinque membranaceo-marginatum, etc. (*Dioclea*, cfr. infra.)

LEGUMINOSAE, PAPILIONACEAE.

Tribus V. *PHASEOLEAE.*

(Continuat.)

III. (Foliis 3- v. 1- rarissime 5-foliolatis.)

B. Stamina diadelpha (except. v. in Dioclea, Erythrina, Nomismia).

I. Legum. marginatum v. alatum.

a. Calyx cupularis truncatus. Leg. longum, compresso-planum, 00-sp., utrinque marginat., longe mucronatum. (Frut.? volub., racemis ax. subsessil. paucifl. — *Peruvia.*) . . . . * Cruminium. DESV. †

b. — *lobatus, 2-bracteolatus.* Vex. reflexum, ecallosum. Discus suburceolatus ovarii basin cingens.

1. *Calyx semi-4-fidus*, lacin. acuminatis, lateralib. 2 angustioribus. Vex. obovato-oblong. Stam. 10mum interdum caeteris adhaerens. Stigma subclavatum. Leg. lineare compress., 00-sp., secus suturam seminiferam utrinque membranaceo-marginatum. (Frut. volub., fol. stipellat. — *America trop.*) . . . . Dioclea. H. B. K. (non SPR.)

2. — *urceolaris, 2-labiatus*, labio sup. submajore 2-lobo, inf. 3-partito, lobis omnib. obtusis, infimo caeteris (ovalibus) longiore angustiore. Vex. subrotund.; alae basin versus calcaratae, carina basi 2-petala. Styl. glaber, stigm. magno lanato. Leg. oblong., alis angulisve 4 membranaceis longitudinalib. praeditum, 7-8-sp. (Herbae volub., rad. tuberos., stip. semisagittatis, racemis ax. paucifl. — *India or., Ins. Mascarenh., Africa trop.*) . . . . Psophocarpus. NECK.

II. Legum. nec alatum nec marginatum.

II^{a}. Flores polygami; ☿ supraterranei, steriles, 2-bracteolati; cal. campanulat.; cor. papilionac.; styl. incurvus, hirsutus. ♀ subterranei, (pedunculo deflexo terrae immersi) fertiles, subsolitar., apetali; stam. 0; ovar. 2-ovulat.; styl. brevis, stigm. uncinato. Leg. subterran., oblong., turgid., fragile, 1-sp., carnos., endocarp. spongioso, suturis obsoletis. (Herba repens. — *Madagasc., Africa austr., America trop.*) . . . . Voandzeia. PET.-TH.

II^{b}. — ☿, *omnes fertiles*, (cfr. Amphicarpaea.)

A. Calyx 4-lobus, lobo superiore (e 2 coalitis conflato) indiviso v. emarginato v. leviter tantum fisso (cfr. Mucuna, Erythrina, Atylosia, Dunbaria, Cylista).

† Urceolus v. vaginula ovarii basin stipitemve cingens. (Caules volub., fol. pinn.-3-fol.)

a. Ovarium stipitatum pluriovulatum. Vexill. latum. (Herbae.)

1. *Cal. campanulat., ebracteolat., 4-dentatus*, dent. aequalib. subobtusis. Pet. oblonga, vex. subsessile, incumbens. Styl. filiform., stigm. capitato. Leg. compress., 1-4-sperm. (Racemi axill., fl. saepe apetali aut steriles. — *America bor.*) . . . . Amphicarpaea. (ELL.) DC.

2. — *4-fid.*, lobo super. obtuso v. acuminato. (Vex. reflex., callis sursum convergentibus basi munitum; alae rhomboideae. Stigma barbatum. Leg. teres, incurvum. Sem. globosa, ecarunculata. (Herbae habitu Dolichi. — *America temper., ins. Sandvic.*) . . . . Vigna. SAVI.

b. Ovar. sessile. (?) Cal. 2-bracteolat., lobo super. lato. Vex. patens. Leg. compress., 00-sp. (Fl. racemosi, pedicelli in tuberculis glandulosis alternis aggregati.)

1. *Cal. campanulato-tubulosus*, lobis 3 inf. acutis, super. integro. Vex. basi canaliculat., 4-callos., callis stamen liberum amplectentibus. Carina falcata, angulo recto inflexa. Styl. compress., apicem versus subtus barbatus, stigm. glanduloso truncato glabro. Legum. marginibus tuberculato-scabrum, sub-4-sp., septulat. Hilum lineare, semen fere semicingens. (Herba stip. patentib., fol. stipellatis. — *Ind. or., China, Africa austr.*, alibi cult.) . . . . Lablab. ADANS.

2. — *urceolatus*, lobo super. subemarginato. Vex. ecallosum, basi plicis 2 alarum ungues recipiens; alae semilunares calcare filiformi auctae. Stam. alterna breviora. Styl. apicem versus glaber, spiraliter incurvus, stigm. magno. Leg. lineare, rectum, inter semina 7-12 contractum. Hilum parvum. (Frut. rad. tuberosa. — *Ind. or., China, Africa trop.*) . . Pachyrhizus. RICH.

†† Urceolus ovarii basin cingens nullus.

A. Vexillum carina alisve brevius.

1. *Cal. persist., tubulos., lobis acutis, lateralib. 2 brevioribus.* Vexill. ovat., emarginat., concav., alis oblongis triplo brevius. Stam. 4 crassiora antheris ovatis, 6 tenuiora anth. oblongis. Styl. filiform., pilosus, stigm. obtuso. Leg. rectum, subteres, crassum, acuminat., 00-sp. (Herba volub., fol. 3-foliol., pedunc. ax. 00-fl. — *Cochinchina.*) . . . . Macranthus. (LOUR.) POIR.

2. — *ebracteat., lobo super. integro latissimo rotundato, inferiorib. ovatis.* Vex. erectum, oblong., carina paulo brevius, basi appendicibus subcallosis brevibus auctum; alae vexillo breviores exappendiculatae; carina erecta, subincurva, biceps. Ovar. lineare, 6-ovulat. Styl. basi canaliculatus, sursum attenuat. pilosus, stigm. capitellato. Leg. . . . ? (Herba procumb., fol. pinnato-3-foliol. stipellat., fl. racemos. — *Africa austr.*) . . . . * Chloryllis. E. MEY.

3. — *2-bracteolat., campanulat., lobo super. lato emarginato v. integro, infimo longiore.* Vex. incumbens, cordat., ecallosum, alis carinaque multo brevius; alae oblongae, conniventes, calcaribus interdum invicem cohaerentes; carina acute rostrata. Stam. alterna longiora, anth. alterne ovatis et oblongis. Styl. longus gracilis apice glaber, stigm. parvo. Leg. lineari-oblong. v. subrotundum, 1-8-sp., septulat., saepissime setoso-hirsutum. (Herbae v. suffrut. volub., fol. pinnato-3-foliol. stipellat., racemis elongat. v. brevib. umbelliform. — *Ind. or., Australia, America trop.*) . . . . Mucuna. ADANS.

B. Vexill. carina alisve longius v. subaequale.

‡ *Corolla calyce longior.*

a. Cal. ore truncatus sub-5-dentatus, aut spathaceus, interdum 2-labiatus. Vex. oblong. v. obovat., ecallos., ecalcarat., alis carinaque parvis multo longius. Stam. 10mum caeteris saepe adhaerens, rarius deficiens. Styl. subulat., glaber. Leg. stipitat., longum, torulos., 00-sp., acutum. (Arb. v. frut., raro herbae, saepe aculeat., fol. pinnato-3-foliol., stipellis glanduliform., racemis longis. — *Patria diffusa, excl. Europa.*) . . . . Erythrina. L.

b. Calycis lobus superior indivisus.

α. Calycis lobi inaequales. Leg. 00-sp.

1. *Calycis tubulosi lobus super. major obtusus, laterales brevissimi, inferior acutus.* Vex. oblongo-lineare rectum longissimum; alae et carina angustissimae, calyce breviores. Legum. sessile, compresso-plan., stylo mucronat. Sem. plana. (Frut. volub., fol. 1-foliol. 2-stipellat., fl. racemos. — *America trop.*) . . . . Rudolphia. WILLD.

2. — *lobus sup. obtusus, reliqui acuti, infimo productiore.* Vexill. subrotund., latius quam longum, patens; alae super carinam falcatam conniventes. Styl. falcat., compress., basi tumidus, apice supra barbatus, stigm. infra apicem ventrale. Leg. sessile subtorulos., septulat., suturis incrassatis. (Herbae volub., fol. pinnato-3-foliol. stipellat., fl. racemos. — *Ins. Norfolk.*) . . . . * Callicysthus. ENDL.

3. — *ebracteolati campanulati lobi latitudine aequales, infimo productiore.* Vex. incumbens, late obovat., emarginat., carina obtusa alis tecta longius. Styl. glaber, stigm. obtuso. Leg. gibbum. (Herbae reptant., fol. palmato-3-foliol., pedunc. ax. 1-fl. — *Ind. or.*) . . Parochetus. HAM.

β. Calycis lobi subaequales, acuminati. Vex. obtusum, carina biceps obtusa. Styl. glaber. Leg. lineare. (Herbae v. frut. volub., fol. pinnato-3-foliol., racemis ax.)

1. *Calycis nudi laciniae lanceolatae.* Vex. cuneiforme. Leg. sessile, compress., 1-loc., 00-sp. Styl. filiform. (Fol. non stipellata. — *America trop.*) . . . . Sweetia. DC. (non SPR.)

2. — *minute 2-bracteolati campanulati lacin. ovatae, super. latiore.* Pet. aequalia, longe unguiculata; vex. reflexo carinaque basi deorsum bi- alis 1-dentatis, dentib. callosis. Ovar. longe stipitat., 8-10-ovulat.; styl. subulato, stigm. parvo obtuso. Leg. stylo acuminat., matur. ignot. (Fol. stipellat. — *America austr.*) . . . . * Camptosema. HOOK. et ARN.

c. Calycis lobus superior emarginatus aut breviter emarginatus fissusve.

α. Legum. sessile. Cal. ebracteolat. (Flor. racemosi v. subracemos. axill.)

* *Petala subaequilonga, decidua;* vex. recurv., ecallos.; carina falcata. Styli pars superior cum stigmate glabra. Leg. oblongo-lineare, compress., 3-8-sp., inter sem. constrict. et septulat. Sem. ad hilum caruncula carnosa magna 2-fida praedita. Cal. lobi subaequal., super. latiore apice fisso (Pl. volub., habitu Rhynchosiae, fol. pinnato-3-foliol. — *Ind. or.*) . . . . * Cantharospermum. W. et A.

** *Petala inaequalia, persist.,* demum scariosa, vex. reliquis longius; carina obtusa, plus minus falcata. Cal. campanulat., lobo sup. apice breviter fisso, lateralib. longior., infimo breviore. Styl. inferne pilosus tenuis, superne glaber, stigm. capitato. Leg. oblongo-lineare, compress., septulat. — *Ind. or.*)

1. *Cal. profunde labiat.* Vex. latum, recurvum, ecallosum. Stam. alterna paulo breviora; anth. uniformes. Leg. sub-4-sp., inter sem. leviter constrictum. Sem. caruncula magna carnosa. (Suffrut. v. herbae erect., fol. palmato-3-foliol. exstipellat., foliol. basi 3-nerv.) * Atylosia. W. et ARN.

2. — *ad medium usque 4-fidus*, lobis omnib. lanceolatis acutis v. acuminatis. Cor. calyce pluries longior; vex. amplectens, basi callis 2 magnis munitum; alae basi utrinque calcaratae. Ovar. 1-5-ovulat. Leg. calyce longius, inter sem. 5-1 valde compressum. Sem. caruncula parva. (Suffrut. volub., fol. pinnato-3-foliol., stipellata.) . . . . . . * Dunbaria. W. et ARN.

β. Ovar. longissime stipitatum, 1-ovulat. Calycis lobi rotundati, superior emarginatus major. Pet. unguiculata, vex. acut., reflex., basi 2-callosum; alae subrhombeae vexillo et carina subfalcata acuminata minores. (Frut., fol. 3-foliol. — *Ins. Sandvicens.*) . . . . . . * Strongylodon. VOGEL.

‡‡ *Corolla calyce minor,* etc. (v. pag. seq.)

LEGUMINOSAE, PAPILIONACEAE.

Tribus V. *PHASEOLEAE.*

(Continuat.)

III. B. *II*^b^. *A.* ††*B.* (Trifoliolatae diadelphae, calyce 4-lobo.)

‡‡ ***Corolla calyce multo minor, persist.;*** carina subfalcata, biceps; alae basi supra calcaratae, infra subgibbae. Cal. ebracteat., profunde 4-lobus, lobo sup. emarginato v. bifido, lateral. minorib., infimo permagno. Stylus in ovarii suturam inferiorem recurvus tenuis pilosus, apice adscendens tumidus glaber. Leg. oblique ovale, calyce inclusum, 1-2-?-sp. Sem. compress., caruncula inconspicua. (Suffrut. volub., fol. pinnato-3-foliol. stipellat., racemis ax. — *Ind. or., Africa.*) . . . . Cylista. Ait.

B. Calyx distincte 5-lobus v. 5-dentatus, lobis saepe 2-labiatim dispositis (labio sup. interdum breviter 2-fido v. emarginato, cfr. Rhynchosia, Dolichos).

† ***Carina recta aut falcata, nec unquam circinnato-convoluta.***

A. Leg. 2-1-sperm. (rarius 3-5-sp., cfr. Soja, Rhynchosia.)

a. Vexill. basi nec callis nec aliis processibus praeditum (cfr. Flemingia).

‡ *Corolla calyce paulo brevior aut vix longior.* (Fol. pinnato-3-foliol. stipellata.)

1. *Corolla calyce inclusa, scariosa, persist.; vex. obcordat., patens;* carina obtusa, subfalcata, apice et basi fissa. Cal. ebracteolat., semi-2-labiat., lobis 2 superior. latior. obtusior., infimo sublongiore. (Styl. inferne pilosus, superne glaber, stigm. subcapitato. Ovar. 2-ovulat. Leg. calyce inclusum 2-1-sp., inter sem. constrictum et quasi globos 2 formans. Sem. globos. ecarunculata. (Suffrut. volub., racemis ax. — *Ind. or.*) . . . . Cyanospermum. W. et Arn.

2. — *calyce vix longior; vex. ovat., alas carinamque rectam includens.* Cal. 2-bracteolat., lobis 2 super. alte connatis, inf. 3 rectis acutis. Stam. 10^mum^ approximat. (tamen liberum). Ovar. basi nudum, stylo brevi. Legum. 2-5-sp., compress., acinaciforme septulat. (Herbae erect., fl. ax. aggregat. v breviter racemos. — *Ind. or., Japon.*) . . . . Soja. Moench.

‡‡ *Corolla calyce longior, rarius subaequal.* (cfr. Rhynchosia.) Cal. ebracteolat. Legum. 2-1-sp., turgidum, rarius in Rhynchosiae sp. compress. — (Frut., suffr. v. herbae, saepe glanduloso-punctatae, fol. saepissime exstipellat.)

1. *Legum. ovale, sessile, 1-loc., 2-sp.* Sem. subglobosa, hilo parvo, carunc. inconspicua v. 0. Cal. acute 5-fid., lobis sup. 4 subaequalib., inf. multo longiore. Vex. calcarat., carina falcata. Ovar. 2-ovulat., stylo glabro. (Frut. non volub. fol. 1- v. palmato-3-foliol., stipulis scarios., racemis ax., fl. saepe bracteis magnis scariosis inclusis. — *Ind. or.*) . . . . Flemingia. Roxb.

2. — *oblong., indurat., 2-sp.* Sem. reniform., carunc. parva 2-loba. Cal. profunde 5-fid., lobis lanceolat. rectis basi subangustatis subaequal., inf. carinato. Vexill. magnum, absque appendicib. in unguem attenuat.; alae basi semicordatae; carina fornicata. Stam. 10^mum^ basi articulat. Styl. inferne hispidulus, supra flexuram crassior glaber. (Suffr. volub., fol. pinnato-3-foliol., umbellis axill. pedunculat 2-6-fl., spatha 2-valvi arida decidua munitis. — *Africa austr.*) . . . . *Chrysoscias. E. Mey.

3. — *subcompress., oblique ovat. v. oblong. v. falcat., 1-loc., 2-1- raro 3-4-sp.* Sem. carunculata. Cal. 2-labiat. v. sub-2-labiat., lab. subaequal., sup. 2-fido, inf. 3-part., lobo infimo saepissime longiore. Cor. decidua. Styl. glaber. (Herbae v. frut. saepissime volub., fol. 1- v. saepius pinnato-3-foliol., interdum stipellat.; racemi pedunc. interdum paucifl. — *Patria diffusa, excl. Europa.*) . . . . Rhynchosia. Lour.

b. Vexill. basi callis v. processibus variis auctum. Cal. ebracteolat. (Habitus etc Rhynchosiae. — *Patria subdiffusa, excl. Europa.*)

‡ ***Vexill. ecallosum,*** processibus 2 deorsum versis subgibbosis alas liberas processib. hamatis auctas comprimens; carina suberecto-incurvata, obtusa. Cal. sub-2-labiato-5-fidus. Stam. 10^mum^ basi geniculat. Styl. filiform., superne subincrassat., demum flexuos., stigm. obtuso. Leg. 2-sp., 1-loc., inter sem. subcoarctat. Sem. carunculata.

1. *Cal. petalis brevior.* Leg. sessile, rhomboideo-ovat. Sem. oblonga; caruncula longa angusta 2-lamellosa a basi per ventrem excurrens. . . . . Eriosema. (DC.) E. Mey.

2. — *fere ad basin usque 5-fid.,* lacin. omnib. lineari-subulatis petala aequantib., infima et supremis 2 paulo longiorib. Leg. rectum, ellipt. v. oblong. Sem. subglobos., carunc. brevissima 2-partita. . . . . *Orthodanum. E. Mey.

3. — *petalis brevior,* lacin. infima longiore. Leg. basi attenuat., saepe substipit., acinaciforme v. subrectum. Sem. lenticulari-reniform. v. subglobos., carunc. breviter 2-partita. . . . . *Copisma. E. Mey.

‡‡ ***Vexill. basi callosum.***

1. *Vexill. 2-callos.,* carina falcata, ad flexuram usque 2-petala. Cal. profund. 2-lab., lab. sup. 2-fido, infer. longiore 3-partito, lobis omnib. sursum inflexis in alabastro ultra corollam inclusam hamulum formantib., infimo longiore carinam subaequante. Stam. 10^mum^ basi subadnatum. Styl. glaber, basi tumidus, subcorneus. Leg. stipitat., orbiculare, valde compress. et nervoso-venosum, ut ovar. 2-1-sp. Sem. utrinque ad hilum caruncula carnosa ovali 2-loba praedita. . . . . *Nomismia. W. et Arn.

2. — *basi annulo calloso praeditum,* calcaribus appendice membranacea auctis. Cal. corolla multo brevior, 5-fid., lobis triangular. acutis subaequal. (Caet. fere Nomismiae, sed habitus alienus. — *Ind. or.*) . . . . *Pyrrhotrichia. W. et Arn.

B. Leg. 3-00-sperm. (raro 2-sp., cfr. Dolichos.) Ovar. pluriovulatum.

‡ *Corolla minuta, subinclusa.* Cal. ebract., profunde 5-fid., clausus, lobis aequalib. subulatis pennato-barbatis. Leg. rectum, depress., subuncinat., 8-sp. (Herba volub., fol. pinnato-3-foliol. — *Guiana?*) . . . . *Calopogonium. Desv. †

‡‡ — *exserta,* calyce longior.

a. Vex. callis v. processibus destitutum, interdum carina brevius, reflex. Cal. 2-lab., labio sup. 2-dentato, inf. 3-fido. Leg. lineari-oblong., compress., septulat. Sem. strophiolata. (Frut. volub., fol. 1- v. pinnato-3-foliol. stipell., racem. ax. — *N. Holl.*) . . . . Kennedya. Vent.

b. — basi callis aliisve processibus munitum. (Frut., rarius herbae, saepiss. volub., fol. fere semper pinnato-3-foliol. stipellat., fl. racemos. ax. raro subsolitar.)

* *Legum. 1-loc.,* nec inter semina septulatum.

1. Leg. inflatum, 4-6-sp., tenue, superne dehisc. Sem. subglobosa, carunc. subcarnosa 2-loba. Cal ebract., ultra medium 5-fid., lobis subaequal., lateral. subfalcatis, superiorib. altius coalitis. Vex. basi processib. 2 exiguis auctum; carina erecta, obtusa. Stam. 10mum basi articulat. Styl. glaber, supra flexuram crassior. (Suffr. viscoso-glandulos. — *Africa austr.*) . . . . Fagelia. Neck.

?2. Leg. 1-loc.?, 00-sp. Styl. dilatatus, apice barbat. Cal. 2-bract., etc. (Cfr. tab. Clitoriear., p. 86. — *America austr.*) . . . . ? *Steganotropis. Lehm.

** *Legum. septulis semina separantibus 00-loculare.*

α. Cal. ebracteolatus, campanulat., breviter 5-fid., lobis 4 subaequal. latissimis rotundatis, infimo paulo longiore ovato. Pet. et stam. *Scytalidis.* Styl. inferne canaliculat., superne complanat. et cuneiformi-dilatat., glaber, stigm. cristato hispidulo. Leg. compress., subrectum, lineare, utrinque angustat., 00-sp Sem. oblongo-subquadrata transversa. — (*Africa austr.*) . . . . *Sphenostylis. E. Mey.

β. Cal. 2-labiatus v. subbilabiat., labio sup. 2-dent. v. 2-fido, inf. 3-fido v. 3-part.

I. *Legum. subarticulatum* (sc. nervis transversis septulis respondentib. extus notatum) compress., longum, 00-sp. Sem. reniform. Cal. ebract. Vex. ovat., alae calcaratae, carina obtusa, compresso-concava. — (*Ins. Antill.*) . . . . *Taeniocarpum. Desv. †

II. *Legum. extus non transverse-nervosum.*

A.) Cal. ebracteolatus. Leg. lineari-oblongum, compress.

1. *Cal. basi intrusus.* Vex. reflex, basi 2-dentat., dentib. inflexis stamen 10mum retinentibus. Alae et carina lineares. Styl. filiform., glaber, stigm. capitellato. Sem. oblong.; carunc. crassa alba hilum circumdans. — (*Antill.*) . . . . *Amphodus. Lindl.

2. *Cal. campanulat., non intrusus,* lobo infimo paulo longiore, omnib. apice recurvis. Pet. aequilonga, decid.; vex. latum, basi callis 2 magnis munitum, carina falcata obtusa. Stam. alterna breviora. Styl. inferne pilos., apice glaber, stigm. subpeltato. Leg. utrinque attenuat, inter semina 3-5 profunde et oblique constrict. Carunc. inconspicua. — (*Ind. or.* — alibi cult.) . . . . Cajanus. (Adans.) DC.

B.) Cal. 2-bracteolat., campanulat., labii sup. lobis plus minus coalitis. Vex. basi callo furcato v. semilunari auctum; alae basi hinc hamatae; carina saepe subrostrata. Styl. induratus. Leg. rect. v. falcat., teres v. compress., saepe torulos. Caruncula sem. tenuis. (Fol. interdum 5-foliolata. — *Patria diffusa, excl. Europa.* — *Dolichos. L., DC.*)

1. *Carina incurvata.* Stam. 10mum basi calcarato-appendiculat. Styl. teres v. canaliculat., stigm. capitato. Leg. 2-00-sp. Calycis lobi breves, basi lati. . . . . Dolichus. (L.) E. Mey.

2. *Carina dorso angulo subrecto inflexa;* vex. basi praeter callos epipetalos processibus 2 subcallosis subgibbosis deorsum versis auctum. Stam. 10mum basi subgeniculat. exappendiculat Styl. canaliculat., stigm. oblongo. Leg. 00-sp. . . . . *Scytalis. E. Mey.

†† ***Carina cum genitalib. plus minus circinnato-convoluta.*** Cal. campanulat. 5-dent. v. 2-labiatus, labio sup. 2-dentato, inf. 3-part. Leg. compress. v. subteres, 2-valve, 00-sp., plus minus perfecte septulat. (Herbae, habitu praecedentium. — *Patria diff., excl. Europa et? Austral.*) . . . . Phaseolus. L.

{ 1. Legum. teres, cylindricum. *Strophostyles. Ell.* }
{ 2. — compressum. . . *Phaseolus. Ell.* }

LEGUMINOSAE, PAPILIONACEAE.

(Continuat.)

Tribus VI. *DALBERGIEAE.*

A. Corolla papilionacea.

I. Legum. 2-valve. Corolla calyce longior; vexill. caeteris pet. majus. Stam. 9 v. 10. — (*Amer. trop.*)

a. Cal. subbilabiato-5-fidus. Stam. monadelpha (cfr. comm. ad Bryam.). Leg. compress.

1. *Legum. 1-loc., 1-sp., ellipticum,* sutura superiore subrecta subalata, inferiore valde convexa. (Arb. v. frut. inerm., fol. simpl. v. 1-foliol. ovato-subcordat., racemis axill.) . . . . Amerimnon. P. Br.

2. — *2-lobat. v. sub-2-articulatum,* sutura superiore recta, inferiore arcuata inter semina 2 profunde sinuoso-inflexa et legumen in lobos 2 semiovales 1-spermos dehiscentes dividens, lobo superiore saepe deficiente. (Arb. spinis stipularib., fol. simpl. congestis, v. potius 3-foliolatis sessilib., fl. ax. aggregat. v. racemos.) . . . . Brya. P. Br.

b. Cal. subbilabiato-4-lobus, labio sup. latiore integro obtuso, inf. breviter 3-dentato. (Vex. obcordat., alae carinae aequales. Stam. 9 et 1. Ovar. declinatum, angustum, subrectum. Styl. capillaris, surrectus, parte inferiore introrsum hispidus, apice glaber, stigm. terminali capitato glanduloso. Leg. parvum, globos., 1-sp. Sem. sphaeric., farina involutum. (Frut., ramis sarmentos., foliol. 2-jugis cum impari, racemis ax. spiciform.) . . . Deguelia. Aubl.

II. Legum. evalve (indehisc.).

A. Folia abrupte-pinnata. Cal. 2-labiato-5-fidus.

1. *Calycis labium superius 2-, inferius 3-fidum.* Cor. calyce parum longior. Stam. 10, monadelpha? Leg. . . . ? (Herba, fol. pari?-pinnat. 10-12-jugis, pedunc. ax. solitar. 1-flor., fl. magnis ante explic. bracteis 2 magnis inclusis. — *Mexico.*) . . . . ?*Megastegia. G. Don. †

2. — *basi 2-bracteolati labium superius obtuse 2-lobum, inf. 3-dentat.* Alae et carina longe stipitat., lanceolat., membranaceo-foliaceum, 1-sp. Sem. lineare, compress. (Frut. volub., foliola alterna, fl. racemos. — *Java.*) . . . . Endespermum. Blume.

B. Folia impari-pinnata, 00- v. 3- v. rarius 1-foliolata (foliol. terminali interdum 0, cfr. Varennea).

I. Legum. margine altero v. utroque alatum.

1. Cal. subbilabiato-5-fid. v. 5-dentatus. Pet. carinalia libera aut leviter connata. Stam. 10, monadelpha aut 9 et 1. Ovar. longe stipitat. Leg. irregulare, interdum fere samaroid., suborbiculare, medio saepe lignosum et rugosum, 1-3-loc., loculis 1-sp. Sem. reniform. (Arb. v. frut. inerm., fol. 3-15-foliolat., racem. ax. saepe panic. term. formant. — *Asia et America trop., Africa, Australia.*) . . . . Pterocarpus. L.

2. — campanulat. v. cupularis 5-dentat. v. subtruncat., etc. (*Dalbergiae* et *Pongamiae* sp., — v. infra.)

II. Legum. apterum (rarius anguste marginato-alatum, cfr. Dalbergia, Pongamia).

A. Cal. 5-dentatus v. 5-fidus, non 2-labiatus.

† *Vexilli lamina basi nuda.* (Arb. v. frut., saepissime volub. fl. racemos. v. paniculat.)

a. Legum. ovale v. oblong. v. lineare rectum aut leviter incurvum (nec falcatum, — cfr. Varennea).

α. Legum. planum, valvis per totum seminum ambitum arcte invicem cohaerentibus.

1. *Cal. campanulatus,* plus minus 5-fid., rarius oblique truncatus. Pet. glabra, carinalia distincta aut vix connexa. Stam. 8-10, monadelpha aut aequaliter v inaequaliter diadelpha. Leg. saepius stipitat., membranaceum, reticulato-venosum, oblongo-lineare, oligosperm., sutura seminifera interdum anguste alata. Sem. remota, compressa. (Fol. 3-25-foliolata. — *Ind. or., Africa, America trop.?*) . . . . Dalbergia. (L.) Roxb.

2. — *cupularis,* lobatus v. subdentatus. Vex. recurvum, latum, emarginat, dorso saepe sericeum. Stam. 9 et 1. Leg. ellipt. v. lanceolat., acuminat., coriaceum, 1-2-sp., suturis crassis apteris. (Fol. 5-7-foliol. stipellata. — *Ind. or.*) . . . . *Milletia. W. et Arn.

β. Leg. plus minus compressum et ovale, breviter uncinato-acuminat., 1-2-sp., sutura seminifera interdum breviter alata, valvis intus concavis invicem non adhaerentibus. Cal. cupularis, subtruncato-5-dentat. Cor. glabra. Stam. 10mum primo caeteris medio junctum, demum totum liberum. (Folia 3-9-foliolata. — *Ind. or., Australia.*) Pongamia. Lam.

γ. — *compressissimum, oblongum, obtus., membranaceum, 1-sp.* Sem. oblong., plan. Ovar. 3-1-ovulat. Cal. tubulos., 5-crenat. Carina gamopetala, lunata. Stam. 10, monadelpha. (Fol. 3-00-foliol. exstipell. — *China, Cochinchina.*) . . . . Derris. Lour.

δ. — *compresso-planum, oblong., subfalcat., 1-sp.* Sem. in apice loculi affixum, oblongo-reniforme. Styl. filiform., subulat., stigm. capitato. Cal. persist., tubuloso-campanulat., 5-dentat., dent. 2 superior. latioribus. Pet. 5, subpapilionacea; vex. cuneiforme, emarginat.; alae spathulato-falcatae; carinalia libera, spathulata, superne concava. Stam. 10, ex Ort. monadelpha, vagina supra fissa; ex ic. fl. Mexic. 9 et 1. (Foliola 00-juga, impari saepe deficiente, stipellata. — *Mexico.*) ? Varennea. DC.

b. Legum. falcato-cochleatum v. reniforme, planum, 1-loc., 1-sp., fungoso-coriaceum, saepe stipitat. Ovar. 1-ovulat. Cal. 2-bracteolat., campanulat., 5-dentat., dente infimo apice divergente. Pet. subaequilonga; vex. emarginat., reflex. Discus urceolat., truncato-conicus, integer. Stam. 10, monadelpha vagina supra fissa, aut 5 et 5, aut triadelpha. (Frut. spinis stipularib., fol. 5-00-foliolatis. — *America trop.*) . . . . Drepanocarpus G. F. W. Mey.

†† *Vexill. ad laminae basin coronula 2-partita auctum,* caeteris petalis aequale; pet. carinalia subrecta, obtusa, apicem versus juncta, medio ventricosa alisque adhaerentia. Cal. campanulat., oblique truncat., obsolete 5-dentatus. Stam. diadelpha conglutinata. Ovar. breviter stipitat., 2-ovulat. — (*Brasil.*) . . . . *Semeionotis. Schott. †

B. Cal. campanulatus 2-labiatus v. subbilabiatus, labio inferiore 3-fido.

1. *Calycis labium sup. emarginatum.* Stam. 8-10, diadelpha, 4 et 4 v. 5 et 5, aut 8 et 1 (10mo nunc nullo). Leg. suborbiculat., membranac. v. coriaceum, 1-sp. Sem. reniform. Ovar. 2-ovulat. (Frut. subvolub., fol. 1- v. 3-7-foliol., panic. axill. — *America trop.*) . . . . Ecastaphyllum P. Br.

2. *Calycis labium sup. fere integrum.* Pet. aequilonga; vex. ovat., recurv.; carina et alae incurvae. Stam. 9 et 1. Styl. adscendens, stigm. parvo glanduloso. Leg. stipitat., planocompress., tenue, membranaceum, 1-sp. Sem. in apice loculi situm, magnum, compress. (Arb. inerm. v. frut. volub., fol. pinnato-3-foliol. stipellat., racemis 00-fl. — *Ind. or., China.*) . . . Butea. Roxb.

B. Corolla regularis, 5-petala, rosacea.

Cal. 5-fid., lobis subaequal. 3-nerviis demum excrescentibus. Stam. monadelpha. Ovar. 1-ovulat. Leg. sessile, compress., subellipt., mucronat., verrucoso-glandulos, indehisc. Sem. compress. Embryo curvus. (Arb., stip. 0, fol. impari-pinn. 00-foliol., fl. spicat. in panic. dispositis. — *Patria?*) . . . . *Apoplanesia. Presl.

Tribus VII. *SWARTZIEAE.*

A. Calyx unico latere rumpens (nec in lacinias plures solubilis) demum deciduus.

Pet. 5. Stam. libera. Leg. 2-valve, 5-8-sp.

1. *Calyx calyptraeformis, clausus, sub carina demum longitudinaliter fissus,* sub vexillo erectus. Vexill. patens subrotundum alas lineares aequans, carina acuta. Stam. 10, anth. incumbent. Leg. falciforme. (Arb., fol. impari-pinn. 5-foliolata, pedunc. 2-3 axill. 1-flor. — *Sierra Leone.*) . . . . Baphia. Afz.

2. — *latere fissus, reflexus.* Petala forma et magnitudine fere aequalia. Stam. 9—13, hypogyna, filam. brevibus, anth. longis linearib. erectis, omnib. perfectis aequalib. v. 2 subminoribus. Leg. stipitat., lanceolat., acuminat. (Arb. v. frut., inerm., fol. simpl. stipulat., racemis ax. v. term. saepe paniculat. — *Brasil.*) . . . . *Zollernia. Princ. Wied.

B. Calyx ad basin usque in lacinias plures rumpens,

laciniis in alabastro arcte concretis, demum valvatim disjunctis reflexis. Pet. 1-3, irregularia, rarius 0. Stam. 10-25, hypogyna, interdum 2-4 majora sterilia, reliqua basi saepius connexa; anth. incumbentes. Leg. oligosperm., saepe stipitat. Sem. arillata. (Arb. v. frut. inerm., fol. pinnat. 3-11- rarius 1-foliolat., racemis axillar. — *America trop.*) . . . . Swartzia. Willd.

LEGUMINOSAE, RECTEMBRYAE.

Tribus VIII. *MIMOSEAE.*

A. Calycis et corollae aestivatio valvata. (Subtrib. I. *Acacieae*, W. et Arn.)

I. Legum. septulis transversis aut valvis inter semina invicem concretis 00-loculare, 2-valve aut articulatum.

A. Legum. continuum, nec in articulos secedens. Flor. ☿. (Frut. v. arb. inermes.)

a. Legum. ex utraque sutura alatum, complanat., exsuccum, indehisc., 00-sp. Styl. filiform., longus, decid. Cal. 5-dentatus. Pet. 5, distincta, oblongo-linearia. Stam. 10. (Fol. abrupte-2-pinnata foliolis 00-jugis, glandulis ad basin petioli et pinnarum superiorum, spicis axillar. — *Ins. Mascarenh., Madagasc.*) . . . . Gagnebina. Neck.

b. — apterum, membranaceum, epulposum.

1. *Stam.* 8-10, *tota? distincta*, anth. glandula subpedicellata decidua terminatis. Cal. 4-5-dentat. Pet. 4-5, lanceolata, sessilia, ima basi subcoalita. Leg. lineare v. oblongo-falcat., compress., subtorulos., 00- v. abortu 1-sp. (Fol. 2-pinnata, ex Jacq. interdum cum pinna v. foliolo terminali impari; racemis spiciformi. — *Ind. or., America trop.*) . . . . Adenanthera. L.
2. — *indefinita, monadelpha*; filamentorum tubo longissimo cylindrico, aestivatione cum stylo in spiram torto, dein stricto; antheris minutis, incumbent., peltato-semiglobosis, didymis. Styl. staminib. longior, subulat., stigm. truncato. Legum. complanat., indehisc., valvis inter semina arcte concretis. Sem. complanata, obovata, transversa, funiculo longo recto ad basin oblique affixa. Cal. 5-dentat. Cor. 5-fida. (Habitus Ingae. — *Afr. austr., Amer. trop.?*) . . . . *Zygia. E. Mey.

B. Legum. plus minus perfecte articulatum.

† *Stam.* 5 *fertilia et 5 castrata petaloidea spathulata in eodem flore*, petalis 5 patentissimis basi inserta. Cal. urceolat., 5-fid. Leg. lomentaceum (an vere articulat ?) lignos., 00-sp., pulpa balsamea farctum. (Arb., fol. 2-pinnat., spicis paniculat. term., fl. luteis. — *Brasil.*) . . . . *Dimorphandra. Schott.

†† — *singulorum florum aut omnia perfecta fertilia, aut omnia sterilia.* Sem. nuda, nec pulpa involuta.

a. Flor. polygami, ☿ et ♂. Legum. compress., perfecte articulat., articulis 1-spermis, valvis a suturis persistentibus demum articulatim secedentibus.

1. *Pet.* 5, *distincta aut ima basi subcoalita.* Stam. 10-25, anth. glandula terminatis. Leg. inerme, glabrum. Sem. crassa. Cotyled. per germinat. subterraneae immutatae. (Frut. volub. inerm., fol. conjugato- v. 2-pinnat., rachi saepe in cirrhum prolongata, fl. spicat. flavesc. v. alb. — *Asia et America trop., Australia.*) . . . . Entada. Rheede.
2. — 4-5, *coalita in cor. subinfundibuliformem 4-5-fidam.* Stam. 4-15, corollae basi aut ovarii stipiti inserta. Leg. saepius setoso-echinatum, abortu saepe ad articulum unicum reductum, valvis submembranaceis. (Frut. saepe armati, petiolis stipulatis, fol. digitato- v. conjugato- v. 2-pinnatis interdum tactu sensibilibus, fl. capitat. roseis v. alb. — *Patria intra trop. subdiffusa.*) . . . . Mimosa. (L.) Adans.

b. Flor. polygami, ☿ et neutri. Cal. 5-dentat. Pet. 5, distincta aut in cor. 5-fidam connata. Stam. 10, in floribus inferiorib. cujusque spicae sterilia linearia elongata; fertilium antherae glandula substipitata decidua terminatae. Leg. crassum, coriac., arcuat. v. contortum, subarticulat., indehisc., articulis 1-sp. vix sponte secedentib. (Frut., stip. saepe spinosis, fol. 2-pinn., pinnis inf. basi glandula separatis, spicis axill. oblongo-cylindricis, staminib. fertilib. flavis, sterilib. albis v. varie coloratis. — *Asia et Africa trop.*) . . . . Dichrostachys. (DC.) W. et A.

II. Legum. 1-loc., continuum (nec vere articulatum, nec vere septulatum, sed interdum inter semina pulpa farctum).

A. Flores polygami.

I. Leg. muricato-echinatum, 4-gonum, quasi 4-valve, junius 2-valve, maturi valvis longitudinaliter 2-partibilibus. Sem. plura, oblonga. Cor. gamopetala, 5-fida. Stam. 8-10, distincta. (Herbae non volub., plus minus aculeatae, rad. tuberosa, fol. 2-pinnat. sensitivis, capitulis globosis, fl. roseis. — *America trop. et temp.*) . . . . Schrankia. Willd.

II. — compress. v. turgid., 2-valve v. subindehiscens.

A. Leg. exsuccum, pulpa destitutum.

† *Stamina florum inferiorum (cujusque spicae) castrata.*

1. *Stam.* 8, *distincta*, fertilibus crispatis, sterilib. planis ligulaeformib. Styl. filiform. Leg. . . . ? (Herba erecta aculeata, pinnis 5-6 jugis, capitul. ax. pedunc. solitar., fl. alb. — *Amer. bor.*) . . . . *Leptoglottis. DC. †
2. — 10, *rarius* 5. Pet. 5, distincta aut plus minus coalita, in fl. neutr. 0. Cal. 5-dentat. Leg. crasse-membranac., siccum, plus minus compress., 00-sp., 2-valve. (Herbae v. frut. stipulat., fol. 2-pinnat., spicis ax. ovat. v. cylindr. pedunculat.) . . . . Desmanthus. (Willd.) W. et Arn.
   - a. Stam. steril. filiformia. Leg. lineare, 10-15-sp. (Frut. v. suffrut., fol. non sensib., pinnis 2-5-jugis. — *America, Ind. or.*) . . . . *Desmanthea. DC.*
   - b. — imae basi corollae inserta, steril. complanata plus minus petaloidea. Leg. stipitat., subfalcato-oblong., basi hinc latius, 4-10-sp. (Herbae aquaticae radicantes, fol. sensibil. — *Africa, Asia, America*) . . . . *Neptunia. Lour.*

†† *Stamina 10-200, omnia (semper?) fertilia.* Fl. ☿ et ♂. Cal. 4-5-dentat. Pet. 4-5, distincta aut in cor. infundibuliform. 4-5-fidam connata. Leg. siccum, 2-valve. (Arb. v. frut., saepe aculeat., fol. 2-pinn., petiolo inter pinnas saepe glandulifero; pinnae saepe abortientes et tunc petiolus saepissime compressus et in laminam folium simplex mentientem (phyllodium) dilatatus; fl. capitat. v. spicat. albi flavi v. rubri. — *Patria diffusa, excl. Europa.*) . . . . Acacia. Neck.

B. Legum pulpa farctum. Fl. polygami ☿ et ♂. Cal. 5-dentatus.

a. Cor. gamopetala. Stam. numerosa.

1. *Cor.* 5- *raro* 6-*dentata. Stam. distincta.* Leg. turgid., cylindr., vix. dehisc. Sem. 2-seriata. (Arb., stip. spinosis, pinnis 4-8-jugis, gland. inter pinn. infimas et saepe extremas, capitulis 2-3 ax. pedunc. — *Ind. or., Africa, Ind. occ.*) . . . . *Vachellia. W. et Arn.
2. — 5-*fida. Stam. monadelpha.* Leg. late lineare, compress., 1-loc. Sem. pulpa, rarius pellicula v. farina involuta. (Frut. v. arb. saepissime inermes, fol. simpliciter aut conjugato- aut 2-pinnat., rachi saepius glandulifera, fl. capitat. v. spicat., alb. v. rubr. — *America, Asia et Africa trop.*) . . . . Inga. Plum.

b. Pet. 5, *distincta. Stam.* 10, *vix ima basi monadelpha*, anth. interdum glandula terminatis. Leg. lineare, subcompresso-cylindr., torulosum, pulpa farctum, demum inter semina solubile, an articulatim secedens? (Arb. v. frut., saepissime inerm., fol. simpliciter v. saepius 2-pinnat., pinnis 1-4-jugis, fl. spicat. rarius capitat. — *Asia trop., Amer., Afr. trop. et austr.*) Prosopis. L.

B. Flor. ☿, (cfr. Lagonychium.) Pet. 5, distincta.

a. Stam. 10. Leg. stipitatum, non torulosum.

1. *Leg. indehisc.*, pulpa farctum, ovato-cylindric., subdidymum, subincurvum, obtusum, nullo modo solubile. Fl. plurimi abortientes. Cal. 5-dentat. Stam. hypogyna, libera, anth. eglandulos. Styl. apice tortus. (Suffrut. aculeat., stip. foliac. reniform. decid., fol. 3-4-jugo-2-pinnat., petiolo eglanduloso, fl. spicat. — *Region. Caucas.-Caspicae, Persia*) . . . . Lagonychium. M. Bieb.
2. — 2-*valve*, compress., 00-sp., ovato-oblong., hinc rectum inde arcuat., lignosum. Sem. arillo saccharato cooperta; embr. albumine copioso inclusus, cotyled. carnos. Pet. aequalia, calycis 5-fidi tubo supra basin inserta. Stam. exserta (hypog.? perigyna?) (Arb. inerm., fol. 2-pinn., fl. compositi spicat. — *Senegal.*) . . . . *Fillaea. Guill. et Perr.

b. Stam. 5. Leg. continuum, lanceolat., breve, exsuccum, 2-valve, oligosperm. (Herbae inerm. glabrae, fol. 2-pinn., pinnis et foliolis 00-jugis, rachi glandulifera, fl. capitat. alb. — *America bor.*) . . . . Darlingtonia. DC.

B. Calycis et corollae aestivatio plus minus imbricata (saltem non perfecte valvata). Petala 5. Stam. 10. Legum. compress., 2-valve, 00-sperm.

(Arb. fol. 2-pinn., pinnis et foliol. 10-jugis. — *Africa trop.* — Subtribus II. *Parkieae*, W. et Arn.)

1. *Stam. libera* perigyna. Fl. ☿. Pet. aequalia, distincta? Cal. 5-fid. (Fol. integra repanda, racemi term. et lateral.) *Erythrophleum. Afz.
2. — *monadelpha*, hypogyna. Fl. polygami. Cal. tubulos., 2-labiat., labio sup. 2-, inf. 3-fido. Pet. superius caeteris sublatius. Leg. pulpa farinacea inter semina farctum. (Arb. inerm., stip. minutis, spicis brevibus obtuse clavatis bracteat., fl. infer. saepissime ♂ v. neutris.) . . . . *Parkia. R. Br.

LEGUMINOSAE, RECTEMBRYAE.

Tribus IX. *CAESALPINEAE.* *Subtribus I.* GEOFFREAE.

A. Stamina diadelpha, 9 et 1.

I. Cal. 4-lobus, basi tubulosus. Pet. et stam. valde inaequalia; etc. (*Amherstia*, Wall., v. infra.)

II. — bilabiato- v. subbilabiato-5-fidus. Cor. papilionacea. (Fol. impari-pinn. — *Amer. trop.*)

a. Legum. compresso-planum, 3-8-sp. Ovar. 5-8-ovulat., basi disco annulari plus minus elevato cinctum v. vaginulatum. Calyx bracteis 2 oppositis ipso longioribus stipatus, tubo brevi, labio sup. breviter 2-dentato, infer. 3-fido, lacin. infima productiore carinato-concava. (Frut., pedunc. ax. 1-flor.) . . . . Peraltea. (H.B.K.) Nob.

{ 1. Legum. brevissime stipitatum, ad suturam seminiferam saepissime alatum. Ovar. sessile. *Peraltea. H. B K.*
{ 2. — distinctius — , apterum v. anguste alatum. . . . . *Brongniartia. H. B. K.*

b. Legum. ovoideum, drupaceum, apterum, utrinque sulco notatum, 1-sperm. Ovar. 2-ovulat. Cal. campanulatus, subbilabiato-semi-5-fidus. (Racemi ax. v. paniculat.) . . . . Geoffroya. Jacq.

III. Cal. turbinato-campanulatus, subaequaliter (nec 2-labiato-) **5-dentatus,** dent. erectis acutis. Ovar. 3-ovulat. Leg. stipitat., suborbiculat., duriusculum, 1-loc., 1-sp., maturum in valvas 2 solubile. (Arb. inerm., fol. impari-pinnatis stipellat., panicula term. — *America et Africa trop.*, — *Java?*) . . . . Andira. Lam.

B. Stam. monadelpha. (Fol. abrupte-pinnata.)

I. Legum. plus minus compressum. Staminum vagina supra fissa. (Arb. — *America trop.*)

a. Stylus conspicuus, plerumque filiformis. Leg. 1-loc. Calycis tubus persistens.

1. *Cal. bracteis 2 in vaginam 2-fidam coalitis munitus*, coloratus, 5-fid., lobis longis saepe varie cohaerentibus. Pet. 5, unguiculata, subaequalia. Stam. 10-15. Ovarii stipes calyci adnatus. Leg. acinaciforme, 00-sp. Sem. extus fibroso-fungosa. (Fl. axill. fasciculato-capitati.) . . Brownea. Jacq.
2. — *ebracteatus* (?) 3-5-fidus, lobis 2 superiorib. suboppositis alaeformibus, inferior. 1 v. 3 minoribus. Cor. papilionacea. Stam. 8-10. Leg. ovat. crassum, 2-valve, 1-sp. Sem. pendulum. (Fl. paniculati.) . . . . Dipterix. Schreb.

b. Stylus subnullus. Cal. basi superne gibbus, subaequaliter 5-dentatus, etc. — (*Poeppigia*, Presl, v. infra.)

II. Legum. turgido-subcylindricum, oblong., utrinque obtusum, inter semina 2-4 subconstrictum, longitudinaliter costatum et transverse venosum, 1-loc., indehisc., coriac., longe stipitat. Sem. oleiferum. Styl. filiform., stigm. introrsum barbatum. Cal. longe tubulos., pedicelliform., 2-labiat. Cor. resupinata, papilionac., cum staminib. calycis ori inserta; vagina stam. carnosa, supra sulcata nec fissa. (Herba, foliol. 2-jug., stip. petiolar.; flor. axill., superiorib. sterilib., inf. fertilib. subterraneis. — *America trop.*, — alibi cult.) . . Arachis. L.

Subtribus II. CASSIEAE.

A. Stamina (sterilibus, si adsunt, non exclusis) numero laciniarum calycis plura (plerumque dupla, rarissime pauciora, cfr. Jonesia).

I. Petala nulla. Stam. omnia fertilia.

a. Sepala 4-5, vix basi coalita, patentia. Stam. libera, hypogyna. Leg. 2-valve, 1-sperm. (Arb. v. frut. inermes.)

1. *Stam. 10 v. 8, quorum 5 (quae sepalis alterna) majora;* anth. ovatae apiculatae. Styl. brevis, stigm. peltato. Leg. lanceolat., apice dehisc. Sem. in apice loculi pendulum, altero margine submembranaceum. (Fol. abrupte-pinnat. foliol. 1-3-jug., stip. parv. decid., racem. axill. paniculat. — *India or.*) . . . . Hardwickia. Roxb.
2. — 10, *subaequalia*, anth. oblongis. Cal. 4-part., lacinia inf. angustiore, super. latiore. Styl. filiform., stigm. simpl. obtuso. Leg. stipitat., oblique obovato-subrotund., compress., ligneo-coriac. rarissime, 2-sp. Sem. arillatum. (Fol. plerumque exstip. abrupte- v. impari-pinn., foliol. 1-10-jug. saepe pellucido-punctat., panic. ax. et term. — *America trop.*) . . . . Copaifera. L.

b. Sepala coalita in calycem 4-fidum, patentem, basi 2-bracteolat., fauce staminiferum. Styl. filiform.

1. *Calycis colorati tubus longus, infundibuliformis*, carnosus, clausus; limbus patens, lobis ovalis. Stam. 3-9, plerumque 7, nonnulla interdum basi connexa. Ovarii stipes inferne calyci adnatus, superne liber. Leg. acinaciforme, compress., 4-8-sp., suturis callosis. (Frut. volub. v. arb. inerm., fol. abrupte-pinn., stipulis intrafoliac., racemis subfasciculat. — *India or.*) . . Jonesia. Roxb.
2. — *tubus brevis, obconicus.* Stam. 8-10, filam. longis distinctis basi dilatatis. Ovar. substipitat. Leg. crassum, coriac., 1-2-sp. (Arb. fol. impari-pinn., racem. ax. simpl. — *Guiana.*) Crudya. Willd.

II. Petalum unicum. Legum. compressum.

a. Stamina 9, quorum 6 v. 3? sterilia breviora; fertilibus declinatis. Cal. 5-part., basi campanulatus. Pet. unguiculat., ovario oppositum. Legum. oblong., 3-4-sp., inter semina (oblonga) pulpa farctum. (Arb., fol. pari- v. impari-pinn. paucijugis, fl. corymbos. v. paniculat. — *Madagasc.*, *Molucc.*) . . . . Intsia. Pet.-Th.

b. — 10, *omnia fertilia, longa.* Styl. filiform., longus. Ovar. stipitat. Leg. 2-valve. Cal. crassus, 3-5-part., basi urceolatus. Pet. subrotundum. (Arb., fol. abrupte-pinn. paucijug. — *Guiana.*)

1. *Stam. monadelpha*, filam. basi subincrassatis subvillosis in annulum brevem connatis. Cal. 4-part., lobis concavis, superiore latiore. Pet. fimbriatum. Leg. falciform., coriac., siccum, 1-4-sp. (Racemi paniculati.) . . . . Eperua. Aubl.
2. — *diadelpha*, 9 et 1. Cal. 2-bracteolat., 3-5-part., lobis obtusis. Pet. convolutum, magnum (fere 2-pollicare). Leg. ovale, crassum, 1-sp. (Racemi breves.) . . . . Parivoa. Aubl.

III. Petala plura, plerumque 5, rarius 4-2.

A. Antherae 2-loculares.

I. Antherae rimis longitudinalibus introrsum dehiscentes.

† Folia pinnata plurijuga, (rarius 4-2- v. 1-foliolata, cfr. Afzelia, Anthonota, Cynometra, Schotia.)

A. Petala 4, 3 v. 2 (nunquam 5). Stam. ex parte sterilia. Styl. filiform. Legum. compressum, 00-sp. (Fol. abrupte-pinn.)

a. Stam. distincta, 9-10, quorum 2 sterilia. (Flor. racemosi.)

1. *Stam.* 9. *Ovar. substipitat. Leg. 1-loc., vix. dehisc.*, transverse reticulato-rugosum. Cal. bractea coriacea concava 2-loba suffultus, petaloideus, profunde 4-part., lobo 4to latiore emarginato. Pet. 4, opposita, superius spathulato-rotundat. subplanum, inf. longe unguiculat., limbo cochleariformi emarginato. (Frut. exstip., fol. 2-3-jug. — *Afr. et Amer. trop.*) Anthonota. P. Beauv.
2. — 10. *Leg. lignosum, 00-loc.* Sem. arillo cupuliformi semitecta. Cal. tubulos., limbo 4-fido deciduo. Pet. 4, unguiculata, superiore majore. — (*Africa trop.*) . . . . Afzelia. Sm.

b. Stam. (ex parte saltem) ***basi monadelpha.*** Pet. 3. Ovar. v. legum. stipitat. (Arbores.)

1. *Cal. subaequaliter 4-lobus*, lobis oblongis acutis, tubo longo gracili basi bracteis 2 connatis quasi calyculato. Pet. obovata. Stam. 8, longa, declinata, basi monadelpha superne pilosa, quorum 3 inferiora longiora fertilia, reliqua antheras effoetas 2-lobas gerentia. Styl. filiform. Ovarii stipes calyci adnatus. Leg. 00-sp., plan. (Petiolus alatus, fl. magni subcorymbosi. — *Brasil.*) . . . . Heterostemon. Desf.
2. — *2-labiatus*, labiis reflexis deciduis, superiore 3-part., inf. lato 2-nervi breviter 2-dentato, tubo brevi. Pet. calycis lobis superiorib. alterna, lateralia ovata, medium cucullatum. Stam. 9-10, sterilia 7 brevissima, fertilia 2-3 longiora basi monadelpha. Styl. subulat. Legum. lineare, arcuat., subcompress., torulos., 3-12-sp., sarcocarpio pulposo. Sem. compress., obtuse 4-gon, ad hilum oblique truncata. (Fl. racemosi. — *Ind. or.*, *Africa et America trop.*) Tamarindus. L.

LEGUMINOSAE, RECTEMBRYAE.

Tribus IX. *CAESALPINEAE.* *Subtribus II.* CASSIEAE.

(Continuat.)

A. III. *A. I.* ‡ B. Petala 5.

a. Stam. 10, monadelpha v. diadelpha, omnia fertilia. Ovar. 00-ovulat. Leg. compress.

1. *Stam. 9, in tubum longum coalita superne libera,* alternis nanis, 10mo libero ovarii stipiti basi adnato; antherae alternatim breviores. Cal. 4-lobus, tubo brevi persist. apice staminifero, basi bracteis 2 magnis oppositis aestiv. valvatis suffulto. Pet. supremum maximum unguiculat. obcordat. patens, lateralia cuneiformia divaricata, 2 infima minuta subulato-hamosa. Ovar. falcat., 4-6-ovul., stipite calycis tubo adnato. Styl. filiform. Leg. stipitat., oblong., planum, oligosperm. (Arb. fol. abrupte pinnat., foliol. 6-8-jug., racem. ax. pendulis, fl. specios. — *Ind. or.*) . . . . *Amherstia. Wall.

2. — *basi monadelpha,* recta. Cal. subcampanulatus, basi superne gibbus, ore aequaliter 5-dentato. Pet. unguiculata, superiore majore. Stigma subsessile, obtus. Ovar. 00-ovulat. Leg. subsessile, inerme. (Habitus Caesalpiniae? — *Ins. Cuba*) . . . . *Poeppigia. Presl.

b. Stam. distincta (rarissime basi monadelpha, cfr. Schotia).

‡ *Stam. 10, quorum 5 alterna sterilia.*

1. *Legum. lomentaceum,* lignosum. Stam. sterilia petaloidea; etc. (cfr. supra in Mimoseis.) ?*Dimorphandra. Schott.

2. — *continuum,* 1-loc., oblong., crassum, 2-valve, 00-sp. Cal. 5-part., lobis subaequal. oblongis. Pet. oblong. subaequal. Stam. adscendentia. (Arb., fol. oppos. impari-2-pinnatis, fl. paniculat. — *Cochinchina.*) . . . . Anoma. (Lour.) DC. †

‡‡ *Stam. omnia fertilia,* (rarissime 1 castrat., v. Hoffmannseggia.)

A. Legum. alatum v. membranaceo-marginatum. Pet. unguiculata.

α. Legum. samaroideum, sessile, 1-loc., 1-sp., superne desinens in alam obliquam oblongam striatam. Cal. carnos., persist., cupularis, brevis, limbo deciduo 5-part. petaloid. corollam subaequante, lobo infimo subfornicato. Pet. 5, inaequal. Stam. adscend., inferne barbata. Ovar. sessil., 1-ovulat. Styl. glaber., margine superiore basi carinatus, stigm. dilatato piloso. (Frut. volub. v. arb., aculeat., fol. abrupte-pinnat., fl. racemos. — *Ind. or., Africa trop.*) . . . . *Pterolobium. R. Br.

β. — *1-loc., 00-sp., membranac. v. foliaceum,* compress. v. planum. Cal. 5-fid. v. 5-dentat. Pet. inaequalia. Stam. 10, distincta, (cfr. Bowdichia.)

1. *Cal. 5-part.,* lobo infimo longiore saepe fornicato et per aestiv. reliquos (subrotundos) involvente. Pet. superius minus. Stam. declinata, inferne villosa. Styl. incurvus. Leg. subfoliac., ovato-oblong., inerme, indehisc., oligosperm., e sutura seminifera late alatum, unde valvae quasi nervo medio percursae videntur. (Arb. v. frut. plus minus armat., fol abrupte-2-pinnat., aculeis 2 ad basin pinnarum, fl. racem. v. panic. — *Ind. or.*) Mezoneuron. Desf.

2. — *tubuloso-cylindric., subaequaliter 5-dentat.* Pet. subpapilionac., erecta, plana, crenulata, vexill. subquadrato caeteris breviore. Antherae globosae. Stigma capitat. Leg. lineare, hinc alatum. (Fol. pinnata, 00-juga, panic. patulae. — *Brasilia.*) . . . . *Sebipira. Mart.

3. — *turbinato-campanulat., 5-dentat.,* dent. acutis, 2 superior. approximatis. Pet. subpapilionac., lateralia reliquis longiora. Stam. 10, rarius 9. Stigm. suburceolat.? Leg. membranac., stipitat., 00-sp., indehisc., sutura seminif. marginato-alata. (Arb. inerm., fol. impari-? v. abrupte-pinn., racemis paniculat. — *America trop.*) . . . . Bowdichia. H. B. K.

γ. Legum. coriac., magnum, ovat. v. oblong., latum, compress., rarius turgid., 1-8-sp., inter sem. septulat., e sutura super. anguste alatum, indehisc., valvis demum transverse irregulariter ruptis. Sem. transversa, basi carunculata. Ovar. stipitat., marginat., 5-8-ovulat. Styl. filiform., glaber, stigm. subpeltato. Cal. turbinat., colorat., 5?- v. 4-fid., laciniis deciduis, tubo persist. Pet. breviter unguiculata, obovata, interdum inaequalia. Stam. libera aut basi monadelpha, anth. eglandulosis (Arb. v. frut., fol. abrupte- v. impari-pinn., raro 1-foliol., fl. racemos. v. pauiculat. — *Africa austr. et? trop.*) . . . . Schotia. Jacq.

{1. Calycis lobus infer. maximus e 2 coalitis constans, tubo oblongo. Pet. breviter unguiculata. (Frut. fol. abrupte-pinn.) . . . *Theodora. Medik., Eckl.*
{2. — lobi inferiores minores, tubo brevi. Pet. basi cuneato-angustata. (Arb. fol. impari-pinn.) . . . . *Schotia. Jacq., Eckl.*

B. Legum. nec alatum nec marginatum.

I. Legum. in suturis dehiscens aut indehiscens.

A. Petala aequalia aut parum inaequalia. Stam. 10 (cfr. Cynometra).

I. Folia simpliciter pinnata, (cfr. Metrocynia.)

a. Stam. filam. pubescentia v. hirta.

1. *Leg. 1-sp.,* breve, subreniform., verrucosum v. plicatum. Ovar. stipitat. Cal. breviter campanulat., lobis 5 longis coloratis. (Frut., inerm., fol. abrupte-pinn., cfr. commentar.; fl. dense spicatis. — *Madagasc*) . . . . Metrocynia. Pet.-Th.

2. — *00-sp.,* falcatum, compress. Sem. arillo alato praedita. Cal. profunde 5-fid. (Arb., fol. impari-pinn., racemis paniculat. — *Brasil.*) . . . . *Melanoxylon. Schott. †

b. Stam. filam. glabra.

α. Leg. 00-sp. (Arb. v. frut. inermes, fol. impari-pinnatis.)

1. *Cal. campanulat., 4-5-fid.* Pet. patentia. Stam. imo calyci inserta. Ovar. elongat. . . . . ? (Flor. racemos., lutei. — *Brasil.*) . . . . *Acosmium. Schott. †

2. — *clavatus 5-fid.,* lacin. 3 revolutis. Pet. imbricatim conniventia, calyci medio inserta. Stam. subaequalia, filam. basi dilatatis, anth. sagittatis cuspidatis. Styl. longus. Leg. crassum. (Fl. subracemosi rosei. — *Brasil.*) . . . . . *Exostyles. Schott. †

3. — *campanulat., fere ad medium usque 5-fid.,* tubi basi intus late glandulosa. Pet. calyci inserta. Stam. filam. basi gibboso-geniculata, anth. eglandulosae. Stigma sessile acut. Legum (ut ovar.) breviter stipitat., lineare, 2-valve. (Frut., fl. solitar. pedicellat. — *Arabia.*) . . . . Cadia. Forsk.

β. Leg. 1-sp., crassum, subindehisc., fere semiorbiculare, tumid., extus saepe tuberculat. v. scabrum. Ovar. subsessile, 2-1-ovulat. Styl. erect., stigm. capitato. Cal. ebracteolat., tubo brevissimo, limbo 4-part. deciduo, lobis reflexis apice saepe piloso-penicillatis, superiore latiore 2-nervi. Pet. oblongo-lanceolata, aequal. Stam. 10 v. 00, cum petalis annulo brevi glanduloso calycis tubum vestienti inserta. (Arb., fol. abrupte-2-6-foliol., pedunc. ax. 1-00-fl. — *Ind. or. et? occ.*) . . . . . Cynometra. L.

II. Folia 2-pinnata. Cal. 5-fid.

1. *Cal. extus glandulos, tubo brevi persist., lobis decid.* Pet. ellipt., calycem aequantia. Stam. basi pilis ramosis parce barbata. (Styl. filiform., brevis, introrsum barbat., stigm. subacuto. Leg. ovato-oblong., hirsutum, junius 4-ovulat. (Suffrut., pinnis 2-jugis cum pinna impari elongata, omnib. pari-foliolatis; stipulis pinnatifidis, fl. racemos. — *Cap b. sp.*) Melanosticta. DC.

2. — *tubulos.,* eglandulosus. Pet. oblonga, exserta, conniventia. Stam. inclusa. Legum. oblong., latum, crass., pulposum. (Arb. inerm., fol. abrupte 2-pinn., pinnis infer. 1- reliquis 12-16-foliolatis, fl. racemos. albis abortu dioicis. — *America bor.*) . . . . . . Gymnocladus. Lam.

3. — *basi breviter urceolat., lobis subaequalib.* Pet. sessilia. Stam. basi villosa. (Styl. brevis. Leg. ovat. ventricoso-compress., echinatum, 2-valve, 3- v. abortu 2-1-sp. Sem ossea, nitida, subglobosa. (Arb. v. frut. aculeat., fol. abrupte 2-pinn, fl. spicato-racemos — *Asia et America trop.*) . . . . Guilandina. Juss.

B. Petala evidenter inaequalia, (cfr. Layia.)

I. Folia simpliciter pinnata.

a. Cal. 5-fidus non bilabiatus. Stam. basi pilosa. Styl. filiform. Leg. compress. v. planum.

1. *Cal. 5-part., colorat., lobis acutis aequal. reflex. decid.* Pet. ovata, patentia, superius longe unguiculat. subrotundum. Stam. subdeclinata, ungue petali sup. longiora. Leg. lineare, long., utrinque acuminat., torulos., 00-sp. Sem. oblong., endopleura tumida. (Frut. aculeat., petiolis compresso-alatis, foliolis 00 parvis saepe abortiv., racem. ax. — *America trop.*, alibi cult.) . . . . Parkinsonia. Plum.

2. — *obconicus, striatus, lobis inaequal. obtusis.* Pet. inaequalia, fauci inserta. Stam. 3 caeteris breviora erecta. Ovar. substipitat. Legum. oblong., membranac., indehisc., 1-sp. (Arb., inerm. fol. abrupte-pinn., fl spicato-paniculat. — *Guiana.*) . . . . Tachigalia. (Aubl.) Lam.

3. — *turbinat., lobis oblongis obtusis, infimo sublongiore.* Pet. ovata, super. latiore concavo. Stam. subaequal., basi pilosa Stigma infundibuliform. Leg. subovat., crinitum, 2-valve, 1-sp. (Frut., fol. abrupte-pinn., fl. racemos. — *Chile.*) . . . . Zuccagnia. Cav.

b. Cal. 2-labiat., labio inf. 3-fido, tubo brevi. Cor. papilionacea.

1. *Cal. colorat., labio sup. 2-fido.* Alae carinae subaequales. Leg. (ut ovar.) longe stipitat., grossum, oblongo-cylindr., 2-valve, sub-4-sp., valvis coriaceis intus spongiosis. (Arb., inerm.?, impari-pinn., racemis lateral. subcompositis. — *Nov. Holl.*) *Castanospermum. Cunn.

2. — *ebracteolat., labio sup. late emarginato,* inf. lobis late ovatis. Cor. et stam. hypogyna. Vexill. deflex., orbiculat., emargin., lateribus reflexis, carina apice gamopetala. Styl. subulat. Ovar. 4-ovulat., sessile. Leg. nucamentaceum, ovoideo-globos., 1-sp., epicarpio crasse-crustaceo-carnoso, sarcocarp. crasso lignoso duro intus transverse sulcato, endocarp. membranac. Sem. reniforme. (Frut. ramis spinescentib., fol. fasciculatis eglandulosis, foliol. 7-8 alternis, flor. fasciculato-corymbos. flavis. — *Mendoza, America austr.*) . . . . *Gourliea. Hook. et Arn.

? *c. Cal. cyathiformis, profunde 5-fid., vix 2-labiat.* Pet. et stam. hypogyna, subaequalia, vex. subrotundo, alis et carinalib. oblongis. Stam. inferiora 3 caeteris longiora. Leg. breviter stipitat., oblong., 3-4-sp., septulat., subpulpos., valv. crassis coriaceo-lignosis planis. (Arb. v. frut., fol. 2-juga cum impari, fl. paniculat. — *China.*) ?*Layia. Hook. et Arn.

LEGUMINOSAE, RECTEMBRYAE.

Tribus IX. *CAESALPINEAE.* *Subtribus II.* CASSIEAE.

(Continuat.)

A.III.*A.I.*†B.b.‡‡B.*I.B.* (Stam. 10 libera, anth. 2-loc. longit. dehisc. Pet. 5, inaequal. Legum. apterum, etc.)

II. Folia bipinnata cum pinna impari. Cal. 5-part., persist. Pet. patentia, unguiculata, basi glandulosa, superiore latiore. Stam. filam. piloso-glandulosa, uno saepe castrato. Stigma clavatum. Leg. lineare, compress., exsuccum, 00-sp. (Herbae v. suffrut., pinnis pari- v. impari-foliolatis, petiol. basi glanduliferis, racemis oppositifol., fl. flav. — *America merid.*) . . . . Hoffmannseggia. CAV.

III. Folia abrupte-2-pinnata.

a. Cal. magnus, oblique gibbosus, colorat., 2-partitus, lobo sup. maximo erecto ventricoso 3-4-nervio 3-4-dentato, inf. minore lineari-lanceolato. Pet. subpapilionacea, vex. minuto reniformi convoluto alis tecto, carina dipetala basi ciliata alisque oblongis longiore. Stam. aequal., basi pubesc. Ovar. stipitat.?, lanceolat., compress. Styl. filiform., stigm. acuto. Leg. sessile?, rectum, longum, compress., 1-loc., 2-valve, 00-sp., valvis convexis. (Arb. inerm., petiol. eglandulos., racem. ax. et term. fl. specios. rubr. — *Madagasc.?*) . . . . . . *Colvillea. BOJER.

b. — *5-fidus non bilabiatus.* Pet. unguiculata, superius dispar. Stam. filam. basi plus minus pilosa. Leg. compress. v. planum. Styl. filiform.

1. *Calycis lobi aequales, decidui.* Pet. breviter unguiculata, superius brevius concavum. Stam. declinata. Stigma capitat. Leg. oblong., 2-valve, 1-loc., 2-sp. (Frut., stipul. pinnatifidis, racemis ax., cal. et cor. glandulos. — *Nov. Hispan.*) . . . . Pomaria. CAV.

2. *Cal. turbinatus, lobis 4 super. subaequalib., inferiore majore pectinato-glanduloso-dentato.* Pet. sup. majus. Styl. brevis, stigm. glanduloso-subciliato. Gland. nectarifera ad superius ovarii latus. Leg. spongiosum, vix dehisc., saepe septulat., 4-6-sp. (Frut. v. arb. aculeat., fl. racemos. — *America et Africa trop.*) . . . . Coulteria. H. B. K.

3. *Cal. basi cupularis subpersist., lobo infimo majore plus minus fornicato,* rarius (interdum in Poinciana) subaequali. Stam. adscendentia. Legum. inerme, 2-valve, saepissime inter sem. celluloso-septatum. (Arb. v. frut. inerm. v. aculeat. — *Asia, Australia et America trop.*)

* *Pet. superius caeteris brevius.* Stam. petalis parum v. vix longiora. Leg. saepe 2-1-sp., interdum fere samaroideum, tamen apterum. (Racemi simpl. v. paniculat.) . . . . Caesalpinia. PLUM.

** — *sup. forma a caeteris diversum.* Genitalia petalis multo longiora. Sem. plura. (Fl. racemoso- v. corymboso-paniculati.) . . . . Poinciana. L.

II. Legum. compresso-plan., lanceolat., 1-loc., 2-sp., suturis indehisc., valvis medio longitudinaliter rumpentibus. Cal. 5-part., tubo persist., lobis oblong. obtus. deciduis. Pet. calyce vix longiora. Stam. basi pilosa, anth. eglandulos. Styl. capillaris. Sem. oblonga transversa, cotyled. 2-lobis. (Arb. inerm. v. aculeat.; fol. pinnata v. 2-pinn.; fl. racemos. — *Amer. trop. alibi cult.*) . . . . Haematoxylon. L.

†† Folia 2-foliolata aut 2-loba, sc. abrupte-pinnata 1-juga, foliolis liberis aut margine interiori plus minus connatis, (cfr. Bauhinia.)

a. Petala 3, subaequalia, longe unguiculata. Cal. coriaceus, tubo urceolato, limbo 5-part., lobis deciduis, 2 superiorib. plerumque connatis. Ovar. stipitat., barbatum. Leg. coriaceo-suberosum, pulpa exsucca solida repletum, indehisc., 1- v. oligosperm. (Caet. Hymenaeae.) . . . . *Trachylobium. HAYNE.

b. Petala 5.

1. *Cal. coriac., urceolat., limbo 5-part. deciduo,* lobis 2 infer. plerumque connatis. Pet. inaequalia, sessil., glandulosa, infimo saepius cymbaeformi. Stam. 10, libera, medio inflata. Ovar. stipitat., imberbe. Styl. filiform. Leg. lignosum, indehisc., ovato-oblong., 1-loc., 4-00-sp., pulpa farinacea farctum, saepe sessile. (Arb. fol. 2-foliol., fl. corymbos. — *America trop.*) . . . . Hymenaea. L.

2. — *coriac., subcampanulat., 5-dentatus.* Pet. unguiculata, subaequalia. Stam. 10. Styl. 0, v. brevis crassiusculus. Leg. truncatum. (Frut.? scand., fol. 2-lob., fl. racemos., pedunc. saepe cirrhigeris. — *Brasil.*) . . . . Schnella. RADDI.

3. — *membranaceus irregulariter 5-partitus, aut spathaceus latere v. subtus fissus.* Pet. subinaequalia, oblonga, patentia, superiore saepe remotiore. Stam. aut diadelpha, 9 sterilia coalita, 10mo fertili libero; aut 10 omnia fertil. monadelpha v. libera; aut 10 ima basi monadelpha, 3-5 fertilia cum v. absque 1-7 sterilibus saepe exiguis. Ovar. stipitat. v. sessile, 2-00-ovulat., stipite saepe calyci adnato; stigm. capitato v. dilatato, nunc subsessili. Leg. 1-loc., 2-valve, 00- raro 1-sp. (Frut., saepe scandent. cirrhiferi; fol. 2-lobis, rarius 2-foliolatis, rarissime foliolorum coalitione totali integris, 2-5-nerviis; fl. racemos. v. corymbos. v. paniculat. — *America et Asia trop., Africa trop. et austr.*) . . . . Bauhinia. PLUM.

4. — *4-part.,* lobis apice saepe penicillum pilorum gerentibus, etc. (*Cynometrae* sp., v. supra.)

††† Folia simplicia. Stam. 9 v. 10, omnia fertilia. Styl. filiform. Ovar. et legum. compress.

a. Petala 3 (v. 4?) Stam. 9 libera, longissima, ante anthesin replicata (fere ut in Melastomeis). Ovar. stipitat. Styl. junior biplicatus, stigm. subrotundo. Leg. oblique oblong., crasse marginatum, utrinque oblique rugoso-plicat., basi hinc gibboso-auriculatum. Cal. tubus obconicus, limbi lobis 4-5 patentib. Bracteolae 2 superiores in involucellum 2-lobum connatae. (Frut. fol. integerr., fl. umbellat. — *Guiana.*) . . . . Palovea. AUBL.

b. Petala 5, inaequalia. Stam. 10, libera. (Arbores.)

1. *Cal. urceolat., obtuse 5-dentat., basi gibbus.* Pet. subpapilionacea, omnia distincta, unguiculata, alis majoribus. Stam. inaequalia. Legum. oblong., tenue, 00-sp., sutura superiore seminifera subalata, altera dehiscente. Sem. exarillata. (Fol. cordata, fl. fasciculati. — *Europa austr., America bor.*) . . . . Cercis. L.

2. — *4-sepalus v. 4-part.,* laciniis acutis decid., infima falcata fere duplo longiore (e 2 coalitis conflata?). Leg. lignosum, falcat., laeve, 1-sp. Sem. arillatum. (Fol. lanceolata, fl. terminal. — *Cochinchina.*) . . . . Aloexylon. LOUR.

c. Petala 5, aequalia, patentissima, obovata, carinata. *Stam. 10, basi monadelpha,* erecta. Cal. cylindric., 5-fid., lobis linearib. apice coalescentibus, latere dehiscens. Ovarii stipes calyci adnatus. Stigma capitatum. Leg. stipitat., longissimum, torosum, 1-loc., 00-sp., valvis 2 dehiscens. (Frut. fol. cordatis, fl. ax. v. term. — *Regn. Nov. Granat.*) Amaria. MUTIS.

LEGUMINOSAE, RECTEMBRYAE.

Tribus IX. *CAESALPINEAE.* *Subtribus II.* CASSIEAE.

(Continuat.)

A. III. *A.*

II. Antherae (fertiles saltem) poris rimulisve 2 apice dehiscentes. Stam. 10, (cfr. Cassia) ex parte sterilia heteromorpha. Pet. 5, libera. Sepala 5, vix basi coalita, plus minus inaequalia. Ovar. plus minus stipitat., raro sessile, saepissime arcuatum, 00-ovulat.

1. *Petala plus minus inaequalia.* Stam. plerumque 10; superiora 3 saepissime sterilia, omnium brevissima, antheris effoetis glandulaeformibus; inferiora 7 fertilia, quorum 2-3 longiora antheris majoribus; rarissime 4-7 fertilia, sterilibus nullis. Leg. teres v. compress., 1- v. 00-loc., 00- v. oligosperm., alatum v. apterum, interdum indehisc. (Arb., frut. v. herbae, fol. abrupte-pinn., rarius 2-foliolat., petiolo saepe glandulifero, fl. saepissime racemos. v. paniculat. — *Patria extra Europ. diffusa, praecipue intra trop*) . . . . Cassia. L.
   - a. Leg. indehisc., lignosum, septulatum, locellis 1-sp. pulpa repletis. Sem. nunc albuminosa. (?) . . . . *Cathartocarpus. Pers.*
   - b. — dehisc., rarius subindehisc., 1- v. 00-locul., pulpa parca v. 0. . . . . . *Cassia. Pers.*
2. *Petala subaequalia,* longe unguiculata. Stam. fertil. 9 subaequalia, petalor. unguibus longiora, 10mo sterili longo petala subaequante antheram effoetam barbatam longit. 2-rimosam gerente. Leg. compress., oblong. (Arb. inerm., fol. abrupte-pinn. v. 2-pinnat., petiolo eglanduloso, fl. racem. — *Brasilia.*) . . . . Moldenhawera. Schrad.

B. Antherae 4-loculares. Stam. 10, libera, inaequal., hypogyna? Sep. 5, vix basi connexa, aequalia, reflexa, decidua. Pet. 5, subaequal., subrotunda, unguib. brevibus. Styl. filiform. Leg. subteres, crass., obtus., subincurvum, 00-sp. (Arb., fol. abrupte-pinn. paucijugis, fl. racemos. *Cochinchina.*) . . . . Baryxylum. Lour.

B. Stamina (sterilibus, si adsunt, non exclusis) calycis laciniis numero aequalia aut pauciora.

I. Petala plura.

a. Stamina omnia consimilia et fertilia, libera. Ovar. 00-ovulat. Stigma capitat. Leg. compress.

1. *Cal. 2-bracteat., turbinatus, limbo 4-part. deciduo,* lobo postico e duobus conflato 2-nervi. Pet. 5, v. (inferiorum 2 abortu) 3. Stam. 5, calycis fauci ante lobos inserta, filam. glabris, aestivatione induplicatis. Ovarii stipes calyci adnatus. Styl. subulat. Leg. oblong. (Arb. v. frut. inerm., fol. abrupte-pinn., stipul. foliac., racem. axill. — *Ind. or.*) . . . . Humboldtia. Vahl.
2. — *basi cupularis, lobis 3-5 aequalib.* Pet. 3-5 (nisi inferiorum 2 abortu v. coalitione pauciora). Stam. 3-5, sepalis opposita. Styl. brevis. Legum. septulatum 00-sp. subpulpos., rarius 1-loc. 1-sp. siccum. (Arb. spinosae, fol. abrupte-pinn. v. 2-pinn., fl. spicatis saepe unisexual. — *America bor., Asia.*) . . . . Gleditschia. L.

b. Stamina dissimilia aut ex parte sterilia. Styl. filiformis. Ovar. et legum. plus minus stipitat., compress., 1-loc. (Fl. racemos.)

1. *Stamina 2, antheris subsessilibus, una breviore fertili,* altera longiore basi pollinifera deinde producta in acumen effoetum obtusum apice quasi operculatum. Cal. 5-part., fere 5-sepalus. Pet. 5, orbiculato-obovata (aequalia?). Ovar. ovali-lanceolat., 2-ovulat. Legum. . . . . ? (Frut., fol. impari-pinn., foliol. 3-7 spinoso-mucronat. — *Nov. Holl.*) . . . Labichea. Gaudich.
2. — *3-4 libera longa, 4to sterili.* Cal. 2-bracteolat., 5-fid. Pet. 5; 4 minuta, 5^{tum} maximum undulato-plicatum. Leg. 1-sp.? (Arb., fol. abrupte-pinnat. — *Guiana.*) . . . . Outea. Aubl.

II. Petalum unicum.
Legum. 1-sp., compress.

1. *Cal. basi 2-bracteolat., 4-fidus.* Pet. planum. Stam. 3. Legum. stipitat., coriaceum, auguste alatum v. apterum. (Arb., fol. abrupte-pinn., foliolis 1-jugis 1-nerviis, fl. racemos. — *Amer. trop.*) Vouapa. Aubl.
2. — *5-part., lobis aequalib. patentibus,* tubo persistente. Pet. lineari-lanceolat., subplanum. Stam. 2, calyci inserta, libera, erecta, anth. 2-loc. Legum.? extus 1-valve, intus 2-valve, pulpa terrea intercorticali. Albumen? (an potius endopleura?) magnum, conchiforme. (Arb., fol. impari-pinn., 2-jugis, panic. term. — *Guinea.*) . . . . Codarium. Sol.

III. Petala nulla.
Sepala ima basi connata. Legum. intus pulposum.

1. *Stam. 2,* receptaculo? ad latus floris superius inserta, anth. crassis erectis 2-loc. Ovar. sessile, ovat. *Styl. subulat.*, subobtusus. Leg. 2-1-sp. Sep. aequilonga, ovalia, obtusa, concava, 2 exteriora paulo latiora. (Arb., fol. impari-pinn., foliol. 00 alternis, fl. racem.-paniculat. — *Java, Senegal., Guiana*) . . . . Dialium. Burm.
2. — *5. Stigma sessile, orbiculat.* Leg. compress., lineare, indehisc., 00-sp., isthmis subcarnosis 00-loc., valvis crassis coriaceis intus pulposis. (Arb., fol. abrupte-pinn., fl. racemos. polygamis v. dioicis. — *Europa austr., Africa bor., Asia occ., — Chile?*) . . . . Ceratonia. L.

? 3. — *? Legum. subrotund., compress.,* hinc rugosum, coriac., 1-loc., 1-sp., indehisc., marginib. membranaceis. Fl. ignoti. (Arb., fol. impari-pinn. — *Guiana.*) . . . . ? Vatairea. Aubl. †

Subtribus ? III. DETARIEAE.

(Cal. 4-fid., aestiv. valvata. Pet. 0. — Arb., fol. impari-pinn., racemis axill. — *Africa trop.*)

1. *Alabastra globosa. Stam. 10, libera,* alterna breviora. Ovar. globos. Drupa orbicularis, crassa, farinacea, mollis, nucleo 1? magno orbiculari compresso durissimo 1-loc. 1-sperm., suturis laevib., valvis fibroso-reticulatis. Sem. exalbum. . . . . Detarium. Juss.
2. — *pyriformi-obovata.* Cal. basi campanulat. v. subturbinatus. *Stam.* 30-35-00, subulata, ima basi submonadelpha, v. libera, summo calycis tubo simplici serie inserta. Ovar. stipitatum, ovat., acut., 00-ovulat. Styl. brevis, stigm. laterali. Leg. stipitat. (ex Lour. baccaceum, 1-loc., 6-sp.) ovoid., subcorticosum, 00-sperm. Sem. in pulpa nidulantia. . . . . Cordyla. Lour.

LXXI. ROSACEAE.

Conspectus tribuum.

A. Fructus (ut germen) **ex ovario unico** (rarissime, et nonnisi casu fortuito?, pluribus) **formatus** (cfr. Roydsia) **drupaceus superus.** Putamen saepissime bivalve, interdum 2-spermum. Ovar. 2-ovulatum. Cotyledon. crassae. Flor. ☿. Calyx 5-partit., lacin. aestiv. imbricatis. (Arb. v. frut.; fol. altern., simpl., non lobat.; stipulis liberis, deciduis.)

I. Radicula infera. Cotyled. raro foliaceae. Flor. saepe irregulares aut apetali. Stam. definita aut indefinite numerosa, calycis fauci inserta, saepe uno latere (quo germinis stipes calyci adhaeret) numerosiora et perfectiora. Stylus lateralis, circa ovarii basin ortus. (Cfr. Bartlingia.) Putamen (ut ovar.) interdum 2-loculare. (Stirpes intratropicae, eglandulosae, fol. integerr. v. emarginatis.) . . . . **Tribus I.** *CHRYSOBALANEAE*

II. — supera. Cotyledon. per germinationem foliaceae. Flor. regular. Pet. 5, unguiculata, aestiv. contorta. Stam. subdefinite numerosa, saepissime 20, annulo perigyno inserta, aequalia. Styl. terminalis, circa ovarii apicem ortus. Ovar. 1-loc. Drupa carnosa, rarius sicca. Semen ex funiculo e basi loculi orto pendulum. (Stirpes fere omnes hemisphaerae borealis regiones temperatas inhabitantes, foliis serratis in petiolo v. margine saepe glanduliferis.) . **Tribus II.** *AMYGDALEAE.*

B. Fructus ex ovariis pluribus (rarissime unico, cfr. Sanguisorbeae) **conflatus.**

I. Fructus superus (i. e. a calyce omnino liber, rarius cum eo plus minus cohaerens, cfr. Sanguisorbeae).

A. Styli terminales, distincti. Ovaria definita, plerumque 5, simplici serie verticillata, pluriovulata. Folliculi distincti (raro connati) 1-loc., oligo- v. abortu 1-spermi, sutura interiore dehisc. Sem. 2-serialia, suspensa. Cal. aestiv. saepius imbricata. (Frut. v. herbae, inermes; fol. alt., simpl., lobat. v. compos.; stipul. saepe obsolet. v. 0; fl. abortu interdum 1-sexual., raro irregul.) . . **Tribus III.** *SPIRAEACEAE.*

B. — laterales (i. e. ex ovarii margine interiore prope basin v. infra apicem orti, rarius terminal.) Ovaria saepissime 00 indefinita, 1- raro 2-ovulata. Calycis aestiv. valvata. (Frut. v. herbae, fol. lobatis v. compos., raro indivisis, stip. saepius petiolo adnatis.)

I. Petala tot quot calycis lobi genuini. Stam. 00, raro 5 et tunc sepalis opposita. Carpella 00, rarius pauca, sicca aut carnosa, inter se et a calyce libera, receptaculo saepe elevato et carnoso pluriseriatim imposita. Stigmata simplicia, obliqua. . . . . **Tribus IV.** *DRYADEAE.*

II. Petala nulla, rarissime 4 v. 5. (cfr. Leucosidea.) Stam. 3-5-00, ex parte saepe abortiva. Carpella 1 v. 2, sicca, indehisc., calyci saepe indurato interdum plus minus adnata. Stigm. penicilliform. v. barbata, rarius capitata. . . . . **Tribus V.** *SANGUISORBEAE.*

II. Fructus inferus v. semiinferus (i. e. germen calyci plus minus perfecte adnatum, cfr. Roseae).

A. Carpella 3-10, connata in capsulam hemisphaericam, 10-loc., loculis 1-sp. Sem. ossea. Calycis tubus brevis germini adhaerens, limbo 5-part. Pet. 5. Stam. 5-10-20. Styli 5-10, v. unicus. (Herbae v. suffr., fol. laciniatis.) . . . . **Tribus ? VI.** *NEURADEAE.*

B. — 00, distincta, disco (toro) demum carnoso calyci adnato inserta hujusque tubo inclusa, hirsuta, 1-ovulata, indehisc. Calycis tub. globosus v. oblong., fauce constrictus, limbo 5-4-part., lacin. apice contortis saepe pinnatifidis. Pet. 5, raro 4, subsessil. Stam. 00, pluriserialia. Styli 00, lateral. v. subterminal., ex fauce exserti. (Frut., saepissime aculeati, fol. saepissime impari-pinnatis, raro simpl., stip. petiolo adnatis, raro nullis, flor. ☿, completis, regularib.) . . . . **Tribus VII.** *ROSEAE.*

C. — 5-2, rarissime abortu solitaria, 2- v. 00-ovulata, cartilaginea disco carnoso calycis tubo adnato immersa cohaerentia inclusaque. Caet. fere Rosearum. (Arb. v. frut., ramis saepe spinescentib., fol. alt. simpl. integris v. lobat., v. impari-pinnatis, stip. liberis.) . . . . **Tribus VIII.** *POMACEAE.*

Tribus I. *CHRYSOBALANEAE.*

A. Petala nulla. (Genera, praeter Licaniam, dubie huc relata.)

I. Stamina numero laciniarum calycis quadrupla v. indefinite numerosa.

a. Calyx 6-partitus. Stam. 10, germinis stipiti inserta. Germen receptaculo columnaeformi ultra staminum insertionem producto stipitatum, 3-loc., loc. 00-ovulat. Stylus brevis, stigm. 3-fido. Drupa stipitata, 1-sp. (Frut.? scandens, exstip., panic. term. v. racemis axill. simpl. — *India or.*) . . . . ? *Roydsia. Roxb. †

b. — 5-fidus v. 5-part. (Folia stipulata.)

1. *Calyx 5-fid., apice crassus.* Stam. 00, pluriseriata, exserta, filam. tenuibus. Tubus (nectarium?) inter stam. et pistillum ligulis 3 terminatus. Ovar. in fundo calycis, 1-sperm. Styl. tubo longior, apice 2-fidus, stigm. truncatis. Fr. . . . . ? (Arbusc., fol. juniorib. stipulis involutis. — *Madagascar.*) . . . . ? Trilepisium. Pet.-Th. †

2. — *5-part., parte inferiore persist., lobis ovato-lanceolat. acutis colorat. decid.* Stam. circiter 20, disco annulari glanduloso calyci adnato inserta, filam. brevissimis, anth. longis basifixis erectis. Germ. ovat., pubesc., 5-sulcat., in stylum (terminalem?) filiform. acutum desinens. Fr. . . . ? (Frut., stipul. 2 subulat., pedunc. 3-fid. 3-flor. — *Mexico.*) . . . . ? Lecostomon, fl. mex. †

II. Stamina numero laciniarum calycis dupla v. aequalia v. pauciora. Stylus filiform.

1. *Stamina 10, hypogyna.* Cal. urceolatus, obtuse 5-lobus, coloratus. Ovar. obovat., 2-ovulat., e basi hinc styliferum. Stigma capitat. Drupa subrotunda, calyce cincta, 1-loc., 1-sperm.? Sem. . . . . ? (Frut., fol. exstip. subspathulat., flor. axill. pedicellat. abortu saepe polygam. — *Nov. Holland. orient.*) . . . . ? Stylobasium. Desf. †

2. — *10 aut 5 v. abortu 3, calycis fauci inserta, laciniis opposita.* Cal. 2-bracteolat., limbo 5-fido. Ovar. 1 in fundo calycis, stylo (laterali?) incurvo. Drupa olivaeformis carnosa, nuce 1-sp. Sem. crassum. (Arb., stip. 2 linearib., fol. oblong. acuminat., spicis terminal. — *America trop.*) . . . . Licania. Aubl.

B. Petala 5. (Chrysobalaneae genuinae.) v. pag. seq.

ROSACEAE.

Tribus I. CHRYSOBALANEAE.

(Continuat.)

B. Petala 5. (Chrysobalaneae genuinae.)

I. Calyx basi aequalis (nec calcaratus), limbo 5-fido v. 5-dentato.

A. Drupa ovata crassa fibrosa, nucleo 2-loc. 2-spermo, durissimo, extus sinuoso. Sem. lanugine tecta. Cal. urceolat., 5-fid. Stam. 15 (ternatim petalis alterna?) Ovar. villosum, stipitat.; stipite calyci adnato. Styl. filiform., glaber. (Arb., fol. 2-stipulat., fl. corymb. v. racemos. — *America et Africa trop., Ind. or.*) . . . . Parinarium. Juss.

B. Drupa nucleo 1-loculari.

I. Stamina regulariter verticillata (saltem non unilateralia) *omnia fertilia.* Fruct. 1-sp. Cotyled. carnosae crassae. (Cfr. Bartlingia.)

1. *Stamina circiter* 20, *uniserialia, subaequalia.* Cal. campanulat. Pet. unguiculata. Drupa pruniformis, putam. ovato 5-sulcato (5-valvi?) (Arb., stipul. decid., fl. racemos. v. panicul. — *America et Africa trop.*) . . . . Chrysobalanus. L.

2. — 15, *subinaequalia.* Cal. lacin. obtusae. Pet. caducissima. Ovar. lanuginosum, stylo lateral. filiformi. glabro. Drupa olivaeform., subtriquetra, nuce triquetra ossea. (Arb., fol. stipulat., fl. racemoso-panic. — *Ins. Mascarenh.*) . . . . Grangeria. Commers.

? 3. — 10, *alterna (quae petalis opposita) breviora;* filam. filiform., brevia. Cal. basi 2-bract., tubo hemisphaer., limbi lobis oblong. obtus. intus villosis. Pet. minima, subsquamiformia, plana, subrotunda, calycis basi inserta (hypogyna?). Discus 0. Ovar. compress., sublanceolat., uno latere sulcat., 1-loc., 1- (an 2-?) ovulat., ovulo lateri sulcato affixo peritropo. Stylus terminal., subulat., brevis, stigm. simpl. Fr. . . . . ? (Suffrut., fol. 2-stipul., fl. ad ramorum apices congestis. — *Nov. Holl.*) . . . . *? Bartlingia. Brongn. (non Rchb.)

II. Stamina plus minus unilateralia, saepius ex parte sterilia v. abortiva. Styl. lateralis, stigm. simpl. Fruct. 1-sp. Semen erect. — (*America trop.*)

1. *Stamina* 3-15, *plurima abortiva*, filam. longis aestiv. circinnato intortis. Cal. subcampanulat., lobis obtusis, saepe reflexis. Pet. parva, decid. Styl. ex ovarii basi latere staminibus contrario ortus. Drupa sulcata. Sem. e fundo loculi stipitatum. Albumen carnosum. Cotyled. foliaceae. (Frut., fol. stipulat., racem. axill. et term. saepe paniculat.) . . . . . . Hirtella. L.

2. — 12-40, *basi mono- v. polyadelpha* (interdum libera), summo calycis tubo inserta, incomplete, verticillata, plus minus unilateralia, aestiv. complicata. Cal. urceolat. Cor. subinaequalis. Ovar. basi 2-ovulat. Bacca liguosa, rimoso-corticosa. (Arb., stip. 2 petiolar., fl. racemos.) . . . . Moquilea. (Aubl.) Mart.

   a. *Cal. acute 5-dentat.* Pet. subrotunda. Stam. circiter 40, subinaequal. Ovar. hirsut. (Racemi ax. et term. laxe paniculati.) . . . . . . *Moquilea. Aubl., DC.*
   b. — *obtuse 5-lobus.* Pet. subrotunda. Stam. circ. 20, subaequal., distincta. Ovar. substipitat. Drupa oviformis, sicca, cortice crasso coriaceo fibroso. Sem. magnum, testa fragili. (Flor. pauci subtermin.) . . . . . . *Couepia. Aubl., DC.*
   c. — *obtuse et inaequaliter lobatus.* Pet. oblonga, obtusa, inaequal. Stam. 10-12, ad unum floris latus projecta, filam. in ligulam planam connatis apice liberis. Ovarii basis v. stipes costae calycinae adhaerens. Drupa ovata, coriac., demum rimosa. Sem. Couepiae. (Stipulae caducae. Corymbi term.) *Acioa. Aubl., DC.*

3. *Stamina* 7, *unilateraliter* calyci inserta. Cal. turbinat., obliquus, 5-dent., dent. parvis. Pet. fauci inserta, minuta, 2 minora approximata. Ovar. laterale, villos. Styl. incurvus, stigm. obtuso. Bacca? . . . (Arb., stipul. latis nervosis subventricosis, corymb. axill. — *Guiana.*) . . . . ? * Balantium. Desv. †

II. Calyx campanulat., basi productus in tubum v. calcar pedicello adnatum (Pelargonii instar). Stam. 10, quorum 6 fertilia ad unum et 4 abortiva dentiformia ad alterum latus sita; anth. dorso affixae. Ovar. 2-ovulat., stylo laterali. Bacca? rugosa, intus villosa 1-sperm. Sem. crassum. Album. 0. Embr. erect.; cotyled. crassae, inaequal., plicatae, altera alteram involvens. (Arb., bracteis glandulosis. — *Madagasc.*) . . . . Thelyra. Pet.-Th.

Tribus II. AMYGDALEAE.

A. Drupa matura exsucca, coriacea v. lignosa.

a. Calyx 6-dentat. Pet. 6. Stam. 12-20, cum petalis calyci inserta. Drupa sicca. — (*Ind. or*)

1. *Drupa transverse oblonga*, putamine subreniformi medio contracto. Embr. inversus, cotyled. crassis. Cal. cyathiform., basi annuliformi persistente. Pet. obovata villosa. Stam. 12-20. Stylus filiform., stigm. truncato. . . . . * Pygeum. Gaertn.

2. — *reniformis*, 1-sp. Sem. invers. Cal. subcampanulat., decid. Pet. minutissima. Stam. 12-18. Ovar. 1-loc., ovulis 2 pendulis. Styl. 1, stigm. peltato. (Arb., fol. exstip. integerrimis basi infra plerumque 2-glandulosis, racem. axill. et term. saepe confertis.) . . . . * Polyodontia. Blume.

b. Calyx 5-lobus. Pet. 5.

1. *Drupa? ovata v. oblonga (leguminiformis?) basi subintrusa, sicca?, 1-sp., calyce staminibusque marcescentib. cincta.* Cal. hemisphaer., lobis aequalib. acutis serratis semipatulis persist.? Pet. ovato-subrotunda, sessil., integra. Stam. circiter 20 (omnino Cerasi). Ovar. ovat., apice sensim transiens in stylum brevem, stigm. subturbinato. (Habitus et inflor. Cerasi Virginianae. — *Mont. Himalay.*) . . . . * Prinsepia. Royle.

2. — *ovata subcompressa, junior velutina, demum fibroso-corticosa*, cortice secedente, putam. laevi v. foraminuloso. Cal. campanulat., decid. Stam. 20-30. (Fol. vernatione conduplicata, flor. lateral. e gemmis squamatis orti. — *Asia austr. et occ., Arab., Africa bor., Mexico.*) . . . . Amygdalus. Tourn.

B. Drupa etiam matura carnosa succulenta.

I. Putamen ovatum subcompressum grosse sulcato-rugosum. Drupa globosa, hinc leviter 1-sulcata velutina aut glaberrima. Caet. omnino Amygdali. — (*Persia.*) . . . . Persica. Tourn.

II. Putamen laeve, praeter margines saltem non profunde sulcatum.

a. Drupa velutina, ovato-globosa, hinc leviter 1-sulcata, putam. compresso-ovato, hinc obtuso illinc acuto utroque margine sulcato. (Arb., fol. vernat. convolutiva, inflor. et flor. Amygdali. — *Asia occident.*) . . . . Armeniaca. Tourn.

b. Drupa glaberrima. (Floris structura Amygdali. — Arb. v. frut. — *Patria subdiffusa, excl.? Australia.*)

1. *Putamen ovale, compress.*, utrinque acut., ad margines plus minus sulcatum. Drupa ovata v. globosa, polline caesio (glauco) obducta. (Vernatio convolutiva, flor. saepe fasciculati v. umbellati.) . . . . Prunus. Tourn.

2. — *subglobosum*, parum aut non compressum. Drupa subglobosa, polline glauco destituta. (Vernatio conduplicativa, flor. umbellato-fasciculati aut racemosi) . . . . Cerasus. (Tourn.) Juss.

ROSACEAE.

(Continuat.)

Tribus III. *SPIRAEACEAE*.

A. Calyx 5-fid. v. 5-partitus.

I. Ovaria v. germinis loculamenta 2- v. 00-ovulata.

A. Ovaria plura (rarissime unicum, cfr. Spiraea).

I. Semina alata. (Arb. *Americanae*, fol. simpl. non lobat.) . . . . Subtribus I. QUILLAJEAE.

*a. **Ovaria 5, distincta aut ventre semiconnata,*** monostyla. Caps. 5, coriaceae, radiatim patentes, 00-spermae. Sem. 2-serialia, imbricata, apice alata. Pet. 5. (Stipulae minimae, decid. — *Chile, Peruvia.*)

1. *Flor. abortu dioici. Calycis lobi imbricati.* Pet. orbiculata. Stam. 15-20, simplici serie calycis fauci inserta. Caps. calceiformes, superne dehisc. (Fol. serrata, flor. ♂ corymbosi, ♀ solitar.) . . . . Kageneckia. R. et Pav.

2. — *polygami. Cal. persist., lobis valvatis.* Pet. decidua. Discus 5-lobus, calycis fundum vestiens. Stam. 10, ex apice loborum disci exserta. Ovaria ventre connata. Styli subulati. Caps. 3-gonae. (Fol. integerr., ramuli versus apicem pauciflori.) . . . . . Quillaja. Juss.

*b. **Ovaria 5, connata in germen 5-loc., 5-stylum.*** Caps. 5-loc. Cal. persist., lobis valvatis. Pet. 5. Stam. 15-20. (Arb., fol. simpl. — *Mexico.*)

1. *Semina apice alata, erecta.* Caps. ovata, loculis 2-valvibus 2-spermis. Stam. cum petalis persistentia, ex fauce exserta, anth. oblongis. Stigm. capitata. (Fol. dentata, exstip., corymbi term.) . . . . Vauquelinia. Corr.

2. — *margine membranaceo-alata.* Caps. lignosa (indehisc.?) 5-gona, calyce suffulta. Stam. cum petalis disco ad calycis faucem inserta, anth. lanceolatis basi uncinato-reflexis. Ovula 2, pendula. (Fol. crenulata, 2-stipulata, flor. axill. solitar.) . . . . . Lindleya. H. B. K.

*c. **Ovaria 3, connata in caps. 3-loc., septicido-3-valvem,*** e vertice introrsum dehiscentem, valvis coriaceis navicularibus receptaculo centrali 3-gono saepe 3-partibili adnatis, loculis 1-sperm. Sem. pendula, apice alata. Albumen tenue. Cal. persist., aestiv. . . . ? Pet. 0.? Stam. 5, hypogyna, calycis lobis subalterna, disco cupulari inserta, basi per paria inter se juncta, quinto libero, filam. complanatis sursum dilatatis. Styl. 1, filiform., persist. (Fol. integerr., exstip., flor. racemos. — *Brasilia.*) . . . . ?* Euphronia. Mart.

II. Semina aptera. . . . . Subtribus II. ULMARIEAE.

*a. **Carpella 5, carnosa coalita in baccam depresso-globosam, 5-locularem,*** loc. membrana chartacea vestitis 2-pyrenis, pyrenis osseis 1-spermis superpositis. Sem. exalbum. Cotyled. foliac. contortuplicatae. Germ. 5-loc., loc. 2-ovulat., ovulis superpositis. Styli 5, approximati, emarginati. Cal. 2-bract., 5-sepalus, imbricat. Pet. 5. Stam. 00, hypogyna, basi petalis subadnata, anth. 2-loc. extrorsis. (Arb., fol. simpl. serrat. exstip., pedunc. axill. solitar. 1-fl. — *Java.*) . . . . ?* Pyrenaria. Blume.

*b. **Carpella sicca, follicularia, plerumque distincta.*** Sem. exalbum. Ovula gemina, rarius plura aut abortu solitaria. Cal. persist., 5-fid. v. 5-part., lobis imbricatis. Pet. 5, (raro casu plura) fauci inserta. Stam. 10-50. (Flor. ☿, raro 1-sexual. dioici. — *Patria subdiffusa, excl.? Australia.*) . . . . Spiraea. L., Nob.

1. *Stam. cum petalis disco basi calyci adnato apice libero crenulato v. 10-fido inserta.* Caps. 5, rarius 00, interdum abortu 3-1, liberae, rarius basi coalitae, sessil., raro stipitatae, interdum spiraliter contortae, superne v. margine dehisc., 2-6-spermae. Pet. aequalia. (Frut. v. herbae, fol. simpl. v. pinnato- v. palmato-lobata aut composita, saepe exstip., inflor. varia) . . . . *Spiraea. L., Lindl.*
2. — *circiter 20, fauci inserta, basi monadelpha.* Pistilla 5, rarius 4 v. 6, libera, stylis elongatis filiform. deciduis. Caps. 4-6, liberae, 4-spermae. Sem. pendula. — (*America bor. occid.*) . . . . ** Lütkea. Bong.*
3. — *disco calyci ubique adnato inserta.* Ovaria 5, connata, stipitata. Caet. Spiraeae. (Frut., fol. pinnatisect., stipulat., fl. paniculat. v. corymbos. — (*Ind. or., Asia bor.*) ** Schizonotus. Lindl.*
4. — *Spiraeae, brevissima. Disc.* 0. Pet. angusta, plus minus inaequalia. Ovaria 5, 2-ovulata, in caps. 5-loc. subconnata, loc. 2-sp. Styli apice capitati. (Herba, fol. 3-foliol. v. 3-part. v. pinnat. stipulat., fl. laxe subpaniculat. majusc. — *America bor.*) . . . . *Gillenia. Mnch.*

B. Ovarium unicum. Caps. follicularis, calyce inclusa, stylo rostrata, 1-loc., 00-sp. Cal. campanulat., 5-fid., persist. Pet. 5. Stam. 20-00. Sem. albuminosa. (Frut. inerm.; fol. 2-stip. cordat. serrat. indivisa v. 3-loba.)

1. *Calycis lobi ovati apice cuspidati.* Pet. subrotunda, cum staminib. 2-seriatis e fauce exserta. Caps. introrsum dehisc. Sem. sphaerica, nitida, adscend. (Fl. racemos. — *Napal.*) . . . Neillia. D. Don.
2. *Calyx extus glanduloso-pilosus.* Pet. parva, cum stam. calyci inserta. Stigma subpeltat. Caps. latere dehisc., 8-12-sp. Sem. 1-costata, suturae dehiscenti affixa, 2-serialia. (Frut. sarmentos., habitu Rubi, fl. paniculato-racemos. term. — *Java.*) . . . . ? Adenilema. Blume.

II. Ovaria 1-ovulata. (Cfr. Adenostoma.)

1. *Calyx infundibuliform.*, 5-angulat., coriaceus, lobis rotundatis brevib. submucronatis, fauce glandulis 5 transverse oblongis carnosis munita. Pet. subrotunda, subsessil. Stam. 15. Ovar. 1, obovato-cylindric. (an 1-ovulat.?) apice oblique truncat. Styl. lateralis, stigm. subincrassato obtuso. Fr. . . . . ? (Frut., fol. fasciculat. lineari-filiform., fasciculis stipula 2-fida suffultis, fl. fasciculatis in spicam term. interruptam aphyllam congestis. — *America austr.*) . . . . . . * Adenostoma. Hook. et Arn.
2. — *hypocrateriform.*, lobis ovatis 3 obtusis reliquis 2 apice calloso-submucronatis. Pet. orbiculata. Disc. 0? Stam. circiter 20, e calyce cum petalis exserta. Carpella 5-8, libera, globosa, contorta, stylo filiformi superata, ovulo laterali peritropo. (Frut., fol. simpl. 2-stip. serrat., fl. ax. et term. solitar. — *Japonia.*) . . . . Keria. DC.
3. *Calycis lobi 5 obtusi.* Pet. et stam. Keriae. Carp. 1-2, ovato-oblonga, in stylum brevem attenuata, rima longit. dehisc., ovulo basi affixo. (Frut., fol. confertis cuneatis apice grosse 2-3-dentatis, stip. 0 v. minutis. — *America bor.*) . . . . Purshia. DC.

B. Calyx 8-partitus,

persist., lobis 2-serialib., interiorib. (petalis?) majorib. basi 2-glandulosis. Cor. 0. Stam. 00, inaequal., anth. rostrat. 2-loc. Stigma 3-4-gonum, obtus. Bacca globosa, stylo persist. brevi rostrata, 3-4-loc., loc. 2-4-sp. Sem. exalbum. (Frut. spinos.; fol. simpl., serrat., basi 2-glandulos.; racemis ax. et term. — *Java.*) . . . . *? Rhinanthera. Blume.

C. Calyx subintegerrimus,

planus, rotundus, persist. Pet. 5, oblonga, decid. Stam. 00, annulo calycino germen cingenti inserta. Germ. depresso-subrotundum. Styli 14-20, subulati uncinati acuti. Bacca? corticata, aut caps.? depresso-plana umbilicata radiatim sulcata. Sem. . . . . ? (Arb., fol. exstipulat. ternatis serrato-crenatis, racemis term. simpl. — *America trop.*) . . . . ?* Anthodiscus. G. F. W. Mey.

ROSACEAE.

(Continuat.)

Tribus IV. *DRYADEAE.*

A. Petala 7-10. Cal. ebracteolat., 7-10-part., patens, tubo brevissimo. Stam. 00. Achaenia 00, sicca stylo terminali plumoso-barbato caudata. Sem. adscend. (Herbae, fol. simpl., subtus albo-tomentosis. — *Europae region. alpinae, Sibir., Amer. bor.*) . . . . Dryas. L.

B. Petala 5, raro 6, nec plura, interdum 4.

I. Stam. 5-10, nec plura. Pet. 5. Caryops. siccae.

a. Cal. campanulat., 5-fid., ebracteolat. Pet. obovata. Stam. 5. Pistilla 10-00, rarius 5, stylis lateralib. Receptac. villosum. (Herbae habitu Sibbaldiae, glanduloso-pilosae. — *Sibiria, Amer. bor.*) * Chamaerhodos. Bunge.

b. — 10-fidus, v. potius 5-fidus extus laciniis 5 accessoriis (bracteolis v. stipulis?) *stipatus.* (Herbae, habitu Potentillarum minorum.)

1. *Cal. campanulatus.* Pet. parva. Stam. 10, biserialia. Receptac. conicum, villos. Pistilla 00, stylis subterminal. cum ovario subarticulatis. Achaenia calyce inclusa. — (*Amer. boreali-occid.*) * Horkelia. Cham. et Schl.

2. — *planiusculus.* Pet. lineari-spathulata. Stam. 5-10. Receptac. subnudum. Pist. 5-10, stylis lateralib. (Herbae eglandulosae. — *Europa, Asia bor.*) . . . . Sibbaldia. (L.) Bge.

c. Cal. involucello cyathiformi (e bracteis 2 connatis formato) 6-12-fido cinctus, caeterum ebracteolat., tubo oblongo, fauce annulo glanduloso stylisque obturata, limbo 5-fido, denticulis 5 lobis interjectis. Pet. 5. Stam. 5 v. 10. Pist. 2, stylis terminal. Achaenia abortu saepe solitaria, calycis tubo globoso inclusa, tenui-membranacea. Sem. appensum. (Herb., fol. pinnatisect., corymb. term., fl. fasciculat. — *Carniol., Ital.*) . . . . Aremonia. Neck.

II. Stamina 00, (sc. denis plura.)

A. Calyx 8-12-fidus, i. e. praeter lacinias 4-6 genuinas lobis accessoriis vel bracteolis setisve totidem (v. abortu aut coalitione paucioribus) stipatus.

I. Receptaculum siccum, post anthesin non auctum.

A. Calyx turbinatus v. tubulosus.

† **Carpella sicca, libera, calyce inclusa, 1-sperma.** Petala 5.

a. Semen pendulum. Pistilla 2. Calyx turbinat.

1. *Calycis tubus foveolatus, superne setis* (bracteolis?) *involucriformibus hamatis armatus,* lappaceus, demum induratus, fauce constricta stylis clausa, limbo 5-fido. Pet. conspicua. Stam. 15. Styli terminal. Achaenia 2 v. abortu 1, membranacea (Hbae, fol. pinnatisect., fl. racemoso-spicat., bracteis 3-fid. — *Europa, Asia, Amer. bor.*) Agrimonia. Tourn.

2. — *tubus extus sericeus, limbi lobi 5 exteriores* (bracteolae?) *magni oblongi,* interiores 5 breviores spathulati, faux pervia. Pet. parva, squamiform., linearia, decid. Stam. 15-20. Ovaria 1-2-ovulata. Styli exserti, stigm. subpeltatis crenato-lobatis. (Arb., fol. . . . . ?, pedunc. ramosis, bract. subellipt. — *Abyssinia.*) . . Brayera. Kth.

b. Semen adscendens. Stam. et pistilla 00. Cal. campanulat. v. subcampanulat., limbo 10-fido, lobis inaequalib. (Herbae, fol. pinnatisect., pedunc. ramos. v. 1-flor. — *Geum.*, L., DC.)

1. *Styli cum ovario continui, persist., medio torti.* Achaenia stylo saepe plumoso caudata. — *Europa, Asia et America bor.*) . . . . Geum. (L.) R. Br.

2. — *continui, terminal., longissimi, villosi, persist.* Embryo erect. — (*Eur., Amer. bor.*) * Sieversia. Willd.

3. — *basi incrassata cum ovario articulati ibique demum rumpentes, decidui.* Achaen. ecaudata, scrobiculato-rugosa, calycis tubo demum elongato inclusa, ex R. Br. glandulosa. — (*America bor.*) . . . . * Coluria. R. Br.

c. Semen erectum. Cal. turbinato-campanulat., limbo 10-fido, lobis alternis minoribus exterioribus (bracteolis?), fauce annulum glandulosum staminiferum gerente. Pist. 2-4, ovar. breviter stipitatis liberis, stylis decid. Achaen. coriacea. (Herba, fol. palmato-lobat., pedunc. ramos. — *Europa orient.-austr.*) . . . . Waldsteinia Willd.

†† **Carpella demum baccacea,** 8-10, sessilia, stylum elongatum apice capitatum gerentia. Sem. . . . . ? Cal. campanulat., 6-10-fid., laciniis subinaequalib. (an 2-serialib.?) Pet. 4-6. Stam. 00. (Herba, fol. quinat., fl. corymbos. — *America bor.*) . . . . Cylactis. Raf. †

B. Calyx patens, vix concavus, 8-10-fidus, lacin. alternis exteriorib. (accessoriis) plerumque inaequalib. et minorib. Pet. 4-5. Stam. et pist. 00. Styli lateral. Receptac. convex. v. capitat., saepe pilosum, persist. Sem. pendulum. (Herbae v. frut., fol. palmato- v. pinnato-composit., inflor. varia. — *Patria subdiffusa, excl.? Australia.*) . . . . Potentilla. (L.) Nestl.

{ 1. Cal. 10-fidus. Pet. 5. Stam. 20-00. . . *Potentilla. L.* }
{ 2. — 8- — . — 4. — 16-00. . . *Tormentilla. L* }

II. Receptaculum post anthesin auctum carnosum v. spongiosum, convexum.

1. *Receptaculum carnoso-spongiosum,* villosum, persist. Pet. minuta, calyce intus colorato multo breviora. Caet. Fragariae. (Herba, fol. pinnat. 2-4-jugis. — *Europa, America bor.*) Comarum. L.

2. — *carnoso-succulentum,* ovoid. v. globosum (rubrum v. albidum), a basi demum saepissime solubile et deciduum. Caet. Potentillae. (Herbae stoloniferae, fol. 3-foliol. — *Europa, Asia, America.*) . . . . Fragaria. Tourn.

B. Calyx 5-fidus simplex (laciniis accessoriis bracteolisve nullis). Pet. 5. Stam. 00.

a. Carpella sicca (achaenia) stylis terminata.

1. *Calyx 5-fid. Pistilla* 5-11. Ovar. villosa, calycis basi adnata, ovulo erecto. Achaenia stylis continuis persistentib. plumosis caudata. Embryo erect. (Frut., fol apice 3-lobis supra glandulosis subtus albo-lanatis, stip. 2 petiolar., flor. in apicibus ramor. 00 sessiles flavi. — *Mexico*) * Cowania. D. Don.

2. — 5-*fid.*, lobis integris serratisve, tubo turbinato. Pet. sessilia. Styli filiform., elongati. *Achaen. pauca. Sem. erect.* (Herb., fol. 3-sect., habitus Waldsteiniae. — *Chile, Amer. bor, Sibiria.*) . . . . Comaropsis. Rich.

3. — 5-6-*fid.*, lobis dentatis, tubo brevi. Pist. 5-10, stylis brevib. *Achaen. pauca,* sessilia, subdrupacea, intus cartilaginea, calyce involucrata. *Sem. pendulum.* (Herbae, fol. saepe indivisis, pedunc. 1-flor. — *America extratrop., bor. et austral., Napal.*) . . . . Dalibarda. L.

b. Carpella 00 (raro pauca) *demum carnosa drupacea succulenta,* abinvicem distincta, in receptaculo elevato spongioso exsucco persistente capitato-congesta. Styli sublaterales. Sem. inversum. Calyx fere planus, 5-partitus. Pet. 5. Stam. 00. (Frut., saepe aculeati, rarius herbae, fol. pinnatis, palmat. v. lobat., rarius simpl. indivis., inflor. varia. — *Patria diffusa.*) . . Rubus. L.

ROSACEAE.

(Continuat.)

Tribus V. *SANGUISORBEAE.*

A. Stipulae petiolo adnatae. Folia saepissime composita v. lobata, (nunquam ascidiiformia.) . . . . Subtribus I. ALCHEMILLEAE.

I. Petala 5, libera, patentia. Calycis tub. brevis, obconicus, fauce obturata, limbo 5-fido, lobis obtusis. Stam. 10, phalanges 2 formantia, exserta. Pist. 2-3, stylis terminalib. exsertis, stigm. uncinato-reflexis sublaciniato-incrassatis. Achaenia 3-1, calyce inclusa, submembranacea, 1-sp. Sem. invers., cotyled. carnosis. (Frut., fol. impari-pinnat., racemis axill. densiflor., flor. 3-bracteat. — *Africa austr.*) . . . . *Leucosidea. Eckl. et Zeyh.

II. Petala nulla.

A. Calyx 8-partitus, lobis alternis exteriorib. (bracteolis?) minorib., interdum exiguis dentiformibus. Stam. 1-4, anth. 1-loc. transversae. Pist. 1 (raro 2?), stylo laterali, stigm. capitato. Achaen. induratum, calyce persist. inclusum, 1-sp. Sem. invers. (Herbae, fol. palmato-lobat. v. compos., fl. corymbos. — *Patria diffusa, excl.? Australia.*) . . . . Alchemilla. Tourn., DC.

{ 1. Stam. 2-4. *Alchemilla. L.* }
{ 2. — 1, rarissime 4, quorum 2-3 antheras effoetas gerentia. *Aphanes. L.* }

B. Calyx 3-5-fidus, laciniis accessoriis (exteriorib.) nullis aut parvis et heteromorphis.

I. Calyx superne appendicibus spiniformibus instructus, fauce constricta. Pist. 1, stylo terminali. Achaenium calycis tubo inclus., limbo persist. coronatum, 1-sp. Semen pendulum. — (*America austr.*)

1. *Calycis tubus compresso-4-gonus, limbus 4-5-partit.*, laciniis extus ad basin spinula brevi dentiformi munitis. Stam. 2. Stigma plumoso-00-fidum. Achaen. tubo calycis baccato 4-spinuloso adhaerens. (Frut., fol. impari-pinn., fl. axill. sessil. solitar.) . . . . Margyricarpus. R. et Pav.

2. — *turbinatus, 3-4-angularis,* superne dentibus spiniformib. munitus, limbo 3-4-part. Stam. 5-20-00. Stigma penicilliforme. Achaen. calyce indurato superne subspinoso arcte tectum, liberum? (Frut. v. arb., fol. ternato- v. impari-pinn., pedunc. ax. 00-fl., flor. racemos.) . . . . Polylepis. R. et Pav.

II. Calyx nudus (dentib. spinisve accessoriis destitutus, — cfr. Acaena).

A. Stam. 2-10-15 (nec plura). Flor. ☿. Cal. basi squamis bracteatus. Pist. 1-2, stylis term., stigm. capitato-cristat. plumos. v. penicillatis. Ovar. 1-ovul. Sem. pendulum. (Herbae, fol. impari-pinn., fl. spicat. v. capitat.)

1. *Stam.* 2-10. *Calyx saepius glochidato-spinulosus* v. tuberculatus, limbo 4-5-part. Achaen. 1-2, calyce inclusa. — (*America, a Mexico ad Chile, Australia, Africa austr.*) . . . . Acaena. Vahl.

2. — 4, *calycis lobis opposita, raro* 10-15. *Cal. inermis,* tubo 4-gono. Achaen. calyci adnatum. — (*Patria subdiffusa.*) . . . . Sanguisorba. L.

B. Stam. 20-30.

1. *Calyx 4-fid.*, basi 3- rarius 2-squamatus, apice coarctat., demum induratus. Pist. 2, stylis term. filiform., stigm. penicillat. Achaen. 2. Sem. invers. (Herbae v. suffr., interdum spinescent., fol. impari-pinn., flor. spicat. v. capitat. monoicis v. polygamis, raro ☿. — *Europa, Africa, Asia occ.*) . . . . Poterium L.

2. — *sinuato-5-lobus,* lobis decid., tubo elongato cylindraceo persist., fauce aperta. Pist. 1. Achaen. membranaceum stylo persist. plumoso caudatum. Stigma subclavat. Sem....? (Arb.; fol. simpl., serrat., fl. axill. umbellato-fasciculatis bracteatis ☿. — *Mexico.*) . . . . Cercocarpus. H.B.K.

3. — *urceolat., 3-fid.* Fl. dioici; ♂: Stam. circiter 30; ♀: Pist. 2, stigm. plumosis elongatis. Achaen. 2 v. 1. Sem. erect. (Frut., fol. 3-foliolat. incisis aut indivis., flor. axill. subsess. — *Cap. b. sp.*) . . . . Cliffortia. L.

B. Stipulae nullae. Folia omnia s. d. radicalia, alia ascidiiformia cava subovata operculo emarginato mobili orificium tegente (fere Nepenthis instar) praedita, alia plana integerrima. Scapus simplex, remote bracteatus, spica composita terminatus. Fl. parvi. Cal. 6-part., lobis 1-serialib. aestiv. valvatis. Stam. 12. Pist. 6, distincta, stylis terminal. Achaenia membranacea, calyce et staminib. persist. cincta, stylo brevi reflexo rostrata, post separationem a receptaculo communi intus aperta apice clausa, 1- raro 2-sp. Sem. erect., basi affix. Album. carnos. Embryo brevis. Subtribus ? II. CEPHALOTEAE.

Genus unicum. — (*Nova-Holland. austro-occid.*) . . . . Cephalotus. Labill.

Tribus ? VI. *NEURADEAE.*

A. Genuinae: Stam. 10. Germen calyci plus minus adnatum. Styli 5 v. 10. Caps. 5- v. 10-loc., loc. 1-sp.

1. *Calycis tubus brevissimus, germini arcte adnatus,* lobis ovatis, per anthesin subincumbentibus, demum excrescentib. imbricatis. Pet. 5, fauci inserta. Styli 10. Caps. 10-loc., calyce echinato cincta. Sem. ossea, embr. curvato. (Herba prostrata, basi lignosa, lanato-tomentosa, fol. sinuato-pinnatifid., fl. axill. breviter pedicellat. parvis. — *Africa bor., Arabia.*) . . . . . Neurada. B. Juss.

2. — *brevis, germini subadnatus,* lobis oblong. acuminat. incumbentib. Pet. 5, tubo inserta. Stam. filam. persist., demum indurato-spinescentia. Styli 5-10, breves, apice capitati. Caps. 5-10-loc. Sem. inversa. (Herbae suffrutesc., facie quodammodo Geraniorum v. Pulsatillarum, fol. pinnatisect. v. decompositis, fl. axill. pedunc. solitar. amplis. — *Cap. b. sp.*) . . . . . . Grielum. L.

B. Genus affine: Stam. circiter 20, uniserialia, petalis breviora, apice obtusa emarginata. Cal. 5-part., tubo brevissimo, lobis oblong. obtusis. Pet. 5, calyce majora, forsan ejus basi inserta. Germ. ovat., totum? liberum, 3-loc., 00-ovulat. Stylus filiform., acutus. Caps. ovata. (Herba, fol. 2-stipulat., palmatifid., pedunc. subterminal. solitar. 1-flor. oppositifoliis, flor. amplis. — *Mexico.*) . . . . ?Amoreuxia, fl. Mex.

Tribus VII. *ROSEAE.*

Genus unicum, summe naturale. . . . . Rosa. Tourn. DC.

{ 1. Folia impari-pinnata. Stipulae petiolo adnatae. — (*Patria, praecipue per hemisphaeram boreal., diffusa, excl.? Australia.*) . . . . *Rosa. Lindl.* }
{ 2. — simplicia, exstipulata. Aculei saepius compositi. (Flor. flavi. — *Persia.*) . . . . * *Lowea. Lindl.* }

ROSACEAE.

(Continuat.)

Tribus VIII. *POMACEAE.*

A. Legitimae: Petala 5, distincta.

† Carpella 2-1-sperma.

I. Germen 1-loculare, 1-stylum. Ovula 2, erecta. Fruct. . . . ? Cal. truncat., 5-denticulat. Pet. parva, erosa, erecta. Stam. 10-15, filam. filiform. (Frut., fol. simpl., subcrenat., stipul. axill. decid., racemis ax. — *Madeira.*) . . . . . Chamaemeles. LINDL.

II. Germen 2-00-loc.

A. Carpella ossea, indehiscentia.

I. Pomum apice clausum (i. e. carpellis calycis fauce constricta aut disco incrassato tectis).

1. *Cal. breviter 5-fid. Pet. plana, oblonga.* Styli exserti, stamina erecta aequantes, basi barbati, persist. Germ. 5-loc., loc. 1-ovul. Pomum lanatum. (Frut., fol. pinnat., foliol. integerr., fl. subcorymbos. — *Ins. Sandwic.*) Osteomeles. LINDL.
2. — *urceolat., limbo 5-fido. Pet. orbiculata.* Styli 5-2, glabri. Germ. 5-2-loc., loc. 2-ovulat. Pom. ovat., carnos., pyrenis 5-1, saepe abortu 1-sp. (Frut. v. arbusc., ramis saepe spinesc.; fol. simpl., saepissime lobat., fl. corymbos. — *Europa, Asia, America, Africa bor.*) . . . . . Crataegus. (L.) LINDL.

II. Pomum apice apertum (i. e. carpellis calycis fauce patente apice denudatis). Calycis fructiferi dentes erecti v. apice conniventes. — (*Europa, Asia.*)

1. *Pomum 3-5-pyrenum*, pyrenis basi tantum dorsoque calyci carnoso adnatis, inter se tela cellulosa sicca (nec carne succulenta) connexis. Germinis loc. 2-ovulati. Caet. Crataegi. (Frut. inerm.; fol. simpl., plerumque integerr., fl. corymbos., abortu polygam.) . . . . . Cotoneaster. MEDIK.
2. — 5-*pyren.*, pyrenis apice carne tenuissima sub-tectis, caeterum ubique carne succulenta circumdatis et a se invicem interstinctis. Caet. Crataegi. (Arb. spinesc., fol. serrulat., fl. subsolitar.) . . . . . Mespilus. (L.) LINDL.

B. Carpella membranacea, chartacea v. cartilaginea (nec ossea).

I. Germen 2-loc. Styli 2. (Arb. v frut., fol. simpl. sempervirent. coriac. crenat. v. serrat. raro integerr.)

1. *Cal. urceolat., 5-dentat., dent. persist.* Pet. reflexa. Germ. semiadhaerens, villos., loc. 2-ovulat. Styli glabri. Carp. cartilaginea, calyce carnoso inclusa. (Paniculae corymbosae terminal. — *Asia, Californ.*) . . . . . Photinia. LINDL.
2. — *infundibuliform., limbo 5-fido deciduo.* Pomum disco carnoso clausum, carpellis chartaceis. Sem. gibbosa, testa coriacea crassissima. (Racemi term., saepe bracteis squamosis persist. obsiti. — *China, Ind. or.*) . . . . . Raphiolepis. LINDL.

II. Germen pseudo-10-loc. (constans ex ovariis 5, singulis dissepimento spurio incompleto carnoso in 2 locellos 1-ovulatos divisis). Styli basi subconnati. Pom. 5-3-loc., carpell. cartilagineis. Cal. 5-fid. Pet. lanceolat. Stam. calyce subbreviora. (Arbusc., fol. simpl., serrat., decid., racemis bracteat. — *Europa, America bor.*) . . . . . Amelanchier. MEDIK.

III. Germen 5-3-loc. (raro abortu 3-1-loc.?, cfr. Pyrus, Sorbus). Pomum clausum.

1. *Carp. 1-sperma.* Cal. lanatus, obtuse 5-dentat. Pet. barbata. Stam. brevia. Styli inclusi pilosi. (Arb., fol. simpl., serrat., racemis compos. term. lanatis bracteat. — *Asia media, Peruvia.*) . . . . . Eriobotrya. LINDL.
2. — 2-*sperma.* Pet. glabra. Styli saepe basi connati. Caet. Crataegi. (Arb. v. frut., fol. simpl. integris v. lobat, aut pinnat., corymbis simpl. v. compos. — *Europa, Asia, America et Africa bor.*) . . . . . Pyrus. (TOURN.) LINDL.
   - a. Carpella cartilaginea v. chartacea. . . *Pyrus. L.*
   - b. — tenuissime membranacea. . . *Sorbus. L*

†† Carpella 8-14-sperma,

cartilaginea. Pomum clausum, carnosum, 5-loc. Sem. pulpa mucilaginosa involuta. Caet. Pyri. (Arb., fol. simpl., integerr. v. serrat., fl. solitar. v. umbellat. — *Europa austr., Asia.*) . . . . . Cydonia. TOURN.

- 1. Calycis lobi subfoliacei serrulati. Stam. 1-serialia. . . . *Cydonia. Ldl.*
- 2. — — breves, integerrimi, obtusi. Stam. 2-serial. . *Chaenomeles. Ldl.*

B. Genus affine (?): Pet. 5, coalita in corollam profunde 5-partitam. Cal. 5-fid., persist. Stam. 00, basi corollae inserta. Germ. inferum, 3-loc., loc. pluriovulat., ovul. pendulis. Styl. 1, stigm. obtuso 3-gono. Drupa baccata, nucleo 1-3-loc., loc. 1-sp. (duobus saepissime vacuis). Embr. albuminos., invers. (Arb., fol. simpl., serrat., exstipulat., racemis subsimpl., flor. 3-bracteat. — *Cochinchina, Java.*) . . . . . ? Dicalyx. LOUR.

LXXII. CALYCANTHEAE.

(Ordo Rosaceis proximus, discrepans praecipue foliis oppositis exstipulatis, florib. apetalis (?), calyce colorato multipartito, laciniis pluriserialib. imbricatis, antheris posticis, cotyledonib. spiraliter convolutis.) — *Calycanthus. L.*

1. *Calycis lobi consimiles*, omnes subcoriacei colorati lanceolati. Stam. inaequalia, decidua, exteriora 12 fertilia. Styli compressi. Achaenia 00. (Fol. coaetanea, fl. in ramulis terminales, atro-rubri. — *America bor.*) . . . . . Calycanthus. (L.) LINDL.
2. — *lobi dissimiles*, ovales, obtusi, exteriores bracteiformes subscariosi, interiores majores petaloidei (an petala vera?). Stam. subaequalia, persist., exteriora 5 fertilia demum basibus connatis faucem claudentia. Styli filiform. Achaenia pauca. (Fol. serotina, fl. praecoces, ad veteres axillas solitarii, flavi intus purpurei. — *Japonia.*) . . . . . Chimonanthus. LINDL.

LXXIII. MYRTINEAE.

Conspectus subordinum et tribuum.

A. Fructus dissepimento transversali in cavitates 2 superposita divisus, superiore 5-9-loc., inferiore 3-loculari, loc. 00-sp. Sem. pulpa succosa inclusa, in loculis inferioribus fundo, in superiorib. parietibus affixa, exalbum. Embr. rectus, cotyled. spiraliter convolutis. (Caet. v. in pag. seq.) . . . . . ***Subordo I.*** GRANATEAE.

B. Fructus absque dissepimento transversali. Germ. 1- v. saepius 00-loc, loculis simpliciter verticillatis, nec superposito 2-serialibus.

I. Semina exalbuminosa. Fruct. calyci adnatus. Styli in unum perfecte connati, stigmate indiviso. . . . ***Subordo II.*** MYRTACEAE.

A. Androeceum regulare symmetricum (i. e. stamina in verticillos 1-00 regulares disposita, libera aut polyadelpha, rarius monadelpha).

I. Stam. libera aut polyadelpha (rarissime monadelpha, cfr. Crossostylis, Lamarchea).

A. Germ. 1-loc.; ovulis 1-00, erectis, centro affixis. Flor. completi. Pet. semper libera. Stam. definita, 1-serialia, libera v. subpolyadelpha, nonnulla saepe sterilia. (Frut. Ericearum v. Diosmarum facie; fol. opposita, raro sparsa, plerumque punctata, interdum stipulata; flor. parvi.) . . . . . **Tribus I.** *CHAMAELAUCIEAE.*

B. Germ. 2-00-loculare.

a. Fructus siccus, plurilocular., plerumque valvis dehiscens. Sem. exarillata. Pet. 4-6, libera, rarius in calyptram connata, aut nulla. Stam. 00, saepissime indefinita, polyadelpha v. libera, (raro monadelpha, cfr. Lamarchea). (Frut. v. arb; fol. exstip., oppos. v. altern., saepissime pellucido-punct., integerrima (rarissime serrulata, cfr. Baeckea). . . . . **Tribus II.** *LEPTOSPERMEAE.*

b. — carnosus, indehisc., loculis abortu saepe 1-spermis. Germ. 2-00-loc., loc. pluriovulatis. Styl. 1, plerumque filiform., stigm. indiviso (rarissime diviso, cfr. Petalotoma, Foetidia). Stam. 00, libera. Pet. distincta, rarius in calyptram connata, raro 0. — (Arb. v. frut.; fol. oppos., rarissime alterna (cfr. Coupoui, Catinga, Foetidia) saepissime pellucido-punct., semper integerrima exstipulata). . . . . **Tribus III.** *MYRTEAE.*

II. Stam. basi monadelpha (rarius libera, cfr. Barringtonia, Glaphyria) pluriserialia. (Fol. alterna, rarius oppos. v. verticillata, impunctata, saepe crenata v. serrata, interdum stipulata.) . . . . **Tribus ? IV.** *BARRINGTONIEAE.*

B. Androeceum irregulare (i. e. stam. 00, pluriserialia, basi monadelpha et saepe petalis aduata; filam. coalita in annulum hinc brevem illinc productum in ligulam petaloideam crassam cucullatam antheriferam v. sterilem). Calycis limbus 2-4-6-fid., aestiv. valvat. v. imbricat. Pet. 4-6, imbricata, ima basi saepe connata. Stigma simplex. Fruct. siccus v. carnos., 00-loc., indehisc. aut circumscisso-operculatus. (Arb., fol. altern., impunct., stipulis 0 aut caducis, racemis ax. et terminal., saepe paniculat. — *Amer. trop.*) **Tribus ? V.** *LECYTHIDEAE.*

II. Sem. albuminosa. Embryo inversus, albumine carnoso inclusus, compressus, rectus, radic. longa. Caps. 00-loc., loc. 00-sp. Styli distincti, rarius coaliti, sed stigmata plerumque distincta. Cal. 4-10-fid. Corollae aestiv. convoluto-imbricata. (Frut., fol. oppos., exstip., impunct., decid., saepe serrat., pedunc. 3-fido-cymosis.) . . ***Subordo III.*** PHILADELPHEAE.

MYRTINEAE.

Subordo I. GRANATEAE.

Unicum genus: Calyx turbinatus, fructifer subglobosus, ultra germen productus in collum constrictum cylindraceum 5-7-fidum, lobis valvatis. Pet. 5-7. Stam. 00, libera, antheris introrsis incumbentib. Styl. 1, filiform., stigm. capitato. Germ. conflatum ex ovariis 00 biseriatis, 3 inferiorib. et 5-9 superiorib., omnibus inter se et cum disco calyci adnato concretis. (Arbusc. v. frut. ramis spinescent.; fol. oppos., rarius verticillata v. sparsa, integerr., impunct., exstip.; fl. in ramulis subterminales, subaggregati, regulares, ♀. — *Africa bor.*, *Ins. Canar.*, *America trop.*, — nunc in Eur. austr. subspontan.) . . . . Punica. Tourn.

Subordo II. MYRTACEAE. Tribus I. *CHAMAELAUCIEAE.*

A. Calycis limbus 10-partitus, lobis subrotundis. Pet. 5. Stam. 20, omnia fertilia; filam. libera, alia simplicia, alia apice 2-fida et antherarum loculos disjunctos gerentia. Germ. 5-7-ovulat. Stigma obtusum. (Frut., flor. axill. et subterm., singuli ante evolutionem inclusi involucro undique clauso demum circumscisso-calyptraeformi basi campanulato. — *Nov. Holland.*) . . Pileanthus. Labill.

B. Calycis limbus 5-fidus. (Frut., fol. saepissime acerosis v. linear. plus minus 3-4-quetris. — *Nov. Holland.*)

I. Petala 5.

A. Calycis lobi palmato-5-7-partiti. Stam. 20, alterna sterilia ligulaeformia. Styl. exsertus, stigm. barbato-plumoso. Ovar. 5-6-ovulat. Fruct. 1-sp. Sem. globos. (Facies Pileanthi, fl. ax. in corymbos term. dispositi, ante expansionem bracteis 2 saepe concretis involucrati.) . . . . Verticordia. DC.

B. Calycis lobi indivisi.

† **Calycis lobi obtusi, mutici.**

a. Stam. 00, *plerumque* 20. *Ovula* (semper?) *plura, centro loculi affixa, erecta.*

1. *Stam.* 20, *quorum* 10 *sterilia liguliformia*, 10 *fertilia inter se alterna minora.* Flos ante expansion. bracteis 2 concavis mucrone dorsali terminatis basi transverse secedentib. cinctus. Calycis lobi petaloidei. Styl. inclusus, stigm. capitato. Ovar. 5-9-ovulat., placenta central. erecta. (Facies Pileanthi. Flor. ax) Chamaelaucium. (Desf.) DC.

2. — 20, *brevia, quorum plura saepe sterilia filiformia* (nec liguliform.). Flos bracteis 2 distinctis cinctus. Calycis lobi brevissimi. Pet. persist., subscariosa. Styl. exsert., stigm. barbato-plumoso. Ovar. basi 5-6-ovulat. (Facies Pileanthi. Flor. sessil., capitat.) . . . . Genetyllis. DC.

3. — 00, *omnia fertilia, inaequalia.* Flos bracteis 2 inaequalib. paleaceis persist. basi hinc connatis carinatis stipatus. Cal. tub. oblong., limbi lobis scariosis brevibus. Pet. decidua. Styl. imberbis, stamina superans, stigm. punctiformi. Caps. 5-costata, 1-sp. (Facies fere Genetyllidis; fol. 4-gona, fl ax. solitar. sessil.) . . . . * Lhotskya. Schauer.

b. Stam. 10, *alterna (quae petalis opposita) breviora, filam. filiform. brevib.* Cal. 2-bract., tubo hemisphaerico, limbi lobis imbricatis intus villosis tubo duplo longiorib. Pet. exigua, subsquamiform., cum staminib. calycis basi inserta. *Ovar. compress., sublanceolat., hinc sulcat., 1-2?-ovulat., ovulo lateri sulcato affixo peritropo.* Styl. brevis subulat., stigm. simpl. Fr. . . . . ? (Fol. sparsa, plana, obovata, impunct., 2-stipul.; flor. ad ramor. extremit. congestis.) ? * Bartlingia. Brongn. (non Rchb.)

†† **Calycis lobi processu capillari longo terminati.** Ovar. basi calyci adhaerens. Styl. filiform., exsert. Fruct. capsularis, exsuccus. (Fol. acerosa, flor. axill.)

1. *Calycis tubus cylindraceus, gracilis*, limbo persist. Pet. decidua. Stam. 10-30, libera. Ovar. 2-ovulat. Fr. indehisc., 1-sp. (Fol. sparsa, stipulis 2 setaceis minimis, fl. solitar., subsessil., bracteis Lhotskyae instar stipatis.) . . . . Calycothrix. Nob.

2. — *ovatus turgid.*, 5-costatus. Pet. membranacea, suborbicularia. Stam. 20, sepalis singulatim, petalis ternatim anteposita et horum lateralia plerumque sterilia, omnium filamenta brevissima complanata. Styl. persist., apice barbatus. Caps. (ut ovar.) 5-costata. (Flor. ad ramor. extremit. saepissime fasciculati, singuli bracteis cucullatis a basi demum calyptrae instar secedentib. stipati.) . . . . *Homoranthus. A. Cunningh.

II. **Petala nulla.** Calycis tubus superne liber decid., fauce dilatata, lobis subrotundo-cordatis concavis imbricatis. Stam. 10-15, plerumque ternatim approximata, filam. brevissimis planis. Ovar. 1-ovulat., ovulo erecto. Styl. apice barbat., stigm. punctiform. Sem. 5-gonum, scrobiculatum. (Fol. sparsa, exstip., punctata, flor. fascic. term., bract. scariosis.) . . . . *Darwinia. Rudge.

C. Calycis limbus 4-fidus. Pet. 4.

a. Stam. 8, *per paria approximata, omnia fertil., filam. subulatis.* Calycis tubus alato-4-gonus, fauce constricta, lobis linearib. Pet. persist., ovata, conniventia. Styl. exsert., glaber, stigm. punctiformi. Fr. . . . ? (Frut., fol. imbricat., angustis; fl. capitato-aggregati bracteati; pedicelli extimi (ex axillis bractearum latiorum prodeuntes) bracteolis 3-00 terminati steriles. — *N.-Holland.*) . . . . . *Actinodium. Schauer.

b. Stam. numerosa. Ovar. pluriovulatum.

1. *Stam. circiter* 20, *basi in annulum connexa, interjectis totidem pilis sterilibus minimis.* Cal. 4-gonus, ultra medium 4-fidus et liber. Pet. unguiculata. Styl. filiform., stigm. 4-lobo, lobis apice fimbriato-3-fidis. Bacca semisupera, hemisphaer., vertice radiato-striata, 00-sp. Sem. placentae centrali affixa. — (*Ins. Societat.*) ? Crossostylis. Forst. †

2. — 00, *libera?* Ovar. 1-loc., 00-ovulat., placentis 2 parietalib., stylo erecto. Bacca abortu oligosperma, subglobosa, calyce coronata. (Arbusc., fol. oppos. et altern. 3-nerviis, stipulis linearib. parvis, pedunc. axill. 1-fl. — *Sumatra.*) . . . . ? * Rhodamnia. Jack. †

Tribus II. *LEPTOSPERMEAE.*

A. Stamina polyadelpha, rarissime monadelpha. . . . . Subtribus I. MELALEUCEAE.

I. **Stamina monadelpha,** connata in tubum corolla longiorem subarcuatum semi-5-fidum, laciniis polyandris. Cal. hemisphaeric., tubo demum incrassato coriaceo-lignoso, limbo 5-fido deciduo. Pet. 5, calycis limbo inserta, campanulato-conniventia, apice ciliato-fimbriata. Germ. liberum (?) subglobos., stylo 1, stigm. subcapitellato. Caps. globosa, calycis tubo inclusa, chartacea, 3-loc., septicido-3-valv., 00-sp. Sem. suberecta, 3-gona. (Arb. inerm.; fol. spars. angustis 3-nerv., fl. ax. solitar. sessil. — *Nov. Holland.*) . . . . * Lamarchea. Gaudich.

II. **Stamina 5- rarius 4-adelpha.**

A. Petala distincta. Caps. 3-locularis.

I. Staminum phalanges (5) petalis alternae iisque breviores. Cal. tub. hemisphaer., limbi lobis 5 semiorbiculatis. Styl. brevis, stigm. capitato. Caps. semisupera, 3-valv., 00-sp. (Frut., fol. oppos., juniora in axillis subfasciculata, linear., fl. axill. solitar. pedicellat. — *Ins. van Diemen.*) . . . . Astartea. DC.

II. Staminum phalanges petalis oppositae.

† **Capsulae loculi 00-spermi.**

a. Calycis tubus turbinatus, limbo 5-fido. Pet. 5, patentia. Antherae incumbentes. Styl. rectus. Semina aptera. (Frut., fol. altern. rarius oppos., flor. pedunculat. subcorymbos. — *Nov. Holl. et Nov. Cambr. austral.* — *Tristania. R. Br., DC.*)

1. *Calycis lobi reflexi, basi appendiculati, decidui.* Stam. phalanges cristaeformes, longe unguiculatae, 2-fidae, polyandrae, patentes. Germ. inclusum. Stylus staminibus brevior, stigm. capitato. (Flor. albi.) . . . . * Lophostemon. Schott.

2. — *lobi erecti, persist.* Petalorum ungues erecti, laminae patentes. Stam. phalanges subsessiles, 3-5-andrae, erectae. Germ. semiexsertum. Styl. stamina aequans, stigm. obsoleto obtuso. (Flor. flavi.) . . . . Tristania. (R. Br.) Schott.

b. Calycis tubus hemisphaer. v. subhemisphaericus, demum incrassatus et capsulam corticans. Styl. filiformis.

1. *Calycis limbus 5-partitus.* Pet. 5. Stam. phalanges elongatae, 00-andrae, anth. incumbent. Caps. calyce ramo adnato inclusa. Sem. angulata. (Arb. v. frut., fol. altern. v. oppos. saepe planis, fl. sessil. spicat. v. capitat. — *N.-Holl.*, *ins. vicinae*, *Ind. or.*) . . . . Melaleuca. L.

2. — *limbus 4-5-dentatus.* Pet. 4-5. Stam. phalang. interdum ex parte steriles aut cum vicina connatae, anth. basi affixis. (Frut., fol. spars. filiform. v. acerosis, fl. axill. sessil. solitar. — *N.-Holl.*) Calothamnus. Labill.

†† **Caps.** (Calothamni) **loculis 1-spermis.** Cal. tubus turbinatus, limbi lobis 5 acutis. Pet. 5. Antherae basi affixae, apice 2-fidae, lobis deciduis. Styl. filiform. (Frut, fol. sessil. oppos. v. sparsis. — *N.-Holland.*) . . . . Beaufortia. R. Br.

B. Petala arcte connata in operculum hemisphaericum 4-striatum deciduum. Cal. turbinat., limbo 4-dentato. Stam. phalanges 4 calycis dentib. alternae (petalis oppositae) 00-andrae. Caps. 4-loc., 4-valv., apice dehisc. (Frut. facie Eucalypti, ramulis 4-gonis, fol. suboppositis coriac. glaucis, umbellis axill. pedunculat. — *N.-Holland.*) . . . . Eudesmia. R. Br.

MYRTINEAE.

Subordo II. MYRTACEAE. Tribus II. *LEPTOSPERMEAE.*

(Continuat.)

Subtribus II. EULEPTOSPERMEAE.

B. Stamina libera.

I. Calycis limbus indivisus clausus, operculum constituens cupuliforme a tubo persistente obovato v. globoso circumscisso-solubile et deciduum, interdum duplex, interiore corollino. Pet. 0. Stam. 00. Caps. 4- v. abortu 3-loc., apice dehisc., 00-sp. (Arb. fol. altern., rarius oppos., coriac., opacis, umbell. axill. pedunculat. 3-00-fl. — *Nov. Holl., ins. vicinae, Timor.*) . . . . . . Eucalyptus. L'Her.

II. Calycis limbus more solito in lacinias (5-6) diviso. Petala libera.

A. Capsulae loculi 1- v. oligospermi. Calycis limbus 5-fid., lobis valvatis. Pet. 5, sessilia v. subsess. Stam. 00. Stigma capitatum.

1. *Semina aptera*, interdum anguste cristata, praeter unicum saepe abortiva. Cal. turbinat., 5-10-costatus, limbi lobis persist. Styl. filiformis. Caps. corticata, truncato-obovata, 3-loc., 3-valv. (Frut., fol. oppos. v. in ramulis alterna, impunct., fl. corymbos. — *Nov.-Holl.*) . . . . . Angophora. Cav.
2. — *ala terminata*, pauca. Cal. campanulat., limbi lobis deciduis. Styl. brevis. Caps. calycis basi cincta, semiinfera, 00-loc., loculis superne dehisc. (Frut., fol. alt., glaucesc., punctata; fl. axill., solitar.; alabastra bracteis scariosis deciduis tecta. — *N.-Holl., N.-Cambr. austr.*) . . . . Fabricia. Gaertn.

B. Capsulae loculi polyspermi. Stylus filiformis.

a. Flores perfecte sessiles. Calycis limbus 5-fidus. Pet. 5. Stam. 00. (Frut., fol. altern.)

1. *Calycis tubus campanulat.*, vix 5-gonus, limbo persist., lobis acutis petala decidua subsessilia superantibus. Stam. 26-30, decid., 2-serial., longe exserta, anth. incumbent. Stigma truncatum. Germ. 5-loc., 00-ovulat., vertice radiatim 5-striato. Ovula peritropa. Caps. calyce incrassato tecta, apice dehisc. (Foliorum lamina horizontalis; infloresc. Melaleucae et Callistemonis. — *N.-Holl.*) . *Pentagonaster. Klotzsch.
2. — *hemisphaericus*, limbi lobis obtusis. Stam. 00, filam. elongat., anth. incumb. Stigma capitat. Caps. calycis tubo incrassato et basi ramo adnato v. subimmerso inclusa, 3- raro 4- v. 2-loc. (Folior. lamina verticalis; inflor. Melaleucae. — *N.-Zeeland., N.-Holl. et ins. vicinae.*) . . . . Callistemon. R. Br.
3. — *subturbinatus*, lobis valvatis. Stam. 10-30, petalis breviora. Stigm. capitat. Caps. 3-loc. (Flor. in capitula globosa dense congesti. — *N.-Holl. et ins. ad oram. austr.*) . . . . *Billotia. R.Br. (non Colla.)

b. Flores manifeste (etiamsi saepe brevissime) **pedicellati**, (cfr. Baeckea.)

α. *Calycis limbo 6-fidus*, tubus teres, nec angulatus. Pet. 6. Stam. 20-30. Caps. calyci adnato tecta, 3- rarius 2-loc. Sem. aptera. (Frut. v. arb.; fol. punctata, alt. v. oppos., inflor. varia ax. v. term. pluriflor. — *N.-Holl., Oceania, Molucc., Java, Africa austr.*) . . . . Metrosideros. (Gaertn.) R. Br.
{1. Stamina longe exserta. Stigma simplex. . . . . *Metrosideros. Rchb.*
{2. — petalis parum longiora. Stigm. capitatum. **Kunzea. Rchb.*

β. *Calycis limbus 5-fidus*, tubus plus minus turbinatus. Pet. 5, staminibus longiora. Stigm. capitat. (Frut., fol. punctatis.)

1. *Stam.* 20-30. Calycis lobi triangulares, valvati. Caps. 4-5- raro 3-loc. (Fol. alterna, integerr., flor. axillar. solitar. — *N.-Zeeland., N.-Holl., ins. Diemen, — Amboina?*) . . . . Leptospermum. Forst.
2. — 5-10. Calycis limbus persist. Caps. calyce inclusa, 2-5-loc. (Fol. oppos., saepe pulchre decussata 4-sticha imbricata, interdum glanduloso-crenulata; flor. axillar. sessil. aut pedunculati, saepe umbellati. — *N.-Holl., ins. vicinae, China.*) . . . . Baeckea. L.

Tribus III. *MYRTEAE.*

A. Stamina 4, petalis alterna, rarissime 5-6, quorum 2 petalis opposita, longissima. Cal. oblongo-cylindraceus, limbo 4-fido persist. Pet. 4, imbricata. Germ. basi calyci adnatum, 2-loc., loc. pluriovulat. Styl. filiform., stigm. simpl. v. subcapitato. Bacca 2-loc., oligosperma. Sem. cochleata, subossea. (Arb. v. frut., fol. obsolete-punctat., fl. cymosis. — *Brasil.*) *Myrrhinium. Schott.

B. Stamina indefinita (saltem denis plura, plerumque numerosissima).

I. Calycis limbus ante anthesin indivisus (lobis in alabastro nullis conspicuis, aut brevissimis, cfr. Psidium). Stylus filiform., stigm. simpl. v. capitatum. (Fol. oppos.)

a. Calycis limbus per anthesin in lobos 4-5 ab apice fissus. Stam. pluriserialia, in alabastro introflexa, anth. dorso affixis. Discus basin limbi calycini et germinis apicem vestiens carnosus. Bacca calyce corticata ejusque lobis coronata.

1. *Calycis lobi 4, saepius inaequales et irregulares.* Pet. 4 v. saepius 0. Germ. tubo cal. adhaerens, 2- raro 3-loc., loc. 2-ovulat. Ovula angulo interno loculor. affixa adscendentia. Sem. . . . ? (Fol. pellucido-punct., fl. cymoso-paniculat. ax. et term. — *Brasil.*) . . . . *Marlierea. Camb.
2. — *lobi 5, rarius 4, interdum jam in alabastro discernendi*, sed tunc brevissimi dentiformes. Pet. 5 v. 4. Germ. 4-00-loc.; placentae parietales axin attingentes ibique 2-partibiles, lobis reflexis intus 00-ovuliferis. Sem. reniformia. (Fol. saepius impunctata, pedunc. ax. 1-3-fl. — *America et Asia trop., — alibi cult.*) . . . . Psidium. L.

b. Calycis obovati limbus integerrimus, nunquam verticaliter fissus, sed demum basi circumscissus, parte superiore operculiformi a tubo germini adnato solubili et demum decidua. Pet. 5, v. saepe abortu 3-2 minima v. 0. Germ. 2-3-loc., loc. in angulo centrali 2-00-ovulatis. Bacca abortu 1-loc., 1-4-sp. (Flor. ax. v. term., saepissime paniculati. — *America trop.*) . . . . Calyptranthes. Sw.

II. Calycis limbus divisus in lobos v. dentes in alabastro jam discernendos, rarius truncatus integer. Styl. 1.

A. Petala ubique connata in operculum v. calyptram basi demum circumscissam et deciduam. Germen 2-loc., loc. pluriovulat. Styl. brevis, stigma simplex. (Fol. oppos.)

1. *Calycis tubus obovat.*, limbo truncato v. repando-4-5-lobato. Bacca 1-loc., oligo- v. 1-sp. Sem. globosa. (Fol. saepissime pell.-punct., corymbis v. cymis pedunculat. saepe paniculat. ax. et term. *Asia et Africa trop.*) . . . . Syzygium. Gaertn.
2. — *tubus cylindraceus*, pluries longior quam latus, limbo 4-fido. Stam. libera, in phalanges 4 calycis dentib. oppositis disci carnosi margine interstinctas approximata. Bacca elliptica, 1-2-loc., loc. 1-2-sp. Sem. semiovata, cotyled. crassis intus sinuosis. (Fol. pell.-punct., cymis subcorymbosis. — *Ins. Molucc., Java, Nov. Caledon.*) . . . . Caryophyllus. Tourn.

B. Petala libera.

I. Calycis limbus truncat., ante anthesin subinvolutus. Pet. 5, parva, nonnulla saepe abortiva. Styl. brevis, stigm. simpl. Bacca globosa, mollis, abortu? 1-sp. Sem. subrotund., crassum; cotyled. conferruminat. (Facies Eugeniae v. Myrciae, fol. oppos., cymis paniculat. — *Nov.-Holl., Molucc.*) . . . . Acmena. DC.

II. Calycis limbus manifeste lobatus v. dentatus. Styl. filiformis.

A. Calycis tubus campanulatus, limbi lobis acutis. Antherae subrotundae. (Fol. oppos.)

1. *Calycis limbus 4-6-fid.*, valvatus, tubo ima basi germini adnato. Pet. 4-6 aut 0. Stam. 00. Stigma magnum, peltat. Bacca basi calyce cincta, semisupera, subglobosa, 10-15-loc., pericarpio membranaceo, septis tenuibus. Sem. 00, in pulpa carnosa nidulantia, curvata; cotyled. foliac. brevib. inaequalib. convolutis. (Fol. 1-nervia, subavenia, impunct., fl. term. subsolitar. magnis. — *Ind. or., Molucc., N.-Guinea.*) . . . Sonneratia. L. fil.
2. — *limbus 8-fidus.* Pet. 6-8, ungue filiformi, lamina subrotunda incisa. Discus carnos., crenatus. Stam. 16, disco? inserta. Stigma 4-5-fid., lobis ovatis sulcatis patentibus. Bacca subrotunda, coronata, 1-sp. (Racemi breves subterm. — *Cochinchina.*) . . . . ? Petalotoma. DC. †

B. Calycis tubus obovatus, limbus 4-5-dentat. Pet. 4-5. Stam. 00, annulo angusto ad basin limbi calycini inserta. Stigma capitat. Germ. 4-10-loc., ovulis angulo centrali affixis. Bacca calyce coronata, 00- v. oligosperma. Sem. ossea, embr. subrecto, cotyled. radicula recta multo breviorib. (Facies Eugeniae, fol. oppos. impunct. — *Ind. or., Molucc., Sechell., Nov. Caledon., Ins. Societ.*) . . . . Nelitris. Gaertn.

C. Calycis tubus globosus v. turbinat., rarius ovatus v. elliptic.

a. Calycis limbus 5-partitus (rarissime 4-part., v. Myrtus). Pet. 5, raro 4.

† Bacca 7-10-loc., globosa, 00-sp. Sem. nidulantia, unica serie circulariter disposita, placentae magnae carnosae affixa, subreniform. Cal. subglobos., lobis ovatis. Stam. annulo angusto ad faucem inserta. Stigma peltato-capitat. (Fol. oppos., pell.-punct., pedunc lateral. 1-pluriflor. — *Amer. trop.*) Campomanesia. R. et Pav.

†† Bacca 1-3- raro 4-locularis.

1. *Bacca ovali-oblonga*, magna, calycis lobis patulis coronata, 1-loc., 1-sp. Sem. magnum. Caet. ignota. (Fol. opposita? — *Guiana.*) . . . . ? Coupoui. Aubl. †
2. — *subglobosa, calycis limbo coronata, 2-3-loc., loc. 00- raro 1-sp.* Sem. reniform., testa ossea; cotyled. semicylindr. radicula duplo breviores. Cal. subglobos, limbo 5- raro 4-fido. Pet. 5-4. Germ. 2-3- raro 4-loc., loc. 2-ovulat. Placentae, stam. et discus Psidii. (Fol. oppos. pell.-punct., pedunc. ax. 1-fl. — *America et Europa austr., Africa bor., Asia trop., N.-Holl.?*) . . . . Myrtus, L., DC.
3. — *subglobosa, saepissime abortu 1-loc., 1-2-sp.* Sem. subglobos., testa membranacea v. coriacea; cotyled. foliac., crassae, corrugato-contortuplicatae. Germ. 2-3-loc., loc. 2-ovulat., ovulis angulo interno loculi affixis. Cal. raro ovat., limbo 5-fido. Caet. Myrti. (Fol. interdum opaca, pedunc. ax. et term. 00-flor. — *America trop.*) . . . . Myrcia. DC.

b. (v. pag. seq.)

MYRTACEAE.

Tribus III. *MYRTEAE.*

(Continuat.)

B. II. *B. II. C.*

b. Calycis limbus 4-partitus (raro 5-6-fidus) lobis persist. Pet. 4, raro 5 v. 6, v. 0.

† **Flores completi. Stigma indivisum.**

1. *Calycis tubus subglobos.*, limbo ad germen usque 4- rarissime 5-partito. Pet. 4 v. 5. Germ. 2-3-loc. pluriovulat., placentis ex angulo interno saepe ad parietem dorsalem fere usque porrectis ibique divaricato-2-partitis. Bacca subglobosa, 1- raro 2-loc., 1-2-sperm. Sem. magna; cotyled. plus minus invicem connatis, radicula exigua. (Fol. et inflor. nunc Myrti nunc Myrciae. — *Patria extra Europ., praecipue intra trop., diffusa.*) . . . . Eugenia. (L.) Mich.

2. — *tub. turbinat.*, basi attenuat., fauce ultra germen producta dilatata obovata, limbo 4-6-fido, lobis subrotundis. Pet. 4. Stam. 00, longa. Stigma subacutum. Germ. 2- (interdum 00?-) loc., loc. 00-ovulat. Bacca grumoso-carnosa, 1-2-sp. Sem. angulata, embr. fere Eugeniae. (Fol. pell.-punct., cymae paucifl. simpl. ax. et term. — *Africa, Asia, America trop., Australia.*) . Jambosa. Rumph.

3. — *tub. turbinato-subglobosus*, limbo ad basin usque 4-part. Pet. 4. Stam. 00, annulo lato inserta. Germ. . . . ? Bacca turbinato-subglobosa 00-sp. Sem. . . . . ? (Facies Myrti, fl. ax. saepius solitar. pedunculat., rarius aggregati subsessil. — *Ins. Mascarenh. et Societat.*) . . . . Jossinia. Comm.

4.? — *tub. ovatus*, limbi dentes 4 breves acuti. Drupa? v. bacca magna globosa v. ellipt., 1-loc., 1-sp., cortice glanduloso-punctato carnoso. Caet. ignot. (Fol. oppos. v. subinde subalterna?, pell.-punct. — *Guiana.*) . . . . ? Catinga. Aubl. †

†† **Flores apetali.** Calycis tub. hemisphaerico-4-gonus, limbo 4-part., lobis valvatis demum reflexis. Stam. pluriserialia. Styl. filiform., stigm. 4-fido. Bacca exsucca, indehisc., dura, superne plana, inferne obtuse 4-gona, 4-loc., loc. 1-2-sp. Sem. . . . . ? (Fol. alterna, integerr., impunct., exstip., pedunc. ax. 1-fl. — *Ins. Mascarenh.*) . . . . ? Foetidia. Comm. †

Tribus ? IV. *BARRINGTONIEAE.*

A. Stylus filiformis, basi tubulo (e germinis apice orto?) **vaginulatus.** Stigma simplex. Germinis loculi 2-6-ovulati. Calycis tubus ovatus, limbus persist. Pet. 4, magna, coriacea, annulo staminum basi adnata. Stam. 00, omnia antherifera. Fruct. carnosus, plus minus 4-angulat., 1-loc., 1-sp. Embr. pseudomonocotyledoneus. (Arb., fol. ad ramorum extremit. conferta, oppos. v. verticillata, integra v. crenata v. serrata; fl. racem. — *Ind. or., Molucc., Oceania.*) Barringtonia. Forst. W. et A.

{1. *Calycis limbus 2- rarius 3-part.*, lobis ovatis. Styli vaginula apice dentata. Germ. 4-loc. Fruct. basi ventricosus apice pyramidat. . . . . *Barringtonia. Forst.*
{2. — *limbus 4-partitus.* Germ. 2-loculare. Fruct. oblongo-4-gonus. . . . . *Stravadium. Juss.* }

B. Stylus nudus (non vaginulatus).

1. *Stylus filiformis, stigm. capitato obsolete 4-lobo v. 4-dentato.* Germ. 4-loc., disco in annulum elevato coronatum, 00-ovulat. Bacca calyce corticata. Sem. 00, in pulpa nidulantia; embr. pseudomonocot. Calyx globos., limbo 4-part. persist. Pet. 4, inter calycis limbum et disci annulum inserta, patentia. Stam. 00, basi in annulum crassum carnosum coalita, 3-serialia, cum petalis inserta, serie media antherifera, reliquis castratis. (Arb. v. hb., fol. altern. serrat.; fl. sessil. breviter spicat. v. capitat., aut pedicellat. subcorymbos. — *Ind. or.*) . . . . Careya. Roxb.

2. — *brevis, stigm. obtuso* (ex ic. Aubl. denticulato?). Germ. 4-6-loc., loc. 00-ovul. Caps. coriac., indehisc., ovata v. subglobosa, calycis vestigio umbilicata, loc. oligosperm. Sem. ovata, funiculo longo plicato receptaculo centrali affixa, pendula, testa coriacea; cotyled. distinctae, magnae, planoconvexae. Cal. turbinat., limbo integro v. 4-6-8-lobo decid.? Pet. 4-6-8. Staminum annulus regularis petalorum unguibus subadnatus; filamentorum apices super stylum inflexi. (Arb., fol. alt. serrat. v. integerr., racemis term. paucifl. bracteat. — *America trop., Java.*) . . . . Gustavia. L.

3. — ? *Stigm. . . . ? Bacca 5-loc., 00-sp.* Sem. in quoque loc. biseriatim axi affixa; embryo . . . . ? Cal. 5-lobus. Pet. 5. Stam. 00, libera? (Arbusc.; fol. altern., minutis, stipulat., pedunc. ax. paucifl. — *Ins. freti Malaccens.*) . . . . Glaphyria. Jack. †

C. Stylus 0. Stigma sessile cruciatum. Drupa ovata, 8-sulcata, nucleo oblongo. Calycis tub. germini adhaerens, limbo 4-fido obtuso persist. Pet. 4, coriacea. Stam. 00, basi subconnata, disco quadrato seriebus 5 inserta; filam. incurva, interiora brevissima; anth. reniform., exiguae. (Arb., fol. altern., fl. sessil.?, v. pedunc. brev. 00-fl.? — *Antill.*) ? Grias. L.

Tribus ? V. *LECYTHIDEAE.*

I. Calycis limbus 2-partitus, deciduus. Pet. et Stam. Lecythidis. Stylus incurvus, ad latus ligulae oppositum deflexus, stigm. capitato. Germ. 4-5-loc., loc. 4-ovulat., ovulis geminatim superpositis. Caps. magna, subrotunda, lignosa, intus carnosa, operculo parvo papilloso immerso clausa. Sem. 16-20, ossea, 3-angularia, rugosa, columnae centralis basi affixa erecta. Embr. carnosus, pseudomonocotyledoneus. (Fol. integerrima.) Bertholletia. H. B. K.

II. Calycis limbus 4-6-fidus, persistens.

a. Calycis lobi replicati, tubo applicati eique plus minus adnati. Caet. Lecythidis. (Fol. integerr., paniculae terminal.?) . . . . Eschweilera. Mart.

b. — *lobi liberi*, saepe inaequales, tubus turbinatus. Pet. 6, inaequal., inter se et cum staminum urceolo basi coalita.

1. *Ligula staminea basi antherifera*, intus apiceque filamentis sterilibus papillaeformib. obsita, arcuato-inflexa et pistillo incumbens. Stam. fertilia 00-serialia urceolum brevissimum formantia. Germ. 2-6-loc, loc. 00-ovulat. Styl. brevis. Caps. coriac. v. lignosa, demum circumscissa, loc. oligo-1-sp. Placentatio et embryo Bertholletiae. Sem. ovata v. oblonga, membrana carnosa tecta. (Fol. integerr. v. serrata) . . . . Lecythis. Loefl.

2. — *staminea et apice et basi antherifera.* Germ. turbinat., 6-loc. Styl. 0, stigm. stellato-6-gonum. Caps. globosa, crustacea, calyce cincta, operculo non solubili; mesocarpium carnosum demum evanescens, epicarp. deinde ab endocarpio solubili. Sem. 00, in pulpa nidulantia, membrana villosa coriacea tecta. Cotyled. distinctae, foliaceae, plicatae, corrugatae, curvatae. (Fol. subcrenulata; stipulae parvae decid.; racemi simpl.) . . . . Couroupita. Aubl.

3. — *urceolato-concava, unilateralis, intus antherifera, apice truncata castrata.* Germ. 2-4-loc., loc. 4-00-ovul., ov. erectis. Styl. subulat. simplex. Caps. coriac., oblonga, sub-3-gona, 3-loc., demum 1-loc., clausa operculo ex columella centrali dilatato formato demum deciduo. Sem. 00, foliacea, in fundo loc. erecta. Embr. conduplicatus, cotyled. distinctae, foliac., corrugatae. (Fol. integerr., exstipul.; racemi ax. spicati.) . . . . Couratari. Aubl.

Subordo III. PHILADELPHEAE.

A. Stam. petalorum numero dupla, filam. superne complanatis dilatatis apice 3-dentatis, dente medio antherifero. Calycis tub. turbinat., germini adnatus, limbo 5- rarius 6-fido. Pet. 5, raro 6-7, disco in annulum cyathiformem ultra germen producto inserta. Germ. 3-5-loc., 00-ovulat. Styli 3-5, distincti, filiformes, persist., stigm. simpl. compressis. Caps. chartacea, umbilicata, stylis discoque coronata, 3-5-loc., basi valvis? 3 dehisc. (Arb. v. frut., fol. pilis stellatis scabra, fl. panic. — *Japon., Ind. or.*) . . . . Deutzia. Thunb.

B. Stam. petalorum numero tripla, quadrupla v. plura, filam. filiform. Caps. semisupera. Sem. arillo laxo membranaceo inclusa.

1. *Calycis tubus campanulat., 7-10-costatus, limbo 7-10-dentato.* Pet. 7-10. Stam. 20-30, uniserialia, petalis sublongiora. Styli connati in unicum crassum, persist., stigm. peltato-capitato 7-10-radiato. Caps. ovoidea, evalvis, secus calycis nervos irregulariter dehisc., 7-10-loc. Sem. oblique centro affixa. (Frut. sarmentos., fol. integerr. v. apice dentat., corymbis term., fl. interdum dioicis. — *Amer. bor.*) Decumaria. L.

2. — *obovato-turbinatus, limbo 4-5-partito.* Pet. 4-5. Stam. 20-40, petalis breviora. Styli 4-5, plus minus distincti; stigm. 4-5, linearia v. oblonga, saepius distincta. Caps. 4-5-loc., ab apice loculicide 4-5-valv. Sem. clavata, latiore extremitate coronula fimbriata terminata. (Frut., fol. serrat., fl. ax. v. saepissime term. cymoso-corymbosis. — *Europa austr., America bor.*) . . . . Philadelphus. L.

LXXIV. COMBRETACEAE.

A. Cotyledones crassae plano-convexae longitudinaliter v. irregulariter plicatae, aut foliaceae arcte complicatae (nunquam spiraliter convolutae). Petala 4-5, rarius plura (nunquam 0). . . . . **Tribus I. *COMBRETEAE.***

† **Stamina 20-30,** petalis longiora. Calycis tub. ovatus, limbus 5-fid., lobis brevib. obtusis. Stylus filiform., stigm. subcapitato. Fr. (bacca?) indehisc., ovata, oligosperma. Sem. . . . ? (Arb., fol. altern. saepe serrat., pedunc. ax. simpl., fl. remote subspicatis. — *Ind. or.*) . . . . ? Bobua. Adans. †

†† **Stamina 8-16** (nunquam plura, plerumque 10).

I. Calycis limbus integer. Pet. circiter 8. Stam. 8-16, inaequalia. Ovar. 2-ovulat. Styl. brevis, stigm. 2-fido. Drupa baccata, calycis limbo coronata, nuce compressa 1-sp. Cotyled. . . . ? (Arb., fol. altern., spicis axillar., fl. dense capitat. processibus filiformib. intermixtis. — *Java.*) . . . . ? Ceratostachys. Blume. †

II. — limbus 5-fidus (rarius subinteger, cfr. Chrysostachys), deciduus. Pet. 5. Stam. 10 (rarius 14, nec plura). Stylus filiform., stigm. simpl. acuto v. obtuso. (Frut., fol. integerr.)

a. Calycis tubus basi aequalis, regularis.

1. *Calycis tubus campanulat.*, limbi dentib. brevib. obtusis obsoletis. Pet. obtuse emarginata, unguiculata. Stam. 10, brevissima, subflexuosa, calycis basi inserta, 1-serialia. Ovar. ovat., obtus., villosum. Bacc. . . . ? Cotyled. . . . ? (Frut. scandens, fol. oppos., spicis densis ax. et term. paniculat. — *Brasil.*) . . . . * Chrysostachys. Pohl.
2. — *tubus supra basin ovatam constrictus*, ultra ovar. productus, collo campanulato-tubuloso, limbo acute 5-lobo. Pet. acuta. Stam. 10-14, exserta, aequal., calycis collo inserta. Ovar. 3-ovulat. Bacca? v. drupa? ovata, 5-gona, utrinque acuta, intus pulposa, 1-2-sp. Cotyled. crassae, carnosae. (Frut. sarmentosi, fol. alt. v. oppos. raro verticill., spica term. — *Guiana, Java, China.*) . . . . Cacoucia. Aubl.
3. — *tubus gracilis, ultra germen longe productus*, limbo 5-lobo. Pet. obtusa. Stam. 10, exserta, fauci inserta, alterna breviora. Ovar. ovali-oblong., 4-ovulat. Stylus calycis tubo adnatus. Drupa sicca, 5-sulcata, acute 5-gona, 1-sp. Cotyled. magnae, carnosae, plano-convexae. (Frut., rarius subvolubiles, fol. saepissime oppos., spicis ax. et term. — *Ind. or.*) . . . . Quisqualis. Rumph.

b. Calycis tubus basi hinc gibbus, longus, limbo 5-part., lobis acutis subreflexis. Stam. biserialia. corolla breviora. Ovar. sub-3-ovulat. Styl. staminib. sublongior, calycis tubo hinc totus adnatus. Caps. oblonga, 5-alata, 1-loc. Cotyl. plano-convexae. (Frut., fol. saepissime altern., subcordat.; spicae term. — *Ind. or.*) . . . . * Sphalanthus. Jack.

III. Calycis limbus 4-dentatus, deciduus, campanulatus, tubus cylindraceus ovarium aequans v. superans. Pet. 4. Stam. 8, quorum 4 petalis opposita saepe caeteris longiora et altius inserta. Styl. exsertus, stigm. acuto. Fr. coriaceus, indehisc., membranaceo-4-alatus, 1-loc., 1-sp. Cotyled. varie plicatae, saepe emarginatae v. bilobae. (Arb. v. frut., saepe volub., fol. saepius oppos. integerr., flor. spicat. saepe paniculat., abortu interdum polygamis. — *Ind. or., Africa et America trop.*) . . . . Combretum. Loefl.

B. Cotyledones spiraliter convolutae, (cfr. tamen Poivrea.) Flor. saepius apetali. Stamina 5-10, nunquam plura. . . . . **Tribus II. *TERMINALIEAE.***

I. Petala 5.

a. Calycis limbus deciduus, infundibuliformis, 5-fidus. Pet. 5. Stam. 10, exserta. Ovar. 2-3-ovul., styl. filiformi exserto acuto. Fr. oval. v. oblong., saepe 5-pterus, 1-sp. Sem. 5-gonum. Cotyled. irregulariter convolutae. (Frut., plerique volub., fol. oppos. v. alt. integerr. — *America, Asia et Africa trop.*) . . . . Poivrea. Comm.

b. Calycis limbus persistens.

1. *Calycis tubus gracilis subcylindricus*, limbo tubuloso-campanulato 5-dentato. Pet. lineari-oblonga, exserta. Stam. 10, exserta, alterna sublongiora, anth. globos. Ovar. oblong., styl. filiform. Caps. angusta, cylindraceo-5-gona, villosa, 1-loc., 1-5-sp. (Frut., fol. oppos. integerr. subtus punctatis; spicae contractae capitulum v. umbellam simulantes, bracteis involucriformib. suffultae. — *Africa trop.*) . . . . Guiera. Juss.
2. — *tubus oblong. v. clavatus*, medio v. apice 2-bracteolat., limbo subcampanulato v. infundibuliformi 5-fido, lobis obtusis. Stylus subulatus.
   - *α. Petala calycis lobis breviora, minuta, caduca.* Stam. 10, biserialia, inclusa. Ovar. 2-ovulat., styl. brevis, stigm. capitat. Fr. indehisc. 1-sp., coriaceus, 5-costatus, costis inaequalib. (Arb. v. frut., fol. oppos., fl. spicatis bractea decidua suffultis. Semina intra nucem germinantia. — *Ind. occid.*) . . . . Laguncularia. Gaertn.
   - *β. — calycis lobis (saepe inaequalibus) duplo longiora, acuta, patentia, demum recurva.* Stam. 5-10, erecta, filam. subulat. Ovar. oblong., compress., 1-loc., 3-5-ovulat. Stigma acutum. Drupa caryophylliformis, ovato-oblonga, plus minus compressa, obtuse angulata, nuce lineari-oblonga angulata 1-sp. (Arb. v. frut., fol. alt. obtuse crenatis v. integerr., spicis brevib. saepe corymbosis, bracteolis 2 calycis tubo adnatis. — *Ind. or., Oceania.*) . . . . Lummitzera. Willd.

II. Petala nulla.

† **Flores racemosi v. spicati** (raro subcapitati, v. Bucida) **saepe paniculati.** Stamina 10, biserialia. Stylus filiform.

a. Calycis limbus persistens, campanulat., fere ad basin usque 5-partitus, lobis lanceolatis 3-nerviis. Stam. calycis lobis breviora, alia limbi sinubus alia fundo calycis inserta, anth. globosis. Styl. obtus., pubesc. Drupa parva, sicca, crustacea, ovato-oblonga, rotundato-5-gona, 1-loc., 1-sp. (Frut. volub., fol. oppos. subtus resinoso-punctat. — *Ind. or., Madagasc.?*) . . . . Getonia. Roxb.

b. — limbus deciduus, campanulat. v. urceolat., 5-dentat. (Stam. 10, exserta, alterna saepissime longiora. Ovar. 3-2-ovulat. Stigma acut. (Arb. v. frut., fol. plerumque altern., saepe ad ramor. extremit. conferta.)

1. *Calyx campanulat.* Stylus (ex Mart.) basi annulo 5-lobo cinctus. Drupa indehisc., saepe exsucca et alata v. angulata, 1-sp. Sem. amygdaliforme. (Fol. interdum oppos., integerr., rarius obsolete crenata; fl. abortu saepe polygami, singularum spicarum inferiores ☿, superiores ♂. — *Patria intra trop. subdiffusa.*) . . . . Terminalia. L., W. et Arn.
   - a. Drupa compressa, ad margines alata v. valde attenuata. . . . . *Terminalia. Lam.*
   - b. — ovata, teres v. obsolete sulcato-angulata, saepe carnosa. . . . . . *Myrobalanus. Lam.*
   - c. — ovata, coriacea, 5-7-angulata, angulis in alas aequales longitudinales productis. . . . . *Pentaptera. Roxb.*
   - d. — coriacea, 3-5-angulata, angulis in alas inaequales productis. . . . . *Chuncoa. R. et Pav.*
2. *Calyx urceolatus.* Stam. 5 breviora ad limbi basin, 5 longiora sinubus inserta. Drupa baccata, putamine angulato 1-sp. Sem. cylindrico-oblongum. (Spicae axillar., rarius abbreviatae capituliformes. — *America trop.*) . . . . Bucida. L.

†† **Flores capitato-congesti.**

a. Fructus baccato-drupaceus, etc. (*Bucidae* sp., v. supra.)

b. — coriaceo-lignosi, indehisc., 1-sp.

1. *Fructus coriacei, squamiformes*, dense imbricati, alati v. apteri, rostrati v. mutici. Germ. compress., 2-ovulat. Stylus simpl. Calycis tubus persist., limbo 5-fido decid. Stam. 5-10, exserta, antheris cordatis. (Arb. v. frut., fol. alt., raro suboppos., integerr.; flor. capitula pedunculata, saepe paniculata; fl. receptaculo communi globoso impositi.) . . . . Conocarpus. Gaertn., DC.
   - α. Calycis tubus ultra ovarium non productus, limbus sessilis oblique ovario insidens. Fruct. retrorsum imbricati, mutici, margine vix alati. — (*America calidior.*) . . . . *Conocarpus. Wall.*
   - β. — tubus ultra ovarium productus in collum gracile angustum limbo cyathiformi 5-dentato coronatum. Fr. sursum imbricati, calycis collo coronati, saepe alati. — (*Africa trop., Ind. or.*) . . . . *Anogeissus. (DC.) Wall.*
2. *Fructus coriaceo-lignosi*, apice attenuato-rostrati, 5-goni, angulis superne alatis. Sem. ovato-subconicum, raphe laterali notatum. Flor. ignot. (Frut., fol. in ramor. extremit. congestis integerr., pedunc. term. demum alarib., fr. sessilib. — (*America austr. trop.*) . . . . Ramatuella. (H. B. K.) DC.

c. Drupa baccata, umbilicata, nucleo compresso 1-sp. Flor. dioici. ♂: Cal. 5-part., lobis imbricato-conniventib. Stam. circiter 10, filam. brevissimis disco plano insertis. ♀: Cal. limbus brevis 5-dentat. Styl. brevis, 2-fidus, discum perforans. Ovar. 1-ovulatum. (Arb., fol. confertis, integerr., capitulis axillar. solitar v. geminat. longe pedunculatis. — *Java.*) . . . . Agathisanthes. Blume.

LXXV. MELASTOMOIDEAE.

Conspectus subordinum et tribuum.

A. Cotyledones globoso-convolutae, foliaceae, cucullatae, altera alteram involvens. Calycis tubus germini adhaerens, brevis. Pet. 4-5. Stam. 8-10, anth. incurvis 2-loc., apice 2-porosis v. breviter 2-rimosis. Stylus filiform. Bacca calycis limbo coronata, 2-4- raro 8-loc., oligosperma. (Arb. v. frut., fol. oppositis, integerr., impunctat., saepissime penninerv.) . . . . *Subordo I.* MEMECYLEAE.

B. Cotyledones planae, rectae v. simpliciter curvatae (nec convolutae). Calycis tubus germini plus minus adnatus v. liber, brevis v. elongatus. Pet. 3-10, rarissime 0. Stam. 3-20, i. e. petalor. numero dupla, rarissime aequalia, alterna saepe dissimilia v. imperfecta. Anth. 2-loc., connectivo saepe producto v. appendiculato. Fr. carnosus v. exsuccus indehisc. aut capsularis dehiscens, 1-10-loc., loc. saepissime polyspermis. (Arb., frut. v. herbae, fol. opp. rarius verticillat., saepe crenat. v. serrat., plerumque palmatinerv.) . . . . *Subordo II.* MELASTOMACEAE.

I. **Antherarum loculi secus totam longitudinem rima dehiscentes** (nec poro terminali aperti). . . . . **Tribus I.** *CHARIANTHEAE.*

II. **Antherarum loculi apice poro dehiscentes,** poro aut unico utrique loculo comuni, aut rarius gemino. . . . . **Tribus II.** *MELASTOMEAE.*

A. *Semina recta* (non cochleata) rarissime subcurva, (cfr. Commentar.) Antherae in paucis 2-porosae.

I. **Fructus carnosus baccaceus v. exsuccus, indehiscens** (in Diplogenea, Triplectro, Phyllopode ignotus), **rarissime irregulariter rumpens** (cfr. Rousseauxia, Tschudya). Sem. quandoque curvata (cfr. Tschudya), in nonnullis ignota, (cfr. Commentar.) Cermen calyci adnatum. . . . . Subtribus I. MICONIEAE.

II. **Fructus siccus, capsularis, plerumque regulariter** (rarissime irregulariter, cfr. Ochthocharis) **dehiscens** (in Truncaria et Adelbertia ignotus). Sem. ovata v. angulata, hilo laterali lineari, rarius curvata v. subcochleata (cfr. Dicranantheria, Cambessedesia, Chaetostoma, Meisneria; — in Truncaria et Adelbertia ignota). Germ. liberum, apice nec setis nec squamis munitum. (cfr. Behuria, Centradenia.) . . . . Subtribus II. LAVOISIEREAE.

B. *Semina cochleata v. reniformia,* fere semper evidenter curvata (cfr. Rhexieae) hilo basilari orbiculato. Antherae semper? 1-porosae (cfr. Adelobotrys).

I. **Germen liberum, apice nudum** (i. e. nec setas nec squamas gerens). Caps. sicca, semper? dehiscens. Sem. subinde vix cochleata, (cfr. Dicranantheria, Siphanthera, Oxyspora, Noterophila, Fritzschia), in paucis ignota. . . . . Subtribus III. RHEXIEAE.

II. **Germen calyci adnatum aut liberum, apice setas v. squamas gerens.** Caps. sicca, dehiscens aut baccata (Diplostegii ignota.) . . . . Subtribus IV. OSBECKIEAE.

Subordo I. MEMECYLEAE.

I. Calyx undique clausus, demum irregulariter rumpens, infra staminum insertionem concavus, radiato-striatus. Pet. 5, breviter unguiculata, rotundata, crispatula. Stam. 10, anth. oblongis basi curvatis apice 2-porosis. Bacca 2-loc., loc. plerumque 2-sp. Sem. in pulpa nidulantia. Embryo . . . . ? (Arbor. — *Antill.*) . . . . *Guildingia. Hook.

II. Calyx apertus, limbo regulariter dentato aut subintegro.

a. *Stigma capitatum* (ex Cham. non dilatatum). Cal. basi 2-squamatus, tubo campanulato, limbo urceolato, 5-dent., persist. Pet. 5, sessilia, aestiv. contorta. Stam. 10, subinaequalia, anth. oblong. apice 2-poros., connectivo basi breviter calcarato. Germ. subglobos., 5-loc., loc. 3-ovulat. Bacca calycis limbo coarctato coronata, globosa, 1-4?-loc., 1-4-sp. Sem. . . . ? (Fol. interdum elevato-punctata, flor. axill. contracte cymoso-fasciculati. — *America trop.*) . . . . Mouriria. Juss.

b. *Stigma simplex.* Antherae curvatae.

1. *Calycis limbus truncatus, patens, carnosus, scutiformis.* Pet. 4-5, conniventia. Stam. 8-10, anth. oblongis. Bacca 8-locularis, loc. 1-sp. Sem. subcompressa. (Pedunc. ax. et term. 00-fl. — *Cochinchina.*) . . . . Scutula. Lour.

2. — *limbus parvus, obtuse 4-dentat. v. repandus v. subinteger.* Pet. 4, oval. Stam. 8, anth. acute rostratis, infra rostrum, rimis 2 brevib. dehisc. Bacca subexsucca, globosa, calycis limbo coronata, junior 2-4-loc., loc. 2-sp., matura 1-loc. 1-sp. (Rami nodosi, juniores saepe 4-angulati; fol. juniora saepe 3-nervia; fl. axill. fasciculati v. racemoso-capitellati, nonnunquam 5-meri 10-andri. — *Ind. or., Africa austr., Ins. Mascarenh.*) . . . . Memecylon. L.

Subordo II. MELASTOMACEAE. Trib. I. *CHARIANTHEAE.*

A. Calycis limbus clausus, demum basi circumscissus et calyptrae instar deciduus, tubus hemisphaeric. Pet. 4, obovata. Stam. 8, aequal., filam. latis brevib., anth. dorso carnosis inappendiculat. Styl. filiform., apice attenuatus, stigm. simpl. Germ. setis ramosis coronat., pluriloc., placentis in loculorum angulo interno basin versus affixis adscendentib. Fr. subglobos., depresso-umbilicat., indehisc., 4-loc. Sem. cuneata, angulata. (Arbusc., fol. 3-nerv. integerr., pedunc. ax. v. term. 1-paucifl. — *Java.*) . . . . Kibessia. DC.

B. Calycis limbus apertus, dentatus.

I. **Germen pluriloculare.**

a. *Placentae parietales, convexae.* Caps. carnosa, 4-loc., 00-sp. Germ. calycis tubo adnat., 4-loc., stylo declinato, stigm. conico subobtuso. Cal. ovat., limbo obsolete 4-dent. v. subintegro. Pet. 4. Stam. 8, aequal.; anth. dorso basi calcaratae, loculis antice gibbosis. (Arb., frut., v. hbae?, fol. 3-nerv., fl. panic. v. corymbos. v. subcapitat. — *Ind. or.*) . . . . *Pternandra. Jack.

b. *Placentae angulo interno loculorum basin versus affixae adscendentes* (cfr. Ewyckia, Chaenopleura, Charianthus).

† **Connectiv. basi appendiculatum.**

1. *Calycis limbus truncatus, obtusissime 4-dentat.* Pet. 4, ovata, acuta. Stam. 8, aequal.; anth. oblong., utrinque obtusae, postice ad basin denticulo brevi connectivi carnosi auctae. Styl. filiform., stigm. acuto. Bacca globosa, calycis limbo coronata, 4-loc. Placentae . . . ? Sem. cuneata, angulata. (Frut. v. arbusc., fol. 3-nerv. integerr., racemuli axill. paucifl. — *Amboina.*) . . . . *Ewyckia. Blume.

2. — *limbus obtuse 5-dentatus.* Pet. 5, subrotunda. Stam. 10, petalis vix longiora, connect. basi obtuse 2-auriculato. Styl. clavatus, stigm. orbiculato subumbilicato. Bacca? 3-4-loc. Placent. . . . ? Sem. . . . ? (Frut., fol. 3-nerv. v. subtriplinerv. ciliato-serratis, thyrs. term. elongat. — *Antill.*) . . . . Chaenopleura. Rich.

†† **Connectiv. non appendiculatum.** Calycis limbus persist.

1. *Calycis limbus patens, obtusissime 4-lobus.* Pet. 4, oval., erect. Stam. 8, subaequal., filam. linearib., anth. continuis oblongo-clavatis. Germ. calyci adnat., stylo filiformi exserto. Caps. baccata, globosa, umbilicata, 4-loc., valvis subdehiscens. Placentae . . . . ? Sem. ovata, hilo laterali magno. (Frut., fol 5-nerv., cymis trichotomo-corymbosis. — *Ind. occid.*) . . . . Charianthus. Don.

2. — 5-6-*dentat.* Pet. 5-6. Stam. 10-12, filam. compress. membranaceis, anth. dorso carnosis subrostratis. Stigma peltatum. Bacca exsucca, umbilicata, 3-4-loc., 00-sp., apice rumpens. Sem. paleacea, arillo membranaceo marginata, erecta. (Arb. habitu Melastomearum, panic. term., fl. parvis. — *Ind. or.*) Astronia. Blume.

II. **Germen 1-loculare,** 7-8-ovulat. Placent. Kibessiae. Bacca 1-loc., 1-2-sp. Sem. hemisphaer., cotyled. carnos. Cal. parvus, turbinat., ore vix repando-4-dentato. Pet. 4. Stam. 8, filam. brevib. teretib., connect. crasso arcuato dorso cavitate oblonga praedito basi in processum magnum fissum spathaeformem producto. (Arb., fol. 3-5-nerv., panic. corymbos. axill. — *Senegamb.*) . . . . *Spathandra. Guill. et Perr.

MELASTOMOIDEAE.

Subordo II. MELASTOMACEAE.

(Continuat.)

Tribus II. *MELASTOMEAE.* *Subtribus I.* MICONIEAE.

A. Antherae apice 2-porosae, (cfr. Phyllopus.)

† *Antherae obovatae, petalis longiores, bitubulosae*, tubulis cylindricis truncatis basi attenuatis. Stam. 10; filam. petalis vix longiora, basi dilatata. Cal. persist., 5-dentat. Pet. 5, obovata v. obcordata. Bacca....? Sem....? (Frut., fol. 3-nerv. supra lepidotis demum glabris subtus puberulis. — *Brasil.*) . . . . *Cyathanthera. POHL.

†† *Antherae erostres, obtusae.* Calycis tubus hemisphaer. v. campanulat. v. obovatus. Caps. baccata. Sem. ovato-angulata. (Frut. v. arb., fol. 3-7-nerv. integerr. v. crenat. v. serrat. — *America austr.*)

1. *Calycis limbus breviter 4-5-dentat.* (demum circumscissus, ex Mart.) Pet. 4-5. Stam. 8-10, aequal. Anth. breves, cylindric. v. cuneatae, exauriculatae, connect. indistincto. Styl. filiform. v. clavatus, stigm. capitato. Germ. semiadnat. Bacca globosa, umbilicata, 3-5-loc. (Panic. term., fl. nudis v. minute 2-bract.) . . . . Cremanium. DON.
2. — *limbus 6-lobus v. 6-denticulat., persist.* Pet. 6. Stam. 12. Anth. magnae, in annulum concatenatae, basi processu brevi calcarato munitae. Caps. 6-loc. (Pedunc. ax. 1-fl., fl. basi bracteis 4-6 imbricatis squamati.) . . . . Blakea. L.

B. Antherae apice 1-porosae, (cfr. Phyllopus.)

I. Folia sive omnia sive alterna (ex quoque jugo alterum) **vesicam aut laminae basi aut petiolo insidentem gerentia.** Stylus filiform. v. cylindr. (Frut. — *America austr. trop.*)

† *Calycis limbus simplex* (laciniis non appendiculatis). Pet. obovata. Caps. baccata. Sem. ovato-angulata.

a. Calycis limbus 4-fidus, lobis latis brevibus setis plumoso-ciliatis, tubus oblongus, fructifer subrotundo-lagenarius. Pet. 4. Stam. 8, filam. planis, anth. exauriculatis. Stigma simpl. Caps. baccata, 4-loc. (Fol. cordat. 7-nerv., dentat., ciliat., omnium petiolis basi vesicas 2 gerentib., cymis ax. paucifl. brevib.) . . . . Calophysa. DC.

b. — *limbus 5-6-dentat.* Pet. 5-6, patentia. Stam. aequal. v. subaequal., filam. filiform., connect. brevissimo postice 2-auriculato. Stigma peltat. Fruct. 5-loc.

1. *Calyx plus minus hispidus, saepe bracteat.*, tubo oblongo ovato, dentib. 5 subulatis. Pet. 5. Stam. 10, connect. (an in omnib.?) basi 2-noduloso v. 2-calcarato. Stigma concav. Germ. superne glaberrimum, quasi truncat., inferne adnat. (Fol. breviter petiol., inaequal., altero cujusque jugi majore et ad laminae basin intra limbum vesicam gerente; fl. ax. sessil. subsolitar.) . . . . Majeta. AUBL.
2. — *glaber, ebracteolat.*, tubo campanulato, limbo urceolato persist., dentib. 5-6 latis brevib. obtusis saepe ciliatis. Pet. 5-6. Stam. 10-12. Stigma magnum convex. Germ. circulo setarum coronatum. (Fol. tri-quintuplinerv., cujusque jugi saepe inaequal., omnium petioli apice vesicam 2-locularem gerentes; fl. term subsolitar. v. racemosi v. thyrsoidei.) . . . . Tococa. AUBL.

†† ***Calycis limbus duplicatus.*** Germ. 3-loculare. Caet. Tococae. (Vesicae semiintrafoliaceae; flor. solitar.) . . . . *Myrmidone. MART.

II. Folia vesicis destituta.

A. Calycis limbus quasi duplicatus, lobis 4-6 interioribus (genuinis) ovalibus erectis dorso lacinias totidem accessorias subulatas gerentibus; tubo urceolato, ultra germen producto. Pet. 4-6, angusta. Stam. 8-12, subaequal.; anth. linear. basi sub-auriculato-2-lobae, connect. obsoleto. Styl. filiform., basi hirsut., stigm. punctiformi. Germ. liberum, vertice saepe hirtum. Bacca subsicca, 3-6-loc. Sem. ovato-angulata. (Frut., fol. 3-7-tuplinerv., ciliato-serrat., fl. capitat., saepe bracteat. — *Brasil.*) . . . . Leandra. RADDI.

B. Calycis limbus exappendiculatus, calyptriformis, basi circumscissus aut irregulariter ruptus; tubus germini adnatus.

1. *Calycis limbus edentatus, calyptriform., conicus, decid. Pet. 4, lanceolata.* Stam. 8, anther. ovatis basi 2-calcaratis. Germ. disco carnoso magno coronatum, 4-loc. Styl. falcat., clavatus, stigm. simpl. Fr....? (Frut. parasit., facie fere Visci, fol. 3-nerv. aveniis ramisque carnosis, racemis ax. brevib.; calycib. et fol. cryptis oleiferis repletis. — *Madagascar.*) . . . . *Diplogenea. LINDL.
2. — *limbus aut indivisus calyptriformis basi circumscissus, aut irregulariter ruptus. Pet.* 5-6. Stam. 10-12, anth. basi saepius 2-auriculatis. Stigma peltat. v. capitatum. Caps. baccata 3-8-loc. Sem. ovoideo-angulata. (Arb. v. frut., fol. 3-5- v. tripli-quintuplinerviis, panic. term. thyrsoid. — *America trop., Oceania.*) . . . . Conostegia. DON.

C. Calycis limbus simplex in unicam laciniarum seriem regulariter divisus, rarius subinteger.

I. Antherae v. connectivum absque appendicibus ullis.

a. Calycis tubus brevis, acute 4-5-gonus, angulis demum subaccretis cum limbi lobis 4-5 angustis persistentib. tubo longiorib. patentib. continuis. Pet. 4-5, obovata. Stam. 8-10, aequal. Stigma simpl. Bacca subrotundo-4-5-gona, 4-5-loc. Sem. ovato-angulata. (Frut. pube stellata tomentosi, fol. 3-5-nerv. integerr., fl. 1-3 term. — *Antill.*) Calycogonium. DC.

b. — *tubus teres* (angulis nullis v. obtusis).

† **Flores 4-meri.** Calycis tubus germini plus minus adhaerens. Pet. 4. Styl. filiform., stigm. simpl. Bacca 4-loc.

α. Stam. aequalia, omnia fertilia. Calycis limbus ultra germen productus.

1. *Stam. 4 v. 8, anth. linear. basi obtusis.* Cal. tub. sphaeroid. v. urceolat., limbo tubuloso breviter 4-dentato persist. Germ. glabrum. Caps. baccata. Sem. cuneato-angulata. (Frut. albido-lepidoti, fol. 3-nerv. integerr., cymis term. — *Ind. occid.*) . . . . Tetrazygia. RICH.
2. — 8, *anth. arcuatis rostratis.* Calycis tubus oblong., limbo 4-fido. (Frut., fol. 7-nerv., subtus ferrugineo-lepidotis, petiol. longis ciliatis; fl. capitat. pedunc. axill. bracteis cordatis involucrati. — *Sumatra.*) . . . . *Phyllagathis. BLUME.

β. Stam. 8, inaequalia, alterna breviora aut sterilia. (Folia integerrima.)

1. *Stam. alterna sterilia;* anth. ovales, crassae, utrinque obtusae. Cal. ovato-globosus, limbo truncato aut obsolete 4-dentato persist. Germ. glabrum, cristis 4 coronatum. Bacca subglobosa. Sem. cuneiform. (Frut. sarmentosus habitu Dissochaetae, fol. sub-5-nerv., fl. subpaniculat. ax. et term. — *Ins. Sundaicae.*) . . . . *Aplectrum. BLUME.
2. — *alterna paulo breviora;* anth. linear., rectae, acutae, basi emarginatae. Cal. oblongo-tubulos., limbo breviter 4-dentato. Fruct. exsuccus, ovato-oblong. (Frut. erect., fol. 5-nerv. glabris, panic. term. parva. — *Ins. freti Malaccens.*) . . . . *Allomorphia. BLUME.

†† **Flores 5-meri.** Pet. 5. Stam. 10. Styl. cylindric. v. filiform., saepissime plus minus pubescens. — (*America austr. trop.*)

α. Calycis tubus turbinat. v. campanulatus. Antherae longe rostratae. Fruct. 5-loc. Sem....? (Fol. triplinervia.)

1. *Calycis limbus brevissime 5-dentat., dent. ciliatis.* Pet. unguiculata, cordato-ovata, seta terminata. (Anth., fide Mart., infra apicem 2-porosae.) Stigma punctiforme. Germ. vertice setulosum. Bacca? (Frut. dichotomi, fl. axill. solitar.) . . . . Phyllopus. DC.
2. — *lobi 5 lati obtusi.* Pet. ovata, velutina. Antherae crassae, basi 2-fidae. Stigma capitatum. Bacca succosa. (Frut. rufo-pilosi, fl. 3-4 axill. pedunculat.) . . . . Henriettea. DC.

β. Calycis tubus globosus, limbi lobis 5 setiformib. minimis persist. Anth. oblongae. Germ. liberum, apice setosum. Caps. globosa, membranacea, indehisc.?, 4-5-loc. Sem. lunulato-incurva, i. e. appendice cellulosa curva superata. (Frut. facie Clidemiae, fol. 5-nerv. dentat., thyrso paniculato term.) . . . . Tschudya. DC.

II. (v. pag. seq.)

MELASTOMOIDEAE.

Subordo II. MELASTOMACEAE.

Tribus II. *MELASTOMEAE.* *Subtribus I.* MICONIEAE.
(Continuat.)

B. II. c.

II. Antherae varie appendiculatae (i. e. processibus variis sive ex ipsarum basi sive ex connectivo ortis munitae).

A. *Antherarum appendices breves*, nunquam setiformes, (cfr. Medinilla.)

† Alabastra nuda (i. e. bracteolis nullis aut parvis tantum praedita). Styl. filiform., cylindr. v. subulatus.

a. Calycis limbus truncatus, rarius obsolete dentatus v. irregulariter fissus.

1. *Calycis tubus carnosus, subinfundibuliform.*, truncatus. Pet. 3, quorum 2 oblonga obtusa, tertium (e 2 coalitis conflatum) late obovat. emarginatum. Stam. 8, aequal.; anth. sublineares erostres; connect. basi product. in calcaria 3 brevia obtusa, 2 antrorsis tertio dorsali. Germ. liberum, stipitat., oval., glabr. Fr. . . ? (Frut. glaber., fol. oppos., 3-nerv., integerr., pedunc. lateral. solitar. 1-flor. — *Ind. or.*) * Triplectrum. DON.
2. — *tubus ovat. v. obovat.*, ecostatus, germini adhaerens, limbo continuo truncato v. obsolete 4-5-dentato v. irregulariter fisso persist. Pet. 4-5, aequalia. Stam. 8-10, alterna saepe minora; anth. oblongo-lineares, rostratae; connect. basi antice 2-lob. v. 2-fid., postice calcariforme, cum anth. confluens. Germ. raro pubens. Stigma parv., obtus. Bacca subovata, 4-5-loc. Sem. oval. (Frut. glabri, raro stellato-pubesc., interdum sarmentosi; fol. oppos. v. verticillata, interdum denticulata, rarissime peninnerv.; infl. 00-flor. varia ax. et term. — *Archipel., Ind. or., Oceania.*) . . . . . Medinilla. GAUDICH.

b. Calycis limbus regulariter (etiamsi saepe minute) **dentatus.** — (*Antill., Amer. austr.*)

‡ *Calycis limbus 4-5- rarius 6-8-dentatus.* Stigma punctiforme, rarissime capitat. (Frutices.)

α. ***Germen apice setosum*** (rarissime nudum, cfr. Clidemia), inferne calyci adnatum. Caps. baccata, 5-loc. Sem. ovata, interdum subangulata, exappendiculata. Calycis tub. ovat., globos. v. cylindr., lobis persist. Stam. aequal., connect. indistinct. (Frut. hispidi, fol. 3-7-nerv. saepissime dentat. v. crenatis. — *America austr., Antill.*)

1. *Calycis lobi 5, raro 4-6, angusti, acuti.* Pet. 4-6. Stam. 8-12, anth. lineares, basi producta subbilobae. Fr. interdum 3-6-loc. (Inflor. varia ax. et term.) Clidemia. DON.
2. — *lobi 5, lati.* Pet. 5, linearia. Stam. 10, filam. brevib.; anth. crassae, oblongae, subobtusae, basi gibbae, lateribus compressis conniventes (ut in Blakea). Fr. 5-loc. (Pedunc. 1-3 ax. brev. 1-fl.) . . . . . Myriaspora. DC.

β. ***Germen apice non setosum***, caeterum nonnunquam pubescens.

* *Calyx 4-dentatus*, tubo ultra germen, cui adhaeret, producto. Pet. 4. Stam. 8; anth. basi vix auriculatae. Germ. apice glabriusculum. Bacca 4-loc. Sem. ovato-angulata. (Frut., inflor. axill. breves.)

1. *Calyx cylindric. v. ovat. v. globos.*, dentib. brevissimis rarius subulatis acutis. Pet. oval, obtusa. (Fol. 3-7-nerv., habitus et pubesc. Clidemiae.) . . . . . Sagraea. DC.
2. — *ovat.*, lobis 4 brevib. Pet. lanceolata, acuta. Stam. brevia. (Fol. 3-5-nerv. v. tri-quintuplinervia.) . . . . . Ossaea. DC.

** *Cal. 5-, raro 6-8-dentatus.* Stam. aequalia, anth. oblongis. Caps. baccata.

1. *Cal. ovato-globosus, lobis 5-8 basi latis apice subulato-elongatis.* Pet. 5-8, oval. Stam. 10-16; anth. basi vix gibbae. Germ. glabr., apice umbilicatum. Caps. globosa, calyce coronata, 5-8-loc. Sem. . . . . ? (Fol. 3-9-nerv.; pubes setosa, tomento stellato albo intermixta; cymae term. trichotom. umbellatae.) . . . . . Heterotrichum. DC.
2. — *obovato-turbinat. v. campanulatus, dentib. brevissimis callosis.* Pet. 5, lanceolata acuminata. Stam. 10, anth. obtusis basi attenuatis, connect. brevi basi subgibbo. Germ. semiadnat., glaberr. Caps. 3-5-loc. Sem. obovato-angulata. (Frut. glaberrimi, fol. 3-nerv., panic. term. pyramidal.) . . . . . Oxymeris. DC.
3. — *campanulat., urceolat. v. globosus, limbo brevi persist.* nunc circumscisso, nunc breviter 5-dentato, dent. obtusis intus membrana lata auctis demum saepe conniventibus. Pet. 5, obtusa. Stam. 10, anth. basi breviter et obtuse auriculatis (connect. ultra locellos deorsum breviter producto, ex Mart.) Stigma interdum capitat. Germ. semiadnat., glaberrimum v. tomentos. Caps. 3-5-loc., umbilicata. Sem. obovato-3-edra. (Fol. 5-7-nerv., subtus saepe farinaceo-tomentosa; thyrsi term. e cymis v. corymbis bifidis conflati.) Miconia. R. et PAV.

‡‡ *Calycis limbus breviter 10-dentatus, persist.*, tubo campanulato ima basi germini adnato. Pet. 5, obtusa. Stam. 10, anth. crassis ovat. obtus. basi subgibbis. Stigma capitat. v. sub-5-gonum. Germ. apice glabrum? Bacca 5-loc. Sem. . . . ? (Arb. glabra, fol. triplinerv. cum nervulis 2 marginal., integerr.; cymae lateral. 00-fl.) . . . . Loreya. DC.

†† Alabastra singula bracteis 2 tota inclusa. Cal. germini plus minus adnatus, limbo persist. Stam. aequal. v. subaequalia. Bacca exsucca.

1. *Cal. cylindric.*, fauce post anthesin saepe ciliata, limbo ultra germ. producto obtuse 5-6-dentato. Pet. 5-6. Stam. 10-12, anth. basi introrsum breviter emarginato-bilobis. Styl. filiform., stigm. capitato. Germ. ovat., nudum v. setosum. Bacca 4-6-loc. Sem. ovato-angulata. (Arb. v. frut., fol. 5-7-nerv. interdum crenat., thyrs. term. cymos. — *America trop.*) . . . . . Diplochita. DC.
2. — *globosus*, limbo continuo brevi obsolete repando-4-dentato. Pet. 4. Stam. 8, anth. oblong. crassis arcuatis breviter rostratis basi connectivo brevissimo antice apiculatis. Styl. crassus 4-gonus, stigm. parvo obtuso. Germ. glabr. Bacca globosa, 4-loc. Sem. cuneato-oblonga. (Frut. scandent., fol. sub-5-nerv. integerr., pedunc. ax. et term. umbelliferis. — *Java.*) . . . . . * Creochiton. BLUME.

B. *Antherarum appendices elongatae, plerumque setiformes*, (cfr. Dissochaeta, Rousseauxia.) Stylus filiform., stigm. punctiformi.

a. Bacca indehisc., 4-loc. Sem. cuneato- v. ovali-angulata. Calycis limbus 4-fidus, persist., tubo germini plus minus adnato. Pet. 4. (Folia 3- v. sub-5-nervia integerr.)

1. *Calycis tubus oblong., sub-4-gonus*, limbo ultra germen producto breviter v. obsolete 4-dentato. Stam. 4, rarius 8, alterna saepius sterilia; anth. sublineares, plerumque rostratae et arcuatae, connect. prope basin dorso lamellato 2-aristato rarius indiviso. Styl. subclavatus. Germ. apice saepe setosum. Bacca subexsucca. (Frut. sarmentos., panic. term. v. axill. — *Ins. Sundaic.*) . . * Dissochaeta. BLUME.
2. — *tubus oblongo-ovatus*, setosus, limbo ultra germ. producto 4-fido, lobis angustis. Pet. inaequilatera. Stam. 8, alterna breviora; anth. linear., arcuatae, rostratae, staminum longiorum basi constrictae cum setarum fasciculo, breviorum setae pauciores. Germ. superne conicum subvillos. Styl. sursum attenuatus. Bacca ovata. (Frut. sarmentos., fl. cymos. v. subcorymbos. axill. — *Zeylon, Ins. Sundaic.*) . . . . . * Marumia. BLUME.
3. — *tubus cyathiform.*, infra medium constrictus, limbo obsolete 4-dentato. Pet. acuminata. Stam. 8, aequal.; anth. sublinear., subrectae, rostratae; connect. basi postice calcare crasso carnoso munitum. Germ. supra conicum. Bacca globosa. (Frut. parasit. glabri, corymb. term. et ax. — *Java.*) * Pachycentria. BLUME.

b. Bacca exsucca, membranacea, indehisc., 3-loc. Sem. pyramidata, polyedra, pulpa parca circumdata. Cal. campanulat., limbo 5-dentato intus membrana subtili aucto demum circumscisso. Pet. 5. Stam. 10, subaequal., connect. basi in calcar producto. Germ. 3-5-loc. (Frut. v. arb., fol. tripli- v. quintuplinerv., thyrs. term. — *Brasil.*) . . . . . * Jucunda. CHAM.

c. Caps. baccata, apice dehisc. Sem. angulata. Germ. calyci adnat. squamulis 4 setosis coronatum. Cal. hemisphaer., glaber, limbi lobis 4 latis. Pet. 4, obovata. Stam. 8, filam. glabris; anth. sublineares, nunc omnes fertiles connectivo basi subgibboso, nunc alternae 4 steriles connectivo brevi fertilium vero longo basi 2-setoso. (Frut., cymis term. trichotom. — *Madagascar.*) . . . . . Rousseauxia. DC.

III. Antherae postice fasciculo pilorum papillaeformium barbatae (caeterum inappendiculatae), oblongae, acutae, erostres, rectae. Stam. 8, subaequal. Cal. cyathiform., sub-4-gonus, inferne germini adnatus, limbo 4-dent. persist. Pet. 4, lanceolata, acuminata, medio utrinque tumida v. denticulo aucta. Germ. superne conic., hirsut.; styl. filiform., stigm. punctiform. Bacca globosa, pulposa, 4-loc. Sem. oval. (Frut., nonnunquam pseudo-parasit., fol. 3-5-nerv. integerr. glabris basi subauriculatis, panic. term. — *Ins. Sundaic.*) * Pogonanthera. BLUME.

MELASTOMOIDEAE.

Subordo II. MELASTOMACEAE. Trib. II. *MELASTOMEAE.*

(Continuat.)

Subtribus II. LAVOISIEREAE.

A. Flores apetali. Caet. v. in tab. Rhexiearum. An sem. recta? (*Dicrananthera*, Presl.)

B. — completi.

I. Antherae apice 2-porosae.

† *Capsula aptera.* Flor. 3- v. 5-6-meri.

a. Flores 3-meri, 3-andri. Cal. oblong., subtriangular., limbo 3-fido persist. v. decid. Pet. 3, aucta. Stam. 3; anth. oblong., rostrat., basi emarginat.; connect. nudo, non producto. Germ. apice truncat., glabr., 3-loc. Styl. filiform., stigm. punctiform. obtuso. Caps. turbinata v. subprismatica, 3-gona, apice dehisc., 3-valv. Sem. cuneato-oblonga, hilo basilari v. laterali. (Herbae v. suffrut.; fol. cujusque paris saepe inaequalia, altero nonnunquam abortiente, 3-7-nerv. rarius penninerv., pedunc. ax. et term. pauciflor. — *Ind. or.*) *Sonerila. Roxb.

b. Flores 5-6-meri, 10-12-andri. Antherae apice obtusae. Pet. 5-6. Caps. libera, 5-6-loc. (Arb. v. frut., fol. 3-5-nerv. serrulat. v. crenulat.)

1. *Calyx campanulat.*, limbo 5-6-lobo, lobis basi dilatato-membranaceis apice subulatis. Anth. basi processu brevissime calcarato munitae. Styl. subclavatus. Germ. subdepresso-globos., apice glabrum. Sem. cuneato-angulata. (Flor. ax. solitar. — *Antill.*, *America austr.*) . . . . Meriania. Sw.
2. — *cyathiform.*, limbo persist. 5-6-denticulato. Anth. basi simpliciter calcaratae. (Flor. term. corymbosi v. subracemosi. — *Peruvia.*) . . . . Axinaea. R. et Pav.

†† *Caps. 4-gona, superne 4-alata, 4-loc., 4-valv.* Sem. cuneato-angulata. Cal. obconic., truncatus, 4-dentat., dentib. compressis ciliatis. Pet. 4, oval. Stam. 8; anth. simpl., rectae, nudae. Germ. semiadnat., vertice 4-lobum. (Herba carnosa; fol. cujusque jugi inaequalia, petiolata, 3-nerv.; fl. cymosi. — *Napalia.*) . . Sarcopyramis. Wall.

II. Antherae apice 1-porosae.

A. Caps. superne 3-alata (alis latis obtusis) loculicido-3-valvis; columna centralis inferne placentas 3 porrigens, demum libera. Sem. 3-gona, semiovata, scrobiculata. Calycis tub. campanulat., demum 3-alat., limbi lobis 5 obtusis. Pet. 5, obovata, acuta. Stam. 10, aequal., anth. oblong. obtus., connect. indistinct. inappendiculato. (Herbae radicant., fol. petiolat. cordat. 5-11-nerv. crenulat. v. ciliat., corymb. term. — *Brasil.*) . . . Bertolonia. Raddi.

B. Caps. aptera.

I. Calycis limbus truncatus integerrimus aut brevissime v. obsolete dentatus.

† **Caps. 3-loc.;** columna centralis seminifera demum libera, persist. Germ. liberum, glabr., apice truncat. Calycis limbus cum tubo continuus, persist. Pet. oval., acuminata. Stam. aequalia v. subaequal., anth. oblong. v. cylindric.

1. *Calyx campanulat., demum elongat. tubaeformis, sulcatus, limbo obtusissime repando-4-5-dentato.* Pet. 4-5. Stam. 8-10; connect. dorso calcare clavato antheram subaequante surrecto appendiculat., ad articulationem breviter tuberculatum. Germ. apice depressum, stylo brevi, stigm. obtuso. Caps. 3-gono-cylindracea, ad basin usque loculicido-3-valvis. Sem. semiovata, hilo basilari. (Herba, fol. 3-5-nerv., ciliato-serrat., cymis ax. et term. bifidis scorpioideis secundifloris, fl. mediocr. — *Brasil.*) . . . . Salpinga. Mart.
2. — *obovat., limbo obsolete 6-dentato.* Pet. 5. Stam. 10; anth. utrinque obtus., postice ex basi calcar setaceum exserentes. Styl. subulat., stigm. simpl. Caps. globosa, late umbilicata, sicca, irregulariter dehisc. Sem. cuneato-angulata. (Frut., fol. triplinerv. denticulat., cymis ramos. ax., fl. parvis. — *Java.*) *Ochthocharis. Blume.

†† **Caps. 5-loc.** Pet. 5. Stam. 10. Germ. liberum apice glabr., styl. filiformi, stigm. simpl. (Folia saepissime integerrima. — *America austr.*)

a. Antherae postice appendiculatae. Calyx campanulat. v. oblong.

‡ *Antherae lineares, acutae, connect. in appendicem amplam (cavam?) dilatato.* Calyx integerrimus. Stam. filam. plana. Caps. apice dehisc. Sem. . . . . ? (Frut. glaberrimi, fol. 3-nerv. integris, fl. term. subumbellat. amplis. Facies Merianiae.) . . . . Chaslenaea. DC.

‡‡ *Antherae lineares, connectivi appendicula setiformi.*

1. *Connectivi calcar breve, simplex, acutum.* Calycis limb. persist., obsolete repando-5-dentatus, denticulis subacutis. Caps. 5-valv., apice dehisc. Sem. angulata. (Frut., fol. integerr., pseudo-penninerv., i. e. praeter nervulos tenerrimos submarginales 1-nervia; thyrs. term., fl. majusc.) . Graffenrieda. (DC.) Nob.
2. — *calcar elongatum, simplex aut apice 2-3-fidum.* (laciniis setaceis) ad articulationem breviter auriculatum. Anth. rostratae. Cal. limb. obtusissime repando-5-10-dentat., demum circumscissus. Germ. apice depressum, globos. v. oblong. Caps. 5-valv. (Frut. v. arb., fol. tripli-quintupli- v. 5-nerv. fere glabris, corymb. v. cymis paniculat., fl. mediocr.) . . Davya. DC.
3. — *calcar longum, subulat., acutissimum.* Anth. longissime rostratae. Cal. undique setis retrorsis vestitus, limbo coarctato integro. (Arb. ramulis ferrugineo-tomentosis, fol. penninerv., panic. term., fl. magnis.) . . . . Centronia. Don.

b. Antherae exappendiculatae, elongatae, rostratae. Cal. cylindraceo-subturbinat., truncat., subintegerrimus. Germ. basi 10-gonum, apice subcyathiforme. Fruct. . . . . ? (Frut. scandent., fol. mucronato-acuminat. basi subcuneatis 5-nerv. integerr. ciliatis, thyrs. term.) . . . . Truncaria. DC.

II. Calycis limbus manifeste dentatus v. lobatus.

† *Stamina consimilia, aequalia, rarius inaequilonga* (cfr. Adelbertia, Chaetostoma).

A. Caps. 3-loc. Germ. liberum, glabrum. Styl. filiform., stigm. simpl. — (*Brasil.*)

1. *Cal. turbinat.*, limbi dentes 5 subulato-acuminati. Pet. 5, obcordata. Stam. 10, alterna minora; filam. compress.; anth. falcatae, attenuato-rostratae; connect. postice basi deorsum breviter acuteque calcaratum, sursum clavulam erigens longiorem simplicem rectam teretem truncatam. Germ. 3-loc. Fruct. . . . . ? (Arb., fol. 3-nerv., panic. term.) . . . . *Adelbertia. Nob.
2. — *globos., obovat. v. campanulat.*, limbo vix constricto, lobis 5 angustis acutis persist. Pet. 5, obovata. Stam. 10, consimilia; anth. aequal., linear., falcat., subrostratae, basi breviter 2-lobae; connect. productum in auriculam obtusam indivisam, longitudine variam. Caps. subglobosa, 3-valv. Sem. ovoid., angulata, v. (ex Mart.) cochleata? (Suffrut. glabri v. glanduloso-pilosi; fol. subsessil., verticillata v. fasciculata, 3-5-nerv., serrat. v. integerr.; thyrsi coarctati v. panic. ax. et term.) . . . . Cambessedesia. DC.
3. — *obovato-subturbinat. v. cylindr.*, limbo persist. spinuloso-4-6-lobo infra lobos annulo setarum cincto. Pet. 4-5, obovata. Stam. 8-10, subconsimil., inaequilonga; anth. cylindricae, brevissime subrostratae; connect. lineare nunc elongat. nunc breve vix gibbosum v. basi 2-lobum. Caps. prismat. v. cylindric. 4-5-gona, a vertice 3-valv. Sem. ovata, subcurva, reticulata. (Frut. ericiform. glaberrimi, fol. sessil. acerosis decussat. vix 1-nerv. integerr., fl. term. solit.) Chaetostoma. DC.

B. Caps. 4-loc. Germ. liberum, styl. filiform., stigm. simpl. Stam. aequal. v. subaequalia. (Frut., fol. petiolata, tripli- v. 3-nerv.)

a. Connectiv. supra filamenti insertionem appendicula filiformi caudatum. Caps. sphaeroidea loculicido-4-valv. Sem. scobiformia. (Cymae terminal.)

1. *Cal. urceolat.*, 4-dentat., dent. angustis carinatis. Pet. 4. Stam. 8. Germ. liberum, nudum. — (*Brasil.*) Huberia. DC. Cham.
2. — *turbinat.*, 2-bracteat., limbo 6-fido decid., lobis lanceolatis tubo subduplo longiorib. erectis. Pet. 6. Stam. 12. Germ. glandulis 6 confluentib. piliferis styli basin cingentib. coronatum. — (*Brasil.*) *Behuria. Cham.
3. — *sub-4-gono-campanulat.*, 8-nerv., 4-dent., dent. 3-angular. acutis. Pet. 4, obovat. Stam. 8, alterna majora; anth. ellipt.; connect. deorsum product., calcare cuneato emarginato in stam. minorib. glanduliformi. Germ. liberum, circa styli brevis basin serie setarum brevium coronatum. Stigma subcapitat. Caps. loculicido-4-valv. Columna centr. demum libera. Sem. clavato-ellipt., echinata. (Suffr., fol. valde inaequal. inaequilateris integerr. Racemi ax. paucifl., fl. parv. — *Mexico.*) . . . . *Centrademia. Don.

b. Connectiv. obsolet., exappendiculatum. Stam. 8, anth. oblong. Cal. globos., lobis 4 latis vix acutis persist. Pet. 4. Germ. apice umbilicat. 4-tuberculat. glabrum. Sem. cuneato-angulata. (Pedicelli ad ramorum apices terni. — *Nov. Granat.*) . . . . Bucquetia. DC.

C. Caps. 5-7-loc., sphaeroidea, ab apice dehisc. Styl. filiform., stigm. simpl. Stam. aequal., consimilia.

1. *Caps. vertice umbilicata et circa styli basin 5-7-gibbosa.* Cal. campanulat., limbo basi subconstricto 5-dent., dent. brevib. acut. decid. Stam. 10, ad inferius floris latus dejecta, anth. linear., connect. ad articulationem breviter et obtuse sursum producto. (Herba; fol. magnis 5-7-nerv. crenat., subtus ramulisque ferrugineo-tomentos., panic. term. — *Peruvia.*) . . . . *Brachycentrum. Nob.
2. — (*ut germ.*) *libera et apice setosa*, 5-6-costata, loculicido-5-6-valv., columna centrali persist. Sem. pyramidata, angulata. Cal. urceolat., lobis 5-6 brevib. persist. Pet. 5-6. Stam. 10-12, filam. saepe (ut styli basis) glanduloso-pilosis; anth. subfalcato-elongatae, basifixae; connect. deorsum incrassat., postice gibbosum nec productum, exappendiculat. (Frut. pube stellata v. ramosa tomentosi, fol. 3-nerv., panic. term. contracta subcapitata. — *Brasil.*) . . . . *Pyramia. Cham.

†† *Stamina disparia*, alterna (quae calycis lobis opposita) majora, anth. ovatis v. cylindr. tubuloso-rostratis. Calycis tub. turbinat., sphaeroid. v. campanulat. — (*America austr.*)

a. Germ. 3-10-loc. Connect. deorsum product., ad articulationem emarginato-bilobum. Sem. recta, angul.

1. *Germ. 5-10-loc., apice sulcat. setulosum.* Caps. vertice concava, 5-6-10-loc., a basi loculicido-5-6-10-valv., placentis demum liberis et saepe persist. Cal. 5-10-fid., lobis plerumque deciduis. Pet. 5-10. Stam. 10-20, anth. breviter obtuseque rostratae. (Frut. subglabr., fol. sessil. carinat. 1- v. basi plurinerv. integerr. v. ciliat., fl. term. solitar. sessil. v. breviter cymulos.) . . . . Lavoisiera. DC.
2. — *5- rarius 3-loc., subglobos., glabr.* Caps. 5-3-loc., ultra medium 5-3-valv. Cal. 5-fid., lobis linear. v. setaceis persist. Pet. 5. Stam. 10, alternorum omnia v. nonnulla sterilia v. castrata; anth. longe rostratae. (Frut. v. suffr. pilosi, fol. petiolat. saepe cordat. 5-9-nerv. serrat., cymis ax. saepe in thyrsum term. dispositis.) . . . . Rhynchanthera. DC.

b. Germ. 2-loc., liberum, nudum. Caps. ab apice loculicido-2-valv. Sem. ovoid. v. subcurva, reticulata. Cal. 4-fid., lob. lanceolat. acut. persist. Pet. 4 (persist., ex Mart.). Stam. 8, anth. rostro mediocri, connect. ad articulationem in appendiculam obtusam 2-lobam v. indivisam desinens. (Herbae v. suffrut.? pilosae, fol. parv. ovat. acut. ciliato-serrulat. 3- v. sub-1-nerv., fl. ax. et term. subracemosis v. cymoso-paniculat.) . . . . Meisneria. DC.

MELASTOMOIDEAE.

Subordo II. MELASTOMACEAE. Trib. II. *MELASTOMEAE.*

(Continuat.)

Subtribus III. RHEXIEAE.

A. Petala nulla. Calycis tub. globosus, limbo 4-fido, lobis ovatis ciliatis, sinubus setam gerentibus. Stam. 8, alterna minora; anth. oblongae, erostres, majorum connectivo basi longe 2-setoso, minorum 2-auriculato. Caps. libera, globosa, glabra, 2-loc., 2-valv. Sem. oblonga, an curvata? (Herba. — *Brasil.*) . . . . * Dicrananthera. Presl.

B. Petala 4 v. 5.

I. Caps. 2- rarius 3-locularis.

A. Antherae rostro longo terminatae. Calycis tub. ovat. suburceolat. v. turbinat., limbo 4-dentato. Pet. 4, obovata. Caps. loculicide dehisc. (Herbae glanduloso-pilosae.)

1. *Stam.* 8, *aequalia; connect. infra et supra antherae loculos productum filiforme*, ad articulationem tumidum et setis 2 longis introrsum appendiculatum. Calycis limbus subcampanulat., dentib. latis obtusis. Caps. oblonga, 3-loc., 3-valv.; columna centrali seminifera demum libera. (Fol. petiolata, 3-5-nerv., serrulato-ciliata; cymae term. paucifl. — *Guiana.*) . . . . . . Appendicularia. DC.
2. — 4, *exserta, connect. brevissimo* ad articulat. tumido-2-auriculato. Calycis lobi lanceolati, persist. Caps. 2-loc., 2-valv. Sem. ovoid., recta? reticulata. (Fol. sessil., penninerv.; capitula ax. et term. paucifl., aut fl. ax. solitar. v. fasciculati. — *Brasil.*) . . . . . . Siphanthera. Pohl.

B. Antherae erostres obtusae aut sensim attenuatae v. rostro brevi terminatae (cfr. Noterophila, Microlicia).

† **Caps. 2-loc., raro 3-loc.** (cfr. Spennera.)

a. *Connect. saepissime plus minus (plerumque breviter) deorsum productum inappendiculatum*, rarius introrsum breviter et obtuse 2-calcarat. Anth. ovatae v. cylindr. Stam. 8 v. 10, aequal. Cal. subglobos., lobis 4-5 brevib. persist. Pet. 4-5, minuta, angusta, acuta. Caps. libera, 2- raro 3-loc., membranacea (ex Mart. subirregulariter rumpens). Sem. echinulata. (Herbae, fol. petiol. 5-7-nerv. ciliato-serrat., cymis paniculat. — *America austr.*) . Spennera. Mart.

b. *Connectiv. appendiculatum.* Antherae oblongo-lineares. Germ. glabrum. Caps. ovata v. subglobosa, 2-loc., loculicido-2-valv., placentis demum liberis. (Flor. axill. solitar.)

1. *Stam.* 8, *subaequal.*, connect. brevi ad articulat. obtuse producto 2-auriculato. Anth. falcatae. Cal. campanulato-cylindric., lobis 4 linearib. Pet. 4. Sem. cochleata, tuberculato-scabra. (Frut., fol. 3-nerv. ciliato-serrat. — *Brasil.*) . . . . Comolia. DC.
2. — 8 *v.* 10, *disparia, alterna longiora;* anth. breviter rostratae; connect. hinc productum in appendicem ligulaeformem antheram subaequantem, illinc in nodulum brevem emarginatum. Cal. campanulat., lobis 5 rarius 4 angustis persist. Pet. 5-4, oblonga. Sem. reniform., parum curvata, punctata. (Herbae, fol. sub-3-nerv. saepe integerr. — *America austr.*) . . . . * Noterophila. Mart.

†† **Caps. 3-loc.** Sem. reniform., punctata. Cal. globos. v. obovat., lobis 5 subulat. persist. Pet. 5, obovata. Stam. 10, disparia, anth. ovat. breviter rostratis, connect. antrorsum producto in calcar clavatum in staminib. minorib. multo brevius. (Frut. v. herbae, fol. sessil. 3-nerv., fl. ax. solitar. v. subcorymbos. — *America austr.*) . . . . Microlicia. Don.

II. Caps. 4-loc. Flor. 4-meri, 8-andri.

A. Stam. 8, inaequalia, alterna (quae sepalis opposita) sterilia (cfr. Commentar.) Connectiv. staminum steril. basi breviter 2-calcarat. v. 2-tuberculatum, majorum productum in appendicem linearem apice bifidam. Cal. tubulos., limbi dent. 4 acutis persist. Pet. 4. Sem. cochleata ruguloso-scabra. (Herbae subglabr., fol. 5- v. subtriplinerv. serrato-ciliat., thyrs. corymbos. term. paucifl. — *America trop.*) . . . . Heleronoma. DC.

B. Stam. 8, omnia fertilia, plerumque aequalia.

I. Calycis limbus subtruncatus, dentib. 4 obsoletis latis brevib., tubo obconico-cylindr. ultra germen longe producto. Pet. 4, oval. Anth. linear. acuminat., connect. longo basi producto in append. setaceam in staminib. 4 simplicem in reliquis duplicem. Germ. 4-costat. Fruct...? (Frut. glaber, fol. praeter nerv. marginal. crassum 5-nerv. integerr., thyrs. paniculat. laxis term. — *Brasil.*) Pachyloma. DC.

II. Calycis limbus manifeste dentatus.

† *Stamina aequalia v. subaequalia*, (cfr. Fritzschia.) Calycis lobi angusti.

a. Connect. nudum v. rarius appendice brevi simplici postice caudatum. Cal. ovato-cylindraceus ultra germen product. in collum constrictum, limbo 4-fido persist. Placentae lunatae stipitatae. Sem. cochleata. (Herbae, fol. sessil. 3-nerv., cymis corymbos. — *Amer. bor.*) Rhexia. L., DC.

b. Connect. appendice 2-fida v. duplici v. triplici auctum.

1. *Calycis tub. ovatus, lobis apice saepe 3-setosis.* Anth. consimiles, linear., rostratae; conn. basi 3-calcarat., calcarib. 2 anticis adscendentib., tertio postico. Caps. ovata. Sem. cochleata. (Suffrut. glabr. v. glanduloso-pilos., fol. petiol. 5- v. 1-nerv., fl. solitar. ax. v. term. — *America austr.*) . . . . Tricentrum. DC.
2. — *tub. globos., lobis acuminatissimis.* Pet. ciliata. Anth. triquetrae, basi in setas 2 longas tenuissimas productae. Sem. . . . ? (Herba habitu fol. et inflor. Spennerae. — *Nov. Granat.*) . . . . Ernestia. DC.
3. — *tub. hemisphaerico-cupuliformis, lobis persist., sinubus arcuatis.* Stam. aequal. v. inaequal., anth. ovoideo-oblong.; connect. antice auricula bifida appendiculatum, in stam. aequalib. v. minorib. brevissimum crassum basi 2-lob. v. 2-callosum. Caps. sphaeroid., loculicido-4-valv. Sem. reniform., impresso-punctat. (Suffrut. facie Serpylli, fol. 1- v. 3-nerv., fl. term. solitar. — *Brasil.*) . . . . . * Fritzschia. Cham.

†† *Stamina inaequalia.* (cfr. Marcetia.)

a. Cal. hemisphaerico-cupuliform. Connectiva disparia, etc. (Fritzschiae sp., — v. supra.)

b. Cal. ovatus v. oblongus. Caps. loculicido-4-valvis.

1. *Cal. oblongus, lobis ovatis mucronulatis.* Pet. lanceolata, oblique acuta. Stam. alterna majora, caeterum subconsimilia; anth. elongatae, basi emarginatae; connect. postice breviter deorsum caudatum. Sem. scobiform., vix curva. (Suffrut., fol. petiolat. 5-7-nerv. denticulat., thyrs. paniculat. term. — *Napalia.*) . Oxyspora. DC.
2. — *oblong. v. cylindr., lobis angustis persist.* Pet. oval., acuta. Stam. inaequilonga v. subaequalia, caeterum subconsimilia; anth. oblong., basi emarginato-2-tuberculatae; connect. indistinct., nudum v. ad articulat. antice breviter 2-auriculat. Sem. cochleata, punctata. (Suffrut. ericoidei, fol. parvis 1- v. 3-nerv., fl. ax. ad ramor. extremit. subracemos. — *Brasil.*) . . . . Marcetia. DC.

III. Caps. 5-loc., 5-valvis. Flor. 5-meri, 10-andri. Pet. 5 ovalia.

1. *Calyx ovatus, collo constricto, lobis 5 basi dilatatis apice subulatis.* Stam. disparia, quae calycis lobis opposita majora. Anth. ovato-oblongae, breviter et obtuse rostratae; connect. productum in ligulam longam simpl. spathulatam in stam. minorib. minorem v. subabortivam. Caps. ovata. Sem. cochleata, punctata. (Frut. heteromorphi, fol. integerr., fl. ax. solitar. v. cymulosis. — *Brasil.*) . . . . Trembleya. DC.
2. — *subcampanulat., breviter et obtuse 5-dentat.* Anth. apice 2-valves? basi bifurcatae. Fruct.? Columna placentifera demum libera. Sem. . . . ? (Frut. scandens, fol. 5-7-nerv. ciliato-serrat., cymis capitato-confertis term. et axill. — *Guiana.*) . . . . Adelobotrys. DC.

MELASTOMOIDEAE.

Subordo II. MELASTOMACEAE. Trib. II. MELASTOMEAE.

(Continuat.)

Subtribus IV. OSBECKIEAE.

A. Alabastra bracteis calyptraeformibus deciduis involuta. Calycis limbus 5-fid., persist. Pet. 5. Stam. 10. Stigma punctiforme. Fruct. 5-loc. (Frut., flor. magnis. — *Brasilia.*)

1. *Bracteae 2 hispidae.* Antherae subaequales, basi 2-auriculatae. Germ. . .? Caps. baccata. Sem. . .? (Fol. petiolata, 5-nerv., integerr., supra scabra, subtus sericeo-pilosa; pedunc. term. trichotom.) . . . Diplostegium. Don.

2. — *3 v. plures.* Cal. sphaeroid., nervosus, vernicosus, glabrescens, limbi lobis obtusis. Pet. obovat. v. obcordata. Stam. aequal., petalis breviora, filam. glabris, anth. ovoid. obtusis, connect. inferne subproducto exappendiculato. Germ. liberum, stylo brevi glabro. Caps. globosa, loculicido-5-valv. (Fol. sessil., 7-9-nerv., utrinque margineque setoso-villosa, panic. subfastigiatae.) . . . . *Svitramia. Cham.

B. Alabastra nuda aut bracteis subplanis (saltem non calyptraeformibus) **munita.**

I. Calyx extus nec setis squamisve nec aliis appendicibus vestitus, (cfr. Chaetogastra, Arthrostemma, Osbeckia.)

A. Flores 5-meri. Calycis tubus ovat., germini plus minus adhaerens, limbo 5-fido. Pet. 5, obtusa. Stam. 10. Stigma punctiforme.

† **Connectiv. nudum.** Antherae oblongae, rostratae. Filamenta basi corona pilorum cincta. Cal. adhaerens, lobis lineari-subulatis persist. Pet. ovali-oblonga. (Frut. rufescenti-hispidi, fol. 5-nerv., denticulato-crenulat., rugos.; cymis ax. et term. contractis, bracteis obsoletis. — *Ind. or.*) . . *Lachnopodium. Blume.

†† **Connectiv. basi 2-auriculatum.** Calycis lobi decidui. Pet. obovata. Anth. elongatae, subaequales. Caps. 5-loc. (Frut., fol. 3-5-nerv., integerr., supra setoso-scabra subtus sericeo-velutina; flor. laxe racemos. v. paniculat. term., magni, alabastra plerumque bracteis 2 deciduis tecta. — *America austr.*)

1. *Caps. baccata (an indehisc.?)* Stam. filamenta glabra; anth. basi arcuatae; connect. stipitiforme, auriculis brevibus. Pleroma. Don.

2. — *sicca, sublibera, superne 5-rimosae.* Styl. et filamenta saepissime pilosa; anth. breviter rostratae; connect. basi tumidum, auriculis introrsis variis. (Fol. nonnunquam verticillata.) Lasiandra. DC.

B. Flores 4-meri. Cal. 4-fid., lobis persist. Pet. 4. Stam. 8. Caps. 4-loc.

1. *Calycis tub. ovatus,* limbo 4-lobo. Pet. oval. v. obovata. Stam. alterna longiora filamentis apice introrsum glanduloso-barbatis, 4 breviora subglabra; anth. lineares, elongatae; connect. staminum longiorum elongato-stipitiforme, omnium basi obtuse auriculatum. Germ. liberum, setis glanduliferis hirtum. Sem. ovata (an recta?) hinc ad hilum subtruncata. (Frut., fol. pseudo-penninerv. integerr., juniora rufo-villosa, thyrso-paniculato. — *America austr.*) . . . . Macairea. DC.

2. — *tub. globosus,* carnosus, limbo coarctato 4-dentato. Pet. apice oblique aristata. Connect longum cum filam. articulatum. Anth. erectae, basi nudae. Germ. . . .? Caps. baccata, globosa. (Herba subglabra, fol. petiol. 3-nerv., fl. spicato-racemos. term. parvis. — *Antill.*) . . . Aciotis. Don.

II. Calyx extus setis squamisve saepe pectinato-ciliatis appendiculatus, rarius subnudus v. mere hirsutus, (cfr. Chaetogastra, Arthrostemma, Osbeckia.)

A. Calycis appendiculae a limbo remotae v. saltem non regulariter cum ejus lobis alternantes.

I. Calycis tubus basi non involucratus.

a. Capsula sicca. Cal. turbinat. v. campanulatus, extus plerumque pilis setis squamisve vestitus, limbi lobis persist. Stam. glabra, anth. oblongis. (Frut., suffrut. v. herbae. — *America trop.*)

1. *Calycis limbus 5-fidus,* lobis saepe excrescentib. et calvescentibus. Pet. 5, obovata. Stam. 10, anth. subaequal., connect. basi producto in calcar simplex v. 2-fidum aut in tubercula 2 obtusa saepe exigua. Germ. liberum, apice setosum v. denticulat. Caps. 5-loc., apice loculicide-rimosa. (Fol. 3-7-nerv., setosa v. villosa; glomeruli ax. et term. paniculam constituentes.) . . . . Chaetogastra. DC.

2. — *limb. 4-fid.,* lobis lanceolatis. Pet. 4, obovata v. apice aristata. Stam. 8; connect. longiusculum, basi obtuse auriculatum, rarius in calcar simplex v. 3-setosum v. 3-dentat. productum. Caps. 4-loc. (Habitus varius.) . . . . Arthrostemma. Pav.

b. Bacca pulposa, 5-loc. Germ. semiadnat., superne conicum. Styl. filiform., stigm. punctiform. Cal. ovat., squamulis palmato-ciliatis muricatus, limbo 5-fido decid. Pet. 5, obovata. Stam. 10, aequal.; anth. oblongo-linear., antice basi constricto-2-auriculatae, connect. indistincto. (Frut., fol. 5-nerv. subintegerr., panic. term. ramis 3-fid. — *Amboina.*) . *Otanthera. Blume.

II. Calyx basi cinctus involucro duplici (utroque ex bracteis 2 connatis formato,) tubo turbinato squamis imbricatis tecto, limbi lobis 5 lanceolatis. Pet. 5, oval. Stam. 10, glabra, connect. basi obtuse 2-auriculato. Germ. liberum. Caps. dehisc. (Frut. ramulis petiolisque squamuloso-scabris, fol. 5-nerv. integerr. supra villos. subtus scabris, flor. paucis term. — *Guiana.*) . . . . Tibouchina. Aubl.

B. Calycis appendiculae limbo approximatae ejusque lobis plerumque alternae.

a. Caps. sicca, 4-5-loc., apice loculicide dehisc. Cal. ovat., saepe setis squamisve palmatifidis aut pube stellata (rarissime simplici) vestitus; limbi lobi 4-5 cum appendicibus 4-5 alternantes et cum iisdem decidui. Pet. 4-5. Stam. 8-10, subaequal., anther. rostratis, connect. basi incrassato antice 2-auriculato v. breviter 2-calcarato v. mutico. Germ. semiadnat., superne conic. (Herb. v. frut., plerumque hispid., fol. oppos. raro verticillat. 3-5-nerv. subintegerr., fl. saepe capitat. bracteat. v. racemos. v. corymbos. v. subsolitar. — *Patria intra trop. subdiff.*) Osbeckia. (L., DC.) Blume.

b. Caps. baccata, *indehisc. aut irregulariter rumpens.* Stigma punctiforme.

1. *Cal. ovat., saepe squamulis setisve dense tectus,* limbo 4-6-fido, lobis cum appendicib. 4-6 saepe exiguis alternis et decid. Stam. 8-12 (ex DC. saepe 4-6) nonnunquam subinaequal.; connect. saepe elongat., basi 2-calcarat. v. 2-setosum v. emarginat. Caps. 4-6-loc. (Frut., saepe hispidi, fol. 3-7-nerv. integerr. v. serrulat. — *Asia, Australia et Africa trop.*) . . . Melastoma. Burm. Blume.

2. — *tubulosus, basi 00-bracteolatus,* limbo 4-5-fido basi appendicib. barbatis cincto. Pet. 4-5, unguiculata. Stam. 8-10, connect. basi 2-auriculato. Germ. vix basi calyci adnatum, apice villoso-setosum. Bacca varie depressa. (Suffrut. v. herb., fol. 3-5-nerv., fl. capitat. — *Africa, Ins. Mascarenh., Molucc.*) . . . . Tristemma. Juss.

LXXVI. LYTHRARIEAE.

A. Flores ☿. Discus calycem vestiens nullus.

I. Semina alata. Calycis aestiv. perfecte valvata. Pet. aequal. plus minus distincte unguiculata. Stylus filiform., stig. capitat. (Arbor. v. frut., ramis saepe 4-gonis, fol. integerr.) . . . . **Tribus I. *LAGERSTROEMIEAE.***

a. Germen 3-6-loculare. Caps. calycis basi persistente cincta, 3-6-loc., 3-6-valv. Cal. hemisphaer., basi 2-bracteolat., 6-fid., sinubus rotundatis. Pet. 6. Stam. 18-30. (Fol. opposita, in ramulis saepe alterna; pedunc. axill. ad ramorum apicem saepe paniculas v. racemos formantes. — *Ind. or., Cochinch., China.*) . . . . Lagerstroemia. (L.) Willd.

b. Germen 2- v. 4-loc. Stylus longissimus, exsertus. Stam. imo calyci inserta. (*Amer. trop.*)

1. *Germen stipitatum, 2-loc.* Caps. corticosa, incomplete 2-loc., aut septo evanido 1-loc., 2-plurivalv. Cal. campanulat., persist. v. decid., coriaceus, apice plicato-16-24-dentatus, dentib. 8-12 exteriorib. subobsoletis. Pet. 8-12, summo tubo inserta, aequal., decid. Stam. 16-24. (Folia oppos., glandula terminata; fl. axill. solitar. v. in racem. v. panic. term. dispositi.) . . . Lafoensia. Vand.

2. — *sessile, hemisphaerico-4-gonum, 4-loc.* Caps. septis evanidis 1-loc., placenta centrali (ex 4 connatis conflata) magna. Cal. turbinato-campanulat., colorat., persist. (fructifer valde auctus inflatus), 8-dentat., dent. aequalib., accessoriis 0. Squamulae 16 in medio calycis subdistantes, dentibus per paria oppositae, subulatae, nunc obsoletae. Pet. 5, aequal. Stam. 24, connectivo carnoso antice insigniter convexa. (Flor. praecoces, laxe paniculat.) . . . Physocalymna. Pohl.

c. Germen 1-loc., sessile, in fundo placentam brevem et dissepimenti rudimentum gerens. Styl. curvatus. Caps. 1-loc., 2-valv., valvis medio septi vestigium gerentib. Sem. ala angusta cincta. Cal. brevis, campanulat., 10-12-nerv., profunde 10-12-dentat., dentib. 6. exteriorib. angustioribus saepe obsoletis. Pet. 6, raro 5, aequal. Stam. 12-40, raro 10 v. pauciora, 1-serialia, tubo inferne inserta. (Fol. oppos., raro verticill., fl. ax. solit. subsessil. v. in racemos v. capitula digesti.) . . . . Diplusodon. Pohl.

II. Semina aptera. Calycis lobi in aestiv. plus minus distantes v. subvalvati. . . . . **Tribus II. *SALICARIEAE.***

A. Stamina numero dentium calycis primariorum aequalia v. pauciora (rarius plura, cfr. Lythrum, Ammannia.)

I. Stamina 2. Caps. matura 1-loc. Calycis limbus 4-fidus. (Hbae, raro suffrut., foliis oppos. integerr.)

1. *Cal. infundibuliformis. Pet. 4. minuta v. 0.* Stam. calycis fundo inserta, opposita. Styl. lateral., obtusus. Caps. calyce cincta, 1-loc., apice irregulariter circumscissa, 00-sp. (Pedunculi 00-flori. — *Java.*) . . . . Crypthotheca. Blume.

2. — *tubuloso-campanulatus, lobis erectis obtusis, cum denticulis 4 exiguis in sinubus. Pet. 0.* Stam. tubo inserta, inclusa. Styl. terminal., filiform., stig. capitato. Caps. 2-valv., junior 2-loc., septo demum evanido, 00-sp. (Flor. solitar. sessil. — *Eur. austr.*) . . . . Suffrenia. Bell.

II. Stamina 3-5 v. plura.

A. **Germen stipitatum, 1-loc.,** ovoid., compressum, lateri inferiori baseos calycis insertum; placenta parieti superiori adnata, ovulis paucis. Stylus filiform., glaber, stig. simpl. Fruct. . . . . . ? Cal. 2-bracteat., tubulosus, angulat., limbo 10-14-dentato, dentib. alternis semi-ovatis conniventib. mucronatis, alternis subulato-spinosis patentib. Pet. 5-7, angusta, fauci inserta. Stam. 7. rarius 5 v. 8, tubi basi inserta, exserta; anth. cordatae, margine fere toto dehisc. (Suffrut. rigidi, fol. oppos., fl. axill. sessil. in ramulor. extremit. subspicato-conferti. — *Chile.*) . . . . *Pleurophora. Don.

B. — **sessile, 2-4-loc.** Stigma capitat. Caps. 00-sp.

a. Stylus brevissimus v. subnullus. (Hbae, flor. axill. solitar. parvis.)

1. *Cal. tubulos., membranac, 3-5-fid.,* lobis ovatis acutis, sinubus edentulis. Pet. 3-5, obovata, minuta. Stam. 3-5, medio tubo inserta. Germ. 3-loc. Caps. calyce tecta, 1-loc., 3-valv. (Fol. oppos. v. verticill., sessil., patula. — *Ind. or., Amer. trop., Nov. Holl.*) . . . . Rotala. L.

2 — *campanulat., 12-fid.,* lobis 6 latiorib. erectis, alternis 6 subulatis e sinubus ortis patulis. Pet. 6 exigua aut 0. Stam. 6. Caps. 2-loc. (Fol. altern. v. oppos. — *Eur., Afr. et Amer. bor.*) . . . . Peplis. L.

b. Stylus conspicuus, rarius in Ammannia subnullus? Stam. tubo inserta. — (Hbae, fol. oppos. integerr.)

1. *Cal. campanulato-tubulos., 4-fid.,* lobis ovat. acutissimis convergentib., sinubus denticulo auctis. Pet. 0. Stam. 4. Germ. ovat., 2-loc. Styl. filiform. Caps. ovata 2-v. 1?-loc., septifrago-2-valv. (Spicae axill. bracteatae, fl. 2. bracteolatis. — *Ind. or.*) Ameletia. DC.

2. — *campanulat., 2-bracteolat, persist., 8-nerv., plicatus, 4-8-dentat.,* dentib. planis v. incurvis, sinubus denticulo saepe corniformi v. patente auctis, rarius nudis. Pet. 4-5, parva, v. 0. Stam. 4-5, rarius 8-10. Styl. persist., interdum brevissimus. Germ. 2-4-loc., placentis centralib. Caps. globosa, membranacea, 2-4-loc., nunc septicido- v. septifrago-2-4-valv., nunc transverse dehisc., parte superiore tunc cum stylo decidua. (Flor. axillar. plures v. subsolitar. — *Patria diffusa.*) . . . . Ammannia. Houst.

3. — *tubulos.,* 12-nervoso-costat., persist., 12-dent., etc. (*Lythri* sp., vid. infra.)

B. Stamina numero laciniarum calycis primariarum plura, plerumque dupla.

† **Folia indivisa.**

I. Calycis limbus processibus accessoriis e sinubus (inter lacinias primarias) ortis munitus. (Cfr. Cuphea, Lythrum.)

A. Petala plus minus inaequalia, (rarissime subaequalia v. 0.) Calyx tubulosus.

1. *Calyx basi superne gibbus v. saccatus v. obtuse calcaratus* (rarius subaequalis), limbi plicati dentib. 6 primariis triangularibus (uno saepe majore), accessoriis 6 multo minoribus v. saepe obsoletis. Pet. 6, (rarissime 0) superiora 2 plerumque majora. Stam. 11, raro pauciora, inaequali altitudine fauci inserta; anth. rotundae, dorso affixae, 2-loc., longit. intus dehisc. Germ. sessile, 2-1?-loc., loc. 2-00-ovulat. Styl. subulat., semper? curvat., stig. capitellato semper? 2-lobo. Caps. tenuis, subleguminiform., demum cum calyce longitudinaliter fissa. (Frut.?, suffrut. v. hbae, fol. oppos. v. verticill., fl. axill. solitar. v. racemos. — *Amer. bor. et austr., ins. Societat.*) . . . . . . Cuphea. (P. Browne) Jacq.

2. — *basi aequalis.* Pet. 6, valde inaequalia. Antherae transversae ellipticae, basi affixae, margine dehisc. Germ. breviter stipitat., 2-loc., loc. inaequalibus. — Caet. Lythri. (Frut., fol. oppos. et altern., fl. axill. solitar. — *Brasil.*) . . . . *Anisotes. Lindl.

B. Petala aequalia. Calyx regularis.

a. Germen 2-loc. Styl. filiform. Caps. calyce inclusa, 2-loc., 00-sp. Calyx tubulosus.

1. *Calycis dentes 6 accessorii primariis 6 angustiores.* Pet. 6. Stam. 12, rarius 6, tubo inserta. Stigma plerumque capitatum. Caps. oblonga, tenuis, 2-loc., septicido-v. septifrago-2-valv. aut ruptilis. (Hbae v. frut., fol. oppos. v. verticill., fl. ax. solitar. v. racemoso-spicatis. — *Patria subdiffusa.*) . . . Lythrum (L.) Lindl.

2. — *dentes 4-6 erecti, accessorii 4-6 minores corniformes.* Pet. 4-6. Stam. 8-12, calycis basi inserta. Germ. sessile. Stigma 2-fidum. Caps. 2-valvis. (Frut., fol. oppos. subtus glandulis nigris punctat., pedunc. ax. 00-fl. — *Ind. or., China, Amer. trop.*) . . . . Grislea. Loefl.

b. Germ. 3-15-loc. (v. pag. seq.)

LYTHRARIEAE.

(Continuat.)

A. II. † I. *B.*

b. *Germen 3-5-loculare*, sphaeroideum. Stigma capitatum. Caps. calycem implens.

1. *Calyx turbinat.*, 12-costatus, lobis 6 majoribus erectis, 6 minorib. accessoriis patentibus. Pet. 6. Stam. 12, calycis medio inserta, alterna minora. Germ. 3-loc. Styl. brevis. Caps. basi 3-loc., 6-valvis, horizontaliter rumpens. (Frut. canescens, fol. oppos., pedicellis ax. 1-fl. basi 2-bracteat. — *Ind. or., ins. Mascarenh., Oceania.*) . . . . Pemphis. Forst.
2. — *hemisphaerico-campanulat.*, lobis primariis 4-6 erectis, accessoriis 4-6 corniformibus patentib. Pet. 4-6, v. 0? Stam. 8-12. Germ. sessile, 3-5-loc. Styl. filiform. Caps. 3-4-loc. (Frut. v. hbae, fol. oppos. v. verticillat.; pedunc. ax. 1-00-fl. — *Amer. bor. et austr., Afr., ins. Mascarenh., Ind. or.*) . . . . Nesaea. (Comm.) St. Hil.

α. Stam. 10, quorum 5 longissima. Pet. 5. Germ. 3-loc. . . . . *Decodon. Gmel.*
β. — omnia aequalia v. subaequalia (in H. salicifolia inaequalia). Germ. 4-rarius 3-v. 5-loc.
1. Calyx basi 2-bracteolat., limbi dentes in toto 12. Pet. 6. Stam. 12. *Heimia. Link & Otto.*
2. — ebracteolat., limbi dentes in toto 8-12. Pet. 4—6. Stam. 8-12. *Nesaea. Com. DC.*

II. Calycis limbus processibus accessoriis (e sinubus ortis) destitutus.

A. Stamina 8 v. 10, nec plura.

† **Germen stipitatum**, 2-loc. Styl. inclusus, stig. 2-lobo. Fr. globos., calyce semitectus, forsan indehisc.? Cal. turbinato-campanulatus, 4-5-fid. Pet. 4-5, unguiculata. Stam. 8 v. 10, calycis basi inserta. (Arb. v. frut. fere ubique glanduloso-punctat., fol. oppos., umbellis axill. — *Amer. austr. trop.*) . . . . Adenaria. H. B. K.

†† **Germen sessile.**

a. Calyx 5-fid. Pet. 5. Stam. 10. Stigma acutum.

1. — *ventricosus.* Stam. petalis breviora, anth. sagittatis versatil. Styl. brevis. Caps. calyce inclusa coronataque, subrotunda, 2-loc., 00-sp. (Hb. fol. oppos. 3-nerv., fl. alterne axillar. solitar. — *Antill.*) . . . . Acisanthera. P. Browne.
2. — *turbinatus*, intus piloso-strigosus. Stam. petalis duplo longiora, alterna reliquis paulo breviora, anth. oblongis incumbentib. Styl. capillaris. Germ. oblong. Fruct. .....? (Frut. volub., fol. altern., fl. spicato-paniculat. terminal. secundis. — *Ins. Mascarenh.*) . . . . ?Physopodium. Desv. †

b. Calyx 4-partitus, patens, persist. Pet. 4, unguiculata, patentia. Stam. 8, geminatim petalis alterna. Germ. 4-rarius 3-loc. Styl. filiform., longus, stig. capitato. Caps. globosa, membranacea, calyce major, 3-4-loc., vix dehisc. (Frut., ramis subinde spinescentib., fol. oppos., fl. paniculat. v. corymbos. — *Afr., Asia austr.*) Lawsonia. L.

B. Stam. 12 v. plura.

† **Fructus siccus, capsularis.**

a. Calyx 4-fidus. Pet. 4, sessilia. Styl. filiform. Germ. sessile.

1. *Calyx urceolatus*, lobis latis triangularib. Stam. 14, infra petala inserta. Germ. subrotundum. Stigma oblong. Caps. calyce semiinclusa, 1-5-loc., 00-sp. (Hb. v. suffrut., fol. oppos., pedunc. ax. 1-00-fl. — *Guiana*) . . . . Crenea. Aubl.
2. — *fere ad basin usque 4-part.*, lobis petala fere aequantibus. Stam. 12-16, imo calyci inserta. Stigma truncat. indivisum. Caps. ovata, 3-4-gona, 3-4-valv., junior 3-4loc.?, matura sub-1-loc.?, 00-sp. (Arb.; fol. oppos. v. alterna spinis 2 suffulta; pedunc. axill. 1-fl. fasciculat. — *Antill.*) . . . . Antherylium. Rohr.
3. — *urceolat.*, lobis deltoideis. Pet. suborbiculata. Stam. 12, tubo calycis longe adnata, anth. oblongis adnatis. Styl. flexuosus, obtus. Caps. globosa, 1-loc., semi-4-valv. (Frut., fol. oppos., pedunc. ax. saepissime 1-fl. — *Guiana.*) . . . . Dodecas. L. fil.

b. Calyx 6-fidus. Pet. 6, longe unguiculata. (Fol. opposita.)

1. *Calyx campanulat., persist., lobis lanceolat. acuminat. patentib.* Petalorum lamina subrotunda. Stam. 12, anth. reniform. Caps. subrotunda, 4-sulcata, 1-loc.?, ex apice 4-valv., 00-sp. (Frut., pedunc. ax. 1-fl. — *Antill.*) . . . . Ginoria. Jacq.
2. — *hemisphaerico-campanulat., lobis ovato-3-angular. erectis.* Petalor. lamina ovalis. Stam. 24-30, imo tubo inserta, quorum 6 petalis longiora sterilia?, reliqua iisdem aequalia. Stigma simplex. Germ. 3-loc., 00-ovulat. Caps.? 3-loc.? 3-valv.? (Arb. v. frut., fl. ax. subracemos. — *Napal.*) . . . . Fatioa. DC.

?†† **Drupa baccata, umbonata, calyce vestita**, 1-3-loc.; loc. 1-pyrenis, pyrenis reniform. 1-sperm. fibroso-arillatis. Embryo in albumine inversus, curvatus. Cal. campanulat., 6-fid. Pet. 6, parva. Stam. 12, alterna breviora demum reflexa et marcescentia. Germ. disco cinctum, 4-loc., loc. 2-ovulat. Styl. crassus, stig. obtuso 4-gono. (Arb., fol. oppos. subdenticulat., corymbis axill. — *Java.*) . . . . ?Symmetria. Blume.

†† **Folia pinnatisecta, verticillata.** Cal. 5-sepalus. Stam. 10, filam. crassis pilosis, anth. cordatis. Germ. oblong., stylo 1, stig. orbiculato. (Hbae aquaticae, flor. axillar. — *Ind. or.* — *Hydropityon. DC.*)

1. Caps. 00-sp., subrotunda, 1-loc. Corolla 5-partita. (Pedunc. solitar. 1-fl.) . . . . ?*Honottia. Rchb. †
2. — 1-sp., semen nudum mentiens. Pet. 5, distincta. (Fl. sessil.) . . . . ?Hydropityon. Gaertn.

B. Flores dioici. Cal. 5-part., disco lanuginoso vestitus, aestiv. valvata. Cor. 0. *Masc.:* Stam. 5, perigyna, sepalis alterna, aestiv. inflexa, longe exserta, filam. carnosis, anth. 2-loc., loc. connectivo lato separatis, longit. dehisc. Pistilli rudiment. — *Fem.:* Germ. superum, 2-loc., placenta centrali; ovula 00, ad hilum foramine magno perfossa, peritropa. Stylus cylindr., stig. obsolete 2-lobo. Fruct.....? (Arb., fol. oppos. exstip., spicae v. racemi graciles ax. et term. Habitus et inflor. Combretacearum. — *Ind. or.*) . . . . ?*Henslowia. Wall.

LXXVII. RHIZOPHORACEAE.

A. Calyx calyptratus, i. e. aestiv. clausus, indivisus, ovatus, acutus, deinde transverse dehiscens. Pet. 5. Stam. 10, anth. subincurvae, rima longit. dehisc. Stylus filiform. Fr.....? (Frut. glaberr.; fol. oppos., integerr., coriac., opaca, 1-nerv., avenia; stipulae paulo supraaxillares, basi connatae, vaginantes; pedunc. axill., 1-fl., medio articulati. — *Antill.*) . . . . ? Olisbea. DC.

B. Calyx 4-13-fidus.

I. Calyx liber, campanulat., lobis aestiv. valvatis. Sem. albuminosa. . . . . **Tribus? I. *CASSIPOUREAE.***
Pet. 3, imo calyci inserta, basi attenuata, margine v. apice fimbriato-lacera. Stam. 20-40, uniserialia, imo calyci inserta eoque breviora. Germ. hemisphaer., loc. 2-ovulatis. Styl. stamina superans, persist., stig. obtuso. Fr. calyce cinctus, 3-valv., loc. 1-sp. Sem. pendula, basi semiarillata. Album. carnosum. Embryo invers., cotyled. planis. (Arb. v. frut.; fol. oppos., penninerv., subinde dentata; stip. lanceolatae inter folia; fl. axill., subcongesti, pedicell. 1-fl. basi bracteat. — *Amer. et Afr. trop., Madagasc.*) . . . . Cassipourea. Aubl.

II. Calyx germini adnatus. Fruct. semiinferus. Sem. exalbuminosa. (Folia oppos., omnium, excepta Carallia, integerrima.) . . . . **Tribus II. *RHIZOPHOREAE.***

a. Stam. petalorum numero dupla (nec plura.)

1. *Calyx subglobos., 5-7-lob., lobis brevib. 3-angular.* Pet. 5-7, unguiculata. Stam. 10-14. Germ. globos., annulo glanduloso coronatum, 1-loc., 1-3-ovulat. (ex Roxb.) v. 5-loc., loc. 2-ovulat. (ex W. et Arn.) Styl. stamina et pet. subaequans, stig. magno peltato (ex DC. 3-lobo suburceolato.) Fr. indehisc., baccaceus, reniform., 1-loc. (Arb. sempervir., glabr.; fol. serrata v. dentata, interdum pellucido-punct.; pedunc. axill. crassi, breves, di-v. trichotomi, 00-fl. — *Ind. or., Madagasc.*) . . . . Carallia. Roxb.

2. — *turbinat., limbo persist. 5.13-lobo.* Pet. 5-13, oblonga, 2-fida, coriac., conduplicata, singula stamina 2 amplectentia, margine lanuginosa. Stam. 10-26, petalis geminatim opposita iisque breviora, filam. inaequal., anth. linear. v. sagittat. Germ. 2-4-loc., loc. 2-ovul. Stylus stamina subaequans, stig. 2-4-dentato. Fr. calycis lobis coronatus (v. rarius subexsertus, calycis limbo basi cinctus?) embryone germinante demum perforatus. (Arb. v. frut., infl. axill. varia. — *Ind. or.*) . . . . Bruguiera. Lam.

3. — *obovat., limbo persist. 4-lobo, lobis oblongis.* Pet. 4, oblong., emarginata, coriac., margine lanata, in aestiv. conduplicata et stam. amplectentia. Stam. 8, petalis alterna, anth. subsessil. lineari-oblong. magnis. Germ. 2-loc., loc. 2-ovul. Styl. brevis, conic., 2-sulcat., stig. 2-dentato. Fr. ovat. v. oblong., 2-loc..?, caeterum Kandeliae. (Arb., infl. axill. plurifl. — *Patria intra trop. subdiffusa.*) . . . . Rhizophora. (L.) W. et Arn.

b. Stam. numerosa, 30-50-00, filam. subulat., calycis lobos aequantia, anth. parvis lineari-oblongis. Cal. campanulat., limbo persist. 5-6-lobo, lobis linear. Pet. 5-6, membranacea, glabra, unguiculata, ultra medium in lacinias 00 capillares fissa. Germ. 1-loc., 6-ovulat., ov. ex columnae centralis apice pendulis. Styl. filiform., stig. parvo 3-dentato. Fr. oblong., calycem superans ejusque lobis inferne cinctus, embryone germinante demum perforatus. (Frut., pedunc. axbis bifidis. — *Ind. or.*) . . . . Kandelia. (DC.) W. et Arn.

LXXVIII. VOCHYSIEAE.

A. Calyx 5-sepalus aut 4-5-partitus.

I. Petala 1-5. Calycis lobi plus minus inaequales, superior major basi calcaratus. Stylus simplex.

A. Germ. liberum, 3-loc. Caps. 3-loc., 3-valvis.

I. Petalum 1, rarius 2. Stamen fertile 1, (raro 2) cum pet. alternans. Calyx. 5-part. Stigma subcapitat. (Arbores oppositifoliae.)

a. Caps. cortice (epicarpio et mesocarp.) **irregulariter solubili corticata, 3-loc., 3-valv.,** loculis 1-2-sp. Germinis loculi pauciovulati. Pet. 1, declive, obcordat. Stam. fert. 1, anth. 4-loculari, loculis per paria distinctis. (*Brasilia.*)

1. *Capsulae valvae non septigerae.* Sem. bracteato-depressa, placentae centrali crassae 3-gonae angulis septiferae adnata. Staminum sterilium rudimenta nulla. (Folia stipulata, decidua, fl. axill. et lateral. solitar. v. fasciculati.) . . . . Callisthene. Mart.

2. — *valvae 2-fidae, marginibus inflexis dissepimenta praebentes.* Cal. coriaceus, calcare brevissimo. Stam. steril. rudimenta nonnunquam obvia. (Fol. coriacea, fl. terminal. racemos. v. subspicati.) . . . . Amphilochia. Mart.

b. Caps. lignosa, valvis medio septigeris. Sem. in quoque loc. 00, biserialia, 1-alata. Pet. 1, raro 2, imae calycis basi v. forsan disco? inserta. Stam. steril. rudim. obsoleta, fertile 1 (raro 2) filam. lineari, anth. Callisthenes, connectivo cordato concavo. (Fol. coriacea, Calophylli instar venosa, stipulae glandulosae v. decid., fl. term. trichotomo-cymosi paniculati, bracteis 2 ad ramification. — *Guiana, Brasil.*) . . . . Qualea. Aubl.

II. Petala 3, calyci inserta, inaequalia, medio lateralibus duplo majore. Stam. 3, petalis opposita, lateralia sterilia, medii anthera immobili apice cucullata (caeterum Qualeae). Cal. coloratus, lobis 4 parvis, 5to superiore magno calcarato. Stigma terminale, obtus. Caps. 3-gona, 3-loc., valvis medio dehisc., loculis 1-sp. Sem. apice alata. (Arb., fol. oppos. v. verticillat. 2-stip., racemis term. saepe paniculat., pedicell. 1-2-fl. basi 2-bract. — *Guiana, Brasil.*) . . . . Vochysia. Juss.

III. Petala 5, superiora 2 angustiora. Calycis lobi subaequal., ellipt., obtusi. Stam. 3, calyci inserta, petalis 3 inferiorib. opposita, medio antherifero, lateralib. 2 sterilib. minimis; anthera (Qualeae) in aestivat. stylum amplectens, connect. magno concavo. Germ. loc. 1-2-ovulat. Stylus clavat., infra apicem stigma laterale scutelliforme obtusum gerens. Caps. 3-gona, loc. 1-sp., valv. medio septigeris et dehisc. Sem. hinc in alam lanatam producta. (Arb., fol. conferte verticillatis, fl. thyrsoid. — *Brasil.*) . . . . Salvertia. St. Hil.

B. Germ. calycis tubo adnatum, 1-loc., oblong, 2-ovulat. Styl. filiform., stig. subcapitato. Fr.....? Calycis limbus 4-5-part.. lobis inaequal. super. longiore parabolico apice expanso in laminam petaloideam amplam intus barbatam in aestiv. convolutivam et genitalia foventem Pet. 1, declive, obcordat., sepalo calcarato oppositum. Stam. fert. 1, petalo oppositum, steril. 3-4 brevissima subclavata; anthera dorso affixa, cordata, 4-loc. (ex Mart. anguste oblonga sagittata 3-loc.) — (Arb., fol. oppos., stip. 2 membranac. parv. persist., panic. term. ad ramific. bracteis 2 decid. munita. — *Guiana.*) . . . . Erisma. Rudge.

II. Petala nulla. Calycis tub. subventricos., limbo 4-part., lobis ovat. acut. persist. Discus 4-angularis calycis fundum occupans. Stam. 1, parv., oblique sub germine insertum, anth. ovata didyma. Germ. ovat. Stigm. 3 (sessilia?) parva, subcapitata. Caps. ovato-3-gona, acuminata, 3-loc., 3-valv. Sem. 6, v. abortu 3, fundo loculor. inserta, angulosa. (Arb., fol. altern. oblong. serrat., spicis axill. confert., pedicellis bracteola lineari munitis. — *Nov. Granat.*) . . . . ? Lozania. Seb. Mutis. †

B. Calyx 3-sepalus. Pet. 5, convoluta. Stam. 1, anth. magna 2-loc. Styl. 1. Fr. (drupa?) oval., 3-loc., 3-valv. Caet. ignota. (Racemi term. v. axill. verticillat. — *Brasil.*) . . . . ? Agardhia. Spr. (nec alior.) †

LXXIX. ONAGRACEAE.

A. Germen calycis tubo adnatum.

Subordo I. ONAGRARIAE.

Tribus I. EPILOBIACEAE.

I. Semina exalbuminosa, (cfr. Montinia.) Stylus 1. . . . .

A. Germinis loculi pluriovulati (rarissime 1-ovul., ovulis tunc pendulis, cf. Gaureae.)

I. Stamina 3-12, sc. laciniarum calycis numero dupla rarius aequalia. . . . .

A. Fructus siccus (nec baccaceus. — Folia exstipulata.)

Subtribus I. JUSSIEAE.

I. Caps. septicido-dehiscens (cfr. Onosuris, Prieurea, Isnardia). Sem. 00, calva, exappendiculata. Calycis tub. ultra germen non productus (an etiam in Onosuride?), limbus 2-4-6-part., persist. v. tarde decid. . . . .

a. *?Calycis limbus 2-partit., lobis reflexis deciduis.* Pet. 4, obcordata, ad basin limbi calycis inserta. Stam. 4. Caps. 4-loc., 4-valv. Sem. . . . .? (Folia sessilia, subdentata. — *Louisiana.*) . . . . Onosuris. Raf. †

b. *Calycis limbus 3-part, persist.*, lobis lanceolat. acut., tubo elongato cylindraceo. Pet. 3, parva. Stam. 3, calycis lobis alterna, filam. filiform. brevib. Styl. brevis. Sem. minima. (Hba glabra, fol. altern. integris, fl. axill. solitar. brevissime pedicellatis. — *Senegal.*) . . . . Prieurea. DC.

c. *Calycis limbus 4-6-partitus*, tubus prismat. v. cylindric. v. ovat., raro turbinatus.

† *Stam.* 8-12. Calycis lobi 4-6, acuti, valvati, persist. Pet. 4-6, aequal., patent., aestiv. contorta, decid. Germ. 4-6-loc., stylo brevi, stig. capitato saepe 4-6-sulcato. Caps. saepe costata, 4-6-valv., valvis deciduis, suturis (costis) persist. (Hbae v. frut. paludos., fol. alt. saepius integerr.; fl. ax. solitar., saepius sessil., flav. v. albi. — *Patria extra Europ. subdiffusa*) . . . Jussieua. L.

†† *Stam.* 4-5, calycis lobis opposita.

1. *Calycis tubus cylindric., raro turbinatus, limbo 4-rarius 5-fido, lobis tarde deciduis.* Pet. 4-5. Stam. 4-5. Styl. filiform., basi pyramidata 4-5-sulcata, angulis villosis; stigma capitat., 4-5-sulcat. v. 4-5-lobum. Caps. turbinata aut valde elongata, 4-5-loc., 4-5-valv. (Hbae, fol. alt. integerr., fl. ax. subsessil. flav. basi 2-bracteol. — *Ind. or. Ins. Mascarenh.*) . . . . Ludwigia. (L.) Roxb.

2. *Calycis tub. ovat. v. subcylindric., brevis, limbo 4-part. persist.* Pet. 4, interdum rudimentaria aut 0. Stam. 4. Styl. filiform., decid., basi non dilatata, stig. capitat. Caps. obovata v. subcylindr., v. 4-gona, 4-loc., 4-valv. (ex DC. et Gaertn. loculicide dehisc.) (Hbae paludosae, fol. alt. v. oppos. integr., fl. ax. sessil. — *Eur., Amer. bor., Antill., Cap. b. sp., Asia.*) . . . . Isnardia. (L.) DC.

Subtribus II. ONAGREAE.

II. Capsula loculicido-dehiscens. Sem. 00, saepe comosa v. alata v. varie appendiculata. Calycis tubus ultra germen plus minus productus, parte libera cum limbo 4-raro 3-partito plerumque reflexo decidua. Pet. 4. . . . .

† **Calycis tubi pars libera brevis v. subnulla** (raro elongata, cfr. Hauya.)

a. *Semina alata, imbricata, erecta.* Antherae oblongae, oscillatoriae. (Folia alterna. — ***Montinieae, DC.***)

1. *Semina ala membranacea cincta* (ex Gaertn. albuminosa), placentae centrali sub-4-gonae affixa. Caps. 2-loc., 2-valv., loc. 2-8-sp. Flor. abortu monoici. Calycis limb. brevissimus 4-dentat. Pet. subrotunda. Stam. 4, petalis alterna (in ♀ effoeta) anth. oblongis. Germ. ovat. (in fl. ♂ abortiv.) stylo apice 2-fido, stig. capitat. (Frut. glaber., fol. integr. fl. term., ♂ subcorymbos., ♀ subsolitar. — *Cap. b. sp.*) . . . . ?Montinia. L.

2. — *apice in alam oblongam expansa.* Caps. 4-loc., 4-valv., 00-sp. Cal. ultra germen productus in tubum longum cylindr. semi-4-fidum, lobis angustis acutis patulo-deflexis intus coloratis. Pet. summo tubo inserta, ovalia. Stam. 8, exserta. Styl. filiform. exsert., stig. crasso capitato. (Frut., fol. jun. et calyc. tomentos., fl. axill. sessil. — *Mexico.*) . . . . ?Hauya. Fl. Mex.

b. *Sem. inappendiculata.* Ovula adscendentia (cfr. Sphaerostigma) saepissime 1-serialia. Stam. 8, uniserial., alterna breviora. Calycis limbus reflexus. — ***Gayophytineae, Spach.***

‡ ***Calycis tubus subnullus.*** Stam. alterna, quae petalis opposita, minima sterilia. Germ. 2-loc. Caps. compresso 4-gona, 2-loc., 4-valv., valvis 2 septo oppositis latiorib. planis, alternis 2 angustiorib. carinatis. Stigma rima transversa subbilobum. (Hbae glaberr., fol. alt. infima suboppos. fl. axill. solitar. — *Chile.*) Gayophytum. Adr. Juss.

‡‡ — ***tub. cyathi- v. infundibuliformis,*** germine (4-loculari) brevior. Stam. omnia fertilia. Stigma indivisum.

1. *Caps. subcylindracea, septis evanidis 1-loc.,* demum apice 4-valv. Sem. 4-serialia. (*Amer. bor., Mexico.*) . . . . *Calylophis. Spach.

2. — *prismatico-4-gona, sessilis,* 4-loc., 4-valv., sem. erecta, aptera, nuda. Calycis limb. 4-part., decid. Pet. 4, sessil., indivisa. Stam. 8. Stigma globos. indivis. (Hbae habitu Epilobii; fol. spars., infimis saepe oppos.; fl. ax. solitar. parv. flavis. — *Chile, Peruv., Californ., Amer. bor.*) . . . . Sphaerostigma. (Ser.) Fisch. et Mey.

c. *Sem. ad chalazam appendice membranacea aucta v. longe comosa.* v. margine fimbriato coronata. Caps. 4-loc., 4-valv.; valv. post dehiscentiam persistentes, placenta saepe decidua. Stam. 8, alterna breviora. (Hbae fol. alt. v. oppos. saepe dentatis, fl. roseis v. purpur. rarissime flavis. — ***Epilobineae, Spach.***)

‡ ***Caps. angulis dehiscens.***

α. *Calycis limbus erectus,* tubus infundibuliform. Pet. 2-loba. Stam. biserial., omnia fertil. Placenta decidua. Sem. appendice membranacea aucta, calva. Germ. 4-loc., loc. pauciovulat. — (***Oenotherae*** sp. auct., ***Cratericarpium*** et ***Boisduvalia, Spach.***)

β. — *limbus reflexus.* Stam. 1-serial., alterna breviora v. sterilia. Caps. 4-loc., 4-valv., 00-sp., placenta persist. Stigma 4-part. Sem. ad chalazam margine fimbriato-coronata.

1. *Calycis tubus intus supra basin barbatus.* Pet. indivisa, brevissime unguiculata. Stam omnia fertil.; anth. aequal., supra basin affixae. Caps. conica v. subcylindrica, 4-v. 8-gona. Sem. subquadrata. (Oenotherae sp. auct. — Fl. rosei v purp., raro flavi. — *Amer. bor., Californ., Chile.*) . . . . *Godetia. Spach.

β. Umbellae compositae, 6-8-radiatae, umbellulis 3-fl., fl. medio ☿, lateral. ♂. Calycis dentes obtusi. Pet. oval., plana. Styli breves. Fr. orbiculat., 2-scutatus; mericarp. plana, jugo dorsali filiformi, lateralib. 2 occultatis, intermediis 2 discum cingentib., valleculis latis planis. (Hba, fol. 3-fido-laciniatis, fl. albidis. — *Amer. austr. extratrop.*) . . . . . Diposis. DC.

Tribus III. SANICULEAE.

A. Flores ab invicem liberi, discreti.

I. Flores in glomerulos radicales sessiles dispositi. Calyx superne in collum 5-6-dentatum persist. constrictus, dentib. subinaequalib. Pet. . . . ? Stam. 3? Styli divergent., stig. capitatis. Fr. ovato-oblong. apice in collum breve angustatus, mericarp. 5-jugis, jugis suberosis basi incrassatis, 2 lateralib. marginantib. magis prominulis subalatis, valleculis evittat. ?, commissura 2-vittata. Albumen 6-angulare, angulis 5 subaequalib. in juga protrusis rotundatis, sexto multo minore acuto mediae commissurae opposito. Embr. axilis. (Hba acaulis, fol. indivisis lineari-spathulat. basi vaginant. — *Caucas.*) . . . . ? *Hohenackeria. Fisch. et Mey.

II. — umbellati, umbellae pedunculatae aut in caulibus sessiles.

A. Flores completi, 5-petali.

I. Calycis limbus integerrimus obsoletus. Pet. plana, (nec inflexa) ovata, cuspidata. Fr. compressus, villosus, mericarp. dorso 3-costatis. (Frut. aculeat., fol. cordat. lobat. subtus stellato-tomentosis, panic. term. tomentos., umbell. capitat. sessil., involucro 00-phyllo, receptaculo paleaceo. — *Java*) . . . . Horsfieldia. Blume.

II. — limbus 5-dentatus v. 5-lobus. Petala inflexa.

A. Fruct. vittatus (cfr. Klotzschia), sectione transversali teres, carpoph. indistincto. Calycis lobi 5 foliolosi, persist. Pet. erecta, connivent., obovata, emarginato-infracta in lacinulam longitudine petali. (Hbae fol. palmatilobis, umbellulis polygamis, involucellatis.)

1. *Calycis tubus laevis;* lobi ovati, concavi, erecti. Fr. ovoid. mericarp. dorso convexis, 5-jugis; jugis crassis obtusis, dorsalib. 3 approximatis evittatis, lateralib. (ex Endl.) marginalibus 1-vittatis. Carpoph. indistinct. (Fol. infer. peltata 5-loba, superiora subhastata; umbellulae paniculatae paucifl. fl. monoicis, ♀ subsessil. v. subsolitar., ♂ pedicellatis. — *Brasil.*) . . . . *Klotzschia. Cham.

2. — *tubus setis uncinatis dense echinatus.* Fr. subglobosus, sponte non 2-partibilis, mericarp. ejugatis 00-vittatis. (Umbellae compos., pauciradiatae involucratae, umbellulae sub-capitatae flores ♂ ♀ et ☿ continentes. — *Eur., Amer., Asia, Afr.*) . . . . Sanicula Tourn.

B. Fruct. evittatus.

a. Fruct. 10-jugus, jugis intus cavis. Calycis lobi et petala Saniculae. (Hbae, fol. palmatilob., umbellis involucratis, saepe polygamis.)

1. *Fruct. maturus (siccus) a latere contractus,* mericarp. gibbo-convexis, jugis 5 filiform. fistulosis. (Scapus aphyllus, umbella simpl., involucri foliola magna obovata, fl. flavi. — *Germania austr. et oriental.*) . . . . Hacquetia. Neck.

2. — *a dorso subcompressus,* jugis inflatis, elevatis, obtusis, plicato-dentatis, in cavitate juga minora fistulosa includentibus; carpophor. indistinct. (Fol. caulina pauca sessilia, umbellae irregulariter compositae, involucella 00-phylla saepius colorata, fl. albi v. rosei. — *Eur., Caucas.*) Astrantia. Tourn.

b. Fruct. ejugatus, sectione transversali teres v. subteres; carpoph. totum mericarpiis adnatum.

1. *Calycis tubus minute tuberculatus.* Fr. ovat., tuberculat. (Hb. fol. radical. oblong. setoso- v. spinoso-dentatis, caulib. subnudis ramosis apice umbellatis, umbellis Astrantiae. — *Cap. b. sp*) . Alepidea. Laroche.

2. — *tubus squamulis vesiculisque asper;* lobi 5, foliolosi. Pet. Astrantiae. Fr. obovat., squamat. v. tuberculatus; mericarp. semiteretia; carpoph. 2-part. (Hb., fol. indivisa v. saepe lobata spinoso-dentata, caulis saepe dichotomus; umbell. irregul.-compos., rarius simpl., umbellulae subglobos. v. oblong., capituliform., involucris magnis saepe coloratis; flores bracteis paleaeformib. interstincti. — *Patria subdiffusa.*) . . . . Eryngium. Tourn.

B. Flores apetali.

1. *Calycis limbus 4-lobus.* Stam. 4. Styli 2, elongati, stig. capitatis. Mericarp. scrobiculata, dorso convexo laevi. (Hba debilis, prostrata; fol. oppos., ovato-lanceolata, 1-2-auriculata; capitula axillar., pedunculata, monoica, involucrata. — *Amer. bor.*) . . . . *Strebanthus. Raf. †

2. *Calycis limbus 5-lobus.* persist., lobis ovali-oblong.; tubus ovat., apice constrictus. Stam. 5, calycis lobis opposita. Styli 2, basi incrassata villosi, apice setacei. Ovar. 1-ovulat. Fr. ovat., villosus, 5-striatus. . . . . ? (Hbae erect., ramos.; fol. alterna, laciniata; umbellae simpl., 00-flor., capituliform., invol. magno 00-phyllo patente; fl. subsessil. — *Nov. Holl.*) . . . . Actinotus. Labill.

B. Flores ex parte inter se coaliti, polygamo-monoici.

1. *Flores feminei simpliciter capitati,* ♂ capitato-umbellati, marginales abortivi coalescentes spinescentes. Calycis limb. 5-lobus. persist. Pet. aequal., oblonga, acuta, apice complicata subcirrhosa inflexa, alba. Ovaria 2, libera, nuda. Styli clavati. Mericarp. suberosa, obovata, pendula, arcte connexa, a latere subcompressa, jugis 5 obtusis, alternis magis prominulis, valleculis angustis 1-vittatis; commiss. plana 2-vittata; carpophor. mericarpiis totum adnatum. (Hba rigida, fol. bipinnat. inerm., umbell. irregulariter compos., invol. 0, involucell. 00-phyllis, paleis receptaculi nullis. — *Syria*) . . . . Actinanthus. Ehrbg.

2. — *umbellati;* umbellulae 3-florae, fl. medio ☿ fertili sessil., 2 lateralib. ♂ pedicellatis, pedicellis basi cum calyce floris ☿ subconcretis. ♂: Cal. tubo subnullo, limbo obsoleto sub-5-dentato. Pet. inflexa, utrinque acuta. ☿: Cal. tubo ovato, limbo obsoleto. Pet. persist. (maris). Stam. 5. Styli 2, filiform., longissimi, divaricati. Fr. ovat., compress., 8-nerv., 1-sp. v. vacuus, mericarp. et carpophoro indistinctis. (Hba glabra; fol. radical. subpeltata 5-loba, lobis dentatis; caule dichotomo, ramis bracteis 2 oppositis (involucro?) suffultis, apice umbellato-3-floris. — *Sicilia.*) . . . . Petagnia. Guss.

UMBELLIFERAE, ORTHOSPERMAE.

(Continuat.)

Tribus IV. *AMMINEAE.*

A. Folia indivisa, saepissime integerrima, rarissime lobata aut subcomposita.

a. Calycis limbus obsoletus aut integer.

1. *Calycis limbus integer. Pet. basi fovea instructa, apice involuto adnato.* Stam. 5, minima. Stigm. 2, subsessilia. Mericarpia linearia, angulata, glabra, nigra. (Caul. filiform., dichotom.; fol. linear., integerr.; umbellae term. 3-4-radiat., umbellul. 3-6-fl., invol. 3-phyllo foliol. subulatis, involucello 5-phyllo foliol. scarios. ellipt. 3-nerv., fl. inclusis albis. — *Amer. bor.*) . . . . *Orimaria. Raf. †

2. — *limbus obsoletus. Pet. subrotunda, integra, arcte involuta, lacinula lata retusa.* Fr. a latere compress. aut subdidymus, stylopodio depresso coronatus; mericarp. 5-jugis, jugis alatis, acutis, aut filiform. v. obsoletis, lateralib. marginantib., valleculis vittatis v. evittat. granulatis v. laevibus. (Hb. v. frut. glaberr.; fol. (phyllodia?) integerr., rarissime laciniata; invol. varia, fl. flavi. — *Eur., Asia, Afr., Amer. bor.*) . . . . Bupleurum. Tourn.

b. Calycis limbus 5-dentatus. Pet. Bupleuri. Fr. obovato-pyriform., 5-alat.; mericarp. inaequalia, exterius 2-alatum (sc. jugo dorsali et lateralib. apteris, intermediis alatis) interius 3-alat. (jugo dorsali et 2 lateralib. alatis, intermediis autem apteris). Valleculae 1-vitt., commissura 2-vitt. (Frut. glaber.; fol. petiolata, ovat., integerr., rarius 3-fida 3-part. v. 3-foliolata; umbell. 00-radiatae, invol. utroque brevissimo 00-phyllo, fl. flavis. — *Afr. austr.*) . . . . Heteromorpha. Cham. et Schl.

B. Folia varie laciniata aut decomposita, rarissime indivisa (cfr. Pimpinella).

I. Valleculae 1-vittatae (cfr. Schultzia), raro ex parte 2-3-vittatae (Apium) aut evittatae (cfr. Aegopodium, Trinia).

A. Juga cujusque mericarpii inter se inaequalia, aptera, dorsalibus 3 acutis v. subacutis, lateralib. crassiorib. Petala integra cum acumine inflexo.

1. *Petala lanceolata, antice carinata. Calycis limb. obsolet.* Fr. oblongo-ellipticus, a latere compress.; mericarp. jugis lateralibus marginant. rotundatis. Vittae valleculares semilunares. Commiss. plana, medio-excavata, 1-vittata. Carpophor. 2-partibile. Albumen obtuse 5-angulare. (Hb. basi suffrutesc., fol. pinnatisecto-3-ternata; fl. atropurpur., polygami. — *Mexico.*) ? Pentacrypta. Lehm.

2. *Petala ovata. Cal. 5-dent., dent. subulat. persist.* Fr. ovat., subdidymus; mericarp. jugis dorsal. filiform. exsertis, lateralib. cum margine accessorio crasso subconcretis et discum ad utrumque fructus latus formantibus. Carpoph. 2-fid. Album. subteres. (Hb. glabr., fol. 00-sectis, lacin. linearib., involucellis foliolis paucis subsetaceis, fl. albis. — *Amer. bor.*) . . . . . . Discopleura. DC.

B. Juga omnia inter se aequalia v. subaequalia.

I. Carpophorum indivisum.

a. Fruct. prismatico-cylindraceus, subteres. Stylopod. conicum, styli persist. demum divergentes, stig. subcapitatis. Mericarp. a latere subcompressa, jugis 5 filiform. exsertis, lateralib. 2 submarginantib., valleculis planis 1?-vittatis. Sem. subteres. Cal. limbus obsolet. Pet. ellipt., acumine brevi inflexo. (Hb. glabr., fol. subdecompos., lobis linear., invol. utroque 00-phyllo foliolis 00-fidis, fl. alb. omnib. fertil. — *Sibiria.*) . . . . . . Schultzia. Spr.

b.* — *sphaeroid. v. oblongus, mericarp. jugis 5 filiform. aequal., lateral. marginant. Sem. gibbo-convexa, antice subplana. Pet. subrotunda v. oval., integra. (Hbae fol. pinnati- v. 3-sect., flor. albis. — *Patria diffusa.*)

1. *Calycis limbus obsolete sinuato-5-dentatus. Pet. obtusa, inflexa.* Fr. subrotund., a latere contractus, didymus; valleculae exteriores 2-3-vittatae, caet. 1-vitt.; commiss. 2-4-vittata. (Hb. radice crassa, invol. utroque 0, fl. alb. v. viresc.) . . . . Apium (L.) Hoffm.

2. — *limb. 5-dent. v. obsoletus. Pet. acuta, apice recto v. inflexo.* Styli breves. Fr. ovat. v. oblong. a latere compress.; vallec. omnes 1-vittatae. Carpoph. liberum. (Hbae, invol. interdum nullis.) . . . . Helosciadium. Koch.

II. Carpophorum 2-partitum aut apice furcatum.

A. Calycis limbus obsoletus, integer, raro levissime 5-dentatus (cfr. Zizia).

† Petala regularia, aequalia.

a. Carpophorum apice furcatum v. breviter 2-fidum (Flor. albi).

α. Valleculae evittatae. Fr. ovat., a latere compressus; mericarp. jugis 5 filiform., lateral. marginant.; carpophor. setaceum, apice furcat. Stylopod. distincta, conica, stylis longis deflexis. Sem. tereti-convexa, antice plana. Pet. obcordata, cum lacinula inflexa. (Hbae, fol. 2-3-ternatisectis, lobis serratis, invol. nullis. — *Eur., Asia occ. et bor.*) . . . . Aegopodium. L.

β. Valleculae 1-vittatae, commiss. 2-vittata. Mericarp. jugis 5 filiform. aequalib. (Hbae glabrae, fol. 00-fidis, laciniis angustis.)

1. *Pet. integra, ovato-lanceolata, acumine incurvo.* Fr. ovat., subdidymus; mericarp. margine subcontracta, jugis obtusis crassiusculis, valleculis latis, commiss. angusta, carpophoro bifido. Stylopod. breve, stylis reflexis. (Involucr. 0 v. 1-phyll., involucella 00-phylla. — *Antill.*) . . . . Wydleria. DC.

2. — *integra, ellipt.* Fr. ovat. v. globosus, a latere compressus, jugis vix subprominulis saepius muricatis v. squamulis tectis; valleculae 1-vitt.; carpoph. summo apice 2-fidum. Styli breves, persist. (Invol. 0, involucell. breve oligophyll. — *Amer. bor.*) . . . . Leptocaulis. Nutt.

3. — *obcordata cum lacinula inflexa.* Fr. ovat. v. oblong., a latere contractus; mericarp. jugis lateral. marginant.; commiss. plana; carpoph. liberum, apice furcatum. Stylopod. depressum, styli deflexi. (Invol. utrumque varium, nunc 0 — *Eur., Asia.*) . . . . Carum (L.) Koch.

b. Carpophorum profunde 2-partitum.

α. Fruct. a latere contractus, subdidymus, mericarpior. juga 5-filiform., aequal., lateralia marginantia. Valleculae 1-vittatae; commissura 2-vittata.

1. *Pet. subrotunda, incurvata, vix emarginata, in lacinulam inflexam coarctata.* Stylopod. breve, conicum, subcrenulat. Styli divergentes. Fr. ovatus. Sem. gibbo-convexum, antice planiusculum. (Hb. glabr., fol. decompos., invol. oligophyll., involucell. 00-phyll.; fl. alb. v. viresc., centrales saepe steriles. — *Patria subdiffusa.*) . . . . Petroselinum. Hoffm.

2. — *ellipt., in acumen longum inflexum attenuata.* Calycis limbus quandoque brevissime 5-dentatus. Fr. oval. v. subrotundus, jugis prominulis. Sem. tereti-convexum, antice vix planiusculum. (Hb., fol. uni-v. bi-ternatisect., invol. 0, involucell. oligophyll., fl. flav. alb. v. atropurpur. — *Amer. bor.*) . . . . Zizia. Koch.

β. Fruct. a latere compressus, ovatus; mericarp. jugis 5 filiform aequal., lateralib. marginantib. Sem. gibbo-convex., antice subplanum. Calycis limbus obsolet. v. levissime et obtusissime 5-dentat. (Fl. albi.)

1. *Flor. plerumque abortu dioici, rarius monoici.* ♂: *Calycis tubus* 0. *Pet. lanceolata*, in lacinulam involutam coarctata. ♀ v. ☿: Calyx ovatus. Pet. ovata, breviter inflexo acuminata. Juga prominula, fistulosa, vittam includentia. Valleculae 1-v. 0-vittatae. Carpophor. planum, a basi 2-partit. (Hbae ramosissimae, fol. lineari-00-fidis glaucesc., umbellis paniculat., invol. et saepe etiam involucell. nullis. — *Eur., Asia occ., Afr. austr.*) . . . . Trinia. Hoffm.

2. *Flor.* ☿. *Pet. subrotunda, curvata, profunde emarginata,* cum lacinula inflexa. Styli brevissimi, evanidi. Vallec. 1-vitt., vittis abbreviatis clavulatis. (Hb. ramis racemoso-paniculatis, fol. pinnatisect., invol. utroque oligophyll., umbellarum radiis inaequalib. fastigiatis. — *Eur., Asia?*) . . . . Sison (L.) Lag.

†† Pet. irregularia, etc. (v. pag. seq.)

UMBELLIFERAE, ORTHOSPERMAE.

Tribus IV. *AMMINEAE.*

(Continuat.)

A. I. *B.* II. *A.*

†† **Petala irregularia, oblique obcordata, lobis inaequalibus**, exteriora (i. e. quae umbellae peripheriam spectant) interioribus saepius majora, acumine inflexo lato retuso. Fr. ovato-oblong., latere compressus; juga et vittae Petroselini. Carpoph. liberum, 2-part. Sem. tereti-convex., antice subplanum. (Hb. fol. varie laciniat., invol. utroque 00-phyllo, universalis foliolis laciniatis, fl. albis. — *Patria subdiffusa, excl.? Austral.*) . . . . . . Ammi. Tourn.

B.* *Calycis limbus manifeste 5-dentatus.

a. **Fruct.** a latere compressus; mericarp. jugis 5 filiform. aequal., lateralib. marginantibus, valleculis 1-vittatis. Sem. tereti- v. gibboso-convex., antice subplanum. Pet. obovata. (Hbae fl. albis.)

1. *Petala bifido-emarginata, ex sinu plicaeformi lacinulam inflexam emittentia.* Fr. ovat. v. oblong., subinde muriculatus; carpoph. 2-part. (Fol. radical. saepe pinnati- v. 3-secta, caulina capillaceo-00-fida; invol. interdum 0, involucell. 00-phyll. — *Eur., Asia, Afr., Amer. austr.*) . . . . . . Ptychotis. Koch.

2. — *curvata, sinu lato emarginata, cum lacinula inflexa obtusa.* Flores in eadem umbellula ☿ et ♂. Calycis tub. in fl. ♂ nullus, in ☿ cylindricus. Styli divaricati. Fr. oblong., carpoph. 2-fido, vittis filiformib. (Fol. pinnatisecta, lobis lato-linearib. cartilagineo-serratis, invol. 00-phyll., involucell. subdimidiat. — *Eur., Asia.*) Falcaria. Riv.

b. **Fruct.** a latere contractus, plus minus didymus. Valleculae 1-vittatae.

1. *Juga 3 dorsalia lata, subplana, lateral. 2 marginantia* obtusa. Commiss. 2-vitt. Fr. subglobosus. Sem. teres. Calycis dentes foliolosi. Pet. obcordata, cum lacinula inflexa. (Hbae aquat. glabrae, fol. 3-pinnati- v. 3-ternatisectis, invol. 0 v. oligophyllo, involucell. 00-phyll., fl. albis. — *Eur., Am. bor., Sibir.*) . . . . . . Cicuta. L.

2. — *subaequalia, obtusa.* Fr. ovat., commiss. 2-vittata. Sem. 5-gona. Calycis limbus cucullato-5-dentat. Pet. obcordata, acumine inflexo acuto. Styli deflexo-divergentes. (Hba fol. 3-sect. v. pinnatisect., invol. utroque 00-phyllo, fl. alb. — *Carniolia.*) . . . . . . *Hladnickia. Rchb. (non Koch.)

3. — *obtusissima, crassa, solida, gyrato-plicata,* valleculas plicato-tuberculosas obtegentia. Fr. subrotund. v. ovat. Sem. gibbo-convex., antice planum. Pet. ovata, integra, patula, in lacinulam brevem coarctata incurva. (Hbae glabrae, fol. decompos., invol. 0 v. oligophyll., involucell. 3-8-phyll., fl. flavis dioicis. — *Caucas., Sibiria.*) . . . . . . Rumia. Hoffm.

II. Valleculae 2-00-vittatae. Mericarp. jugis 5-filiform., aequal.

A.* *Umbellae aut umbellulae involucratae.

a. Mericarpiorum juga lateralia marginantia.

1. *Calycis dentes primo obscuri, in fructu accreti subulati erecti. Pet. ovato-lanceolata, acuta, integerr.,* apice involuta. Fr. a latere parum compressus, oblongo-ellipt., stylis reflexis coronatus; mericarp. dorso convexa, jugis 5 filiform. distantib. Valleculae latissimae, dorsales 3-vitt., laterales 4-vitt.; commiss. 6-vittata. Carpophor. 2-part. Sem. adhaerens, teres. (Hba glaberr., fol. pinnatisect., umbella fructifera subglobosa, invol. 0 v. oligophyllis, fl. albis. — *Pyrenaei.*) . . . . . . ?*Endressia. Gay.

2. — *limbus subdentatus. Pet. integerrima,* ovato-lanceolata, apice obliquo v. inflexo. Stylopod. depress., marginatum. Styli demum reflexi. Fr. ovato-oblong., a latere compressus, mericarp. solidis, vallec. 3-4-vittatis, carpoph. adnato apice 2-fido, commiss. 4-6-vittata. (Hb. fol. supradecompos., invol. utroque 00-phyllo, fl. flav. — *Caucas.*) *Chamaesciadium. C. A. Mey.

3. — *limbus obsoletus. Pet. obcordata* cum lacinula inflexa. Fr. lineari-oblong., a latere contractus, jugis obtusis, vallec. 2-3-vitt., commiss. 4-vitt., carpophoro libero bifido. (Hb. fol. 00-sectis, invol. subinde 0, involucell. oligophyll., fl. alb. v. flavesc. — *Eur., Asia occ., Afr.*) . . . . . . Bunium (L.) Koch.

4. — *limb. 5-dent., dentib. interdum exiguis.* Pet. Bunii. Fr. a latere compress. aut contract. subdidymus, stylopodio pulvinato margine depresso stylisque reflexis coronatus, jugis subobtusis, vallec. 3-vitt. Carpophori 2-partiti crura mericarpiis adnata aut libera. Sem. antice planum. (Hb., fol. pinnat. v. 2-pinnatisect., invol. utroque plerumque 00-phyllo, fl. alb. — *Eur., Asia, Afr., Amer. bor.*) . . . . . . Sium (L.) Koch.

b. Mericarpiorum juga lateralia ante marginem posita. Vittae multae, pericarpio crasso tectae. (Flor. albi.)

1. *Cal. 5-dentatus.* Pet. Sii. Fr. ovat., a latere contract., subdidymus. Stylopod. breve conicum, margine angusto cinctum. Styli reflexi. Carpoph. obsoletum, 2-part., cruribus mericarpiis adnatis. Sem. teres. (Habitus Sii, invol. saepe pinnatifid. — *Eur., Asia, Afr.*) Berula. Koch.

2. — *limbus obsoletus.* Pet. obovata, subintegra, in lacinulam inflexam angustata. Fr. a latere contract., lineari-oblong., stylopodio brevi stylisque rectis coronatus, jugis obtusis, carpoph. libero apice 2-fido. Sem. antice subplanum. (Hb. glabrae, fol. 3-sect.; umbellae radii pauci, valde inaequales, invol. 0, involucell. oligophyll. — *Calabria, Amer. bor.*) . Cryptotaenia. DC.

B.* *Umbellae et umbellulae exinvolucratae. Calycis limb. obsolet. Pet. Bunii. Fr. ovat., a latere contract., stylopodio pulvinato stylisque reflexis apice subcapitatis coronatus; mericarp. jugis lateralib. marginantibus, vallec. multivittatis, carpoph. libero bifido. Sem. gibbo-convex., antice subplanum. (Hbae fol. pinnatisect., rarissime indivisis, fl. alb. rarius rubesc. v. flavis. — *Eur., Asia, Afr.*) . . . . . . Pimpinella. L. Koch.

Tribus V. *SESELINEAE.*

A. Folia integerrima, teretia, fistulosa, septis transversis subarticulata, basi vaginantia. Calycis margo obsoletus. Pet. aequal., apice subulato-acuminata inflexa. Styli 2, arcuato-divaricati, apice capitulati. Fr. oblongus, mericarp. acute 5-costatis ad commissuram subcompressis, costis membranaceis. Vittae...? (Hba glabra, umbell. terminal. compos. exinvolucrat., fl. albis ☿ et ♂. — *Quito.*) . . . . . . Ottoa. H. B. K.

B. Folia varie laciniata plana (rarissime indivisa aut imperfecta, cfr. Lichtensteinia, Oenanthe, Cynosciadium, Thaspium, Deverra, Kundmannia).

I. Valleculae et commissura evittatae (cfr. Neogaya).

a. *Vittae solitariae amplae, sub quoque jugo latentes.* Fr. subteres, stylopodio conico acuminato stylisque brevib. patulis coronatus; mericarp. laevia, 5-juga, jugis filiform. aequal., lateralib. marginantibus. Calycis limb. acute 5-dentat., persist. Pet. ellipt., in acumen longum fere ad basin usque inflexum producta. (Hb.; fol. radical. incisa, raro indivisa, caulina 0 v. ad squamas reducta; umbella term. fertilis, laterales saepe steriles; invol. utrumque 00-phyll.; fl. flavi? — *Afr. austr.*) . . . . . . Lichtensteinia. Cham. et Schl.

b. *Vittae multae, semen a pericarpio liberum nucleiforme semiteres immediate cingentes.* Fr. subteres; mericarp. 5-jug.. jugis elevatis acutis subalatis, lateral. paulo latiorib. marginantibus; pericarp. evittatum, cellulas magnas spongiosas continens. Calycis limb. obsoletus. Pet. subrotunda, integra, involuta, lacinula obovata. (Hb. suffrutesc., carnosa, glabra, littoralis; fol. 2-pinnatisecta, lobis angustis; invol. utrumque 00-phyll., fl. albi. — *Eur., Pontus, Afr. bor., Ins. Canar.*) . . . . . . Crithmum. Tourn.

c. *Vittae omnino nullae,* (v. pag. seq.)

UMBELLIFERAE, ORTHOSPERMAE.

Tribus V. *SESELINEAE.*

(Continuat.)

B. I.

c. ***Vittae omnino nullae*** (cfr. Neogaya). Mericarp. 5-juga, jugis lateral. marginantib. Carpophorum 2-partitum. (Hbae, fol. decompos., umbellis et umbellulis involucratis, flor. albis.)

1\. *Fruct. ovalis, subcompressus,* jugis elevatis alaeformibus aequidistantibus basi contiguis obtusis. (Vittae ex Koch., DC., Rchb. 0, ex Tausch in valleculis solitariae, in commissura 4.) Sem. subsemiteres, a pericarpio facile secedens. Calycis limb. obsolet. v. 5-dentat. Pet. obovata, plus minus emarginata, lacinula inflexa lata. — (*Europa.*) . . . . Neogaya. Nob.

2\. — *subglobosus;* mericarp. solida, hemisphaerica, jugis filiform. v. saepe obliteratis. Carpophorum liberum, apice basique adnatum. Stylopod. depressum; styli demum reflexi. Sem. antice excavatum. Calycis limb. obsoletus. Pet. aequalia, obcordata cum lacinula inflexa. — (*Regiones Caucasicae.*) . . . . *Cymbocarpum. (DC.) C. A. Mey.

II. Valleculae 1-vittatae (cfr. Libanotis, Seseli, Trachydium).

A. ***Mericarpia inaequalia,*** uno 3-alato (jugo dorsali et lateralib. 2 marginantib. alatis, intermediis filiformibus) altero 4-alato (jugis omnibus praeter dorsale filiforme alatis). Commissura plana, 2-vittata. Carpophor. 2-partit. Fr. 5-gono-prismaticus. Calycis limb. 5-dentat., persist. Pet. ellipt., acuminata, plus minus inflexo-emarginata. (Hb. fol. radical. 00-fidis, caulinis squamiform., invol. utroque 00-phyll. — *Afr. austr.*) . . . . Annesorhiza. Cham. et Schl.

B. ***Mericarpia inter se aequalia v. subaequalia.***

I. Calycis limbus 5-dentatus (rarissime obsoletus, cfr. Dasyloma).

A. ***Carpophorum indistinctum.***

1\. *Calycis limb. 5-dentat., persist.,* demum saepe subaccrescens. Pet. obcordata cum lacinula inflexa. Stylopod. conicum. Fr. oblong., turbinat. v. cylindraceus, stylis longis erectis coronatus; mericarp. costis 5 obtusis, lateralib. marginantib. paulo latioribus. Sem. convex. v. subteres. (Hbae glabrae; radice saepe fasciculato-tuberculosa; fol. pinnato-00-fida, rarissime indivisa linearia; invol. saepe 0, involucell. 00-phylla; fl. alb. v. rosei, peripherici saepe steril. — *Eur., Asia, Afr., Amer. bor.*) . . . . Oenanthe. (L.) Lam.

2\. — *limbus obsoletus.* Pet. . . . . ? Styli breves. Fr. ovat., teres; mericarp. ad maturitatem non separata, jugis 5 corticoso-cellulosis, 3 dorsal. parvis, 2 lateralib. maximis obtusis, valleculis angustis, commiss. plana 2-vittata. Sem. sectione transversali subtriangulare. (Hb. habitu Oenanthes, fol. bipinnatisect., invol. utroque 0. — *Bengalia.*) . . . . Dasyloma. DC.

B. ***Carpophorum liberum, indivisum.*** Calycis dentes conici persist. Pet. obcordat, lacinula inflexa apice 2-3-denticulata. Stylopod. conic. Styli filiform., demum divergentes. Fr. ovato-globos., solidus; mericarp. jugis 5 crassis elevatis obtusissimis aequalib., valleculis angustis, commiss. 2-vittata. Sem. semiteres antice subplanum. (Hb. glabr., fol. lineari-00-fid., umbell. axillar. subnudis, involucell. 00-phyll. — *Afr. bor., Ins. Canar.*) . . . . Sclerosciadium. Koch.

C. ***Carpophorum bifidum v. bipartitum*** (cfr. Wallrothia).

† **Fructus juga laevia** (saltem nec muricata nec verrucosa).

a. ***Juga aptera.***

‡ Calycis dentes subulati.

α. *Calycis dentes persistentes.* Pet. integra. Stylopod. conic., persist. Styli brevissimi, reflexi. Fr. ovat. v. oblong., apice attenuat.; mericarp. jugis 5 crassis corticosis, 2 lateral. marginantib. Commiss. 2-vitt., vittis subrectis. Carpoph. 2-part. Sem. subsemiteres. (Hb. glabr.; fol. infima et suprema integerrima linearia, reliqua lineari-laciniata, lobis basi subarticulatis; invol. utrumque 00-phyll., fl. alb. — *Amer. bor.*) . . . . Cynosciadium. DC.

β. *Calycis dentes decidui.* Pet. obcordata cum lacinula inflexa. Fr. oblong. mericarp. 5-jug., jugis lateral. marginantib. (Flor. albi.)

1\. *Fruct. mollissime pubescens, a latere contractus, jugis filiform.,* intermediis 3 confertis, omnibus vittis obsoletis. Carpophor. 2-fid. Sem. antice sulco excavatum. (Hba fol. decompos. invol. utroque 00-phyllo. — *Europa.*) . . . . *Petrocarvi. Tausch.

2\. *Fruct. glaber v. villosus, jugis crassis corticosis,* marginalib. sublatiorib.; valleculae mediae 1-vitt., laterales 2-vitt., commiss. 4-vittata. (Hb. fol. pinnatisectis, invol. saepissime 00-phyllis. — *Eur., Asia temp. et bor.*) . . . . Libanotis. Crantz.

‡‡ Calycis dentes breves, crassiusculi v. subnulli. Styli persist. Mericarp. 5-juga.

1\. *Fruct. subteres; jugis prominulis aequalib.,* lateral. marginantib. Commiss. 2-vittata. Pet. integra, utrinque acuta. (Hba glabra, fol. decompos. laciniis linearib., invol. 1-3-phyll., involucell. 5-8-phyll., fl. albis — *Pyrenaei.*) . . . . Wallrothia. Spr.

2\. *Fruct. oval. v. oblong., subteres, jugis prominulis filiform.* v. elevatis crassis corticosis, lateralib. marginantib. et saepe paulo latioribus. Valleculae lateral. interdum 2-vittatae. Commiss. 2- rarius 4-vitt. Sem. subsemiteres. Pet. obcordata v. subintegra, inflexo-acuminata. (Hb saepe glaucae, fol. pinnatisect. v. decompos., invol. subnullo, involucell. 00-phyllo, fl. alb., raro flavis. — *Eur., Asia temp., Afr., Amer. bor.*) . . . . Seseli. L.

3\. *Fruct. cylindraceus, a latere contractus,* apice longe attenuatus, stylis longis rostratus, molliter pubescens, jugis filiform. obtusis pube fere absconditis, vallec. 1-vitt, commiss. subconcava 2-vittata. Pet. obcordata cum lacinula inflexa. Stylopod. conic. (Hb. fol. pinnato-decompos., lacin. capillar., invol. utroque 00-phyll., fl. albis. — *Europa*) . . . . *Turbith. Tausch.

b. ***Juga omnia subaequaliter alata.*** Fr. subellipticus, a latere non contract., mericarp. convexis 5-jugis, vallec. striatis 1-vitt., commiss. 2-vittata. Sem. teres. Pet. ellipt., in acumen longum inflexum attenuata. (Hbae; fol. laciniata, radicalia rarius indivisa, invol. 0, involucell. 3-phyll. unilateral., fl. flav. v. atropurpur. — *Amer. bor.*) . . . . . Thaspium. Nutt.

†† **Fructus** (a latere compressi) **juga verrucosa, inflata, carnosa;** mericarp. 5-juga, jugis lateralib. sejunctis. Valleculae verrucosae, 1-3-vittatae; commiss. 2-vitt. Sem. facie (antice?) depressum, a pericarpio fere liberum. (Umbellae simpl. v. compositae, invol. utroque 00-phyll., foliac., 00-fid.. foliolis basi membranaceis connatis. — *Ind. or.*) *Trachydium. Lindl.

II. Calycis limbus integer v. obsoletus, rarius sub-5-dentatus.

a. ***Juga obsoleta.*** Fr. ovat. v. subrotund. a latere subcompressus, squamis v. pilis patentibus tectus; mericarp. semiteretia, vallec. 1-vitt, commiss. 2-vitt., carpophoro 2-part. Styli breves, demum divaricati. Pet. ovata, inflexo-acuminata. (Suffrut., rigidi, glauci, subaphylli; petioli vaginant. persist., folii limbo 00-fido cito deciduo v. subnullo; invol. utrumque 00-phyll., decid.; fl. albi. — *Afr., Arab.*) . . . . Deverra. DC.

b. (v. pag. seq.)

UMBELLIFERAE, ORTHOSPERMAE.

Tribus V. *SESELINEAE.*

(Continuat.)

B.II.*B*.II.

***b.* Juga plus minus conspicua** (cfr. Soranthus). Valleculae 1-vittatae.

† **Juga aequalia, lateralia marginantia.** Fr. sectione transversali ellipticus. Pet. inflexo-acuminata, dorso pilosa. (Umbellulae capitatae.)

1. *Juga vix prominula. Commiss. 4-vittata.* Carpophor. 2-part. Fr. a dorso subcompress. Calyx obsolete dentatus. Pet. late ovata, antice carinata, persist. Styli demum divaricati, persist. Sem. involutum? (Hb. habitu Seseleos, fol. 2-3-pinnatisect., invol. subnullo, involucell. 00-phyll., fl. polygam. — *Sibiria.*) . . . . Soranthus. Ledeb.

2. — *acuta, sub lana abscondita. Commiss. 2-vitt.* Fr. a latere compress., densissime lanatus. Sem. teres. Styli breves, suberecti, persist. Pet. ellipt., acuta, integra. (Fol. 3-pinnatifida, invol. utrumque depauperat., fl. albi. — *Himalaya.*) . . . . *Eriocycla. Lindl.

3. — *plus minus alata.* Fr. sectione transvers. subteres, vallec. 1-vitt. Sem. semiteres. Calycis limb. obsoletus. (Fol. decomposita.)

α. Commissura 4-vittata. Juga alata, alis membranaceis. Sem. antice teres. Styli longi, recurvi, persist. (Invol. utriusque foliola membranaceo-marginata. — *Cashmere.*) *Hymenidium. Lindl.

β. Commiss. 2-vittata. Juga aequalia. Pet. obcordata cum lacinula inflexa.

* *Juga arguta, subalata, inflato-cava.* Sem. in pericarpio sicco fere utriculato liberum, in juniore adnatum. (Hba glabra, invol. 0 v. 1-phyll., involucell. 00-phyll., fl. albi. — *Rossia.*) Cenolophium. Koch.

** *Juga alata, alis submembranaceis.* Sem. adnatum. (Hb. v. suffrut., invol. saepe 0, involucell. variis, fl. alb. v. roseis. — *Eur., Asia, Afr., Amer. bor.*) . . . . Cnidium. Cuss.

4. *Juga obtusa, filiform.* Fr. ovat. v. subrotund., a latere compressus, vallec. 1-vittat., commiss. plana 2-vitt., carpoph. libero apice bifido. Sem. rotundato-convex., antice planum Calycis limb. persist., minute 5-dentat. v. obsolet. Pet. lanceolata, integra. Stylopod. conic. cum stylis divaricatis persist. (Hb. glabr., fol. omnia radical. 3-pinnatisecta, invol. utrumque 00-phyll. decid., fl. albi. — *Afr. austr.*) . *Chamarea. Eckl. et Z.

†† **Juga aequalia, crassa, contigua, obtusiuscule carinata; lateralia non marginantia,** raphe subcentrali ab invicem separata. Vallec. angustae. Commiss. 2-vittata. Fr. oblong., sectione transversali elliptico-subrotundus; mericarp. dorso convexiuscula (altero saepius abortivo). Stylopod. magnum. Styli breves, persist., demum elongati reflexi. Sem. adhaerens, compressum, non angulatum. Pet. lanceolata, integra, in lacinulam involutam coarctata. (Hba glabra, fol. 3-pinnatisect., vaginis amplis, invol. 0 v. 2-phyllo, involucell. 4-00-phyll. decid., fl. virescent. — *Pyrenaei.*) . . . . *Xatardia. Nob. et Z.

††† **Juga cujusque mericarpii lateralia caeteris aut latiora aut obsoletiora.** Commiss. 2-vitt. Carpophor. 2-part. Sem. subsemiteres.

α. Juga lateralia dorsalibus 3 filiformibus obsoletiora in marginem abeuntia. Fr. oblong., semiteres. Stylopod. breve, persist. Styli reflexi, apice capitati. Calycis limbus obsolete 5-dentat. persist. Pet. ellipt., integra, acumine inflexo longo apice dilatato. (Frut. glaber, fol. 3-sectis, umbellae radiis inaequalib., invol. 0 v. sicut involucell. oligophyllo, fl. alb. — *Afr. austr.*) . . . . *Polemannia. Eckl. et Z.

β. — *lateralia marginantia caeteris paulo latiora.* Fr. subteres. Calycis limb. obsoletus. (Hbae fol. decompositis, invol. 0- v. 1-phyllo.)

1. *Pet. obcordata cum lacinula inflexa, exteriora subradiantia.* Fr. ovato-globosus, jugis elevatis crassis acute carinatis, lateralib. carina subalata cinctis. Commissurae vittae arcuatae. (Involucella subunilateralia, foliolis 1-5 setaceis deflexis; fl. albi. — *Europ.*) . . . . Aethusa. L.

2. — *subrotunda, integra, aequalia, involuta,* lacinula subquadrata retusa. Calycis limbus incrassat. Fr. ovoid. v. oblong., jugis obtuse carinatis. (Invol. utrumque subnullum, fl. flavi. — *Eur., Asia, Afr.*) . . . . Foeniculum. Adans.

III. Valleculae 2-00-vittatae.

A. Carpophorum indivisum. Fr. teres, cylindrico-oblong.; mericarp. jugis 5 filiform. obtusis aequal., lateral. marginantib.; vallec. et commiss. multivittatae. Stylopod. conic. Styli breves, reflexi. Calycis limb. 5-dentat.; demum paulo auctus. Pet. fere Foeniculi. (Hb. glabra, fol. pinnati- v. ternatisecta, radicalia subinde indivisa; invol. utrumque 00-phyll., reflexum., fl. flavi. — *Regiones Mediterraneae.*) . . . . Kundmannia. Scop.

B. Carpophor. 2-partitum.

A. Juga cujusque mericarpii inter se aequalia, lateralia marginantia.

† ***Calycis limbus 5-dentatus*** (rarius obsoletus, cfr. Ligusticum). Fr. a latere parum compressus v. subteres. Sem. subsemiteres.

a. Juga subalata arguta. Petala cum lacinula inflexa. (Hb. fol. ternatisect. v. decompositis.)

1. *Petala longe unguiculata,* spathulato-obovata, subintegra, lacinula triangulari. Valleculae latae 3-4-vitt., commiss. 8-vittata. (Invol. 0 v. 1-phyll., involucella 2-5-phylla; fl. albi, centrales steriles. — *Europa.*) . . . . Trochiscanthes. Koch.

2. — *brevissime unguiculata,* obovata, emarginata. Calycis limb. saepe obsoletus. Vallec. et commiss. multivittatae. (Invol. varia, raro 0. — *Patria subdiffusa.*) . . . . Ligusticum (L.) Koch.

b. Juga aptera. (Folia plus minus decomposita; flor. albi.)

1. *Pet. obovata, emarginata v. integra, unguiculata, cum lacinula brevissima inflexa.* Fr. in collum attenuatus, jugis filiform., vallec. 2-3-vittatis. Carpoph. 2-part. (Hbae saepius villosae, invol. vario, involucell. 00-phyll. — *Eur., Asia, Afr.*) . . . . Athamanta (L.) Koch.

2. — *ovato-lanceolata, integerr., acuta, apice involuta.* Calycis dent. primo obscuri, in fructu accreti, subulati, erecti. Fr. (fere Mei) a latere parum compressus, jugis filiform., valleculis latissimis, dorsalib. 3- lateralib. 4-vittatis; commiss. 6-vitt. Sem. teres. (Umbella fructifera subglobosa. Caet. fere Mei. — *Pyrenaei.*) . . . . *Endressia. Gay.

†† ***Calycis limbus obsoletus.*** Fruct. subteres. Sem. subsemiteres, vallec. multivittatis. (Hbae glabrae, fol. pinnatisect. v. decompos., invol. 0 v. depauperato, involucell. 00-phyll.)

1. *Pet. integra, acuta.* Fr. jugis prominulis, aequalib., acute carinatis; commiss. 6-8-vittata. (Flor. albi v. purpurei. — *Europa.*) . . . . Meum. Tourn.

2. — *obovata v. oblonga, integra v. emarginata, basi appendiculata v. truncato-sessilia.* Vallecularum vittae approximatae, fere unicam latam simulantes. Commiss. 4-6-vittata. Caet. Ligustici. (Flor. albido-flavesc. v. viresc. — *Eur., Asia, Afr., Amer. bor., passim.*) . . . . Silaus. Bess.

B. Juga cujusque mericarpii 5, alata, lateralia caeteris duplo latiora marginantia. Fruct. a dorso subcompressus v. convexus; vallec. laterales 3-vitt., dorsales saepe 2-vittatae; commiss. 4-8-vittata, vittis inaequalib. Sem. antice planum. Calycis limbus obsoletus. Pet. obcordata v. obovata, cum lacinula inflexa. Styli demum divergentes, reflexi. (Hbae glabrae; fol. 2-pinnatisect.; invol. 0 v. oligophyll., involucell. 00-phyll.; fl. albi. — *Sibiria, Europa oriental., Amer. bor.*) . . . . Conioselinum. Fisch.

Tribus VI. *PACHYPLEUREAE.*

a. Vittae nullae. Mericarpiorum juga lateralia caeteris crassiora v. latiora.

1. *Calycis limbus minute 5-dentat. Pet. aequalia?* Fr. oval., jugis crassis plicato-crenatis carinatis, 3 mediis elevatis obtusis, lateralib. 2 marginantib. crassiorib. rotundatis. Carpophor. 2-fid. (Hb. fol. 00-fid., invol. utroque oligophyllo, fl. albis, ex parte masculis. — *Region. Mediterran., Ins Canar., Afr. austr.*) . . . . Krubera. Hoffm.

2. — *limb. obsoletus v. minute denticulatus. Pet. persist., disparia,* florum interiorum obovato-oblonga emarginata cum lacinula inflexa acuta; marginalium difformia, tria interiora ovata vix emarginata, acute inflexo-attenuata, 2 exteriora suborbicularia profundius inflexo-emarginata. Mericarp. jugis corticosis laevibus, lateralib. paulo latioribus. (Hb. fol. 2-3-pinnatisectis, invol. utroque 00-phyllo. — *Sibiria.*) . . . . *Pachypleurum. Ledeb. (non Rchb.)

b. Valleculae 1-vittatae, angustae; commissura 2-vittata. Juga elevata, rotundata, aequalia, muricata. Calyx 5-dentatus. Pet. obovato-orbiculata, subemarginata. (Hb. fol. 3-pinnatisect., invol. utroque 00-phyllo, umbellulis fructiferis subglobosis, fl. albis. — *Sibiria.*) . . . . *Stenocoelium. Ledeb.

UMBELLIFERAE, ORTHOSPERMAE.

(Continuat.)

Tribus VII. *ANGELICEAE.*

I. Calycis limbus obsoletus. Fructus ala duplici cinctus; mericarp. carina angusta connexa (raphe centrali) 5-juga, jugis lateralib. caeteris duplo latioribus alatis.

a. Petala obcordata. Juga omnia membranaceo-alata. Valleculae 1-vittatae, exteriores saepe 2-vittatae. Commissura 2-vitt. Sem. antice subplanum. (Hbae glabrae, fol. decompos., invol. oligo- involucell. 00-phyllo, fl. albis. — *Eur., Asia.*) . . . . Selinum (L.) Hoffm.

b. Petala integra. Valleculae 1-vittatae. Semen subsemiteres.

1. *Petala subrotunda*, incurva, cum lacinula brevi. *Juga omnia alata.* Commissura 2-4-vittata. (Hb. glabr., fol. ternato-decompos., invol. utroque 00-phyllo, fl. flavis. — *Eur., Asia.*) . . . . . . Levisticum. Koch.

2. — *lanceolata*, cum acumine recto v. incurvato. Mericarp. jugis 3 dorsalib. filiform. elevatis, *lateralib. 2 in alam dilatatis.* (Hbae fol. bipinnatisect., invol. 0 v. oligophyll., involucell. 00-phyll., fl. albis. — *Eur., Amer. bor., Ins. St. Helen.*) . . . . Angelica. (L.) Hoffm.

II. Calycis limbus 5-dentatus. Fr. ala duplici cinctus; mericarp. 5-juga, jugis 3 dorsalibus elevatis, lateralib. 2 in alam multo latiorem dilatatis.

1. *Calycis dentes breves. Pet. ellipt., integra*, cum acumine incurvo. Fr. dorso subcompressus, raphe subcentrali, jugis crassiusculis carinatis. Sem. pericarpio non adhaerens (Crithmi instar) vittis 00 undique tectum. (Hb. fol. pinnatisect., invol. subnullo, involucello vario, fl. alb. v. virescent. — *Eur., Asia.*) . . . . Archangelica. Hoffm.

2. — *dentes lati, ovati. Pet. unguiculata, obcordata*, cum lacinula inflexa. Juga omnia fistulosa, dorsalia filiformia. Valleculae 1-vitt., vittis sub pericarpio absconditis. Sem. dorso subconvex., antice planum. (Hba habitu, foliis, involucris Selini; fl. albi. — *Germania media et orientalis.*) . . . . Ostericum. Hoffm.

Tribus VIII. *PEUCEDANEAE.*

A. Folia integerrima, teretia, fistulosa, articulata.

Calyx 5-dentatus. Pet. acuminata, reflexa (potius inflexa?). Antherae erectae, filamenti lateribus adnatae. Mericarp. complanata, jugis 5 filiform. approximatis aequidistantibus subcarinatis, lateralibus in marginem membranaceo-alatum fructu fere latiorem dilatatis. Valleculae 1-vittatae. Commiss. 2-vitt. Carpophor. 2-part. (Hba glaberr., invol. utroque 4-5-phyllo, fl. albis. — *Amer. bor.*) . . . . Tiedemannia. DC.

B. Folia laciniata, plana.

I. Mericarpia margine complanato-attenuato acuto alaeformi cincta (cfr. Opopanax, Leiotulus, Zozimia, Hammatocaulis). Commissura semper (?) vittis notata.

A. Valleculae 2-00-vittatae (cfr. Bubon, Peucedanum, Eriosynaphe).

I. Calycis limbus obsoletus v. integer. Petala involuta. Mericarp. jugis dorsalibus 3 filiformib. tenuissimis. (Hbae, flor. luteis v. ochroleucis.)

1. *Valleculae mediae 1-vittatae, laterales subinde sesqui- v. 2-vittatae.* Commiss. 2-00-vittata. (Caet. v. infra. — **Peucedani** sp. — **Palimbia**, Bess.)

2. *Valleculae 3-vittatae.* Commiss. 6-10-vitt. Mericarp. plano-compressa, margine convexo cincta, jugis lateralib. 0 v. a margine non distinctis. Stylopod. latum, crassum. Styli brevissimi. Petala subrotunda, integra, cum lacinula acutiuscula. (Fol. 2-pinnatisect., invol. utroque oligophyllo. — *Europa austral.*) . . . . Opopanax. Koch.

3. *Valleculae convexae, quasi juga secundaria vittam moniliformem intercipientia gerentes.* Commiss. 4-6-vitt., vittis moniliform. Mericarp. oblonga, dorso convexa, 5-juga, jugis 3 mediis undulatis subarticulatis, lateralib. 2 in marginem angustum alatum dilatatis. Carpophor. 2-part. Pet. vix emarginata. (Fol. 3-lobata, invol. nulla. — *Europ. austral.*) . . . . *Ormosolenia. Tausch.

II. Calycis limbus 5-dentatus.

1. *Valleculae mediae 1-vittatae, laterales saepe 2-vitt.*, etc. (*Peucedanum*, v. infra.)

2. — *omness 3-00-vitt.* Commiss. 4-00-vittata. Mericarp. plano-compressa, margine lato cincta, jugis 3 dorsal. filiform., lateralib. obsoletis in marginem abeuntibus; carpophoro 2-partito. Calycis dentes breves. Pet. ovata, integra, cum acumine adscendente v. incurvo. (Hbae fol. supradecompositis, involucr. utroque 0 v. 00-phyllo, fl. luteis. — *Eur. austr., Asia bor. et occid, Afr., Amer.*) . . . Ferula. Tourn.

B. Valleculae 1-vittatae (rarius laterales bivittatae, cfr. Peucedanum; aut semen vittis tectum, cfr. Bubon).

I. Juga media aut omnia filiformia (media saltem nec carinata nec alata).

A. Petala integra, rarius emarginata (cfr. Dorema, Peucedanum, Hammatocaulis).

† **Carpophori crura mericarpiis adnata.** Fr. suborbicular., basi emarginatus; mericarp. jugis 3 dorsalib. obtusis nerviform., lateralib. 2 in alam expansis; vallec. angustae; commiss. ad marginem utrinque 1-vittata. Calycis limb. minute 5-dent. aut obsoletus. Pet. oval., acuminata, incurva. (Hb. habitu Angelicae v. Osterici, vaginis amplis, summa aphylla, invol. 0 v. oligophyll., involucell. 00-phyll., fl. albis. — *Dahuria.*) . . . . Callisace. Fisch.

†† **Carpophorum liberum, 2-partitum.**

a. Semen totum vittis tectum, vittae dorsales 4, commissurales 2. Mericarp. a dorso lenticulari-compressa, margine dilatato complanato cincta, jugis aequidistantib., 3 mediis filiform., lateralib. 2 in marginem abeuntibus. Calycis limb. obsolet. Pet. obovata integra, cum lacinula acuta involuta. (Frut. glaberr., fol. subdecompos. rigidulis glaucis, invol. utroque 00-phyllo, fl. flavo-viresc. — *Afr, austr.*) . . . . Bubon. (L.) Koch.

b. Semen evittatum.

α. Mericarpia margine attenuato-complanato cincta.

1. *Calycis limbus minute et acute 5-dentat. Pet. ovata* cum acumine inflexo. Stylopod. amplum, carnosum, cyathiforme, margine plicato-sublobulato. Styli apice recurvi. Fr. ellipticus; mericarp. valde compressa, margine latiusculo, raphe angustissima saepe clausa; juga 3 media filiform., lateralia 2 cum margine confluentia. Vittae prominulae. Commiss. 4-vittata. (Hb. facie fere Opopanacis, fol. sub-2-pinnatisectis, umbella prolifera subracemosa, umbellulis globosis, flor. sessilib. lanugine immersis albis. — *Persia.*) . . . . . . *Dorema. D. Don.

2. — *limbus 5-dentat., raro (in Palimbia) obsoletus. Pet. obovata*, inflexo-acuminata, emarginata aut subintegra. Mericarp. a dorso lenticulari- v. plano-compressa, jugis subaequidistantibus, mediis filiform., lateralib. obsoletis margini contiguis v. in eum abeuntibus. Valleculae mediae 1-vitt., laterales nonnunquam sesqui- v. 2-vittatae. Commiss. saepius 2-vitt., vittis subinde (in Thysselino) pericarpio tectis. (Hbae glabrae, fol. 1-3-pinnatisect., invol. saepe 0, involucell. 00-phyll., fl. albis flav. v. viresc. — *Patria subdiffusa.*) . Peucedanum. (L.) Nob.

3. — *limbus obsoletus.* Caet. Peucedani. (Hb. fol. 2-3-ternatisect., invol. 0, involucell. oligophyllis, fl. albis. — *Eur., Caucas., Amer. bor.*) . . . . Imperatoria. L.

4. — *limb. obsolet. v. minute denticulatus. Pet. subrotunda, involuta*, cum lacinula lata retusa. Mericarp. a dorso complanato-compressa, jugis tenuissimis, mediis 3 aequidistantibus, lateralib. 2 margini contiguis; vittae lineares acutae, jugis vix breviores, commiss. 2-00-vittata. (Hb. fol. pinnatisect., invol. 0 v. oligophyllis, fl. flavis — *Eur., Asia occ.*) . . . . . . Pastinaca. Tourn.

β. Mericarpia margine tumido incrassato laevi cincta, plano-compressa, jugis 3 mediis approximatis, lateralib. 2 remotis marginalib. Vittae filiform., commissurales distantes. Calycis dentes obsoleti. Pet. Pastinacae. (Hb. fol. 2-pinnatisect., invol. 0, involucell. 0 v. oligophyll., fl. flavis. — *Aegypt.*) . . . . Leiotulus. Ehrbg.

B. Petala emarginata v. obcordata, (v. pag. seq.)

UMBELLIFERAE, ORTHOSPERMAE.

Tribus VIII. *PEUCEDANEAE.*

(Continuat.)

B.*I*.B.*I*.

B. Petala emarginata v. obcordata, cum lacinula inflexa.

a. Vittae abbreviatae, plerumque clavulatae, commissurales 2, rarius 4, aut obsoletae v. 0. Fruct. caeterum Pastinacae. Cal. 5-dentatus. Pet. exteriora saepe radiantia 2-fida. (Hbae amplae, fol. pinnati- v. 3-sect., vaginis amplis, invol. oligophyllo decid., involucell. 00-phyll., fl. alb. v. flav. — *Eur., Asia, Amer. temp.*) . . . . Heracleum. DC.

b. Vittae seminis longitudinem aequantes. (Involucr. utrumque 00-phyll.)

α. Mericarpia plano-compressa, margine complanato dilatato cincta. Stylopodium breve. Styli brevissimi. (*Afr. austr.*)

1. *Calycis limbus obsolete 5-dentatus. Styli crassi, erecti.* Mericarp. jugis tenuissimis, lateralib. 2 obsoletioribus margini contiguis. Commiss. 2-vittata. (Frut. glabri, fol. pinnatisectis, fl. flavis.) *Dregea. Eckl. et Zeyh.

2. — *limb. breve-5-dentat. Stylopod. conic., 2-sulcatum. Styli divergentes,* demum decidui. Fr. utrinque 2-alatus; mericarp. 5-jug., jugis 3 dorsalib. aequidistantib. filiform., lateralib. 2 in alam latam membranaceam expansis. Commiss. 2- v. saepe 1-vittata. (Hb. glabrae, fol. radical. 00-fid., caulinis 0, fl. albis.) . . . . *Cynorhiza. Eckl. et Z.

β. Mericarpia medio convexiuscula (plus minus pubescentia) *margine incrassato dilatato laevi cincta,* jugis tenuissimis, mediis 3 aequidistantib., lateralib. 2 remotioribus margini contiguis. Vittae commissurales 2 latae. Calyx 5-dentat. (Hb. fol. decompos., fl. albis vix radiantibus. — *Asia occid.*) . . . . Zozimia. Hoffm.

II*. *Juga media aut omnia carinata v. acuta plus minus elevata, lateralia 2 in marginem abeuntia.

† *Mericarpia lenticulari-compressa,* medio convexiuscula. (Hbae, fol. decompositis.)

a. Mericarpia oblonga, margine dilatato crassiusculo cincta, jugis 3 dorsalib. corticosis argutis. Valleculae profundae, acutae. Flores....? (Caulis nodosus, nodis globoso-tumidis. — *Graecia*) . . . . *Hammatocaulis. Tausch.

b. Mericarpia margine complanato cincta. Calycis limbus obsoletus.

1. *Petala subrotunda, integra,* involuta, lacinula subquadrata retusa. Juga filiform., media 3 acute carinata aequidistantia, lateral. 2 obsoletiora. Valleculae latae vittis totae expletae. (Involucrum utrumque 0, fl. lutei. — *Eur. austr., Asia occ., Afr.*) . . . . Anethum. Tourn.

2. — *oblong., emarginata,* inflexo-acuminata. Mericarp. margine dilatato, jugis mediis crassiusculis carinatis subflexuosis aut tuberculatis. (Folia fere Fumariae, invol. utrumque 00-phyll., fl. albi. — *Afr. austr.*) . . . . Capnophyllum. Gaertn.

†† *Mericarpia plana, oval. v. obovata,* margine membranaceo semine fere latiore cincta, jugis 5 filiform. subcarinatis aequidistantib. approximatis, lateralib. 2 in marginem dilatatis. Vittae valleculas explentes, commissurales geminae. Calyx 5-dentat. Pet. obcordata, cum lacinula inflexa. (Hb. venenatae, fol. pinnatisect., invol. 0 v. oligophyll., involucell. 00-phyll., fl. albis. — *Amer. bor.*) . . . . Archemora. DC.

III*. *Juga omnia alata, lateralia latiora. Fr. ellipt., utrinque subretusus, mericarp. planis, commiss. lata 2-vittata. Stylopod. conicum. Styli divergentes. Calyx 5-dentat., dentib. elongatis acutis. Pet. lanceolata, integra, acuminata. (Hba subacaulis, fol. capillaceo-decompositis, umbellae quandoque simplices, invol. utroque 2-00-phyllo, fl. albis — *Ind. or.*) . . Cortia. DC.

II. Mericarpia margine plus minus incrassato tumido rotundato v. parum compresso laevi cincta (cfr. supra Opopanax, Hammatocaulis, Leiotulus, Zozimia).

A. Carpophorum 2-partitum.

1. *Calyx 5-dentatus.* Pet. obovata, integra, cum acumine inflexo. *Stylopodia crassa.* Styli brevissimi. Mericarp. subfungosa, margine dilatata crassa, jugis dorsal. 3 approximatis cristatis brevib., lateralib. 2 in marginem abeuntibus. Vittae dorsales paucissimae, commissurales 0 v. tectae? (Suffrut. carnosus glaber, fol. pinnatisect., invol. 00-phyllis, fl. flavis. — *Ins. Canar.*) Astydamia. DC.

2. — *obsolete et minutissime 5-dent.* Pet....? *Stylopod. breve, conic.,* subsulcatum. Styli breves, divergentes, demum decidui. Mericarp. oval., a dorso lenticulari-compressa, subspongiosa, medio dorso plano subcolorato, margine tumido laevi, jugis dorsal. 3 filiform. demum rufis (vittas includentibus?), lateralib. 2 in marginem dilatatis quandoque indistinctis aut rufis et vittaeformibus. Commiss. fungosa evittata, 2-lineata. (Hba glaberr., dichotoma; fol. 2-pinnatisecta, suprema 3-part.; invol. 0 v. 1-phyll., involucell. 4-5-phyll., fl. lutei? — *Syria.*) . . Johrenia. DC.

B. Carpophorum indistinctum, pericarpio adnatum.

1. *Calycis limbus 5-dentat. Pet. oval., emarginata,* cum lacinula inflexa. Mericarp. ovalia, lenticulari-compressa glaberrima, margine tumido laevi intus vittis? v. poris pertuso, area dorsali depressa; juga tenuissima, vix distincta. Valleculae 2-vittatae. Commiss. 6-vittata. (Hba glabra, fol. 2-ternatisect., invol. 0, involucelli foliolis setaceis, flor. flavesc.? — *Amer. bor.*) . . . . Polytaenia. DC.

2. *Calycis limb. breve et obtuse 5-dentat. Pet. ovata, integra,* cum acumine brevi incurvo. Mericarp. margine crassiusculo fungoso cincta, jugis dorsal. filiform., lateralib. in marginem abeuntibus. Vallec. latae 2-3-striatae, vittas 2-3 minimas gerentes. Commissura evittata, nervo medio (carpophoro adnato) et 2 marginalibus notata, inter nervos subconcava tomentosa. (Hb. glabra habitu Ferulae, fol. decompos., invol. nullis, fl. flavis. — *Rossia austral.*) . . . . Eriosynaphe. DC.

3. *Calycis limb. obsoletus. Pet. emarginata,* cum lacinula inflexa. Styli reflexi. Fr. ellipt., margine rotundatus; mericarp. plana, marginibus arcte connata, jugis 5 filiform., dorsalib. 3 aequidistantib., lateralib. 2 remotiorib. submarginantibus. Vittae 0 v. obsoletae. (Hb. fol. laciniat., laciniis suborbiculatis, invol. nullis, fl. rubellis. — *Caucas. oriental.*) . . . . *Symphyoloma. C. A. Mey.

Tribus IX. *TORDYLINEAE.*

a. Calycis dentes acuti, inaequales, exteriores majores cuspidati basi dilatati. Pet. inaequalia, exteriora (umbellae peripheriam spectantia) ampla obcordato-2-loba, caet. minora ovata cuspidata integra v. rarius subbiloba. Stylopod. conic. Styli 2, erecti, elongati. Fr. hirtus, maturus ignot. (Hb. hirsuta, fol. laciniat., invol. utroque 00-phyllo. — *Napalia.*) . . . . Tordyliopsis. DC.

b. — *dentes inaequales.* Pet. obcordata cum lacinula inflexa, exteriora radiantia 2-fida. Mericarp. jugis 5 tenuissimis, dorsalib. 3 aequidistantib., lateral. 2 margini contiguis v. ab eo tectis, vittis filiform., carpophoro 2-partito. Sem. complanatum.

1. *Fructus dimorphi;* umbellae ambitum occupantes plano-compressi, margine accessorio subincrassato-alato vix rugoso-tuberculato cincti; centrales difformes, mericarpio altero in urceolum hemisphaericum circa alterum abortiens contracto. Valleculae 1-vittatae, commiss. 2-vitt. (Hb. habitu Tordylii, foliis subinde indivisis. — *Aegypt., Asia occid.*) . . . . Hasselquistia. L.

2. — *omnes consimiles,* plano-compressi, margine accessorio incrassato rugoso- v. crenato-tuberculato cincti. Valleculae 1-00-vittatae, commiss. 2-00-vitt. (Hbae fol. pinnatisect., invol. utroque 00-phyll., fl. albis. — *Eur., Asia occ., Afr. bor.*) . . . . Tordylium. Tourn.

UMBELLIFERAE, ORTHOSPERMAE.

(Continuat.)

Tribus X. *SILERINEAE.*

1\. *Calycis limbus obsoletus. Pet. lanceolata, incurva.* Fr. ovalis; mericarp. jugis primariis 5 obtusis, 2 lateralib. humilioribus ante marginem accessorium brevissimum positis, secundariis plane nullis, rarius hinc inde parvis inter juga exteriora. Sem. liberum, dorso subconvexo vittis 8-10, facie commissurali plana vittis 5-6 tectum. (Hba pubesc., fol. decompos., invol. 0, involucello 00-phyllo, fl. alb. — *Caucas*) . . . . Agasyllis. HOFFM.

2\. — — *5-dentatus. Pet. obcordata cum lacinula inflexa.* Fr. lenticulari-compressus; mericarp. jugis filiform. elevatis obtusis, primariis 5, lateralib. marginantib., secundariis 4 minus prominulis. Valleculae sub jugis primar. 1-vittatae. Sem. antice subplanum. (Hb. glabr., fol. triternat., involucris 0 v. oligophyll. caducis, fl. albis. — *Eur., Asia temp. et bor.*) . . . . Siler. SCOP.

3\. — — *Sileris? Mericarpia dorso evittata.* Commissura (?) 2-vittata. Caet. Sileris. (*Syria? Persia?*) *Galbanum. D. DON. †

Tribus XI. *CUMINEAE.*

1\. *Calycis dentes persistentes. Pet. oblonga, emarginata* cum lacinula inflexa, erecto-patula. Mericarp. jugis apteris, primariis 5 minute muriculatis, lateralib. marginant., secundariis aculeatis. Carpophor. 2-part. Sem. dorso convex., antice subconcavum. (Hbae fol. 00-fidis, lacin. linear., invol. oligophyll., foliolis saepe laciniatis, involucello oligophyllo demum deflexo, fl. alb. v. rubentib. — *Eur. austr., Afr. bor., Asia.*) . . . . Cuminum. BAUH.

2\. — — *tarde decidui. Pet. obcordata*, inflexo-emarginata. Fr. oblong., subteres, angulat. Mericarp. jugis primar. vix prominulis, linea fusca vittaeformi utrinque marginatis, secundariis costato-elevatis. Commissura crassa, spongiosa, medio sulcata, intra pericarpium 2-vittata. Sem. rectum, dorso subcompressum. (Habitus Aethusae, fol. lineari-00-fida, fl. albi. — *Amer. bor.*) . . . . Trepocarpus. NUTT.

Tribus XII. *THAPSIEAE.*

I. Fructus 4-alatus. Mericarp. jugis 5 primariis filiform., mediis 3 dorso, lateralib. 2 plano commissurali impositis; secundariis 4, mediis 2 filiform. apteris, lateralib. 2 in alam membranaceam expansis. Carpophor. 2-part. Sem. complanat. Calyx 5-dentatus. (Folia varie laciniata.)

1\. *Fructus alae integrae*; valleculae sub jugis secundariis 1-vittatae. Pet. ellipt., integra, cum acumine inflexo v. involuto. (Hb., invol. utroque 0 v. oligophyll. deciduo, fl. flavis. — *Eur. austr., Afr. bor.*) Thapsia. TOURN.

2\. — — *serratae*; juga omnia canales oleiferos includentia. Pet. obovata, emarginata, cum lacinula inflexa. (Frut., invol. 00-phyllis, fl. albis. — *Patria ignota.*) . . . . Melanoselinum. HOFFM.

II. Fructus 7-8-alatus.

a. Alae serratae v. undulatae v. interruptae.

1\. *Alae laterales subserratae; dorsales interruptae, squamas subretrorsas simulantes.* Fr. 8-alatus, (juga primar. et sem. ignota). Calyx dentat. Pet. ellipt., integra, acuminata, apice subinvoluta. (Hba glabra, fol. pinnatisect., umbella interdum prolifera, invol. 00-phyllis, fl. flavis. — *Oriens.*) . . . . Lophosciadium. DC.

2\. — *omnes undulatae.* Fr. subellipt., 7-8-alatus, sc. mericarp. nunc perfecta, 4-alata, nunc alterum imperfectum 3-alatum. Valleculae planae, 1-nerviae (jugo primario notatae?), commissura nuda 3-striata. Carpoph. mericarpiis adnatum. Cal. minute 5-dentat. v. subinteger. Pet. subrotundo-ovalia (ex Raf. inaequalia) apice inflexa. (Hb. radice tuberosa, caule subnudo, fol. biternatisect., invol. 0, involucellis 5-7-partitis dimidiatis, fl. polygam., ♀ subsessil. albis, ♂ central. pedicellat. — *Amer. bor.*) . . . . Cymopterus. RAF.

b. Alae integrae, continuae. Fr. a dorso compressus v. subteres; mericarp. jugis primar. 5 filiform., secundariis 4 omnibus in alam expansis. Vallecula sub alis 1-vittatae, commiss. 2-vitt. Carpoph. liberum, 2-part. Cal. 5-dentat. Pet. obcordata cum lacinula inflexa. (Hb. fol. 2-3-pinnatisect., invol. 00-phyllis, fl. alb. rarius flavis. — *Eur., Afr., Asia occ. et bor.*) . . . . Laserpitium. TOURN.

Tribus XIII. *DAUCINEAE.*

a. Calycis limbus obsoletus. Mericarpia plano-compressa, jugis secundariis 4, interiorib. filiformib., exteriorib. membranaceo-alatis, alis profunde sinuato-lobatis. Vittae 0. Carpophorum 2-partit. Sem. complanatum. (Hb. habitu Nigellae, foliis et involucri utriusque foliolis 00-fidis, flor. albis. — *Peloponnes., Asia occid.*) . . . . Artedia. L.

b. — — *5-dentatus.* Juga primaria plus minus setulis armata. Valleculae 1-vittatae sub jugis secundariis.

1\. *Fructus lenticulari-compressus*, jugis secundariis bi- v. 3-fariam aculeatis, exterioribus magis prominulis v. subalatis, aculeis apice hamatis v. radiatis. Carpophor. 2-fid. aut indivisum? Sem. postice subconvexum. (Hbae fol. 00-fidis, invol. 3-00-phyllis, foliolis indivisis; fl. albi, peripherici ♀, interiores ♂, alterius umbellae ♀ fertiles longius stylati. — *Eur., Asia occ., Afr.*) . Orlaya. HOFFM.

2\. — *subcompressus*, ovat. v. oblong., jugis secundariis aequalib. alatis simplici serie spinoso-dentatis. (Hbae fol. bipinnatisectis, involucrorum foliolis plerumque laciniatis, fl. alb. v. flavis, centrali saepius abortivo carnoso purpureo. — *Patria subdiffusa.*) . . . . Daucus. TOURN.

UMBELLIFERAE, CAMPYLOSPERMAE.

Tribus XIV. *CAUCALINEAE.*

a. Petala subaequalia. Fr. oblongo-ellipt., a latere modice compressus, jugis primar. subpilosis; secundariis prominulis, incrassatis, rotundatis, plicis transversis obtectis et vitta perfossis. Carpophorum apice fissum. (*Caucas, Asia occid.*) . . . . *Szovitsia. Fisch. et Mey.

b. — inaequalia, exteriora radiantia 2-fida. (Flor. albi v. rubelli, interiores ♂ steriles.)

1. *Calycis dentes ovato-lanceolati. Fr. a latere subcompressus*, jugis primar. setosis v. aculeatis, secundariis magis prominulis simplici serie aculeatis. Valleculae sub jugis secundariis 1-vittatae, commiss. 2-vitt. Carpophor. rigidum, apice fissum. Sem. involutum v. margine inflexum. (Hb. fol. 00-fid., invol. 0 v. 1-2-phyll., involucell. 2-8-phyll. — *Eur., Asia, Afr., Nov. Holl.*) . . . . Caucalis (L.) Hoffm.
2. — *dentes setacei. Fr. a latere contractus, subdidymus*, jugis primar. lateralib. simplici serie muriculatis v. aculeatis, dorsalib. et secundariis bi-trifariam aculeatis, aculeis aequalibus. Carpoph. setaceum, 2-fid. Caet. Caucalidis. (Hb. fol. pinnatisect., invol. utroque 3-5-phyllo. — *Eur., Asia occ., Afr. bor.*) . . . . Turgenia. Hoffm.
3. — *triangulari-lanceolati, acuti, persist. Fr. a latere contract.*, juga primar. setulosa, secundaria aculeis 00 totam valleculam 1-vittatam occupantibus obliterata, aculeis piliform. v. saepe uncinatis. Carpoph. Turgeniae. Sem. margine inflexum. (Hb. caule piloso-scabro, fol. 00-fid., umbell. oppositifol., invol. 1-5-phyll., involucell. 5-8 phyll. — *Eur., Asia, Afr., Amer.*) . . . . Torilis. Adans.

Tribus XV. *ELAEOSELINEAE.*

Genus unicum. Calyx vix 5-dentatus. Pet. obcordata, cum lacinula inflexa. Fr. a dorso subcompressus, subteres, 4-alatus. Mericarp. jugis primar. 5 filiform., dorsalib. 3, lateralib. 2, intra alas et margines nerviformes sitis (ex Koch plano commissurali impositis) secundariis 4, interiorib. obtusis, exteriorib. 2 in alam membranaceam expansis. Vittae sub omnib. jugis, primariorum angustiores, commissurales 4. Sem. involutum. (Hb. fol. decompos., invol. 00-phyllis, foliolis linear., fl. flav. — *Sicilia, Afr. bor., Mexico.*). . . . . Elaeoselinum. Koch.

Tribus XVI. *SCANDICINEAE.*

A. Fructus rostratus.
Semen tereti-convexum, antice profunde sulcatum. Pet. obovata, truncata v. emarginata, cum v. absque lacinula inflexa. (Hbae caulib. striat. v. sulcat., fol. pinnatisecto-decompos., involucellis 00-phyllis, fl. alb.)

1. *Fructus a latere subcompressus, rostro longissimo*, jugis obtusis aequalib., lateralibus marginantib. Valleculae evitt. v. obsolete vittatae. Carpoph. indivis. aut apice furcatum. Calycis limb. obsoletus aut sub-5-dentatus. (Invol. 0 v. 1-phyll. — *Eur., Asia occ., Afr. bor., Chile.*) . . . . Scandix (L.) Gaertn.
2. *Fructus a latere contractus; rostrum semine brevius* 5-jugatum; mericarpia subteretia, ejugata. Carpoph. apice 2-fidum. Calycis limb. obsoletus. (Invol. universale 0. — *Eur., Asia.*) . . . . Anthriscus. Hoffm.

B. Fructus erostris, (cfr. Physocaulis).

I. *Valleculae 1-vittatae,* (cfr. Molopospermum).

A. Petala plus minus emarginata (raro subintegra, cfr. Physocaulis), **cum lacinula inflexa.**

† *Calycis limbus obsoletus* (cfr. Ozodia). Mericarp. jugis aequalib., lateralib. marginantib. Commissura et albumen sulco exarata.

a. Juga obtusa v. filiformia (nec subalata).

1. *Fruct. a latere compressus aut contract, jugis obtusis.* Sem. sectione transversali semilunare. (Hbae fol. decompos., invol. 0 v. oligophyll., involucell. 00-phyll., fl. albis rarius roseis v. flavis. — *Eur., Asia, Afr., Amer. bor.*) . . . . Chaerophyllum. (L.) Hoffm.
   - α. *Pet. oblonga vix emarginata*, hirsuta. Fr. pyramidatus, stylopodiis conicis stylisque brevissimis subrostratus, jugis depressis undique muriculatis. Commissura 2-vittata. Carpophor. apice bifidum. . . . . *Physocaulis, (DC.) Tausch.*
   - β. *Pet. obcordata*, hirsuta, lacinula inflexa acuta. Fr. cylindraceus apice attenuat. stylisque 2 rigidis elongatis rostratus, jugis filiform. obtusis. Carpoph. vix bifid. . . . . **Rhynchostylis, Tausch.*
   - γ. *Pet. obovata, emarginata.* Fr. glaber, laevis. Styli breves. Carpophor. 2-partitum. *Chaerophyllum, Tausch.*
2. *Fruct. oblong., a latere compressus*, stylis brevib. rigidis conicis divergentib. coronatus, *jugis prominulis filiform.*, valleculis carnosis, commiss. 2-vittata. Pet. subrotunda, emarginata, lacinula inflexa subquadrata retusa. Calycis limbus fere obsoletus. (Hb. glabr. glauc., facie fere Foeniculi, invol. utroque 0, fl. flavidis. — *Ind. or.*) . . . . *Ozodia. W. et Arn.

b. Juga arguta, subalata, submembranacea; valleculae planae; fr. a latere compressus. Pet. obovata emarginata cum lacinula inflexa. (Habitus Anthrisci, radix tuberosa, fruct. aterrimi. — *Istria.*) . . *Freyera. Rchb.

†† *Calyx 5-dentatus, dentib. rigidis persist.* Pet. obcordata cum acumine inflexo. Styli conici, rigidi, breves, persist. Fr. cylindraceus, jugis subplanis albidis, vallec. planis. Commiss. 2-vittata. Sem. . . . ? (Hb. glaberr., fol. pinnatisecto-decompos., invol. 00-phyllis, foliolis saepissime laciniatis, pedicellis demum incrassato-rigidis. — *Armenia.*) . . . . Grammosciadium. DC.

B. Petala integra.

a. Calycis limbus obsoletus. Fr. ovato-oblong., jugis obtuse prominulis, valleculis latis planis, commiss. medio sulcata.

1. *Carpophor. 2-partitum. Fr. a latere compressus*, stylis brevib. subdivergentib. coronatus, jugis lateral. marginantib., valleculis striatis. Sem. tereti-convex. antice subconvolutum. Pet. oval., apice subinvoluta, dorso pilosa. (Hbulae pubesc. caespitosae subacaules, fol. decompos., umbella simplici 00-flora, invol. 00-phyllo, fl. albis ♂ et ♀. — *Quito, Nov. Holl.*) . . . . Caldasia. Lag.
2. *Carpophor. indivisum, medio sulco notatum, commissurae sulco profundo immersum. Fr. a latere contract.*, jugis filiform.; mericarp. jugis 3 in dorso convexo, 2 prope commissuram sitis. Stylopod. depressum, breve. Styli filiform., varie curvati. Pet. apice elongato-inflexa. (Hb. fol. 1-2-pinnatisect., caule superne aphyllo; involucri loco cingulum pubescens, involucell. oligophyll. foliol. apice 3-fidis, pedicell. brevissimis, fl. aureis. — *Mexico.*) . . . . *Tauschia. Schldl.

b. Calyx 5-dentatus, dentib. foliolosis. Pet. lanceolata, cum acumine longo adscendente. Fr. a latere contractus, jugis membranaceo-alatis, dorsalib. 3 argutis, lateralib. 2 duplo breviorib. marginantib. (interdum vittisque evanidis). Vittae fuscae. Commiss. angustissima, evittata. Sem. obtuse 4-gonum, angulo commissurae opposito sulco profundo exarato. (Hba glabra, fol. ternatisecto-decompos., involucri foliol. saepe laciniat., involucell. 00-phyll., fl. albis, umbellae terminal. amplae fertiles, lateral. minores masculae. — *Eur. austr.*) . . . . Molopospermum. Koch.

II. *Valleculae 2-3-vittatae,* juga lateralia marginantia. Carpophor. 2-part. (Hbae fol. decompos.)

1. *Calycis limbus 5-dent. subulatis.* Pet. obovato-cuneata, emarginata cum lacinula inflexa, exteriora radiantia. Styli breves, demum reflexi. Stylopod. suburceolatum, dentat. Fr. elliptico-oblong., a latere contract., jugis subulatis, vallec. convexis, commiss. 4-6-vittata. Sem. antice sulco exaratum. (Invol. 0, involucell. 5-phyll., fl. albi, in umbella term. plerique ☿, in lateralib. masculi. — *Dahuria, Volhynia.*) . . . . Sphallerocarpus. Bess.
2. — *limb. obliteratus.* Pet. . . ? Stylopod. breve, depresso-conic. Styli filiform., erecti. Fr. ovat., a latere subcompress.; mericarp. fere teretia, jugis lateral. subfiliform., dorsalib. 3 alatis. Commiss. 4-vittata. Carpoph. a basi partitum. Sem. involutum. (Invol. utrumque 0. — *Mexico.*) Velaea. DC.

III. *Valleculae evittatae.* Calycis limbus obsoletus. Pet. obovata. (Flor. albi, interiores ♂ steriles.)

1. *Petala emarginata, cum lacinula inflexa.* Fr. a latere compressus. Sem. involutum, duplici membrana tectum, exteriore in juga 5 arguta aequalia acute carinata intus cava elevata, interiore arcte adnata. Carpophor. apice fissum. (Hbae villosae, fol. ternato-decompos., invol. 0, involucell. 00-phyll. — *Europa.*) . . . . Myrrhis. Scop.
2. — *vix ac ne vix emarginata, cum acumine brevissimo inflexo.* Fr. elongat., basi in caudam attenuatus, solidus, subteres, acute angulatus, angulis subsulcatis hispidis, jugis acutis, valleculis planis, commiss. sulcata. Carpoph. semibifidum. Sem. anguste involutum, calycis tubo multo brevius. (Hbae fol. biternatisect., invol. utroque 2-5-phyllo. — *Amer. temp., Himalaya.*) . . . . Osmorhiza. Raf.

UMBELLIFERAE, CAMPYLOSPERMAE.

Tribus XVII. *SMYRNEAE.*

A. Flores ejusdem umbellulae inter se valde dissimiles (rarius subsimiles, cfr. Pycnocycla) ex parte plerumque steriles. (Herbae fol. laciniatis, umbellis v. umbellulis plus minus capituliformibus, involucro utroque saepissime 00-phyllo.) . . . . — Subtribus I. ECHINOPHOREAE.

I. Flos fertilis cuique umbellulae unicus, centralis, florib. masculis circumdatus.

1\. *Calyx (florum omnium) 5-dentat., dentib. acuminatis.* Pet. lanata emarginata v. subbiloba, aut lanceolata cum acumine angusto inflexo, saepe inaequalia. Styli longissimi, pilosi, suberecti. Stylopod. cupulare, undulatum. Fr. teres, oblong., rostratus, pubesc., jugis filiform., lateralib. commissuralibus, vallec. 2-3-vittat., commiss. 2-vitt. Sem. involutum. (Invol. utrumque depauperat., fl. albi, ♂ pedicellis cylindric. crassis fructum mentientib. circa florem ☿ centralem conniventibus. — *Arabia, Persia, Himalaya.*) . . . . *Pycnocycla. LINDL.

2\. — *5-dentat., dent. inaequal. spinescentib.* Pet. obcordata cum lacin. inflexa, exteriora saepius majora, bifida. Styli fertiles (subinde 3) elongati, filiform. Fr. ovatus, pedunculi apici dilatato immersus, rostro brevi exserto, jugis aequalib. depressis undulato-striatis, valleculis sub membrana archnoidea 1-vittatis. Sem. involutum. (Hbae, saepe spinescent.; fl. albi v. flavi, ♂ post anthesin basibus inter se coaliti rigidi et receptaculi v. involucri cornigeri instar fructum cingentes. — *Eur. austr., Asia occid., Afr. bor.*) . . . . Echinophora. TOURN.

3\. — *florum sterilium obsoletus.* Pet. aequalia, obcordata, inflexa. Fr. ovatus, subpapillosus, setis 15 rigidis elongatis coronatus. Sem. . . ? (Invol. utrumque spinosum, foliolis valde inaequalibus, fl. albi.) — *Palaestina.*) . . . . Exoacantha. LABILL.

II. Flores fertiles cuique umbellulae plures (?), omnes valde dissimiles. Calycis lobi exteriores in floribus periphericis maximi ovati foliacei, in flor. interiorib. rigidi uncinato-mucroniformes, interiores omnium florum dentiformes obsoleti v. 0. Pet. exteriora maxima, obcordata v. bifida; interiora minima. Fr. subpubescens, oblongo-cylindraceus, calyce stylisque 2 conicis rigidis suberectis coronatus; mericarp. semiteretia (uno saepius abortivo) jugis obtusissimis, vallec. 1-vitt., commiss. evittata? Sem. involutum. (Hb., habitu Erodii, invol. 00-phyllis persist., foliolis plus minus spinescentib., umbellae radiis crassis obconicis rigidis, fl. albis sessil. — *Asia occid.*) . . . . Anisosciadium. DC.

B. Flores ejusdem umbellulae inter se aequales (saltem non manifeste dissimiles).

I. Fructus juga aptera, obtusa, subinde obsoleta, raro arguta (rarissime subalata, cfr. Malabaila). — Subtribus II. CACHRYDEAE.

A. Fructus inermis, costis valleculisque laevibus, interdum pubescentib., rarissime minute tuberculatis v. rugulosis (cfr. Cachrys) nunquam muricatis.

I. Calyx 5-dentatus.

A. Fructus abortu seminis v. mericarpii unius 1-spermus, ovatus, non 2-partibilis, calyce coronatus, hinc sulco notatus. Sem. dorso convexum, antice sulco exaratum. (Hbae, flor. albis.)

1\. *Flor. polygamo-dioici.* Pet. lanceolata, acumine incurvo integro acuto. ♂: Stam. corolla duplo longiora. Stylopod. planum. Styli brevissimi, decid. Germ. abortivum. ♀: Stam. 0. Styli 2 basi incrassati, apice divaricati. Fr. rostratus, ad medium usque cum involucro conferruminatus. (Fol. radicalia laciniata, spinoso-ciliata; umbellae aliae pedunculatae ex fl. ♂ et ♀ steril. compositae, partiales subglobosae, involucro 5-phyllo demum aucto; aliae sessiles ♀ fertiles, invol. 4-partito, foliolis basi concretis spinoso-dentatis fructum foventibus. — *Cap. b. sp.*) Arctopus. L.

2\. — ☿? *Calycis lobi pectinato-00-fidi.* Pet calyce breviora, obcordato-2fida, lobis aristatis. Fr. pubescens; vittae dorsales 3, commissurales 2, mericarpio dimidio breviores, clavulatae, pendulae. (Fol. 2-pinnatisecta; umbella 00-radiata; umbellulae 1-florae; involucri utriusque foliola pectinato-pinnatifida. — *Eur. austr., Asia occ., Afr. bor.*) . . . . Lagoecia. L.

B. Fructus 2-locularis, 2-partibilis, 2-spermus (cfr. Hermas).

a. Semen liberum, pericarpio non adnatum. (Involucr. utrumque 3-00-phyllum.)

† *Petala integra.*

1\. *Calycis lobi foliolosi, persist.* Pet. ovali-oblonga, acuta, carinata, aequalia. Fr. oval; mericarp. subinflata, a dorso compressa, 5-juga, jugis 2 lateral. minutis marginantib. sub commissura, dorsali medio exserto, intermediis 2 majoribus. Valleculae latae, 00-vittatae. Sem. antice subconcavum, saepe solitarium. (Hbae fol. indivisis vix dentatis, umbell. subglobosis, fl. alb. v. purpureis, centralib. 3-1 ☿ fertilibus, exteriorib. ♂ steril., pedicellis setaceis persist. involucellum mentientibus; umbellis lateralib. ♂ steril. — *Cap. b. sp*) . . . . Hermas. L.

2\. *Calycis dentes breves.* Pet. ovata, apice inflexa v. involuta. Mericarp. jugis 5 aequalib. crassis obtusis valleculas fere obtegentib., plus minus tuberculatis papillosis rugosis v. tomentosis, rarius laevibus. Sem. vittis 00 tectum. Caet. Cachrydis. (Hb. fol. decompos., fl. flavis. — *Eur. austr., Asia occ., Afr. bor.*) . . . . Aegomarathrum. KOCH.

†† *Petala obovata, plus minus emarginata cum lacinula inflexa.* Mericarpia 5-juga, jugis aequalib. (Hbae fol. ternato-decompos., invol. 00-phyllis, fl. albis.)

1\. *Fr. ovat., subteres;* mericarp. a dorso subcompressa, laxe utriculata, jugis acutis subalatis, lateralib. marginantib. Valleculae et commiss. 3-00-vittatae (vittis ex Tausch. ramosis anastomosantibus), Carpoph. 2-part. Sem. evittatum, margine involutum. Pet. obcordata lacinula emarginata. (Invol. persist. — *Carniolia.*) . . . . *Malabaila. TAUSCH. (non HOFFM.)

2\. — *a latere contractus, didymus;* mericarp. reniformi-globosis, jugis filiform. tenuissimis, lateralib. ante marginem sitis, vallec. 1-vittat., vittis latis. Sem. involuto-semilunare. Pet. subemarginata. (Folia summa saepe ad squamam vaginantem reducta. — *Eur., region. Caucasicae.*) . . . . Physospermum. CUSS.

b. Semen pericarpio adhaerens (cfr. Perideridia). — (Involucr. utrumque 3-00-phyll.)

1\. *Fruct. subdidymus,* a latere subcontractus; mericarp. ovatis, jugis 5 vix prominulis, vallec. 3-vitt., vittis convexis magis quam juga prominulis, commiss. similiter 4-vittata, carpoph. bipartito. Sem. semilunare (liberum?) Calycis dentes demum decidui. Pet. . . ? (Hba glabra, rad. fasciculato-tuberosa, fol. 00-fid., umbella term. ampla fertil., laterales oppositae steriles. — *Amer. bor.*) . . . . Perideridia. RCHB.

2\. — *subobovatus,* hirsutus, mericarp. teretiusculis obtuse 5-jugis, (vallec. evittatis?), carpoph. apice bifido. Sem. antice sulcatum. Pet. obcordato-2-partita, lobis ad basin margine involutis et latere excavatis, superne undulatis reflexis. (Hb. fol. pinnatisecto-decompos., involucri utriusque foliolis 3-fido-laciniatis, fl. albis ☿ aequalib. — *Persia.*) . . . . Oliveria. VENT.

II. Calycis limbus integer v. obsoletus.

A. Petala emarginata v. obcordata, (cfr. Conium, Vicatia). — (Folia plus minus decomposita, fl. albi.)

a. Valleculae vittatae. Fr. a latere contractus, mericarp. ovatis. 5-jugis, carpoph. 2-part. Pet. obcordata cum acumine inflexo. (Hbae glabrae, invol. saepe 0, involucell. oligophyll.)

1\. *Valleculae 2-3-vittatae, convexo-planae.* Fr. subdidymus, mericarp. latere vix subcompressa, jugis filiform. Commiss. subplana, 4-6-vitt. Sem. antice sulco notat. Calyx integer. Pet. acumine brevi obtuso. Stylopodia crassa, conico-cylindracea, parallela. Styli filiform., extrorsum refracti. (Folia summa, ad ligulam subintegerrimam reducta. — *Syria.*) . . . . Scaligeria. DC.

2\. *Valleculae 1-vitt., depressae;* fr. didymus, jugis prominulis ad latera rugosis medio 1-nerviis aequidistantib. Commiss. angustissima. Sem. dorso convexo 5-costat., antice marginibus inflexis lunatum. Calycis limb. undulatus edentulus. Pet. radiantia. Stylopod. depressum, margine undulatum. Styli divaricati. (Flores plerique ☿. — *Creta.*) . . . . *Anosmia. BERNH.

b. Valleculae evittatae. Fruct. ovatus. Semen antice sulco profundo exaratum. (Involucr. utrumque 3-00-phyllum.)

1\. *Semen vittis 00 undique tectum,* dorso convexum. Fr. villoso-tomentosus, jugis crassis obtusissimis, valleculis angustis. Pet. obcordata cum lacin. inflexa. (Hb. tomentos. — *Region. Mediterran.*) . . Magydaris. KOCH.

2\. *Semen evittatum,* sulco ventrali angusto. Fr. a latere compressus, jugis prominulis undulato-crenulatis aequalib., lateralib. marginantib., valleculis 00-striatis; carpoph. apice bifido. Pet. subemarginata, lacinula brevissima. (Hbae venenatae, fl. omnib. fertilib. — *Europa*, — nunc fere ubique immigrat.) . Conium. L.

B. Pet. integra, (v. p. seq.).

UMBELLIFERAE, CAMPYLOSPERMAE.

Tribus XVII. *SMYRNEAE.*

(Continuat.)

B.I.A.II.

B. Petala integra, nec emarginata (cfr. Vicatia).

† ***Juga aequalia v. subaequalia.***

a. Semen liberum, vittis 00 tectum, profunde involutum. Fr. turgidus, subteres aut subdidymus, jugis crassis latis obtusis laevib. interdum obsoletis; commissura lata. Stylopod. brevia, depressa, demum obsoleta. Pet. oval., apice inflexa v. involuta. (Hb. fol. decompos., invol. utroque 00-phyllo, fl. flavis. — *Eur. austr., Asia, Afr. bor.*) . . . . Cachrys. Tourn.

b. Semen pericarpio adhaerens, evittatum. Fr. ovato-oblong., valleculis 00-vittatis. Sem. fere semiteres, antice sulco notatum.

1. *Pet. . . ? Styli breves, demum divergentes.* Mericarp. fere semiteretia, jugis filiform. vix prominulis, vallec. latis planis, vittis parvis, commiss. angusta, carpoph. crasso apice subbifido. (Hb. glabr. habitu Conii, caule superne nudo, fol. decompos., invol. 0, involucell. 0 v. oligophyll. — *Napalia.*) . . . . Vicatia. DC.

2. *Pet. ovata v. lanceolata cum acumine inflexo supra nervum medium frenato.* Stylopod. conica, crassa. Styli divergent., demum deflexi. Fr. a latere subcompressus, jugis laevib., lateralibus marginantib. (Hb. radice tuberoso-crassa esculenta, fol. 1-2-pinnatisectis, invol. 0 v. 1-phyll., involucell. 3-phyll., fl. albidis, periphericis ☿, interiorib. ♂ v. imperfectis. — *Amer. austr.*) . . . . Arracacha. Bancr.

†† ***Juga manifeste inaequalia***, dorsalia 3 arguta, lateral. 2 marginantia obtusa aut obliterata. Carpophor. 2-part. Pet. lanceolata v. ellipt., inflexo-acuminata.

1. *Fruct. a latere compressus*, oblongo-ellipt., mericarp. 5-jugis, jugis lateralib. rotundatis, valleculis 1-vittatis, vittis magnis semilunarib. Commiss. plana, medio excavata 1-vittata. Sem. rotundato-5-gonum. Pet. aequal., intus carinata. (Hb. basi suffrutesc., fol. 2-pinnatisecto-3-ternatis, fl. polygamis atropurpur. — *Mexico.*) . . . . Pentacrypta. Lehm.

2. *Fruct. a latere contractus didymus*, mericarp. reniformi-globosis, jugis lateral. obliteratis, vallec. 00-vittatis. Sem. involutum. (Hbae glabrae, rad. carnosa, fol. varie laciniat. aut subintegerr., invol. utroque saepe 0 v. oligophyll., fl. flav. v. viresc., saepe polygam. — *Eur., Afr., Mexico.*) . . . . Smyrnium. (L.) Lag.

B. Fructus armatus, ovat., didymus; mericarp. semiteretia, jugis 5 fungosis obtusis undique aculeato-muricatis, commiss. angusta. Sem. vittis 00 cinctum, marginib. valde involutum, area centrali vacua orbiculari. Stylopod. distincta, conica, exserta, persist. Styli subulati, diverg. Calyx brevissime 5-dentat. Pet. ovata, acumine inflexo. (Hba facie Angelicae, rad. fasciculato-tuberosa, fol. 3-pinnatisect.; umbellae radii inaequales, invol. 0, involucell. 00-phyll.; fl. albi, nonnulli steril. — *Creta, Cyprus.*) . . . . Lecokia. DC.

II. Fructus juga omnia aut pleraque membranaceo-alata. . . . . Subtribus III. PLEUROSPERMEAE.

A. Fructus alae in dentes aculeosve hamatos fissae, basi corticosae. Valleculae latae, profundae, nudae v. setulosae, commissuraque evittatae. Fr. ovat., subteres. Carpophor. 2-part. Sem. liberum, vittis 00 tectum, profunde involutum. Calyx 5-dentat. Pet. . . . ? (Hbae fol. pinnato-decompos., umbell. et umbellulis involucratis. — *Graecia, Italia austr.*) . . . . Lophocachrys. (DC.) Koch.

B. Fructus alae integrae, inermes. Petala integra.

I. Calyx 5-dentatus (rarissime obsoletus, cfr. Aulacospermum).

a. Mericarpia a dorso compressa, jugis laevib. basi crassis; fruct. subteres, commiss. lata. Stylopodia depressa, in fructu vix prominula. Sem. vittis 00 cinctum, involut. Pet. ovata, apice involuta. (Hb. habitu Cachrydis, fol. decompos., fl. flavis. — *Asia, Afr. bor., Italia austr.*) Prangos. Lindl.

b. Mericarpia a latere subcompressa. Fr. ovatus, vallec. vittatis (cfr. Pleurosperm.), carpoph. 2-part. (Hbae glabrae, fol. bipinnatisect. v. subdecompos., invol. utroque 00-phyllo, fl. albis.)

1. *Petala obovata, plana aut apice subattenuato-inflexa.* Mericarpia duplici membrana praedita, exteriore in alas 5 cavas inflata evittata, interiore semini arcte adnata et in juga 5 minora (sub alis sita) elevata in valleculis vittas 1-2 gerente. Commiss. 2-vittata. Sem. semilunare. — (*Eur., Asia.*) . . . . Pleurospermum. Hoffm.

2. *Petala ovata cum acumine inflexo.* Mericarpiorum alae subaequales, lateral. marginantes; vallec. exteriores 2-3-vittatae, interiores 1-2-vitt., vittis nonnunquam interruptis. Commiss. 2-vitt. Sem. sulco profundo incisum. Calycis limb. subinde obsoletus. (Involucri foliola saepe pinnatifida. — *Sibiria.*) . . . . *Aulacospermum. Ledeb.

II. Calycis limbus integer v. obsoletus. Valleculae 1-vittatae, commiss. 2-vittata. (Hbae glabrae.)

1. *Petala obovata, plana aut apice attenuato-inflexa.* Fr. ovat. v. oblong., jugis (alis) subaequalib., commiss. plana, carpoph. 2-part. Sem. antice sulco exaratum, dorso convexum. (Fol. multisecta, invol. utrumque 00-phyll., foliolis saepe incisis. — *Napalia.*) . . . . Hymenolaena. (DC.) Lindl.

2. — *ovalia, apice involuta.* Stylopodia depressa, in fructu vix prominula. Fr. sectione transversali ovalis; mericarp. a latere compressa; valleculae latiusculae; commiss. angusta. Sem. involutum. (Caulis acute triqueter, fol. pinnatisecta, involucri utriusque foliola indivisa, fl. lutei. — *Graecia, Turcia.*) . . . . Colladonia. DC.

UMBELLIFERAE, COELOSPERMAE.

Tribus XVIII. *CORIANDREAE.*

a. Calycis limbus obsoletus. Pet. obovata, emarginata cum lacinula inflexa, subaequal. aut exteriora radiantia 2-fida. Fr. didymus; mericarp. subgloboso-ventricosa, striis v. jugis 2 lateralibus semicircularib. ante marginem accessorium positis. Vittae 0. Commissura angusta. (Hbae, foliis, saltem superioribus, pinnatifido-decompos., lobis linear.; fl. albi.)

1. *Commissura biforata.* Mericarp. granulato-rugosa, striis 5 impressis obsoletis notata. Carpophor. 2-part. utrinque adnatum. (Hbae foetidae, invol. utroque 0 v. 1-phyllo. — *Eur. austr., Asia occ., Afr. bor.*) . Bifora. Hoffm.

2. — *non perforata, nec apice dilatata.* Fr. magis didymus; mericarp. laevia, jugis (ex DC. ic.) conspicuis filiformib. (ex diagn. nullis). Styli divergentes. (Invol. utrumque 00-phyll., flor. omnes ☿. — *Aegypt. Syr.*) . . . . Astoma. DC.

b. Calycis limbus 5-dentatus, dent. acutis persistentib. Pet. obcordata cum lacinula inflexa. (Hbae foliis praecedentium, flor. albis.)

1. *Calycis dentes subaequales, parvi. Pet. subaequalia.* Fr. subdidymus; mericarp. subgloboso-ventricosa, jugis 5 tenuibus obtusis notata, valleculis striatis, commiss. angusta clausa. Vittae 0? Sem. a basi ad apicem involutum. (Involucr. utrumque 00-phyll. — *Amer. bor.*) . . . . Atrema. DC.

2. — *dentes inaequales. Pet. exteriora radiantia, 2-fida.* Fr. globos., 10-costatus, vix 2-partibilis; mericarp. jugis primar. 5 depressis flexuosis, secundariis 4 (praeter marginalia) magis prominulis carinatis; vallec. evittatae; commiss. 2-vitt.; carpophor. medio liberum 2-fid., apice basique adnatum. Sem. antice excavat., membrana soluta tectum. (Fol. infima simpliciter 3-secta v. pinnatisecta, invol. 0 v. 1-phyll., involucella 3-phylla dimidiata, alabastra saepe rosea. — *Eur., Asia occ., Mexico.*) . . . . Coriandrum. (L.) Hoffm.

CI. ARALIACEAE.

A. Genuinae: foliis alternis exstipulatis, staminibus definitis.

I. Flores completi.

A. Styli distincti aut nulli (rarius coaliti, cfr. Hedera). Stam. petalorum numero aequalia iisque semper alterna.

I. Germen 1-loc., 1-ovulatum, stylo brevi aut subnullo, stig. obtuso. Fr. baccaceus, coronatus, nucleo 1-sp. Album. subcorneum. Embr. inversus. Calycis limb. brevis, obsolete 5-dentat. Pet. 5. (Arbusc. inermis. fol. 1-2-pinnatis, umbell. petiolar. compositis. — *Java.*) . . . . Arthrophyllum. Bl.

II. Fruct. (ut germen) 2-3-loc. Styli 2-3, breves.

1. *Fruct. carnosus, compresso-orbiculatus aut didymus, 2-loc.,* loc. coriaceo-chartaceis 1-sp. Styli 2-3. Flor. polygami. Calycis limb. brevissimus, obsolete 5-dent. Stam. 5, sub margine disci cum petalis inserta. (Hb., frut. v. arb., saepe aculeat., fol. compos. aut simpl., lobata aut integra; fl. varie umbellati. — *Asia, Amer., Australia.*) . . . . Panax. L.
2. — *subexsuccus, subrotundus, 2-3-loc.* Germ. turbinatum, disco lato coronat. Styli 2-3, erecti, approximati. Cal. limb. brevis, dentib. 5-7 acutis aut 0. Stam. 5-7. (Frut. truncis subsucculentis, fol. petiolat. palmat., foliolis 5-9 integris aut lobatis, fl. racemosis aut spicatis — *Afr. austr.*) . . . . Cussonia. Thunb.
3. — *carnosus, (ut germ.) cylindricus, 3-loc., 3-sp.* Styli 3. Cal. limb. minimus. Stam. 5. (Frut., fol. pinnat., racemo pendulo umbellulas longe pedunculatas gerente. — *Madagasc.*) . . . . Maralia. P.-Th.

III. Fruct. 4-loc., baccaceus, calyce coronatus.

1. *Folia pinnata.* Umbellae verticillato-proliferae v. paniculatae, umbellulis 5-7-radiatis planis. Cal. limb. brevis, denticulatus (aut subinteger?) Pet. 8, rarius 5-7, lanceolata, patentia. Styl. 0, stig. 3-5, brevissima, erecto-patent., persist. Bacca globosa, 4-sp. Germ. disco carnoso tectum. — (*Nova Zeeland.*) . . . . Polyscias. Forst.
2. — *simplicia,* petiolata, cordato-subrotunda, palminervia, dentata v. sublobata. Paniculae term. 00-fl., fl. saepe polygami? Cal. limb. acute 5-dent. Pet. 5, oblonga basi attenuata, apice uncinato-incurva. Filam. brevissima; anth. ovatae. Styli 4 breves, recti. Bacca subexsucca, ovata. Sem. . . .? (Suffrut. — *Napalia.*) . . . . Toricellia. DC.

IV. Fruct. 5-00-locularis.

a. Petala apice calyptratim cohaerentia (cfr. Hedera).

1. *Calycis limbus conspicuus, elevatus v. dentatus.* Pet. 5-10, libera, aut apice connata in calyptram deciduam. Styli 5-10, raro 4, conniventes aut in unum connati. Bacca 4-10-loc. (Frut. scandent. v. erecti aut arbores; fol. simpl. aut compos.; fl. umbellati aut capitati. — *Eur., Asia, Amer., Ins. Canar.*) . . . . Hedera. (L.) Sw.
2. — *limbus brevissimus, integer aut dentat.* Pet. 5, apice cohaerentia. Caet. Araliae. (Frut. v. arb; fol. compos., rarius simpl., integra v. lobata; inflor. Araliae. — *Ind. or. et Amer. trop.*) . . . . Sciodaphyllum. P. Browne.

b. Petala libera, patula, (cfr. Hedera). Fruct. carnosus, loculis chartaceis. (Folia composita, umbellae paniculatae.)

1. *Styli 5-10, conniventes aut concreti.* Caet. v. supra. (*Hederae* sp.)
2. — 5, *expansi, divaricato-patentes.* Bacca 5-loc., saepe torosa. Calycis limbus brevissimus, integer aut dentat. Pet. 5. (Hb., frut. v. arb., saepe aculeat., fl. albi. — *Amer. bor. Nova Zeeland.*) . . . . Aralia. (L.) Don.
3. — 0; *stigm.* 5-9 *sessilia,* disco epigyno crasso breve-conico immersa. Fr. 5-9-loc. Calyx truncatus, margine subnullo. Pet. 5-9. (Frut. v. arb. inerm. — *Ind. or.; China.*) Paratropia. (Bl.) DC.

B. Styli toti aut saltem basi coaliti, (cfr. Hedera et Gastonia). Calycis limbus ultra germen productus, integer.

1. *Stamina tot quot petala, sc. 5-10, iisque alterna.* Germ. 5-10-loc., disco epigyno lato coronatum. Styl. brevis, crassus, conicus v. pyramidat., conflatus ex stylis 5-10 concretis, junioribus apice erecto-conniventibus, demum subdivergentib. Fruct. carnosus. (Frut. v. arb., fol. simpl. aut impari-pinnat., petiolo saepe aculeato, fl. umbellat., corymbos. v. paniculat. — *Peruvia, Ind. or., Ins. Mascarenh.*) . . . . Gilibertia. R. et P.
2. — *petalorum numero dupla iisque per paria opposita.* Pet. 5-16. Styli 8-12 breves, ima basi subconcreti. Fruct. (ut germ.) 8-12-loc., subexsuccus, 8-12-costat., ex Juss. capsular. (Arb., fol. impari-pinn., umbell. paniculat. — *Ins. Mascarenh.*) . . . . Gastonia. Comm.

II. Flores apetali (cfr. Phytocrene), unisexuales aut polygami. ♂: Calyx 4-part. Stam. 4, calycis lobis alterna.

a. Stamina libera. (Folia simplicia, penninervia.)

1. *Calycis aestivatio imbricata.* Antherae subpeltatae, 2-loc. ☿: Calyx ultra germen productus, limbo 6-fido persist. Stam. 6. Styli 6, simplices, divergentes. Germ. (inferum) 6-loc., loc. 1-ovulat., ovul. erect. Bacca 6-sp. Sem. marginata. (Arb., trunco gracili apice in ramos simplices diviso; fl. polygamo-dioici, lutei, capitat., involucrat., capitulis in paniculam term. dispositis. — *Ins. Norfolk. et Societat.*) . . . . *Botryodendron. Endl.
2. — *aestivatio valvata,* lobi lineari-elliptici coriacei. Antherae calyci subaequilongae, dorso supra basin affixae; filam. brevissima, basi latiora. Pistilli rudiment. 0. Fem. ignot. (Frut.? scandens; fol. subcoriacea, basi dentata v. sublobata, petioli volubiles; pedunc. aggregati, filiform., nascentes ex apice ramuli s. pedunculi communis? brevissimi supraaxillaris, singuli umbellam simpl. 00-floram gerentes, pedicelli basi involucello 4-fido ciliato cincti. — *Ind. or.*) . . . . *? Miquelia. Nob.

b. Stamina ima basi coalita, anth. versatil. Pistilli rudiment. pilosum, pedicellatum, inter filamenta ex basibus eorum coalitis recte surgens. Cal. 4-part., squama urceolata 4-loba suffultus. Fl. dioici, in receptac. globoso carnoso aggregati, ♀ ignoti. (Frut. volub., liquore aqueo potulento scatens; fol. alt., cordata, quandoque lobata; capitula pisiformia, racemoso-corymbosa, fl. parvi. — *Ind. or.*) . . . . ?*Phytocrene. Wall.

B. Genera affinia, desciscentia: foliis oppositis.

1. *Folia impari-pinnata, stipulata.* Petala imbricata (?) Stam. indefinita. (Caet. v. infra in Caprifoliaceis. — *Guiana.*) . . . . ?*Touroulia. Aubl.
2. — *simplicia, lanceolata, dentata, exstip.* Cal. 4-part. Pet. 4, calyce longiora, obtusa. Stam. 4, petalis alterna. Styl. 1, stig. 4-5. Drupa succulenta, subglobosa, nucleo 4-5-loc., 4-5-spermo. (Frut., fl. racemoso-paniculati. — *Afr. austr.*) . . . . ? Curtisia. Ait.

CII. HAMAMELIDEAE.

I. Stamina laciniis calycis numero aequalia, aut dupla et tunc alterna sterilia. . . . . Tribus I. *HAMAMELEAE.*

A. Stamina laciniis calycis numero dupla, sc. 8, quorum 4 petalis opposita sterilia, alterna 4 fertilia; anth. adnatae. Calycis limbus 4-lobus. Pet. 4. (Fol. alt., basi 2-stipul.)

1. *Calyx (nudus?) tubo oblongo germini adnatus* hirtus, limbo demum circumscisso. Pet. summo tubo inserta, cum filamentorum fertilium basi lata coalita; anth. oblongae, erectae, latere dehiscentes. Stam. steril. minora. Styli 2. Fr. calycis tubo inclusus, apice umbilicatus, 2-cornis, coccis 2 coriaceis 1-spermis apice dehisc. Sem. ovata, ex apice pendula. (Frut., ramis virgatis debilib., fol. integris, stip. foliaceis latis inaequalib., corymbis term. subfasciculatis 7-8-floris. — *Madagascar.*) . . . Dicoryphe. P.-Th.

2. *Calyx extus 2-3-squamatus, tubo subrotundo imo germini adnato*, lobis persist. v. tardissime decid. Pet. longa, ligulaeformia. Stam. fert. brevissima, anth. 2-loc., loculis valvula verticali dehisc.; sterilia ananthera, filam. crassiusculis. Germ. stylis 2 (raro 3) brevibus coronatum. Caps. semilibera, coriacea, 2-loc., apice 2-valv., valvis bifidis. Arilli 2, coriacei, 1-spermi, superne elastice 2-valves. Sem. oblonga, nitida. (Arb., fol. subinde repando-dentatis, stip. angustis decid.; fl. ax. glomerati, subsess., involucro 3-phyllo cincti, flavi. — *Amer. bor., Asia.*) . . . . Hamamelis. L.

B. Stamina laciniis calycis numero aequalia, omnia fertilia.

1. *Flor. ☿, breve racemosi.* Cal. campanulat., imo germini adnat., subtruncat., limbo 5-7-lobo foliaceo persist. Pet 0. Stam. 5-7, calycis fauci inserta, lobis opposita, exserta; anth. terminal., oblongo-4-gonae, 2-loc., longit. dehisc. Germ. 2-loc., 2-ovul. Styli 2, filiform. Caps. membranac., 2-cocca, coccis subosseis 1-loc. 2-valv. 1-sp. Sem. ossea, pendula. (Facies Hamamelidis, fol. alt. — *Region. Caspicae.*) . . . . *Parrotia. C. A. Mey.

2. *Flor. dioici, capitati*, squamis paleaceis distincti. Calyx...? ♂: Pet. 1, involutum. Stam. 1, juxta squamam et petalum; anth. ovata, filamento connata, 2-loc., valvulis dehiscens. ♀: Pet. 0. Germ. villosum. Styl. 1. Caps. ovata 4-loc., 4-valv. Arillus ovatus, 2-valv. Sem....? (Frut., facie fere Crotonis, pube molli sublepidota stellata villosus, fol. oppositis integris, capitulis term., fl. in receptaculo communi aggregatis. — *Afr. austr.*) . . . . ? Trichocladus. Pers. †

II. Stamina laciniis calycis numero tripla et ultra (circ. 25) omnia fertilia, clavata, exserta; anth. terminal., hippocrepicae, margine rima semicirculari dehisc. Pet. 0. Tribus II. *FOTHERGILLEAE.*

Cal. campanulat., imo germini adnatus, subtruncat., limbo subrepando, dentib. 5-7 callosis. Germ. 2-loc., 2-ovul. Styli 2, filiform. Caps. 2-loba, 2-loc., loc. apice 2-valv. 1-sp. Sem. ossea, pendula. (Frut., fol. alt. dentat. v. subintegris 2-stipulat., pube stellata molli; spicae term. fere amenta referentes; fl. albi, bractea fulti, bracteae inferior. 3-fidae, super. subintegrae. — *Amer. bor.*) . . . . Fothergilla. L. fil.

CIII. ALANGIEAE.

(Calycis tubus campanulat., germini adnatus. Pet. tot quot calycis dentes iisque alterna, linearia, aestiv. contorta. Stam. libera, longa, exserta; anth. introrsae, 2-loc., saepe steril. Germ. 1-2-loc., loc. 1-ovulat., ovul. pendulis. Stylus 1, basi in discum epigynum crassum carnosum dilatatus. Drupa calycis dentibus plus minus coronata, ovalis. Album. carnos. Embr. rectus, radic. supera, cotyl. planae. (Arb., fol. alt. exstip. impunctat. integerr., pedunc. axillar. — *Ind. or.*)

a. Folia alterna, basi 3-5-nervia. Calycis limbus breve et obtuse dentatus.

1. *Cal. 6-8-dentatus. Stam.* 8, disco epigyno adnata et apici calycis inserta, anth. linear. longis. Germ. 2-loc. Styl. brevis, stig. 4-dentato. Drupa parum carnosa, umbilicata, nucleo 2-loc. Sem. compressa. (Fol. late ovata, saepe inaequaliter cordata, fl. corymbosi albi.) . . . . Marlea. Roxb.

2. *Cal. 5-10-dentatus. Stam. petalor. numero dupla — quadrupla*, filam. inferne valde pilosis. Germ. 1-loc. Drupa 1-sp., subcostata, nucleo osseo apice perforato. (Rami subinde spinescentes; fol. oblonga, basi subaequal.; fascic. paucifl. breve-pedunculati.) . . . . Alangium. Lam.

b. Folia opposita. Calyx baccatus, limbo 8-fido, lacin. acutis. Pet. 6-8, unguibus filiformibus, lamina subrotunda incisa. Discus carnosus crenatus. Stam. 16, disco? inserta, anth. subrotundis. Stylus filiform., stig. 4-5-fido, lobis ovatis sulcatis patentibus. Bacca coronata, subrotunda, 1-sp. (Racemi breves, subterminales, fl. crocei. — *Cochinchina.*) . . . . ? Petalotoma. DC.

CIV. CORNEAE.

A. Flores hermaphroditi.

I. Flores sessiles in receptaculo cavo dense aggregati et coaliti in capitula globosa pedunculata involucro petaloideo magno flavo cincta. Drupae 00, concretae, 2-loc. Caet. Corni. (Arb. v. frut., fol. oppos. — *Napalia.*) . . . . *Benthamia. Lindl.

II. Flores discreti, plerumque singuli pedicellati.

a. Stigma simplex. (Folia exstipulata.)

1. *Calycis limbus minimus, 4-dentat. Pet.* 4 (*libera*) *oblonga, sessil.*, aestiv. valvata. Stam. 4. Drupa baccata, calycis vestigio notata, nucleo 2-3-loc. Sem. solitar. pendula. (Arb., frut. v. hb., fol. opp., rarissime alterna, integerr.; fl. aut umbellati v. subcapitati involucro saepe petaloideo cincti, aut corymbosi v. paniculati exinvolucrati, albi v. flavi. — *Eur., Asia, Amer.*) . . . . Cornus. Tourn.

2. — *limb. 4-5-dent. Pet. 4-5, ovata, basi latiora (libera).* Stam. 4-5, anth. introrsis. Germ. 1-ovulat., ovulo pendulo. Styl. brevis, disco cinctus, stig. obtuso. Drupa baccata, umbilicata, nuce rugosa 1-sp. (Arb. fol. alt. v. oppos., corymb. terminal. — *Java.*) . . . . Mastixia. Blume.

3. — *limb. 4-dent., persist. Pet. 4, quandoque coalita.* Stam. 4, filam. linear. submembranaceis, anth. introrsum adnatis. Germ. incomplete 2-loc., 00-ovulat. Styl. filiform., stig. truncato. Drupa subbaccata, nucleo 1-sp. (Arb., fol. opp., serrat., rarius integerr.; fl. racemosi, ax. et term., 3-bracteolati, albidi. — *Java.*) . . . . Polyosma. Blume.

b. Stigmata 4, oblonga; stylus filiform. Drupa calyce coronata, 1-loc., 1-sp. Sem. striatum. Calyx turbinatus, limbo 4-dent. persist. Pet. 4, oblonga, acuminata, patulo-reflexa. Stam. 4, filam. brevissimis; anth. oblong., in tubum stylo perfossum approximatae, membrana tenui terminatae. (Frut., fol. oppos., integerr., rigid., intra petioli basin stipulis 2 deciduis munita; corymbi ax. paucifl., fl. albi. — *Guiana.*) . . . . ? Votomita. Aubl.

B. Flores abortu dioici.

Calycis limbus 4-dent., persist. Pet. 4, ovato-lanceolata, aestiv. valvata. ♂: Stam. 4, filam. brevissimis. ♀: Germ. inferum, superne sub-4-gonum. Styl. brevis, crassus, stig. capitato cucullato-concavo. Bacca? v. drupa? 1-sp. Sem. inversum. (Frut. sempervir., glaberr.; fol. opp., serrata, coriac., exstip.; panic. ax. parvae, fl. viridi-fuscesc. — *Japonia.*) . . . . ? Aucuba. Thunb.

CV. LORANTHACEAE.

I. Flores ☿ (rarissime unisexuales, cfr. Loranthus).

A. Stigma 5-fidum, laciniis oblongis erectis. Stylus filiform. Calyx brevis, tubulos., breve et obtuse 5-fidus. Cor. campanulata pilosissima, limbo 5-fido calycem duplo superante. Stam. 5, filam. brevibus basi corollae insertis, anth. erect. 2-loc. Bacca calyce adnato tecta, compresso-rotunda, umbilicata, 1-sp. (Arb., fol. lanceol. integerr. undulat. subtus tomentosis, fl. ax. verticillat. sessil. albis. — *Cochinchina.*) . . . . ?*Dasus. Lour.

B. Stigma indivisum.

1. *Calyx prismatico-triangularis aut compresso-bialatus, limbo inaequali* 4-6-*partito*. Pet. 4-6, discreta, linearia. Filamenta petalis infra medium inserta, aequal.; anth. cordato-ovatae, medifixae, versatiles. Styl. subulat., stig. simpl. tereti non incrassato. (Arb., fol. alt.; racemi term.; pedicelli 3-fl.; fl. flavi sessil., bracteis 3 distinctis involucrati. — *Australasia.*) . . . . *Nuytsia. R. Br.

2. — *ovatus, rarius turbinat., limbo brevi truncato v. dentato.* Pet. 4-8, saepissime 5-6, discreta aut coalita. Stam. 4-8, petalis opposita; filam. inferne petalis adnata, superne libera; anth. 2-loc., adnatae v. basifixae aut versatiles. Stylus filiform., stig. simpl. aut capitato v. turbinato. Bacca ovata, subrotunda aut turbinata, saepe calycis limbo coronata, 1-loc., 1-sp. (Frut., plerique Visci more parasitici, rarius propriis radicibus terrae infixi; fol. opp. v. alt. integra, plerumque carnoso-coriacea; fl. spicati, racemosi, aut paniculati, saepe bracteati v. involucrati, raro unisexuales — *Patria diffusa.*) . . . . Loranthus. L.

Loranthi subgenera, secundum ill. De Candolle.

A. Filamenta apice attenuata, recta.

I. Antherae erectae, basifixae aut adnatae (nec oscillatoriae).

a. Petala 4-6, a basi distincta aut vix ac ne vix cohaerentia, aequalia. . . *Euloranthus, DC.*

b. — ad medium usque coalita in corollam regularem 4-6-fidam. . . *Symphyanthus, DC.*

c. — longe coalita in corollam tubulosam apice breviter 4-5-lobam, basi saepe gibbam et hinc fissura longitudinali (Lobeliae instar) hiantem. *Scurrula, DC.*

II. Antherae oscillatoriae, dorso affixae. Flores 4-8-meri. Pet. aut libera, aut basi aequaliter coalita. . . . . *Oscillanthera, DC.*

B. Filamenta subdilatata et rigide curva; antherae dorso subadnatae incumbentes. . . . . *Loxanthera, Blume.*

Loranthi subgenera, secundum ill. Martium.

A. Filamenta infra medium petali exserta, brevissima; anth. basi aut infra medium dorsi affixae. Pet. longiuscule libera, reflexa. Cal. cupularis, parvus. Styl. subclavatus. (Flor. racemosi, rachi saepius angulata v. ancipiti.) . . . . *Struthanthus.*

B. — e medio petalo exserta.

I. Stigma simplex. Stylus crassiusculus. Cal. cupularis. Pet. reflexa. Filam. brevia. (Spicae simplices, fl. rachi carnosae immersi, singuli bractea suborbiculari stipati.) . . . . *Loranthus.*

II. — capitatum.

a. Stylus brevis. Anth. dorso affixae. (Fl. 4-meri, 3-bracteati, axillares, aggregati, sessil., minimi.) . . . . *Phthirusa.*

b. — filiformis.

α. Paniculae 2-3-chotomae v. corymbosae, pedunc. articulatis, pedicellis in bracteolam cupulaeformem extensis. Cal. saepe subdentatus. Cor. saepissime semi-5-6-fida. Anth. basi aut dorso affixae. . . *Psittacanthus.*

β. Racemi brachiati; fl. 3-bracteati. Cal. integer. Anth. dorso affixae, incumb. *Tristerix.*

γ. — plerumque laterales, subcorymbosi; fl. 1-bracteati, bract. laterali aut cupulari et obliqua. Cal integer v. dentat. Anth. basifixae, erectae. *Dendrophthoe.*

II. Flores unisexuales (cfr. Loranthus).

A. Flores calyce et corolla praediti (rarius monochlamydei).

a. Antherae filamentis conspicuis (etsi brevibus) *suffultae, 2-loc.*

1. *Flor. diplochlamydei*, etc. v. supra (*Loranthi* sp.)

2. — *monochlamydei, dioici.* ♂: Cal. 0. Cor. ad basin usque 4-part., lobis patentib. apice concavis stamina foventibus; filam. lobis prope basin adnata; anth. basifixae, introrsae, longit. dehisc. ♀: Cor. 0? Styl. brevis, crassus, teres, stig. subgloboso, crasso, sulcis 2 leviter 4-lobo. (Frut. parasit.; fol. pseudo-opposita, coriacea, margine pellucida; racemi term., subsess., ebracteat., pedicell. verticillatis, fl. parvis. — *Nova Zeeland.*) . . . . *Tupeia. Cham. et Schl.

b. Antherae sessiles, calycis aut corollae lobis adnatae. Calyx in fl. ♂ 0. Pet. libera aut basi coalita. Bacca globosa v. ovoid., viscido-pulposa, 1-sp. Albumen carnosum. (Frut., in arborib. dicotyled. parasitici, ramis saepissime dichotomis articulatis; flor. plerumque inconspicui, term. et lateral., fasciculati aut spicati. — **Viscum, L. DC.**)

1. *Flor. dioici,* ♂: sessiles. Cor. 2-3-4-part., lobis concavis patentibus. Stam. 2-4; *anth. subglobosae, 1-loc., transverse dehisc.*, membranaceae. Germinis loco glandula 2-4-loba. ♀: Flor. brevissime pedicellati. Cal. oval., compressus, 2-dentat., germen fere totum tegens. Cor. et stam. 0. Stigma sessile, parvum, obscure lobatum. Germ. 1-ovulatum. (Frut. parvus, aphyllus, ramosissimus; rami oppositi, 4-goni, Salicorniae instar articulati, articulis superne pelviformi-vaginantibus. — *In Coniferis Europae austr. et Amer. bor.*) . . . . *Arceuthobium, M. Bieb.

2. — *monoici aut dioici.* ♂: Pet. 4, raro 3 v 5, basi lata coalita. *Anth. multicellulosae, poris 00 apertae.* ♀: Cal. integer, limbo obsoleto. Pet. libera. Stam. 0. Germ. 2-ovulat. Stigma sessile v. subsess., obtus. Bacca umbilicata, 1-sp. Embryo saepe multiplex. (Rami teretes v. 4-goni aut compressi subfoliacei; fol. opp., rarius alt., aut obsoleta squamiformia. — *Patria diffusa.*) . . . . Viscum. Tourn.

B. Flores nec calyce nec corolla praediti, dioici, sessiles, ♂ in axilla folior. gemini. Stam. 3, germinis rudimento circumposita, filam. liberis; anth. terminales, adnatae, 1-loc., vertice fissura dehiscentes. ♀: Flor. axillar. solitar. aut in spiculas brevissimas squamatas digesti, singuli involucro 3-mero cincti, foliolis inter se et cum germinis angulis connatis, ad suturas demum disjunctis. Ovaria 3, 1-loc., in corpus 3-gonum coalita, stigmate conico terminata. Ovula solitar., loculi angulo interno appensa. Setae hypogynae, papposae, ovariis (loculis) alternae. (Frut. parasit., fol. alt. aut 0. — *Amer. austr. extratrop.*) . . . . . Misodendron. Banks.

CVI. CAPRIFOLIACEAE.

A. Genera affinia? desciscentia aut foliis alternis aut petalis 5 distinctis et staminib. 00.

1. *Folia alterna, simplicia, integerr.*, basi semicordata, subtus tomentosa. Corymbi axillares, dichotomi. Calyx duplex, inferior modo margo brevis, superior 10-dentatus. Stigma forsan obtusum, sessile? Drupa baccata, oblonga, nucleo compresso apice profunde emarginato 2- v. abortu 1-loculari, loc. 1-sp. Caet. ignota. (Frut. — *Java.*) . . . . . . ?*Diacicarpium. Blume.†

2. — *opposita, impari-pinnata, 2-stipulata, foliola crenato-dentata,* dentib. spinuloso-mucronatis. Panic. term. trichotom., fl. racemos. subsess. Cal. turbinat., basi 2-bracteolat., 5-dentat., dent. subrotundis acutis persist. Pet. 5, libera. Stam. 00. Germ. inferum. Stigma sessile, oblong., striat. Bacca coronata, globosa, utrinque depresso-umbilicata, verticaliter costato-striata, carnosa, 7-loc., loc. 1-sp. Sem. oblongo-reniform., angulata, villosa. (Arbor. — *Guiana.*) . . . . ?*Touroulia. Aubl.

B. Genuinae (v. pag. sequ.)

CAPRIFOLIACEAE.

(Continuat.)

B. Genuinae: Stamina definita. Corolla gamopetala. Folia opposita.

Tribus I. *ADOXEAE.*

I. Stamina numero petalorum dupla, sc. 8 v. 10, per paria sinubus corollae inserta; anth. 1-loc., incumbentes. . . . .

Calyx inferne germini adnatus, limb. persist. 3-part., floris terminalis 2-part. Cor. rotata, tubo subnullo ad faucem subcoarctato, limbo patente 5-part. (in fl. term. 4-part.) lobis subaequal., superiore in fl. lateralib. subemarginato. Styli 5-4 subulati persist., stig. obtusis. Bacca herbaceo-succosa; medio dentibus calycinis coronata, junior 5-4-loc., loc. pluribus deinde abortientib. Ovula solitar., pendula. (Hbula moschata; fol. radical. petiolata biternatisecta, caulina 2 opposita, exstip., breve petiolata, segmentis obtuse lobatis; capitula term. paucifl., fl. sessil. viresc., terminali 4-mero 8-andro, lateralib. 5-meris 10-andris. — *Europa, Asia et Amer. bor.*) . . . . Adoxa. L.

II. Stamina laciniarum corollae numero aequalia (rarius pauciora, cfr. Karpaton, Abelia, Linnaea, Valentiana).

Tribus II. *SAMBUCEAE.*

A. Corolla rotata, regularis, tubo brevi v. subnullo (rarius longiusculo, cfr. Viburnum), limbo 5-lobo. Stam. 5, aequalia. Stigm. 3 sessilia (rarius stylus 1, cfr. Viburnum). Bacca sphaeroidea. Calycis limbus parvus, 5-fidus. (Folia opposita; corymbi term., saepe umbelliformes.) . . . .

1. *Folia impari-pinnata,* basi stipulata aut 2-glandulosa, foliolis serratis v. laciniatis. Cor. rotata v. urceolaris, lobis obtusis. Bacca calycis limbo vix coronata, pulposa, 1-loc., 3-5-sp. Sem. oblonga, hinc angulata. (Frut. v. hb. graveolentes, fl. albi v. rubesc. aut flavesc., interdum abortu 1-sexual. — *Patria subdiffusa, excl.? Africae continent.*) . . . . Sambucus. Tourn.

2. — *simplicia,* lobata, dentata aut integerr., petiolo saepius glandulifero aut stipulato. Cor. rotata v. campanulata aut tubulosa. Bacca calycis dentib. coronata, abortu 1-sp. Sem. compressum, ovale oblong. v. obcordat. Germen in paucis stylo conspicuo terminatum. (Frut.; fl. albi v. rosei, peripherici saepe steriles neutri caeteris multo majores. — *Patria diffusa, — excl. Australia et Afr. continent.*) . . . . Viburnum. L.

Tribus III. *LONICEREAE.*

B. Corolla campanulata aut longiuscule tubulosa, saepe irregularis. Styl. 1, filiform., stig. 3 distinct. aut in unum concretis. (Folia simplicia.) . . . . .

A. Corolla 4-fida, tubulosa, 2-labiata. Cal. 4-dentat. Stam. 2, anth. 2-lobis, lob. remotis. Stylus sub labio superiore, stig. simpl. Caps. calyce adnato coronata, 1-loc.? 4-sp. (Hba; fol. sessil., basi dentata; fl. verticillati, sessil., parvi. — *Louisiana.*) . . . . Karpaton. Raf. †

B. — *5-fida,* (raro 4-loba, cfr. Symphoricarpos).

I. Fruct. (ut germen) 3-locularis (saepe abortu demum 2-1-loc., cfr. Triosteum, Diervilla).

a. Stigma incrassato-oblongum. Bacca coriacea, coronata, obovato-subtriquetra, 3- v. abortu 1-loc., 3- rarius 5-sp. Sem. ossea, elliptica. Calycis tubus ovat., limb. 5-part., lobis angustis elongat. persist. Cor. tubulosa, calyce parum longior, subaequaliter 5-loba, basi gibba. Stam. 5, inclusa. (Hb. v. suffr.; fol. basi angustata subconnata, fl. ax. sessil. v. subsessil. — *Amer. bor., Napalia.*) . . . . Triosteum. L.

b. Stigma capitatum.

† *Caps. oblonga, acuta, non coronata, abortu 1-loc. (junior 4-loc.) pleiosperma.* Sem. minuta. Calyx basi 2-bracteat., tubo longo, limbo 5-fido. Cor. infundibuliform., calyce duplo longior, limbo 5-fido patente. Stam. 5, subexserta. (Frut. erect., fol. serrat.; pedunc. axillar., 2-bract., saepe dichotomi, 2-4-flori, fl. flavi v. rubri. — *Amer. bor., Japonia.*) . . . . Diervilla. Tourn.

†† *Bacca matura 1-v. oligosperma,* junior 3-locularis.

α. Bacca matura saepissime 2-1-loc., loc. oligospermis. Sem. crustacea. Cal. 5-dentat. Cor. campanulata v. tubulosa v. infundibuliform., limbo 5-fido saepe irregulari subbilabiato. Stam. 5, saepius exserta. Stylus filiform. (Frut., fol. integris raro sublobatis, fl. axill. alb. rubr. v. flavis. — *Patria subdiffusa, excl.? Australia.*) . . . . Lonicera. (L.) Desf.

1. *Baccae solitariae,* calycis collo persistente coronatae. Corollae elongatae graciles. (Caules scandent.; fol. saepe connata; fl. capitato-verticillati.) . . . . *Caprifolium, Juss.*

2. — *geminae,* in apice pedunculi 2-bracteati 2-flori sessiles distinctae aut plus minus coalitae, non coronatae. Calycis limb. deciduus. Cor. plerumque abbreviata. (Caules raro scandent., fol. nunquam connata.) . . . . *Xylosteon, Juss.*

β. Baccae maturae loculo uno fertili 1-spermo, duobus 00-sp. sterilib. v. abortivis.

1. *Calycis tubus oblongus, limb. 2-5-part. foliaceus persist.,* lobis oblongis demum accretis. Cor. tubuloso-infundibuliform., 5-loba, lobis ovatis subaequal. Stam. 4, didynama aut subaequalia. Fruct. indehisc. (Frut. procumbens v. debilis; fol. petiolata, dentato-crenata; pedunc. ax. 3-fidi v. corymbosi, aut term. indivisi, involucr. 6-00-phyll., 2-00-fl. — *China, Napalia.*) Abelia. R. Br.

2. — *tub. ovatus, limb. 5-part., lobis lanceolato-subulatis decid.* Cor. turbinato-subcampanulata, limbo aequali 5-lobo. Stam. 4, didynama, inclusa, Stigma globos. Bacca subsicca, minuta, ovato-globosa, 3-loc. (Hba repens, surculis erectis apice nudis 2-floris; fol. subdentata; flor. 2-bracteolati, albo-rosei, nutantes. — *Eur., Asia, Amer. bor.*) . . . . Linnaea. Gron.

II. Bacca 4-5-loc., subglobosa, calyce coronata. Cor. infundibuliform., limbo regulari v. subaequali. Stam. plus minus exserta. Stigma capitatum. (Frut. erecti; flor. albi, rosei v. purpurasc.)

1. *Calyx ovatus, limbo parvo 4-5-dentato.* Cor. 4-5-loba. Stam. 4-5. Germ. 4-loc., loculis 2 uni- reliquis pauciovulatis. Bacca 4-loc., pulpa medullari subsicca, loc. 2 vacuis, 2 monospermis. (Fol. saepe irregulariter dentato-incisa v. sinuato-lobata; fl. subsessiles, in racemos breves contractos ax. v. term. dispositi, aut subsolitar. 2-bracteati; baccae purpureae aut albae. — *Amer. bor., Mexico.*) . . . . Symphoricarpos. Dill.

2. *Calyx ovatus, limbo 5-part. persist., lobis inaequalib. linearib. glanduloso-ciliatis.* Cor. basi hinc gibba, limbo campanulato 5-part., lobis ovatis. Stam. 5. Bacca 5-loc., loc. 00-sp. Sem. ovata, laevia. (Rami e gemma squamosa nascentes; fol. integerr., minutissime ciliata; fl. ax. sessil., subverticillati, in racemos term. breves dispositi, bracteae latae purpureae basi subconnatae; baccae purpureae. — *Napalia.*) . . . . Leycesteria. Wall.

III. Fructus 2?- v. 1-locularis.

1. *Calycis limbus 5-dentat., erectus.* Cor. hypocraterimorpha, fauce barbata, limbo 5-part., lobis lanceolatis. Antherae 5, lineares, sinubus corollae insertae. Stylus stamina aequans, stig. ovato-oblongo. Bacca ovata, umbilicata, 1-sp. (Arb., fol. integerr., racemis axillar. brevib. laxis, fl. albis. — *Cochinchina.*) . . . . ? Aidia. Lour.

2. *Calycis limbus 8-fidus.* Cor. tubulosa, limbo 5-fido subaequali. Stam. 4, epipetala, subaequalia. Stylus filiform., stig. 2-lobo. Fruct. 2-loc.? (Frut. volub., fol. subsagittatis subserratis; fl. ax. solitar. 2-bract., bracteis cordatis extus alatis. — *Abyssinia.*) . . . . ? Valentiana. Raf.

RUBIOIDEAE.

(*Classis*, cfr. commentar.)

Conspectus ordinum et tribuum.

A. Stamina subepigyna, i. e. a corolla tota libera, disco annulari inter calycem et germen obsolete exserto brevissimo inserta, calycis lobis opposita. Caps. 2-loc., loc. 00-sp., placentis septo affixis. (Seminis struct. interna ignota.) . . . .
Ordo CVII. *LIPPAYEAE.*

B. Stamina epipetala, i. e. corollae tubo inserta v. plus minus adnata.

I. Semina albuminosa, definita aut numerosa, erecta v. adscendentia, raro pendula. Germen inferum (rarius semisuperum, cfr. Hedyoteae), conflatum ex ovariis 2 v. pluribus ventre connatis 2-00-ovulatis. Fruct. 2-00-loc. (rarius abortu 1-loc.) dehisc. aut indehiscens. . . . . .
Ordo CVIII. *RUBIACEAE.*

A. Fructus loculi 00-spermi (rarissime 2-1-sp., v. Cinchonaceae, Gardenieae, Hedyotideae).

I. Fructus capsularis, 2-locularis, (raro 2- v. 4-coccus, cfr. Naucleaceae, Rondeletieae).

a. Semina alata aut caudata, i. e. margine membranaceo cincta aut varie appendiculata (raro in loculis solitaria v. gemina, cfr. Nauclea, Adina, Emeorhiza). Albumen carnosum. . . . .
Tribus I. *CINCHONACEAE.*

1. Flores capitati, in receptaculo communi globoso sessiles. . . . . — Subtrib. I. NAUCLEACEAE.
2. — cymoso-corymbosi, paniculati, pedicellati. (Caps. loculi interdum 1-sp. cfr. Emeorhiza.) — Subtrib. II. CINCHONEAE.

b. Semina aptera. Germ. 2-loc., loc. 00-ovulat. Caps. loculicide- rarius septicide dehisc., interdum submembranacea et indehiscens, loc. 00- rarius 2-1-sp. Albumen carnos. (Stirpes semper? inermes. Folia oppos., rarius verticillata.) . . . .
Tribus II. *HEDYOTIDEAE.*

1. *Corollae lobi aestivatione plus minus contorti,* rarius valvati, cfr. Adenosacme. Flor. plerumque 5-meri. Stam. interdum filamentis aut antheris inter se connexa. Capsulae loculi v. cocca, interdum oligo- aut abortu 1-sp. (cfr. Chimarrhis, Rotheria, Platymerium, Rondeletia). (Arb. v. frut., rarius hbae. Stipulae utrinque solitariae v. binae, connatae aut distinctae, (excepto Neurocalyce) nec vaginantes nec multisetosae.) . . . . — Subtribus I. RONDELETIEAE.
2. *Corollae lobi aestiv. imbricati,* Flor. 4-meri, rarissime 5-meri (cfr. Dentella, Polypremum). Caps. loculi saepe oligo- v. abortu 1-sp. (cfr. Anotis, Lucya). — (Hbae v. suffrut., raro frut.; stipulae inter se et cum petiolis connatae, vaginantes, apice multisetosae, rarius subintegrae v. 1-dentatae.) . . . . — Subtribus II. HEDYOTEAE.

II. Fructus carnosus v. coriaceus, indehiscens, 2-00- aut abortu 1-loc.

a. Fructus carnosus, 2-loc. (raro 1- v. 00-loc., cfr. Gardenieae). Stigma indivisum aut 2-lobum (cfr. Gardenieae). . . . .
Tribus III. *GARDENIACEAE.*

1. Flor. et fruct. in receptaculo communi sessiles dense capitati aut concreti. (Arb. v. frut. inermes, fol. semper oppositis.) . . . . — Subtribus I. SARCOCEPHALEAE.
2. Flor. discreti, pedicellati aut sessiles, receptaculo capituliformi nullo; infloresc. varia, interdum laxe capitato-fasciculata (cfr. Burchellia, Amaioua). Fruct. quandoque 3-00-loc., aut septo incompleto 1-loc., loc. rarissime 1-spermis. Album. carnosum aut cartilagineum. (Arb. v. frut., saepe spinesc., fol. interdum verticillatis, flor. saepe abortu unisexual.; stigma rarissime 4-lobum, cfr. Heliospora.) . . . . — Subtribus II. GARDENIEAE.

b. Fruct. drupaceus, 2-6-pyrenus, aut exsuccus 2-4-coccus, pyrenis v. coccis 00-sp. Stigmata 4-6, rarius 2. Flor. 4- rarius 5-6-meri. (Stirpes omnes? inermes et oppositifoliae, stipulis utrinque geminis rarius solitariis.) . . . .
Tribus IV. *ISERTIEAE.*

c. Fructus baccaceus, 00-locular. (nisi abortu nunquam 2-1-loc.) Stigma 2-7-fidum, rarius indivisum. (Stirpes omnes? inermes, fol. rarissime verticillatis.) . . . .
Tribus V. *HAMELIEAE.*

B. Fructus loculi 1-spermi (rarissime 2-sp., v. Guettardaceae).

I. Fruct. 3-00-locularis (raro 2-loc., cfr. Guettardaceae).

a. Fruct. baccatus (cfr. Tricalysia), **2-00-loc.** Stigmata 2-5. Antherae lineares. (Frut., fol. oppos., stipulis utrinque solitariis.) . . . .
Tribus VI. *CORDIEREAE.*

b. Fruct. drupaceus, 2-10-pyrenus aut nucleo 00-loculari foetus (raro dehiscens), nucleis et pyrenis 1- rarissime 2-spermis, sem. superpositis. Semina subteretia, elongata, plerumque erecta. Albumen carnosum. . . . .
Tribus VII. *GUETTARDACEAE.*

1. Flor. et fruct. in capitulum dense aggregati et inter se concreti. . . . . — Subtr. I. MORINDEAE.
2. Flor. et fruct. discreti, plus minus pedicellati; inflor. varia. (Arb. v. frut., interdum spinesc., cfr. Baumannia, Anisomeris, Vangueria, Phallaria; fol. nonnunquam verticillata, v. Anisomeris, Antirrhaea, Strumpfia.) . . . . — Subtr. II. GUETTARDEAE.

II. Fruct. 2-locularis (raro 3-4-pyrenus, cfr. Spermacoceae).

a. Fruct. subsiccus, vix carnosus, indehiscens, cortice (calycis tubo ovoideo) a carpellis facile secedente; carpella a dorso compressissima, ex apice carpopodii (axi filiformi) pendula, 1-sp. Album. carnosum. Flor. 5-meri. Calycis limbus persistens. Antherae 5, subsessiles, oblongae. Stigma 2-fidum. (Frut., plerumque volubil. inermes; fol. oppos.; stipulae utrinque solitariae indivisae.) . . . .
Tribus VIII. *PAEDERIEAE.*

b. Fruct. baccaceus 2-loc., aut drupaceus nucleis 2 v rarissime 1 foetus. Sem. v. nuclei dorso convexa, ventre plana et medio sulcata, ossea v. crustacea, interdum dorso sulcata. Album. corneum v. subcartilagineum. . . . .
Tribus IX. *COFFEACEAE.*

1. Flor. pedicellati, varie dispositi. (Arb. v. frut., saepe spinesc., raro hbae; fol. interdum verticillata; stipulae quandoque fimbriatae, cfr. Strempelia, Psilostoma.) . . . . — Subtribus I. PSYCHOTRIACEAE.
2. Flor. sessiles, in capitulum bracteis involucratum aggregati, aut involucro tubuloso inclusi. (Frut. v. hbae, fol. oppos., stipulis subinde laciniatis, cfr. Cephaëlis.) . . . . . . — Subtribus II. CEPHAËLIDEAE.

c. Fruct. subsiccus (raro carnosus, cfr. Anthospermeae, Stellatae), **2-partibilis, 2-coccus,** (raro 2-valv.) **aut 2-4-pyrenus, rarissime loculicide dehiscens** (cfr. Euspermacoceae) aut indehiscens, loc. v. coccis 1-spermis. Album. carnos. v. subcorneum.

α. Stigma 2-lamellatum (cfr. Putorieae); fruct. subsiccus 2-4-pyrenus aut 2-coccus (raro 2-valv.) . . . .
Tribus X. *SPERMACOCEAE.*

1. Flor et fruct. dense capitati, in receptaculo globoso sessiles, 4-meri. Fruct. 2-partibilis — Subtr. I. CEPHALANTHEAE.
2. Flor. pedicellati aut sessiles, capitati aut verticillati, receptaculo communi 0 aut inconspicuo. Calycis limbus 2-8-dentat., dentib. saepe inaequal. et denticulis interjectis auctis. Fruct. siccus, 2- rarius 3-4-coccus (raro 2-valvis aut loculicidus, cfr. Deppea) coccis separabilibus aut conjunctim deciduis. (Hb. v. suffrut., raro frut. v. arb.; fol. oppos. aut saepe in axillis fasciculata et pseudo-verticillata; stipulae plerumque vaginantes 00-setosae, raro indivisae muticae.) . . . . — Subtribus II. EUSPERMACOCEAE.
3. Flor. pedicellati aut subsessiles, axillar. aut term., non capitati (cfr. Wiegmannia). Fruct. subcarnosus aut siccus, indehiscens, non bipartibilis. 2- raro 3-loc. Stigma interdum subindivisum. (Frut. v. suffrut., rarius hbae; fol. oppos.; stipulae interdum vaginantes aut laciniatae v. setosae.) . . . . — Subtribus III. PUTORIEAE.

β. Stigmata 2, elongata, hirta. Styli 2, a basi liberi. Fr. subsiccus, 2-coccus (coccis plerumque separabilibus) raro carnosus 2-loc. aut 2-3-nuculatus indehisc. Fl. saepe dioici. Corolla rotata. (Suffrut. v. hbae, raro frut.; fol. oppos., intercedentibus stipulis foliiformibus saepe pseudoverticillata, rarius vere ternata, cfr. Phyllis.) . . . .
Tribus XI. *ANTHOSPERMEAE.*

γ. Stigmata 2, capitata. Styli 2, saepius a basi discreti. Fr. subsiccus 2-partibilis, rarius carnosus 2-loc.; carpella indehiscentia. Fl. ☿ aut polygami. Calycis limbus plerumque obsoletus. Cor. rotata aut infundibuliform., interdum elongata, lobis aestiv. valvatis. (Hbae saepius scabrae, rarius suffrut.; fol. opposita, cum stipulis foliiformibus verticillos 4-10-phyllos formantia.) . . . .
Tribus XII. *STELLATAE.*

III. Fructus 1-loculares, 1-spermi, inter se coaliti et involucro communi (calycibus coalitis) cincti in valvas 2 dehiscentes, valvis interioribus in operculum peltatum circumscisso-deciduum connatis. Flor. in capitulum concreti. Stam. corollae lobis saepe numero incongrua, sc. 1-5, imae basi tubi adnata. . . . .
Tribus XIII. *OPERCULARIEAE.*

II. (v. pag. seq.)

RUBIOIDEAE.

(Continuat.)

II. Semina exalbuminosa, pendula. Germen 1-loc. 2-ovulat., conflatum ex ovariis 2 ventre confluentibus 1-ovulatis. Fructus siccus, 1-loc., 2-sp., a basi 4-fariam dehiscens. — **Ordo CIX.** *LYGODYSODEACEAE.*

*CVII. LIPPAYEAE.

Unicum genus: Calyx basi globoso-ventricosus dense glanduloso?-tuberculatus, superne ultra germen productus in collum angustius cylindricum subnudum apice 5-fidum, laciniis corniformibus recurvis. Cor. hypocraterimorpha, tubo gracili calycem longe superante apice dilatato, limbo regulari patente 5-fido, lobis ovalib. apice aequaliter 3-fidis. Genitalia inclusa, tubi calycini longitudine. Stam. 5, libera; filam. disco annulari inter basin colli calycis et germen obsolete prominulo inserta, calycis lobis opposita; anth. lineares, 2-loc., longit. dehisc., circa stigma arcte conniventes. Stylus filiform., apice clavatus; stig. 2 cohaerentibus. Caps. calycis basi adnata, indehisc.?, 2-loc., loc. 00-sp. Sem. ovoideo-triquetra, punctata, septo affixa. (Hba procumbens, carnosa; fol. oppos. integerr.; stipulae interpetiolates, minutae, triangulares; flor. axill. solitar. subsess., lutei. — *Nova Hollandia trop.*) — *Lippaya. Endl.

CVIII. RUBIACEAE.

Tribus I. *CINCHONACEAE.* *Subtribus I.* NAUCLEACEAE.

A. Calycis limbus irregulariter divisus, campanulat., dilatat. colorat. Caet. v. infra in Sarcocephaleis. (Frut., capitulis involucro integro hypocraterimorpho cinctis. — *Ind. or.*) . . — ? Lecananthus. Jack.

B. Calycis limbus regulariter 5-fidus, rarius truncatus (v. Nauclea).

I. Fructus 4-coccus, coccis 1-loc. indehiscentibus ovoideis coriaceo-subcarnosis basi truncatis 4-5-spermis. Cal. limb. 5-part., persist. Cor. longe tubulosa, limbo 5-part. Styl. exsertus, stig. 2-lobo, lobis approximatis. (Arb., fol. oppos., stip. decid., capitulis term. solitar. densifloris, fl. in receptac. globoso subsessil. — *China*) . . . . — *Anthocephalus. A. Rich.

II. Fruct. capsularis 2-locularis. Stylus filiform., exsertus. Cor. infundibuliform., fauce nuda, limbo 5-lobo.

a. Semina 00, imbricata, alata, placentis septo adnatis oblongis affixa. Corolla gracilis, lobis patentibus. Antherae inclusae aut exsertae, corollae lobis breviores. Stigma indivisum, ovat. v. oblong.

1. *Capsulae sessiles, basi vix attenuatae.* Calyx oblong., limbo brevi truncato aut 5-part., lobis linearib. v. clavatis. (Arb., raro frut., inermes; fol. opp. v. verticillat.; stip. decid.; pedunc. ax. v. term.; fl. dense capitati, paleis linearib. interstincti. — *Afr., Ind. or., Oceania.*) . . . . . . — Nauclea. L.
   { α. Capsulae septicide bipartibiles, coccis facie plana dehiscentibus 00-sp. . . . *Nauclea, A. Rich.*
   { β. — in cocca non partibiles?, loculis indehiscentib. 2-spermis. . . . *Cephalidium, A. Rich.*
2. *Capsulae pedicellatae, clavatae, basi attenuatae.* Calyx tubuloso-urceolatus 5-fidus. (Frut. scandentes, fol. opp., fl. laxiuscule capitatis, pedunc. inferiorib. sterilib. in spina axillarum uncinatam mutatis. — *Ind. or., Amer. trop.*) . . . . . . — Uncaria. Schreb.

b. Semina in quovis loculo 2-4 pendula, funiculo spongioso prope apicem inserta, marginata. Caps. membranacea, obpyramidata, ab apice 4-valvis, axi persistente calycis limbo coronato. Cal. oblong., limbo campanulato 5-part. persist. Corollae lobi aestiv. valvati. Anth. ad sinus sessiles, inclusae. Stigma capitato-ovat., indivisum? (Suffrut., fol. oppos.; pedunc. ax. v. term. solitar.; capitula globosa, involucr. 0. — *China.*) . . . . . . — Adina. Salisb.

III.? Fruct. subcrustaceus, indehiscens. Calycis limb. 5-part., lobis truncatis cuneatis. Caet. v. infra in Sarcocephaleis. (Arb., capitulis axill. involucratis. — *Madagascar.*) . . . . . . — ? Breonia. A. Rich.

Subtribus II. CINCHONEAE.

A. Genuinae: Capsulae loculi 2-00-spermi.

I. Calycis laciniae lobis corollae pauciores (cfr. Hillia) acutae; tubus basi involucello 2-4-phyllo cinctus. Cor. limbus patens. Antherae infra v. ad faucem sessiles. Caps. 2-loc., placent. central. (Frut. v. suffrut., fol. oppos., fl. solitar. albis. — *Amer. trop.*)

1. *Calycis tubus subglobosus, limbus 2-part. decid; involucellum aequaliter 4-part.* Cor. hypocraterimorpha, tubo brevi, limbo obtuse 6-7-part. Anth. 6-7. Stigma 2-lamellat. Caps. globosa, apice areola pubescente notata, 2-cocca; placentae centrales, valvularum margines connectentes. Sem. subalata, apice subpuberula. (Stipulae in vaginam brevem connatae, pedicelli axillar. breves.) . . . . . . — Stevensia. Poit.
2. *Calycis tubus obovatus, limb. 2-4-part. persist, laciniis angustis; involucellum 2-4-phyllum.* Corollae tubus longus, fauce brevi ventricosa, limb. 4-6-part., lobis oval. Anth. 4-6 inclusae. Stigma crassum, 2-fid. Caps. elongata, coronata, loculis ab apice intus dehiscentibus. Sem. sursum imbricata, apice comoso-caudata. (Stipulae ovales, deciduae; flor. terminal.) . . . . — Hillia. Jacq.

II. Calycis laciniae tot quot corollae lobi (rarius plures, cfr. Bouvardia, Manettia).

A. Calycis laciniae inter se aequales.

I. Calycis limbus 6- raro 7-partitus, lobis subulatis; tubus turbinato-oblongus. Cor. magna, tubo basi angusto sursum ventricoso, limbo obtuse 6-7-lobo. Stam. 6-7, imae fauci inserta; anth. lineares, longae, exsertae. Stigma sulcatum. Caps. coriaceo-chartacea, obovata, compressa, valvis apice 2-fidis, placentis fungosis demum subliberis. Sem. erecta, ala membranacea cincta. (Arb, fol. oppos.; stip. latae, breves, acutae; pedunc. ax. et term., saepe 3-fidi; fl. albi. — *Amer. trop.*) . . . . . . — Coutarea. Aubl.

II. Calycis limbus 5- rarius 4- aut 8-10-fidus (cfr. Danais, Bouvardia, Manettia).

A. Caps. pseudo-4-valvis, oblongo-clavata, 10-nervia, 2-loc., carpellis apice secedentibus singulis medio fissis; placent. angustissimae. Sem. imbricata, linearia, utrinque appendiculata. Cal. tub. obovat., limbus 5-part. persist. Cor. hyppocraterimorpha longissima, limbo 5-part. Stam. 5, in apice tubi subinflato inclusa. Stigma oblong., 2-lob., lobis linearibus. (Frut. parasit.?, ramulis compressis, fol. oppos.; stip. ovat., acut., ciliat., persist.; corymbi subterm., trichotomi, bracteati, flor. pubesc. — *Ind. or.*) . . . . . . — Hymenopogon. Wall.

B. Caps. 2-valvis (cfr. Bouvardia).

a. Flor. abortu dioici. Cal. brevis, obovat., limbo minuto persist. 5-dent. v. integro. Cor. infundibuliform., tubo gracili, fauce villosa, limbo 5-part. Stam. in ♂ exserta, in ♀ inclusa abortiva. Styl. in ♂ abortivus inclus., in ♀ exsertus apice 2-fidus. Caps. globosa, coriaceo-chartacea, apice calycis vestigio areolata, 2-loc., loculide 2-valv. Sem. sursum imbricata, ala membranacea cincta. (Frut. scandent.; radix succo flavo scatens; fol. oppos.; stip. solitar., latae, breves; corymbi axill., fl. aurantiis, interdum 6-meris. — *Ins. Mascarenh.*) . . . . . . — Danais. Comm.

b. Flor. hermaphroditi.

† ***Caps. loculicide dehiscens*** (cfr. Alseis, Remija).

α. Antherae plus minus exsertae.

1. *Filamenta glabra,* brevissima, infra faucem inserta; anth. breviter exsertae. Cal. ovat., 5-dent. Cor. infundibuliform., limbo 5-lobo, aestiv. plicata. Styl. longus, filiform., exsert., stig. clavato-capitato (ex Don 2-lobo). Caps. calyce coronata; placentae septo affixae, demum liberae. Sem. peltata, ala reticulata basi bifida. (Arb., fol. opp.; stip. glanduloso-serratae, decid.; panic. term., basi bracteis aridis venosis convexis munita; fl. fasciculato-racemosi, parvi, viresc., pubesc. — *Ind. bor.*) — Hymenodictyon. Wall.
2. *Filam. pilosa, deorsum incrassata;* anth. oblongae, exsertae. Cal. turbinat., semi-5-fidus, hirsutus, lobis lanceolat. erect. decid.? Cor. calyce longior, infundibuliform., pubesc., fauce barbata, limbo brevi 5-dent., dent. subacutis erectis. Styl. filiform., exsertus, apice 2-fid, lobis divergent. acutis. Germ. apice convex., umbilicat, disco crassiusculo coronatum, 2-loc., ovulis 00 pendulis alatis, placent. central. Fruct....? (Arb. v. frut., fol. oppos., in ramor. extremit. conferta; stip. solitar., indivisae, breves, decid.; spicae ax. et term. solitar., saepe. 3-fidae; fl. parvi, flavescentes. — *Brasil.*) . . . . . . — ? Alseis. Schott.
3. *Filam. medio barbata;* anth. exsertae, subrotundae, peltatae, loc. basi solutis. Cal. 5-dentat. Cor. tubulosa glabra, limbo 5-lobo supra tomentoso, lobis aestiv. imbricatis. Stigma 2-lob. Caps. oblonga, medio dehiscens septo incompleto. Sem. peltata, samaroidea. (Arb., fol. opp., fl. paniculat. roseis. — *Peruvia.*) . . . . . . — * Lasionema. Don.

β. Antherae totae inclusae (v. pag. sequ.)

RUBIACEAE.

Subtribus II. CINCHONEAE.
(Continuat.)

A.II.*A*.II.*B*.b.†

β. Antherae totae inclusae, lineares. Caps. subcompressae. Sem. imbricata, ala membranacea cincta. (Frut., fol. oppos. aut verticillatis; stip. angustae invicem aut cum petiolis connatae.)

1. *Cal. tub. obovat., limb.* 5-*fid.* Cor. limb. 5-part., lobis linear. Stam. medio tubo inserta, inaequalia. Stylus a disco carnoso elevato truncato liber; stig. 2 inclusa. Caps. (ex St. Hil. septicida) valvis 2-fidis; placentae carnosae. Sem. peltata. (Stip. deciduae; racemi ax. interrupti; fl. opposite fasciculati, extus tomentosi. — *Brasil.*) . . . . Remija. DC.

2. — *tub. subglobosus, limb.* 4-*part.*, lobis subulato-linearib. persist., dentib. interjectis. Cor. elongato-tubulosa, intus nuda aut barbata, limbo patente 4-part. brevi. Stam. inferiori tubi parti adnata, filam. superne liberis. Stigma 2-lamellat., exsert. Germ. superne nudum. Caps. membranacea, superne dehisc., valvis semiseptiferis, placent. orbicular. (Pedunculi term. 3-fl. v. trichotomo-corymbosi; fl. rubri. — *Mexico.*) . . . . Bouvardia. Salisb.

†† ***Caps. septicide-2-valvis.***

α. Calycis limbus persistens, (rarius tarde decid., v. Exostemma). Sem. peltata, imbricata. (Fol. oppos.)

1. *Antherae in fauce pilosa sessiles.* Cor. infundibuliform., limbo 4- rarius 5-fido. Cal. turbinat., limbo 4-5-lobo v. saepe lobulis 4-5 e sinubus ortis auctus ideoque 8-10-dentatus. Caps. ovata, compressa, ab apice dehisc., mericarpiis cymbiform. Sem. subsessil., margine membranaceo saepe dentato undique cincta. (Hb. v. suffrut. volub.; stip. saepe petiolis subadnatae; pedunc. ax. 1- v. 00-fl. — *Amer. trop.*) . . . . Manettia. Mutis.

2. *Antherae cordatae, filamentis brevissimis fauci insertae.* Cor. urceolaris, tubo brevi ventricoso fauce constricta pilis in conum exsertum truncatum genitalia tegentem conniventibus subclausa, limbo 4-lobo, lob. ovat. patent. Cal. turbinat., limbo brevi minute 4-dentato, sinubus latis obtusissimis. Caps. coronata, utrinque sulco notata. Styl. brevis, stig. 2 oblong. crassiusculis suberectis. Sem. deorsum imbricata, margine lacero. (Frut. volub., stip. solitar., racemis ax., fl. parv. — *Guiana.*) . . . . *Conotrichia. A. Rich.

3. *Antherae lineares, exsertae; filam. nunc tubi basi, nunc ad faucem usque adnata.* Cor. tubulosa, limbo 5-part., lobis linear. aestiv. induplicatis. Cal. ovat., 5-dent., dentib. interdum demum deciduis. Stigma clavatum, indivisum aut 2-lob. Caps. ab apice dehisc., septo chartaceo, placent. linear. Sem. deorsum imbricata, margine membranaceo integerrimo. (Arb., stip. solitar.; fl. cymoso-corymbosi v. panic., raro capitat., albi v. rubentes. — *Amer. trop., Oceania, Ins. Philippin.*) . . . . Exostemma. (Rich.) DC.

4. *Antherae lineares, inclusae v. semiexsertae; filam. brevia, medio tubo inserta.* Cor. tubulosa, gracilis, limbo 5- raro 6-fido, lob. oblong. aestiv. valvatis. Cal. turbinat., limb. 5-fid. Stigma subclavatum, 2-fid. Caps. ovata v. oblonga, utrinque sulco notata, secundum hunc a basi ad apicem (rarius ab apice deorsum) dehisc.; placent. elongatis. Sem. sursum imbricata samaroidea, margine membranaceo lacero. (Arb.; stip. liberae, decid.; fl. corymboso-paniculati, term., albi, rosei v. purpurasc. — *Amer. austr. trop.*) . . . . Cinchona (L.) Don.

β. Calycis limbus deciduus.

‡ *Antherae exsertae lineares*, etc. (*Exostemmatis* sp., v. supra.)

‡‡ — 5 *inclusae v. subinclusae* (cfr. Buena) *oblongae*, ad faucem subsessiles. Cor. tubus longus, superne subdilatatus, limbo 5-lobo, lobis aestiv. imbricatis. Caps. ab apice deorsum dehisc., placentae septo adnatae, elongatae. Sem. peltata, imbricata. (Arb., fol. opp., stip. amplis erectis.)

1. *Cal. tub. turbinat., limb.* 5-*part.*, lacin. angustis. Cor. hypocraterimorpha, limbo expanso 5-lobo, lob. obovat. obtus. Anth. subinclusae. Stig. 2 carnosa. Caps. obovato-oblonga, superne nuda cicatrice notata; placentae demum liberae. Sem. samaroidea, ala dentata basi brevissima apice dilatata. (Stip. cuspidatae; cymae corymbosae term., bracteatae; fl. rosei. — *Ind. or.*) . . . . Luculia. Sweet.

2. — *tub. oblong., limb. campanulato* 5-6-*dentato.* Cor. subincurva. Anth. (ex Don) exsertae. Stigma 2-fid. Caps. oblonga, subteres (ex Don sub-4-loc.) matura apice a calycis tubo denudata. Sem. ala membranacea apice dentato-lacera cincta. (Stip. obtusae, decid.; fl. term., albi, solitar. v. corymbosi. — *Peruvia.*) . . . . Buena. Pohl.

B. Calycis lobi inaequales, 5to majore in folium coloratum expanso. Cor. limb. 5-part. Stam. 5; anth. exsertae, oval. v. oblong. (Frut. v. arbusc., fol. oppos., stip. decid.)

1. *Cal. oblongo-turbinat., limbo 5-part. erecto, lobis 4 oblongis, 5to amplo.* Cor. cylindracea, lobis oblong. recurvo-patentib. aestiv. valvatis. Stam. ad basin tubi inserta, filam. setaceis, anth. (ex Don) peltatis. Stigma obtuse 2-lob. v. emarginatum. Caps. coriaceo-chartacea, subglobosa, compressa, loculicido-2-valv. (ex Don septicida), placentis in quoque loc. 2. Sem. 2-seriata, horizontaliter incumbent., compressa, ala membranacea cincta, basi emarginata inserta. (Fasciculi axill. s. cymae contractae bracteatae, fl. majusculis pubesc pallesc. — *Amer. bor.*) . . . . Pinckneya. Michx.

2. *Calycis lobi 4 breves dentiform. obtusi rarius* 0, *5to petiolato.* Cor. campanulata v. breve infundibuliform. Stam. fauci inserta, longitudine corollae. Stig. 2 reflexa. Caps. oblonga, apice dehisc., placent. linear. Sem. imbricata, oblonga, membranacea, subalata. (Stip. breves, latae; corymbi ax. v. term. — *Antill., Brasil.*) . . . . Calycophyllum. DC.

B. Genus Cinchoneis affine: seminibus apice et basi alatis, compressis; desciscens vero capsulae loculis 1-spermis. Cal. turbinat., limbo 4-dent. persist. Cor. rotata, fauce barbata, limbo 4-part. patente. Stam. 4, exserta, filam. fauci insertis, anth. linear. Styl. exsertus, stig. 2 clavatis. Caps. oblonga, calycem superans, 2-loc., apice dehisc. 2-valv., placent. central. Sem. erecta. (Frut. volubil., habitu fere Spermacocearum v. Galii rubioidis, fol. oppos.; stip. basi connatae, vaginantes, apice multisetosae; fl. paniculati parvi. — *Brasil.*) . . . . *Emeorhiza. Pohl.

Tribus II. *HEDYOTIDEAE.* *Subtrib. I.* RONDELETIEAE.

A. Stamina inter se tota libera (nec filamentis nec antheris invicem connexa).

I. Calycis limbus deciduus, nec fructum coronans (cfr. Bikkia), *rarius persistens* (v. Carphalea).

A. Calycis limbus 4-partitus. (Frut. fol. oppos., cfr. Carphalea.)

a. Caps. loculicide 2-valvis. Cal. turbinatus v. oblong.

1. *Calycis lobi ampli, ovali-oblongi subspathulati scariosi, persist.* Cor. longa, tubo filiformi, fauce ventricosa hirsuta, limbo 4-part., lobis oblong. acutis. Anth. inclusae, subsessil., oblong. Stigma ex Juss. 1 (ex ic. Lam. 2-fidum, gracile). Caps. 2-loc., valv. semiseptiferae. Sem....? (Fol. opp. et pseudoverticillata, linearia, acuta, stip....?; fl. term. capitati? v. corymbosi? bracteati. — *Madagascar.*) . . . . Carphalea. Juss. †

2. — *lobi lineari-lanceolati, decid.*?; tubus 8-costat., costis filiform. (4 suturalib. et 4 carinalibus). Cor. clavata, 4-gona, limbo 4-fido. Anth. 4, linear., limbum non superantes. Stigma...? Caps. ovata, calyce solubili demum denudata, apice dehisc., valvis apice 2-fidis et marginibus involutis loculos fere 2-partientibus; placent. angustae, parum prominulae. Sem. compressa, cristis membranaceis margine echinata. (Stip. breves, connato-vaginantes, truncatae; pedunc. ax., solitar., 1-fl., nudi; fl. albi. — *Oceania.*) Bikkia. Reinw.

b. Caps. septicide dehisc., 2-*cocca*, coccis dorso apice fissis et a calyce solubilibus 00-sp. Sem. angulata. Cal. globosus, limbo 4-dent., dent. lanceolatis. Cor. infundibuliform., pubesc., calyce pluries longior, fauce nuda, limbo 4-fido, lobis parvis acut. aestiv. contortis. Anth. 4 in fauce subsessil., linear., utrinque 2-fidae, apicibus tantum exsertae. Germ. disco crasso coronatum. Styl. filiform., stig. 2-part., exsert., lobis linear. recurvis. (Stip. membranaceae, magnae, linguaeform.; corymbi term. 2-3-chotomi; fl. subsess. secundi, bracteis subulatis fulti. — *Ind. or.*) . . . . *Greenea. W. et Arn.

B. Calycis limbus 5-crenatus v. 5-dent., demum basi circumscissus; tubus campanulato-cyathiformis. Cor. infundibuliform., tubo subcurvo calycem paulo superante, fauce dilatata, limbo 5-part., lob. ovat. acut. patent. apice incrassatis. Stam. infra faucem inserta; filam. corolla breviora, anth. ipsam aequantes. Stigma 2-lob. Caps. turbinata, subcompressa, truncata, 2-valv. Sem. cuneiform. (Frut., fol. amplis, stip. saepe connatis, corymb. v. racemis term. 00-fl. — *Amer. austr. trop.*) . . . . Condaminea. DC.

II. Calycis limbus persistens.

A. Calycis limbus subnullus, integer; tub. ovatus v. turbinat. Cor. tubus brevis, limb. 5-part. patens, lobis extus medio pilosis. Stam. 5, summo tubo inserta, filam. basi hirsutis, anth. oval. Caps. obovata v. turbinata, ligneo-coriacea, loculis ab apice usque ad basin dehisc. (ex Jacq. 1-, ex Rich. 00-spermis), valv. semibifidis. Sem. pendula. (Arb., fol. opp., stip. solitar.; cymae v. corymbi term., fl. albis. — *Antill.*) . . . . Chimarrhis. Rich.

B. Calycis limb. dentat. v. laciniatus (v. pag. sequ.)

RUBIACEAE.

Tribus II. *HEDYOTIDEAE.* *Subtrib. I.* RONDELETIEAE.

(Continuat.)

A. II.

B. Calycis limbus dentatus v. laciniatus, persistens, (cfr. Virecta).

I. Stamina exserta.

a. Stigma clavatum, 10-alatum aut 10-costatum (indivisum?) (Frut., fol. opp.; pedicell. ax. breves aggregat.)

1. *Calyx permagnus, limbo 5-part. patente.* Cor. brevis, limb. 5-part. Stam. 5, basi tubi inserta, filam. brevib., anth. erectis. Styl. brevis, stig. longo exserto 10-alato, alis alternis minoribus. Fr. cylindric., siliquaeform. (an dehisc.?) 2-loc. Sem. 00, biseriata. (Stip. latae, carinatae; fl. bracteati, aestiv. valvata. — *Ind. or.*) . . . . ?Psilobium Jack.
2. *Calyx brevis, limbo 5- rarius 4-part.*, lobis planis obtusis. Cor. coriacea, infundibuliform., tubo intus lanato, limbo 5-4-part., aestiv. contorto-imbricata. Anth. lineares. in tubo sessil. Styl. clavatus, spiraliter 10-costatus. Germ. disco coronatum, 2-loc. Fruct. . . . ? (Stip. . . . ? Calycis incani. — *Ins. Philippin.*) . . . . ?Platymerium. Bartl.

b. Stigma indivisum, filiforme v. vix incrassatum. Stylus filiform., stamina aequans. Calycis limb. 5-part. Cor. infundibuliform., fauce nuda, limbo 5-lobo.

1. *Calycis tubus obovatus, 5-nervius; lobi magni, oblongi, foliacei.* Cor. magna, calyce multo longior, sursum ampliata, lobis ovat. patent. tubo multo breviorib. Stam. 5, filam. imo tubo insert. inclusis, anth. longis linearib. semiexsertis. Caps. obovato-oblonga, costata, ab apice retuso dehisc., placent. central. coriaceis. Sem. ellipt., subcompressa, punctato-scabra. (Arbusc. glabrae, stip. solitar. latis triangular., pedunc. ax. brevib. 1-3-fl., fl. albidis. — *Amer. trop.*) . . . . Portlandia. P. Br.
2. *Calycis tub. ovat., brevis, lobis lineari-setaceis tarde deciduis.* Cor. tubus calycis lobos aequans, limbi lobis angustis ciliatis. Stam. 5, filam. e fauce longe exsertis. Caps. globosa, tarde dehisc. Sem. 4-5-edra, submuriculata. (Hbae, stip. utrinque 2 lanceolatae; fl. dense cymoso-corymbosi, albi. — *Afr. occid. trop.*) . . . . Virecta (Sm.) DC.

c. Stigma 2-partitum aut emarginatum.

† Fructus capsularis. Flores 5-meri.

α. Stamina imo corollae tubo inserta. Corolla ampla, carnosa; lobis aestiv. valvatis. Caet. fere Wendlandiae. (Frut., stip. lanceolatis apice saepe 2-dentatis, panic. dichotom., bracteis et calycibus glandulosis. — *Ind. or.*) . . . . *Adenosacme. Wall.

β. Stamina fauci aut superiori tubi parti inserta, anth. oblongis. Corolla calyce longior.

1. *Calycis limbus brevissimus, minute 5-dentatus;* tubus subglobos., saepe striatus. Cor. fauce dilatata, extus glabra v. subglabra, lobis oblong. v. lanceolat. aestiv. imbricato-subcontortis. Stam. ex apice tubi orta; anth. exsertae, saepe subsessiles, versatil. Germ. disco carnoso coronatum. Styl filiform., exsertus, stig. 2-lob., lobis oval. crassiusculis. Caps. globosa, apice loculicide 2-valv., loc. 00-sp. (Arb. v. frut., fol. oppos., stip. solitar. acuminatae; panic. term. thyrsoid., fl. parvi, albi, subsess., fasciculati v. spicati. — *Ind. or., Ins. Philippin.*) . . . . Wendlandia. Bartl.
2. *Calycis lobi lineares, acuti, erecti, distantes, tubo obconico longiores.* Cor. tubo gracili, fauce nuda, lobis aequal. patentib. Styl. filiform.; stig. 2 elongata tenuia. Caps. subglobosa, costata, obscure dehisc., valvis semibifidis, placentis septo adnatis. Sem. ovata, rugoso-tuberculata. (Frut. v. arb., fol. opp., stip. solitar. ovat. breve 2-fidis; corymb. term. 00-fl. bracteatis. — *Madagasc.*) . . . . Spallanzania. DC.
3. *Calycis lobi colorati, cordato-rotundati, longe petiolati,* „basi bracteis 2 linearib. ad latera circumdati." Cor. tubulosa, extus hirsuta, fauce ampliata glabra, limbo 5-part., lobis ovat. obtus. Stam. fauci adnata filam. compressis utrinque attenuatis. Styl. inclusus, stig. 2-fido. Caps. 4-valv., sc. valvis lateribus apiceque dehiscentibus, loculis 2-spermis. Sem. oblonga, arcuata. (Suffrut.?, stip. . . . ?, fl. term. capitato-umbellati, involucro 2-4-phyllo suffulti, lutei. — *Chile.*) . . . . *Rotheria. Meyen.

†† Fruct. subdrupaceus, didymus, 2-coccus, coccis 00-sp., placentis prominulis. Sem. angulata. Cal. ovat., limbo 4-5-fido. Cor. infundibuliform., limbo brevi 4-5-fido patente, tubo brevi. Stam. 4-5, fauci villosae inserta, filam. connivent. Styl. subclavatus, discum perforans, stig. in fauce hiante crasso 2-lobo. (Suffrut., fol. oppos., stip. bifidae, pedunc. ax. et term. 00-fl., fl. saepe spicatis. — *Java.*) . . . . Xanthophytum. Blume.

II. Stamina tota inclusa, rarius anth. exsertae, (cfr. Augustea).

† **Corolla elongata,** calycem manifeste (saepius pluries) superans, (cfr. Macrocnemum, Tula, Rondeletia).

a. Stam. imo corollae tubo inserta, filam. longis liberis supra medium hirsutis; anth. oblongae. Cal. turbinatus, limbo minuto 5-dentato. Cor. tubulosa, aut brevis campanulata, fauce dilatata, tubo juniore 5-gono, limbi lobi 5 ovati acuti suberecti. Styl. stamina superans, stig. obtuso 2-lobo. Caps. 2-valv. Sem. 00, imbricata, acuta. (Arb., fol. oppos., stip. solitar, fl. ax. et term. corymbos. majusc. luteis v. viresc. — *Amer. trop., Molucc.*) Macrocnemum. P. Br.

b. — parti superiori corollae *inserta, filam. brevibus.*

α. ***Corollae lobi integri,*** patentes. Antherae sessiles v. subsessiles. Stigma 2-fidum. Calycis limb. 5- rarius 4-part. (Fol. oppos., stip. utrinque solitariae.)

1. *Cal. tub. oblong., lobi 5 erecti acuminatissimi.* Cor. tub. longus, sursum ampliatus subincurvus, fauce nuda lobis 5 oblong. acutis. Anth. ad sinus sessiles, limbo breviores plus minus exsertae. Styl. filiform., basi hirsutissimus, apice glaber exsertus; stig. crassiuscula, acuta. Caps. oblonga, a calyce solubili demum denudata, 10-costata, valvis chartaceis. Sem. 00, 4-gona. (Arb. v. frut., stip. latis cuspidatis decid., pedunc. ax. 1-3-fl. basi 2-bract., fl. purpureis 2-3-pollicar. — *Brasil.*) . . . . Augustea (Pohl) DC.
2. *Cal. tub. subglobosus, lobi 4-5 oblongi v. linear. acuti.* Cor. tub. apice subdilatatus, calyce pluries (raro parum) longior, lobis 4-5 subrotundis. Anth. 4-5, in fauce semper? imberbi sessil. inclusae. Caps. globosa, ex apice loculicide- (raro septicide-) 2-valvis, valv. apice saepe 2-fidis, placent. central., loc. abortu interdum 2-sp. Sem. angulata. (Arb. v. frut., interdum spinesc.; stip. variae; pedunc. ax. 00- raro 1-flori, saepe in corymb. v. panic. term. digesti; fl. parvi v. mediocres. — *Amer. trop., praecipue Antill.*) . . . . Rondeletia. Plum.
3. *Cal. tub. turbinatus, lobi 5 lanceolato-subulati.* Cor. calyce subtriplo longior, fauce barbata, lobis 5 ovatis. Anth. sessil., inclusae. Stigm. acuta. Caps. subglobosa, loculicide 2-valv.; placent. central. subcarnosae. Sem. 00, minute tuberculata. (Hbae, stip. angustis, fl. ax. v. term. corymbos. panic. v. glomeratis v. subsolitar., mediocr., flav. v. roseis. — *Amer. trop.*) . . . . Sipanea. Aubl.

β. ***Corollae lobi dentato-crispati,*** obtusi; tubus oblongus. Calyx 5-dentat. Caps. 2-loc., loc. 00-sp. (Hba procumbens, fol. petiolat. reniform., pedicell. ax. breves 1-fl. — *Peruvia.*) . . . . Tula. Adans. †

†† **Corolla brevis,** calycem parum v. vix superans, (cfr. Ophiorhiza,) limbo 5-lobo. Stam. 5 inclusa. Caps. 2-loc., 2-valv., 00-sp. Sem. angulata. (Fol. oppos., flor. secundi.)

1. *Calyx brevis, turbinatus, limbo 5-fido.* Cor. tubulosa v. infundibuliform., calyce interdum pluries longior, intus pilosa, limbi lobis ovatis. Germ. disco 2-lobo coronatum. Styl. filiform., plerumque brevis, stig. 2-fido. Caps. compressa, lata, 2-loba, loculicide dehisc. Sem. sub-6-gona. (Hbae v. suffrut.; stip. utrinque 2, parvae, decid.; pedunc. ax. et germ. cymosi, fl. subsessil. — *Ind. or., Ins. Philippin., Oceania.*) . . . . Ophiorhiza. L.
2. *Calyx oblongo-turbinat., 5-dentatus.* Cor. tubus brevis, limbo 5-part. patente. Stylus glandulis 4 (disci epigyni lobis?) cinctus, stig. 2-lobo in fauce hiante. Caps. oblonga, valvis 2-partitis demum intortis. (Fol. subundulata; spica term. v. alaris, paucifl., fl. parvi, 1-bract. — *Java.*) . . . Spiradiclis. Bl.

B. Stamina varie inter se connexa.

a. Stamina monadelpha, filam. invicem basi coalitis imae corollae insertis tubum subaequantibus basi villosis; anth. linear., apicib. breve exsertae. Cal. turbinat., 5-gonus, limbo 5-part., lobis lanceolato-subulat. acutis erect. persist. Cor. tubulosa, longa, obtuse 5-gona, fauce nuda, limbo 5-fido, lob. brevib. acutis. Styl. filiform., stig. 2-lobo exserto, lobis oblong. Caps. 5-gono-subglobosa, apice truncata, 2-cocca, coccis dehiscentib. 00-sp. Sem. gibbosa, basi membrana cupuliformi tecta. (Frut.; fol. opp., linearia; stip. subulatae, demum 2-partitae; fl. subterm., solitar., sessil., saepe 6-meri. — *Antill.*) . . . . Isidorea. A. Rich.

b. Stamina antheris plus minus cohaerentia. Calycis tub. brevis, turbinat., limbi lobis acutis persist. Cor. rotata, patens, tubo brevissimo. Antherae magnae, sessil. v. subsessiles exsertae. Germ. disco operculari coronatum. Stylus discum perforans. Caps. coronata, 2-loc., 00-sp.; placentae utrinque septo affixae. (Hbae. — *Ind. or.*)

1. *Calycis limb. 3- v. 5- rarius 4-fidus,* lobis aestiv. valvatis. Cor. 3-5-part. Anth. apice cohaerentes. Stigma globosum. Caps. superne radiatim dehisc. Sem. angulata. (Fol. oppos., rarius verticillata; stip. solitar., foliaceae, indivisae; pedunc. term. v. subaxillar., fasciculato- v. umbellato-00-flori, raro 1-fl.; fl. albi.) . . . . Argostemma. Wall.
2. — *limb. 5-part., lobis foliaceis aut petaloideis albis nervosis patentib. tubo 10-sulcato majoribus,* aestiv. valvatis. Cor. calyce brevior, 5-part., lobis angustis. Anth. in tubum conicum stylo perforatum connatae, connectivo dorso in ligulam brevem obtusam paulo ultra loculos producto. Stigma simpl. aut subbilobum, breviter exsertum. Caps. subgloboso-turbinata, 5-gona, membranacea, indehisc., placent. peltatis. Sem. minuta. (Fol. oppos.; stip. 2-fidae aut laciniato-00-fidae; fl. racemosi bracteati.) . . . . *Neurocalyx. Hook.

RUBIACEAE.

Tribus II. *HEDYOTIDEAE.*

(Continuat.)

Subtribus II. HEDYOTEAE.

A. Genuinae: Calycis tubus totus germini adnatus.

I. Calycis lobi v. dentes tot quot corollae laciniae, sc. 4, rarius 5, nec plures.

A. Flores 5-meri. Calycis tub. globosus, limb. 5-fid., lobis lanceolatis acut. persist. Cor. infundibuliform., tubo calycis limbum pluries superante intus prope basin pubescente, limbo 5-fido patente, lobis ovat. acut. utrinque acute 1-dentatis. Stam. 5, prope basin tubi inserta, filam. brevissimis, anth. oblong. inclusis. Styl. brevissimus, stig. 2 linear. longis subdivergentibus. Caps. (v. bacca sicca) vix dehisc., ovato-globosa, hirsuta, 2-loc.; placentae hemisphaer., carnosae, medio septo adnatae. Sem. 00, angulata. (Hbae, fol. oppos., petiolis basi ciliatis, stip. parvis acutis, fl. ax. solitar. subsess. alb. — *Ind. or., Australia.*) . . . . Dentella. Forst.

B. Flores 4-meri; limbus calycis persist. (cfr. Gonotheca, Kadua), corollaeque 4-fidus. Stam. 4. (***Hedyotis, Wight et Arn.***)

I. Calycis tubus 4-alatus, subcompressus, limbo brevi truncato sub-4-dentato. Cor. tub. basi inflatus, fauce ventricosa, lobis carinatis. Anth. 3-4 subsessiles, inclusae. Styl. 0, stig. 2-lobo. Caps. membranacea, 4-alata, subcompressa, apice septicide dehisc. Sem. ovata, scrobiculata. (Hbae, fol. oppos., stip. dentat., cymis pedunculat. ax. et term. pauciff. — *Java, Timor.*) Gonotheca. Blume.

II. Calycis tubus apterus, limbus manifeste 4-fid. v. 4-dentatus, tubus ovat. v. globosus. Cor. subregular., tubo brevi, rarius longo. Stam. fauci aut paulo infra inserta. Germ. disco carnoso coronatum. Stylus filiform. Sem. angulata, plerumque minuta. (Hbae v. suffrut., raro frut; stip. petiolis adnatae; inflor. varia. — *Patria extra Europa diffusa.*)

A. Corollae tubus brevis, calycem parum aut vix superans (rarius elongatus, cfr. Oldenlandia, Anotis). — (Fol. oppos., rarissime verticillata.)

† **Caps. subindehiscens,** membranacea, globosa, parva, apice orbiculari styli basi brevissime cuspidata, maturitate demum parce dehiscens, loculis saepe oligospermis. Calycis limb. 4-part., lobis demum patentibus, sinubus vix acutis. Cor. tubus calycis dentib. vix longior, saepe brevior. (Suffrut.; stip. 1-00-setosae; inflor. ax. parvae pedunculatae v. sessil.; fl. corymbosi v. capitati.) *Euhedyotis. Arn.

†† **Caps. manifeste dehiscens.**

a. Caps. septicide dehiscens, ex calycis tubo breve prominula, 2-cocca, 00-sp. Germ. apice plus minus 4-lobum. Calycis sinus obtusi, lobi 4 persist. Cor. late infundibuliform., fauce lobisque barbatis. Anth. oblongo-linear., exsertae. (Fl. corymbosi v. capituliform. v. paniculati term. v. ax.)

1. *Caps. globosa, coccis crustaceis intus apertis dorso ab apice semibifidis.* Calycis lobi angusti, recurvi, sinubus subrotundis. Cor. tubus calycis lobis dimidio brevior, limbi lobis linear. Filam. longa, stylum exsertum pilosum superantia. (Suffrut., stip. truncatis setaceo-ciliatis.) . . . . *Macrandria. Arn.

2. *Caps. demum ad basin usque dehiscens, coccis subosseis.* Calycis sinus subobtusi. Cor. tubus calyce paulo longior, lobos oblongos aequans v. superans. (Frut. v. suffrut., stip. ovatis cuspidatis v. plurisetis.) . . . . *Diplophragma. Arn.

b. Caps. loculicide-2-valvis, aut valvis interdum 2-fidis quasi 4-valvis.

α. Corolla fauce v. tubo intus barbata (cfr. Scleromitrion, Oldenlandia). Calycis limb. 4-part. v. 4-dentatus, dent. rigidis initio erectis. Caps. sicca.

1. *Calycis dentes carinati, demum distantes, sinubus rotundatis.* Cor. late infundibuliform., tubo brevissimo lobis linearib. barbatis breviore. Filam. longa, anth. oblongo-linear. exsertae. Germ. apice pubesc., subturbinat., 4-angulare. Styl. staminib. brevior, glaber aut inter stigmata barbatus. Caps. coriacea, vertice subcompresso ex calycis tubo subprominula, 00-sp. (Suffrut. volubil.; stip. connatae in vaginam brevem laxam utrinque 1-setoso-cuspidatam; panic. term., fl. corymbos. v. capitatis.) . . . *Dimetia. Arn.

2. *Calycis lobi demum convergentes, sinubus acutissimis.* Cor. tubulosa, calycis lobos vix superans, fauce....? Caps. ovata, calycem non superans, saepe oligosperma. (Hbae v. suffr., habitu Spermacoces; stip. plurisetae; fl. subsess. ax., rarius corymbosi.) . *Scleromitrion. Arn.

β. Corolla fauce v. tubo intus glabra v. subglabra (cfr. Oldenlandia), calycis limbum 4-part. v. 4-dentatum nonnunquam pluries superans. Caps. plerumque sicca crustacea v. coriacea et apice subcompressa. (Hbae, v. suffrut.)

1. *Calycis dentes demum erecti, plerumque distantes, sinus obtusi v. subacuti.* Cor. subrotata aut breve tubuloso-infundibuliform., fauce glabra aut pilosa. Anth. globosae aut sublinear., exsert. v. inclus. Styl. et stigm. varia. Caps. varia, apice facile dehisc., 00-sp. (Habitus et inflor. varia.) . . . . Oldenlandia. L., Arn.

2. *Calycis dentes demum erecti v. recurvi, distant., sinus lati.* Cor. breve-tubulosa aut anguste infundibuliform., intus glabra aut leviter pubescens, lobis ovatis tubo brevioribus. Stam. exserta, anth. oblongo-linear., saepe subsessil. Styl. glaber. Caps. apice plus minus emarginato e calyce prominula, loculis 8-1-sp. Sem. scrobiculata. (Stip. plerumque 00-ciliatae; pedunc. ax. v. term. 1-3- v. laxe 00-flori.) . . . Anotis. DC., Arn.

B. Corollae tubus elongatus, calyce pluries longior (cfr. supra Oldenlandia, Anotis). Genitalia inclusa. Anth. lineares v. oblong. Styl. gracilis, filiform., apice 2-fid. Caps. globosa v. subglobosa, calycis tubum superans, 2-loc., apice loculicide dehisc. (Hb. v. frut., fol. oppos.)

1. *Calycis tubus obovatus, dent. acutis persist.;* sinus primo acuti demum latissimi. Cor. infundibuliform., lobis ovali-lanceolatis saepe mucronatis. Anth. infra faucem inflatam sessiles. Styl. antheris brevior, stig. divergentibus. Caps. membranacea v. crustacea, truncata, subcompressa. Sem. foveolis placentae globosae substipitatae semiimmersa. (Folia angusta; stip. vaginant. utrinque 1-v. paucisetosae; cymae term. corymbosae v laxe subspicatae. — *Afr., Ind. or.*) Kohautia. Cham. et Schl.

2. *Calycis tub. hemisphaericus, limbi lobis v. dentib. interdum deciduis.* Cor. hypocraterimorpha, coriacea, intus glabra. Anth. in fauce subsessiles. Styl. apice incrassatus. Caps. calyce saepe carnoso tecta, vertice hians; placentae fungosae, medio septo affixae v. adnatae. (Fol. interdum lata; stip. utrinque solitar., integrae, acutae; fl. term. cymosi aut axill. solitar. pedunculati. — *Oceania.*) . . . . Kadua. Cham. et Schl.

II. Calycis laciniae corollae lobis plures, persistentes; tubus hemisphaeric. Corollae limbus obtuse 4-lobus. Caps. globoso didyma, loculicide 2-valvis. (Flor. ax. v. term., solitar., sess. v. subsessiles.)

1. *Calycis lobi* 4, *cum dentib.* 1-3 *singulis lobis interjectis.* Cor. tubus longus, fauce imberbi, limbo brevi patente. Anth. ad faucem inclusae. Stigma 2-lobum. Sem. in quoque loculo 8-20, ovato-angulata. (Suffrut. facie Passerinae, fol. opp. v. fasciculatis carnosis, stip. connatis indivis. v. 3-dentatis. — *Amer. trop.*) . . . . Rachicallis. DC.

2. — *lobi* 8 (*s.* 4 *bifidi.*) Cor. tubus brevissimus, staminibus longior. Styl. brevis, 2-fid. Capsulae valvae semibifidae (unde caps. apice 4-valv., — ex DC. 8-valv.) loculi 2? — aut 5-6-sp. (Hba Peplidis facie, fol. cordato-ovatis, summis subquaternis, fl. alb. parvis. — *Antill.*) . . Lucya. DC.

B. Genus dubiae affinitatis: Calycis tubus nonnisi infima parte germini adnatus, brevissimus, limbo 4-5-part, lobis subulatis. Cor. brevissima, fauce pilis clausa, limbo aequaliter 4-5-lobo. Anth. 4-5, infra faucem subsessiles, oblongae, obtusae, inclusae. Styl. indivisus. Caps. oval., compressa, utrinque sulco notata, loculicide dehisc.; placentae oblongae, inferne septo adnatae, adscendentes. Sem. 00, angulata. (Hbae; fol. oppos. subulato-linear., basi in vaginam stipularem brevem subintegram connata; corymbi term. dichotomo-cymosi; fl. bracteati albi. — *Amer. bor.*) . . . ? Polypremum L.

RUBIACEAE.

(Continuat.)

Tribus III. GARDENIACEAE.

Subtribus I. SARCOCEPHALEAE.

A. Flores in receptaculo sessiles, cum eo et inter se concreti. Corolla infundibuliform. (Fol. opposita.)

1. *Corollae limbus* 5-6-*fidus*, lobis erect. obtusis. Anth. 5-6, in fauce sessiles. Styl. exsertus, stig. oblongo-capitato indiviso. Baccae? calycis margine brevissimo areolatae, 1-loc, in massam globosam carnosam coalitae. Sem. parva, subreniform. (Frut. scand.; stip. solitar., triangular., basi subconnatae; capit. term. pedunculata v. sessil.; fl. subrosei. — *Guinea.*) . . . . Sarcocephalus. Afz.
2. — *limbus* 4-*part.*, tubo intus dense villoso. Stam. 4, inclusa, filam. brevib., anth. linear. Calycis margo integer. Stigma 2-fid. Baccae 2-loc., 00-sp., concretae. Sem. angulata. (Frut. subdichotomus; stip. interpetiolar. breves; pedunc. ax. oppositi, aut term. subumbellati, capit. paucifloris. — *Ind. or.*) . . . . Lucinaea. DC.

B. Flores discreti, liberi, 5- raro 6-meri. (Folia opposita.)

a. Calycis limbus regulariter 5-6-*fidus.* Stigma 2-fid. v. 2-partitum.

1. *Calycis limbus* 5-*dentat.*, *persist.*, *tubus ovoid.* Cor. breve tubulosa, lobis 5 erectis. Anth. 5, lineares, tubo inter lobos adnatae, inclusae. Stigma vix exsertum. Germ. disco depresso tectum. Bacca stipitata, oval., 2-loc. Sem. 2-seriata, compressa, extus fibrosa. (Arb., fol. undulatis, stip. geminatis semiconcretis carinatis, capitulis pedunculat. ax. solitar., receptac. hemisphaer., fl. sessil. bracteat. — *Java.*) . . . . Zuccarinia. Blume.
2. — *limbus* 5-*part.*, *lobis truncatis subcuneatis.* Cor. tubulosa, limbo plano 5-part., lobis ovali-lanceolatis patulis. Stam. fauci inserta, semiexserta. Styl. longissimus, exsert., stig. 2-lob., lobis approximatis. Germ. 2-loc., loc. 7-8-ovulat., placent. membranac. ex axi pendulis. Fr. subcrustaceus, indehisc., ... (Arb., fol. amplis, stip. connatis; capit. ax., longe pedunc., globosa, solitar., involucro apice rostrato hinc fisso deciduo cincta. — *Madagasc.*) . . . . ? Breonia. A. Rich.
3. — *limbus* 5-6-*dentatus*, *dent. lanceolato-triangular. subobtusis subconcavis*, tubus obovat. Cor. subcampanulata, limbo 5-6-lobo suberecto. Anth. 5-6, oblong., subsessil., inclusae. Fr. baccaceus?, 2-loc. 00-sp.? (ex Rich. pisiformis, coronat., 2-sp.) Ovula compressa, imbricata. (Frut.; stip. solitar., 3-angular., acutae; fl. ad apicem ramorum aut pedunculi dilatati sessiles, involucro brevi cincti, squamulis interstincti. — *Madagasc.*) . . . . Canephora. Juss.

b. Calycis limbus campanulatus, dilatatus, coloratus, irregulariter divisus. Cor. tubus brevis, lobis 5 aestiv. valvatis. Anth. magnae, tubo insertae. Styl. 2-fidus, stig. linearib. crassis. Germ. annulo nectarifero prominulo coronatum, 2-loc., loc. 00-ovulatis, placent. semicylindricis. Fruct.....? (Frut. erect.; stip. interpetiolar., ligulatae, basi connatae; capit. term., densiflorum, in involucro hypocraterimorpho integro subsessile, flor. sessil. rubescent. — *Malacca, Sumatra.*) . . . . ? Lecananthus. Jack.

Subtribus II. GARDENIEAE.

A. Calycis limbus spathaeformis, hinc fissus, inde in auriculam mucronato-acuminatam productus, persist. Cor. paulo longior, villosa, infundibuliform., subincurva, limbo obtuse 5-lobo. Stam. medio tubo inserta, anth. ovat., inclusae. Germ. urceolo 5-crenato coronatum. Stigma 2-lob., lobis adpressis. Bacca ovata, villosa, 2-loc., 00-sp. (Frut. inerm., stip. solitar. decid.; pedunc. ax. breves 3-flor. — *Peruvia.*) Hippotis. R. et P.

B. Calycis limbus aut truncatus integer, aut regulariter lobat. v. dentatus, (cfr. Mussaenda).

I. Calycis limbus aut deciduus aut persistens sed tunc brevis et integer v. subinteger; fructus igitur apice nudus v. areolatus, nec calycis lobis coronatus, (cfr. Cassupa).

A. Calycis limbus truncatus, brevis, persist. aut decid. (cfr. Thieleodoxa, Gynopachys, Genipa, Gardenia).

I. Germinis (bilocularis) loculi 1-ovulati. Styl. brevis, stig. incrassato-prismatico obtuse 5-gono. Fruct....? Flor. 5-meri, polygamo-dioici, solitar.; ♂ omnino Gardeniolae. (Habitus, stip., inflor., tota facies Gardeniolae. — *Brasil.*) . . . . *Scepseothamnus. Cham.

II. Germinis loculi 2-00-ovulati.

A. Corollae tubus brevis calycem parum v. vix superans (cfr. Thieleodoxa).

† **Corollae limbus 4-fidus,** lobis late ovatis tubo subinflato brevioribus. Anth. 4, intra faucem villosam sessiles, lineares. Cal. brevissimus, truncatus. ♂: Germen 0. Styl. inclusus, sursum attenuat. et pilosus, acut., stig. indistincto. ♀ et ☿: Bacca globosa, umbonata, loc. 6-10-sp. Sem. arillata. (Frut. inerm., fol. oppos., stip. parvis integris, fl. 3-5 subsess. v. subcapitatis, polygamo-dioic. parvis, baccis pedicellat. — *Brasil.*) *Gardeniola. Cham.

†† **Corollae limbus 5-fidus.**

a. Germen 3-*loc.* (v. abortu 2-loc.) loc. 2-ovulatis. (Styl. et stigma Scepseothamni.) Bacca globosa, umbonata, pulposa, 3-2-loc., loc. 1-sp. Sem. arillata. Cal. truncat. aut obtuse et breve 5-dent. Cor. hypocraterimorpha, tubo brevi v. longiusculo, fauce villosa, lobis aestiv. contortis. Anth. 5, linear., sessil., inclusae. ♂: Germ. 0. Styl. attenuatus, glaber, stig. indistincto. (Arb. v. frut., fol. oppos.; stip. membranac., 3-angular., acutae, basi connatae; inflor. Gardeniolae; fl. polygamo dioici. — *Brasil.*) . . . . *Thieleodoxa. Cham.

b. Germen 2-*loculare* (cfr. Genipa). Cor. limbus 5-part. (cfr. Genipa) patens. Anth. lineares, exsertae.

1. *Calycis limbus turbinato-urceolatus, subintegerr., decid.* Corollae faux setosa. Stam. 5, ori inserta, filam. brevibus. Styl. brevis, stig. crasso subbilobo exserto. Bacca globosa, umbonata, cicatrice calycina annulari coronata, 2-loc., 00-sp.; placentae membranaceo-stipitatae subcarnosae transverse lamellatae. Sem. compressa. (Frut. scand.; fol. disticha; stip. solitar. indivisae v. 2 subconnatae; fl. ax. corymb. v. cymosi secundi. — *Java.*) . . . . Gynopachys. Bl.
2. *Calycis limb. truncatus v. obsolete et obtusissime dentat.* (persist.?) Cor. tubus calycem vix superans, fauce sericea villosa v. setosa (limbo interdum 6-part.) Stigma clavatum, obtus., indivis. Bacca corticata, utrinque attenuata, sub-4-loc., pulposa. (Arb., fol. opp., stip. acuminat. decid.; fl. ax. v. term. solitar. v. pauci, demum flavidi. — *Amer. trop.*, — ? *China, Cochinch.*) Genipa. Plum.

B. Corollae tubus elongatus, calyce multo (saepius pluries) longior, (raro brevis, cfr. Gardenia) fauce villosa (rarius glabra, v. Gardenia), limbi lobi aestiv. contorti. Antherae ad faucem subsessiles.

1. *Calycis tubus ovatus, saepe costat.*, limbo tubuloso truncato v. varie laciniato persist. Cor. hypocrateri- v. infundibuliform., tubo interdum brevi, fauce interdum glabra, limbo 5-9-part. Anth. 5-9, semiexsertae. Stig. clavatum, 2-fid. v. 2-dentat., lobis crassis erectis. Bacca (ut germ.) incomplete 2-5-loc., carnosa, intus chartacea aut nucleata. Sem. placentis parietalib. carnosis immersa. (Arb. v. frut., saepe spinesc.; fol. opp. v. verticill.; fl. ax. v. term., subsolitar., rarius corymbosi, cymosi v. racemosi, albi. — *Amer. trop., Oceania, Asia et Afr. trop. et temp.*) . . . . . Gardenia. Ell.
2. *Calycis tub. turbinatus, limbus tubulos., truncat.* Cor. tub. cylindric., limbo 8-part., lobis lanceolat. acuminatis. Anth. 8, oblongae. Styl. filiform., stig. clavato grosso, lobis 2 applicatis dorso convexo hirsutis intus planis glabris. Fr....? (Arb., fol. oppos.; stip. latae, breves, basi connatae, persist., saepe 2-fidae; fl. term. subcorymbosi, ampli; cor. basi purpureae, superne pallidae. — *Guiana.*) . . . . Kutchubaea. Fisch.
3. *Calycis tub. globosus, limbo brevissimo integro vix conspicuo.* Cor. tubulosa, extus rugosa, limbo 6-part. brevi, lobis subacutis subpatulis. Anth. 6, oblongae. Stig. 2-fid., gracile, inclus. Bacca subglobosa, coronata, 2-loc., 00-sp.; placentae medio septo affixae. (Arb. fol. opp., stip. lanceolat. persist.; thyrsi paniculati term.; bracteolae 2—3 interdum calyci adnatae; cor. rubrae. — *Amer. trop.*) . . . . Cassupa. H. B. K.

B. Calycis limbus manifeste 4-5-dentatus deciduus, etc. (v. pag. sequ.)

RUBIACEAE.

Tribus III. *GARDENIACEAE.* *Subtr. II.* GARDENIEAE.

(Continuat.)

B. I.

B. Calycis limbus manifeste 4-5-dentatus deciduus, nec fructum coronans; rarius persistens, sed tunc brevissimus (cfr. Petesia, Mussaenda, Thieleodoxa).

I. Corollae tubus brevis, calycem parum v. vix superans. Cal. subglobos., limbo brevi. Bacca 2-loc, 00-sp. Sem. angulata. (Stipulae utrinque solitariae indivisae.)

a. Antherae inclusae. Bacca subglobosa.

1. *Cal. obtuse 5-dentatus. Cor. limbus 5-part.* Anth. 5, ovatae, ad faucem sessiles. Stigma 2-fid., lobis oblongis. Bacca subsicca, subdidyma, annulo membranaceo eroso (limbi calycini cicatrice) coronata. (Frut., fol. oppos., stip. longis basi connatis, thyrso spiciformi term. — *Afr. trop.*) . . . . Pomatium. Gaertn.

2. — *4-5-dentat., interdum persist. Cor. infundibuliform., limbo 4-5-fido.* Stam. 4-5 intra tubum. Bacca apice nuda aut calycis limbo exiguo coronata. (Arb. v. frut., fol. opp. v. verticillat.; cymae corymbosae, pedunc., paucifl., ax., rarius term. — *Amer. trop., Oceania, Ins. Philippin., Cochinchina.*) . . . . Petesia. P. Br.

b. Antherae 5 exsertae, in fauce subsessiles, oblongo-lineares, acuminatae. Cal. tubus obovatus brevis, limbo campanulato 5-dentato circumscisso-deciduo. Cor. infundibuliform., fauce pilosa, limbo 5-part. patente, lobis angustis acutis aestiv. contortis. Germ. disco carnoso coronat. Styl. filiform.; stig. exsertum, fusiform., integrum, striatum. Bacca globosa, apice cicatrice annulari notata, loc. 8-10-sp. Sem. mucilagine circumdata. (Frut. spinesc. v. inerm., stip. cuspidat. decid.; fol. oppos. ad nervorum axillas glandulis concavis ciliatis obsita; fl. corymbosi, albi. — *Ind. or.*) . . . . *Griffithia. W. et Arn.

II. Corollae tubus elongatus, calycem manifeste superans.

a. Fruct. (ut germ.) 2-loc, loc. 00-sp. Calycis et corollae limb. 5-part. Anth. 3 intra tubum sessiles v. subsess. Stigma 2-fid. (Corymbi terminal., saepe bracteolati.)

1. *Calycis tubus oblongo-turbinat., lobi erecti (interdum persist.) saepe inaequales,* sc. uno (exteriore) in laminam amplam petiolatam coloratam reticulato-venosam producto. Cor. infundibuliform., fauce villosa. Anth. linear., inclus. v. subexsertae. Fr. ovoid., carnosus, placent. e medio septo ortis stipitat. apice divaricato-2-fidis. Sem. compressa. (Arb. v. frut.; fol. opp., raro verticill.; stip. utrinque 2 liberae v. basi connatae, acuminatae. — *Amer. et Afr. trop., Asia temp. et trop., Oceania.*) . . . . Mussaenda. L.

2. — *tubus globosus, lobis subulat. acut. distant.* Cor. fauce nudiuscula, lobis oval. brevib. acutis. Anth. oblong. Styl. filiform., stig. incluso, lobis linearib. Bacca subexsucca, vertice areolata, placent. septo adnatis. (Frut. inerm., fol. opp., stip. solitar. decid. — *Napalia.*) Menestoria. DC.

b. Fruct. (ut germ.) 3-loc. Cal. subcylindrico-cupuliform., limbo breve et obtuse 5-dent. persist.? Cor. subinfundibuliform., intus pubesc. Anth. 5 linear., inclusae; etc. v. supra. (*Thieleodoxa lanceolata*, Cham. — An genus propr.?)

c. — *(ut germ.) plus minus perfecte 2-7-loc. Flor saepe 6-9-meri.* Calycis limbus tubulosus. Stigma clavatum. (Arb. v. frut., fol. opp. v. verticillatis.)

1. *Flores solitarii v. subsolitar.,* raro corymboso-cymosi v. racemosi. Caet. v. supra (*Gardeniae* sp.)

2. — *term. subsessiles fasciculati v. laxe capitati* aut in cymas contractas paucifloras digesti. Cal. cylindrico-tubulos., limbo 6-dent. tarde deciduo. Cor. hypocraterimorpha tubo intus glabro v. pubesc., limbo 6-part. patente, lobis oblong. Anth. 6, linear., inclusae. Stig. indivisum v. 2-fid. Bacca corticata, obovato-oblonga, apice areolata, 2-3-loc. Sem. in quoque loc. 2-seriata, compressa, septulis transversis membranaceis intercepta. (Stip. deciduae; flor. plerumque extus sericeo-pubesc. — *Amer. trop.*) . . . . Amaioua. Aubl.

II. Calycis limbus distincte 4-9-fidus, persistens et fructum coronans.

A. Flores 5-meri. Calycis et corollae limbus 5-fidus. Stam. 5. (Cfr. Randia.)

I. Antherae mucronatae, oblongo-linear., innatae, connectivo in mucronem longiusculum ultra loculos producto; filam. filiform., subpapillosa, corollae basi inserta eaque dimidio breviora. Cal. oblongo-turbinat., lobis linear. erectis. Cor. tubulosa, hirsutissima, intus glabra, ultra medium 5-fida, lobis erect. spathulatis aestiv. valvatis plicatis. Styl. filiform., discum bulbiformem perforans, stig. clavato muriculato. Fr. hirsut. lineari-oblong., subcompressus, membranaceus, indehisc., intus pulposus, sicut germen pseudo-2-loc., septo medio interrupto utrinque placentam divaricato-2-lamellatam gerente. Sem. 00, minuta, globosa, papillosa, in placentae lamellis nidulantia. (Hba hirsuta, simplex, habitu et fructu quodammodo Cyrtandracearum; fol. opp.; stip. solitar., indivisae, acutae; pedunc. ex supremis axillis nasc.; fl. subfastigiati, coerulei. — *Ceylon.*) . . . . *Acranthera. Arn.

II. Antherae muticae, connectivo ultra loculos non producto (cfr. Bertiera).

A. Corollae tubus elongatus, calycem manifeste (plerumque pluries) superans (cfr. Stylocoryna), limbus 5-part. (Arbusc., frut. v. suffrut. inermes, cfr. Heinsia; fol. opposita.)

† **Antherae inclusae.**

a. Flor. capitati, terminales.

1. *Bacca turbinato-globosa, 2-loc.,* placent. septo adnatis. Sem. angulata. Cal. obovat., limbo ultra germen producto 5-part., lobis lanceolat. coloratis. Cor. infundibuliform., fauce nuda, tubo inferne coronula villosa intus ornato, limbi lobis 5 brevib. acutis. Anth. subsessil.; filam. tubo adnata. Stigma ovato-oblong., obtus., 2-lamellat., inclusum. (Stip. breves, latae, cuspidatae, decid.; capitula sessil., ultimo folior. pari suffulta; fl. in receptac. villoso sessiles, bracteis exiguis interstincti, rubri. — *Afr. austr.*) . . . . Burchellia. R. Br.

2. *Bacca 3- v. abortu 2-loc., loc. 1-sp.* Caet. v. supra. (*Thieleodoxa lanceolata*, Cham.)

b. Flor. pedicellati v. subsessil, nec in receptaculo communi capitato-congesti. Bacca 2-loc., loc. 00-sp.

1. *Cor. infundibuliform.,* intus superne hirsuta, limbi lobis acut. patent. Anth. in fauce sessiles, apicibus (interdum caudatis) exsertae. Calyx subglobos., limbo brevissimo 5-dentato. Stig. 2-lamellat., acut., inclusum. Bacca subexsucca, globosa, umbilicata, placent. central. Sem. angulata, muricata. (Stip. 2-fid. v. indivisae; fl. term. thyrsoid., aut ax. racemosi v. corymbosi. — *Amer. trop., ins. Mascarenh, Java.*) . . . . Bertiera. Aubl.

2. — *hypocraterimorpha,* tubo intus superne hirsutissimo, lobis 5 oval. acut. undulatis. Anth. 5, linear., versus tubi apicem intra pilos sessiles. Cal. obovat., lobis foliaceis oblongis. Styl. filiform., inclus.; stig. 2 linearia. Fr. globosus, siccus, durus, indehisc., placent. 2 crassis septo adnatis. (Frut. v. arb. subspinesc.; stip. utrinque 2 minutae acutae; fl. 3-4 ad apicem ramorum subracemosi, pedicellati, albi. — *Sierra Leona.*) . . . . Heinsia. DC.

3. — *tubulosa, tubo gracili,* fauce villosa, limbo 5-part, lobis subobliquis lanceolat. acutis patent. Stam. 5, in medio tubo subsessilia. Calycis limb. 5-part. lob. erect. acutis. Styl. brevis, inclus., stig. oblong. 2-part., lobis subcoalitis. Fr. ovoid., coriaceo-carnosus. Sem. angulata, sericea. (Stip. integr. decid.; fl. ax. congesti breve-pedicellati. — *Madagasc.*) . . . . Chapeliera. A. Rich.

4. — *tubulosa, saepe brevis,* intus prope basin aut ad faucem barbata. Caet. v. infra. (*Randiae* sp.)

†† **Antherae exsertae** (v. pag. sequ.).

RUBIACEAE.

Tribus III. *GARDENIACEAE.* *Subtr. II.* GARDENIEAE.

(Continuat.)

B. II. *A.* II. *A.* †

†† **Antherae exsertae.**

a. Stylus totus filiform., apice attenuatus, stig. 2-fid., lobis acut. inaequal. Cal. obovatus, limbo brevi 5-dentato. Cor. infundibuliform., tubo tereti longissimo gracillimo, fauce parum dilatata villosa, lobis patent. subaequalib., alabastro hinc gibbo. Stam. inaequal. filam. brevib. exsertis apice hamato-incurvis. Bacca succosa, 2-loc., 00-sp. Sem. . . . . ? (Stip. tarde deciduae; corymbi term.; fl. albi 3-5-pollicares. — *Amer. trop.*) . . . . Posoqueria. Aubl.

b. Stylus apice clavato-incrassatus.

1. *Styl. apice fusiformis, stig. clavato 2-lamellato.* Bacca subcarnosa. Cal. turbinat., limbo brevissimo 5-dentato. Cor. longissima, gracillima fauce dilatata nuda, limbo patente, lobis obtusis. Filam. inclusa, brevissima v. 0? (Corymbi term. — *Amer. trop.*) . . . . Tocoyena. Aubl.

2. — *apice clavatus, ultra antheras exsertus.* Stigma . . . . ? Bacca . . . . ? Cal. obovat., limbo brevi acute 5-dentato. Cor. longissima gracilis, fauce glabra, limbo regulari, lobis oblong. acuminatis. Anth. (filamentis suffultae?) acutissimae. (Stip. tarde deciduae; pedunc. ax. racemoso-corymbosi. — *Guinea.*) . . . . . Oxyanthus. DC.

3. — *apice incrassatus in stigma fusiformi-clavatum indivisum exsertum.* Bacca globosa, 2- v. abortu 1-loc., loc. 00- v. oligosperm. raro 1-sp. Sem. peritropa, plerumque angulata. Cal. turbinat., limbo 5-dent. v. 5-fido. Cor. subinfundibuliform., interdum calycem parum superans, fauce (semper?) pilosa, lobis patent. v. reflexis. Anth. subsess., linear., longae. (Stip. solitar., cuspidatae, basi saepius coalitae; fl. ax. v. term. cymosi v. corymbosi, albi. — *Ind. or., ins. Philippin., Oceania*) . . . . Stylocoryna. Cav.

B. Corollae tubus brevis, calycem vix aut non superans (cfr. Randia) limbo 5-partito, (cfr. Randia).

a. Antherae in fauce sessiles. Bacca 2-loc. (Stipulae utrinque solitariae.)

† ***Corollae faux v. tubus intus plus minus pubescens v. barbat.*** Anth. fauci insertae.

α. Stigma indivisum, etc., v. supra (*Stylocorynae* sp.)

β. — 2-fidum.

4. *Cor. hypocraterimorpha* (tubo in nonnullis elongato.) Anth. oblongo-lineares. Stig. crassum, 2-part. v. 2-lob., glabrum. Bacca corticata, subsicca, loc. 00-sp. Sem. placentae centrali affixa, in pulpa nidulantia aut deorsum imbricata. Cal. obovat., limbo 5-lobo v. 5-dentato. (Arb. v. frut., saepe spinis axillar. oppos. v. verticillatis armati; fol. opp. v. fasciculata; stip. saepe connato-vaginantes; fl. ax. subsess. solitar., rarius breve subcorymbosi v. fasciculati v. racemosi, interdum 6-meri. — *Patria intra trop. subdiffusa.*) . . . . Randia. Houst.

2. — *rotata, tubo brevissimo* intus piloso, limbo patente. Anth. oblong., magnae, dorso supra medium affixae. Germ. disco carnoso crasso coronatum, loc. sub-6-ovulat., ov. pendulis. Styl. brevissimus, discum perforans, stig. magno oblongo hirsuto 2-part., lobis erect. arcte conniventibus. Bacca globosa. Sem. pauca, 2-seriatim imbricata. Cal. brevis, obovatus, limbo 5-fido, lob. oblong. acuminatis. (Frut. inerm., fol. oppos.; stip. integrae, acuminatae, rigidae; fascic. densiflori, ax., sessil., globosi, fl. parvis bracteat. albis. — *Ind. or.*) . . . . *Hyptianthera. W. et Arn.

3. — *subcampanulato-cylindrica*, tubo calycem non superante utrinque (excepta basi) villoso, lobis 5 brevibus margine revolutis aestiv. valvatis. Anth. 5, in medio tubo subsessiles, anguste ellipticae. Stig. 2-fid., lobis linear. acut. erectis. Bacca?, loc. 00-sp., placent. 2 crassis medium septum occupantib. Cal. limb. 5-fid., lobis magnis. (Arbusc., fol. opp.; stip. interpetiolar., elongatae, integerr., decid.; cymae ax., 3-5-fl., pedicell. 2-bract. — *Mexico.*) . . . . . *Sommera. Schlecht.

†† ***Corolla intus (fauce tuboque) glabra.***

1. *Stigma crassum*, 2-part. v. bilobum. Calyx obovatus, etc., v. supra (*Randiae* sp.)

2. — *2-part., lobis 2 linearib. acutis* apice vix divergentib. exsertis. Styl. filiform. Cal. ovat., limbo parvo 5-dentato. Cor. tubus obconicus, lobi ovali-oblongi. Anth. 5, lineares in tubo. Bacca exsucca, obovata, calycis dentib. conniventib. subclauso-coronata, loculis 4-6-sp. Sem. subangulata, sericea. (Frut. inerm., fol. opp., stip. cuspidat., panic. ax. paucifl. et term., fl. parvis glabris. — *Afr. trop. occid.*) . . . . Pouchetia. A. Rich.

b. Stam. 5, basi corollae inserta, filam. brevibus. Bacca? siliquaeform., coronata. Styl. brevis, stig. exserto longo clavato 10-costato. Caet. v. in tab. Rondeletiearum. (*Ind. or.*) ?Psilobium. Jack.

B. Flores 4-meri, calycis et corollae limbus 4-fidus. Stam. 4.

A. Corollae tubus brevis, calycem parum v. vix superans (cfr. Coccocypselum.) — (Stirpes inermes, fol. saepissime oppos., stipulis utrinque solitar. plerumque deciduis.)

† Stigma 2-fidum.

a. Corollae faux glabra, tubus infundibuliform. Stam. tubo inserta. Bacca 2-loc., loc. 00-sp.

1. *Calyx ovatus, lobis angustis.* Corollae tubus calyce plus minus (interdum duplo) longior. Anth. cordato-oblong., inclusae. Bacca ovata. Sem. lenticulari-angulata. (Hbae repentes; stip. subulatae, capitula alterne axillaria, paucifl., pedunc., solitar., breve involucrata, fl. purpur. v. coerul. — *Amer. trop. et austr. extratrop.*) . . . . Coccocypselum. (P. Br.) Sw.

2. — *obovat., lobis subsubulatis.* Cor. limbus patens. Stam. inclusa v. semiexserta, anth. lineares. Bacca subglobosa, septo incompleto semilunari fenestrato. Sem. subcompressa. (Arbusc., Buxi facie, stip. acutis, pedicell. axill. 1-fl. bracteolatis. — *Ins. Mascarenh.*) Fernelia. Comm.

3. — *obovatus, brevis, limbo 4-fido.* Cor. subcampanulata, limbo 4-part. patente. Stam. medio tubo inserta, filam. brevib., anth. ovatis inclusis. Stigm. 2 exserta. Bacca oblonga, sub-4-gona, 2-sulca, placent. septo adnatis. (Suffrut., fol. opp. v. verticill., stip. acutis, fl. ax. racemosis rubesc., pedicell. brevib. unilateral. — *Peruvia.*) . . . . Higginsia. Pers.

b. Corollae faux villosissima, tubus obconicus. Cal. ovat., limbo 4-dentato. Anth. subexsertae. Styl. filiform., villosus, stig. 2-dentato breve exserto. Bacca globosa, depresso-umbilicata, 2-loc., loc. 2-4-sp. Sem. summo septo affixa, ex Blume squamiform., deorsum imbricata. (Frut., stip. longis acuminatis, spicis simpl. axill. solitar. v. geminis brevib. 00-fl., fl. sessil. 2-4-stichis albo-virescent. — *Ind. or.*) . . . . Petunga. DC.

†† Stigma subintegrum, obtusum, vix emarginatum. Cal. oblongo-4-gonus, dentib. erect. acutis. Cor. hypocraterimorpha, tubo brevissimo, lobis lanceolatis. Anth. sessil., linear., erecto-conniventes. Fr. baccaceus, indehisc., 2-loc., placent. ovatis in quoque loc. distinctis. Sem. 00, subrotunda. (Hba basi suffrut., fol. supra punctato-asperis, stip. brevissimis acutis, pedunc. ax. 00-fl., fl. rubro-luteis. — *Jamaica.*) . . . . Hoffmannia. Sw.

B. Corollae tubus calyce multo (rarius parum) ***longior,*** faux nuda. Anth. lineares. (Fol. oppos., stipulae deciduae, pedunc. ax. 1-flori, fl. albi v. flavi.)

1. *Calycis tubus globoso-4-gonus, limbo subcampanulato 4-dent. erecto.* Cor. tubulosa, lobis oblong. patent. aestiv. valvatis. Anth. inclusae. Styl. 4-sulcus, apice 4-fidus, stig. brevibus patent. Bacca 4-gona, 1-loc. (?) septo incompleto v. evanido? Sem. cruciato-2-seriata, nidulantia, linearia, subcurva. (Arbusc. inerm., stip. intus ciliatis, pedunc. brevib. apice 2-bracteolat., fl. flavesc. parvis. — *Sumatra.*) . . . . Helospora. Jack.

2. *Calycis tub. obovatus, limb. 4-dent. v. 4-part.* Cor. longissima (rarius abbreviata) infundibuliform., fauce sensim turbinato-dilatata. Stam. 4, filam. basi tubi insertis inclus. v. exsertis, anth. exsertis. Stigma 2-dentat., dentib. subcoalitis. Bacca oblonga v. globosa, 2-loc., placent. fungosis summo septo (perforato?) adnatis. Sem. in quoque loc. in fasciculos 2 collecta, deorsum imbricata, squamiform. (Frut. spinesc., stip. utrinque solitar., pedunc. saepe deflexis; fl. glabri, in genuinis longi graciles. — *Antill., Mexico.*) . . . . Catesbaea. L.

RUBIACEAE.

(Continuat.)

Tribus IV. *ISERTIEAE.*

A. Drupa exsucca, partibilis in cocca 2-4 polysperma, placentis prominulis. Sem. angulata. Calycis tubus obovat., limbo 4- rarius 5-fido persist. Cor. infundibuliform., limbo 4-5-fido v. partito. Stam. 4-5, fauci inserta. Styl. filiform., stig. incrassatum 2- v. 4-fidum. (Hbae v. suffrut., caule 4-gono, fol. oppos., stip. geminatis incisis, fl. ax. verticillat. v. capitat. — *Java, ins. Philippin., Mexico.*) . . . . Metabolos. Blume.

B. Drupa 4-6-pyrena (cfr. Gonzalea) pyrenis 00-sp. Calycis tubus subglobosus, corollae longus. Stam. inclusa v. vix apicibus exserta. (Frut. v. arb., fol. oppos. — *Amer. trop.*)

1. *Calycis limbus 4-lobus. Cor. infundibuliform. v. hypocraterimorpha*, extus villosa, fauce barbata aut puberula, lobis 4 ovatis. Stam. 4. Styl. filiform, stigm. saepius 4 in capitulum conniventia. Drupa 4- rarius 3-2-pyrena, subexsucca, rarius carnosa, pyrenis chartaceis, rarius osseis. Sem. minuta, angulata, punctata. (Stip. utrinque solitar., rarius geminae; spicae longae term. v. subterm.; fl. fasciculati sessil., albi v. rubri) . . . . Gonzalea. Pers.

2. — *limbus brevis, 4-6-dentat., persist. Cor. tubulosa, medio attenuata*, limbo 4?-6-lobo, lobis brevib. obtusis erect. aestiv. subcontortis intus dense aureo-lanuginosis, sinubus in cristulas productis. Stam. 6. Stigm. linearia, erecto-stellata. Drupa globosa, 6-pyrena, pyrenis fragilibus triquetris angulo interno sulcatis. Sem. subglobosa, basi truncata. (Stip. utrinque 2, angustae; thyrsus term. spicae- v. paniculaeformis, fl. coccineis.) . . . . Isertia. Schreb.

Tribus V. *HAMELIEAE.*

A. Calycis laciniae inter se aequales, persistentes.

1. *Calycis tubus oblong., limbo 5-dentato*, dentib. 2 exteriorib. oppositis majorib. erectis incurvis, 2 minoribus conniventibus. Cor. . . . . Stam. . . . . Bacca oblonga. Sem. 00 in pulpa nidulantia. (Frut. . . . . . — *Chile.*) . . . . Tepesia. Gaertn. †

2. — *tubus, brevis limbo 4-dentato*, dent. 2 majoribus (forte ex 2 concretis conflatis?). Corollae tubus brevis, limbo 6-lobo, lobis angustis tubo longioribus, intus fauceque hirsutissimis. Anth. 6, lineares, tubo insertae, subsessil. Styl. filiform., stig. capitato indiviso Fr. carnosus, globosus, 00-sp. (Frut. v. arb., fol. oppos.; stip. utrinque 2, angustae, juniores concretae; corymbi term., bracteati. — *Antill.*) . . . . Brignolia. DC.

B. Calycis laciniae inter se aequales aut nullae.

I. Corollae limbus 10-partitus, patens, lobis elliptico-oblongis, tubo cylindrico setoso. Cal. ovatus, limbo brevi integro v. 5-dentato. Stam. 10, medio corollae tubo inserta; anth. linear., inclusae. Styl. incrassatus, sulcatus; stig. 6-plura, acuta. Bacca globosa 10-20-loc. Sem. oblonga, in quoque loculo 1-seriata, subimbricata, septulis transversis separata. (Frut., fol. oppos., stip. decid.; pedunc. ax. breves 1-fl. — *Timor.*) . . . . Polyphragmon. Desf.

II. Corollae lobi et stamina 4-8, sc. calycis laciniis numero aequalia, rarius pauca plura, nunquam dupla.

A. Calyx integer aut subinteger v. minute dentatus. (Folia opposita.)

I. Stigma indivisum. Cal. ovatus, limbo tubuloso v. urceolato sub-5-gono laxo brevissime sinuato-5-dentato persist. Cor. tubus calycem superans, superne subdilatatus, limbo 5-part., lobis longe acuminatis intus sericeis. Stam. 5, tubo inserta, filam. brevib., anth. cordato-oblong. inclus. Bacca subrotunda 5- rarius 4- v. 6-loc., loc. 00-sp., placent. subcarnos. 2-lobis. (Suffrut, stip. solitar. brevib. latis persist., pedunc. ax. brevib. 1-paucifloris. — *Guiana.*) Patima. Aubl.

II. Stigma 2-5-fidum. Styl. brevis. Bacca calycis limbo coronata. Corollae limbus patens.

1. *Cor. infundibuliform. fauce subdilatata pilosa*, lobis 5-8 intus incrassatis et denticulo retrorso interdum auctis. Anth. 5-8, in fauce sessiles, lineares. Cal. obovat., limbo brevi truncato aut subdenticulato. Stigma 2?- v. 4?-fid. Bacca pisiform., 3-4-gona, 2-4-loc., loc. 00-sp. Sem. in pulpa nidulantia. (Frut. pseudo-parasit., radicantes; stip. decid.; pedunc. solitar. v. aggregati; fl. sessil., capitati, involucro lobato v. subintegro cincti. — *Amer. trop.*) . . . Schradera. Vahl.

2. — *brevis*, fauce . . . . ?, lobis 5 lanceolatis aestiv. imbricatis. Stam. 5 fauci inserta, exserta, anth. linear. Calycis limbus marginalis, erectus, subinteger. Styl. apice fusiformi-incrassatus, stig. 2 approximatis. Germinis loc. 3-4-ovulati. Fr. subcarnos., 4-5-loc., loc. 3-2-sp. (Arb., stip. decid., racemis ax. subtrichotomis. — *Senegal.*) . . . . Morelia. A. Rich.

3. — *rotata, tubo brevi, fauce fasciculis 5 villorum praedita*, limbo 5-lobo. Stam. 5 fauci inserta. Cal. urceolatus, subintegerr. Germ. disco sulcato tectum, stig. 5-lobo, lobis conniventib. demum divergentibus. Bacca globosa, 5-loc., loc. 00-sp., placentis carnosis. Sem. depresso-punctata. (Frut. v. arb., stip. . . . ?; fl. ax. subcapitati aut cymosi v. corymbosi, polygamo-dioici. — *Ins. Penang, Java, Timor.*) . . . . Axanthes. Blume.

B. Calyx manifeste dentatus v. lobatus. Baccae loculi polyspermi.

I. Stigma 4-5-lobum (raro indivisum? cfr. Evosmia). — (Folia opposita.)

a. Corolla elongata intus pubescens. Flores ☿. Bacca globosa v. subglobosa.

1. *Cal. ovatus, limbo brevi campanulato sub-5-fido.* Cor. infundibuliform., limbo 5-part., lobis ovatis aestiv. valvatis. Stam. 5, limbo breviora, anth. linear. Stig. crassum, 5-lobum? Germ. disco glanduloso coronatum. Bacca 5-loc. Sem. poris 5-gonis notata. (Frut. erecti, fol. longe acuminatis, stip. oblong. acut. decid.; pedunc. ax. breves, fl. verticillato-capitati, bracteati, virescentes. — *Ins. Penang, Ind. or.*) . . . . Urophyllum. Jack.

2. — *globosus, limbo 5-part.*, lobis lanceolat. persist. foliaceis demum patentibus. Cor. infundibuliform, extus hirsuta, intus pubesc., semi-5-fida, lobis lineari-lanceolatis patulis. Anth. 5, in fauce sessiles, linear., obtusae. Styl. filiform., stamina longe superans, stig. 4-7-fido, lobis linear. patulis. Fr. costatus, hirsutus, 4-7-loc. (Hba subrepens, hirsuta; stip. interpetiolar., late ovatae, acutae, membranaceae; fl. ax, solitar., subsessil., longiusculi, basi 2-bracteati. — *Ceylon.*) . . . . *Schizostigma. Arn.

3. — *oblong. v. turbinatus, limbo 4-5-part.* persist. Cor. hypocraterimorpha, pilosa, tubo longo gracili, fauce barbata, limbo 4-5-part., lobis acutis. Stam. 4-5, inclusa v. subexserta. Styl. filiform., apice clavatus 4-5-lobus. Bacca 4-5-loc. Sem. angulata. (Frut. v. suffrut. scandent., stip. solitar.; fl. ax., fasciculati, sessil. v. breve corymbosi, albi. — *Amer. trop., Ins. Mascarenh.*) . . . . Sabicea. Aubl.

b. Corolla brevis (v. pag. sequ.)

RUBIACEAE.

Tribus V. *HAMELIEAE.*

(Continuat.)

B.II.*B.*I.

b. Corolla brevis, calycem parum superans (cfr. Alibertia).

1. *Flor.* ☿. *Cor. subrotata, ultra medium 4-fida.* Stam. 4, fauci inserta, anth. ovatis inclus. v. subexsertis. Cal. ovatus, limbo brevissimo 4-dentato persist. Styl. filiform., stig. incrassato aut 4-lobo. Fr. ovat. 4-loc. (Frut. v. arb., stip. ovat. acut. decid., racemis ax. aggregat., fl. rubris. — *Amer. austr. trop.*) . . . . Evosmia. Humb. B.

2. — *abortu incomplete unisexuales. Cor. tubulosa*, tubo calycem paulo superante, limbo patente 5-part., lobis ovat. acut. Anth. 5, tubo insertae, subsessil., linear., semiexsertae. Calycis limbus tubulosus, 5-dentat., persist. Styl. in fl. ♂ clavatus, stig. simpl. acuto, in ♀ stigmata 5 linearia. Bacca subcorticata, depresso-globosa, 5-loc. Sem. pulpa tenui involuta. (Arb., stip. subconnatis integris acutis, fl. term. solitar. v. fascic. subsessil. — *Guiana.*) . . . . Alibertia. A. Rich.

II. Stigma indivisum. Calyx ovatus, limbo 5-dent. persist. (Frut., flor. term. corymbos. v. paniculatis.)

1. *Corolla subrotata*, tubo brevi intus piloso, lobis 5 inflexo margine lineari-lanceolatis aestiv. subvalvatis. Stam. 5, fauci inserta, anth. linear. exsertis. Calycis limbus brevissimus. Styl. clavatus. Bacca glabra, 4-loc. Sem. in pulpa nidulantia. (Fol. oppos.; stip. latae, breves, apiculatae. — *Nova Caledon.*) . . . . Olostyla. DC.

2. — *tubulosa*, tubo sub-5-gono, limbo parvo 6-lobo aequali vix patente. Stam. 5, medio tubo inserta, inclusa, anth. lineari-oblong. Calycis lobi breves, erecti, acuti. Stigma obtusum, sub-5-gonum. Bacca ovalis, 5-sulcata, 5-loc., loc. membranaceis. Sem. compressa. (Fol. opp. aut 3-4 verticillata, stip. utrinque solitar. angustae; fl. rubri. — *Amer. trop.*) . . . . Hamelia. Jacq.

Tribus VI. *CORDIEREAE.*

A. Flor. unisexuales, in diversis ramis. ♂: Calyx cupuliform., limbo integro. Cor. hypocraterimorpha, tubo longo superne attenuato et subincurvo coriaceo nitente, fauce angustissima, limbo plano 4-5-part., lobis acutis. Anth. 4-5 in medio tubo sessiles inclusae. Styli rudiment. ♀: Cal. subglobos., limbo integro. Cor. recta, apice minus attenuata, limbo 4-5-part. Stam. parva, abortiva. Discus medio depressus. Stigm. 4-5, subulata. Bacca carnosa, depresso-globosa, umbilicata, 4-8-loc., loc. 1-sp. Sem. laevia. (Frut., fol. opp., stip. acutis basi subcoalitis, fl. albis 4-bracteat. in ramor. extremit. ♂ ternis ♀ solitar. — *Guiana.*) . . . . Cordiera. A. Rich.

B. — hermaphroditi.

1. *Calycis limbus ampliatus, 4-5-dentat.* Cor. abbreviato-tubulosa, fauce nuda, limbo 5-6-part., lobis angustis patulis. Stam. 5-6 fauci inserta, filam. brevib.; anth. cum stigmat. 2 subrecurvis linearibus exsertae. Germ. 2-loc., loc. 2-ovulat., ovul. collateraliter medio septo affixis. Fr. . . . . ? (Frut., fol. opp., stip. latis junctis acuminat., fl. ax. conglomeratis subsessil. pubesc. — *Angola.*) . . . . Tricalysia. A. Rich.

2. — *et corollae limbus 4-fidus.* Stam. et stigm. 4. Germ. 4-ovul. Fr. . . . . ? (Caet. v. in Guettardeis.) . . . . ? *Baumannia. DC.

Trib. VII. *GUETTARDACEAE.* *Subtrib. I.* MORINDEAE.

Unicum genus: Calycis tubus ovatus cum florib. vicinis plerumque concretus, limbo brevi vix dentato. Cor. infundibuliform., limbo patente 5-4-lobo, aestiv. valvata. Stam. 5-4, filam. plerumque brevissimis; anth. inclus., rarius cum filamentis exsertae. Styl. filiform., stig. bifid., lobis filiform., (raro indivisum). Baccae 2-4 nuculatae, plerumque in fructum compositum coalitae, calycis cicatricibus apice notatae, nucleis 1-sp. (Arb. v. frut. erect v. scandent.; fol. oppos., raro 3-4 verticillata; stip. intrapetiolar., plerumque obtusae aut membranaceae; pedunc. ax. v. term. solitar. v. aggregati, interdum basi in unum connati; fl. in receptaculo globoso capitato-aggregati, sessiles. — *Patria intra trop. subdiffusa.*) . . . . Morinda. Vaill.

Subtribus II. GUETTARDEAE.

A. Antherae distinctae, ab invicem liberae.

I. Calycis limbus integer v. subinteger (interdum minute v. obsolete dentatus, cfr. Guettarda, Myrmecodia, Epithinia, Erithalis, Timonius).

A. Stigma indivisum, (cfr. Guettarda, Myrmecodia, Octavia). Calycis limbus tubulosus. Stam. inclusa. Drupa coronata, loc. 1-sp. (Folia opposita.)

1. *Corolla hypocraterimorpha, tubo cylindrico, limbo 4-9-lobo*, lobis ovali-oblong. Anth. 4-9 in fauce sessiles. Cal. ovat. v. globosus, limbo persist. v. deciduo truncato aut irregulariter dentato (rarius 4-5-fido). Stigma capitatum, raro 2-lob. Drupa ovata v. globosa, putamine obtuse angulato 4-9-loculari, loculis rectis aut curvatis. Sem. erecta, teretiuscula. (Frut. v. arb.; stip. angustae, decid., raro vaginantes; cymae ax., pedunc. dichotom., fl. secundis sessil. — *Amer. et Asia trop., ins. Philippin, Oceania.*) . . . . Guettarda (L.) Vent.

2. — *infundibuliform., limbo 4-fido*, fauce pilis v. squamis fornicatis clausa. Stam. 4. Cal. integer. Germ. disco carnoso tectum. Stigma simplex (ex Blume 4-fid.) Drupa baccata, 4-pyrena, pyrenis chartaceo-arillatis triquetris. (Suffrut. pseudoparasit., stip. petiolar. ciliat., fl. sessil. — *Ins. Java, Molucc.*) . . . . Myrmecodia. Jack.

B. Stigma 2-lobum, (cfr. Octavia).

I. Drupa 2-pyrena. Corollae tubus intus hirsutus, limbus 4-lobus. Stam. 4. Stylus filiform. (Folia opposita; flor. albi)

1. *Corolla brevis*, limbo plano. Stam. fauci inserta, filam. brevib. Calycis limbus brevis, integer. Drupa succosa, pyrenis coriaceis dorso convexis, antice planis, 1-spermis. (Frut. pseudoparasit., stip. parvis linearib., fl. axillar. sessil. — *Ins. Sundaic., Molucc.*) . . . . . Hydnophytum. Jack.

2. — *hypocraterimorpha*, extus glabra; tubus limbo calycis pluries longior; lobi recurvi, aestiv. imbricato-subcontorti. Stam. exserta, anth. linear. acutis. Calycis tubus subcylindricus; limbus membranaceus, cupuliform., persist., integer v. obsolete 4-dentatus. Germ. 2-loc, loc. 2-ovul., ovulis superpositis, superiore pendulo. Drupa oblongo-clavata, subcompressa, 8-sulcata, pyrenis duris lignosis longis subinde coalitis 2-1-spermis. Sem. lineari-oblonga. (Frut. gummiferi; stip. vaginantes, adpressae, truncatae; cymae sub-supraaxillares, pedunc. 2-fid. brevib. — *Ind. or.*) . . . . Epithinia. Jack.

II. Drupa 4-pyrena, globosa, umbilicata, pyrenis 1-sp. chartaceo-arillatis. Stigma 2-fid. Cal. integerr. (Frut. scandent., glabri, fol. oppos. — *Java.*)

1. *Calycis limbus brevis*, Cor. 4-5-part., intus villosa, lobis inferne conniventib. superne patentibus et inflexo-apiculatis. Stam. 4-5, basi corollae inserta, inclusa. Stigma verrucosum. Drupa baccata, pyrenis triquetris. (Stip. utrinque 2 marcescent., persist.; fl. ax. conferti.) . . . . Gynochtodes. Blume.

2. — *limb. urceolatus, decid.* Corollae tubus brevis; limb. patens 4-6-fid., lobis angustis. Stam. 5-6, exserta, filam. fauci insertis, anth. longe linearib. incumbentibus. Styl. discum perforans, stig. exserto. Pyrenae dorso gibbae, antice concavae. (Stip. latae, breves, truncatae; corymbi v. umbellae ax. simpl., aut term. compositae. . . . . Coelospermum. Blume.

III. Drupa 5-10-pyrena, etc. (v. pag. sequ.)

RUBIACEAE.

Tribus VII. GUETTARDACEAE.

Subtribus II. GUETTARDEAE.

(Continuat.)

A. I. B.

III. Drupa 5-10-pyrena, globosa, pyrenis 1-sp. (Frut., fol. oppos.)

1. *Calyx globosus, limbo vix ullo truncato.* (Cor., stam., styl. ignot.) Germ. disco carnoso persist. medio perforato coronatum. Drupa carnosa, laevis, calyce non coronata, pyrenis 8 verticillatis. (Stip. oblongae, acuminatae, tarde deciduae; fl. ax. v. subterm., solitar., sessil., ebracteat. — *Guiana*.) . . . . Octavia. DC.

2. — *ovatus, limbo brevi subtruncato obsolete 5-10-dentato persist.* Cor. rotata, 5-10-part., tubo subnullo, lobis angustis patentib. Stam. 5-10, imae corollae vix adnata, filam. subulat., anth. linear. Stigma 2-lamellatum (raro 5-lob.) lobis subcohaerentib. Drupa coronata, sulcata, 5-10-pyrena. Sem. pendula. (Stip. latae, breves, mucronatae, vaginantes, persist.; panic. axillar. — *Antill.*) . . . . Erithalis. P. Browne.

II. Calycis limbus manifeste dentatus v. laciniatus (raro subinteger, cfr. Timonius, Myonima).

A. Stigma 4-00-fidum, (cfr. Myonima, Lithosanthes). — (Folia opposita.)

I. Corollae limbus regularis.

A. Fructus indehiscens.

a. Drupa 6-00-pyrena (rarius 4-pyr., cfr. Mephitidia), globosa, coronata, pyrenis 1-sp. Calycis tub. ovatus, limbus persist. Corollae limbus patens. Anth. in fauce subsessiles.

1. *Calycis limbus tubulosus 2-6-dentat. v. truncatus. Cor. hypocraterimorpha, tubo elongato,* fauce nuda, limbo 4-6-part., lobis obtusis. Anth. 4-6 inclusae, cordato-oblongae. Stig. 4-5-fid., exsertum, (2-partitum, lobis 2-3-fidis, ex DC.) Drupa laevis, 7-25-pyrena, pyr. osseis discretis indehisc. Sem. inversum, lineare. (Arb.; stip. acutae, integrae; pedunc. ax. 3-fl.; fl. singuli bractea cupuliformi 2-loba persist. cincti. — *Oceania, ins. Philippin., Molucc.*) . . . . Timonius. Rumph.

2. — *limbus campanulatus 5-6-dentatus. Cor. intus barbata, tubo brevi,* limbo 5-6-lobo, lobis acutis tubo fere longiorib. aestiv. valvatis. Anth. 5-6. Stig. 5-6, lamellata. Drupa sulcata, 6-pyrena. Sem. erecta. (Arb.; stip. ovatae, decid.; pedunc. in apice ramor. axillar. laxe paniculati. — *Ins. Mascarenh.*) . . . . Psathura. Comm.

3. — *limbus 3-6-part. v. dentat., persist. Cor. infundibuliform.,* 4-6-fida, plerumque hirsuta. Anth. 4-6, versus faucem insertae, subsessil., linear., inclus. v. exsertae. Stig. 4-9, linearia, crassa. Drupa baccata coronata, pyrenis 4-9 triquetris coriaceo-arillatis. (Frut. v. suffrut. foetidi; stip....?; fl. ax. v. term. conferti v. capitati bracteati. — *Ind. or., praecipue Java.*) . . . . Mephitidia. Reinw.

b. Drupa 4-pyrena (cfr. Myonima, Santia, Lithosanthes) pyrenis 1-sp.

α. *Calycis limbus minimus, obtuse 8-dentatus,* tubus globosus. Cor. brevis, limbo obtuse 4-part. Stam. 4, filam. brevib., anth. oblong. exsertis. Stig. 4 linearia, brevia, crassiuscula, approximata v. subconcreta. Bacca globosa, non coronata, pyrenis 4 v. 2 carni adhaerentib. 1-sp. Sem. subpeltata, ex DC. meniscoideo-umbilicata medio affixa. (Frut. v. arbusc., stip. parv. acut. decid., pedunc. ax. 1-00-fl. — *Ins. Mascarenh., Philippin., Sandwic.*) . . . . Myonima. Comm.

β. — *limb. brevis, 5-dent., dent. longis, subulatis,* persist., duobus plerumque approximatis v. coalitis, caet. distantib.; tubus ovatus. Cor. hypocraterimorpha, intus villosa, tubo calycem vix superante, limbo 5-lobo patente. Anth. 5 subsessiles, oblongae, exsertae. Germ. disco carnoso crasso coronatum, 3- raro 4-loc., loc. 1-ovulatis. Styl. pilosus, sursum incrassatus, stig. capitato 3-4-lobo. Drupa subglobosa, pyrenis 3-4 osseis oblongis subcurvis rugosis. (Frut., fol. opp. nervis utrinque prominulis, stip. brevib. triangular. acuminat. decid. et annulum pilosum relinquentibus, pedunc. ax. apice 3-4-fl. — *Ind. or.*) . . . . *Santia. W. et Arn.

γ. — *limb. 4-dentatus. Corollae limbus 4-fid.,* patens, faux villosa. Stam. 4. (Fol. oppos.)

1. *Calycis limb. 4-part., dentib. angustis subacutis* erect., tubo ovato. Cor. infundibuliform., tubo lobis calyceque multo longiore, fauce lobisque intus hirtis. Stam. 4, filam. fere totis tubo adnatis, anth. oblong. in fauce inclusis. Styl. filiform., stig. 4 patulo-revolutis. Germ. ovoid., disco convexo urceolato coronatum, 4-loc., loc. 1-ovulat. Fruct....? (Suffrut. dichotome ramosus, stipulis plerisque spinosis, fl. ax. geminis subsessil. albis. — *Patria...?*) . . . . . *Baumannia. DC.

2. — *limbus maximus,* persist.; tubus ovato-globosus, interdum cum altero flore coalitus. Cor. infundibuliform., lobis intus hirtis. Stam. fere ad faucem usque tubo adnata; anth. ovatae, vix exsertae. Styl. filiform., stig. 4 inclusis. Drupa subglobos., coronata, (pyrenis corneis) aut coalitione didyma 8-pyrena. (Hbae repentes stip. solitar. parvis, fl. ax. v. term. nunc 2 concretis nunc solitar. sessil. — *Amer.*) . . . . Mitchella. L.

3. — *limb. minimus.* Cor. globosa, limbo brevi. Anth. inclusae, infra faucem subsessiles, linear. Styl. inclus., discum carnosum perforans, stig. subclavato apice 4-dentato. Drupa succulenta, obovata, inflata, umbonata, junior 4-loc., demum sub-1-loc., sub-4-pyrena; pyr. chartaceo-arillatae basi axi centrali incompleto affixae. (Frut. habitu Ferneliae, fol. trapeziform., pedunc. ax. filiform. apice 2-fl. — *Java.*) . . . . Lithosanthes. Blume.

c. Drupa abortu 1-sperma. Germ. urceolo nectarifero coronatum. Styl. 1, stig. 4. Calycis limbus 5-7-part. Cor. hypocraterimorpha, tubo intus setoso-barbato, limbo 5-7-part. Stam. 5-7, tubo adnata. (Frut; stip. cujusque nodi 4 connatae in vaginam hinc fissam apice denticulatam a basi circumscissa deciduam; inflor....? — *Patria...?*) ?Billiottia. DC.

B. Fructus dehiscens. (?) Stigma 5-fidum. Calycis limbus 5-lobus, persist. Cor. infundibuliform., limbo 5-lobo. Stam. 5 inclusa. (Frut., stip. brevibus acutis adpressis. — *Ind. or.*)

1. *Calyx (nudus) ovatus, laciniis subulatis.* Cor. tubus longus, lobis oblong. Stam. fauci inserta. Caps. (?) coronata, apice dehisc., 1-loc., 5-pyrena, pyrenis triquetris 1-sp. Sem. erecta. (Fl. fasciculati v. umbellati suaveolentes.) . . . . Hamiltonia. Roxb.

2. — *involucro calyciformi 2-phyllo inclusus, limbo brevi, lobis rotundatis adpressis.* Cor. papilloso scabra, tubo intus piloso, lobis ovat. cuspidatis aestiv. involuto-valvatis. Anth. subsessiles. Germ. 5-loc., loc. 1-ovul. Styl. filiform. Fr. oblong., 5-loc.? 5-valv.? 5-sp. (Flor. terni, sessil., subterm., inodori, albi, ex Don 6-meri.) Leptodermis. Wall.

II. Corollae limbus irregularis, 5-fidus, lobis 2 superiorib. longioribus, omnibus apice calloso-subulatis; tubus incurvus, calyce multo longior, intus prope basin fasciculis 5 breve pilosis munita, caeterum glabra, fauce subampliata. Anth. 5 oblongae, ad faucem sessil., inclus. Cal. ovatus, limbo 5-part., lobis acutis persist. Styl. filiform., exsertus, stig. crasso cylindraceo-submitraeformi apice breve et obtuse 5-lobo. Germ. 5-loc., loc. 1-ovul. Fr. ...? (Frut., stip. acutis basi vaginantib., fl. ax. 1-3 breve pedicellatis bracteolatis hirsutis. — *Angola.*) . . . . Ancylanthus. Desf. †

B. Stigma bifidum.

I. Drupa 2-pyrena (raro 4-pyrena, cfr. Nertera).

A. Stamina imae corollae inserta, filam. liberis, anth. subrotundis vix exsertis. Cal. ovat., limbo minimo 5-dentato. Cor. subcampanulato-infundibuliform., 4-loba, intus glabra. Styl. filiform., stig. 2 hirsutis. Bacca subglobosa, umbilicata, pyrenis 2-4 coriaceis 1-spermis. Sem. dorso convexa, ventre plana sulcata. (Hbae repentes habitu Mitchellae, fol. oppos., stip. minut., fl. term. solitar. sessil. albis. — *Patria intra trop. subdiffusa.*) . . . . Nertera. Banks.

B. Stamina corollae fauci inserta (v. pag. sequ.).

RUBIACEAE.

Tribus VII. *GUETTARDACEAE.*

Subtribus II. GUETTARDEAE.

(Continuat.)

A. II. *B.* I.

B. Stamina corollae fauci inserta. Drupa 2-loc., loculis pyrenisve 1-spermis.

† **Calycis limbus 4-dentatus.** Corollae limbus 4-fid., plerumque patens. Stam. 4.

a. ***Antherae sessiles v. subsessiles, inclusae v. vix exsertae.***

1. *Calycis limb. 4-part.*, lobis inaequalib. patentib., tubo obovato. Cor. hypocraterimorpha, tubo gracili, lobis ovat. acutis. Anth. linear. Styl. filiform. exsert., stig. 2-fido, lobis patentib. oblongis obtusis. Drupa 2-loc. Sem. linearia, teretia. (Arb. v. frut., ramis subspinesc., fol. oppos., stip. solitar. integris, capitulis ax. pedunculat., fl. alb. v. rubris? — *Brasil.*) . . . . *Anisomeris. Presl.

2. — *limb. parvus*, 4-dent. persist., tub. . . . ? Cor. parva, subcampanulata, fauce villosa, limbo patente. Styl. brevis, discum perforans, stig. 2-fido in fauce hiante. Drupa coronata, loc. 2-pyrenis; pyrenae coriaceo-arillatae, superne affixae, oblique sibi incumbentes. (Frut. habitu Coffeae; fol. disticha; fl. in receptaculis axillar. subsessil. hemisphaericis dense umbellati sessiles, bracteati; fruct. pedicellati. — *Java.*) Hypobathrum. Blume.

3. — *limb. brevis, campanulat. 4-dent.*, tubo ovato v. oblongo. Cor. tubulosa, lobis subacutis tubo brevioribus. Drupa subbaccata, ovata v. oblonga, coronata, putamine 2-loc. (Arb., fol. opp. v. 3 verticillat., stip. acut decid., inflor. Guettardae, fl. parv. albis abortu interdum dioicis. — *Ins. Mascarenh.*) . . . . Antirhoea. Comm.

b. ***Antherae cum filamentis conspicuis totae exsertae***, subrotundae. Calycis tubus brevissimus. Cor. parva, rotata, tubo brevissimo. Drupa sicca, tenuis, ovata, coronata, nucleo 2-loc. Sem. oblongo-linear. (Frut. sarmentoso-subscandens, fol. opp., stip. obtus. decid., pedunc. ax. racemoso-paniculat., fl. sessil. coerul. parv. — *Guiana.*) Malanea. Aubl.

2. — *lobi* 4-5 *incurvo-conniventes*, saepissime setula inflexa acuminati. Calycis limb. obsoletus Stam. 4-5, inclusa, anth. linear. Styl. inclusus v. exsertus, summo apice 2-fid. Mericarpia oblonga v. semiovata. (Habitus varius; fl. nunc spicati imbricato-bracteati aut involucrato-capitati, nunc interrupte fasciculati. — *Eur. austr., Afr. bor., Asia occ. — austr.*) . . . . . . Crucianella. L.

Tribus XIII. *OPERCULARIEAE.*

a. Calycis limbus nullus. Cor. 3-5-fida. Stam. 1-5. Semina tuberculosa rugosa. (Hbae suffrutescentes; fol. oppos., stip. liberis subulatis utrinque stipata; pedunc. term. 7-10 umbellati, bracteis 2 foliaceis et stipulis 2 parvis involucrati, apice capitula distincta parva gerentes; capitula singula involucello cincta gamophyllo turbinato-campanulato apice obtuse 8-10-dentato flores 3 concretos includente. — *Nov. Holl.*) . . . . . . Pomax. SOLAND.

b. — *limbus 3-4-lobus.* Sem. sublaevia. Caet. Pomacis. (Capitula globosa term. pedunc. aut sessilia, involucro generali saepe nullo, involucella acute 8-10-dentata. Caet. fere omnino Pomacis. — *Nov. Holl., Nov. Zeeland.* Opercularia. (JUSS.) A. RICH.

*CIX. LYGODYSODEACEAE.

Genus unicum: Calyx ovato-globosus, limbo acuto 5-dentato persist. Cor. tubulosa calycis dentes longe superans, fauce hirsuta, lobis 5 subrevolutis. Anth. intra tubum sessiles, oblongae. Stylus tubo aequalis; stig. 2 gracilia exserta. Fr. indehisc., subcompresso-ovoid., coronatus, cortice (calyce) crustaceo demum fragili et a basi 4-fariam v. irregulariter rumpente. Sem. compresso-plana ab apice funiculor. filiformium adscendentium pendula. Album. 0. Embryo rectus, foliaceo-compressus, radic. infera brevi. (Frut. scandent., fol. oppos.; stip. breves, petiolos jungentes; panic. ax. foliosae, laxae, paucifl. — *Peruvia, Mexico.*) . . . . Lygodysodea. R. et P.

CX. VALERIANEAE.

A. Flores involucello proprio destituti (cfr. Nardostachys).

I. Stamina 4 (rarius 5) imo corollae tubo adnata, lobis alterna, sinu supremo plerumque vacuo (cfr. Patrinia). Cor. regularis, ecalcarata, obtuse 5-loba. Caps. calycis limbo coronata 3-loc., loc. 2 vacuis, tertio fertili 1-spermo.

1. *Calycis limbus truncatus, aut brevissimus 5-dentat. erect.* Stam. 4, raro 5. Stig. 3-gono-capitatum. Caps. basi saepissime bracteae paleaeformi adnata, loculis sterilibus saepe crassis. (Hbae; fol. pleraque pinnatiloba; fl. corymbosi aurei, raro albi. — *Asia temp. et bor., Amer. bor. - occid.*) . . . . . . Patrinia. JUSS.
2. *Calycis limbus 5-partitus, lob. foliaceis majusculis* ovato-oblong. acutis subdenticulatis. Cor. fauce barbata. Stigma capitat. Caps. calycis lobis fere brevior. (Hbae; rad. aromaticae; caulis simpl.; fol. integra, radical. longa, caulina sessilia; fl. cymoso-fasciculati, aut nudi aut involucello 00-phyllo patulo suffulti purpurei, bract. liberis. — *Bengal., Mont., Himalay.*) . . . . . . Nardostachys. DC.

II. Stamina 3 (cfr. Dufresnea), **rarius 1**, (v. Centranthus).

A. Calycis limbus per anthesin erectus v. patens aut obsoletus (nec involutus et demum in pappum plumosum expansus).

I. Calycis limb. 3-partitus, lobis foliaceis inaequalibus.

1. *Calycis lobi majusculi, dentati, reticulati, persistentes, demum accrescentes.* Cor. tubus clavatus, limbo subinaequaliter et obtuse 5-lobo. Stam. 3? Styl.....? Caps. coronata, membranacea, indehisc., villosissima, loc. 1 fertili compresso et 2 sterilib. cylindraceis. (Hbula basi suffrutesc., fol. integerr., cymis confertis subcapitatis, bract. oblong. patulis serratis, fl. roseis? parv., abortu monoicis? — *Persia.*) . . . . . . Dufresnea. DC.
2. — *lobi breves, acuti, decidui.* Cor. campanulata, minuta, limbo 10-fido aequali plano, lobis obtusis brevib. Stam. 3. Stylus filiform., stig. crassiusculo. Achaenium (ut germ. inferum) ovatum, sulcat., hirsutum. (Frut. procumb. ramosus nodosus, fol. oppos. oblong. subcrenat. tomentos., racemis subterminal., fl. albo-rubris. — *Cochinch.*) . . . . . . ?*Axia. LOUR.

II. Calycis limb. aut brevis integer, aut obsolete denticulatus, aut in dentes lobosve varios 5-9-partitus, (cfr. Valerianella). Cor. infundibuliform., 5-loba. Stam. 3.

a. Caps. 1-loc., triquetra, apice nuda. Calycis limb. 1-dentatus, decid. (Hba simplex, fol. indivisis, cymis axillar. pedunculat. parvis, fl. parv. albis. — *Chile.*) . . . . . . Betkea. DC.

b. — *2-loc.*, loc. uno 1-sp., altero vacuo medio sulco notato ideoque verosim. e duobus (septo evanido) conflato. Cal. brevissimus sub-5-dent., aut subcampanulatus. Cor. basi hinc gibba, subcalcarata. Styl. apice 3-fidus, stig. gracilibus. (Hbae, fol. inciso-dentat. v. pinnatisectis, fl. paniculat. v. corymbos. albis. — *Peruvia, Chile.*) . . . . . . Astrephia. DUFR.

c. — *3-loc., indehisc.* (cfr. Valerianella).

1. *Cor. regularis, ecalcarata, 5-loba.* Calycis limb. persist., nunc brevis truncatus v. obsolete dentat., nunc major subinfundibuliform. et in dentes 3-00 angustos aut lobos 5-12 saepe inaequales erectos v. recurvos v. demum conniventes divisus. Stigma 3-fid. v. subindivis. Caps. submembranacea, plerumque coronata, loc. 1-2 fertil., 2-1 vacuis, sterilibus quandoque septo incompleto in unum confluentibus. (Hb. dichotomae, fol. indivis. dentat. v. pinnatifidis; fl. in dichotomiis solitar. aut cymoso-fasciculati, bracteati, parvi, albi coerul. v. rosei. — *Eur., Asia temp., Amer., Afr. bor.*) . . . . . . Valerianella. (TOURN.) MOENCH.
2. — *basi breve calcarata, antice gibba, limbo 2-labiato-5-fido.* Cal. limb. integerr., rectus. Caps. cartilaginea, loc. 1 fertili, 2 vacuis apertis alaeformibus. (Hba, habitu media Fediam inter et Centranthum, fl. verticillato-congestis roseis monoicis, bract. 00-fidis. — *Amer. bor. occid.*) . . . . . . Plectritis. DC.

B. Calycis limb. per anthesin involutus, deinde expansus pappiformis 00-setus decid., setis plumosis. Cor. tub. obconic. v. cylindraceus, limbo 5- raro 3-lobo aequali v. inaequali. Fruct. indehisc., maturus 1-loc. 1-sp., junior 3-loc., loc. 2 vacuis. (Hbae v. suffrut., fol. indivis. v. laciniat.)

1. *Cor. basi calcarata. Stamen* 1. (Cymae paniculatae, fl. secundis alb. v. rubris. — *Eur., Afr. bor., Asia occid.*) . . . Centranthus. DC.
2. — — *aequalis aut gibba* (nec calcarata), limbo interdum 3-lobo. *Stam.* 3. (Rad. saepe aromaticae; fl. cymoso-corymbosi, capitati aut paniculati, albi, rarius rosei coerul. v. flavi. — *Patria diffusa, — excl.? Australia.*) . . Valeriana. (L.) NECK.

III. Stamina 2. Calycis limb. brevis, rectus, lobis 4 subulatis inaequal. Cor. tubus filiform., ecalcarat., limbo inaequaliter 5-lobo subringente. Stigma 2-fid. Fruct. subfungosus, indehisc., 3-loc., loc. 2 vacuis angustis, tertio 1-sp. latiore. (Hb. habitu Valerianellae, fl. cymos. v. capitato-corymbosis roseis v. purpur., bract. adpressis. — *Region., Mediterran., Chile.*) . . . . . . Fedia. MOENCH.

B. Flor. singuli suffulti involucello proprio duplici erecto persist.,

exteriore 4-partito laxiusculo 4-carinato, interiore anguste tubuloso breve 8-dentato 8-costato calycem inclusum arcte cingente. Cal. limb. minutus, 4-dentat., persist. Cor. infundibuliform., regular. (nec calcarata nec gibba) limbo 5-lobo patulo. Stam. 3, basi tubi adnata, anth. exsertis. Stigma capitat. Utriculus apice attenuatus, 1-sp. (Hba superne glanduloso-pilosa, fol. pinnatilobis et dentatis, corymb. term. 3-radiatis, radiis 3-floris, fl. parvis puberulis. — *Napalia.*) . . . . . . Triplostegia. WALL.

CXI. DIPSACEAE.

A. Flores in foliorum superiorum axillis aggregato-verticillati, singuli involucello suffulti calyciformi libero infundibuliformi dentibus spinescentib. inaequalibus coronato. . . . . Tribus I. *MORINEAE.*

Calycis tubus ovatus, limbo foliaceo 2-lobo, lobis oblong. integris aut emarginat. v. irregulariter dentatis. Cor. longe tubulosa, ringens, 5-loba. Stam. 4, nunc libera didynama, nunc geminatim diadelpha. Stigma peltato-capitatum. Fr. calycis lobis coronatus, involucello arcte inclusus. (Hbae perennes, fere Cardui facie, fol. oblong. sinuato-pinnatifidis spinoso-dentatis, rarius integerr., floralib. breviorib. subpalmato-spinosis. — *Graecia, Asia occ. austr. Napal.*) . . . . Morina. Tourn.

B. Flores capitato-aggregati in receptaculo (globoso, hemisphaer., conico v. subcylindrico) **involucro communi 00-phyllo suffulto,** singuli involucello proprio calyciformi cincti et saepe bracteolis paleaeformib. interstincti. Cor. regular. aut 2-labiata (nec ringens) 4-5-loba. Stam. 4-5, libera subaequalia. . . . . Tribus II. *SCABIOSEAE.*

I. **Calycis limbus brevisetus v. ciliatus** (nec aristato- nec plumoso-papposus) subcyathiformis v. discoideus. — (*Europa, Asia, Afr.*)

A. ***Receptaculum paleis flores superantibus praeditum.*** Involucelli (saepissime 4-goni, 8-sulcati) margo plus minus dentatus v. inaequaliter setosus. Corolla 4-fida (alba, ochroleuca v. lilacina). Stam. 4. Stigma longitudinale. Fruct. calycis limbo coronatus, involucello inclusus. (Fol. dentata v. pinnato-laciniata; capit. term.)

1. *Involucr. commune paleis receptaculi longius.* Paleae subfoliaceae, acuminatae. (Hbae biennes, pilosae v. aculeatae; capit. oblongo-cylindracea v. ovata v. subglobosa.) . . . . Dipsacus. Tourn.

2. — *commune paleis brevius*, imbricatum. Involucell. interdum compressum. (Hbae perenn., inermes, capit. globosis, paleis exteriorib. sterilib.) . . . . Cephalaria. Schrad.

B. ***Recept. paleis destitutum, hirsutum.*** Involucell. compressum, 4-foveolatum, fructum arcte cingens, apice denticulat. v. ciliatum, stipite brevi suffultum. Cal. limb. sessil., breve ciliatus. Cor. 4-5-fida, plus minus irregularis. Stam. 4. (Habitus etc. omnino Scabiosae. — *Eur., Asia occid., Afr. bor.*) . . . . Knautia. (L.) Coult.

II. **Calycis limbus margine productus in setas v. aristas 5-4-1 longas** (rarius breves) demum plus minus stellatim patulas (nunquam plumosas) basi stipitatus (i. e. supra germen in collum attenuato-constrictus) rarius subsessilis. Involucr. 00-phyllum. Receptac. paleaceum. Involucell. 8-foveolatum v. 8-sulcat., saepius subcylindricum. Cor. et stam. Knautiae. (Hbae perenn. v. suffrut., fol. integr. v. dentat. v. laciniat., capit. plerumque depresso-hemisphaer. — *Eur., Asia, Afr.*) . . . . Scabiosa. (L.) R. et Sch.

III. **Calycis limb.** (sessil., rarius substipitatus) **pappiformis, radiato-00-setosus, setis plumosis.** Involucr. 2-seriatim 4-6-phyllum. Recept. villosum v. paleaceum. Involucell. dentat. v. aristatum, costatum, rarius sublaeve. Cor. 5-fid. Stam. 4, rarius 3-2. (Caet Scabiosae. — *Eur. austr., Ins. Canar., Afr. bor., Asia occid.*) . . . . Pterocephalus. Vaill.

CXII. CALYCEREAE.

I. **Flores omnes fertiles.**

a. Involucri squamae 7-12 usque ad medium v. ultra concretae. Styl. longe exsertus.

1. *Receptaculi paleae fimbrilliformes acutae, in alveolas concretae.* Involucr. dentatum, squamis circiter 12 longe connatis. Calycis lobi 5 elliptici obtusiusculi. Cor. 5-fidae, 10-nerv. Anth. inclusae, apterae, ecaudatae; filam. apice discreta. Styl. tenuis, apice vix capitatus. Fr. . . . . ? (Hba demissa, glaberr., habitu fere Valerianae saliuncae, fol. rosulatis subspathulat. integerr. — *Chile.*) . . . . Gamocarpha. DC.

2. — *(parvi convexi) paleolae apice subdilatatae, floribus interjectae.* Involucri squamae 7-8 ad medium connatae, dentibus saepe interjectis. Flor. omnes subconsimiles. Calycis lobi ovario breviores, membranacei, integri v. inciso-dentati. Cor. tubus gracilis, limbo campanulato ultra medium 5-fido. Styl. simplex. Achaenium 2-alatum? (Hbae erect. glabrae v. villosae, fol. alt. pinnatipart., capit. term. hemisphaer. — *Amer. austr. temp.*) . . . . . . Boopis. Juss.

b. Involucri squamae 5-7 (v. plures?) vix basi concretae inaequales. Recept. subglobos., paleis tenuissimis setaceo-subulatis, florib. interjectis. Flor. dissimiles promiscui. Cal. lobi in aliis valde elongati indurati corniformes, in aliis squamacei ovales obtusi. Cor. tub. gracilis limbo obconico-elongato vix semi-5-fido, infra sinus coarctato. Caet. ign. (Hbae glabr. v. pilosae, fol. integr. v. grosse dentat., capit. term. — *Chile.*) . . . . Calycera (Cav.) Rich.

II. **Flores centrales styli abortu steriles, laterales ☿ ovariis dense concretis.** Invol. squamae 5, basi concretae aut liberae. Recept. oblong., paleis vix conspicuis. Cal. lobi 5 post anthesin excrescentes indurati conico-spiniformes. Cor. limbus infundibuliform. (Hbae pleraeque glabrae, fol. indivisis, capit. oppositifoliis. — *Brasil, Mexico.*) . . . . Acicarpha. Juss.

CXIII. COMPOSITAE.

Conspectus subordinum et tribuum.

I. **Flores cujusque capituli interiores (rarius omnes) tubulosi regulariter 5-fidi** (rarius 4-3-fidi aut plus minus irregulares, rarissime subbilabiati, cfr. Vernoniaceae, Diplopappeae et Tarchonantheae in Asteroideis; Tagetineae, Helenieae, Anthemideae in Senecionideis et nonnullae Cynareae, quarum tab. synopt. v. infra). . . . . **Subordo I. TUBULIFLORAE.**

A. **Stylus florum ☿ cylindraceus** (nec apice nodoso-incrassatus).

I. Styli rami aequaliter et longiuscule hispidi (rarissime glabriusculi, cfr. Heterocomeae, Bojerieae, Pectideae) ***subulati,*** elongati, rarius breves obtusi. Glandularum stigmatis series ante medios styli ramos desinentes. Pollen globosum, echinulatum. Capitula homogama, rarius heterogama (cfr. Pectideae) rarissime dioica (cfr. Heterocomeae), saepe 1- v. pauciflora (v. Euvernonieae), discoidea, rarius radiata. Cor. interdum palmatae (cfr. Heterocomeae, Elephantopeae), v. obscure 2-labiatae (v. Eupectideae). . . . . Tribus I. *VERNONIACEAE.*

II. — rami extus superne breviter pubescentes v. papillosi.

a. Styli rami longi, subclavellati, extus superne puberulo-papillosi. Stigmatis series parum prominentes, saepe ante medios styli ramos desinentes. . . . . Tribus II. *EUPATORIACEAE.*

b. — rami lineares, extus subplani et superne aequaliter minuteque puberuli. Stigmatis series prominulae, circiter usque ad originem pubis exterioris extensae. . . . . Tribus III. *ASTEROIDEAE.*

III. Styli rami lineares, apice penicillati, nunc truncati, nunc ultra penicillum producti in conum brevem aut appendiculam elongatam angustam hispidulam. Stigmatis series prominulae, latiusculae, usque ad penicillum extensae. . . . . Tribus IV. *SENECIONIDEAE.*

B. **Stylus florum ☿ superne nodoso-incrassatus** et saepe ad nodum penicillatus, ramis nunc connatis nunc liberis extus puberulis. Stigmatis series non prominulae, apicem ramorum attingentes ibique confluentes. . . . . Tribus V. *CYNAREAE.*

II. (v. pag. sequ.)

COMPOSITAE.
(Continuat.)

II. Flores ☿ aut omnes aut ex parte bilabiati, rarius varie irregulares nec 2-labiati aut plus minus regulares (cfr. infra tab. synopt. tribuum). . . . . **Subordo II.** LABIATIFLORAE.

A. Stylus florum ☿ superne cylindraceus aut subnodosus, ramis saepius obtusis v. truncatis extus valde convexis et in parte superiore pube minuta aequali (rarius nulla) vestitis. . . **Tribus VI.** *MUTISIACEAE.*

B. — *florum ☿ nunquam nodoso-incrassatus*, ramis longiusculis linearibus truncatis apiceque solo penicillatis. . . . . **Tribus VII.** *NASSAUVIACEAE.*

III. Flores omnes ☿ ligulati (s. semiflosculosi) . . . . **Subordo III.** LIGULIFLORAE.

Stylus superne cylindraceus, ramis longiusculis obtusiusculis aequaliter pubescenti-hirtellis. Stigmatis series ante medios styli ramos desinentes. (Stirpes lactescentes, alternifoliae.) . . . . **Tribus VIII.** *CICHORACEAE.*

Tribus I. *VERNONIACEAE.*

Conspectus divisionum.

I. Capitula discoidea, flosculosa (raro subradiata, cfr. Heterocomeae, Bojericae), **homogama** (rarissime dioica, v. Heterocomeae). Styli rami elongati, acuminati. (Folia alterna, rarius opposita. Flor. albi aut coerulei v. purpurei.) . . . . Subtribus I. VERNONIEAE.

A. **Antherae basi ecaudatae,** interdum apice appendiculatae (cfr. Heterocomeae).

I. ***Involucrum teres*** (nec compressum) ***00-phyllum,*** squamis multiseriatis imbricatis (rarius sub-2-seriatis, cfr. Ethulieae, Heterocomeae). Capitula discoidea 1-00-flora. Receptac. nudum aut alveolatum v. fimbrilliferum, vix unquam vere paleaceum (excl. Heterocoma) Corolla tubulosa regularis aut subpalmata (cfr. Heterocomeae). Styli rami semisubulati. . . . . Divisio I. EUVERNONIEAE.

a. Pappus nullus aut 1-serialis coroniformis (rarius biformis v. Herderia). Corolla interdum 3-4-fida (cfr. Sparganophorus). Capit. 1- v. 00-flora, distincta (nec in glomerulum concreta). Involucr. 00-seriale, imbricatum (raro 2-seriale, v. Herderia. — Folia alterna.) . . . . *Subdivisio I.* ETHULIEAE.

b. — 1-2-00-*serialis,* seriebus omnibus aut saltem interiore plerumque setiformi aut angustissime ligulata.

1. Capitula discreta (nec in glomerulum concreta) 1-2-00-flosculosa, raro subradiata (v. Bechium, Stokesia) aut dioica (v. Webbia). Involucr. interdum 2-seriale (cfr. Bechium, Stilpnopappus). Corollae interdum palmatae (v. Bechium, Stokesia). Antherae interdum apice appendiculatae (v. Blanchetia, Platycarpha). Styli rami raro glabriusculi (cfr. Pacourina). Pappus interior setiformis (rarius paleaceus, cfr. Piptocoma, Strophopappus, Blanchetia, Platycarpha, Odontocarpha), exterior squamellatus aut rarissime coroniformis. (Fol. alterna, raro oppos., cfr. Vernonia, Blanchetia). *Subdivisio II.* HETEROCOMEAE.

2. — in glomerulum concreta v. fasciculata, 1-4-rarius 00-flora. Pappus setiform. aut paleaceus, 2-00- raro 1-serialis. . . . . *Subdivisio III.* ALBERTINIEAE.

II. ***Involucr. compressum, pluriseriale,*** squamis cujusque seriei 4, alternis conduplicatis, alternis planis, distichis. Capitula discoidea, pauciflora. Recept. nudum aut alveolatum. Corollae palmatae. Styli rami semisubulati. (Fol. alterna.) . . . . Divisio II. ELEPHANTOPEAE.

III. ***Involucr. 1-seriale, ad summum 4-5-phyllum,*** saepe gamophyllum, raro diphyllum basi breviter bracteolatum. Capit. 1-flora, interdum inter se concreta v. dense adgregata (cfr. Gundelia, Spiracantha, Lagascea). Cor. 5-fida, regularis. Pappus brevis, sapissime 1-serialis et coroniformis. (Fol. saepe opposita, v. Lagascea, Trichospira.) Divisio III. ROLANDREAE.

B. **Antherae basi 2-caudatae.** Capit. pluriflora, homogama. Involucr. 00-seriale, imbricatum. Corollae aequales, 5-fidae, exteriores interdum majores (v. Centauropsis). Styli rami interdum glabriusculi (cfr. Synchodendron, Bojeria) Pappus 1-serialis (cfr. Centauropsis) setosus. (Folia alterna. — *Madagascar.*) . . . . Divisio IV. BOJERIEAE.

II. Capitula radiata, heterogama (nec discoidea). Styli flor. ☿ apice obtusi nec acuminati (cfr. Liabeae) ramis interdum glabris v. subglabris. (Hbae v. frut., fol. oppos., rarius alternis, cfr. Xanthisma, Hectorea, flor. saepe flavis. — *America*) . . . . Subtrib. II. PECTIDEAE.

1. *Corollae disci regulariter 5-fidae.* Styli rami elongati, plerumque obtusi, interdum parce et minute pubescentes (cfr. Xanthisma, Liabum, Hectorea). Pappus 2-pluriserialis, rarius 1-serial. (v. Liabum) aut nullus (v. Cacosmia). Involucr. 00-seriale, imbricat., rarius 2-seriale (v. Alibum). — (Fol. eglandulosa, eciliata, subtus tomentosa.) . . . . Divisio I. LIABEAE.

2. *Corollae disci saepe irregulares 2-labiatae* (sc. lobo exteriore profundius fisso, interiore 4-dentato) rarius regulariter 5-dentatae. Anth. ecaudatae. Styli rami abbreviati, semicylindracei (florum radii glabri). Achaenia angulata, basi attenuata, callo basilari. Pappus flavescens. Recept. nudum. Involucr. 1-seriale. (Hbae glabriusculae, saepius annuae; fol. glandulosa, pellucido-punct., basi saepius ciliata et linea transversali subconnata.) . . . . Divisio II. EUPECTIDEAE.

Subtribus I. VERNONIEAE.

Divisio I. *EUVERNONIEAE.* *Subdivisio I.* ETHULIEAE.

A. Capitula 1-flora. Involucr. oblongo-cylindraceum, imbricat., squamis siccis 1-nerv., interiorib. longioribus. Recept. punctiforme. Cor. regular., limbo 5-fido, lobis parte integra breviorib. acuminatis. Filam. laevia. Achaenia glaberrima, nectario alveolari. (Fol. alt., petiolata; corymbi terminal.)

1. *Pappus* 0. Invol. squamae coriaceae. Cor. limbus a tubo non distinctus, profunde 5-fid., parte integra glabra. Anth. inclusae; filam. glabra. Achaen. obconicum, breve sulcat., disco epigyno orbe glandularum notato. (Frut., fol. subintegerr. glabr., corymb. dichotomis condensatis, coroll. roseis. — *Antill.*) . . . . Adenocyclus. Less.

2. — *coroniform.*, 1-*serialis*, coriaceus, brevis, apice aequaliter et acute 00-fido-dentatus. Cor. glabra. Achaen. breve. (Arbusc., ramis fuscescenti-tomentosis; fol. integerr., subtus pulverulento-tomentosa; corymbi subsess., ramosissimi, capitul. fasciculato-congestis, fl. albidis? — *Amer. trop.*) . . Odontoloma. H. B. K.

B. Capitula 00-flora. Involucr. teres, 2-pluriseriale. Recept. nudum. Cor. regular. (Hbae ramosae, fol. alt.)

I. Pappus 0. Capit. aequaliflora. Involucr. patens, squamis scariosis glabris acutis, basi foliis inaequalib. capitulo longioribus cinctum. Recept. latum. Achaen. apice rotundatum, glandulosum, 10-costat., disco epigyno parvo. (Hba basi repens, fol. serrat., capit. oppositifol. solitar. longe pedunculat., fl. pallidis. — *Brasil.*, *Ind. or.*) . . . . Oiospermum. Less.

II. — 1-*serialis*, coroniform. aut biformis. Achaenia glabra. (Hbae ramosae; fol. plerumque serratis.)

a. Corolla 3- rarissime 4-fida, lobis acuminatis tubo et fauce subcontinuis brevioribus. Anth. inclusae; filam. laevia. Achaen. oblique obpyramidata, 3-5-costata glandulosa, collo apicali magno. Pappus coroniform., brevis, cartilagineus, crenulatus. (Capit. ax. sessil. aequalifl., involucr. squarros., squamis siccis imbricatis. — *Amer. et Afr. trop.*) . . . . Sparganophorus. Vaill.

b. — 5-fida, (rosea aut purpurasc.).

1. *Pappus coroniform.*, *minimus*, *carnosus*, *integerrimus.* Achaen. obpyramidata, 4-quetra, 4-costata, glandulosa, apice truncata 4-5-gona. Involucr. pluriseriale, teres, squamis subfoliaceis acutis. Cor. limbus campanulatus, lobis acuminatis parte integra brevioribus. Anth. inclusae. (Fol. pellucido-punctata; capit. corymbosa, pisiformia. — *Ind or.*, *Afr.*, *Brasil.*) . . . . Ethulia. (L.) Cass.

2. — *biformis* (1-*serial.*) *constans paleis* 8-10 *crassis* oblongis obtus., interdum emarginatis ciliatis, demum stellato-patentibus, *et setis* 2-3 *elongatis* rigidis scabris ex achaenii angulis ortis. Achaen. 3- rarius 4-quetra, prismatica, in involucro dense conferta, annulo cupulari coronata, angulis nerviformibus. Invol. 2-seriale, campanulatum, squam. foliaceis oblong. aequalib. Recept. planum. Cor. lobi extus glandulosi. (Capit. term., solitar., discoidea, homogama. — *Senegal.*) . . . . Herderia. Cass.

COMPOSITAE.

Tribus I. *VERNONIACEAE.* *Subtribus I.* VERNONIEAE.

Divisio I. *EUVERNONIEAE.*

(Continuat.)

Subdivisio II. HETEROCOMEAE.

A. Capitula 3-00-flora (cfr. Vernonia).

I. Capitula homogama (i. e. florib. omnibus ☿) saltem nunquam dioica.

A. Capitula aequaliflora (sc. floribus periphericis ab illis disci non diversis, nec radiantib., nec palmatis).

I. Recept. paleaceum, ad palearum axillas alveolis 1-floris notatum, paleis involucri squamas referentibus caducis. Capit. 00-fl. Involucr. campanulat., subteres, squamis coriaceis siccis plurinerviis, interiorib. sublongiorib. subpungentibus. Cor. regular., lob. 5 linearib. tubo tereti longiorib. Anth. subexsertae. Achaen. oblongo-cylindraceum, glabr., disco epigyno magno, nectario alveolari. Pappus 2-serialis, serie ext. brevi coronaeformi cartilaginea crenata, interiore setis longis filiform. apice serratis rigidis caducis. (Suffrut., fol. alt., capitulis axillar. sessil. — *Brasil.*) . . . . Heterocoma. DC.

II. — ***nudum*** (nec paleaceum, nec fimbrilliferum, nec manifeste alveolat. v. areolatum, cfr. Strophopappus).

A. Pappus pluriserialis, brevis, pilis rigidis crassiusculis denticulatis, interioribus basi subconcretis. Capit. 00-fl. Involucr. flores subaequans, squamis latis ovali-oblong. parallelinerviis margine membranaceis, exter. foliaceis spina terminatis, inter. siccis obtusis. Recept. planum, carnosum. Cor. regular., tubo brevi, fauce cylindrica, lobis 5 subacuminatis parte integra brevioribus. Anth. inclusae. Styli rami glabriusculi. Achaen. longe cylindracea, glabra, cortice crasso enervio. (Hbae glabrae, fol. alt., petiolo marginato subamplexicauli, capit. oppositifol. v. lateral.? solitar., sessil., fl. purpureis. — *Amer. austr. trop.*) . . . . Pacourina. AUBL.

B. — 2-serialis (cfr. Vernonia, Blanchetia).

*a. **Pappi series inter se dissimiles*** (cfr. Vernonia). Discus epigynus magnus. Cor. regular., fere semper glabra, limbo 5-fido.

1. *Achaenium callo basilari cartilagineo praeditum.* Pappus 2- (rarius pluri?-aut 1-) serialis, serie inter. setiformi externam saepe paleaceam longe superante rarius subaequali. Capit. pluri- v. multi- raro 1-flora. Invol. floribus brevius, squamis interiorib. longioribus. Recept. nudum, rarius alveolato-fimbrillosum. Cor. lobi parti integrae subaequales. Filam. laevia. (Hb., frut. v. arbusc., habitu vario; fol. alt., rariss. oppos., saepe glandulosa; inflor. varia, capit. saepe spicatis aut in panic. scorpioideas digestis; cor. roseae v. albae, nunquam? flavae. — *Patria extra Europ. diffusa.*) . . . . Vernonia. SCHREB.
2. *Achaenium obcompressum, angulat., glabr., nectario styliformi.* Pappi series exter. Heterocomae, interior 00-paleacea, paleis longis planiusculis subserratis caducis saepe tortis. Capit. pluriflora. Invol. ovato-cylindric., squamis coriaceis siccis ovato- v. obovato-oblongis. Recept. nudum, angustum. Cor. tubo longo, lobis acuminat. glandulosis parte integra breviorib. Anth. inclusae. (Suffrut., fol. alt. integris 1-nerv. subtus ramisque tomentosis; capit. ad ramor. extremit. 00 subsessil. subumbellato-glomerata, fl. roseis v. purpur. — *Amer. trop.*) . . . . Piptocoma. CASS.

*b. **Pappi series consimiles.*** (Folia subintegra, subtus tomentosa, capit. sessil. v. subsessilia. — *Brasil.*)

1. *Achaen. glaberrimum,* obovato-oblong., sub-5-gonum, striatulum. Pappi squamellae circiter 2-seriales, subaequal., linear., rigidulae, subciliatae, caducissimae. Capit. 8-10-fl. Invol. ovatum, squamis ovat. mucronato-acuminatis. Recept. nudum, angustum. Cor. profunde et subaequaliter 5-fidae. Anth. exsertae, basi obtusae, apice acute appendiculatae. Styli rami exserti, hispidi, acuminati. (Hbae suffrutesc. ramosiss., pube stellata rufo-cana in ramis setis nigris intermixta; fol. alt. v. oppos.; capit. subaraneosa, in cymam umbellatam foliosam disposita.) Blanchetia. DC.
2. — *villosissimum.* Pappi ligulae utriusque seriei planae, elongatae, acuminatae, aequales, nitentes. Capit. 00-fl. Invol. squamae ovali-oblong., obtusae, apice extus subtomentosae. Recept. vix alveolatum. Flor. . . . ? (Frut., fol. alt. coriac., capit. axillar. et subterm. geminis folio breviorib.) . . . . Strophopappus. DC.

C. Pappus 1-serialis (cfr. Platycarpha). Achaen. subcylindracea. Cor. violaceae v. purpurasc., limbo regulari 5-fido.

*a. **Corollae tubus brevissimus,*** pappo brevior, faux oblonga tubo latior, lobis acutiusculis. Capit. pluriflora. Invol. oblongo-cylindric., squamis adpressis. Recept. angustum, nudum. Filam. glabra? brevia; anth. ecaudatae. Styli rami breve exserti, subulati, hispiduli. Achaen. adpresse sericeo-villosa, striata. Papp. persist., paleis 7-8 lanceolat. acut. apice serrulatis. (Hb. suffrutesc., ramis apice 1-cephalis, fol. alt. linear. ciliolatis; capit. oblonga, foliis parvis siccis suffulta. — *Chile.*) . . . . Odontocarpha. DC.

*b. **Corollae tubus elongatus, gracilis.*** Filam. laevia. Achaen. glabra. Capit. multiflora.

1. *Involucr. pluriseriale, squamis lanceolat. elongat. integris acut. membranaceis,* interior. angustiorib. fere paleas receptaculi simulantibus. Cor. tub. longissimus, extus (praesertim superne) hispidulus, lobis linearibus. Filam. glabra. Anth. basi ecaudatae, apice obtuse et subaequaliter appendiculatae. Stigm. 2 longa, apice divergentia, teretiuscula, fere undique papillosa. Pappus persist., 1-serial.?, constans paleis 7-9 scariosis albis linearib. acuminatis integerrimis. (Hba, fol. radical. longis pinnatipartit. subtus albo-tomentosis supra arachnoideis, capit. ad collum congestis sessil. — *Afr. austr.*) . . . . Platycarpha. LESS.
2. *Involucr. campanulatum, quasi duplex, sc. foliis floralibus magnis cinctum* involucri veri foliolis siccis, exteriorib. brevioribus. Recept. planum, nudum. Cor. lobi acuminati, glabri, tubo breviores. Anth. inclusae. Achaen. oblong., glandulos., collo apicali parum prominulo. Pappus 1-serial., setis serrulatis inaequalib. rigidis caducissimis. (Suffrut. v. hb., fol. alt. serrat., capit. term. pedunculat. — *Amer. trop.*) . . . . Centratherum. CASS.

III. Recept. alveolatum aut areolatum (cfr. Strophopappus, Stilpnopappus).

a. Pappus 1-serialis, setis rigidis deciduis. Recept. planum. Capit. 00-fl. homogama. (Hbae fol. alt.)

1. *Involucr. hemisphaer., squamis lanceolatis aristatis apice non adpressis.* Recept. alveolato-subfimbrilliferum. Cor. tubulosa, inaequaliter 5-fida. Achaen. prismatico-5-gona, glabra, areola terminali subcupulata. Pappi setae imae basi distinctissimae, subscabrae, deciduae. (Fol. subtus plus minus villosa; capit. ad ramorum apices pauca pedicellata, corymbosa, ebracteata; fl. coerulesc. — *Ind. or., Ins. Marian., Madagasc.*) . . . . Cyanopis. BLUME.
2. — *nunc bracteis foliaceis cinctum, nunc nudum, squamis interior. apice muticis,* exter. breviorib. aristato-cuspidatis. Recept. alveolat. Achaen. nervis 10 prominulis angulatum, saepius glabrum. Pappi setae crassae, dense barbellatae, juniores basi in annulum connatae, demum facile et segregatim deciduae. (Fol. petiolata, dentata; capit. ad ramor. apices solitar., rarius corymbosa pedunc.; fl. purpurei. — *Ind. or., ins. Mascaren., Molucc., Afr. trop.*) . . . . Decaneurum. DC.

b. Pappus 2-serialis.

1. *Recept. vix alveolatum.* Pappi ligulae utriusque seriei aequales, planae. Caet. v. supra. (*Strophopappus.*)
2. — *areolatum, areolis in dentes v. fimbrillas breves exsertis.* Pappi paleae utriusque seriei circiter 10 coriaceae, exteriores nunc interiorib. subaequales nunc dimidio breviores latiores denticulatae, inter. lineares barbellatae. Invol. squamae apice appendiculatae. Caet. Vernoniae. (Frut., fol. alt. integerr. ramulisque tomentosis, capit. dense corymbos. — *Ins. Mascarenh.*) Distephanus. CASS.
3. — *areolato-subfimbrillosum* (saepius nudum.) Caet. v. supra. (*Vernoniae* sp., praecipue sect. I. et II. DC.)

IV. Recept. fimbrillosum.

a. Pappus setaceus, 1-serialis. Caet. v. supra. (*Cyanopis.*)

b. — *paleaceus* (cfr. supra *Vernonia*).

1. *Pappus multiserialis, persist., squamellis rigidulis,* exter. lineari-filiform., interior. basi membranaceis latiorib. sensim acuminatis. Achaen. crassa, sub-3-gona, villosissima, apice glabra sub pappo paulo contracta. Capit. 5-fl., homogama. Invol. ovato-oblong., squam. imbricat. latis obtus. apice spinuloso-mucronat. Recept. angustum. Cor. glabra, profunde 5-fida, lob. linear. aequal. Filam. brevia; glabra. Styli a medio setis erectis hispidis, ramis longissimis totis hispidis. (Suffrut. rigidus; fol. alt. spiniform; capit. ax. solitar. sed foliis approximatis congesta subcapitata; flor. pallidi. — *Amer. austr.*) Hoplophyllum. DC.
2. — 2-*serial., paleis omn. planis nitidis,* int. exteriorib. duplo longiorib. vix numerosiorib. Achaen. villosa. Capit. 00-fl., homogama. Invol. campanulat., squamis circ. 2-serialib. aequal. acuminatis. Recept. alveolato-fimbrilliferum. Flor. . . . ? (Hbae. — *Brasil.*) . . . . Stilpnopappus. MART.

B. Capit. inaequaliflora, etc. (v. pag. sequ.)

COMPOSITAE.

Tribus I. *VERNONIACEAE.* *Subtribus I.* VERNONIEAE.

Div. I. *EUVERNONIEAE.* *Subdiv. II.* HETEROCOMEAE.

(Continuat.)

B. Capitula inaequaliflora, plus minus radiatiformia, 00-flora, corollis (saepius palmatis) periphericis majoribus aut dissimilib. Pappus 1-serialis. (Hbae fol. alt. aut radical., capit. term.)

1. *Corollae tubulosae, 5-fidae, exteriores subpalmatae. Receptac. alveolare.* Involucr. subimbricatum, squam. 2-3-serial., subaequilongis, interior. angustiorib. glabris apice coloratis. Styli rami elongati, hispidi. Achaen. teretiusc., villosum. Papp. pilosus, scabridus. (Fol. subsess., subintegerr.; fl. purpurei. — *Madagasc.*) . . . . Bechium. DC.

2. *Corollae palmatae, glandulis conspersae, exteriores majores intus profundius fissae. Recept. carnosum, nudum.* Capit. radiatiforme. Invol. subglobosum, basi bracteat., pluriseriale, imbricat., squam. adpressis, exter. ovalib. in appendicem foliaceam patulam ciliato-spinulosam desinentib., interior. oblong. ciliolatis. Anth. inclusae. Achaen. breve 4-gonum (raro 3-gon.) areola terminali lata 4-gona. Pappi paleae 4-5 longae, planae, scariosae, integerr., decid. (Fol. glaucesc., infer. petiolata integerr., super. semiamplexicaul. basi serrato-spinosa; capit. solitar., fl. coeruleis. — *Carolina austr.*) . . . . Stokesia. L'Her.

II. Capitula dioica, pluriflora, discoidea. Invol. 3-5-seriale, imbricat, disco brevius. Recept. alveolatum, alveol. marginibus subexsertis erosis. Cor. tubulosae. ♂: Cor. breve 5-dentatae. Anth. inclusae lineares. Styl. indivisus aut apice subfissus. Ovar. abortiv. villosum. Papp. pauciserialis, setis vix dentatis. ♀: Cor. lobi 5 elongati, angusti, crassiusculi. Anth. 0 aut effoetae. Styl. exsertus, corollae lobis brevior, ramis 2 elongatis crassiusc. extus et styli parte indivisa suprema pilosiusculis. Achaen. teres v. turbinat., costatum, erostre, costis villosis, sulcis glandulosis. Papp. pluriserial., setis crassiusc. dense barbellatis, exter. breviorib. (Hbae suffrut.; fol. sparsa, linear., subtus canesc.; corollae et stigmata purpur. — *Afr. trop. et austr.*) . . . . Webbia. DC.

B. Capit. 2-1-flora. Involucr. imbricatum. Cor. 5-fidae. (Fol. alterna, integerr. v. subintegerr.)

a. Capit. 2-flora, aequaliflora. Invol. cylindraceum, squamis siccis 1-nerviis, interior. longiorib. Recept. minutum, nudum. Cor. regular., glabra, lobis acuminat. parte integra breviorib. Filam. laevia. Achaen. subcylindric., 00-costatum, apice pilosiusculum, nectario styliformi. Papp. 2-serial., paleaceus, serratus, paleis exterior. 00 minimis inaequalib., interiorib. 1-4 longis tortis. (Arb.?, fol. subtus ramisque albido-ferrugineis; capit. subcorymbosa, fl. alb. — *Regn. Nov. Granat.*) . . . . Dialesta H.B.K.

b. Capit. 1-flora. Recept. punctiforme. Stigmata exserta. (Frut. v. suffrut., fol. subtus tomentosis, capit. paniculatis v. corymbos.)

1. *Achaen. glabrum*, subteres. Pappus 2-3-serialis, setis rigidulis scabris aequalib. aut longitudine nec latitudine inaequalibus. Involucr. oblong., squamis obtus. flore multo breviorib. Cor. tubulosa. Anth. basi muticae. Stigm. (Vernoniae) longe exserta. (Panicula nuda; capit. in apicibus ramor. conferta subumbellata, subsessil. — *Ind. or., Mexico.*) . . . . Monosis. DC.

2. — *villoso-subtomentosum*, subcylindraceum. Pappus fructu longior, paleis filiform. 00 inaequal. apice barbellulatis basi nudis. Invol. squamae 5-6 adpressae, coriaceae, extus glandulosae, exter. breves ovales, inter. oblongo-lanceolatae. Cor. infundibuliform. Styli rami graciles divergentes. (*Nova Zeeland.*) . . . . Shawia. Forst.

Subdivisio III. ALBERTINIEAE.

A. Capitula 1-4-flora (rarius 2-7-flora, cfr. Pycnocephalum).

I. Pappus simplex, paleaceus, paleis linearib. spiraliter tortis caducissimis. Achaen. obovatum, glaberr., nervis 10-costulatum, umbone prominulo. Capit. 1-flora, in glomerulum globosum bracteis paucis foliaceis suffultum aggregata. Invol. propr. oblong., squam. imbricat. sublinear. acutis coriaceo-scariosis glabris. (Frut., facie fere Lychnophorae, ramis subverticillat.; fol. conferta, sessil., angusta subtus sericeo-incana. — *Brasil.*) . . . . Haplostephium. Mart.

II. Pappus 2-00-serialis.

A. Pappi series consimiles. Achaenia cujusque capituli uniformia.

a. Pappi series 2 paleaceae, paleis omnib. latis, inter. multo longiorib. tortis. Achaen. glaberr., subteres, 00-costatum. Capit. 1-4-flora, in glomerulum subglobosum saepe foliis bracteatum dense aggregata. Invol. oblong., squam. 2-3-serial. imbricatis lineari-oblong. coriaceo-subscariosis. Recept. nudum aut alveolare. (Frut. ramos., fol. fere Haplostephii, glomerulis terminal. — *Brasil.*) . . . . Lychnophora. Mart.

b. — *series setosae.* Capitula in glomerulos sphaeroideos dense aggregata. — (*Brasil.*)

1. *Capit. 1-3-flora,* densissime aggregata in glomerulos saepius involucro communi 00-phyllo brevi cinctos. Invol. propr. squamae erectae adpressae, saepe pressione ad alveolorum rudimenta reductae. Pappus 2-pluriserial., setis omnib. filiform. subscabris saepius coloratis. (Frut., fol. alt. integerr. glabr. aut subtus albidis; glomerulorum dispositio varia.) . . . . Albertinia. Spr.

2. — *2-7-flora,* glomerulis terminal. Squamae paucae ovales 00-striatae glomerulum subinvolucrantes. Invol. proprii squamae oblongo-lanceolatae 3-nerv. subciliatae. Cor. glabrae. Achaen. sericeo-villosum. Papp. pluriserial., scaber., setis ext. paucis breviorib., caeteris sensim interiores subaequantibus. (Hbae simpl. superne aphyllae.) . . . . Pycnocephalum. DC.

3. — *3-5-flora,* in glomerulos terminal. ebracteatos densissime collecta. Invol. squamae siccae, paucae, acuminatae. Achaen. sericeo-villosissimum. Papp. multiserial., serie exter. caeteris breviore. (Habitus proprius, hinc ad Elephantopum, illinc ad Lychnophoram accedens.) . . Chresta. Flor. Flum.

B. Pappi series dissimiles. Achaenia in iisdem capitulis biformia; alia (juniora? aut sterilia?) sericeo-villosa, pappo duplici, exter. paleaceo brevissimo, inter. pluriseriali setaceo; alia (matura? fertilia?) glaberrima, compressa, oblonga, pappo setiformi caducissimo. Capit. 3-4-flora, in glomerulum ovatum ebracteatum dense congesta, sessil., subspicata. Invol. oblong., squamis erect. subglabr. acuminatis, exter. carinatis, inter. lanceolato-linear. planis. Recept. nudum. Cor. tub. extus hirsutus, lobi glabri. (Hb., fol. sublyrato-pinnatifid. sessil. — *Brasilia.*) . . . . Pithecoseris. Mart.

B. Capitula 8-00-flora. (Frut., rarius suffrut., fol. petiolatis subtus ramisque plerumque canis v. lanuginosis. — *Brasilia.*)

a. Pappus biformis.

1. *Capit. 12-13-flora, in rami apice spicata,* sessil., subconferta, rachi ad eorum exortum scrobiculata ebracteata. Invol. squamae adpressae, oblong., obtusae, interiores submucronatae. Achaen. sericeo-villosa. Papp. pluriserial. setaceus, serie ext. brevi basi flavida. (Suffrut. sericeo-canescens, fol. sinuato-angulat., pedunc. longissimis.) . . . . Stachyanthus. DC.

2. — *8-10-fl., pauca in glomerulum axillar. conferta,* bracteis foliaceis circumdata. Invol. propr. ovale, squam. imbricatis angustis acutis dorso tomentosis, inter. angustissimis subbreviorib. Recept. nudum. Cor. lobi dorso hirsuti. Achaen. brevia, glaberr., angulata. Papp. duplex, persist., exter. paleis brevib. oblong. acutis, inter. setis elongatis serratis. (Frut., fol. integerr. supra muricatis subtus ramisque cano-lanuginosis.) . . . . Chronopappus. DC.

b. Pappus uniformis, duplex, paleaceus, paleis exter. brevib. acutis persist., interior. elongatis spiraliter tortis caducissimis. Achaen. glabra, striato-sulcata. Capit. 8-flora, ovali-oblonga, plurima conferta in glomerulum terminal. subrotundum exinvolucratum. Bracteae foliaceae sub quoque capitulo ideoque in medio glomerulo hinc inde conspicuae. Involucr. proprium oblongo-cylindraceum, in lana immersum, squamis 00 subglabris acutis. (Frut., fol. coriac. integerr. subtus ramisque dense tomentosis.) . . . . Lychnocephalus. Mart.

COMPOSITAE.

Tribus I. *VERNONIACEAE.* *Subtribus I.* VERNONIEAE.

(Continuat.)

Divisio II. *ELEPHANTOPEAE.*

a. ***Pappus* 2-*serialis*,** paleis angustissimis omnib. rectis. Capitula s. glomeruli secus caulis apicem spicatim disposita. Caet. Elephantopodis. (Hbae fol. alt. — *Antill., Brasil.*) . . . . Elephantosis. Less.

b. — **1-*serialis*,** paleis multis basi dilatatis apice setiformibus serratis. Capit. pluriflora, aequaliflora. Involucr. compressum, 2-seriale, squamis siccis oblong. alterne planis et conduplicatis, interiorib. saepe 3-nerviis. Cor. palmata, limbo 5-fido, lobis acuminatis, sinu uno caeteris profundiore. Filam. laevia. Achaen. subcompressum, 00-costatum, oblong., pilosum. (Hbae, fol. alt.)

1. *Pappi paleae duae caeteris longiores, apice deorsum deinde sursum plicatae.* Capitula secus axin in foliorum axillis sessilia quasi spicam interruptam formantia. (*Amer. trop., — ins. Philippin.?*) . Distreptus. Cass.

2. — — *omnes aequales rectae.* Capit. in glomerulum foliis cinctum dense aggregata, glomerulis ramos terminantib. subcorymbosis, rachi nuda, flor. violaceis, rarius albis. — (*Amer. trop. et temp., Ind. or., ins. Philippin.*) . . . . Elephantopus (L.) Cass.

Divisio III. *ROLANDREAE.*

I. Involucrum verum subnullum. Capitulum 00-florum s. glomerulus polycephalus, bracteis e rachi ortis margine scariosis apice fimbriatis basi 1- apice 3-nerviis in axilla florem unicum (caeterum nudum) foventibus. Cor. regular., glabra, tubo tereti, fauce campanulata, lobis 4 obtusis. Anth. semiexsertae. Styli rami semisubulati. Achaen. compressum, oblongo-obovat., basi acuminat. puberulum, medio utrinque 3-costatum. Papp. 1-serial., aristis nunc 2 divaricatis, nunc 4-5 prioribus adjectis multo minoribus. (Hbae humiles, Filaginis facie radicellis pubescent.; fol. alt. v. oppos., subtus albo-tomentosa, sessil., integra; capit. axill. v. oppositifol., sessil. — *Amer. trop.*) . . . . . . Trichospira. H. B. K.

II. Involucr. proprium s. partiale (i. é. cujusque capituli, nec totius glomeruli) **2-phyllum** (quasi 2-valve, cfr. Corymbium). Achaen. oblong., teres v. subteres. Papp. brevis. Cor. regular. Styli rami semi-cylindr. v. semisubulati.

1. *Achaen. pilis longissimis undique dense obtectum,* basi longe attenuatum. Pappus membranaceus in lacinias filiformes fissus. Involucri squamae liberae, canaliculatae, basi foliolis paucis exiguis calyculatae. Cor. carnosula, limbo 5-part. Anth. inclusae (in sicco subliberae) — (Hbae; fol. radical. linear. parallele-00-nervia, caulina subnulla parva semiamplectentia; capit. term. corymbosa. — *Afr. austr.*) . . . . Corymbium. L.

2. — *glabrum, glandulosum, 4-costatum.* Papp. coroniform., dentatus, dent. ciliatis. Capit. super receptaculum commune piloso-fimbrillosum globosum aggregata. Invol. propr. compressum, valvis membranaceis carinatis aristatis, exteriore longiore. Cor. glabra, 3-5-saepius 4-fida, limbo subinflato. Filam. laevia. (Suffrut., fol. alt. subtus albo-villosis, glomerulis ramos terminantib., fl. albis. — *Amer. trop.*) . . . . Rolandra. Rottb.

III. Involucr. proprium 3-5-phyllum.

a. ***Invol. proprii squamae 4-5 discretae*,** lanceolatae, membranaceae diaphanae, subaequal. Capit. 7-11 aggregata in glomerulum ovatum bracteatum. Bracteae subdisticho-imbricatae, in spinam desinentes, singulae basi concavà capitulum solitar. foventes. Cor. tubus gracilis, fauce infundibuliformi, lobis 5 angustis. Styl. apice 2-fidus? Achaen. obovato-cuneatum, laeve. Pappus constans squamellulis piliformib. brevib. scabridis integris. (Suffrut. ramosiss., fol. alt. integerr. subtus albo-pilosis, glomer. terminal., fl. purpureis. — *Amer. trop.*) . . . . Spiracantha. H. B. K.

b. — ***propr. gamophyllum*,** 1-seriale. Capit. 1-flora, aggregata in capitula terminal. 00-bracteata. Pappus 1-serialis, coroniform.

1. *Capit. partialia discreta,* generalia sphaeroidea, bracteis exteriorib. oppositis. Invol. propr. tubulosum 4-5-dentatum. Cor. extus pubescens, tubo gracillimo, fauce dilatata cylindracea, lobis 5 acuminatis. Filam. papillosa. Styli rami semisubulati. Achaen. obcompresso-4-gonum, pluricostatum. Papp. brevissimus, membranaceus, subinteger aut dentatus. (Hb. v. suffrut; fol. oppos., saepe triplinervia; fl. albi, flavi v. rubri. — *Amer. trop.*) . . . . Lagascea. H. B. K.

2. — *partialia 5-7 ad cujusque bracteae axillam inter se fere ad apicem concreta,* centrali fertili, caet. sterilib. Capit. generale ovoid. basi bracteis plurib. subverticillatis spinoso-pinnatifidis involucratum. Invol. propr. flore brevius, apice spinosum, cum vicinis demum coalescens. Cor. glabra; limbus tubo longior, 5-fid. Anth. inclusae. Styli rami semisubulati, extus pilis erectis hispidi, intus plani glabri. Achaen. glabr., sub-compresso-4-gonum, nectario alveolari basi pyramidato, disco epigyno magno. Pappus ore brevi spinuloso. (Hba lactescens, habitu Dipsaci v. Eryngii; fol. alt., sessil., spinoso-pinnatiloba; fl. purpurasc. — *Asia occid. — austr.*) . . . . Gundelia. Tourn.

Divisio IV. *BOJERIEAE.*

a. ***Receptaculum nudum, angustum.*** Invol., glabrum. Cor. tubulosae. (*Madagascar.*)

1. *Capit. pluriflorum. Involucr. obconicum,* squamis coriaceis siccis, exter. brevissimis, intimis longiorib. linearibus. Anth. longe caudatae, exsertae. Styli rami breves, glabriusculi. Achaen. teretiusc., subvillosa. Pappi setae rigidulae, integrae, sublaminatae, corollae subaequilongae. (Arb. alta, fol. alt. integr. ramulisque velutino-tomentos. demum superne glabris, capit. sessil. fasciculat. parvis.) Synchodendron. Bojer.

2. — *circiter 6-flor. Invol. oblong., junius acutum,* squamis arcte imbricat., ext. brevib. obtusis, inter. linearib. subacutis. Cor. filiform., inconspicuae. Anth. . . . ? Stigm. . . . . ? Achaen. gracile, subangulat., striatum, glabr., erostre. Pappi setae basi in tubum concretae, subinaequales, erectae, subrigidulae, achaenio aequilongae, involucro fere longiores. (Frut. debilis, ramis apice petiolisque setoso-ciliatis, fol. alt. fasciculat. glabr. paucidentatis, capit. corymbosis.) . . . Tecmarsis. DC.

b. ***Recept. areolatum, angustum,*** paleis paucis linearib. deciduis onustum. Capit. 12-20-florum. Invol. oblong., arcte imbricat., squam. coriac. obtusis, exter. brevissimis, inter. elongatis sublinearib. Cor. tubulosae, fauce vix dilatata, limbo 5-dent., exteriores incurvae majores. Anth. loculi basi in appendices (polliniferas?) producti. Stigm. 2 longa, exserta, recurvata, setis hispida. Achaen. subteres, gracile, striatum, glaberr., erostre. Pappi setae inaequal., rigidae, achaenio 2-3-plo breviores, e margine calyculi coroniformis achaenium coronantis (pappi ipsius seriei secundae?) ortae, in margine capituli breviores v. subnullae. (Frut., fol alt. subintegerr., capit. corymbos. v. solitar. ovato-oblong., fl. purpurasc. — *Madagasc.*) . . . . Centauropsis Bojer.

c. — ***subalveolatum, planum.*** Capit. 00-fl.; flor. ☿, tubulosi. Invol. campanulat., 00-phyllum, squam. 00-serial. subaequilongis acutis, ext. lineari-lanceolat. foliaceis dorso villosis, inter. linearib. glabriusculis. Anth. basi 2-caudatae. Styl. basi bulbosus, ramis exsertis teretibus pube minima scabridis. Achaen. striato-subangulata, glabra. Pappi setae longae subscabrae basi inter se varie et breve subconnatae. (Hb. elata, ramosa, fol. alt. amplexicaul., capit. ad ramor. apices solitar., fl. purpureis. — *Madagasc.*) . . . . Bojeria. DC.

COMPOSITAE.

Tribus I. *VERNONIACEAE.*

(Continuat.)

Subtribus II. PECTIDEAE. Divisio I. *LIABEAE.*

A. Pappus 1-2-serialis. Corollae disci 5-fidae.

I. Receptac. alveolatum. Involucr. pluriseriale, squam. subimbricat. acuminatis. Ligulae fem. 12-15, acute 3-dentatae. Cor. disci glabrae, 5-fidae. Styl. teres (nec basi bulbosus) ramis teretibus hispidulis. Achaen. teres, villosum. Papp. 2-serial., inter. elongat. setiform. scaber, subrufus, exter. brevis paleaceus, albus. (Hba basi suffrut., erecta, simpl., tota cano-villosa; fol. alt., conferta, calloso-mucronata; capit. term. subcorymbosa flava. — *Mexico.*) . . . . Hectorea. DC.

II. Receptac. fimbrilliferum. Involucr. imbricatum. Cor. disci regular., radii ligulaeformes.

a. Pappus 2-serialis, paleaceus.

1. *Receptac. breviter paleaceo-fimbrilliferum.* Invol. squamae siccae, acuminatae. Cor. glabrae, disci regulares, lobis acuminat. revolutis tubo paulo brevioribus, radii 1-seriales femineae, tubo longo, ligula oblonga. Filam. laevia. Styl. basi bulbosus, ramis semicylindraceis. Achaen. cylindraceum, 00-costatum, valleculis hirsutis, nectario styliformi. Pappi paleae serratae, exter. multo breviorib. et sublatioribus. (Hb. v. frut., fol. oppos. dentat. subtus tomentos., capit. corymbos., radio flavo v. alb.? — *Amer. trop.*) . . . . Andromachia. Humb. Bonpl.

2. — *fimbrillis achaenio fere longioribus laceris.* Invol. hemisphaer., squam. coriac. suboval. obtusissimis adpressis. Cor. disci ☿, lobis erectis; radii ligulae fem.? v. neutrae? integrae. Anth. (disci) ecaudatae. Stylus radii brevis simplex in ligulae parte tubulosa inclusus, disci apice 2-fidus, lobis inclusis linearib. obtusis breve hispidulis. Achaen. obovatum, vix subangulat., pubescens. Pappi paleae elongatae, acuminatae, inaequal., ext. paulo breviorib. et angustioribus. (Hb. erect. glabr. apice laxe subcorymbosa, fol. alt. integerr. v. apice acute serratis; fl. luteis. — *Mexico.*) . . . . Xanthisma. DC.

b? Pappus pilosus (1?- v. 2?- serial.) Achaen. obovata, truncata, striata. Invol. campanulatum, squamis intimis angustis apice 3-dentatis. Recept. favosum, ciliatum. Capit. multifl., ligulis ♀ 3-dentatis, fl. disci ☿ infundibuliform., limbo campanulato 5-dentato. (Suffrut. hirsut. v. tomentosi, fol. oppos., capit. subcorymbos. v. solitar. — *Peruvia.*) . . . . Munnozia. R. et Pav.

c. Pappus 1-serialis, setosus, setis filiform. barbellatis subinaequalibus. Achaen. cylindraceum striatum, callo basilari praeditum. Invol. squamae subulatae. Recept. fimbrillis membranaceis subulatis hispidum. Cor. glabrae, radii femineae 1-seriales longae lineares integrae. Styli (disci) rami semiteretes graciles, parce hispidi. (Hbae saepe cano-lanatae, fol. oppos. triplinerv. subdentat., capit. corymbos. v. solitar., fl. luteis. — *Amer. trop.*) . . . Liabum. Adans.

1. *Anth. basi brevissime caudatae.* Recept. tenuiter fimbrilliferum, hirsutum. Invol. oblong., squam. scariosis, ext. brevib. ciliatis persist., int. elongat. acut. subintegerr. deciduis. Flor. centrales 1-7, marginalibus majores, ☿ v. abortu ♂, apice dilatati 5-fidi. Styl. disci indivisus subhispidulus, fl. marginal. bifidus exsertus glaber. Achaen. brevia, teretiuscula, glabra. (Frut. cano-villosi, fl. disci purpureis, marg. pallidis. — *Amer. austr.*) . . . . Tessaria. R. et Pav.

2. — *basi 2-caudatae.* Recept. planum, nudum aut hirsuto-fimbrilliferum. Invol. pluriseriale. Fl. disci pauci, ♂ aut sub-☿ steriles, 5-dent., glabri. Achaen. cylindraceum aut sulcato-angulatum, erostre. Pappi setae vix scabrae. (Hb. v. suffrut., fol. saepe glanduloso-pubesc. — *Amer. bor. et trop., Afr., Asia, ins. Philippin.*) . . . . Pluchea. Cass.

3. — *basi tenuissime caudatae.* Recept. et pappus Plucheae. Invol. pauciseriale, subimbricat., squam linear. acuminatis. Fl. disci 5-25, cylindr., 5-dent., ♂, fauce vix dilatata. Achaen. teretiusc. (Hb. v. suffrut. saepe villosi, flor. flav. v. purpurasc. — *Asia, Afr., ins. Mascar., Australia, ? Antill.*) . . . Blumea. DC.

B. Pappus paleaceus.

1. *Pappi paleae pectinato-barbellatae axi corneae.* Achaen. oblongo-cylindr., basi attenuata, subarcuata, 8-costata, pilosiuscula. Recept. totum bracteolatum, spiciforme, apice subconcavum. Invol. oblong., squam. spicato-imbricatis oblong., inferiorib. sterilib., apice tomentosis, super. in axilla floriferis fimbriato-ciliatis. Flor. omn. tubulosi, marginales (i. e. inferiores) pluriserial. ♀ filiform., disci (s. superiores) paucis abortu styli subsimplicis ♂. (Frut. hirsut., fol. ad ramor. apicem confertis rosulatis integr. subtus tomentos., capit. corymbos., plurifl., flor. coeruleis. — *Ins. Mascarenh.*) . . . . Cylindrocline. Cass.

2. *Pappus radii nullus,* disci constans palea apice palmatisecta aliisque brevioribus integris. Achaen. sessile, erostre. Recept. nudum planum. Invol. campanulat., 2-seriale, disco subaequale, glanduloso-hirtellum. Fl. margin. pluriserial. ♀ disco aequalibus 2-labiatis, labiis exiguis integerr. aequalib.; disci ♂ tubulosis 5-dentat. (Hba, fol. alt. sessil. undulat. sinuato-dent. v. integr. subtus tomentos., capit. parv. paniculato-corymbos. multiflor., fl. alb. — *Afr. austr.*) . . . . Denekia. Thunb.

3. — *squamellosus, parvus.* Achaen. oblong., villosa. Recept. nudum, angustum. Invol. 2-3-seriale, squam. oblong. apice membranaceis subacutis glabris. Flor. omnes tubulosi exter. 2-3-serial. ♀, inter. circ. 3 ♂. (Hba facie Evacis v. Micropodis. — *Chile.*) . . Micropsis. DC.

4? — *erectus, corolla longior., paleis 5 scariosis* basi latiusculis apice acuminatis saepe subtrifidis. Achaen. stipitata, subangulata, elongata, tenuissima, inania? Capit. dioica? circ. 40-flora, ♀ ignota. ♂: Invol. campanulat., squam. exter. subfoliaceis lanatis, inter. scariosis glabris sub-1-seriatis acuminat. Recept. nudum, subconvex. Fl. tubulosi, minute 5-dent. Anth. subsessiles, ecaudatae. Styl. inclusus, ramis glabris subdifformibus. (Hba Micropodis facie; capit. term. solitar. sessil. flava. — *Mexico.*) . . . . . Gnaphalopsis. DC.

III. Pappus omnino nullus. Capit. multiflora, fl. omn. tubulosis, marginal. ♀.

a. Recept. elongatum, subulatum, apice (inter flor. ♂) *nudum, inferne* (inter fl. ♀) *paleolas minutas scariosas acuminatas gerens.* Invol. 1-2-seriale, squam. adpressis scariosis oval. aristato-acuminatis. Flor. ♀ multiserial. graciles; ♂ pauci 4-crenati. Achaen. (radii) obovat., obcompressa, glabra. (Hbae exiguae subacaules tomentoso-canesc.; fol. alt., circa capitula (subumbellato-glomerata) rosulato-conferta; capit. medium majus. — *Region. mediterran., Mexico, Amer. bor.*) . . . . Evax. Gaertn.

b. — breve, nudum.

1. *Flor. marginal. 1-serial.,* circ. 5-7, filiform.; disci 5-7, 5-dentati. Invol. 2-seriale, squamis flores fructusque radii involventibus decid. Recept. angustum. Achaen. radii lateraliter compressa, obovata, glabra, decid. (Hbulae lanato-tomentosae gnaphaloideae, capit. glomeratis. — *Eur. austr., Afr. bor., Asia occid., Mexico, Chile.*) . . . . Micropus. L.

2. — *marginal. pluriseriales filiform. subintegri,* disci pauciores ☿ steriles obconici 5-dent. extus parce glandulosi. Invol. 2-00-seriale, imbric., campanulatum. Recept. convex. Anth. inclusae. Styl. radii exsertus, ramis revolutis, disci breviter exsert. indivisus. Achaen. radii obovata, subangulata, glabra, disci abortiva. (Hb., fol. subintegerr. saepe decurrentib., capit. oppositifol. pedunculat. geminis v. paniculatis. — *Ind. or., Nov. Holl., Amer. trop.*) . . . . Epaltes. Cass.

COMPOSITAE.

Tribus III. *ASTEROIDEAE.*

(Continuat.)

Subtribus V. INULEAE.

Divisio I. EUINULEAE.

I. Capitula 00-flora. Pappus 1-00-serialis (raro nullus, v. Amblyocarpum).

A. Receptac. nudum (nec bracteolatum, nec fimbrilliferum, cfr. Cypselodontia). Flor. flavi.

I. Pappus 1-serialis. Involucrum imbricatum. (Folia alterna.)

†. Achaenia omnia papposa.

a. Pappi setae superne barbellato-subplumosae, inferne subscabrae, basi conferruminatae in annulum brevissimum setulis v. paleolis minimis coronatum, caducae. Achaen. erostre. Capit. heterogama; fl. radii ligulati, breviusculi, 1-serial., ♀; disci tubulosi, 4-dent., ☿. Recept. planum. Invol. campanulat., squam. lineari-subulatis. Anth. basi setoso-appendiculatae. (Frut., ramis 1-cephalis, fol. semiamplexicaul. dentat. — *Afr., Arab., Ind. or.*) . . . . . Francoeuria. Cass.

b. — setae non plumosae.

α. Capitula heterogama, fl. marginal. 1-seriatis ♀, caeteris ☿ tubulosis 5-dentatis. Recept. planum v. subconvex.

1. *Flor. omnes tubulosi*, marginales pauci tenues 2-dentati. Invol. oblongo-obconicum, coloratum, squam. scariosis oblong. acut. serrulatis glabris ciliolatis. Recept. angustum. Anth. basi breve 2-setae. Achaen. oblongo-cylindraceum glabriusculum. Pappus setosus, scabridus. (Frut., fol. linear. integerr., corymb. term. subpaniculat., pedicell. squamulosis. — *Ins. Canar.*) . . . . . Schizogyne. Cass.

2. — *marginales ligulati* (*rarius subtubulosi 3-fidi*) saepe abortu steriles. Invol. pluriseriale. Anth. basi 2-setae. Achaen. erostre, teretiusculum, raro 4-gonum. Pappus conformis, setis capillaribus subscabris. (Hb., fol. indivis. integerr. v. serratis, capit. term. solitar. v. corymbosis. — *Eur., Asia, Afr., ins. Canar. — ? Antill.*) . . . . . Inula. (L.) Gaertn.

3. — *margin. anguste ligulati, puberi, apice 3-dentati.* Invol. subglobosum, squam. linear. villis longis molliter hispidis. Achaen. erostre, hispidulum. Pappi setae 5 capillares. (Hb., fol. integerr., capit. oppositifol. pedunculat. subglobos. — *Asia occid.*) . . . . . Pentanema. Cass.

β. Capitula homogama, flor. omn. ☿ tubulosi 5-dentati. Invol. obovatum, squam. adpressis subacutis, intimis disco subaequalib., exter. sensim brevioribus. Recept. alveolatum. Anth. basi 2-setae. Stigm. brevia, inclusa. Achaen. compressa, oblonga, pubesc. Pappi setae subscabridae. (Suffrut. glaberr., fol. angust. integerr., capit. term. solitar. — *Persia.*) . . . . . Varthemia. DC.

††. Achaen. radii epapposa, disci pappo capillari coronata, erostria. Capit. heterogama, fl. marginal. anguste ligulatis 1-serial. ♀, disci tubulos. 5-dent. ☿. Invol. squamae lineari-subulatae. Recept. areolatum, plano-subconvex. Anth. basi setoso-appendiculatae. (Hb., fol. sessil. integr. v. dentat. angust. basi sagittato auriculatis, ramis apice 1-cephalis. — *Ind. or.*) . . . . . Vicoa. Cass.

II. Pappus 2-serialis.

A. Capitula heterogama, (raro homogama, cfr. Jasonia, Pulicaria), flor. radii 1-serial. ♀, plerumque ligulatis, disci tubulosis 5-dent. ☿.

a. Pappi series utraque paleacea, paleis 8-12 obovatis obtusis v. aristatis v. subincisis? Achaen. erostre, sub-3-gonum, basi attenuatum, pilosum. Fl. radii ♀ ligulati 1-serial., disci ☿ tubulosi regulariter 5-dentati. Invol. imbric., squam. ext. bracteaeform. foliaceis laxis, inter. adpressis. Recept. conicum, ebracteolatum, piloso-fimbrilliferum. (Hba, caule brevissimo subdichotomo, fol. linear. integerr., capit. fasciculat. sessil. — *Cap. b. sp.*) . . Geigeria (Less.) Griess.

b. — series interior setosa, exterior varia, aut difformis aut brevior.

α. Pappi series exterior coroniformis, dentata, brevissima. Invol. pauciseriale, squamis linearibus. (Hbae villosae, capit. term. solitar.)

1. *Achaen. subteres* (nec compressum) *erostre*, puberulum. Pappi series interior 10-12-setosa scabrida. Invol. laxe imbricat. Recept. areolatum, subplanum. Flor. radii interdum tubulosi, 3-5-fidi, stam. effoeta gerentes. (Fol. caulina cordato-sagittata, integra v. dentata. — *Eur., Asia, Afr., ins. Canar.*) . . . . . Pulicaria (Cass.) DC.

2. — *compressum*, villosum, basi subangulatum, apice obtusum. Pappus collo vix notando ab achaenio distinctus, duplex, interioris setae dense et crasse barbellatae. Invol. disco dimidio brevius. Recept. planum. Anth. basi 2-setae. Fl. radii difformes, subligulati, minimi. (Fol. subspathulata, semiamplexicaul., undulata. — *Persia.*) Strabonia. DC.

β. Pappi series utraque setosa, exterior non coroniformis. (Hbae v. suffrut., ramis apice 1-cephalis, fol. alt. oblong. v. linear. integr. v. dentat.)

1. *Pappi setae filiformes, barbellatae, exter. brevissimae*, inter. corollam subaequantes. Achaen. oblongo-cylindraceum, villosum, basi attenuatum. Invol. imbric., disco subaequale, squam. linear. acutis. Recept. subalveolatum, planum. Flor. interdum omnes ☿ tubulosi 5-dent. Anth. basi setis caudatae. — (*Eur. austr., Asia occid., Afr. bor., ins. Canar.*) . . . . . Jasonia. (Cass.) DC.

2. — *setae strictae, circ.* 20, *dentato-scabrae*, flavidae, exteriores 10 paulo breviores, interiores rigidiores. Achaen. obovatum? albo-villosissimum. Invol. 2-seriale, rufo-tomentosum, squam. ext. minoribus acuminatis, inter. longiorib. obtusis margine submembranaceis. Recept. . . ? Stam. filam. glabra; anth. breviter 2-caudatae. Stylus apice 2-fid., ramis patulis. (Fol. integerr., subtus tomentosa. — *Afr. austr.*) Minurothamnus. DC.

B. Capitula homogama, flor. omn. tubulosis 5-fidis subringentibus. Invol. 2-3-seriale, imbric., disco brevius, squamis lineari-subulatis. Recept. punctatum, planum. Anth. basi longe 2-caudatae. Achaen. cylindraceum, erostre, sulcato-subangulatum. Pappi series exterior brevis basi paleacea, interior elongata piliformis sub-plumoso-barbellata. (Frut. v. hb., fol. alt. ellipt. v. linear. punctat., capit. ad ramor. apices solitar. — *Afr. trop. et austr.*) . . . . . Pegolettia. Cass.

III. Pappus multiserialis, rigidus, rufescens, subscaber, setis exter. brevioribus, inter. sensim longioribus corollam acquantibus. Achaen. subcylindraceum, striato-sulcatum, parce hispidum. Capit. homogama, flor. omn. ☿, tubo subnullo, fauce longa cylindrica, limbo 5-dentato. Stam. imae corollae inserta, anth. basi breve setoso-caudatae. Invol. obovato-oblong., imbric., squam. adpressis acuminatis v. mucronatis. (Frut. glabri; fol. alt., subulat., basi auriculis 1-2 pungentibus munita; rami apice subnudi, 1-cephali. — *Afr. bor., Asia occid.*) . . . . . Iphiona. (Cass.) DC.

IV. Pappus nullus. Achaen. subfusiformia, 5-angulata, erostria, obtusa, glandulosa. Capit. heterogama, hemisphaerica, flor. radii ligulatis 1-serial. ♀, disci tubulos. 5-dent. ☿. Invol. 2-3-seriale, squam. exter. foliaceis. Recept. punctatum, hemisphaeric. Anth. basi caudatae. (Hba subglabra habitu ad Pulicariam et Carpesium accedens, fol. alt. — *Region. Casp.*) . . . . . Amblyocarpum. Fisch. et Mey.

B. Receptac. bracteolatum v. paleaceum v. fimbrilliferum.
(v. pag. sequ.)

COMPOSITAE.

Tribus III. *ASTEROIDEAE.* *Subtribus V.* INULEAE.

Divisio I. *EUINULEAE.*

(Continuat.)

I.

B. *Receptac. bracteolatum v. paleaceum v. fimbrilliferum,* (raro subnudum; cfr. Cypselodontia).

I. Capit. heterogama, floribus marginalibus ♀ aut neutris 1-serial. ligulatis, disci tubulosis ☿.

a. Flores marginales neutri, disci profunde 5-fidi. Recept. alveolatum, alveolis margine dentatis. Invol. pluriseriale, imbricatum, squam. linearib., exter. subsquarrosis. Stam. filamenta brevia, hirtella; anth. in appendicem coriaceam productae, basi 2-caudatae, caudis barbatis. Styl. disci ramis subadglutinatis obtusis dorso apice puberis. Achaen. radii abortiva glabra, basi penicillo pilorum cincta, disci obovata rufo-villosa. Pappus setosus, setis crassiusculis albis dentato-scabris, radii paucis, disci multiserialibus. (Suffrut., ramis apice subaphyllis 1-cephalis, fol. alt. integerr. subtus cano-villosis, capit. 00-flor., fl. flavis. — *Afr. austr.*) . . . . Cypselodontia. DC.

b. — marginales ♀. Achaen. erostria. Capit. 00-flora ad ramorum apicem solitaria, saepe corymbosa. Invol. imbricatum, ovatum, squam. basi concavis, in appendicem rigidam uncinato-reflexam productis.

1. *Recept. bracteolatum, bracteolis involucrique squamis internis flores subamplectentibus.* Anth. basi caudatae, apice acute appendiculatae. Achaen. ovali-sub-5-gona, glabra, radii epapposa, disci coronata paleis 5 caducis basi integerrimis apice utrinque dense barbellatis. (Suffrut., fol. alt. angustis argute serratis, fl. flavis. — *Afr. bor.*) . . . . Rhanterium. Desf.

2. — *dense paleaceum.* Invol. squamae 00 lineares, pubescenti-tomentosae. Anth. basi 2-setae. Styl. disci ramis apice obtusis inappendiculatis. Achaen. radii et disci conform., lineari-4-gona, aptera, paleolis 00 brevibus inaequalib. setisque 4 multo longioribus inter se inaequalibus coronata. (Hba, fol. angust. dentato-serratis. — *China.*) Anisopappus. Hook. et Arn.

II. Capit. homogama, discoidea, multiflora.

1. *Recept. paleis distinctis deciduis onustum.* Invol. turbinatum, imbric., scariosum. Cor. tubulosae, uniformes, glabrae, limbo revoluto. Anth. exsertae, basi 2-setae. Stigm. filiform., acuta, hispidula. Achaen. . . . ? Pappus 1-serialis, pilosus. (Frut., fol. alt. integerr. subtus incanis; capit. ax. et term. fasciculata, glabrata. — *Brasil.*) . . . . Piptocarpha. R. Br.

2. — *hirsuto-fimbrilliferum.* Invol. pluriseriale, squam. angustis acuminat. subaequal. rigidis dorso sub-3-striatis. Cor. lobi lineares tubo tereti aequilongi. Anth. breve caudatae. Stigm. erecta, oblonga, dorso subconvexa. Achaen. subturbinata, erostria, a basi villosa, villis ipsa superantibus et pappum externum simulantibus. Pappus constans paleolis 10 linearib. acuminatis subsquamellosis dense ciliatis. (Hba basi suffrut.? glabra, ramis apice 1-cephalis, fol. alt. denticulatis, petiolis basi subauriculatis, fl. luteis. — *Arabia.*) . . . . Hochstetteria. DC.

II. Capitula 1-flora, in glomerulum aggregata, involucris propriis 2-valvibus demum cum achaeniis concretis. Pappus nullus. . . . . Divisio II. CAESULIEAE.

Glomeruli foliis 2-3 coloratis orbiculatis bracteolisque paucis parvis cincti, multiflori. Invol. partialia membranacea 2-valvia, valvis carinatis basi inter se et demum cum achaenio concretis (tunc quasi pappum 2-partitum, Bidentis more, mentientibus). Cor. tubulosa, fauce ovata, lobis 5 patulis. Stigm. filiform., glabra, divergentia. Anth. rigidulae, basi setis laevibus caudatae. Achaen. compressum, involucro adnato 2-alatum. (Hba glabra, fol. alt. angust. serrat. semiamplexicaul., pedunc. ax. — *Ind. or.*) . . . . Caesulia. Roxb.

Subtribus VI. BUPHTHALMEAE.

A. Capit. homogama, flor. omnibus ☿ tubulosis 5-dentatis. Invol. campanulatum, bracteis foliaceis spathulatis patulis munitum, 2-seriale, adpresse imbricatum. Recept. convexum, paleis convexis oblongis, exterioribus acuminatis, inter. seta terminatis. Anth. basi (ex Vent.) ecaudatae. Achaen. 4-gona, dura. Pappus coroniform., brevis, integer. (Hba, fol. alt. dentatis, capit. term. sessil. multiflor., fl. luteis. — *Persia, Arab.*) . . . . Anvillea. DC.

B. Capit. heterogama.

I. Capit. discoidea, multiflora, flor. omn. tubulosis, marginalibus ♀ gracilibus 3-dentatis pluriserial., disci ☿ 5-dentatis. Invol. campanulato-hemisphaeric., erect., sub-2-seriale, bracteis foliaceis cinctum. Recept. convex., totum bracteolatum. Anth. ecaudatae. Achaen. oblongo-obovata, compressa, 2-costata, annulo brevissimo calloso coronata. Pappus coroniform., brevissimus piloso-dentatus. (Hb. v. frut., fol. alt. dentat. v. pinnatifid., pedunc. term. subcymoso-2-4-cephalis, fl. flavis. — *Afr., Arab.*) . . . . Ceruana. Forsk.

II. Capit. radiata, flor. radii ligulatis.

a. Radius 2-serialis, ligulis angustis apice 3-dentatis, tubo crasso utrinque alato; flor. disci tubo crasso hinc marginato-alato. Achaen. orbiculata, obcompressa, alata, disci subtriquetra, villosiuscula. Pappus denticulato-ciliaris, disci completus coroniformis, radii dimidiatus externus. Invol. squamae externae foliaceae patulae spinescentes. (Hba, fol. alt. integerr. v. denticulat., capit. solitar. v. corymbos., centralib. sessilib., fl. flavis. — *Eur. austr., Afr. bor., ins. Canar.*) . . Pallenis. Cass.

b. — 1-serialis. Pappus radii et disci conformis, coroniformis.

α. Tubus ligularum brevis, basi 2-auriculatus, limbus cuneiform. apice 3-dentatus; cor. disci apterae, basi incrassatae. Anth. basi longe caudatae. Achaen. triquetro-obcompressa, aptera, disci et radii conformia. Pappus irregulariter dentatus. (Hb. v. suffrut., fol. integerr., capit. term. v. lateral., invol. squamis ext. foliaceis inermibus obtusis disco longiorib., fl. flavis. — *Eur. austr., Afr. bor., ins. Canar., Asia occid.*) . . . . Asteriscus. (Tourn.) DC.

β. — florum omnium apterus, teres, inferne angustatus. Invol. squamae acuminatae v. mucronatae.

1. *Antherae obsoletissime caudatae.* Ligulae latiusculae. Achaen. radii triquetra, anguste 3-alata, disci plano-compressa, margine interiore 1-alata. Papp. scariosus, piloso-dentatus. (Hbae, fol. angust. subintegris, capit. term. solitar., invol. pauciserial. — *Eur., ? Asia, Madagasc., Amer. bor.*) . . . . Buphthalmum. (L.) Neck.

2. *Antherae basi longe caudatae.* Ligulae longae, angustae. Achaen. disci et radii linearia elongata, aptera, 00-costata, obcompresso-triquetra. Pappus cartilagineus (ex Baumg. plumosus) denticulatus. (Hbae habitu Inulae Helenii, fol. latis serratis. — *Eur. austr., Asia occ.*) Telekia. Baumg.

COMPOSITAE.

(Continuat.)

Tribus IV. *SENECIONIDEAE.*

Conspectus divisionum.

I. Antherae basi ecaudatae (raro subcaudatae, cfr. Millericae, Silphieae, Gaillardieae, Eusenecioneae).

A. Flores omnes 1-sexuales, nec ulli (nisi in Galeana? Allendea?) perfecte ☿, sed alii staminum abortu v. antheris effoetis ♀, alii ovarii abortu ♂. Recept. plerumque paleaceum. Pappus fere nunquam setosus (cfr. Silphieae, Melampodieae, Partheniea, Iveae). . . . . . — Subtribus I. MELAMPODINEAE.

I. Capit. dioica, discoidea, multiflora. Flores ♀ antheras imperfectas, ♂ pistillum ovarii abortu sterile gerentes. Rec. paleaceum. Achaen. ecorticata, pappo nullo aut obsoleto. (Folia opposita, raro alterna, cfr. Astemma.) . . . . — Div. I. EUXENIEAE.

II. — monoica, heterogama (sc. singula e florib. ♀ et fl. ♂ composita).

A. Capit. radiata (floribus marginalibus s. radii ligulatis) rarius discoidea s. flosculosa (cfr. Millerieae, Melampodieae).

a. Capit. pauciflora, interdum discoidea (sc. florib. omnibus tubulosis, ligulis nullis). Fl. disci rarissime ☿ (cfr. Galeana). Anth. raro denticulo auctae (cfr. Ichthyothere). Rec. saepe epaleaceum. Achaen. ecorticata (sc. cum involucri squamis aut paleis recept. non concreta) aptera. Pappus 0, rarius coroniform. parvus v. obsoletus. (Fol. opposita, rarius alterna, cfr. Blennosperma, Aiolotheca, Xenismia.) . . . . . . — II. MILLERIEAE.

b. — multiflora, (raro pauciflora? cfr. Partheniea).

1. *Achaen. ecorticata* (sc. cum invol. squamis aut recept. paleis nunquam concreta) *epapposa aut 2-aristata.* Rec. totum aut saltem margine paleaceum. Ligulae 3-10. Anth. raro brevicaudatae? cfr. Espeletia. (Fol. alt. v. oppos., rarius verticillata, cfr. Silphium.) — III. SILPHIEAE.

2. — *corticata* (sc. receptaculi paleis squamisque involucri arcte involuta et in massam continuam concreta) *pappo nullo* (rarissime piloso, cfr. Allendea). Flor. radii plures ligulati ♀, raro filiformes, cfr. Allendea. (Hbae, v. suffrut., plerumque di- v. trichotomi, pedicellis e dichot. ortis 1-cephalis, flor. flavis, raro albis; fol. opposita.) . . . . . . — IV. MELAMPODIEAE.

3. — *ecorticata, pappo coroniformi aut 2-squamellato v. 2-aristato* (rarius nullo, cfr. Coniothele, Leptosyne, Tragoceras) radii obcompressa margine calloso cincta rarius 3-gona. Rec. raro epaleaceum. Cap. heterogama, raro subpauciflora (cfr. Tragoceras). Ligulae 1-seriales ♀ subcoriaceae, persist. v. tarde deciduae; fl. disci ♂ tubulosi, 5-dentati. (Fol. alt. aut oppos., cfr. Mendezia, Tragoceras, Moonia, rarius radical., v. Leptosyne.) — V. PARTHENIEAE.

B. Capit. discoidea, flor. omn. tubulosis aut ♀ interdum apetalis; ♂: Antherae liberae, approximatae; Styli apice incrassati; ♀: Styli 2-partiti aut simplices, elongati, fere subulati, hispiduli. Pappus coroniform. aut 4-aristatus aut nullus. (Fol. opposita, rarius alterna, cfr. Iva, Euphrosyne.) . . . . — VI. IVEAE.

III. Capit. heterocephala homogama 1-sexualia (sc. in eodem individuo alia tota ♂, alia tota ♀). Corollae omnes tubulosae (rarius in ♀ nullae) breve 5-dentatae. Anth. flor. ♂ liberae, approximatae. Pappus nullus. Invol. ♂ gamophyllum 00 florum, ♀ 1- v. pauciflorum. (Hb. v. suffrut.; fol. alt., rarius inferiora oppos., cfr. Ambrosia; capit. glomerata v. spicata.) — VII. AMBROSIEAE.

B. Flores alii ☿ alii 1-sexuales aut neutri, rarius omnes ☿.

A. Folia saepius opposita (rarius alterna, cfr. Heliantheae, Tagetineae).

I. Recept. totum aut ex parte paleaceum (rarius epaleaceum, cfr. Verbesineae, Flaverieae).

A. Capit. segregata (nec dense glomerato-aggregata) heterogama, radiata (rarius homogama discoidea, cfr. Verbesineae, Heliopsideae, Rudbeckieae, Bidentideae). Cor. ☿ lobis crassis. Recept. raro nudum (cfr. Galophthalmum). Antherae nigricantes. Achaen. saepe corticata. . . . . — Subtribus II. HELIANTHEAE.

† **Achaenia erostria** (raro subrostrata, cfr. Verbesineae, Heliopsideae, Rudbeckieae).

a. Flores radii ligulati ♀, rarius tubulosi ☿ (cfr. Verbesineae, Heliopsideae).

1. *Achaen. cortice tenui vestita, compressa v. obcompressa aut angulata,* aristis tot quod anguli v. setis rigidis fragilibus aut pappo vaginaeformi coronata, rarius epapposa, interdum alata, nonnunquam subrostrata (cfr. Anaitis, Neuractis, Heterospermum, Isostigma.) Rec. raro nudum (v. Galophthalmum). Capit. radiata, heterogama, raro discoidea homogama. (Fol. opp., raro alterna.) . . — Div. I. VERBESINEAE.

2. — *grossa, saepe cortice crasso adhaerente tecta, ovata v. angulata v. compressa (nunquam obcompressa)* raro subrostrata (cfr. Ogiera, Monactis). Pappus 0 aut coroniform. aut breve aristulatus. Styli rami saepe appendiculati aut cono superati. Rec. saepius convexum, nunquam? epaleaceum. Capit. nonnunquam discoidea, homogama. (Fol. oppos., rarius alt., rarissime verticillata.) — II. HELIOPSIDEAE.

b. Flores radii ligulati neutri (rarius ♀ steriles, cfr. Rudbeckieae, aut tubulosi ☿, cfr. Coreopsideae). Rec. semper paleaceum, paleis plerumque complicatis flores v. achaenia amplectentibus. Styli rami saepius appendiculati aut cono superati.

1. *Pappus aut nullus aut coroniformis* (raro 1-dentatus, cfr. Obeliscaria). Achaen. raro rostrata (cfr. Sclerocarpus). Recept. saepius convex. v. conicum. Capit. semper radiata, lig. interdum ♀ steril., cfr. Andrieuxia. (Fol. opp., rarius alt. v. verticillata.) — III. RUDBECKIEAE.

2. — *aristis 2-4 saepiusque simul squamellis constans.* Achaen. nonnunquam alata, varie compressa v. angulata. Ligulae interdum ♀ steriles aut nullae, cfr. Flourensia. (Fol. alterna v. oppos.) . . . . — IV. COREOPSIDEAE.

†† **Achaenia rostrata,** saepe 1-5-aristata (raro calva, cfr. Adenolepis) aristis fere semper retrorsum aculeatis. Rec. planum v. subplanum, paleaceum. Involucr. 2-seriale. Ligulae neutrae (raro nullae, cfr. Bidens), flor. disci ☿ tubulosi 5-dentati. (Fol. raro alt., v. Bidens.) . . . . — V. BIDENTIDEAE.

B. Capitula arcte aggregata v. fasciculata (rarius solitaria, cfr. Enhydra), nunc 1-pauciflora recept. epaleaceo, alia heterogama fl. unico ♀ caeteris ☿, alia homogama illis alterne intermixta; nunc multiflora heterogama, recept. paleaceo, florib. ♀ pluriserialibus, caet. ☿. Achaen. epapposa, aptera, teretiuscula, basi longe attenuata. (Fol. oppos., 3-multiplinervia; flor. flavi.) . . . . — Subtribus III. FLAVERIEAE.

II. Recept. totum epaleaceum. Capit. heterogama (flor. radii ♀) aut discoidea homogama. Invol. saepius 1-seriale v. gamophyllum. Achaen. erostria, basi attenuata. Pappus aristatus, raro setosus. (Folia cum involucri squamis grosse pellucido-glandulosa, oppos., rarius alterna, cfr. Cadiscus, Glycideras, Adenophyllum, Lebetina, Tagetes, Porophyllum.) — Subtribus IV. TAGETINEAE.

B. Folia saepius alterna (cfr. Helenieae, Anthemideae, Eusenecioneae).

I. Pappus 1-serialis, scariosus (squamellis interdum connatis, cfr. Galinsogeae), ***rarius nullus*** aut duplex (cfr. Gaillardieae, Galinsogeae, Madieae). Achaen. erostria (cfr. Madieae). Capit. heterogama, rarius homogama. (Fol. interdum opposita.) . . . . — Subtribus V. HELENIEAE.

a. Recept. epaleaceum (raro subpaleaceum v. fimbrilliferum, cfr. Eugaillardieae et Gutierrezia, Bahia, Cercostylos). Ligulae ♀ aut neutrae, rarius 0. Pappus paleaceus, raro nullus (v. Euhelenieae) aut 2-serialis (cfr. Balduina, Achyrachaena) paleis saepe aristato-acuminatis aut dentatis v. laceris. Antherae rarissime basi 2-setae (cfr. Balduina). Styli rami saepe appendiculati aut cono superati. (Fol. interdum opposita, cfr. Euhelenieae.) — Div. I. GAILLARDIEAE.

b. — *paleaceum* (rarissime nudum.) — v. pag. sequ.

COMPOSITAE.

Tribus IV. *SENECIONIDEAE.*

(Continuat.)

I.*B*.B.*I*.

b. Receptac. paleaceum (rarissime nudum).

I. Involucri squamae planae (raro carinatae, cfr. Galeana, aut amplectentes, cfr. Urostylis). Rec. rarissime nudum (cfr. Galeana). Capit. heterogama, rarius homogama. Ligulae ♀ aut neutrae, rarius 0, interdum 2-labiatae (cfr. Sogalgina). Achaen. interdum omnia aut ex parte calva (cfr. Galeana, Allocarpus, Urostylis, Blepharipappus). Pappi paleae raro 2-seriales aut connatae (cfr. Ursinia, Lemmatium, Dimerostemma). Styli rami saepe appendiculati v. cono brevi terminati. (Fol. oppos., rarius alt.) . . . . Div. II. GALINSOGEAE.

2. — *squamae* (1-2-seriales) *complicatae v. convolutae*, achaenia radii (fere semper calva) amplectentes. Rec. aut totum aut margine paleaceum, medio nunc nudum v. fimbrilliferum, raro totum nudum. Cap. heterogama, radiata, flor. radii interdum irregularibus (cfr. Madia, Calycadenia). Achaen. disci saepius calva, basi interdum rostellata (cfr. Madaria). Pappus raro 2-serialis, cfr. Lepidostephanus. (Fol. interdum oppos., cfr. Madia, Baeria. Hbae, pleraeque *Californicae*.) . . . . — ?III. MADIEAE.

II. Pappus nullus aut coroniformis (raro squamellosus aut pilosus, cfr. Euanthemideae, Chrysanthemeae, Athanasieae, Cotuleae, Artemisieae). Achaen. disci angulata v. teretia, radii obcompressa. Styli rami plerumque truncati, barbati, rarius cono superati. (Folia nonnunquam opposita, cfr. Euanthemideae, Chrysanthemeae, Cotuleae, Artemisieae.) . . . .

Subtribus VI. ANTHEMIDEAE.

a. Capit. radiata, heterogama (rarius discoidea v. homogama). Ligulae 1-serial., ♀, rarius neutrae. Styli rami saepe cono superati.

1. *Recept. paleaceum* (raro fimbrilliferum, cfr. Cladanthus). Discus ☿. Ligulae interdum nullae (cfr. Oederia, Anthemis, Lyonnetia, Nablonium, Anacyclus, Cyrtolepis, Achillea, Diotis, Santolina, Lasiospermum). Corollarum tubus saepe alatus v. basi calcaratus (cfr. Maruta, Ormenis, Diotis, Santolina, Nablonium, Eumorphia). Achaen. interdum alata, pappo vario aut nullo. (Fol raro oppos. v. verticillata.) . . . . Div. I. EUANTHEMIDEAE.

2. — *epaleaceum* (rarius parce paleaceum v. fimbrilliferum v. papillosum, cfr. Adenachaena, Pyrethrum, Psilothamnus, Dimorphotheca). Ligulae subinde difformes v. 2-labiatae aut 2-ligulatae (cfr. Monolopia, Psilothamnus, Phymaspermum, Schistostephium) raro nullae. Cor. disci quandoque alatae (cfr. Leucanthemum, Pyrethrum). Achaen. saepe epapposa, interdum alata aut aculeata. (Fol. alt., raro oppos.; capit. saepe concolora, saepius bicolora, radio albo v. coeruleo) . . . . — II. CHRYSANTHEMEAE.

b. Capit. discoidea (rarius radiata, cfr. Cotuleae, Artemisieae) ***homo- aut heterogama.***

α. Recept. paleaceum, saepissime planum. Flor. omnes ☿ tubulosi 5-dentati, lutei. Achaen. raro alata (cfr. Holophyllum). Pappus minute paleaceus v. pilosus, raro 0. (Frut. Africani v. Canarienses aut hb. Europ.; fol. altern.) . . . . — III. ATHANASIEAE.

β. — epaleaceum (subinde papillosum v. echinatum, cfr. Otochlamys, Cotula, Artemisieae.) .

1. *Achaen. plus minus obcompressa*, interdum alata, saepius epapposa. Capit. nonnunquam radiata (ligulis saepe bilabiatis), raro homogama (cfr. Peyrousia, Cenia). Cor. saepe 2-alatae v. basi calcaratae (cfr. Otochlamys, Cotula), limbo plerumque 4-dentato. (Hbae, rarius suffrut., fol. alt., raro oppos., cfr Otochlamys.) . . . . — IV. COTULEAE.

2. — *nunquam obcompressa*. Pappus 0 aut paleaceus v. coroniform., saepe irregularis, rarius 2-dentatus. Rec. interdum fimbrilliferum v. parce paleaceum (cfr. Artemisia, Stilpnophytum, Adenosolen, Pentzia). Flor. omnes tubulosi, nunc omnes ☿, nunc marginales ♀. (Fol. alt., raro oppos., cfr. Stilpnophytum, Chlamydophora) . . . . — V. ARTEMISIEAE.

c. Capit. monoica (sc. flores disci ♂, radii s. marginales ♀). Pappus nullus. Stylus disci simplex, clavatus v. apice latus truncatus, indivisus, radii plus minus bifidus.

1. *Recept. epaleaceum.* Capit. discoidea. Pappus nullus. (Fol. alterna.) . . . . — VI. HIPPIEAE.

2. — *paleaceum.* Capit. radiata, rarius discoidea. (Fol. alt. v. oppos.) . . . . — VII. ERIOCEPHALEAE.

III. Pappus pilosus v. setaceus (raro paleaceus, cfr. Eusenecioneae, achaeniorum exteriorum interdum nullus). Capit. heterogama, rarius homogama (nunquam vere dioica) discoidea aut radiata. Recept. plerumque epaleaceum. . . . .

Subtribus VII. SENECIONEAE.

A. Recept. paleaceum. Capitula discoidea, homogama. . . . . Div. I. NEUROLAENEAE.

B. — epaleaceum (rarius paleaceum v. fimbrilliferum (cfr. Erechthiteae, Eusenecioneae).

1. *Capit. heterogama, discoidea* (rarius subhomogama), flor. omn. tubulosis. Involucr. saepius 1-seriale. Rec. interdum papillosum v. fimbrilliferum. Pappus pluri- rarius 1-serialis. . . . — II. ERECHTHITEAE.

2. — *homogama, discoidea aut radiata*, ligulis ♀ v. sterilibus. Flores quandoque 2-ligulati v. 2-labiati (cfr. Elachia, Ligularia). Anth. rarissime caudatae (cfr. Elachia). Recept. nudum, rarius paleaceum v. alveolato-fimbrilliferum (cfr. Gynura, Arnica, Notonia, Bedfordia). Styli rami nonnunquam appendiculati v. cono terminati. Achaen. subinde rostrata v. alata (cfr. Mesogramma, Acleia, Brachyrhynchos, Cineraria, Culcitium, Bedfordia). Cotyledones planae. Pappus 1- v. pluriserialis, setosus aut pilosus (raro paleaceus, v. Senecillis) plerumque conformis. Invol. plerumque 1- v. pauciseriale, raro gamophyllum (cfr. Werneria, Euryops) basi saepius squamulis calyculatum. (Fol. alt., rarissime oppos. v. verticillata, cfr. Arnica, Gynoxys, Senecio, Elachia, Raillardia.) . . . . — III. EUSENECIONEAE.

3. — *homogama discoidea, aut radiata subdioica.* Recept. nudum. Styli rami crassi, medio sulco exarati. Achaen. subteretia. Cotyledones saepius involutae. Pappus 1-serialis, setis interdum basi connatis. (Frut. v. arb., fol. alt. coriaceis indivisis, capit. corymbos. v. paniculatis flavis. — *Ins. Juan Fernandez.*) . . . . — IV. RHETINODENDREAE.

II. Antherae basi caudatae (in nonnullis ignotae, forsan ecaudatae? cfr. Divisiones).

Subtribus VIII. GNAPHALIEAE.

A. Capit aut aggregata in glomerulum (saepe involucro communi cinctum) aut segregata 1-flora.

1. *Capit. glomerata, involucro communi cincta* (raro nuda, cfr. Pycnosorus, Calocephalus) 1- v. pauciflora, discoidea, homogama (rarius flore unico centrali neutro, cfr. Pycnosorus). Anth. interdum ecaudatae? (cfr. Styloncerus, Hyalolepis). Pappus 1-2-pluriserialis, setosus v. pilosus v. coroniform., raro 0. (Fol. alt., raro oppos., cfr. Calocephalus, plerumque linearia integerrima.) . . . . Div. I. ANGIANTHEAE.

2. — *segregata aut glomerata 1-flora, invol. communi nullo.* Fl. ☿, tubulosi, 6-dentati. Anth. basi 2-setae. Stigm. apice solo penicillata. Achaen. erostria, sessilia, saepius cylindracea. Papp. paleaceo-setosus, rarius nullus. Frut.; fol. alt., plerumque linearia v. subulata, integra, saepius supra rarius utrinque tomentosa; glomeruli nonnunquam bracteati, cfr. Perotriche.) . . . . — II. SERIPHIEAE.

B. Capit. segregata (rarissime glomerata, cfr. Antennarieae, Helichryseae, Leyssereae).

I. Recept. totum aut saltem margine paleaceum (raro epaleaceum, cfr. Antennarieae.)

1. *Capit. homogama v. heterogama*, pluri- v. multiflora. Invol. squamae apice saepius albae patulae ligulam simulantes et capitula quasi radiata reddentes. Anth. basi 2-setae (raro ecaudatae? cfr. Apalochlamys). Styli 2-fidi, ramis saepius truncatis. (Fol. alt., saepe decurrentia; capit. corymbosa v, paniculata, raro solitar., nunquam glomerata.) . . . . — III. CASSINIEAE.

2. — *dioica v. subdioica, v. monoica* (nonnunquam glomerata, cfr. Petalacte, Leontopodium). Rec. interdum totum epaleaceum (cfr. Phaenocoma, Anaxeton). Stylus florum ♂ v. sterilium indivisus, saepe clavatus, raro subbifidus; flor. ♀ bifidus. . . . . — IV. ANTENNARIEAE.

II. Recept. totum epaleaceum (rarius subpaleaceum, cfr. Divisiones) nudum aut fimbrilliferum.

a. Capit. discoidea (raro radiata). Flor. omnes tubulosi ☿, rarius marginales ♀ v. neutri etiam tubulosi aut rarissime ligulati. Invol. plerumque imbricatum, squamis saepe scariosis aut tomentosis, interior. saepe petiolatis apice in laminam coloratam patulo-radiantem productis. Recept. nudum aut alveolato-fimbrilliferum, rarius subpaleaceum (cfr. Filago, Achyrocline, Helipterum, Helichrysum, Rutidosis, Ixiolaena, Cladochaeta, Podolepis, Lachnospermum). Antherae interdum ecaudatae? (cfr. Ixiolaena, Quinetia) Achaen. interdum stipitata aut rostrata. Pappus setosus, 1-serialis, raro paleaceus aut pluriserialis, aut 0. (Fol. fere semper alterna et angusta integerr.; capit. nonnunquam glomerato-congesta, cfr. Filago, Demidium, Amphidoxa, Gnaphalium, Lasiopogon, Eriosphaera, Stenocline, Metalasia, Disparago, Helichrysum, Helipterum, Leontonyx.) . . . . — V. HELICHRYSEAE.

b. — radiata, rarius discoidea (cfr. Relhanieae). Achaen. rostrata aut erostria.

1. *Capit. semper radiata, ligulis ♀.* Recept. raro paleaceum (cfr. Rosenia) aut subfimbrilliferum (cfr. Leyssera). Pappus nunquam coroniformis, squamellis liberis aliis paleiform. aliis setiformibus, 1-serial., raro in disco 2-serialibus, interdum plumosis. (Frut., plerique Capenses, fol. alt. v. oppos., capit. nonnunquam subglomeratis, cfr. Leyssera, Pterothrix.) . . . . — VI. LEYSSEREAE.

2. *Capit. nunc homogama discoidea, nunc radiata, lig. ♀ v. neutris.* Rec. nudum v. fimbrilliferum v. paleaceum (cfr. Oligodora, Rhynchopsidium, Polychaetia, Relhania, Eclopes, Osmites, Osmitopsis, Arrowsmithia). Anth. interdum ecaudatae? (cfr. Arrowsmithia, Oligodora, Polychaetia, Syncephalum). Achaen. subinde alata (cfr. Eclopes). Pappus paleaceus v. coroniform., rarius 0, paleis basi saepe plus minus concretis, interdum setaceo-elongatis. (Frut. Capenses, fol. alt. v. oppos.) . . . . — VII. RELHANIEAE.

COMPOSITAE.

Tribus IV. *SENECIONIDEAE.*

(Continuat.)

Subtribus I. MELAMPODINEAE. Divisio I. *EUXENIEAE.*

a. Involucr. *1-seriale, patulum, demum reflexum,* squamis 10 oblongo-lanceolatis liberis aequalib. aut 2 oppositis majoribus. Capit. globosa. Recept. convex., paleis oblong. subobtusis deciduis. Cor. tubus angustus, faux campanulata extus hirsuta et glandulosa, limbus 5-dentatus. ♂: Anth. parum cohaerentes, nigricantes. Styl. inclusus, ramis brevibus crassis obtusis dorso hispidulis; ovar. abortivum. ♀: Anth. abortivae liberae. Styli rami crassi, obtusi, exserti. Achaen. obpyramidata, basi attenuata, 4-gona, calva v. rarius pappo subauriculaeformi coronata, apice circa areolam minute puberula, caet. glabra. (Frut. dichotomi, fol. oppos. serrat. triplinerv., pedunc. 1-cephalis, fl. flavis. — *Chile,* — ?*Brasil.*) . . . . Euxenia. CHAM.

b. — *subcampanulatum.* Recept. paleae membranaceae, squamas invol. referentes. Achaen. linearia. (Arbores, fol. serrat. v. denticulat., capit. paniculat., 10-15-floris, fl. albis v. flavis.)

1. *Corollae limbus 4-part.,* lobis ovali-oblong.; tub. teres vix pappo longior. Invol. 2-seriale, oligophyll., florib. brevius, squam. ovali-oblong. glabris. ♂: Anth. exsertae, appendiculatae. Stigm. acuta, hispidula. ♀: Stam. libera. Stigm. acuta, recurva. Achaen. plano-compressa (faciebus medio nervigeris) sparse hirtella, angulis apice productis in pappum s. aristas 2 (rarius 3) rigidulas margine strigillis erectis subciliatas. (Fol. oppos.; panic. oligocephala. — *Ins. St. Helenae.*) . . . . Petrobium. R. BR.
2. — *limb. revoluto-5-dentatus.* Invol. subimbricatum, squam. linear. obtusis. Recept. paleae ciliatae. Achaen. calva, breve rostrata et stipitata. (Fol. alt. subtriplinerv., panic. term. fastigiato-ramosissimis foliatis. — *Quito.*) . . . . Astemma. LESS.

Divisio II. *MILLERIEAE.*

A. Capitula discoidea (flor. omn. tubulosi). Stylus flor. ♀ bifidus. (Fol. opposita.)

I. Recept. totum epaleaceum, parvum. Flores disci 3-6 ♂, femineo unico marginali. Invol. oblong., disco brevius, 2-seriale, squamis in utraque serie 4 adpressis aequalib. coriaceis. ♂: Cor. faux ampla; limbi dentes 4-5 fasciculo pilorum superati. Anth. nigricantes. Styl. simplex, exsertus. ♀: Cor. cylindrica, 3-dentata. Achaen. obcompressum ovale v. orbiculat., calvum. (Hb., fol. august., 3-nerv., subdentat., capit. ad ramor. apices aphyllos spicatis v. glomeratis. — *Amer. austr.*) . . . . Riencourtia. CASS.

II. — totum aut ex parte paleaceum.

1. *Capit. subspiciforme, paleis late ovalib. ciliato-fimbriatis.* Capit. multiflora; fl. marginis 3-4 ♀, breves subtruncati extus pilos articulatos gerentes; fl. disci ♂ 5-fidi glabri. Invol. 1-3-seriale, squamae ext. (bracteae?) breves, inter. majores concavae. Anth. connatae, ecaudatae. Styl. radii 2-fidus, ramis crassis acuminat. glabris intus sulcatis, disci simplex inclus. abortivus. Achaen. radii grossa, obcompressa, glabra, disci abortiva. (Hb., fol. sessil. integerr. v. serrat., capit. corymbos. — *Brasil.*) . . . . Latreillea. DC.
2. — *convex.?, paleis singulis florem foventibus.* Capit. multifl.; fl. 5 marginal. ♀ limbo tenuissime fimbriato; fl. disci ♂ 5-fidi, stylo sterili. Invol. minimum, cupuliforme, persist. Anth. basi intus denticulo auctae. Achaen. obovata, epapposa, intra paleas extimas concavas grandefactas sita. (Hb., fol. serrat., petiolis breve vaginantib., capit. term. aggregatis rachi et involucro demum grandefactis. — *Brasil.*) Ichthyothere. MART.
3. — *planum, medio aut totum nudum,* margine paleas (invol. squamas inter. referentes) gerens. Capit. plurifl.; fl. marginal. pauci 5-fidi, styli ramis divaricatis subrevolutis glabriusculis subobtusis; fl. disci ☿ steril., stylo indiviso v. vix subbifido apice clavato hispidulo. Invol. ovatum, squam. ovatis concav. conniventib., inter. achaenia radii semiamplectentibus. Achaen. radii grossa, obovata, intus obcompressa, extus convexa, epapposa, apice pilis articulatis villosa, disci abortiva linearia gracilia, apice villosissima. (Hbae v. suffrut., fol. serrat., capit. paniculat., fl. albidis. — *Amer. trop.*) . . . . Clibadium. L.

B. Capitula radiata (flor. marginales 1-00 ligulati, ♀, fertiles).

I. Recept. totum epaleaceum (cfr. Unxia).

a. Folia opposita.

† **Capit. 2-flora,** fl. altero ♂ tubuloso 5-fido, altero ♀ longe tubuloso apice breve ligulato integro. Invol. 2-4-phyllum, squam. oppositis inaequal. cordato-orbiculat. et ovalib. aut oblongis acutis. Recept. minutum. ♂: Anth. vix exsertae; styl. abortiv., breve 2-fidus. ♀: Styl. apice 2-fid. Achaen. ovale, plano-obcompressum, epapposum, involucro immutato tectum nec involutum. (Hba trichotoma, fol. triplinerv. serrulatis, pedicell. 1-cephalis in summis axillis subumbellato-aggregatis. — *Amer. trop.*) Elvira (CASS.) DC.

†† — **pluriflora.**

1. *Flor.* ♀ *unicus,* ligulatus profunde 3-fidus, caet. ♂ tubulos. 5-dentati. Invol. 3-5-phyll., squama altera majore cucullata. Styl. ♂ integerrimus, ♀ bifidus. Achaen. epapposum, plano-obcompressum, nitidum, involucro demum carnoso indurato et irregulariter gibbo totum involutum, areola laterali. (Hbae facie Elvirae, stipulis interpetiolarib. Rubiacearum more praeditae, pedunc. term dichotomis, fl. luteis. — *Amer. trop.*) . . . . Milleria (L.) CASS.
2.? — ♀ *terni ligulati brevissimi 2-fidi,* fl. disci 5 ☿ tubulosi 5-dent. Invol. 5-phyll., squam. carinatis aequalib. Achaen. calva, disci prismatica, radii concava margine subdentato. (Hba dichotoma, fol. hastato-sagittatis succulentis, capit. racemosis et in dichotomia solitariis, disco flavo, radio albo. — *Mexico.*) . . . . Galeana. LALLAV. et LEX.
3. — ♀ *quini* ligulati parvi, ovati, disci 5 ♂ tubulosi 5-dent. Invol. subrotundum, squam. 5 ovatis. Recept. nudum? Achaen. radii ovata dura (ex L.) compressa laevissima calva, areola laterali, ex Less. (Hbae dichotomae, fol. 5-nerv., pedunc. axillar. — *Guiana.*) . . . . . . Unxia. L. FIL.

b. Folia alterna. Achaen. calva, disci 0 v. abortiva.

1. *Achaenia inermia, radii oblonga 5-angulata papilloso-incana.* Capit. paucifl., ligulis 1-serial. late ellipticis tubo destitutis, fl. disci ♂ tubulos. 5?-dent. Invol. 1-seriale, squam. 5 ellipticis. Recept. parvum. (Hba, fol. amplexicaul. pinnati-partitis, capit. parv. pedicellat. flavis. — *Chile.*) Blennosperma. LESS.
2. — *radii crassa, aculeis rigidis crassis undique echinata, glabra.* Ligulae 5-7, obtusae, basi ciliatae; fl. disci 10-12 ♂ tubulosi 5-dent. Invol. 1-seriale, squam. oblong. Anth. et styl. ignot. (Hba, fol. apice dentat., capit. term. solitar. parvis. — *Afr. austr.*) . . . . Xenismia. DC.

II. Recept. totum aut ex parte paleaceum.

A. Folia alterna, sessil., oblonga, sinuata. Capit. multifl., flava, ligulae 5-6 breves 3-dentatae; fl. disci ♂ tubulosi 5-dent. Invol. 2-seriale, squam. ext. 8-10 erectis disco breviorib. oblongis, inter. paleas referentibus et achaenia radii semiincludentibus. Recept. parvum, convex., paleis membranaceis cuneatis apice dentatis acutis achaenia involventibus. Achaen. epapposa, radii subtrigona villosa, disci glaberrima, gracilia. (Hba incana, apice corymboso fastigiata, capit. term. — *Mexico.*) . . . . Aiolotheca. DC.

B. — *opposita.* (v. pag. sequ.)

COMPOSITAE.

Trib. IV. *SENECIONIDEAE*. *Subtr. I.* MELAMPODINEAE.

Divisio II. *MILLERIEAE.*

(Continuat.)

B.II.

B. Folia opposita.

† **Achaenia calva** (epapposa).

a. Involucr. oligo-(6-8-)phyllum.

1. *Capit. multiflora, ligulis 5 ellipticis subintegris* tubo glanduloso; flor. disci circ. 12. Invol. subglobosum, 2-seriale, disco aequale, 7-phyll., squamis 2 ext. rotundatis villosis submajorib., inter. 5 glabris membranaceis. Recept. subplanum, paleis paucis inaequalib. subulatis. Achaen. glabra, radii lateraliter plano-compressa sublenticularia, truncata, crassa, laevia, disci gracilia. (Hba villosa, fol. lanceol. subdentat., capit. term., fl. flavis. — *Guiana.*) . . . . Pronacron. Cass.

2. — *pluriflora, minuta, ligulis 3-5 parvis profunde 3-4-lobis*, flor. disci pluribus 4-5-dent. Invol. 6-8-phyll., squam. linear. acutis 1-nerviis, alternis majorib. rotundis. Recept. paleae scariosae, difformes, ext. majores erosae, int. lineares. Styl. ♂ integerr. inclusus abortiv., ♀ 2-fidus. Achaen. radii 3-angularia lucida, extus squama, intus palea amplexa, disci nulla. (Hbae dichotomae, fol. triplinerv., panic. cymosis, ramis glanduloso-pubesc., fl. luteis. — *Mexico.*) . . . . Trigonospermum. Less.

b. Involucr. polyphyllum, 3-seriale, squam. in seriebus 2 ext. septenis subaequalib. Capit. plurifl., fl. disci obconicis, 5-dent. Styl. ♂ indivis. exsertus teres subobtusus apice subhirsutus. Achaen. triquetra, apicem versus tuberculata, squamis invol. intimis capsulae instar inclusa. Embryo triqueter; cotyled. conduplicatae. (Hba dichotoma, fol. serrat. triplinerv., capit. in dichotomiis et term., fl. luteis. — *Mexico.*) . . . . Scolospermum. Less.

†† **Achaenia pappo coroniformi dentato superata**, radii obcompressa, disci elongata abortiva. Invol. 2-seriale. Recept. planum.

1. *Pappus deciduus.* Achaen. radii subtrigona, adulta 3-gona laevia calva, disci compressa papulosa. Capit. plurifl., ligulis 5, fl. disci 5-dent. extus subhirsutis. Invol. squam. adpressae lanceolat., exter. foliaceae. Recept. paleae membranaceae amplectentes apice ciliato-fimbriatae. (Hb.; fol. serrata 3-nerv.; capit. e dichotomiis orta aut oppositifolia, fl. flavesc. v. albis? — *Mexico.*) . . . . Fougerouxia. DC.

2. — *persistens.* Achaen. radii vix subtrigona, glabra, disci linearia, pappo conformi. Capit. multifl., ligulis circ. 5, fl. disci 5-dent. obtusis subglabris, tubo brevissimo, fauce cylindrica. Invol. squamae inaequales. Recept. paleae linear. obtusae. (Hbae, fol. crenat., capit. term. solitar., fl. luteis. — *Amer. bor.*) . . . . Chrysogonum. L.

Divisio III. *SILPHIEAE.*

A. Pappus nullus. Recept. planum v. subplanum.

a? Involucr. 3-phyllum, squam. oval. erectis. Recept. angustum. Ligulae 3-5 albae 3-dentatae, tubo longo basi hispido; fl. disci 10-12 flavi, tubo longiore gracili glabro, limbo campanulato 5-lobo. Anth. nigricantes. Achaen. radii compressa? aut obcompressa?, laevia, disci abortiva. (Hb. trichotoma, fol. oppos. serrat., corymbis term. — *Mexico.*) . . . . Guardiola. H. B. K.

b. — *polyphyllum.* Capit. multiflora, ligulis 1-serial., fl. disci tubulosis 5-dentatis, styli abortu masculis. (Corymbi terminal., fl. luteis.)

1. *Involucr. campanulatum, imbricat.* Recept. paleae membranaceae obtusae. Ligulae numerosissimae, stylo 2-fido gracili; fl. disci anth. exsertis (breve caudatis?), stylo simplici. Achaen. obovata, subangulata, disci abortiva? (Hbae lanato-tomentosae resinosae, fol. oppos. integr. — *Amer. trop.*) . . . . Espeletia. Mutis.

2. — *duplex, exterioris squamae 5 foliaceae magnae patulae*, ovato-lanceolatae, interioris numerosiores breviores adpressae disco longiores achaenia amplectentes. Styl. disci apice 2-fid. pubescens. Achaen. glabra, radii obovata subcompressa aptera laevia crassa, disci teretia abortiva. (Hb., fol. alt. v. oppos. semiamplexicaul. scabris, fl. disci saepe fusco-purpurascentib. — *Amer. trop. et temp.*) . . . . Polymnia. L.

B. Pappus 2-cornis aut aristatus. Capit. multiflora, flor. disci tubulosis styli abortu masculis, ligulis 1-serialibus.

a. Achaenia radii 2-alata.

1. *Achaenia radii elliptica, valde compressa*, laevia, alis angustis apice in pappum brevissimum 2-cornem continuatis, disci linearia. Invol. cylindraceo-campanulatum, 2-seriale, disco brevius, squam. integerr. obtusis. Recept. planum, paleis membranaceis linearibus. Ligulae 5. Styl. disci simpl. clavatus, radii 2-fid. ramis semilanceolatis. (Hba scandens, fol. alt. pedati-v. ternatisect., capit. solitar. longe pedunc., fl. aurantiac. — *Mexico.*) . . . . Hidalgoa. Less.

2. — *radii plano-obcompressa, emarginata pluriserialia*, alis cum pappi dentib. v. aristis 2 concretis aut liberis. Invol. campanulat., imbric., squam. basi adpressis strictis, apice foliaceis laxis. Recept. subconvex. Flor. disci tubo brevissimo, fauce cylindracea, lobis 5 superne hirtellis. Styl. indivis., apice hispidus. (Hbae saepe elatae, interdum gummiferae, fol. alt. v. oppos. v. verticillat. saepe connatis, capit. pedunculat. majusculis, fl. luteis. — *Amer. bor.*) . . . . Silphium. L.

b. Achaenia radii aptera, obcompressa, obovato-orbiculata, coriacea, pappo brevissimo subaristato coronata. Invol. 3-seriale, foliaceum, squam. circ. 3 ext. oblongis, mediis 4-5 majorib. obovatis subacutis, intimis 6-8 maximis subrhombeis subdentatis. Recept. obconicum, apice truncatum; paleae foliaceae; exteriores geminatim ad basin cujusque squamae invol. intimae ortae, cucullatae, floriferae, apice dilatatae, obtusae; aliae ex receptaculi disco terminali et margine ortae, minores, cuculliformes florem ad filum reductum aut nullum gerentes. Fl. disci 5-dentati, centrales abortivi. (Suffrut., fol. alt. sessil. cordat. crenat., corymb. term., invol. et paleis pubesc., fl. luteis. — *Texas.*) . . . . Berlandiera. DC.

Divisio IV. *MELAMPODIEAE.*

a. Pappus (verus saltem) *nullus.* Ligulae 1-serial., fl. disci tubulosi ♂.

1. *Invol. duplex*, squamis ext. 5-3 planis patulis, inter. 5-10 ligulas involventib. Recept. convex. aut subulato-conicum, paleis diaphanis decid. Achaen. disci abortiva, radii obovata subcurvata laevia intra squamas invol. plus minus inclusa ideoque saepius extus tuberculosa v. rugosa et apice coronata. (Hb. v. suffrut. dichotom., pedicellis ex dichot. ortis 1-cephalis, fl. flavis, ligulis rarissime albis. — *Amer. trop., ins. Philippin.*) . . . . Melampodium. L.

2. — *1-seriale*, squam. 5 ellipt. concavis. Recept. planum, paleis ext. achaenia arcte involventibus extus aculeis herbaceis hamatis munitis, inter. concavis apice dentatis flores ♂ foventibus. Ligulae subcucullatae, fl. disci 5-dent. Anth. appendiculatae, ecaudatae. Stigm. recurvata, apice glabra. Achaen. compressa, obtusa, basi subattenuata. (Hbae trichotomae, demissae, fol. subtus punctatis, capit. term. solitar. pluriflor. flav. — *Antill., Amer. austr.*) . . . . Acanthospermum. Schrank.

b.? Pappus pilosus, uniformis. Achaen....? Capit. multifl., fl. radii pluriserial. ♀ filiform. (an ligulatis?), fl. disci paucis ☿ tubulos. 5-fid. Invol. imbric., squam. acutis. Recept. convex., paleis (fimbrillis?) minutis apice subaristatis. (Hba elata tomentoso-sericea, fol. connatis subtus 3-nerv. subdentat, capit. corymbos. flavesc. — *Mexico.*) . . . . Allendea. Lallav. et Lex.

COMPOSITAE.

Trib. IV. *SENECIONIDEAE*. *Subtr. I.* MELAMPODINEAE.

(Continuat.)

Divisio V. *PARTHENIEAE*.

2. — *radii obcompressa v. triquetra*, pappo brevissimo parco; disci sub-4-gona, laevia, pappo 1-seriali squamellis pluribus denticulatis et (vel in fl. omnibus vel nonnisi in centralibus) setis 1-2 ex angulis majoribus ortis coronata. Stigm. revoluta. Invol. 2-3-seriale, squam. ovatis obtusis basi intus striatis subcallosis. Recept. convex., paleis lanceolatis. Flor. disci tubo brevissimo, fauce inflata multinervia. (Fol. alt. serrata; rami apice 1-cephali subnudi. — *Mexico.*) . . . . Tithonia. Desf.

Divisio V. *BIDENTIDEAE.*

I. Achaen. angustissime alata, rostrata, conformia, elongata, subcontorta aut curva sub-4-gono-obcompressa, alis apice in mucrones minimos saepe deciduos v. subnullos productis. Invol. pauciseriale, squam. oblongo-ellipt. demum reflexis. Recept. planum. Ligulae neutrae, 00-nerviae; fl. disci 5-dent., fauce longissima 10-nervia. (Frut. v. hb.? fol. oppos. laciniat, capit. pedicellat. luteis. — *Oceania*) . . . . Campylotheca. Cass.

II. Achaen. aptera, rostrata. Recept. planum v. subplanum. (Rami apice plerumque nudi 1-cephali.)

a. Achaen. aristis retrorsum piloso-scabris coronata. Recept. paleaceum.

1. *Achaen. plus minus obcompressa, aculeata*, rostro subconformi, aristis 2-5. Styli rami cono brevi superati. Invol. 2-seriale, seriebus similibus v. dissimil. Capit. nunc homogama discoidea flava, nunc radiata ligulis neutris luteis v. albis, raro discoque purpureis. (Hbae, fol. oppos., summis interdum altern., laciniat. v. indivis. — *Patria diffusa.*) . . . . Bidens. L.

2. — *4-gona, interdum stipitata*, aristis 2-4 deciduis. Styli rami apice incrassati hispidi, in conum subulatum producti. Anth. appendice scariosa cordata superatae. Invol. duplex, utrumque squamis 8-10 acuminatis basi plus minus concretis. Recept. paleae membranaceae, in filum elongatum productae. Capit. radiata, lig. neutris varie coloratis, disco luteo. (Hbae, fol. oppos. bipinnatisect. — *Amer. trop.*) . . . . Cosmos. Cav.

b. Achaen. exaristata (omnino calva) sub-3-gono-obcompressa, apice attenuata v. breve rostrata, in disco saepe linearia abortiva. Anth. exsertae, ecaudatae. Stylus Coreopsidis. Invol. cylindraceum, 2-seriale, disco aequale, squam. linear., inter. foliaceis glandula magna terminatis. Recept. bracteolatum. Ligulae circ. 4 neutrae, subellipticae emarginatae; fl. disci limbo basi inflato, dent. 5 revolutis. (Hba gracilis, fol. oppos. ternatisectis, capit. solitar. parv. paucifl. luteis. — *Ins. Sandwic.*) . . . . Adenolepis. Less.

COMPOSITAE.

Tribus IV. *SENECIONIDEAE.*

(Continuat.)

Subtrib. III. FLAVERIEAE.

A. *Capitula pauciflora, dense glomerata v. fasciculata.* Recept. parvum, nudum. Achaen. glabra, calva. Styli rami fl. ☿ apice exappendiculati. (Hbae glabrae v. subglabrae, fol. oppos. sessil. 3-nerviis, flor. flavis. — *Amer. trop. et austr. temp.*)

1. *Capit. pauciflora, glomerato-fasciculata,* nunc omnia homogama, nunc heterogama, fl. unico ♀ ligulato, caet. ☿ 5-dentatis. Invol. oblong., squam. 3-4 aequilongis conniventibus, una exter. majore subconcava. Achaen. oblonga, striata. (Fol. dentata v. integra; capit. secus ramulos 1-lateralia, plus minus conferta.) . . . . Flaveria. Juss.

2. *Capit. in glomerulum ovatum dense spicato-conferta,* sessilia inter se varia, alia 2-flora homo- v. heterogama, alia 1-flora ♀ v. ☿. Invol. squama unica concava ampla, aut 2-3, quarum aliae concavae amplae aliae parvae. Recept. punctiforme. Flor. tubulosi extus pilis articulatis confertis hispidi 5-fidi; ♀ subligulati? filiformes. Achaen. obovato-oblonga, obcompressa, flor. ☿ ex Cass. minora. (Fol. integerr. v. subrepanda v. serrata; glomeruli ax. v. ad ramor. apices pauci, subumbellati.) Broteroa. DC.

B. *Capit. multiflora, simplicia,* in axillis superiorib. solitaria, heterogama; flor. radii pluriserial. ♀, tubo filiformi, limbo subligulato 3-4-fido; fl. disci ☿ steril., tubo subconico, limbo infundibuliformi 5-fido. Invol. 4-phyll., foliaceum, squam. 2 oppositis majoribus. Recept. parvum, subplanum, paleis arcte conniventibus subcoriaceis apice hirtellis complicatis (quasi 2-valvibus) singulis florem involventibus. Stigm. 2 exserta, revoluta, versus apicem hispidula. Achaen obcompressa, calva, erostria, palea tota involuta. (Hbae aquat. radicantes; fol. oppos. saepius serrata, interdum hastata v. auriculata; flor. omnium? albi. — *Amer. trop., Ind. or., Oceania.*) . . . . Enhydra. DC.

Subtribus IV. TAGETINEAE.

A. Corollae disci regulariter 5-fidae.

Styli rami cono superati. Pappus aristatus v. squamellatus, 1-2-serialis, inaequalis. Invol. squamae, saltem interiores, connatae. Capit. saepius heterogama radiata. . . . . Divisio I. TAGETEAE.

I. Capit. inter se disparia, sena umbellato-capitata in glomerulum aggregata, centrale discoideum, caet. radiantia 1-2-ligulata. Invol. proprium 1-seriale, 3-phyllum. Recept. hirsuto-fimbrilliferum. Achaen. erostre, 4-gono-compressum. Pappus 1-serialis, paleis in setas inaequales scabras fissis. (Fol. pinnatipartita. glandulosa. — *Mexico.*) . . . . Syncephalantha. Bartl. †

II. Capit. inter se consimilia, segregata.

A? Pappus aristatus v. denticulatus v. setosus, aristis liberis basi vix aut non dilatatis (cfr. Cadiscus).

a. Capit. homogama, ☿, discoidea, multiflora. Invol. campanulatum, aequale. Recept. nudum. Flor. peripherici 6-12 majores, subbilabiati. Pappus constans denticulis brevissimis et aristis 1-3. Caet. ignota. (Herbula decumbens, fol. oppos. subrotundo-cordatis crenatis, pedunc. 1-3 ad apicem caulis 1-cephalis. — *Mexico.*) . . . . Microspermum. Lag.

b. — heterogama, radiata, multifl., fl. radii 1-serial. ♀ ligulatis, disci ☿. (Stirpes glabrae, fol. alt. integerr.)

1. *Recept. convexum, alveolatum.* Invol. 1-seriale, squamis 8-10 in cupulam 8-10-dentatam connatis. Ligulae latae; fl. disci exter. fertil., tubulosi subbilabiato-5-dentati, centrales steriles? Styli rami apice barbati. Anth. ecaudatae? Achaen. fertilia teretia striato-sulcata, breve rostrata, sparse puberula basi subvillosa; sterilia linear. laevia. Pappus fr. fertil. squamellis 10 setiform. rigidulis scabris persist. basi subdilatatis, fr. sterilium omnino setiformibus. (Hba aquat. eglandulosa, fol. linear., pedunc. oppositifol. nudis 1-cephalis, fl. albis? — *Afr. austr.?*) . . . . Cadiscus. E. Mey.

2. — *planum, hirsuto-fimbrilliferum.* Invol. subbiseriale, florib. subaequale squam. adpressis oblong. inaequal. Lig. breves, glandulis paucis onustae; fl. disci regulares. Achaen. subcylindracea, striata, hispidula. Pappus setis filiform. scabris. (Hb. v. frut.?, fol. ovat. pellucido-glandulos., capit. paniculat. bracteat., fl. flav. — *Madagasc.*) . . . . Glycideras. Cass.

B. Pappus paleaceus, paleis basi dilatatis et saepe connatis.

a. **Pappus duplex,** seriebus dissimilibus. Capit. radiata. (Hbae facie Tagetis, fol. pinnatisect., lobis serrat. ciliat.; rami 1-cephali. — *Mexico.*)

1. *Pappi setae interiores elongatae apice acute subtrifidae,* exter. breves truncatae. Achaen. elongata. Recept. alveolatum v. fimbrilliferum. Invol. bracteis sub-1-serialibus aristato-subulatis basi 1-glandulosis cinctum, squamis linearib. connatis apice productis in aristam subulatam basi 1-glandulosam. (Fol. oppos. et super. alterna; pedunc. apice incrassati; fl. crocei v. coccin., disci pallidiores.) . . . . Adenophyllum. Pers.

2. — *interioris setae* 10 *basi cuneatae apice ramoso-pinnatae filiformes,* exter. paleae 10 oblongae integrae. Achaen. cylindracea, minute puberula. Recept. convex., fimbrilliferum. Invol. cylindrico-campanulatum, 1-seriale, bracteis 1-2-serialibus pinnatipartitis apice subulato-piliformibus cinctum, squam. circ. 20 inferne connatis apice varie liberis. (Fol. alterna; flor. flavo-aurantii.) . . . . Lebetina. Cass.

b. **Pappus 1-serialis** (rarius 2-serialis, v. Hymenatherum). Achaen. elongata.

α. *Pappi paleae subaequales* (rarius inaequales, cfr. Hymenatherum), *palmatifidae,* basi indivisae liberae (quasi polyadelphae). (Hbae Tagetis facie, fol. oppos., rarius alternis, plerumque pinnatipart.)

1. *Invol.* 1-*seriale,* squam. plus minus connatis, plerumque bracteis 1-2-seriatis calyculatum. Recept. planum, brevissime hirsuto-fimbrilliferum aut subalveolatum. Capit. radiata, raro discoidea. Styli rami cono pubero superati. Achaen. compresso-4-gona. Pappi laciniae piliform. v. setaceae scabrae aut barbellato-palmatae. — (*Mexico, Amer. bor.*) . . . . Dysodia (Lag.) DC.

2. — *imbricatum,* squam. linear. acutis dorso versus apicem glandulam grossam gerentibus. Recept. tenuiter fimbrilliferum. Capit. radiata, lig. 1-serial; fl. disci 5-dent. Achaen. glabriusc., 00-striatum. Pappi squamellae 10 apice lineari-setiform. (Pedunc. term. 1-cephali solitar.; flor. aurantii. — *Mexico.*) . . . . Clomenocoma. Cass.

3. — 1-*seriale, turbinato-campanulatum,* disco brevius, squam. 10-14 connatis obtusis grosse glandulosis. Recept. planum, omnino nudum. Ligulae 10 ovales supra velutinae; fl. disci subinaequaliter 5-dentati. Styli rami elongati. Achaen. gracilia, striata. Pappus 1- raro 2-serial., paleis 10, rarius 5, membranaceis superne 3-fidis, lobis nunc omnibus rigidulis aristatis scabris, nunc lateralib. membranaceis et medio aristato, nunc alterne 3-fidis aristatis, alterne oblongis membranaceis. (Capit. term. solitar., lutea? — *Chile, Mexico.*) . . . . Hymenatherum. Cass.

β. *Pappi paleae inaequales, aliae obtusae subconnatae, aliae aristatae elongatae liberae.* Achaen. compresso-4-gona, basi attenuata, semine pedicellato. Recept. subalveolatum. Invol. 1-seriale, gamophyllum campanulatum v. cylindraceum, dentatum. Capit. radiata, raro subdiscoidea. (Hbae foetidae v. suaveolentes, fol oppos. v. alt. indivis., serrat. v. pinnatisect. pellucido-glandulosis; capit. solitar. v. corymbos. v. fasciculat, fl. flav. v. croceis, ligulis interdum bilabiatis. — *Mexico, Amer. austr.*) . . . . Tagetes. Tourn.

γ. — *paleae 5 truncatae, breves.* Recept. nudum. Invol. Tagetis. Capit. homogama, discoidea, multifl. (Suffrut, fol. oppos. subsetaceis confertis parvis tomentos., pedunc. term. 1-2-phyllis 1-cephalis, invol. extus tomentoso achaeniis aequali, flor. atropurpur.? — *Mexico.*) . Thymophylla. Lag.

B. Corollae disci inaequaliter fissae, subbilabiatae.

Styli rami in appendicem subulatam producti. Pappus pilosus v. setosus, pluriserialis. Invol. squamae liberae aut vix basi connatae. Capit. homogama, discoid. . . . . Divisio II. POROPHYLLEAE.

Invol. squamae 1-seriales, 5 (in spuriis 9-12) oblongo-linear., juniores basi subconnatae. Recept. punctatum, nudum. Cor. omnes tubulosae, regulariter 5-dent., aut dente uno profundius separato subbilabiatae. Anth. ecaudatae, apice breve appendiculatae. Styli rami exserti, basi intus stigmatis series 2 gerentes, apice (fere Vernoniacearum more) undique hispidi, acuti. Achaen. angulata, elongata, saepissime scabra plus minus rostrato-attenuata. Pappus scaber. (Hbae v. suffrut.; fol. alt., rarius oppos., indivisa dentata v. integra, saepius pellucido-glandulosa; pedicelli 1-cephali; invol. saepe coloratum, cor. purpurasc. — *Mexico, Amer. austr., Ind. or., Japon., Oceania?*) . . . . Porophyllum. Vaill.

COMPOSITAE.

Tribus IV. *SENECIONIDEAE.*

(Continuat.)

Subtribus V. HELENIEAE. Divisio I. *GAILLARDIEAE.*

Subdivisio I. EUGAILLARDIEAE.

A. LIGULAE NEUTRAE. (Herbae, caule v. ramis apice plerumque nudis monocephalis, fl. alt., capit. multiflor) . . . .

I. Recept. nudum, convexum. Achaen. subcylindracea. Pappi paleae membranaceae circ. 8 breves fimbriatae exaristatae. Styli rami breves, exappendiculati. Invol. 2-seriale, squamis ext. lineari-subulatis, int. sublanceolatis. Ligulae circ. 20, trifidae; fl. disci 3-5-dentati. (Fol. angusta subdentata; capit. term solitar. multifl., fl. flavis. — *Amer. bor.*) . . . . Leptopoda. NUTT.

II. Recept. paleaceum aut fimbrilliferum. (Fol. saepissime integra, sessilia.)

a. Recept. convexum, fimbrilliferum. Ligulae apice 3-dentatae v. 3-fidae; fl. disci 4-5-fidi. — (*Amer. bor., Mexico.*)

1. *Pappi paleae 1-nerviae longe aristato-acuminatae.* Achaen. oblonga, villosa. Styli rami appendice longa subulata hispida terminati. Ligulae 00-nerviae, glandulosae; fl. disci tubo brevi, limbo pilis articulatis hispido. Invol. 2-3-seriale, squamis appendice foliacea acuminata discum superantibus. (Fol. interdum incisa; discus flav. v. fuscus, ligulae luteae, subinde basi croceo-fuscae.) . Gaillardia. FOUG.

2. — *paleae breves, membranaceae,* nunc 12-14 obtusae, nunc 2-seriales, inter. acutis, ext. subfimbriatis. Achaen. obconica, sericea, alveolis recept. immersa. Styli rami inclusi, vix appendiculati. Anth. basi breve 2-setosae. Fl. disci extus glanduliferi, basi cornei. Invol. campanulat., 2-00-seriale, imbric. (Flor. flavi.) . . . . Balduina. NUTT.

b. Recept. planum, paleas 1-seriales inter radium et discum gerens, caeterum alveolato-subfimbrilliferum. Invol. 2-seriale, squam. lanceolatis, ext. foliaceis subconvolutis, int. planis margine scariosis. Fl. radii parvi subligulati neutri, aut hinc apice fissi et genitalium rudim. continentes; fl. disci ☿, 5-fidi. Anth. ecaudatae, articulo antherifero longiusculo. Styli rami teretiusculi, puberuli. Achaen. elongata, basi attenuata, striata, secus nervulos scabrida, radii calva, disci coronata pappo amplo 2-seriali, paleis 10 membranac. obtusis, interiorib. multo longioribus circa corollam convolutis. (Fol. linear. integerr.; flor. longe tubulosi purpurei? — *Amer. bor. — occid.*) . . . . Achyrachaena. SCHAUER

Subdivisio II. EUHELENIEAE.

B. LIGULAE FOEMINEAE AUT NULLAE. . . . .

I. Capit. radiata, heterogama (cfr. Hymenoxys, — rarissime discoidea, cfr. Lasthenia, Cephalophora).

A. Recept. paleaceum aut fimbrilliferum.

1. *Pappus polyphyllus, paleaceus. Recept. favosum, dentato-paleaceum.* Capit. circ. 8-flora, ligulis 3 ♀. Invol. imbricatum, squamis apice reflexis. Caet. ign. (Suffrut. resinosus, fol. alt. sessil. linear. integerr., corymbo term. oligocephalo. — *Mexico.*) . . . . Gutierrezia. LAG. †

2. — *4-8-phyllus membranaceus. Recept. parce alveolato-fimbrilliferum aut nudum.* (**Bahiae** sp., v. infra.)

B. Recept. epaleaceum (cfr. Bahia).

I. Pappus omnino nullus. Capit. multifl., fl. disci 5-dentatis. (Hbae, fol. plerumque integerr.)

a. Recept. subplanum. Achaen. angulata, glabra, glandulosa. Styli rami apice truncato-subcapitati hispiduli. Invol. 2-seriale, squam. ext. foliaceis patulis radium aequantibus, int. breviorib. linearib. discum vix superantibus. Lig. 3-5-fidae; fl. disci planiusculi, lobis brevib. fusco-hirsutis. (Hba; fol. alt., decurrent., oblongo-lanceolata, integerr; radius luteus, discus fusco-purpurasc. — *Mexico.*) . . . . Hecubaea. DC.

b. — conicum. Achaen. conformia, glabra. (Hbae, fol. oppos, lineari-lanceolat. subintegerr., capit. term solitar., fl. aureis. — *California.*)

1. *Invol. 2-seriale,* squam. circ. 10 aequal. planis. Recept. nudum. Styli rami cono superati. Achaen. fusiform., compresso-sub-4-gona, obtusa, areola terminali parva. . . . . . Baeria. FISCH. et MEY.

2. — *1-seriale, gamophyllum, campanulatum, 8-15-dentatum.* Recept. papillosum. Fl. disci limbo campanulato. Anth. inclusae. Achaen. lineari-oblonga, compressa, laevia. *Hologymne. BARTL.

II. Pappus paleaceus (raro subsetaceus).

† ***Pappi paleae acutae v. aristato-acuminatae, aut dentatae v. lacerae.***

A. Styli rami cono brevi superati. (Hbae, fol. oppos. angust. integerr., ramis apice nudis 1-cephalis, capit. multifl., fl. aureis.)

1. *Achaen. compressa,* adpresse pubescentia, areola basilari cornea cava. Pappus corollam subaequans, paleis 5-10 acutis dentato-laceris. Styli radii exserti, disci subinclusi, ramis brevib. arcuatis. Anth. inclusae. Invol. 1-seriale, squam. 5-15 in cupulam dentatam connatis, dent. acutis ciliatis. Recept. papillosum, conicum. Ligulae paucae, longe tubulosae, saepe parvae oblique truncatae; cor. disci breves, 5-dent. fauce inflata. (Pedunc. apice turbinato-dilatati; capit. interdum subhomogama. — *California, Chile.*) . . . . . . Lasthenia. CASS.

2. — *lineari-sub-4-gona, gracilia,* radii fere obcompressa pappo longe 2-3-aristato, disci pappo corollam subaequante paleis 3-4 lanceolato-aristatis. Invol. 1-2-seriale, patulo-campanulatum, disco parum longius, squam. oval. acuminat. subaequal. Ligulae obovatae; fl. disci 5-fidi ☿ v. abortu steril., lobis extus tenue barbellatis. — (*Nova Californ.*) . . . . Burrielia. DC.

B. Styli rami nec cono superati, nec appendiculati, interdum apice incrassati.

a. Pappi paleae integrae.

‡ Folia alterna. Recept. nudum, convexum v. globos. v. oblong. v. conicum. Achaen. villosa, pappo membranaceo. (Hbae, flor. flavis.)

1. *Achaen. turbinato-obovata.* Pappi paleae 5-6, plus minus apiculatae. Styl. rami obtusi. Invol. 2-seriale; squam. exter. foliaceae, elongatae, sublineatae, reflexae v. patentes; inter. breviores, acuminatae, paleas simulantes. Fl. radii interdum tubulosi subirregulariter 3-5-fidi; fl. disci brevissime 4-5-dentati. (Fol. decurrentia, integra v. dentata v. subpinnatifida, subtus punctata; capit. term. solitar., cor. extus puberulis. — *Amer. bor., Mexico.*) . . . . Helenium. L.

2. — *oblonga.* Pappi paleae 6-7 erectae, acuminatissimae, nudae. Stigm. disci inclusa, breviuscula, apice incrassata, dorso hirsuta. Invol. subhemisphaeric., imbric., squam. ext. basi connatis. Lig. 8-10 obovato-oblongae grosse 3-dentatae; fl. disci 5-dent., extus (amare) glandulosi. (Radix crassa; fol. pinnatifida, pellucide glanduloso-punctata; capit. term. — *Amer. bor.*) . . . . Picradenia. HOOK.

‡‡ Folia opposita (late obovata, apice obtusissima 5-dentata, basi cuneata integra). Invol. ovato-oblong., bracteis paucis foliaceis cinctum, squam. paucis adpressis obtusis dorso tomentosis. Recept. angust., nudum. Ligulae 3-5 latae, breves 2-3-dentatae, stylo exserto 2-fido; fl. disci 5-dent., fauce dilatata, anth. albis, stylo simplici apice capitellato aut subnullo? Achaen. oblonga, subangulata, radii pubesc., disci glabra. Pappus radii scariosus, squamellis 5 acuminatis; disci nullus. (Hba tenella, caulib. apice subaraneosis; capit. in axill. supremis approximatis solitaria, parva, cano-tomentosa. — *California.*) . . . . Actinolepis. DC.

b. Pappi paleae (saltem fl. disci) *erosae v. serratae.* Invol. squamae lanceolato-lineares, disco aequales v. subbreviores. Stigm. patulo-revoluta. (Capit. globosa v. subglobosa.)

1. *Achaen. turbinato-4-gona, pilis squamosis adpressis tecta.* Pappi paleae 5-8 membranaceae, apiculatae, margine erosae. Stylus filiform., ramis exsertis apice hispidulis. Recept. foveolatum. Invol, 2-seriale, squam. reflexis. Capit. globosa, nunc radiata, nunc discoidea homogama. Cor. extus hispidulae, disci 5-dentatae, fauce obovata, tubo brevissimo; ligulae 3-dentatae. Anth. inclusae. (Hbae v. suffrut., fol. alt. angust., capit. term. flavis. — *Amer. austr. et bor., Mexico.*) Cephalophora. CAV.

2. — *compressa, elongata, glabra,* angulis subciliatis, latere uno alterove nervo v. angulo praedito. Pappus paleaceus, 1-serial, persist., radii auricularis acuminatus integer ad latus exterius situs, disci constans paleis 2-5 subfoliaceis irregularib. serratis rigidis. Stigm. disci apice puberula. Anth. apice appendiculatae. Recept. planum. Invol. campanulat., 2-3-seriale, squam. subaequal. Lig. obovato-cuneatae, apice latae incisae; fl. disci 3-dentati. (Hbae crassicaules, fol. longis, aliis argenteis aliis glanduloso-pubesc.; pedunc. ax. glanduloso-hirti 1-cephali; capit. nutantia. — *Ins. Sandwic.*) . . . . Argyroxiphium. DC.

C. Styli rami appendiculati (v. pag. sequ.)

COMPOSITAE.

Tribus IV. *SENECIONIDEAE.* *Subtr. V.* HELENIEAE.

Divisio I. *GAILLARDIEAE.*

(Continuat.)

B.I.*B.II.*†

C. Styli rami appendiculati. Achaen. basi attenuata. (Hbae annuae, capit. radiat. luteis.)
1. *Achaen. obcompressa. Pappus 1-serialis, paleis plumoso-fimbriatis aequalibus.* Invol. cylindraceum, squarrosum, squamis ext. sublinearibus. (Hbae. — *Mexico.*) . Rosilla. Less.
2. — *4-gona. Pappi paleae 8 saepe inaequales, 4 ex achaenii angulis ortae acuminato-aristatae, 4 alternae nunc illis similes nunc breviores obtusiores et subfimbriatae.* Recept. parvum, nudum. Invol. 1-seriale, squamis circ. 5-obovatis apice submembranaceis coloratis. Capit. pauciflora, lig. 1-2, fl. disci 5-8 brevibus 4-5-dentatis. (Hbae ramosissimae glabrae, fol. alt. tri- v. pinnatisect., capit. ovat. solitar. — *Peruvia, Mexico.*) . . . . Schkuhria. Roth.

†† *Pappi paleae obtusae, muticae, integrae* (rarius subdentatae, cfr. Schomburgkia).

a. Styli rami breve appendiculati. Achaen. lineari-cuneata, 3-4-gona. Pappi paleae 6-8 membranaceae, obovatae, muticae. Recept. parvum, alveolatum. Invol. 1-seriale, squam. 5 oval. obtusissimis. Capit. multifl., lig. 3-5, fl. disci 5-fidis vix pappo longioribus. (Hbae; fol. oppos. et super. alterna, multipartita; capit. laxissime corymbosa, lutea. — *Mexico.*) . . . Achyropappus. H.B.K.

b. — rami exappendiculati. (Capit. term. flava multifl. radiata, fl. disci 5-fidis.)
1. *Recept. convex., punctatum.* Invol. ovatum, circ. 3-seriale, imbric., squamis inter. longiorib. obtusis striatis. Lig. 5-7, apice 3-dentatae. Genitalia disci inclusa. Styl. . . . ? Achaen. prismatico-teretiuscula, pubescentia. Pappi paleae 10 ovali-oblongae, apice obtusae subdentatae, invicem contorto-incumbentes. (Hba dichotoma, fol. oppos. triplinerv. grosse dentatis, pedicellis ex dichot. ortis solitar. — *Guiana.*) . . . . Schomburgkia. DC.
2. — *subplanum, alveolatum.* Invol. 2-seriale, squamis ext. 6-7 ovatis acutis foliaceis ciliatis adpressis disco aequalib., int. obovato-rotundis obtusissimis hyalinis enerviis. Lig. 1-serial., apice 3-fidae; fl. disci tubo brevi, fauce ampla, lobis lanceolatis calloso-apiculatis nervo marginatis. Anth. longe et acute appendiculatae. Achaen. turbinata, adpresse villosissima. Pappi paleae 5 obtusissimae, enerviae, corollae tubo aequales. (Hba simpl., fol. alt. semiamplexicaul. subintegerr. ciliatis, capit. solitar. — *Texas.*) . . . . Amblyolepis. DC.
3. — *nudum aut parce alveolato-fimbrilliferum.* Invol. ovat. v. campanulatum, adpresse 1-2-seriale. Lig. 5-11; fl. disci extus glanduloso-subsetosi, stigm. obtusis. Achaen. turbinato- v. lineari-4-gona, fere semper glabra. Pappi paleae 4-8 ovales v. oblongae, subobtusae, membranaceae. (Hbae v. suffrut.; fol. alt., rarius oppos., indivisa v. laciniata, subtus tomentosa; pedunc. 1-cephali aut apice corymbosi; fl. rarissime purpurei. — *Amer. temp., Mexico.*) . . . . Bahia (Lag.) DC.

II. Capit. homogama, discoidea (rarius subradiata, cfr. Chaenactis, aut radiata, cfr. Hymenoxys).

A. Pappi paleae muticae. (Hbae; fol. alt. pinnatipart., rarius pedatipartita v. indivisa.)

1. *Styli rami (in fl. disci) cono brevi obtuso superati*, hispidi. Achaen. lineari-4-gona, basi attenuata substipitata, adpresse pubesc. Pappi paleae 5-6 membranaceae, radii breves obtusae, disci longiores subacutae corollae tubo dimidio breviores. Invol. campanulatum, 2-seriale, squam. circ. 20 erectis linear. subacutis. Recept. epaleaceum, alveolatum. Flor. radii ampli, basi tubulosi, apice subbilabiati v. subpalmati; disci tubulosi regular., obtuse 5-dent. (Rami apice nudi 1-cephali, fl. luteis. — *Nova Californ.*) . . . . . . Chaenactis. DC.
2. — — *apice breve appendiculati.* Achaen. turbinata, substipitata, striata, matura sub-4-gona. Pappi paleae 12-16 membranaceae, breves, ellipt.-oblongae obtusae. Invol. 2-3-seriale; squamae ellipt.-oblong. obtusissimae, inter. subinde majores petaloideae. Recept. parvum, foveolatum, nudum. Cor. omnes tubulosae, basi dilatatae extus glanduloso-setigerae, limbo campanulato 5-fido. Anth. exsertae. (Capit. corymbosa, fl. et invol. squamis majorib. albidis. — *Amer. bor., Mexico.*) . . . . Hymenopappus. L'Her.
3. — — *in appendicem subulatam hirtam producti.* Achaen. sub-4-gona, oblonga, hispida. Pappi paleae 8-12 scariosae, suborbiculatae, nervo basi saltem opaco. Invol. 1-seriale, florib. brevius, squam. oblong. obtusis. Recept. parvum, planum, subalveolatum. Flor. omn. tubulosi ☿, tubo brevi, lobis 5 inaequalib. papilloso-hirtellis. (Capit. laxe corymbosa v. subpaniculata, fl. albidis v. purpurasc. — *Mexico, Amer. bor.*) . . . . Florestina. Cass.

B. Pappi paleae aristato-acuminatae aut dentatae v. lacerae.

I. Styli rami in appendicem linearem producti. Achaen. turbinata, villosa. Pappi paleae 1-nerviae. Recept. convex. Invol. 2-seriale. (Hbae, interdum basi lignescentes; fol. alt. sessil. integr, capit. solitar. caulem ramosque terminantia.)
1. *Recept. omnino nudum.* Invol. squamae foliaceae, ovali-lanceolatae, breve acuminatae, demum reflexae. Cor. tubo brevi, fauce ampla inflata, lobis 5 subulatis hirtellis. Stigm. appendices longae hirtae. Achaen. sericea. Pappi paleae 9 achaenio sublongiores, membranaceae, basi angustatae, nervo grosso in aristam rigidam longe producto. (Cor. fuscae aut pallide flavae, lobis fuscis. — *Amer. bor.*) . . . . Polypteris. Nutt.
2. — *paleaceo-fimbrilliferum.* Invol. campanulatum, squamis longe acuminatis. Cor. 5-dentatae (luteae). Stigm. appendices angustissimae. Pappi paleae 10 apice lacerae aristula acuminatae. (Fol. subinde decurrentia; caules et rami superne longe aphylli. — *Brasil.*) . . . Cercostylos. Less.

II. Styli rami cono brevi terminati, vix subpapillosi. Achaen. teretiuscula, tenerrime costata. Pappi squamellae 8-10 breves, inaequales, denticulatae, acutae. Invol. latum, patens, 3-seriale, imbric., squam. subrotundis. Recept. nudum. Anth. appendice ovato-lanceolata terminatae. (Suffrut. glaber, fol. oppos. connatis linear. integr. carnosis, capit. term. solitar. nutant. luteis? — *Bonaria.*) . . . . Jaumea. Pers.

III. — rami nec appendiculati nec cono superati. Recept. epaleaceum. (Hbae ramosae glabriusculae.)
1. *Capit. multiflora nunc discoidea homogama, nunc radiata ligulis* 8-10 ♀ et fl. disci ☿ tubulos. 5-dentatis. Invol. 2-seriale, squam. adpressis rigidulis, inter. longioribus. Recept. conicum, alveolatum, glandulis parvis onustum. Stigm. disci apice truncata barbellata. Achaen. conformia, turbinata, villis erectis sericeo-villosissima. Pappi paleae 5-8 inaequales, erectae, membranaceae, ovali-lanceolatae, aristato-acuminatae. (Fol. alt., rarius subinde oppos., lineari-multipartita, trita graveolentia; rami apice nudi; fl. lutei. — *Merico, Peruvia, Bonaria.*) . . . . Hymenoxys. Cass.
2. — *3-flora, discoid., homogama.* Invol. oblong., basi minute 2-3-bracteolatum, squamis 4-5 obovato-oblong. subscariosis. Recept. angustum, nudum. Cor. pappo breviores, inaequaliter 4-5-dentatae. Styli rami breves, apice capitellati. Achaen. 4-gona, basi attenuata substipitata, angulis dense villoso-ciliatis. Pappi squamellae 8 scariosae, 1-nerviae, apice subtrifidae, nervo in aristulam producto. (Fol. alt., lineari-pinnatipart.; capit. term. solitar. parva, fl. luteis. — *Mexico.*) . . . . Hopkirkia. DC.
3. — *7-flora, homog., discoid.*, fl. 5-fidis glabris. Invol. 4-seriale, squam. 8 oppositis imbricatis late ovatis mucronatis. Recept. alveolatum. Anth. breves, inclusae. Styli rami obtusi, parce puberuli. Achaen. obcompresso-cuneata, villis rufis sericeis dense tecta, disco epigyno lato orbiculari. Pappi paleae circ. 16 membranaceae, 1-seriales, ovali-oblongae, 1-nerviae, mucronulatae, corollae fere aequilongae, achaenii villis basi cinctae. (Hba dichotoma, fol. oppos. sessil. integerr., pedunc. ax. 1-cephalis, fl. in sicco flavo-subpurpurascent. — *Mexico.*) . . . . Espejoa. DC.

COMPOSITAE.

Tribus IV. *SENECIONIDEAE.* *Subtr. V.* HELENIEAE.

(Continuat.)

Divisio II. *GALINSOGEAE.*

Subdivisio I. EUGALINSOGEAE.

A. Ligulae aut foemineae aut nullae (raro 2-labiatae, cfr. Sogalgina). . . . .

AA. **Recept. nudum. Achaen. calva,** radii concava margine subdentata, disci prismatica. Invol. 1?-seriale, squam. 5 aequalib. carinatis. Capit. circ. 8-flora, ligulis 3 brevissimis 2-fidis; fl. disci 5, ☿, tubulos., 5-dent., flavis. (Hba procumbens dichotoma, fol. oppos. succulentis subsagittatis, capit. racemosis, infimis in dichot. solitariis longe pedunculatis. — *Mexico.*) . . . . Galeana. LALLAV. et LEX.

BB. **Recept. paleaceum. Achaen. papposa** (raro calva, cfr. Calydermos, Urostylis, Blepharipappus, Allocarpus).

I. FOLIA OPPOSITA (raro alterna, cfr. Callilepis, interdum verticillata, cfr. Calea).

A. Capit. heterogama radiata (cfr. Calea).

I. Pappi paleae liberae (raro basi subconnatae, cfr. Dimerostemma).

A. Pappi paleae integrae. Styli rami (saltem disci) cono terminati. Recept. planum v. subplanum, paleis complicatis flores amplectentibus. Invol. campanulatum v. ovatum, pluriseriale. (Frut. v. suffrut., fol. saepius integerr., capit. multifloris).

1. *Pappi squamellae* 00, *obtusae*, ellipt. v. oblongae, membranaceae, 1-seriales. Achaen. prismatica, villosa. Recept. paleae apice saepe 3-dentatae. Invol. squamae ovatae, adpresse imbricatae. (Fol. oppos.; capit. solitar., rarius corymbosa, fl. luteis. — *Brasil.*). . . . . Meyeria. DC.

2. *Pappi squamellae* 3, *acuminatae*, scariosae, inaequales, persist., adjectis in disco hinc inde 1-2 minimis. Achaen. glabra, radii 3-gono-compressa, disci plano-compressa. Recept. paleae ceriaceo-scariosae, acuminatae. Invol. squamae lanceolatae subaequales. Fl. disci 5-dentati. (Fol. infer. aut pleraque oppos., super. v. pleraque alterna; rami apice 1-cephali, capit. magnis, ligul. 20-30 albis? — *Afr. austr.*) . . . . Callilepis. DC.

B. Pappi paleae dentatae v. lacerae v. ciliatae (rarius integrae? cfr. Allocarpus).

† **Involucr. 1-seriale,** squam. 5 ovatis margine hyalinis. Recept. conicum, paleis lineari-lanceolatis acutis integris v. 3-fidis. Lig. 4-5 suborbiculatae luteae; fl. disci 5-dent. albi Styli rami acuti, vix appendiculati. Achaen. angulata, adpresse hispidula. Pappi paleae oblongae, breves, plumoso-fimbriatae. (Hbae trichotomae, fol. triplinerv. serrat., pedunc. ax. et term. 1-3-cephalis, capit. parvis pluri floris. — *Amer. austr., Mexico.*) . . . . Galinsoga. R. et PAV.

†† **Involucr. pluriseriale** (cfr. Vargasia). Flor. disci 5-dentati.

a. *Styli rami cono brevi superati?* Achaen. basi attenuata, subpuberula, radii obcompressa, intra paleam recept. et squamam invol. inclusa; disci subtrigona. Pappi paleae variae, radii setiformes parvae, disci 5 ovatae acutae serrato-ciliatae erectae corolla triplo longiores. Styl. brevis, inclusus. Recept. convex., paleis membranaceis angustissimis, exter. majoribus. Invol. hemisphaericum, sub-2-seriale, squam. oval. mucronulatis. Lig. paucae, breves, obovatae, apice 3-dentatae, intra paleas et invol. squamas occultatae (Hba, fol. serrat.; pedunc. term. 1-cephalis nudis, capit. subglobos., fl. pallide purpurasc. — *Amer. austr. trop.*) . . . . Vargasia. DC.

b. *Styli rami* (saltem in fl. ☿) *appendicula filiformi elongata terminati.* Pappi paleae pinnatisectae v. plumoso-fimbriatae. Invol. hemisphaeric. v. ovatum. (Hbae, fol. incisis v. dentatis, pedunc. term. 1-cephalis, capit. multifl., fl. luteis.)

1. *Ligulae 2-labiatae*, labio ext. amplo apice 3-dentato, int. lobulis 2 linearib. interdum concretis; fl. disci tubo brevi, fauce cylindrica. Invol. pauciseriale, squam. submembranaceis ovalib. obtusissimis. Recept. convex., paleis oval. acuminatis flores amplectentib. Achaen. subteres. Pappi paleae conformes. (*Mexico.*) . . . . Sogalgina.

2. — *ovatae, 3-lobae* (disco pallidiores). Invol. laxe imbricatum, squamae ext. 6-8 oval. foliaceae dorso villosae, int. membranaceae glaberr. paleis similes sed latiores. Recept. paleae lanceolato-lineares. Achaen. villosa disci obpyramidata, radii obovata obcompressa. Pappi paleae 15-16, radii minores. (*Amer. trop., ins. Mauritii? Ind. or.*) . . . . Tridax. L.

c. *Styli rami* (saltem fl. ☿) *exappendiculati.* Achaen. radii cuneata, compressa, calva; disci cuneato-cylindracea, pappo 00-paleaceo, paleis acuminatis fimbriatis v. integris? Recept. subplanum, paleis lanceolat. scariosis persist. Invol. hemisphaer., laxe imbric., squam. circ. 10 scarioso-membranaceis. (Hbae, fol. 3-7-nerviis integris, capit. term. corymbos. v. solitar., multifl. flav. v. albidis? — *Amer. trop.*) . . . . Allocarpus. H. B. K.

II. Pappi paleae connatae in vaginam membranaceam apice dentatam, corollae faucem adaequantem. Achaen. 3-gono-prismatica, angulis villosis. Invol. cylindric., imbric., squam. oblong., ext. subfoliaceis, int. membranaceis. Recept. angustum, paleis lineari-oblong. flores involventib. et aequantibus. Ligulae circ. 3; fl. disci 3-4, lobis 5 longiusculis acutis glabris. Styli rami exappendiculati. (Frut.; fol. cordato-subrotunda, dentato-crenata, coriacea, 3-5-nerv.; corymb. compositus bracteat., capit. sessil. 6-7-fl., fl. luteis. — *Brasil.*) . . . . Lemmatium DC.

B. Capitula homogama (rarius heterogama radiata, cfr. Calea) ***discoidea.***

I. Pappi paleae integrae, lineares, obtusae, 1-nerviae, aut nullae. Achaen. 5-angulata, pilosa. Styli rami cono terminati. Recept. angustum, conic., paleis linear. acutis. Invol. oblong., imbric., squam. subscariosis obtusissimis. (Hbae, fol. serrat. 3-nerv., capit. term. fasciculato-corymbos. luteis multifl., fl. 5-dent. — *Mexico.*) . . . . Calydermos. LAG.

II. Pappi paleae dentatae, lacerae v. ciliatae, aut acutae.

1. *Styli rami in fl.* ☿ *appendiculati.* Achaen. teretia v. compressa v. angulata. Pappi paleae 5-20 (saepius circ. 10) lineari-lanceolatae, acuminatae, scariosae, 1-nerviae, subaequales. Invol. ovat. v. campanulat., imbric., squam. saepe obtusis siccis. Recept. plus minus conicum, raro nudum. (Frut. v. hb., fol. opp. v. raro ternis, integr. v. dentat., saepe 3-nerv.; capit. term. v. ax., saepe sub-umbellata v. corymbosa, lutea, radiata aut discoid. — *Amer. trop. et austr. temp., Cochinchina?*) . . . . Calea. (L.) R. BR.

2. — *rami breve appendiculati.* Achaen. villosa, basi attenuata. Pappi paleae 15-20, ciliato-plumosae. Invol. campanulat., oligophyll., imbric., squam. margine scariosis. Recept. planum, paleis oblongo-linear. scariosis. Cor. interiores regulares, tubo brevissimo, fauce tumidiore elongata, dent. 5 aequalib.; exteriores majores, inaequaliter 5-lobi, lobis ext. majoribus. (Hbae trichotomae, fol. palmatif. v. pinnatifidis, capit. longe pedunc., fl. luteis, — *Mexico.*) . . . . Ptilostephium. H. B. K.

3. — *rami dilatati, acuti, ciliati.* Achaen. hirsuta, oblong. v. obpyramidata, areola terminali. Pappi paleae angustae plumoso- v. setoso-ciliatae. Invol. campanulat., 1-seriale, squam. circ. 8 sibi mutuo incumbent. Recept. . . ? Cor. regulares, 5-dent. Anth. ecaudatae, breve appendiculatae; filam. linear., apice vix incrassata. (Suffrut., fol. sessil. dentat. subparallele venosis, capit. paniculat. — *Ins. Sandwic.*) . . . . Dubautia. GAUDICH.

II. FOLIA ALTERNA (cfr. supra Callilepis).

a. Capit. heterogama, radiata, multiflora. Invol. hemisphaericum, squam. oblong. v. ellipticis. (Hbae ramosae, ramis apice 1-cephalis. — *California, Amer. bor. — occ.*)

1. *Styli rami appendiculati, recurvati.* Achaen. oblonga, attenuata, radii glabra calva, disci pilosa pappo persistente rigido basi plumoso praedita. Recept. planum, paleas lineares pluriseriales inter fl. disci et radii gerens. Invol. squamae acutae, achaenia radii involventes. (Fol. angusta, infer. pinnatifida, super. integra; fl. lutei.) . . . . Urostylis. NOB.

2. — — *in fl.* ☿ *lineares, longe recurvi, cono brevi terminati,* glanduloso-pubesc., radii brevissimi. Achaen. clavata. Pappus radii nullus, disci 1-serialis, paleis 8-12 linear. acuminatis, obsolete 1-nerviis, fimbriato-ciliatis v. serrulatis et pilosis. Invol. 1-seriale, squamis aequalibus. Cor. apice longe pilosae; lig. paucae, late cuneatae profunde 3-fidae; fl. disci 5-dentati. (Fol. linearia, integra; radius albus, discus flavus.) . . . . Blepharipappus. HOOK.

b. Capit. homogama, discoidea, flor. regular. 5-dentatis. Invol. pauciseriale, disco aequale v. subaequale. (Hbae, capit. term. solitar.)

1. *Achaen. turbinato-sub-5-gonum, pubesc. v. villosum. Pappi paleae 5 ellipticae acuminatae integrae enerviae.* Styli rami exappendiculati. Recept. convex., paleis linear. acutis. Invol. 1-2-seriale, squam. lineari-lanceolatis. Cor. extus hirsutae, interdum? albae v. subroseae? (Fol. integra. — *Amer. bor.*) . . . . Marshallia. SCHREB.

2. — *gracilia. Pappi paleolae 2 sublacerae, basi subconcretae.* Recept. subplanum, paleis oblong. acutis subspinescentibus flores semiinvolventibus. Invol. squam. ext. majores ovatae dentatae bracteiformes, inter. oblongae integrae. (Fol. dentato-crenata, subtriplinerv.; capit. subglobosa, lutea. — *Brasil.*) . . . . Dimerostemma. CASS.

B. Ligulae neutrae (v. pag. seq.)

COMPOSITAE.

Tribus IV. *SENECIONIDEAE.* *Subtribus V.* HELENIEAE.

Divisio II. *GALINSOGEAE.*

(Continuat.)

Subdivisio II. SPHENOGYNEAE.

B. Ligulae neutrae. Pappi paleae obovatae, obtusissimae, in aestivatione contorto-convolutae. . . . .

1. *Pappus 1-serialis*, paleis obovatis v. cuneatis obtusis, junioribus pellucidis, adultis lacteis opacis. Achaen. cylindracea, basi vix angustata, pilis mollibus e basi ortis cincta. Styli rami apice truncati, fere cuneati. Capit. multifl., radiata, ligulis 1-serial., fl. disci 5-dentat. Invol. campanulatum, 00-seriale, imbricatum, squam. inter. majoribus apice ample scariosis. Recept. paleae scariosae, amplectentes, saepius apice truncatae. Anth. appendice subcordata terminatae. (Hbae v. suffrut. Anthemidis facie, fol. alt. laciniat. rarius integerr., ramis apice nudis 1-cephalis, fl. flavis v. apice fuscis, lig. interdum subtus rubris. — *Afr. austr.*) . . . . Sphenogyne. R. Br.
2. — *duplex*, ext. paleis 5 amplis obovatis lacteis aestiv. contortis, int. filis 5 angustissimis concoloribus ima basi subconcretis. Achaen. obovato-turbinata, basi attenuata, glaberrima, nervulis 5 minute subcostata. Invol. squamae pleraeque apice in appendicem scariosam productae. (Hbae v. frut.; habitus, caet. char. et patria, Sphenogynes.) . . . . Ursinia. Gaertn.

Divisio? III. *MADIEAE.*

A. Achaenia omnia epapposa (cfr. Hartmannia).

I? Recept. omnino nudum, conicum. Invol. squamae circ. 10 aequal. planae 2-seriales. Ligulae ♀ fertiles, 1-seriales; fl. disci 5-dent. Styli rami cono superati. Achaen. omnia fusiform., compresso-sub-4-gona, laevia, glabra, obtusa, areola terminali parva. (Hbae, fol. oppos. sessil. linear. integerr., capit. term. solitar., fl. aureis. — *Nova Californ.*) . . . . Baeria. F. et M.

II.* — *medio omnino nudum, inter radium et discum paleas 1-2-seriales gerens (cfr. Hemizonia). Invol. squamae achaenia radii involventes v. amplectentes. Achaen. glabra. (Capit. multifl., saepissime bracteata, fl. luteis, disci tubulosis 5-dent. regular., radii ligulat. aut irregular.)

1. *Achaen. compressa, recta, basi attenuata*, utrinque nervo longitudinali aucta ideoque 4-5-gona. Styli rami fl. disci intus inferne series 2 stigmatoso-glandulosas et apice pilos rigidos erectos gerentes. Recept. planum. Invol. subglobosum, 1-seriale, squam. 10-12 complicatis dorso carinatis. Flor. radii 10-12 ligulati ♀, aut monstrose ample et irregulariter tubulosi, disci ☿. (Hba glanduloso-villosa; fol. infima oppos., super. alt., integra; capit. racemosa — *Chile, Californ.*) . . . Madia. Mol.
2. — *radii obovata, fere obcompressa*, extus convexa, intus plana, disci abortiva. Styli rami obtusiusculi. Recept. planum, aut totum paleaceum, aut medio nudum punctatum. Invol. 1-seriale, squam. concavis. Ligulae 1-serial., ♀, involucro paulo longiores; fl. disci ♂ aut steril. Cor. basi glabrae (Hbae basi suffrutesc., pubesc., interdum glandulosae; fol. alt., angusta, integra v. serrata; capit. term. subsolitar. — *California*) . . . . Hemizonia. DC.
3. — *radii trigona, subobcompressa;* disci linearia, abortiva. Invol. 1-2-seriale, squam. basi concavis. Fl. radii 3-5 ♀ irregulares, ampliati, intus fissi, fl. disci ♂. (Hbae; fol. infer. oppos., super. alt., linear., integerr., floralia glandula, Calycio simili, terminata; capit. solitar v, congesta — *Californ.*) . . Calycadenia. DC.

III. Recept. subconvexum, medio epaleaceum dense et breve hirsuto-fimbrilliferum, inter radium et discum paleas 1-2-seriales gerens. Invol. subglobosum, 1-seriale, torulosum, squam. complicatis achaenia radii omnino involventibus. Lig. 10-12, ♀, 1-seriales; fl. disci 5-dent. ♂ v. steril. Cor. basi puberulo-hirtellae. Styli rami apice hispiduli. Achaen. radii (Madiae) basi rostello curvulo praedita, disci abortiva. (Habitus et fol. Madiae; capit. laxe corymbosa ebracteolata, fl. flavis. — *Californ, Amer. bor. — occid.*) . . . . Madaria. DC.

IV. Recept. totum paleaceum. Invol. 1-seriale.

1. *Styli rami obtusiusculi.* Fl. disci ♂ v. steril. Caet. v. supra. (*Hemizoniae* sect. II. DC.)
2. — — (*in fl. disci*) *in apendicem acutissimam hispidam producti.* Achaen. omnia obcompressa, obovato-oblonga, glabra, centralia saepe abortiva. Invol. squamae basi rigide ciliatae et achaenia radii omnino involventes, superne in appendicem linearem foliaceam productae. Lig. 10-12, ♀, 1-serial.; fl. disci 5-dent., ☿, central. plurimis abortivis. Anth. nigricantes. (Hba, fol. alt. pinnatifid. ciliatis, capit. term. multifl., bracteis paucis ciliatis, fl. flavis. — *Nova Californ.*) . . . . Oxyura. DC.

B. Achaenia disci (rarius omnia) **papposa** (raro calva, cfr. Hartmannia). Flor. disci ☿, 5-dentati. (Hbae, capit. radiatis, fl. flavis. — *Californ., Nova Californ.*)

a. Achaenia radii calva.

1. *Pappus disci corolla dimidio brevior, paleis 5 membranaceis obtusis enerviis, rarius nullus.* Achaen. disci 3-4-gona, obovata, substipitata, dorso subconvexa, areola terminali obliqua intus sita interdum pappilloso-exserta; disci ovali-oblonga, obcompressa, raro calva. Stigm. disci cono acuto apiculata. Recept. paleae squamis similes sed planiusculae, Invol. squamae oblongo-lanceolatae, acutae, convolutae, flores radii semiamplectentes. Ligulae 1-serial, ♀, apice grosse dentatae; fl. disci apice puberuli. Anth. nigricantes. (Hbae; fol. alt, infima interdum oppos., linear., pinnatifida v. serrata; capit. term. corymbosa v. fasciculata, basi bracteis nonnullis linearib. cincta, pluri- v. multifl.) Hartmannia. DC.
2. — *disci 8-10-aristatus, aristis basi ciliato-plumosis apice scabris.* Achaen. radii linearia, basi attenuata, glabra, involucri squamis inclusa; disci lineari-clavata. Recept. paleae lineari-lanceolatae, submembranaceae. Invol. 1-seriale, squam. acuminatis basi convolutis. Lig. 1-serial. ♀. Styli disci ramis inclusis. (Hbae, fol. alt. inciso-dent. v. integr., capit. term. subcorymbos. multiflor.) . . . . Madaroglossa. DC.
3. — *disco setaceus, denticulato-scaber, 1-serialis.* Achaen. obfusiform., radii glabra, magis compressa, disco elevato truncato, squamis invol. obvoluta; disci villosa. Recept. depressum, fimbrilliferum, epaleaceum? (ex Schauer margine paleis 2-3-serialibus munitum). Invol. 2-seriale, 00-phyllum, subaequale. Lig. ♀, amplae, cuneatae, subbiseriales. (Hba, fol. alt. sessil., capit. solitar. multifl.) . . . . Callichroa. F. et M.

b. Achaen. (lineari-obovata, compressa 10-costata) ***radii glabra, pappo minuto annulari praedita; disci scabra, pappo 2-seriali,*** serie utraque e paleis 5 membranaceis ciliolatis oblongis unguiculatis formata, interna corollam et invol. aequante, ext. duplo breviore. Recept. nudum. Invol. 2-seriale, squamis angustis, ext. achaenia radii involventibus, inter. planis submembranaceis. Lig. ♀ 3-5 abbreviatae 3-dentatae. (Hbae, fol. alt. linear, integr, capit. term. solitar. oblong. multifl., lig flavis demum fuscis invol. vix superantibus.) . . . . *Lepidostephanus. Bartl.

Subtrib. VI. ANTHEMIDEAE. Divisio I. *EUANTHEMIDEAE.*

A. FOLIA OPPOSITA (raro verticillata aut spiraliter sparsa, cfr. Oederia). Capit. radiata, ligulis 1-serial. ♀, fl. disci ☿ tubulosis 5-dentatis. Achaenia aptera. Antherae ecaudatae.

a. Pappus brevis scariosus v. paleaceo-pilosus (radii interdum nullus). Achaen. angulato-cylindracea, glabra. Stigm. disci exappendiculata. Recept. angustum, paleis scariosis. Invol. pauciseriale, squam. adpressis scariosis. Anth. appendice truncata munitae. Capit. in glomerulum bracteatum terminalem umbellato-aggregata, cylindracea, fl. luteis; lig. paucae, interdum fere 2-ligulatae brevissimae v. obsoletae. (Frut.; fol. oppos., rarius terna aut spiralia imbricata, integra. — *Afr. austr.*) . . . . Oederia. (L.) DC.

b. — *nullus.* Recept. paleae flores v. achaenia involventes. Lig. albae, dorso rubentes, discus flavus. Capit. segregata 00-flora.

1. *Recept. convexum.* Invol. imbricatum. Cor. disci cylindricae, eglandulosae, basi super ovarium dilatatae. Stigm. disci divergentia, breve exserta obtusa, radii longiora acuta. Achaen. prismatica 3-4-angulata, glabra, corollae basi quasi operculata. (Frut., fol. linear. dorso sulcatis, axillis saepe gemmuliferis, ramis apice 3-cephalis. — *Afr. austr.*) . . . . Eumorphia. DC.
2. — *planum*, paleis membranaceis. Invol. 2-seriale; squam. ext. circ. 15 lanceolatae basi subconnatae; inter. tot quot ligulae, breves, membranaceae, paleis similes et achaenia radii involventes. Styli rami cono brevi terminali. Achaen. oblonga, erostria. (Hbae, fol. dentat. v. integr., pedunc. nudis 1-cephalis ex axill. super. ortis. — *Mexico.*). . . . . Aganippea. Fl. Mex.

B. FOLIA ALTERNA. (v. pag. sequ.)

COMPOSITAE.

Trib. IV. *SENECIONIDEAE.* *Subtr. VI.* ANTHEMIDEAE.

Divisio I. *EUANTHEMIDEAE.*

(Continuat.)

B. FOLIA ALTERNA.

I. Achaenia papposa (rarius epapposa, cfr. Anthemis).

A. Achaenia aptera. Flor. disci ☿, 5-dentati.

I. Pappus coroniformis (paleis plus minus connatis) aut dimidiatus 1-lateralis. (Hbae v. suffrut., pedunc. term. 1-cephalis, capit. multifl., invol. pauciseriali.)

1. *Pappus coroniform., brevis, denticulatus v. subinteger.* Achaen. conformia, oblonga v. subturbinata, angulato-sulcata, erostria, paleis semiinvoluta. Styli rami exappendiculati. Recept. angustum, subplanum, paleis lanceolatis rigidis mucronato-subspinescentibus demum deciduis. Invol. erectum, squam. oblong. Ligulae 1-serial. ♀, parvae, tubo tereti longo, lamina angusta integra v. breve 3-dentata; fl. disci teretes. (Fol. integra dentata v. incisa; capit. flava. — *Madagascar.*) . . . . Epallage. DC.

2. — *coroniform. membranaceus saepe brevissimus v. dimidiatus* s. ad latus interius sub forma auriculae superstes (latere ext. nudo) rarius plane nullus. Achaen. subteretia v. obtusissime 4-gona, striata v. laevia. Styli rami exappendiculati. Recept. convex. v. oblong. v. conicum, paleis membranaceis. Invol. imbric. Lig. 1-serial. ♀, rarius subtubulosae v. 0. (Hbae, rarius basi suffrutesc., odoratae, fol. 1-2-pinnatisect., radio albo, rarius flavo v. 0, disco luteo. — *Eur., Asia occid., Afr. bor.*) . . . . Anthemis. (L.) DC.

3. — *1-lateralis, internus, auriculaeformis.* Achaen. conform., obovata, teretia, sulcata. Recept. conic. v. convex., paleaceum. Invol. campanulatum, imbric. Capit. discoidea, homogama, lutea, coroll. tubulosis plano-obcompressis 2-alatis basi exappendiculatis. (Hbulae fol. pinnatisect. — *Graecia, Sicilia.*) . . . . Lyonnetia. Cass.

II. Pappus constans paleis v. dentibus 2-5 discretis.

a. Capit. radiata, heterogama, lig. 1-serial. Invol. pluriseriale, imbricatum. Recept. convex., paleaceum.

1. *Pappi dentes 3-5 submembranacei,* achaenii angulos terminantes. Achaen. anguste obpyramidata, 3-5-gona, angulis nerviformibus sulcis fuscis separatis. Styli rami exappendiculati. Lig. ♀, albae. (Suffrut. v. hba, fol. pinnatilobis, capit. corymbosis. — *Ins. Canar.*) . . . . Lugoa. DC.

2. — *paleae 4, quarum 2 acuminatissimae.* Achaen. 4-gona, erostria, glabra, disci plerumque calva. Styl. in tubo antherarum inclusus, stigm. vix separatis apice truncatis subbarbulatis. Recept. paleae acuminato-aristatae. Invol. late campanulatum, squam. subrotundis apice fusco-scariosis. Lig. neutrae v. ♀ fertil., fl. disci interdum steril., cor. supra ovarium non productis. Anth. inclusae, ecaudatae, appendiculatae. (Hba glabra simpl. apice 1-cephala, fol. crenato-dent., capit. luteis. — *Lusitania.*) . . . . Lepidophorum Neck.

b. Capit. discoidea, homogama. Invol. hemisphaer., 2-3-seriale, florib. brevius, squam. adpressis, ext. ovalibus, int. apice subulato-2-3-fidis. Recept. subplanum, paleis apice 3-fidis. Cor. super ovarium articulatae, tubo 2-alato. Achaen. obcompressa, lata, nitida, apice producta in cornua 2 spinescentia divergentia intus canaliculata. (Hbula saepe stolonifera, caule nonnisi ima basi foliato simpl. 1-cephalo superne squamato, fol. lanceolat. — *Nov. Holl.*) . . . . Nablonium. Cass.

B. Achaenia 2-alata, plano-compressa. Pappus brevis, cum alis plus minus confluens. Recept. convex. v. conicum, paleaceum. Invol. campanulatum. (Hbae, fol. 1-2-pinnatilobis, capit. multifl.)

1. *Invol. pauciseriale,* disco brevius. Capit. heterogama, ligulis ♀ steril. (albis) raro obsoletis v. nullis; fl. disci ☿ calloso-5-dentatis, dentib. aequal. aut 2 longiorib. erectis aristaeformibus. Cor. omnes tubo obcompresso, 2-alato, exappendiculato. Achaenii alae latae integrae. Pappus dimidiatus, ad achaenii latus interius situs, denticulatus. (Pedunc. 1-cephali, rarius corymbosi. — *Eur., Asia occ., Afr. bor.*) . . . . Anacyclus. (L.) Pers.

2. — *1-seriale* squam. subrotundo-obovatis curvilineo-acuminatis. Capit. homogama, fl. omnib. tubulos. 5-dentatis (flavis), tubo tereti gracili, limbo campanulato. Achaen. alae lacero-dentatae. Pappus brevis, coroniform., fissus. — (*Oriens, Aegypt.*) . . . . Cyrtolepis. Less.

II. Achaenia epapposa.

A. Achaenia obcompressa marginata aut subalata. Capit. radiata, heterogama, lig. ♀ abbreviatis saepe difformibus, rarius 0, fl. disci ☿ 5-dent. (Hbae, fol. 1-2-pinnatilob., capit. saepissime corymbosis. — *Eur., Asia occ. et bor., Afr. et Amer. bor.*)

1. *Recept. latum, planum v. vix convex.* Invol. campanulati squamae margine fusco-scariosae. Lig. 5-20, planae, involucrum longe superantes. Achaen. exteriora saepe margine subalata. (Radius albus raro rubesc.?, discus albus v. ochroleucus.) . . . . Ptarmica. Tourn.

2. — *angustum, planiusculum aut convex. v. elongato-rachidiforme* paleis oblongis hyalinis. Invol. ovato-oblong., imbric., squam. rarissime fusco-marginatis. Lig. 4-6, (albae, purpureae v. flavae) rarius 0. Cor. tubus obcompressus. Achaen. oblonga, glabra, aptera sed marginibus subnerviformibus cincta. . . . . Achillea. (L.) Neck.

B. Achaenia nec marginata nec alata.

I. Ligulae neutrae; fl. disci ☿ 5-dentati lutei. Recept. conicum v. convex. Stylus disci ramis exappendiculatis. Achaen. glabra. (Hbae glabresc.; fol. pinnati-part; capit. multiflora.)

1. *Invol. pauciseriale,* hemisphaer., disco brevius. Recept totum aut apice tantum paleaceum. Cor. tubo plano obcompresso 2-alato basi exappendiculato; lig. cum ovario sterili continuae, oblongae, stylo 0. Achaen. costata, disco epigyno parvo, areola terminali. (Hbae foetidae, ramis apice aphyllis 1-cephalis, radio albo saepe deflexo. — *Patria subdiffusa.*) . . . . Maruta. Cass.

2. — *1-seriale,* squam. ovatis apice scariosis. Recept. paleae tot quot flores membranaceae acutae, fimbrillis filiformib. iis aequalib. intermixtis. Lig. imae squamae insertae, tubo obcompresso, stylo abortivo, ovario 0. Cor. disci teretes, basi ampliata ovarium tegentes, lobis callosis. Achaen. compressa. (Hba, capit. term. sessil. solitar. bracteatis, fl. flavis. — *Afr. bor.*) . . . . Cladanthus. Cass.

II. Ligulae ☿ aut nullae.

a. Corollae tubus compressus, alatus, basi calcaratus, calcaribus super ovarium productis.

1. *Capit. heterogama, radiata.* Lig. ♀ steril. (albae), tubo obcompresso basi 2-calcarato cum ovar. continuo, lamina oblonga; cor. disci compressa, intus alata, ala in calcar producta. Achaen. subteres, glabrum, hinc palea recept. illinc calcare corollae obtectum. Invol. subhemisphaer., 1-2-seriale, disco subaequale v. demum brevius. Recept. cylindraceo-conicum amplum, paleis carinatis acutis achaenia a tergo involventibus. (Hba facie plane Anthemidis. — *Eur. austr.*) . . . . Ormenis. Cass.

2. — *homogama, discoidea.* Cor. omn. tubo plano-obcompresso 2-alato, basi obtuse 2-calcarato. Achaen. angulata. Invol. campanulatum, imbric., squam. oblong. adpressis (Hba dense albo-tomentosa, fol. integr., capit. term. solitar. v corymbosis, fl. luteis. — *Eur. austr. et occid., Afr. bor., Asia occ.*) . . . . Diotis. Desf.

b. Corollae tubus teres, nec alatus, nec basi vere calcaratus. Invol. subcampanulat., imbricatum.

α. *Achaen. conformia.* (Hbae v. suffrut. aromat., ramis apice saepius nudis 1-cephalis.)

1. *Achaen. glaberrima,* oblonga sub-4-gona. Recept. convex. subhemisphaeric., paleis oblong. subamplectentibus. Invol. squamae adpressae. Capit. nunc homogama, nunc heterogama, fl. radii paucis subligulatis abortu ♀. Cor. tubus basi saepe productus in annulum v. cucullum ovarii apicem cingentem. (Fol. margine dentato tuberculata aut pinnatiloba, capit. ebracteata, fl. flav. rarius albidis. — *Eur. austr. et occ., Afr. bor., Asia occ., Amer. bor.?*) . . . . Santolina. Tourn.

2. — *hirsuta, demum dense lanata.* Recept. latum, bracteolatum. Invol. latum, disco subbrevius. Capit. heterogama, lig. ♀ exsertis v. minimis albis aut 0; fl. disci 5-dent. flavis, stigm. exappendiculatis. (Fol. pinnatiloba. — *Afr. austr.*) . . . . Lasiospermum. Lag.

β. *Achaen. radii compressa, disci subteretia glabra, areola basilari subcornea.* Styli rami breves obtusi dorso puberuli. Recept. planum, fimbrillis v. paleis lineari-setaceis rigidulis tectum. Invol. squamae subciliatae, ext. subcoriaceae ovatae acutae, int. oblongae obtusae apice membranaceae. Capit. heterogama, lig. ♀ 1-serial., fl. disci ☿ regular. 5-dent. Cor. omn. tubo medio villoso-tomentoso. Anth. ecaudatae. (Suffrut., fol. angust. integerr. rigidis, capit. term. solitar. luteis. — *Afr. austr.*) Arrowsmithia. DC.

COMPOSITAE.

Trib. IV. *SENECIONIDEAE.* *Subtr. VI.* ANTHEMIDEAE.

(Continuat.)

Divisio II. *CHRYSANTHEMEAE.*

A. Capit. heterogama (rarissime homogama, cfr. Matricaria, Pyrethrum, Chrysanthemum, Schistostephium).

I. Capit. radiata (ligulis pluribus 1-serial., rarissime nullis, cfr. Matricaria, Pyrethrum, Chrysanthemum).

A. FOLIA ALTERNA.

I. Achaenia vel omnia vel ex parte papposa, rarius nectario cylindracco superata aut calva (cfr. Steiroglossa, Lidbeckia, Matricaria, Chrysanthemum).

A. Ligulae neutrae, fl. disci 4-5-dentati ☿. Invol. discum subaequans. Stylus disci ramis exappendiculatis. Ovar. radii abortiva. Achaen. glabra, aptera. (Fol. pinnatiloba.)

1. *Recept. convex., epaleaceum.* Invol. 1-2-seriale. Ovar. radii a ligula facile separabile. Achaen. disci obpyramidata, pappo brevi multipaleaceo aut subnullo. (Hbae, caulib. ramosis foliatis aut scapiform. simpl. aphyllis 1-cephalis; radius coeruleus. — *Australia.*) . . . Steiroglossa. DC.

2. — *subplanum, fimbrillis filiformibus parce tectum.* Invol. 2-3-seriale. Ovar. radii cum ligula continua. Achaen. disci fertilia, costata, nectario cylindraceo (nec pappo vero) superata. (Hbae, basi suffrutesc., ramis apice subnudis 1-cephalis, radio albo. — *Afr. austr.*) . . . Lidbeckia. Berg.

B. Ligulae foemineae.

a. Stigmata (saltem disci) ***cono superata.*** Pappus coroniformis brevissimus. Recept. convex. v. subconvex. nudum. Invol. imbricatum. Discus luteus.

1. *Pappus crassus, callosus, subintegerr. v. subdentatus.* Achaen. subturbinata, aptera. Invol. hemisphaer., pauciseriale, squam. lanceolatis. Fl. disci 3-5-dentati. (Hbae, Matricariae facie, dichotomae, fol. dentato-pinnatifid., capit. solitar. lateral. v. oppositifol. pedicellatis, radio albo v. albido. — *Amer. trop.*) . . . Egletes. Less.

2. — *regulariter multipartitus, disci et radii conformis.* Achaen. sulcata, glabra, radii praesertim subcompressa. Invol. squamae ovato-lanceolatae, albidae, subvillosae, margine membranaceae, apice calloso-subsphacelatae. Recept. demum subhemisphaeric. Lig. 30—40, lineares, integrae (albae v. subrubesc.); fl. disci 5-dent., tubo tereti demum basi indurato. (Hba facie Leucanthemi subvelutina, fol. subsinuato-dent. et integris, ramis apice nudis 1-ceph. — *Amer. bor.*) . . . Leucopsidium. DC.

3. — *irregulariter lacero-dentatus, membranaceus.* Achaen. conform. compressa. Invol. campanulat., pauciseriale. Recept. subconvex. Lig. lineari-oblongae (flavae) fl. disci 5-dent. (Hbae basi suffrut., fol. angust. inciso-dentat., capit. term. solitar. — *Mexico.*) . . . Xanthocephalum. Willd.

b. Stigmata disci exappendiculata. (Capit. solitar. v. corymbosa, interdum discoidea.)

‡ Achaen. radii et disci conformia, aptera, angulata.

1. *Recept. amplum, ovato-conicum,* nudum. Invol. pauciseriale, squam. subaequalib. Lig. albae (rarissime 0); fl. disci lutei, 4-5-dent., tubo teretiusculo. Achaen. disco epigyno magno superata. Pappus nunc obsoletus marginiformis v. callosus, nunc coroniformis aut auricularis, rarius nullus. (Hbae, fol. multipart., laciniis linearib. — *Patria subdiffusa, excl. Australia.*) . . . Matricaria. L.

2. — *planum v. convex.,* nudum, rarius (in capit. planis) bracteolatum. Invol. campanulatum, squam. margine scariosis. Fl. disci 5-dent. Papp. coroniform., saepe dentatus, interdum auricularis achaenii diametro aequalis. (Hbae, rarius suffrut., fol. dentat. v. lobatis; radius albus, rarius roseus v. luteus, raro nullus; disc. luteus, raro albidus. — *Eur., Asia, Afr. et Amer. bor.*) . . . Pyrethrum. (Hall.) Gaertn.

‡‡ Achaen. radii triquetra v. 3-alata, angulis alisve 2 lateralibus tertio interiore; disci compressa v. subteretia, ala brevi ad latus inter. exserta. Pappus coroniform., saepe dentatus, aut nullus. Caet. Pyrethri et Leucanthemi. (Hbae v. frut., fol. variis; lig. albae v. flavae, v. albae et basi luteae, raro nullae; disc. flavus rarius atropurpur., flosc. 4-5-dentatis. — *Eur., Asia, Afr., Amer. bor.*) . . . Chrysanthemum. (L.) DC.

II. Achaenia omnia epapposa (rarius disci subpapposa, cfr. Leucanthemum).

A. Cor. disci tubo plano-obcompresso subbialato, carnoso. Lig. ♀, raro neutrae. Recept. nudum, planum v. convex. Achaen. teretia, disco epigyno magno terminata, disci semper calva, radii interdum pappo auriculaeformi superata. Caet. Pyrethri. (Hbae, fol. dentat. v. pinnatilob., capit. term. solitar., radio albo v. rubescente, rarissime luteis, disco luteo. — *Eur., Asia et Amer. bor.*) . . . Leucanthemum. Tourn.

B. Corollae tubo tereti v. subtereti aptero.

a. Achaen. inermia, recta, disci plano-compressa, 2-alata, alis semine latioribus margine incrassatis; radii aptera, obconica, sub-3-gona, tuberculata. Recept. planum, demum convex., nudum v. paleis paucis deciduis munitum. Lig. ♀, stigmat. longis glabris; fl. disci intimi ♂ abortivi, exteriores 5-dentati, lobis extus appendiculatis, stigm. brevibus arcuatis apice rotundatis margine glanduliferis extus piliferis. (Hbae v. suffrut., fol. variis, capit. term. solitar., disco luteo v. fusco, radio albo subtus purpurascente aut flavo. — *Afr. austr.*) . . . Dimorphotheca. Vaill.

b. Achaen. aptera, radii 3-gona, ad angulos (praesertim apicem versus) *aculeis crassis pungentibus armata,* disci plane abortiva. Recept. planum, nudum. Invol. 1-seriale, disco longius, squam. linear. acuminatis. Lig. ♀, 1-serial., basi ciliato-hispidae, stylo 2-fido subglabro; fl. disci steriles 5-dent., stylo simplici apice capitato hispidulo. (Hbae, fol. variis, fl. flavis, lig. basi saepe fusco-maculatis. — *Afr. austr.*) Acanthotheca. DC.

c. Achaen. aptera, inermia (rarius muricata, cfr. Venegasia, v. cristulata, cfr. Psilothamnus).

α. Invol. pluriseriale. Ligulae ♀, 1-seriales, fl. disci ☿ lutei.

† *Achaen. radii et disci conformia v. subconformia.*

1. *Achaen. teretia, obtusa, papulis granulisve glandulosis tecta.* Recept. plano-convex. demum quandoque subglobosum, minute papillosum. Invol. 2-3-seriale disco brevius, squam. subaequal. lineari-lanceolatis, intimis subobtusis. Lig. reflexae, albae, fl. disci ☿ 4-5-fidi. (Suffrut. glabri, ramis apice nudis 1-cephalis, fol. 3-fid. v. dentat. — *Afr. austr.*) . . . Adenachaena. DC.

2. — *angulato-subcylindracea, muricata, erostria.* Styli rami conulo brevi terminati. Recept. planum, nudum. Invol. campanulatum, pluriseriale, squam. ext. circ. 5 subfoliaceis cordatis subacutis, mediis circ. 10 subcoloratis ovato-subrotundis obtusissimis, intimis circ. 15 minimis lanceolatis. Fl. disci 5-dent., tubo glanduloso-piloso basi quasi ciliato et super ovarium stellatim subexpanso fere operculiformi. (Hba, fol. dentat., capit. pedunculat. cernuis, fl. flavis. — *Californ.*) . . . Venegasia. DC.

3. — *subtrigona, disco epigyno parvo.* Stigm. disci exappendiculata. Recept. subconvex., alveolatum. Invol. pauciseriale, imbric., squam. inter. obtusissimis margine hyalino lato cinctis. Lig. 5-6 breves, obovatae, obtuse 3-dentatae; fl. disci limbo profunde 5-dent. reflexo. (Frut., fol. subcarnosis incano-subsericeis 3-fidis, capit. 1-5 term. subcorymbos., fl. circ. 25 aureis. — *Sibiria.*) . . . Brachanthemum. DC.

†† *Achaen. disparia aut disci sterilia.* Recept. nudum. Fl. disci 5-dentati.

1. *Achaen. radii triquetra, disci obcompressa ovalia.* Recept. convex. Invol. 2-3-seriale, imbric., squam. subfoliaceis vix acutis subaequal. Lig. lineares, coeruleae, subtus parce glandulosae; fl. disci parce pubescentes. (Hba caespitosa, fol. lanceolat., infer. serrat., super. integerr. — *China.*) . . . Hisutsua. DC.

2. — *linearia, glabra, disci semper sterilia.* Invol. ventricosum, polyphyllum. Lig. circ. 5 revolutae luteae; fl. disci steril., styli ramis cono superatis. (Hba, fol. 1-2-pinnatisectis, capit. term. solitar. — *Afr. austr.*) . . . Steirodiscus. Less.

β. Involucr. 1-seriale v. sub 1-seriale (v. pag. sequ.)

(v. pag. sequ.)

COMPOSITAE.

Tribus IV. *SENECIONIDEAE.* Subtr. *VI.* ANTHEMIDEAE.

Divisio II. *CHRYSANTHEMEAE.*

(Continuat.)

A.I.*A*.*I*.B.*c*.

β. Involucrum 1-seriale v. sub-1-seriale.

† *Invol. squamae inter se ad medium usque v. ultra concretae.* Recept. convex., nudum. Achaen. glabra. (Caules et rami apice 1-cephali; fl. lutei, lig. ♀.)

1. *Stigm. disci cono superata.* Achaen. areola terminali. Invol. polyphyllum. Fl. disci 5-dentati ☿. (Frut., rarius hbae, fol. pinnatisect., rarius integr. saepe coriaceis. — *Afr. austr.*) . . . . Gamolepis. Less.

2. — *radii cono brevi superata.* Ach. radii obcompressa v. subtrigona, disci compressa. Recept. interdum subconicum. Invol. 8-10-phyll. Lig. interdum subbilabiatae; fl. disci ☿ steril. v. ♂, tubo tenui hispido, fauce dilatata. (Hbae albo-tomentosae, fol. integr. v. parce dentat. v. lobulatis, capit. ebracteat. — *Californ.*) . . . . Monolopia. DC.

†† *Invol. squamae discretae.* Lig. ♀, fl. disci ☿. Pedunculi 1-cephali, graciles, capit. parvis).

1. *Achaen. ovato-teretiuscula, rugosa aut hinc inde subcristulata,* disco epigyno majusculo. Styli rami divergentes, reflexi, apice capitellati hispiduli. Recept. convexo-conicum, alveolatum, alveolis oblongis marginibus exsertis subscariosis. Invol. squamae 10, lanceolatae, persist. Lig. interdum biligulatae, fl. disci 5-dentati. (Suffrut. trichotomi, fol. parv. linear. v. subacerosis, capit. luteis. — *Afr. austr.*) Psilothamnus. DC.

2. — *ovalia, subcompressa.* Styli rami crassiusculi, oblongi, imberbes. Recept. angustum, nudum. Invol. sub-1-seriale, squam. 8-9 oval. margine apiceque albido-membranaceis. Lig. albae, fl. disci obconici 4-fidi. (Hba, fol. pinnatipartitis. — *Corsica.*) . . . . Nananthea. DC.

B. FOLIA OPPOSITA (rarius alterna, cfr. Villanova), *Achaen. epapposa.*

a. Invol. pauciseriale, squamis adpressis obtusissimis 00-nerviis. Recept. conic., nudum. Lig. ♀ breves; fl. disci glabri, 5-dent., styli ramis (fere Tagetis) cono superatis. Achaen. oblonga, 00-costata, glaberr., areola laterali colloque basilari semilunari. (Hba glabra, fol. carnosis ligulatis integerr., capit. term. solitar. multifl. — *Californ.*) . . . . Coinogyne. Less.

b. — *1-seriale,* campanulatum, squam. paucis. Recept. nudum. Capit. pauciflora, ligulae ♀; fl. disci ☿ lutei 5-dent. teretes. (Hbae; capit. term. et alaria. — *Amer. trop.*)

1. *Achaen. radii tuberculata, intus alis 2 oppositis latis margine valde incrassatis aucta;* disci triquetra, scabra, aptera. Recept. minutum. Invol. 5-phyllum. Lig. circ. 3, flavae; fl. disci 3. (Fol. deltoideo-ovata, grosse serrata; capit. parva.) . . . . Chlamysperma. Less.

2. — *obpyramidata, aptera, punctata,* glabra, disco epigyno minuto. Stigm. disci cono superata. Recept. planum. Lig. 5-10, obovatae, apice dentatae (albae); fl. disci fertiles. (Fol. oppos. v. alterna, crenata v. pinnatifida.) . . . . Villanova. Lag.

II. Capit. discoidea, ligulis ♀ subsolitariis (1-2) aut obsoletis, fl. disci ☿. Achaen. epapposa, aptera. Stigm. (disci saltem) exappendiculata. (Frut. v. suffrut. — *Afr. austr.*)

1. *Flor. radii 2 difformes, altero ligulato, altero filiformi;* fl. disci 5-dent. Recept. nudum, planum. Invol. campanulatum, arcte imbricatum, squam. obtusis mucronatis tomentosis. Ovaria papuloso-incana, elliptica. Achaen. obovata. (Frut., fol. alt. integerr. linear. coriaceis, capit. term. solitar. parvis, radio albo.) . . . . Phymaspermum. Less.

2. — *radii obsolete ligulati, profunde 3-fidi, tubo brevissimo fisso;* fl. disci 4-crenati. Recept. ebracteolatum. Invol....? Achaen. radii longe hirsuto-villosa, disci sterilia glabra. (Frut. sericeus, facie foliisque Pentziae flabelliformis; capit. fastigiato-paniculata, parva, lutea.) . . . . Schistostephium. Less.

3. — *radii 1-2, ligulati;* fl. disci 12-15 tubulosi 5-dent. Recept. nudum. Invol. 2-3-seriale, imbric., squam. interior. apice subscariosis ciliolatis. Anth....? Achaen. subteretia, costis obtusis 8-10 striata, glanduloso-subscabrida, apice truncato subcrenulata. (Suffrut. glaber, ramis apice laxe corymbosis, fol. lineari subulatis integerr., capit. obovato-oblong., disco luteo, radio violaceo.) Jocaste. E. Mey.

B. Capit. homogama discoidea, flor. 8-16 extus pubesc., tubo brevi, limbo 5-fido. Invol. ovato-campanulatum, imbric., squam. adpressis ovali-oblongis. Recept. nudum. Styl. filiform., ramis vix exsertis apice barbellatis. Achaen. subcompresso-teretia, striata, epapposa, erostria, tenuissime puberulo-scabrida. (Frut. subcinereus, fol. alt. integerr. parvis, racemis term. oligocephalis. — *Afr. austr.*) . . . . Brachymeris. DC.

Divisio III. *ATHANASIEAE.*

A. Achaenia papposa.

I. Recept. conico-elongatum. Invol. campanulatum, imbric. Achaen. angulata, aptera, hinc ad apicem glandula notata. Pappus oblique coroniformis, membranaceus, brevis integer. (Hba, glabra; fol. alt., pinnatipart.; capit. in apice caulis et ramor. cymoso-umbellata aut subsolitaria, fl. luteis. — *Region. Mediterran.*) . . . . Lonas. Adans.

II. Recept. planum v. subplanum (raro conicum, cfr. Hymenolepis).

a. Pappus paleaceus, paleis minutis. Achaenia aptera.

1. *Achaen. angulis costisque 4-5 notata.* Pappi paleae semilanceolatae. Invol. oblong. v. ovatum, pauciseriale. (Frut. facie Tanaceti, fol. alt. pinnatipart., corymbis term., fl. luteis. — *Ins. Canar.*) Gonospermum. Less.

2. — *cylindracea, sulcata.* Pappi paleae acutae. Recept. angustum, interdum conicum cavum. Invol. oblong., glabrum, oligophyll., squam. adpresse imbricatis, ext. brevioribus, inter. disco brevioribus. (Frut. Athanasiae facie, fol. pinnatisect., corymbis decompositis polycephalis, capit. paucifloris, fl. luteis. — *Afr. austr.*) . . . . Hymenolepis. Cass.

b. Pappus pilosus, fragilis, deciduus, pilis simplici cellularum serie formatis. (Fruticuli; fol. alt. integerr., rarius paucidentata v. lobata; capit. subglobosa v. ovata v. oblonga, plerumque multiflora, fl. luteis. — *Afr. austr.*)

1. *Achaen. 5-gona, angulis alatis integerrimis aequalibus.* Invol. campanulatum, squamis exter. foliaceis interioribus discoque aequilongis. (Fol. punctata; capit. ad apices caulis inter folia glomerata, rarius solitaria, subsessilia.) . . . . Holophyllum. Less.

2. — *teretia, aptera.* Pappi pili breves. Invol. arcte imbricatum, squamis siccis, exter. brevioribus. (Capit. corymbosa, saepius ebracteata.) . . . . Athanasia. (L.) Cass.

B. Achaenia epapposa, teretia, aptera, sulcata. Recept. planum. Invol. squamae adpressae imbricatae, inter. longiores disco breviores. (Caet. et habitus omnino Athanasiae. — *Afr. austr.*) . . . . Morysia. Cass.

COMPOSITAE.

Trib. IV. *SENECIONIDEAE.* *Subtr. VI.* ANTHEMIDEAE.

(Continuat.)

Divisio IV. *COTULEAE.*

A. Pappus nullus.

I. Recept. planum.

a. Capit. discoidea, multiflora.

α. Capit. homogama, flor. omn. ☿, tubo obcompresso 2-alato, limbo brevi 3-4-(5?-)lobo, lobis subcallosis. Invol. campanulatum; squam. 2-3 subaequales disco longiores. Achaen. conformia, sub-4-gono-obcompressa, aptera, erostria, sessilia. (Suffrut.; fol. alt. angust. integerr. sericeo-tomentosa; capit. term. subumbellata, fl. flavis. — *Afr. austr.*) . . . . Peyrousea. DC.

β. — heterogama, flor. marginal. 1-serial. ♀, caet. ☿. (Hbae, ramis apice nudis 1-cephalis.)

1. *Recept. echinis callosis ovatis grosse exasperatum.* Invol. duplex, utrumque 5-phyll., ext. squamae ovato-subrotundae laxiusculae rufae, inter. subrotundae scarioso-stramineae erectae disco aequales flores arcte cingentes. Flor. centrales steriles; ♀ pauci. Cor. tubo obcompresso, late 2-alato, basi dilatato et deorsum producto in auriculam achaenium omnino vestientem; ♀ limbo nullo, ☿ 4-dentato. Anth. 4. Styl. ♀ bifidus. Achaen. obovata, obcompressa, laevia. (Fol. oppos., lineari-subulata, integerr. — *Afr. austr.*) Otochlamys. DC.

2. — *demum papillis* (fructuum delapsorum pedicellis) *plus minus asperatum.* Invol. campanulatum, pauciseriale. Flor. ♀, apetali; ☿ tubo plano obcompresso, basi saepe breve 2-calcarato, limbo 4-crenato. Achaen. plano-obcompressa, marginata, glabra, radii stipitata, disci saepius sessilia angustiora. (Fol. alt. dentato-incisa v. 1-2-pinnatipart.; capit. parva, flava. — *Patria subdiffusa.*) . . . . Cotula. (L.) Gaertn.

b. Capit. radiata, heterogama, ligulis ♀ gracillimis pluriserialibus, tubo cum ovario continuo persistente, lig. angustissima tubo breviore; fl. disci ☿, teretes, 4-crenati, centrales saepe abortivi. Invol. campanulat., pauciseriale. Recept. nudum. Achaen. obcompressa, radii rotunda 2-alata alis callosis, disci obovata aptera. (Hbae facie Cotulae v. Ceniae, fol. pinnatilobis, ramis apice nudis 1-ceph., fl. aureis. — *Nov. Holl.*) . . . . Strongylosperma. Less.

II. Recept. convexum, nudum v. papillosum, supra pedunculum apice turbinatum vacuum.

Invol. 2-seriale, squam. latis. Capit. radiata, heterogama, rarius discoid. rarissime homogama. Ligulae 1-serial., saepe 2-labiatae, labio ext. ligulaeformi, inter. multo minore 3-dentato; cor. disci teretes, 4-dentatae. Achaen. obcompressa, orbicular., aptera, 2-costata, costis marginalibus. (Hbae, fol. alt. bipinnatipart., ramis apice nudis 1-cephalis. — *Afr. austr.*) . . . . . . Cenia. Commers.

B. Pappus coroniformis repandus.

Achaen. 4-gona, aptera, conformia. Recept. convex., nudum. Invol. campanulat., pauciseriale, squam. adpressis acuminatis. Capit. discoidea, heterogama; fl. marginal. ♀ 1-seriales, plano-obcompressi, 2-alati, 3-crenati, glabri; caet. ☿ fertiles, teretes, 5-dentati. (Hba tomentosa, fol. alt. bipinnatisect. capit. solitar. v. corymbos. — *Californ.*) . . . . Omalotes. DC.

Divisio V. *ARTEMISIEAE.*

A. Achaenia omnia epapposa (cfr. Tanacetum).

I. Capit. heterogama (rarius homogama, cfr. Artemisia), flor. marginales ♀.

a. Flor. ♀ uniseriales 3-dentati, stylo longe 2-fido exserto; fl. disci (rarius omnes) ☿, saepe ovarii abortu ♂ s. steriles. Invol. imbric., squam. siccis margine scariosis. Recept. subplanum v. convex., nudum v. hirsuto-fimbrilliferum. Achaen. obovata, disco epigyno minuto. (Hbae v. suffrut., amaro-aromatic., fol. alt. varie laciniatis, capit. spicat. v. racemos. v. paniculatis, fl. luteis v. purpureis. — *Patria diffusa.*) . . . . Artemisia. L.

b. — ♀ *multiseriales,* tubulosi v. subconici, vix apice dentati; centrales pauci ☿ v. abortu ♂, 4-dentati. Recept. nudum. Achaen. conformia. (Hbae, fol. alt. dentat. capit. multifloris.)

1. *Recept. convexum.* Invol. sub-2-seriale, subcampanulatum, expansum, florib. brevius, squamis ovatis aequalibus. Achaen. angulata. (Hbae acres, sternutatoriae; capit. globosa, parva, term., demum oppositifolia; fl. lutei, cor. ☿ tubo brevissimo, limbo campanulato. — *Asia, Oceania, Chile, Madagascar.*) . . . . Myriogyne. Less.

2. — *planum.* Invol. 2-3-seriale, campanulatum, florib. paulo longius, squam. obtusis apice conniventibus. Styl. basi bulbosus. Achaen. cylindrica, striata. (Capit. depresso-globosa 1-2 axillar. subsessil. — *Nov. Holland.*) . . . . Sphaeromorphaea. DC.

II. Capit. homogama, multiflora.

Invol. imbric. (Frut. v. suffrut. glabri, fol. linear. integerr. — *Afr. austr.*)

1. *Recept. planum,* nudum v. subnudum. Invol. disco brevius, campanulatum. Achaen. cylindracea, obtuse 5-sulcata, rarius acute 5-gona, interiora gracillima sterilia. (Fol. alt., raro oppos.; capit. corymbos., fl. lutei, raro 4-fidi.) . . . . Stilpnophytum. Less.

2. — *convexum,* nudum v. interdum paleolas 1-2 gerens. Invol. circ. 3-seriale. Cor. tubus glandulifer, basi dilatata achaenio arcte adhaerens, fauce dilatata campanulata, limbo 5-fido. Anth. flor. steril. exsertae, fl. fertil. subinclusae. Styli rami exserti, apice capitellati. Achaen. teretia. (Fol. alt.; capit. ad ramorum apices pauca subcorymbosa.) . . . . . Adenosolen. DC.

B. Achaenia omnia aut ex parte papposa (rarius epapposa, cfr. Tanacetum).

I. Capit. homogama (cfr. Tanacetum).

a. Pappus paleis pluribus distinctis membranaceis obtusis constans. Achaen. teretia, erostria. Styli rami apice capitellati. Recept. angustum, nudum. Invol. ovatum, imbric., squamis exteriorib. apice scarioso-appendiculatis. Cor. 5-dentatae (luteae), tubo brevi, fauce non sensim dilatata. (Suffrut. rigidi glabri, fol. alt. ericoideis parvis integerr., capit. ad ramor. apices 1-7 saepe aggregatis plurifloris. — *Afr. austr.*) . . . . Marasmodes. DC.

b. — *coroniformis aut irregularis.*

α. Recept. parce fimbrilliferum, angustum, planum, demum convexum. Invol. obovatum, imbric., disco aequale, squam. saepius margine aut ubique scariosis. Cor. 5-fidae. Achaen. angulata, aptera, sessilia, conformia. Pappus membranaceus, breve tubulosus, irregulariter lacerus, extus sinu incisus, intus auriculaeformis. (Frut. rigidi saepe incani, fol. alt. dentat. v. palmatim v. pinnatim lobatis, capit. term. solitar. v. corymbosis ovat. globos. v. campanulatis flavis. — *Afr. austr.*) . . . . Pentzia. Thunb.

β. Recept. nudum. (v. pag. sequ.)

COMPOSITAE.

Trib. IV. *SENECIONIDEAE.* Subtr. VI. ANTHEMIDEAE.

Divisio V. *ARTEMISIEAE.*

(Continuat.)

B. I. *b.*

β. Recept. nudum. Invol. campanulatum, imbricatum. Achaen. conformia. Pappus membranaceus, ad latus exterius sinu plus minus profundo incisus. (Fol. alt.; capit. flava, multiflora.)

1. *Recept. conicum.* Invol. 2-3-seriale. Cor. 4-5-dentatae, tubo demum incrassato limbo latiore et longiore. Achaen. sessilia, oblique cylindracea, nervulis albis eleganter striata. Pappus corolla longior, achaenio fere major, ad latus interius auriculaeformis. (Hba annua, glabra; fol. linear., apice saepius 3-dentata, carnosa, superiora opposita. — *Aegypt.*) . . . . Chlamydophora. Ehrbg.

2. — *planum, latum.* Cor. membranaceae, teretes, 4-5-dentatae. Achaen. angulata, callo basilari crasso elongato stipitata. Pappus achaenio brevior, ad latus interius elongato-auricularis. (Hbae, interdum basi suffrutesc., fol. obovat. dentatis, capit. majusc. solitar. v. corymbosis. — *Eur. austr.*, *Afr. bor.*) . . . . Plagius. L'Her.

II. Capit. heterogama (rarius homogama, cfr. Tanacetum).

a. Flor. ♀ *uniseriales*, saepius 3-4-dentati, aut omnes ☿, disci 4-5-dentati. Invol. campanulatum, imbric. Recept. convex., nudum. Achaen. sessilia, angulata, glabra, disco epigyno magno. Pappus aut nullus, aut membranaceus coroniform. minutus, integer aut aequaliter dentatus, aut subinaequalis ad latus exterius manifestior. (Hbae, v. suffrut., fol. alt. varie laciniatis, capit. solitar. v. corymbos. sphaeroid. luteis. — *Eur.*, *Asia*, *Afr.*, *Amer. bor.*) . . Tanacetum. (L.) Less.

b. — ♀ *pluriseriales.* Recept. nudum. (Fol. alterna; capit. multiflora.)

1. *Recept. conicum.* Invol. campanulatum, pluriseriale. Flor. ♀ (radii) filiformes ore vix denticulati, basi ampliati; caet. ☿ fertiles, cylindracei, ample 5-dentati. Achaen. angulata, aptera, conform. Pappus paleis 00 minutis semilanceolatis inaequalibus constans. (Frut. albo-tomentosus, fol. firmis, infer. cuneatis apice 3-lobis, capit. globos. racemos. luteis. — *China*, *Ins. Philippin.*) . . . . Crossostephium. Less.

2. — *planum, latum, punctulatum.* Invol. 2-seriale, disco paulo longius, squam. oval. apice membranaceis subincurvis. Flor. marginal. (♀) subapetali, stylo brevi nudo? 2-fido, stigmat. apice subbarbatis; fl. central. 00 ♂ (v. ☿?) tubulosi, limbo obconico 4-fido. Achaen. subangulato-teretia, subglandulosa, radii apice 2-dentata, disci apice truncata. (Hba, fol. pinnatifid., capit. ax. et term. solitar. subconvexis, fl. fulvis? — *Ind. or.*) . . . . Machlis. DC.

Divisio VI. *HIPPIEAE.*

A. Involucrum 1-seriale (cfr. Hippia).

a. Capit. circ. 5-flora, fl. 3 exterior. ♀, inter. 2 abortu ♂. Cor. tubulosae, ♀ cum ovario articulatae, 3-dentatae, ♂ 4-5-dentatae. Styl. fl. ♀ breve bifidus, ramis divergentibus, fl. ♂ indivisus. (Hbae caespitosae glaberr., fol. alt. imbricat. emarginat., capit. term. solitar. parvis sessil. — *Ins. Maclovian.*) . . . . Abrotanella. Cass.

b. — *multiflora*, fl. radii ♀, disci ♂.

1. *Flor. radii 1-seriales*, cor. filiformi cum ovario continua; disci 5-dentati. Invol. sub-1-seriale, squam. ellipt. margine scariosis. Recept. parvum, convex., ebracteolatum. Achaen. radii subrotunda, plano-obcompressa, margine 2-costata v. 2-alata; disci abortiva. (Hbae v. frut. odore Anthemideo, fol. alt. saepius pinnatilobis, rarius integerr., capit. corymbos. parvis luteis. — *Afr. austr.*) . . . . Hippia. L.

2. — — *pluriseriales*, cor. filiformi tenuissima persist. aut nulla; disci pauci 3-6-dentati. Invol. campanulatum, 5-10-phyllum. Recept. planum, nudum. Styl. fl. ♀ persist., rigidus, apice vix bifidus; fl. ♂ simplex, apice truncatus late orbiculatus. Achaen. obcompressa, stylo mucronata, margine alata aut callosa. (Hbae, fol. pinnatisect., capit. sessil. aut pedunculatis. — *Amer. austr.*, *Mexico*, *Lusitania.*) . . . . Soliva. R. et Pav.

B. Involucrum 2-3-seriale. Achaen. disci abortiva. (Hbae, fol. alt. pinnatisect., capit. multiflor.)

1. *Flor. radii pluriseriales, lobis inaequalibus integerrimis, interiore minore*; disci breve tubulosis 4-dentatis. Invol. florib. brevius, squamis obovato-oblongis. Recept. hemisphaericum. Achaen. radii compressa oblonga erostria. (Capit. pedicellata, solitar. v. corymbosa, nuda. — *Amer. austr.*) Plagiocheilus. Arn.

2. — — *1-seriales, subligulati* (tubo longo, ligula minima angustissima) aut irregulariter tubulosi, disci grosse 4-dentati. Invol. hemisphaericum, circ. 10-phyllum, squamis orbiculatis adpressis. Recept. planum v. subconicum, nudum. Stylus radii bifidus, ramis latis brevibus divergentibus; disci indivisus, apice rotundatus, truncatus. Achaen. radii obcompressa, obovata, glabra, 2-costata, disci abortiva. (Rami apice nudi, 1-cephali, capit. parvis flavis. — *America?*) . . . . Leptinella. Cass.

Divisio VII. *ERIOCEPHALEAE.*

Capit. 10-15-flora, heterogama, flor. radii ♀ (stylo bifido) saepius ligulatis, lig. obovatis apice dentatis; disci ☿, tubulosis, 5-dent., staminibus fertilibus, stylo simplici clavato-truncato. Invol. duplex, ext. campanulatum squamis 4-5 ovatis liberis; interius gamophyllum, extus lanigerum. Recept. paleaceum. Achaen. radii obcompressa, aptera, epapposa parce lanata. (Frut.; fol. alt. v. oppos., indivisa v. lobata, saepe sericeo-villosa; capit. racemosa, corymbosa v. solitar., subglobosa, demum lana albida v. rufescente dense vestita. — *Afr. austr.*) . . . . Eriocephalus. L.

COMPOSITAE.

Tribus IV. *SENECIONIDEAE.*

(Continuat.)

Subtribus VII. SENECIONEAE. Divisio I. *NEUROLAENEAE.*

Capit. multiflora, homogama, fl. ☿ tubulos. 5-dentatis. Invol. imbric., squamis subfoliaceis oblong. obtusis 3-nerviis. Recept. subplanum, paleis squamas referentibus. Anth. inclusae. Styli rami recurvi, cono brevi superati. Achaen. tereti-subturbinata, erostria, puberula, stipite brevi subobliquo calloso cavo suffulta. Pappus 1-serialis, persistens, setis rigidulis scabridis. (Suffrut.; fol. alt., denticulata, infer. sub-3-loba, super. indivisa; capit. corymboso-paniculata, cor. albidis v. flavesc. — *Antill.*) . . . . Neurolaena. R. Br.

Divisio II. *ERECHTITEAE.*

A. Capit. homogama v. subheterogama (sc. flor. marginales saepe staminum abortu ♀) cor. flavis tubulosis 5-dentatis. Recept. planum v. subplanum, nudum. Styli rami truncati (cfr. Faujasia). Achaen. cylindracea, striata. Pappi setae filiformes. (Capit. multiflora. — *Ins. Mascaren.*)

1. *Pappi setae 4, elongatae, subscabrae.* Achaen. oblonga, glabra. Styl. . . . .? Corollae tubus basi subampliatus ovario latior. Invol. 1-seriale, bracteolis parvis calyculatum, subcylindraceum squamis linearib. acutis. (Frut. glaber., fol. spiraliter confertis subsubulatis dorso convexo striatis, capit. corymbosis.) . . . . Faujasia. Cass.

2. — — *pluriseriales, crispato-flexuosae, subbarbellatae.* Achaen. gracilia. Cor. basi non dilatatae, exteriores subfiliformes. Invol. subhemisphaericum, squamis pluriserial. omnino foliis similibus. (Suffrut. glaber Juniperi v. Lycopodii facie; fol. imbricata; subulato-3-gona; capit. term. sessil. pappo exserto demum globum hirsutum simulantia.) . . . . Eriothrix. (Cass.) Less.

B. Capit. heterogama; flor. marginal. s. radii ♀, centrales s. disci ☿. Invol. 1-seriale, basi saepius bracteolis calyculatum.

a. Pappus disci 1-serialis, multisetus, scabridus, corollam fere superans; radii nullus. Achaen. oblonga, utrinque subattenuata, globulis subglandulosis punctata. Styli rami in fl. ☿ breves apice barbellati, in fl. ♀ longiores teretiusculi subpuberuli. Recept. angustum, nudum. Invol. oblong., 5-7-phyll., disco aequale. Flor. 7-8, omnes tubulosi, marginales 3 sub-3-dentati, centrales 4-5 quinquedentati. (Hbula, fol. subrotundis 5-7-lobis, ramis apice nudis 1-cephalis, fl. flavis. — *Afr. austr.*) . . . Stilpnogyne. DC.

b. — *pluriserialis.* Styli rami cono brevi hispidulo v. sursum pubero terminati. (Hbae, fol. alt. dentat. v. incis. v. pinnatifid. v. integerr., capit. multifl.)

1. *Recept. nudum v. subpapillosum* (nec fimbrilliferum). Invol. cylindraceum, squam. linear. acutis. Flor. marginal. multi- v. pauciseriales tenuissimi sub-3-5-dentati, central. 4-5-dent. Achaen. oblonga, striata, interdum apice subattenuata v. rostrata, saepe scabrida. Pappus capillaris, tenuissimus, vix scaber. (Corymbi saepe bracteolati, fl. flav. v. albidis. — *Amer., Australia.*) . . . . Erechtites. Raf.

2. — *fimbrilliferum*, cum invol. basi demum incrassatum. Invol. polyphyllum, disco paulo brevius. Flor. marginal. filiformes, pauci- v. 1?-seriales. Achaen. teretiuscula, 10-costata, glabriuscula. Pappus pilosus, mollis. (Rami elongati, nudi, 1-cephali; capit. saepe cernua, purpurea. — *Ind. or., ins. Mascaren.*) Cremocephalum. Cass.

Divisio III. *EUSENECIONEAE.*

A. Capitula discoidea (rarius radiata, cfr. Lachanodes, Brachyrhynchos).

I. Involucr. 1-seriale, saepius basi squamellis calyculatum.

A. Pappus pluriserialis.

I. Styli rami apice in appendicem longiusculam hispidam producti. Achaen. erostria, aptera. Pappus multiserialis, setosus. Recept. alveolatum. (Capit. multiflora, corymbosa. — Fol. alterna.)

a. Capit. homogama, flor. omn. ☿ tubulos. 5-dentatis, tubo basi corneo. Invol. cylindraceum, basi (unica sp. excepta) bracteolis subulatis stipatum, squamis linearibus acutis, apice excepto margine membranaceis. Rec. planum, alveolorum marginibus brevissimis aut in fimbrillas elevatis. Achaen. teretiuscula, striata. Pappi setae filiform. vix barbellulatae. (Hbae, subinde basi suffrut., fol. integr. v. dentat. v. pinnatilobis. — *Ind. or., China, Molucc., Madagasc., ins. Mascaren.*) Gynura. Cass.

b. — *heterogama,* flor. omn. tubulos. 5-fidis, tubo tereti indurato, radii saepius intus fissis et (antheris subabortivis liberis) fere femineis, disci regularib. stylo nonnunquam abortivo. Invol. 5-phyll., squam. liberis foliaceis, dorso crista longitudinali exserta auctis, margine late alatis. Stam. articulus antherifer longus crassus. Achaen. angulata, subglabra, ad angulos ciliata, centralia subinde abortiva compressa. Papp. vix scaber. (Suffrut. glaber, fol. integerr. 3-nerv., flor. pallide flavis. — *Afr. austr.*) . . . . Lopholaena. DC.

II. Styli rami cono brevi terminati, aut simplices (cfr. Brachyrhynchos).

a. Invol. calyculatum, bracteolis minutis, raro nullis. Pappus pluriserialis, subscaber. Capit. homogama, rarissime heterogama, fl. albis v. albidis v. luteis.

α. Achaenia erostria.

1. *Invol. polyphyllum,* rarissime ecalyculatum. Recept. planum. Stigm. cono terminali basi ciliato. (Frut. carnosi, interdum subacaules, saepe glauci; fol. alt.. saepius integerr.; capit. multiflora, nunquam radiata, fl. omn. 5-dent. — *Africa bor. et austr., ins. Canar.*) . . . . Kleinia. L.

2. *Invol. 5-7-phyllum,* squam. submembranaceis erectis. Recept. angustum, alveolare. Cor. tubus basi corneus, conicus, incrassatus, lobis 5 angustis 1-nerviis. Styl. basi bulbosus, stigm. longis revolutis in fl. ☿ cono brevi puberulo terminatis. Achaen. oblonga, sessil., glabra, demum striata. Papp. pilosus, subaequalis tubo cor. brevior. (Arb. ligno tenero, fol. alt. dentat, capit. corymbosis. — *Ins. St. Helenae*) . . . . Lachanodes. DC.

β. Achaen. elongata, striata v. angulata, exteriora subcompressa apice breve rostrata. Pappi setae piliformes basi subconcretae. Styli rami apice summo puberuli truncati. Recept. nudum, planum. Invol. polyphyll., parce calyculatum. Capit. multiflora, discoid. homogama, rarius radiata ligulis ♀. (Hbae, habitu vario. — *Afr. austr.*) Brachyrhynchos. Less.

b. Invol. ecalyculatum. Recept. planum. Stigm. cono terminali hispido. Fl. tubulos. 5-dent. (Capit. subcorymbosa, multifl., homogama.)

1. *Achaen. teretia, multistriata, glabra.* Pappus multiserialis, setis hinc inde barbellulatis. Recept. alveolare, alv. margine productis fimbrilliferis. Invol. cylindric., florib. brevius. (Suffrut.; fol. subcarnosa, integerr.; flor. flavesc.? pedunc. interdum bracteolat. — *Ind. orient.*) . . Notonia. DC.

2. *Achaen. oblonga, 5-gona, angulis ciliato-hispidis.* Papp. pluriserial., setis vix barbellulatis. Rec. vix alveolatum. Invol. ovato-cylindric., squam. linear. demum reflexis. Cor. lobis elongatis linearib. (Hbae, flor. croceis v. purpur. v. citrinis. — *Asia, Afr., ins. Mascaren., Philippin, etc.*) . . . . Emilia. Cass.

B. Pappus 1-serialis.

I. Achaen. erostria, nec apice in collum producta. Recept. nudum.

† ***Styli rami cono brevi basi subhispidulo terminati.*** Achaen. oblonga, glabra. Pappus multisetus, rigidulus, scabridus. Invol. 5-30-phyllum, bracteolis paucis basi subcalyculatum. (Hbae, fol. alt. dentat. v. lobatis; capit. corymbos. v. paniculat. plurifloris, fl. omn. ☿ tubulosis 5-dent. albidis roseis v. ochroleucis. — *Amer., Asia, Afr.*) . . . . Cacalia. (L.) DC.

†† — ***rami elongati, cono terminali nullo.***

1. *Invol. 8-16-phyllum,* disco brevius, ample 2-bracteatum aut calyculatum. Stigm. hispida, praeter nerv. marginal. medio 1-nervia. Achaen. striata, glabra. Papp. pilosus. (Hbae v. frut., habitu dissimili, fol variis interdum peltatis, capit. pluri- v. multifloris homogamis corymbos. v. paniculatis, flor. viresc. v. albis. — *Amer. trop.*) . . . . Psacalium. (Cass.) DC.

2. — *4-5-phyllum,* discum aequans, basi 2-bracteolat. v. nudum. Recept. angustum. Cor. 5-dentatae, tubo obconico. Stam. filam. apice incrassata. Anth. appendiculatae, ecaudatae. Stigm. arcuato-divergentia, plana v. semifiliform., acuminata, exserta, ciliata. Achaen. turbinata v. basi attenuata, tereti-angulata, hirsuta v. glabra. Papp. plumosus rufescens, setis basi subcorneis. (Frut. ramulis ternis, fol alt. v. ternato-verticillatis angustis integerr. capit. racemoso- v. corymboso-paniculatis 4-6-floris homogamis luteis. — *Ins. Sandvic.*) . . . . Railliarda. Gaudich.

II. Achaen. laevia, plano-compressa apice dilatata in collum breve urceolum disciformem sustinens. Pappus pilosus, subdenticulatus, deciduus. Recept. planum. Invol. cylindraceo-globosum, squamulis 1-3 ad apicem pedicelli substipatum. (Hba glabra, fol. crenat. et inciso-dent.; capit. pauca, laxe corymbosa, homogama? multifl., fl. luteis demum fusco-violaceis. — *Aegypt.*) . . . . Acleia. DC.

II. Involucr. 2-pluriseriale. (v. pag. sequ.)

COMPOSITAE.

Trib. IV. *SENECIONIDEAE.* Subtr. *VII.* SENECIONEAE.

Divisio III. *EUSENECIONEAE.*

(Continuat.)

A.

II. Involucr. 2-pluriseriale, simulque saepe basi bracteolatum v. calyculatum. Achaen. erostria.

α. *Pappus 1-serialis*, pilosus, setis basi scabridis apice longius barbellatis. Achaen. tereti-angulata, glabra, margine apice dilatato. Recept. favosum, alveolorum marginibus dentatis. Invol. ovatum, basi bracteolis 2-3 subulatis stipatum, 2-3-seriale, imbric., squam. distinctis aequal. Cor. graciles, limbo abrupte dilatato 5-partito. Anth. ecaudatae, apice appendiculatae. Styl. basi bulbosus, ramis linearib. obtusis arcuatis apice hispidulis dorso subpapillosis. (Frut., fol. alt. angustis subintegerr. subtus tomentosis, capit. axillar. solitar. v. breve subcorymbosis multiflor. homogamis luteis. — *Nov. Holland.*) . . . . Bedfordia. DC.

β. *Pappus pluriserialis.* Invol. 2-seriale. Styli rami apice capitellati. (Hbae tomentosae v. lanatae, fol. alt. integerr., fl. luteis.)

1\. *Capit. multiflora.* Invol. campanulatum, polyphyll., nudum aut bracteolis paucis stipatum. Recept. planum, latum, foveolis 4-5-gonis regulariter areolatum. Cor. fauce longa tereti, limbo 5-dentato. Styl. basi bulbosus, ramis apice hispidulis. Achaen. teretiuscula, striata, glaberr., apice in marginem subdilatata. Pappus e margine ortus, setiform., subscabridus. (Capit. term. saepius solitar. — *Amer. austr.*) Culcitium. Humb. et Bonpl.

2\. — *4-flora.* Invol. 4-phyllum, squam. cruciatim oppositis ovali-oblongis. Recept. angustum, nudum. Cor. 5-fidae, lobis linearib. Styli rami teretiusculi. Achaen. villosa. Papp. deciduus, setis rigidulis longiuscule denseque serratis. (Fol. mucrone rigidulo terminata; racemus term. 5-8-cephalus. — *Amer. bor. occid.*) . . . . Tetradymia. DC.

B. Capitula radiata (rarius discoidea, cfr. Senecio, Cineraria).

I? Antherae basi brevissime caudatae. Achaen. obcompressa, erostria, oblonga, glabra. Pappus pluriserialis setosus (niveus). Styli . . . . ? Recept. nudum. Invol. ovato-campanulatum, pluriseriale, squam. exter. foliaceis obovatis apice denticulatis, inter. subscariosis mucronatis integerrimis. Flor. radii 5 anguste et breve ligulati steriles, disci 10 tubulosi sub-2-labiati 5-dentati ☿, fauce non dilatata. (Hba tenella, glabra; fol. infer. oppos., super. alterna, apice serrata; capit. term. solitar. foliis obvallata, fl. flavis. — *Chile.*) . . . . Elachia. DC.

II. — ecaudatae.

A. Involucr. 1-seriale (cfr. Ligularia, Asterosperma).

I. Achaen. aptera.

A. Pappus pluriserialis (rarius in radio nullus aut 1-serialis).

† Involucri squamae liberae (cfr. Asterosperma, Crocidium). Recept. epaleaceum (rarissime in Senecione subpaleaceum).

α. *Achaen. radii calva*, rarius paucisetosa.

1\. *Achaen. obovata, compressa*, tuberculosa, crenato-marginata, glaberrima calva. Pappus disci aequalis (pluriserial.?) setis hirsutulis. Stigm. summo apice pilosa. Rec. conicum, alveolatum, nudum. Invol. multipartitum, squam. (basi concretis?) lanceolatis subpatentib. glabris. Ligulae ♀. (Hb., fol. laciniat. v. integr., axillis lanosis, capit. multifl. — *Amer. bor. occid.*) . . . . Crocidium. Hook.

2\. — *cylindracea*, achaeniis disci longiora, calva, rarius setis paucis (nec pappo pluriseriali, ut disci) coronata. Ligulae steriles, stylo abortivo aut plane nullo. Caet. Senecionis. (Flor. lutei. — *Ind. or.*) . . . . Madaractis. DC.

β. *Achaen. omnia papposa*, erostria, pappo piloso conformi.

1\. *Stylus disci ramis obtusis pube longe descendente utrinque tectis cono brevissimo superatis.* Achaen. teretiuscula, sulcata, eciliata. Recept. planum nudum. Invol. campanulatum, sub-1-seriale. Fl. radii 1-serial., ligulati, ♀, saepe 2-ligulati aut stam. rudimenta ferentibus; disci tubulos. 5-dent. ☿. (Hbae, fol. alt. variis; capit. racemosa v. thyrsoidea v. solitar. multifl. ampla, flava. — *Asia, Europa.*) . . . . Ligularia. Cass.

2\. — *disci ramis in conum elongatum acutissimum hispidum productis*, saepe deorsum hispidulis. Achaen. teretiuscula. Recept. planum, alveolatum. Invol. disco brevius, bracteolis saepius paucis subcalyculatum. Ligulae 1-serial. ♀, fl. disci ☿ 5-dent. (Arb., frut. v. hbae, saepe scandent., fol. oppos. v. alt. saepe integerr., capit. corymbos. flavis, multifl. — *Amer. trop.*) . . . . Gynoxys. Cass.

3\. — *disci ramis cono brevi pube adscendente obsesso superatis.* Achaen. plano-compressa, 2-costata. Pappus conformis, 2-serialis, serie ext. brevi, inter. longa. Invol. . . . . ? (Frut. hirsuto-canescens, fol. alt. linear.; rami apice aphylli 1-cephali, radio coeruleo, disco luteo. — *Afr. austr.*) . . . . Asterosperma. Less.

4\. — *disci ramis truncatis apice solo penicillatis.* Achaen. teretiuscula v. sulcato-angulata. Papp. caducus, setis subaequal. rectis tenuissimis vix scabris. Rec. nudum v. alveolatum. Invol. calyculatum aut nudum, squamis apice saepius sphacelatis margine subscariosis. Ligulae ♀ aut nullae. (Hbae v. frut., habitu vario; fol. alt., rarissime oppos.; capit. corymbosa v. paniculata v. solitar., disco fere semper luteo, radio luteo purpur. v. albo. — *Patria diffusa.*) . . . . Senecio. (L.) Less.

†† Involucri squamae marginibus plus minus coalitae. Recept. nudum. Ligulae ♀, fl. disci ☿ 5-fidi. Styli rami (saltem fl. ☿) apice truncato penicillati. Achaen. erostria. (Capit. multifl., fl. luteis.)

1\. *Pappi setae longae, subscabrae.* Achaen. turbinata, villosa (semper?). Invol. campanulat., ecalyculatum, 13-30-phyll. Lig. 13-30. Anth. inclusae. (Hbae caespitosae; fol. subradical., integerr., basi subvaginante lanata; capit. solitar. breve pedunc. — *Amer. trop.*) . . . Werneria. H. B. K.

2\. — *setae flexuosae, deciduae, exter. saepe deorsum flexae.* Achaen. teretiuscula. Recept. convex., alveolatum. (Frut., fol. integr. v. laciniatis, capit. solitar. v. subcorymbos. — *Afr. austr.*) . . . . Euryops. Cass.

B. Pappus 1-serialis. Recept. planum nudum.

a. *Achaen. erostria*, angulata. Capit. multifl., lig. ♀, fl. disci 5-dent. ☿. (Hbae glabrae, fol. caulin. amplexicaul., flor. flavis.)

1\. *Invol. campanulati ecalyculati squamae 12-15 basi coalitae.* Lig. 5. Anth. exsertae, stylum includentes. Achaen. obtuse 5-gona, praecipue secus angulos papuloso-scabra. Papp. caducissimus, setis circ. 5 subcrispis barbellatis. Caules laxe dichotomo-corymbosi; fol. apice dentata. — *Afr. austr.*) . . . . Oligothrix. DC.

2\. — *cylindrici squamae aequales, vix basi connatae, demum stellatae.* Recept. foveolatum. Lig. circ. 12. Stigm. disci cono brevi hispidulo superata. Achaen. oblonga, sulcata, glaberr. Papp. brevissimus, paleis margine aculeato-plumosis, ad faucem corollae vix per maturitatem protensis. — (*Sibiria.*) . . . . Senecillis. Gaertn.

b. *Achaen. 5-gona, ad angulos ciliata, utrinque attenuata, terminata rostro brevissimo* setis crassis brevibus pappum ext. simulantibus tecto; juniora compressa. Pappus tenuissimus, decid., radii paucisetosus, in centro disci multisetosus. Invol. disco subaequale, basi squamellis 1-2 exiguis auctum, circ. 20-phyllum, squam. acuminatis. Lig. ♀ revolutae, fl. disci ☿, 5-dentati, dent. medio 1-nerviis et nervo marginali cinctis. Styli rami inclusi, apice barbati. (Hba glabra, basi suffrutesc., fol. pinnatipart., capit. subcorymbos., fl. pallide flavis. — *Afr. austr.*) . . . . Mesogramma DC.

II. Achaen. plano-obcompressa, erostria, saepius (praesertim exteriora) **margine alata.** Papp. 1- v. pluriserialis, capillaris, conform., aequalis. Stigm. disci cono brevissimo pube adscendente tecto superata. Rec. planum, nudum. Invol. subcalyculatum, squam. margine scariosis. Capit. multiflora, radiata heterogama, v. rarius discoidea homogama. (Hbae v. suffrut., fol. alt. variis, capit. luteis. — *Afr. austr.*) . . . . Cineraria. (L.) Less.

B. Involucr. 2-pluriseriale. (v. pag. sequ.)

COMPOSITAE.

Tribus IV. *SENECIONIDEAE.* *Subtr. VII.* SENECIONEAE.

Divisio III. *EUSENECIONEAE.*

(Continuat.)

B. II.

B. Involucr. 2-pluriseriale. Ligulae 1-seriales ♀ aut interdum stamina steril. foventes; fl. disci ☿ tubulosi 5-dent.

I. Recept. nudum, subconvex. Invol. pauciseriale, squam. linear. acuminatis subaequalibus. Achaen. erostria, aptera, oblongo-turbinata, sulcata. Pappus disci pluriserialis setosus, radii subnullus aut sub-1-serialis. Stigm. disci truncata, apice solo penicillata, radii brevia obtusa. (Hbae, fol. alt., capit. solitar. v. laxe subcorymbos. multifl., fl. flavis. — *Eur. Asia.*)

1. *Pappus radii nullus aut rarius ad setulas 1-3 reductus;* disci albidus, raro rufus. Invol. raro sub-1-seriale. . . . . Doronicum. L.
2. — *sub-1-serialis.* . . . . Aronicum. Neck.

II. Recept. fimbrilliferum, pilosiusculum. Invol. campanulatum, 2-seriale, squam. angustis aequalibus. Lig. 1-seriales, ♀, interdum stam. steril. foventes; fl. disci ☿, tubulosi, 5-dent. Cor. tubus hirtus. Stigm. disci longa, truncata aut cono brevi superata, pube longe descendente vestita. Achaen. subcylindracea, subcostata, utrinque attenuata, hirsutiuscula. Papp. 1-serial., pilis confertis rigidulis barbellato-scabris. (Hbae, subhirsutae, fol. oppos. indivis.; capit. in apice caulis et ramor. solitar., magna, multifl., lutea. — *Eur., Asia et Amer. bor., — Nova Zeeland?*) . . Arnica. L.

Divisio IV. *RHETINODENDREAE.*

1. *Capit. 3-flora, homogama* (forte dioica?), fl. ☿ coriaceis tubulos. 5-lobis, lob. linear. erectis subconvolutis. Invol. basi bracteolis paucis minutis subcalyculatum, cylindricum, 3-phyllum, squam. erectis glabris summo apice albo-ciliatis. Recept. angustum. Anth. liberae, appendiculatae, ecaudatae. Styl. crassus, durus, exsertus, ramis crassis revoluto-divaricatis medio sulco exaratis apice subpubescentib. Achaen. elongata, compresso-teretiuscula, subangulata, pube rufa longa adpressa ubique tecta. Pappus sub-1-serialis, candidus, inaequalis, pilosus, scabridus, corollam aequans. Cotyledones involutae. (Frut.; fol. spiraliter disposita, angusta, apice serrata; panic. term. ramosissima; fl. flavis. — *Ins. Juan Fernandez.*) . . . . Rhetinodendron. Nob.
2. — *multiflora, abortu dioica.* Invol. 1-seriale, (interdum basi bracteolatum) campanulatum v. ovatum, squam. plus minus coalitis v. subliberis, saepius apice barbatis. Rec. planum. Capit. ♀: Cor. coriaceae, radii 1-serial. breve ligulatae integrae v. 3-dentatae, disci tubulosae 5-dent. Stam. inclusa, anth. liberis exappendiculatis abortivis, polline laevi. Styl. basi bulbosus, ramis crassis brevib. truncatis supra sulco exaratis. Cap. ♂: Cor. membranaceae, tubulosae. Anth. connatae, inclusae, polline echinato. Styli rami cono piloso papilloso terminati. Achaen. ♂ abortiva, ♀ teretia v. costata. Papp. 1-serial., setis liberis aut in vaginam connatis. Cotyled. involutae aut fere planae. (Arbusc. resinosae, fol. alt. indivis. angustis, capit. corymbos. v. paniculat. flavis. — *Ins. Juan Fernandez.*) . . Robinsonia. DC.

Subtribus VIII. GNAPHALIEAE. Divisio I. *ANGIANTHEAE.*

A. Achaenia papposa.

I. Pappus setis v. paleis pluribus constans.

A. Pappi paleae v. setae discretae.

I. Receptac. paleaceum.

a. Capit. heterogama, in glomerulum globosum dense aggregata, sessilia, pauciflora, flore 1 in centro neutro, caet. ☿. Invol. generale 0, partiale oligophyll. Recept. paleae floribus interjectae squamis conformes. Achaen. pilosa. Pappi setae in flore neutro paucae apice tantum plumosae, in florib. ☿ numerosae a basi subdilatata plumosae. (Frut.? albo-lanatus, fol. angustis, pedunc. longis nudis, glomerulo amplo. — *Nov. Holland.*) . . . . Pycnosorus. Benth.

b. — homogama.

1? *Capit. multiflora* (fasciculata, axillar. et term., glabrata). Invol. turbinatum, imbric., squamis scariosis obtusiusculis enerviis, intimis cum recept. paleis (subconformibus) deciduis. Cor. tubulosae, uniformes glabrae, limbo revoluto. Anth. exsertae, basi 2-setae. Stigm. filiform., acuta, hispidula. Achaen....? Papp. pilosus 1-serial., albus. Frut., fol. alt. integerr. subtus incanis. — — *Brasil.*) . . . . Piptocarpha. R. Br.

2. — *5-flora*, in glomerulum subglobosum basi bracteatum dense aggregata, rachidi cylindraceae lanatae insidentia, substipitata. Recept. propria angusta, margine paleis hyalinis integris munita. Invol. flores aequans, squam. hyalino-membranaceis ellipticis. Cor. tubulosae, late 5-dentatae (luteae). Anth. basi setigerae. Stigm. inclusa. Achaen. oblonga, villosa. Papp. 1-serial., setis filiform. plumosis. (Hb., fol. angust., caule simpl. scapiformi. — *Australia.*) Craspedia. Forst.

II. Recept. nudum. Capit. homogama.

a. Capit. in glomerulum term. globosum aphyllum dense congesta, 3-flora. Invol. propria scariosa, florib. sublongiora, squam. apice obtusis. Cor. tubulosae, 5-dent. Achaen. obovoidea. Papp. 1-serialis, setis paucis apice plumoso-penicillatis. (Hbae parvae ramosae; fol. oppos., in vaginam brevem connata, linear., integerr. — *Nov. Holl.*) . . . . . Calocephalus. R. Br.

b. — in glomerulos involucro communi cinctos dense aggregata.

1. *Pappi setae longae, 1-serial., a basi ad apicem plumosae.* Achaen. stipitata, obovoidea, glandulosa. Invol. commune 1-seriale. Glomerulus term., globosus, rachide conica. Capit. 3-flora, bracteis interstincta. Recept. propr. angusta. Invol. propr. flores aequans, squam. circ. 10 submembranaceis obovato-oblongis. Cor. tubulosae 5-dent., flavae. Anth. basi setiferae. (Hbae suffrutesc., adpresse tomentoso-incanae, fol. alt. linear. — *Nov. Holl.*) . . . . Leucophyta. R. Br.
2. — *paleae paucae, basi ovatae, seta corollam subaequante supra medium brevi-plumosa terminatae.* Ovar. linear., glabra. Glomerulus oblongo-cylindricus. Invol. commun. parvum, partialia scariosa, squam. exappendiculatis oblongo-cuneatis (apice citrinis) Capit. 3-flora. Cor. tubulosae. (Hba ramosa, laxe tomentosa, fol. alt. linear. semiamplexicaul. — *Nov. Holl.*) . . . . Cylindrosorus. Benth.
3. — *paleae circ. 5, basi emarginato-ovatae, seta corollam subaequante integra v. scabra terminatae.* Ovar. clavato-linearia, hirsuta. Glomer. plures, lateral. et term., subglobosi. Invol. comm. glomerulo longius, fol. 4-5 foliis caulinis subconformibus; propria oblonga, squam. 4-5 imbric. scariosis apice flavidis corollam subaequantib. Capit. 2-flora. Cor. brevis, 5-dent. (Hbula ramosissima, albo-tomentosa, fol. linear. amplicaul. integerr. — *Nov. Holl.*) . . . . Phyllocalymna. Benth.

B. Pappi paleae basi connatae in coronam margine laceram v. setosam. (Hbae, fol. alt. linear. integerr. — *Nov. Holl.*)

1. *Pappus annulo membranaceo minimo cinctus? paleis 5 a medio liberis acuminatis serrato-fimbriatis.* Achaen. obconica, papillosa. Styl. basi valde tumidus. Anth. caudatae? Capit. in glomer. term. ovato-globosum dense aggregata, pauciflora, homogama? Recept. nudum? Invol. florib. longius, squam. obtusis. Cor. tub. basi dilatatus, dentes 5 erecti breves. . . . . . . Styloncerus. Spreng.
2. — *minimus, lacerus, caducissimus.* Achaen. brevia, obovata, laevissima. Capit. 1-4-flora, ad apices ramorum glomerata in spicam obovatam digesta, in axillis bractearum scariosarum obtusarum sessilia. Recept. angustissimum, nudum. Invol. 2-seriale, squamis cujusque seriei 4, exter. membranaceis superne coloratis persist., inter. deciduis longis appendicula radiante superatis. Cor. tub. gracilis, limbo obconico 5-fido. . . . . Gnephosis. Cass.

II. Pappus 2-aristatus,

aristis basi membranaceo-dilatatis serratis apice plumoso-penicillatis. Achaen. oblonga, glabra. Stigm. exserta, truncata, divergent. apice pilosa. Capit. 2-flora, homogama, in spicam term. ovato-cylindraceam bracteis 4 albido-tomentosis suffultam dense conferta. Recept. angust., tomentosum. Invol. squamae 4 scariosae aureae, 2 planae, 2 convolutae et florem involventes. Cor. 5-dent. aureae. (Hba cano-tomentosa, fol. alt. subspathulat. integerr. — *Nov. Holl.*) Angianthus. Wendl.

III. — 1-setosus. (v. pag. sequ.)

COMPOSITAE.

Trib. IV. *SENECIONIDEAE.* *Subtr. VIII.* GNAPHALIEAE.

Divisio I. *ANGIANTHEAE.*

(Continuat.)

A.

III. **Pappus 1-setosus,** seta filiformi corolla parum breviore. Achaen. teres, elongatum, sericeo-subpubescens. Styli rami apice subbarbellati. Capit. 1-flora, in glomerulum dense aggregata, rachide nuda. Invol. commune multiseriale, squam. integris aut apice 2-fidis praeter nervum opacum hyalinis basi sublanuginosis. Invol. propria teretia, basi indurata 1-phylla (forte ex 3 concretis conflata?). Cor. filiform., apice subclavellata 3-5?-dentata. Anth. . . . .? (Hbula, fol. subradical. linear. basi dilatatis, glomerulis inter folia ad apicem caulium sessil. albidis. — *Nov. Holl.*) . . . . Hyalolepis. DC.

B. Achaenia epapposa glabra. Capit. homogama, 2-5-flora, (flava), in glomerulum term. squamis scariosis involucratum aggregata. (Hbae v. suffrut., fol. alt. linear. integerr. — *Nov. Holland.*)

1. *Capit. 2-flora.* Glomeruli ovati, rachide conica papillosa, invol. 2-seriali deciduo, squam. oblong. flavis, exter. breviorib. lanatis. Cor. longe tubulosae, 5-dent., dent. reflexis, tubo basi dilatato in tuberculum scirrhosum subrugulosum ovario latius. Styli rami breves, apice capitellati. Achaen. oblonga basi attenuata. (Fol. crassiuscula tomentosa.) . . . . Skirrhophorus. DC.
2. — *4-5-flora,* numerosa, in glomerulum depresso-subglobosum densissime aggregata. Invol. commune polyphyll., squam. exter. lanatis, utriusque squamae (ut etiam fol. suprema) appendicula scariosa ovata alba radiante terminatae. Ovar. linearia. (Fol. amplexicaulia, fere glabra.) . . . . Myriocephalus. Benth.

Divisio II. *SERIPHIEAE.*

A. Pappus nullus. Achaen. cylindricum, glabrum. Recept. nudum. Invol. pauciseriale, squam. adpressis oblong. mucronatis. (Fol. rigida, spiraliter torta; capit. in glomerulum subglobosum, parvum, bracteis parvis stipatum aggregata. — *Afr. austr.*) . . . . Perotriche. Cass.

B. Pappus paleaceo-setosus, 1-serialis, paleis basi subconcretis v. liberis nudis, apice pilosis v. plumosis. Achaen. oblonga v. cylindracea. Recept. punctiforme. Invol. imbricatum, sicco-membranaceum.

1. *Pappus extus margine coroniformi brevissimo persist. cinctus,* paleis 00 longis basi annulatis apice plumosis. Achaen. interdum subtomentosa aut in angulis serrata. Invol. flores aequans, squam. oblongis. (Fol. conferta, spiraliter disposita saepiusque torta; capit. in glomerulos densos subglobosos v. spiciformes collecta. — *Afr. austr.*) . . . . Stoebe. (L.) Less.
2. — *annulo nullo cinctus,* paleis apice pilosis basi interdum annulatis. Invol. squamae interiores longiores. (Facies Stoebes; fol. sparsa; capit. ad apicem ramulorum solitaria aut in glomerulum globosum v. subspicatum congesta. — *Afr. austr., ins. Borbon.*) . . . . Seriphium. (L.) Less.

Divisio III. *CASSINIEAE.*

I. Achaenia epapposa, oblongo-cylindracea, papilloso-pilosa. Stigm. apice truncata papillosa. Recept. conicum, paleis invol. squamas referentibus flores subsuperantibus basi latis denticulatis fructum involventibus apice oblongis albis. Invol. subcampanulatum, flores superans, squam. basi adpressis coriaceis appendice scarioso-petaloidea alba patente terminatis. Cor. tubulosae (flavae) 5-dent., extus glandulas stipitatas gerentes. (Suffrut. glaberr. vernicosus, fol. linear. crassis integr. v. subdentat. glanduloso-punctatis, capit. corymbos. multifl. homogamis. — *Nov. Holland.*) . . . . Ixodia. R. Br.

II. — *apice 4-dentata* (obcompresso-4-gona) dentibus 2 majoribus in setulam v. aristam productis. Stigm. exserta, arcuata, apice pilosa. Recept. latum, conicum, paleis subconcavis apice denticulatis acuminatis. Invol. hemisphaeric., flores aequans, imbric. (album), squam. coriaceis margine membranaceis appendice lata concava scariosa patente terminatis. Cor. 5-lobae (luteae) tubo carnoso virescente. (Hba villoso-canescens, caulib. foliaceo-alatis ramisque apice 1-cephalis, fol. decurrentib. — *Nov. Holland.*) . . . . Ammobium. R. Br.

III. — *pappo pluriseto aequali coronata.*

1. *Pappus 1-serialis, setis vix scabridis.* Achaen. ovato-oblonga, minute puberula. Stigm. truncata. Recept. paleae lineares deciduae. Invol. squamae imbric., exter. obtusae pubesc., inter. in appendicem oblongam obtusam albam patulam productae. Capit. multifl. heterogama, flor. tubulosis, radii 5 filiformibus ♀, disci circ. 15 ☿ 5-dentatis. (Suffrut., fol. alt. decurrent. subtus canis, corymbo paniculato subfolioso. — *Afr. austr.*) . . . . Rhynea. DC.
2. — *1-2-serialis, setis plurimis filiform. v. apice penicillatis persist. v. decid.* Achaen. obovata. Stigm. obtusa subtruncata hispidula. Recept. paleae liberae, invol. squamas inter. referentes. Invol. scariosum, imbric., squam. conniventibus aut apice patulis et breve radiantibus. Capit. 8-13-flora, flor. tubulos. 5-fidis omnibus ☿ aut radii nonnullis ♀ angustioribus. (Suffrut., fol. alt. integerr.; corymbi v. panic. term. — *Nov. Holland.*) . . . . Cassinia. R. Br.
3. — *1-serialis, decid, setis filiform. a basi ad apicem tenuiter et aequaliter barbellatis.* Achaen. obovata, brevia. Stigm. . . .? Anth. ecaudatae? Recept. angustum paleolatum. Invol. oblong., squam. membranaceis scarioso-diaphanis conniventibus. Capit. 10-16-fl., fl. omn. ☿ tubulos. 5-dentatis. (Hba, fol. decurrent. subtus tomentosis, panic. ramosissima, capit. flavis v. subrufis. — *Nov. Holland.*) . . . . Apalochlamys. Cass.

Divisio IV. *ANTENNARIEAE.*

A. Flores ♀ epapposi; ♂ pappo 1-seriali praediti, setis capillaribus apice plumosis. Recept. margine bracteolatum, medio nudum. Invol. pluriseriale, laxe imbricatum. Flor. omnes tubulosi; marginales 1-6 filiformes, ♀, inter bracteolas et invol. squamas siti, stylo 2-fido; centrales 00, ♂, 5-dent., basi attenuati, stylo simplicissimo apice subdilatato puberulo. (Suffrut; fol. alt. sessil. tenuia, mutica, supra tomentosa, subtus glabresc. — *Afr. austr.*) . . . . Trichogyne. Less.

B. Flores omnes papposi.

I. Pappus florum ♂ et ♀ dissimilis (cfr. Leontopodium), 1-serialis. Invol. imbricatum.

a. Capit. heterogama, flor. marginal. ♀, mediis (abortu stigmatis) ♂ aut ☿ steril.

1. *Recept. totum epaleaceum.* Invol. squamae basi lanatae, exter. breves adpressae acuminatae, inter. in appendicem coloratam scariosam radiantem productae. Flor. omn. tubulosi 5-dent.; ♀ 1-seriales; centrales ♂. Achaen. glabra, centralia abortiva. Pappus corollam aequans, setosus, scaber, fl. ♀ setis varie coalitis ramosus, ♂ clavatus. (Frut.; fol. ramulorum conferta minuta granuliform. supra tomentosa; capit. term. solitar. — *Afr. austr.*) . . . . Phaenocoma. Don.
2. — *margine paleaceum, medio nudum.* Invol. rufo-villosum, squam. exter. scariosis fuscis acutis, inter. obtusis in laminam scariosam albam obovatam radiantem productis. Flor. omn. tubulosi, 5-dent., marginal. 1-3 inter paleas sitis ♀, caet. ♂. Ach. glabra, central. abortiva. Papp. capillaris tenuis, flor. ♂ apice subplumosus v. clavatus. (Frut. lanati; fol. alt. coriac. sessil.; capit. glomerata v. corymbosa, fl. purpur. — *Afr. austr.*) . . . . Petalacte. Don.
3. — *foveolatum, convexum.* Invol. squamae adpressae extus lanatae. Achaen. cylindraceo-compressa. Pappi setae basi subconcretae, florum ♀ filiformes barbellatae, caet. saepius apice incrassatae. Capit. multiflora, in glomerulum term. umbelliformem bracteis lanatis radiantibus involucratum dense congesta; exteriora breve pedicellata, flor. ♀ pluriserial.; centrale sessile ebracteatum praecocius, fl. ♀ 1-serial. Flor. radii ♀ graciles, apice 3-4-denticulati; disci ☿ steriles, infundibuliform., 5-dent., stylo apice clavato. (Hbae montanae lanatae; fol. alt. integerr.; cor. flavesc. — *Eur., Asia.*) . . . Leontopodium. R. Br.

b. Capit. dioica v. subdioica, multifl. Flor. tubulosi, aut ♂ aut ♀; interdum forte ☿ steril.? aut marginales pauci neutri; ♀ filiformes 5-dent. Rec. foveolatum, convex. Invol. squamae apice coloratae (albae v. rubesc., nunquam flavae) v. subscariosae. Anth. semiexsertae. Styl. fl. ♀ apice 2-fidus, fl. ♂ simplex v. vix bifid. abortivus. Achaen. subteres. Pappi setae in ♀ filiform., in ♂ v. steril. apice clavatae. (Hb. v. suffrut., fol. alt. integerr. subtus tomentos., capit. corymbos., fl. flavis. — *Eur., Asia, Amer. bor.*) . . . . Antennaria. (Gaertn.) R. Br.

II. Pappus florum ♀ et ♂ conformis, 1-serial. Stylus, fl. ♂ v. steril. indivisus, ♀ bifidus. (Capit. corymbosa, raro solitar. heterogama, flor. omnib. tubulosis.)

1. *Capit. multiflora, fl. radii ♀ tenuissimis pluri- v. pauciserialibus,* disci ☿ steril. 5-dent. Recept. alveolatum, subconvex. Invol. squamae niveo-scariosae, lanceolatae, radiantes, exter. sessiles, mediae longiores ungue fusco stipitatae, intimae brevissimae angustae fere paleiformes. Anth. disci semiexsertae. Styl. radii longe exsertus, disci obtusus. Achaen. glabra, subcompressa, sessil., erostria. Pappi setae filiform. (nec clavellatae) a basi ad apicem scabrae. (Hbae, habitu inter Leontopodium et Antennariam mediae, cano-tomentosae. — *Alpes Ind. or.*) . . . . . Anaphalis. DC.
2. — *pauciflora, fl. 5-dent., 1-2 ♀, caet. ♂.* Rec. planum, epaleaceum, lanato-tomentosum. Invol. multiseriale, laxe imbric., siccum, squam. intimis unguiculatis spathulatis lamina subrotunda nivea radiante. Achaen. in lana recept. involutum. Pappi setae paucae, capillares, corolla breviores, scabrae v. breve plumosae. (Frut.; fol. alt., coriac., integerr., margine revoluta, supra nervo medio impresso sulcata. — *Afr. austr.*) . . . . Anaxeton. (Gaertn.) Cass.

COMPOSITAE.

Trib. IV. *SENECIONIDEAE.* Subtr. *VIII.* GNAPHALIEAE.

(Continuat.)

Divisio V. *HELICHRYSEAE.*

A. Achaenia omnia epapposa. Capit. discoidea. Recept. nudum.

a. Capit. homogama, pauciflora. Recept. angustissimum. (Hbae. — *Nov. Holland.*)

1. *Invol. imbricatum*, cylindraceum (purpureum v. roseum), squamis oblongis margine late scariosis, infimis minoribus bracteiformibus in pedicellum descendentibus. Cor. tubulosae, 5-dentatae (purpureae). Achaen. erostria, glandulosa, glabra. (Fol. alt., auriculato-amplexicaulia, ovali-lanceolata; panicula ampla, ramis dependentibus, capit. 3-4-floris.) . . . . Humea. Sm.
2. — *vix 2-seriale*, floribus parum brevius, squam. scariosis fimbriato-laceris. (Fol. angustissime linearia; cap. 2-10-flora.) . . . . Crossolepis. Less. †

b. Capit. heterogama, multiflora, flor. radii ♀ filiform. pluriserial., disci ♂ paucis tubulosis 5-dent. Rec. planum. Invol. 1-2-seriale, campanulatum. Achaen. radii oblonga, 4-gono-teretiuscula, pilis minimis submuriculata; disci gracilia, abortiva. (Hbula facie Filaginis Gallicae, fol. alt. linear., capit. parvis fuscis ax. v. term. subsessil. parce aggregatis. — *Madagascar.*) . . . . Demidium. DC.

B. Achaenia aut omnia aut saltem disci papposa (radii interdum calva, cfr. Filago, Amphidoxa, Disparago).

I. Pappus 1-serialis (rarissime basi margine coroniformi cinctus ideoque sub-2-serialis, cfr. Disparago).

A. Capit. discoidea, flor. omnibus tubulosis (marginalibus nonnunquam longioribus filiformibus aut difformibus, cfr. Amphidoxa, Gnaphalium, Lasiopogon, Panaetia).

I. Achaenia erostria, obtusa aut subacuta, nec attenuato-acuminata (juniora interdum rostrata, cfr. Metalasia).

A. Recept. commune elongato-filiforme, vix apice dilatatum, paleaceum. Invol. imbricatum, squam. exter. dorso lanatis, inter. scariosis in paleas recept. transeuntibus. Capit. multifl., heterogama, aggregata sub-5-gona. Flor. in palearum v. squamarum axillis solitarii; centrales (s. terminales) ☿ v. substeriles, tubulosi 4-5-dent.; exteriores ♀ filiformes vix dentati. Achaen. teretia, subpapillosa. Pappus flor. centralium setis filiformibus, marginalium nullus aut dissimilis. (Hbae canesc. v. tomentosae, fol. alt. integris, capit. ax. v. term. — *Patria subdiffusa.*) . . . . Filago. Tourn.

B. Recept. breve, planum v. convexum (nec filiforme).

† **Achaen. sessilia** (rarius basi attenuata, nec vere stipitata, rarius callo v. glandula suffulta, cfr. Swammerdamia, Ixiolaena).

a. Capit. heterogama (rarius homogama, cfr. Helichrysum, Helipterum).

‡ *Flores ♀ pluriseriales,* tenuissimi, disci 5-dent. ☿ v. abortu steril.? Recept. planum, nudum. Invol. campanulat. v. ovatum, imbric., squam. adpressis subhyalinis. (Hbae, rarius suffrut., saepius tomentosae v. lanatae; fol. sessil., saepe decurrentia; capit. term. v. ax., saepius corymboso- v. spicato- v. glomerato-congesta, multiflora.)

1. *Achaen. oblonga, radii calva;* disci papposa, setis 5-6 caducissimis apice barbellatis subclavellatis. Invol. squamae exteriores rufescentes, inter. apice productae in appendicem albam ovalem subradiantem. — (*Afr. austr.*) . . . . Amphidoxa. L.
2. *Achaen. omnia aequaliter papposa,* teretia v. subcompressa, subpapillosa. Pappi setae filiformes vix scabridae. Invol. album, rufum, purpur. v. flavum. — (*Patria diffusa.*) . . . . Gnaphalium. (L.) Don.

‡‡ *Flores ♀ 1-seriales* (raro pauciseriales, cfr. Lasiopogon).

α. Pappi setae glabrae v. breve pilosae aut scabrae (nec plumosae). Invol. imbricatum.

1. *Capit. 5-flora, cylindrica,* tenuia (corymbosa). Invol. flavesc. v. rufum. Rec. breve paleaceo-fimbrilliferum v. nudum. Flor. 3-4 ext. ♀, interiores 1-2 ♂. Pappus scabridus. (Suffrut.; fol. alt., sessil, saepe decurrentia angusta. — *Amer. austr., Madagasc.*) . . . . Achyrocline. Less.
2. *Capit. multiflora, oblonga* (solitar. aut pauca spicato-racemosa). Invol. scariosum, fuscum. Achaen. obcompressa, obovoidea, puberula. (Caet. et habitus Gnaphalii. — *Eur., Asia occid.*) . . . . Omalotheca. Cass.
3. *Capit. multiflora* (in paniculas breves oligocephalas bracteolatas term. disposita). Flor. ♀ marginales, paucissimi, sub-3-dentati, caet. ☿ 5-fidi. Invol squamae lineari-oblongae obtusae, ochraceo-subscariosae. Rec. angustum, nudum. Anth. disci basi breve caudatae, subexsertae. Stigm. apice capitellata radii exserta, disci demum deflexa. Achaen. teretiuscula, callo basilari crass. *Pappus conformis, setis apice clavellatis.* (Suffrut., fol. alt. coriac. obovat. obtusis integerr. — *Ins. Diemen.*) . . . . Swammerdamia. DC.
4. *Capit. multiflora,* nunc homogama flor. omn. ☿ tubulos. 5-dent., nunc heterogama flor. marginal. ♀ filiform. 1-serial. saepe paucis. Invol. squamae scariosae (albae, purpur. v. flavae) interiores conniventes aut plus minus radiantes, saepe appendice terminatae. Recept. planum, nunc nudum, nunc areolatum aut alveolatum paleolatum v. fimbrilliferum. Achaen. sessilia, areola terminali. *Pappi setae subscabrae, nunc liberae, nunc basi aequaliter subconcretae, nunc inaequaliter connatae s. ramosae.* (Hb. v. suffrut., fol. alt. et inflor. variis, coroll. luteis v. purpureis. — *Patria subdiffusa, excl. ? America.*) . . . . Helichrysum. (Vaill.) DC.

β. Pappi setae manifeste plumosae.

1. *Recept. areolatum v. alveolatum,* saepe paleaceo-fimbrilliferum, rarius nudum. Capit. heterogama aut homogama. Invol. album v. flavum. (Caet. Helichrysi. — *Afr. austr., Australia.*) . . . . Helipterum. DC.
2. *Recept. planum, nudum.* Capit. multifl.; fl. radii pauci ♀, limbo 3-partito, lobis linearibus; disci ☿, longe tubulosi, 5-fidi. Invol. hemisphaeric., flores aequans, imbric., squamis intermediis petiolatis lamina terminali lata scariosa fimbriato-dentata, extimis sessilibus. Achaen. oblonga Pappi setae in radio 2, in disco 3-4, tenuissimae, superne plumosae. (Hba, fol. alt. integr. subtus tomentos., capit. solitar. luteis. — *Nov. Holland.*) . . . . Panaetia. Cass.
3. *Recept. angustum, epaleaceum. Capit. pauciflora,* flor. omn. tubulosis, exter. 2 ♀ fertil., central. 2-3 ☿? steril. Invol. oblong. fuscum, squam. 7-8 oblongis glabris scariosis conniventibus, intimis sublongioribus apice albis. Achaen. radii obovata, dense sericeo-villosa, villis superioribus achaenio longiorib. pappum exteriorem mentientibus. Pappi setae (paucae) conferte plumosae. (Hba, fol. infima oppos., caet. alt. linear. pubesc.; capit. term. 3-7, corymboso-congesta, sessil. — *Nov. Holl.*) Pteropogon. DC.
4. *Recept. nudum, planum. Capit. multiflora,* fl. omn. tubulos., radii ♀ tenuissimis 1-pauciserialibus, disci ☿ paucis 4-5-dent. Invol. 1-2 seriale, bracteis foliaceis stipatum, disco paulo longius, squamis apice subhyalinis. Achaen. obovalia, subcompressa, glabra. Pappi setae longissime plumosae. (Hbulae, fol. angustis sparsis, capit. conferte glomeratis. — *Afr. bor. et austr.*) . . . . Lasiopogon. Cass.

b. Capit. homogama (cfr. supra Helichrysum, Helipterum).

α. Pappus paleaceus, paleis 5 ovatis. Capit. multifl., fl. omn. ☿ tubulos. 5 dent. Invol. 2-3-seriale, squamis hyalino-scariosis breve unguiculatis serrato-ciliatis transverse rugosis (flavis). Rec. alveolatum. Stigm. brevia, cono superata. Achaen...., areola basi disciformi. (Hba, Helichrysi facie, araneoso-canescens; fol. alt., linear., calloso-acuminata; rami nudi, apice 1-cephali. — *Nov. Holland.*) . . . . Rutidosis. DC.

β. Pappus setosus v. pilosus, setis v. pilis plumosis aut apice longius barbellatis.

1. *Pappus plumosus, setis distinctis.* Achaen. lanata. Rec. nudum. Invol. turbinatum, imbricatum, squam. membranaceis ovatis acutis, intimis stellato-patentibus roseis, mediis adpressis, extimis argenteis bracteiform. in pedicellum descendentibus. Flor. 5-fidi. (Hba glabra, fol. amplexicaul. integr., capit. term. solitar. multifl. — *Nov. Holland.*) . . . . Rhodanthe. Lindl.
2. *Pappus setosus, setis filiformibus summo apice paucibarbellatis* liberis aut basi subconcretis. Rec. vix alveolatum. Invol. pauciseriale, disco longius, basi virescenti-fuscum, squamis in appendicem angustam productis. Anth. breve 2-setae. (Frut. v. suffrut., fol. angustis v. minutis, capit. term. v. axillar. solitar. v. paucis, pauci- v. multifloris. — *Madagascar.*) . . . . Aphelexis. Bojer.
3. *Pappus setosus, setis filiformibus scabris apice longius barbatis ideoque prima fronte subclavatis* (albis). Achaen. obovata. Anth. basi 2-setae. Rec. epaleaceum, alveolato-fimbrilliferum aut plane nudum. Invol. (album v. fuscescens) imbric., squam. scariosis saepe obtusis, intimis saepe coloratis. Cor. 5-dentatae, luteae. (Frut, fol alt. confertis coriac margine revolutis subtus tomentosis, corymb. term., capit. 3-20-floris. — *Nov Holland.*) . . . . Ozothamnus. R. Br.
4. *Pappus piliformis, valde caducus, setis apice hinc longius barbato fere dolabriformibus.* Achaen. subangulato-obovata, minute papulosa. Rec. nudum, planum. Invol. pauciseriale, dense tomentosum, eradians, squamis linear. integris. Cor. luteae. (Hb. v. suffrut., dense lanati; capit. 10-20-flora, in glomerulos polycephalos solitarios foliis obvallatos lanatos congesta. — *Afr. austr.*) . . . . Eriosphaera. Less.

γ. Pappus setosus v. pilosus, setis pilisve scabris v. glabris nec plumosis (v. pag. sequ.)

COMPOSITAE.

Trib. IV. *SENECIONIDEAE.* *Subtr. VIII.* GNAPHALIEAE.

Divisio V. *HELICHRYSEAE.*

(Continuat.)

B.I.*A.*I.*B.*†*b.*

γ. Pappus setosus v. pilosus, setis pilisve scabris v. glabris (nec plumosis).

1. *Pappus setosus, setis serratis.* Achaen. teretiuscula, hispidula, glandula suffulta. Stigm. apice penicillata. Anth. basi tenuissime „cordatae" (caudatae?). Recept. alveolatum, breve fimbrilliferum. Invol. cylindricum, squam. 00 erectis linear. viridibus margine albo-scariosis lamina parva petaloidea radiante terminatis. Cor. breve 5-dentatae. (Hba viscosissima, laxe lanata; fol. spathulata, subdecurrentia; rami 3-4-cephali, capit. multifloris. — *Nov. Holl.*) . . . . Ixiolaena. Benth.
2. *Pappus pilosus v. setosus, setis interdum superne plano-lamellatis subciliatis.* Achaen. oblonga v. obovata. Rec. nudum, angustissimum. Invol. squamae paucae, erectae, oblongae, vix imbricatae, albae v. flavesc. Cor. 5-dentatae. (Hb. v. frut., fol. alt. angustis, capit. saepe 3 in fasciculos corymbosos collectis 1-5-floris oblongis. — *Madagasc., Brasil.*) Stenocline. DC.
3. *Pappus setosus, setis ramosis, i. e. pluribus in fasciculos seorsim deciduos basi connatis.* Achaen. glabra, teretiuscula. Stigm. summo apice hispidula. Rec. planum, brevissime fimbrilliferum. Invol. cylindraceum, velutinum, squam. oblong. obtus. margine scariosis, intimis discum aequantibus. Cor. 5-dentatae. (Hba niveo-tomentosa, fol. alt. integerr., corymbo term. 15-20-cephalo aphyllo. — *Region. Caucas. — Casp.*) . . Cladochaeta. DC.
4. *Pappus setosus (purpureus) setis scabris apice non incrassatis.* Achaen. glabra. Rec. planum, nudum. Invol. obovato-turbinatum, pluriseriale, imbric., squam. angustis appendice scariosa purpurascente v. alba subradiante terminatis. (Suffrut.; fol. alt., coriacea, parva, supra tomentosa; capit. 3-7 umbellata, rarius subsolitar. — *Afr. austr.*) Erythropogon. DC.

†† **Achaen. manifeste stipitata** (matura interdum subsessilia, cfr. Metalasia). Capit. homogama.

1. *Pappi setae paucae, apice incrassatae subdenticulatae, seorsim deciduae.* Achaen. glabra, juniora basi in stipitem apice in rostrum attenuata pellucida, demum fere sessilia et erostria. Rec. nudum. Invol. pauciseriale, imbric., squam. intimis longioribus (albis v. purpureis, rarius flavis) apice saepius dilatatis. (Frut; fol. sparsa, sessil. linear. v. oblonga, supra marginibus involutis concava, subtus convexa, glabra nitida, plerumque spiraliter torta; axillae saepe gemmuliferae; capit. cylindrica, glomerata v. corymbosa, 3-8-flora, cor. purpur. v. albidis. — *Afr. austr.*) . . . . Metalasia. R. Br.
2. *Pappi paleae 5-8 persist., basi membranaceae ovatae, in aristam longam subscabridam productae.* Achaen. teretiusc., basi in stipitem subsericeum attenuata, summo apice sericea, medio laevia glabra. Stigm. elongata, exserta, divergent., subfiliform., glabra, appendice brevi diaphana terminata. Anth. inclusae, appendice acuta, caudis vix ullis. Cor. ad faucem non ampliatae, 3-4-dentatae. Rec. angustum, nudum. Invol. cylindraceum, achaenia vix superans, 4-phyllum, squam. linear. 2 planis 2 subconcavis. (Hba, fol. obovat., capit. ax. solitar secus caulem racemoso-spicatis. — *Nov. Holl.*) Quinetia. Cass.
3. *Pappi paleae 5 longissimae, longe plumosae, basi subconcretae.* Achaen. subcylindr., hispida, stipiti gracili e centro alveolorum receptaculi (nudi) orto insidentia, areola terminali. Stigm. longa, obtusa, forte appendice acuta aucta? Anth. basi setigerae. Invol. cylindraceum, subaraneosum, flores aequans, subimbric., squam. subfoliaceis lineari-acuminatis. (Hba glabra, fol. alt. angust. amplexicaul. integerr., ramis apice aphyllis 1-cephalis, capit. multifl., fl. flavescent. — *Nov. Holl*) . . . . Podotheca. Cass.

II. Achaenia apice plus minus rostrata, compressa. Recept. planum, nudum. (Hbae, fol. alt. angustis integerr., ramis apice 1-cephalis, capit. multifl. homogamis, cor. luteis. — *Nov. Holland.*)

1. *Pappus 10-12-setus, setis basi subconcretis serrato-scabris.* Achaen. subpapulosa gracilia, apice in rostrum continuum breve v. elongatum producta, areola terminali. Invol. 00-seriale, imbric., subtomentosum, squam. siccis adpressis acuminatis apice scariosis. Cor. 5-dentatae. Stigm. apice capitellata. (Rami apice aphylli.) . . . . Leptorhynchos. Less.
2. — *setaceus, aequalis, scaber, basi pubesc. v. totus serrato-ciliatus.* Achaen. longe rostrata, scabra. Invol. pluriseriale, laxe imbric., squamis siccis linear. lamina lanceolata acuta alba v. aurea terminatis. Cor. 5-dent. Stigm. apice subdilatata. Anth. basi 2-calcaratae. (Habitus fere Helichrysi, rami etiam apice foliati.) . . . . Morna. Lindl.
3. — *pilosus, tenuis, scaber, corolla longior* (rufescens). Achaen. oblonga, scabra, rostro tenui longo. Invol. 1-seriale, oblongo-cylindric., squam. 8-10 acuminato-subulatis. Cor. 4-dent. Stigm. glabra, cono minimo superata. Anth. basi 2-setae. (Hba tenuis arachnoidea.) . . . . Millotia. Cass.

B. Capit. radiata, v. subradiata, heterogama, flor. ☿ tubulosis 5-dentatis, ♀ difform. v. ligulatis.

1. *Capit. multiflora, flor. radii ♀ ligulatis aut tubuloso-difformibus ampliatis.* Rec. paleaceum. Invol. campanulatum, multiseriale, squam. exter. sessil. scarioso-diaphanis, intimis ungue lineari angusto stipitatis. Stigm. glabra, apice capitellata. Anth. basi setigerae. Achaen. oblonga, subpapillosa, apice vix subattenuata, areola laterali. Pappi setae pilosae, scabroserratae, basi in annulum concretae aut subliberae? (Hbae, fol. alt. angustis integerr., capit. term. solitar. — *Nov. Holland.*) . . . . Podolepis. Labill.
2. — *2-flora, fl. altero ligulato* ♀ aut neutro. Rec. angustum. Invol. oblong., pauciseriale, glabr., squam. sublinear. mucronatis scariosis. Achaen. oblong., erostre. Pappus 5- v. multisetus (rarius basi margine coroniformi cinctus, in fl. ♀ saepe depauperatus aut nullus) setis basi coriaceis nudis, apice plumosis. (Frut. ericoidei, Seriphii facie, fol. angust. saepe spiraliter tortis, capit. in glomerulum term. subrotundum bracteatum dense aggregatis, flor. purpur. v. albis. — *Afr. austr.*) . . . . Disparago. Gaertn.

II. Pappus 2-pluriserialis, serie exteriore saepe brevissima annuliformi subintegra.

a. Pappi series exterior annuliformis brevis subintegra saepe obsoleta, interior setosa, setis plumosis. Achaen. sessilia, erostria. Recept. nudum. (Frut. v. suffrut, Seriphii facie; fol. sparsa, marginibus inflexis superne concava tomentosa; capit. sessil. v. subsessil. 2-12-flora. — *Afr. austr.*)

1. *Capit. homogama discoidea, aut heterogama radiata,* ligulis ♀ paucis angustissimis discum saepius non superantibus, fl. disci ☿ tubulos. 5-dent. Invol. cylindricum, imbricatum. Achaen. glabra, Pappus deciduus, setis liberis? a basi ad apicem longe et conferte plumosis, margine exteriore vix conspicuo. (Ramuli apice 1-cephali, nonnunquam spinescentes; fol. laevia.) . . . . Amphiglossa. DC.
2. — *homogama, discoidea.* Invol. pauciseriale, squam. oblong. mucronatis v. acuminatis. Stigm. apice solo penicillata. Pappi setae 8-12 basi in annulum concretae deciduae, inferne nudae, apice plumosae. (Fol. saepe spiraliter torta, saepius pilis glandulosis asperata; capit. in axillis super. solitar. v. pauca, interdum spicato-racemosa.) . . . . Elytropappus. Cass.

b. Pappi series omnes setosae. Capit. discoidea. — (*Afr. austral.*)

1. *Pappus pluriserialis, corolla longior, piloso-setaceus, setis vix scabris.* Achaen. villosissima, sessilia, ovata, rostro crasso glabro superata. Rec. nudum, planum. Invol. stramineum, junius tereti-oblong., squamis exter. brevibus foliaceis bracteiform., villoso-canis, inter. elongatis scariosis nitidis glabris linear. acutis demum patulis. (Suffrut. canescens, fol. subimbricatis calloso-apiculatis integerr., capit. homogam. 10-floris.) . . . . Pachyrhynchus. DC.
2. — *2-serialis, corolla paulo longior, setis pilosis.* Achaen. oblonga, angulata, juniora ad angulos tantum, matura fere tota hirsuta. Stigm. apice solo penicillata. Rec. margine bracteolis paucis linearibus tectum. Invol. turbinatum, imbric., squam. adpressis ovalibus cum acumine spinescente erecto. Cor. 5-dentatae. (Frut.; fol. parva, in axillis fasciculata, supra tomentosa, saepe torta; capit. 1-3 breve pedunculata, homogama, multiflora.) . . . . Lachnospermum. Willd.
3. — *2-serialis, capillaris, tenuissimus, corollam aequans, caducus.* Achaen. sessil., erostria, scabra, areola terminali. Rec. planum, totum nudum. Capit. 20-30-flora, homo- aut heterogama, fl. marginal. ♀ paucis 1-serialibus, caet. ☿. Invol. ovato-cylindricum, imbric., squam. interior. elongatis sicco-membranaceis rigidis coloratis spiraliter aut uncinato-flexis. (Suffrut. v. hbae tomentos., fol. alt. membranaceis, capit. ad ramor. apicem glomeratis, invol. extus lanato-tomentosis.) Leontonyx. Cass.

COMPOSITAE.

Trib. IV. *SENECIONIDEAE.* Subtr. *VIII.* GNAPHALIEAE.

(Continuat.)

Divisio VI. *LEYSSEREAE.*

A. Pappus disci et radii 1-serialis. Involucr. imbricatum. Recept. epaleaceum.

I. Pappi setae scabrae v. subnudae, nec plumosae. Capit. multiflora, heterogama, radiata, ligulis ♀, flor. disci ☿ tubulos. 5-dentatis luteis. (Frut. v. suffrut., capit. term. solitar.)

1. *Achaen. erostria,* oblonga, ima basi pilis fasciculatis stipata aut nuda, caeterum glabra. Pappus nunc totus setis filiformibus subscabris, nunc alterne setis paleisque apice serratis constans. Invol. turbinato-campanulatum, squamis membranaceis apice aristato-acuminatis recurvis. Lig. saepe 2-ligulatae albae, roseae v. purpurasc. (Fol. alt., decurrentia, angusta, rigida, margine revoluta, subtus tomentosa, supra scabra. — *Afr. austr., Madagasc., Arabia.*) . . . . . Athrixia. Ker.
2. *Achaen. subrostrata,* teretiuscula glabra, stipite brevi calloso pubescente suffulta. Pappi setae rigidae numerosissimae, subscabrae, basi subconcretae. Stigm. exappendiculata. Anth. caudatae. Invol. squamae lineari-oblongae, obtusae, apice scariosae. Lig. planae flavae. (Fol. oppos., linear., subtus glabriuscula, superne tomentosa, saepe gemmulifera. — *Afr. austr.*) . . . . . Antithrixia. DC.

II. Pappi setae (saltem in disco) plumosae.

1. *Achaen. breve rostrata,* teretia, areola terminali. Pappi setae in radio breves conformes, in disco longae apice aut totae plumosae cum paleis alternantes. Rec. subfimbrilliferum. Capit. multiflora, heterogama, fl. radii ligulatis ♀ ovariis abortivis, disci ☿ tubulosis. Invol. squamae interiores interdum basi complicata achaenia amplectentes. (Frut. v. hbae; fol. alt., linear., in axillis saepe fasciculata; rami apice nudi 1-cephali; fl. lutei. — *Afr. austr. et bor., Arabia.*) . . . . . Leyssera. L.
2. *Achaen. erostria,* sessilia, oblonga, glabra. Pappi setae circ. 10, valde plumosae, omnino discretae, caducissimae. Rec. nudum, angustum. Capit. nunc 5-flora homogama discoidea, nunc 10-flora heterogama radiata, ligulis 3-4 ♀ brevibus, fl. disci cylindricis 5-fidis. Invol. cylindrici squamae exter. acuminatae, inter. in appendicem subscariosam erectam oblong. acutam productae. (Suffrut. Relhaniae facie, ramis etiam apice foliosis interdum spinescent.; fol. alt. conferta supra sulcato-concava tomentosa, dorso convexo glabra; capit. ad ramorum apices solitar. v. glomerata, sessil., parva. — *Afr. austr.*) . . . . . Pterothrix. DC.

B. Pappus disci 2-serialis, paleis exterioribus crebris brevibus linearibus, interioribus binis longis setaceis, radii 1-serialis paleis 00 brevibus subaequalib. Achaen. erostria, glabra, radii 3-gona 3-costata, disci cylindracea sulcata. Anth. caudatae. Capit. multifl., radiata, ligulis ♀?, fl. disci ☿ tubulos. 5-dent. Invol. cylindraceo-campanulatum, imbric., squam. margine scariosis, exter. ovatis acutis, intimis oblong. emarginatis. Rec. totum bracteolis scariosis conduplicatis tectum. (Frut. fol. decussatis confertis obtusis, tomentosis subtus demum glabris punctato-scabris; rami interdum spinesc.; fl. lutei. — *Afr. austr.*) . . . . . Rosenia. Thunb.

Divisio VII. *RELHANIEAE.*

A. Achaenia papposa.

I. Recept. epaleaceum, alveolatum. Capit. multiflora, radiata, ligulis ♀, fl. disci ☿-fidis. Invol. imbric., squam. adpressis, interior. longiorib. membranaceo-scariosis. Achaen. sulcatum, erostre. Pappus coroniformis, dentatus. (Hbae v. suffrut., fol. alt. v. oppos. angust. integris, capit. term. et in dichotomiis sessil., fl. luteis. — *Afr. austr.*) . . . . . Nestlera. Spreng.

II. Recept. paleaceum aut alveolato-fimbrilliferum.

A. Capit. discoidea, homogama, 5-flora, fl. ☿ tubulos. 5-fidis. Invol. adpresse-imbric., sub-3-gonum, squam. intimis marginibus replicatis achaenia amplectentibus. Rec. angustum, paleaceo-fimbrilliferum, paleis complicatis achaenia foventibus. Stigm. inclusa, apice obtuso pilosula. Anth. caudatae? Achaen. cylindr., laevia. Pappus brevis, squamellis 5 ovatis ciliato-dentatis. (Suffrut. glaber., fol. alt. dentat.; corymbi term., pedicellis brevibus bracteolatis, flor. albis? — *Afr. austr.*). . . . . Oligodora. DC.

B. — radiata heterogama (raro discoidea, homogama, cfr. Eclopes) multiflora.

† Achaen. brevirostrata, elongata, teretia, adpresse villosa, intima saepe abortiva, glabra. Pappi paleae 00 discretae, breves, lacerae. Anth. brevi-caudatae. Recept. planum, paleis scariosis acuminatis amplexifloris tectum. Invol. arcte imbric. ♀, fl. disci ☿ 5-dent. Cor. tubus apice puberulus. (Hbae; fol. alt. linear. integerr. pilis capitatis vestita; capit. term. v. demum lateralia, saepe sessil., fl. luteis. — *Afr. austr.*) . . . . . Rhynchopsidium. DC.

†† — erostria.

a. Pappus coroniformis, paleis plus minus concretis, rarius subliberis (cfr. Polychaetia). Ligulae ♀, fl. disci ☿ tubulosi 5-dentati. Invol. ovatum v. cylindraceum. (Hbae, suffrut. v. frut., fol. alt. integerr.; capit. solitar. v. cymosa v. corymbosa, term. v. demum lateralia, fl. flavis. — *Afr. austr.*)

1. *Rec. fimbrilliferum, fimbrillis alveolos saepe achaenio longiores formantibus* apice fissis aut ad basin usque in setas multipartitis. Invol. squamae adpressae, intimae apice breve acuteque appendiculatae. Anth. caudatae? basi barbatae, apice longe appendiculatae; filam. brevissima. Stigm. radii longa, disci subadglutinata summo apice libera. Achaen. setis sericeis adpressis plus minus villosa, exter. angulata. Pappi paleae nunc ad basin fere liberae, nunc in tubum dentatum concretae. Ligulae paucae, angustae, tubo basi secus margines glanduloso-punctato; cor. disci lobis extus glanduloso-pilosiusculis. (Fol. angusta, saepe impresso-punctata aut subtomentosa) . . . . . Polychaetia. Less.
2. — *bracteolatum, planum.* Achaen. linearia, conformia. Pappus coroniformis, brevissime dentatus. (Fol. saepe superne tomentosa subtus laxe velutina, interdum glaberrima aut excavato-punctata.) . . . . . Relhania. (L'Her.) Less.

b. Pappus pluri-paleaceus, paleis discretis. Recept. planum. (Frut. — *Afr. austr.*)

1. *Achaen. conformia, nunquam obcompressa,* saepe 3-gona 2-alata. Pappus brevis. Recept. bracteolatum. Invol. multiseriale, squam. obtusis arido-scariosis. Capit. heterogama ligulis ♀, rarius homogama discoidea. (Fol. alt. v. oppos. integerr.; capit. term. solitar. v. corymbosa, fl. luteis.) . . . . . Eclopes. Gaertn.
2. *Achaen. sub-4gono-obcompressa,* sessil., glabra v. puberula. Pappi paleae breves, rarius setaceo-elongatae inaequales. Rec. planum, paleis scariosis disco aequalibus. Invol. campanulatum, pluriseriale, squam. subaequal. Lig. ♀, rarius neutrae (albae, crassiusculae), fl. disci ☿ 5-dent. (lutei). Anth. caudatae. (Fol. alt., conferta, serrata, glanduloso-punctata; capit. ad ramor. apices solitaria.) . . . . . Osmites. (L.) Cass.

B. Achaenia epapposa.

a. Capit. radiata. (Frut. v. suffrut., fol. alt., capit. term. solitar.)

1. *Ligulae semper neutrae.* Achaen. margine integro coronata. (Caet. Osmitis. Fol. punctata, camphoram redolentia; capit. sessil. — *Afr. austral.*) . . . . . Osmitopsis. Cass.

2? — *femineae, fl. disci ☿ forte steriles? Anth. ecaudatae.* (Caet. v. supra p. 209. — *Afr. austr.*) . Arrowsmithia. DC.

3? — *femineae 1-seriales, lineares, fl. disci ☿ tubulosi 5-dent. Anth. caudatae.* Stigm. . . . ? Achaen. subfusiform., 5-gona, erostria, obtusa. Invol. imbric., 2-3-seriale, squam ext. foliaceis. Rec. hemisphaer., punctatum, nudum. (Hba Pulicariae facie, glabra; fol. sparsa; capit. multifl., in apice caulis et ramorum solitaria, fl. flavis. — *Regiones Caspicae.*) . . . . . Amblyocarpum. Fisch. et Mey.

b. Capit. discoidea heterogama, flor. omn. tubulosis 5-dentatis flavis. Recept. nudum. Achaen. glabra.

1. *Capit. multiflora, flor. marginal. ♀ pluriserial.,* disci ☿. Invol. pluriseriale, imbric. Rec. planum. Anth. caudatae. Stigm. teretiuscula, obtusa, glabriuscula, saepius exserta. Achaen. elongata, striata, glabra, rostrata, rostro basique glanduloso-papulosis, areola terminali cupuliformi. (Hbae; fol. alt., ovata v. oblonga, saepius dentata; capit. term. solitar. aut lateral. subracemosa. — *Eur., Asia.*) . . . . . Carpesium. L.
2. — *3-flora,* florum ☿ lobis extus apice glandulosis, stylo incluso tenui, ramis brevibus approximatis. Anth. caudatae? Invol. 7-8-phyll., oblong., squam. acuminatis scarioso-diaphanis. Rec. angustissimum. Achaen. erostre, oblongo-pyramidatum. (Suffrut. fere Relhaniae facie; fol. alt., conferta, subcrenata; capit. corymbosa. — *Madagasc.*) . . . . . Syncephalum. DC.

COMPOSITAE.

(Continuat.)

Tribus V. *CYNAREAE.*

Conspectus divisionum.

A. Capitula radiata (rarius discoidea, cfr. Calenduleae, Othonneae, Gorterieae) multiflora. Antherae basi breviter caudatae. Corollae interdum bilabiatae (cfr. Calenduleae, Othonneae, Xeranthemeae).

I. Stylus (saltem radii) longe bifidus, disci subindivisus nodulosus superne conicus subbifidus. Achaen. disci abortiva. Recept. nudum v. alveolatum, rarius fimbrilliferum v. setulosum v. paleaceum. Involucr. 1- v. pauciseriale. Flor. radii ♀ fertil., disci tubulosi 5-dentati ☿ v. abortu ♂ steriles. Cor. fere omnes basi barbatae. Antherae basi brevissime barbatae. (Hbae v. suffrut., pleraeque glandulosae graveolentes.) . . . . Subtribus I. CALENDULACEAE.

a. Achaen. radii rostrata, fertilia, saepe curva, inter se heteromorpha. Pappus verus nullus (cfr. Dipterocome). Invol. 1-2-seriale, squamis liberis. Ligulae 1-3-seriales, raro nullae aut subbilabiatae (cfr. Dipterocome). Flor. disci ☿, abortu styli saepe steriles. (Orbis veteris incolae) . . . . Divisio I. CALENDULEAE.

b. — erostria. (Stirpes Capenses.)

1. *Achaen. (saltem radii) epapposa*, forma varia, disci abortiva saepe teretia. Invol. pauciseriale, squamis liberis. Ligulae ♀, fl. disci abortu pistilli steriles. . . . . Divisio II. OSTEOSPERMEAE.
2. — *(radii saltem) papposa*, pappo setoso saepe pluriseriali, disci 1-seriali aut nullo. Invol. 1-pauciseriale, squamis nonnunquam concretis. Flor. radii ♀ ligulati v. tubulosi v. bilabiati, disci tubulosi v. bilabiati ♂ v. stylo simplici steriles. . . . . Divisio III. OTHONNEAE.

II. Stylus indivisus (stigm. concretis). Achaen. erostria, turbinata. Pappus nullus aut setaceus v. paleaceus. Flor. radii ♀ v. neutri, disci ☿, centrales saepe steriles aut omnes homogami. (Stirpes fere omnes Capenses.) . . . . Subtribus II. ARCTOTIDEAE.

1. *Involucri squamae liberae, inermes* (raro apice spinescentes, cfr. Gibbaria). Ligulae ♀ v. neutrae. Achaenia saepe alata. — (*Afr. austr., Nov. Holland.*) . . . . Divisio I. ARCTOTEAE.
2. — *squamae basi inter se plus minus concretae* (rarius liberae, cfr. Berkheya) *exteriores saltem et mediae in spinam productae*, latere saepius dentato-spinosae. Lig. neutrae aut nullae (cfr. Stephanocoma, Stobaea) capit tunc homogamo-flosculosa. Achaen. aptera. — (*Afr. austral.*) . . . . Divisio II. GORTERIEAE.

B. Capit. discoidea (flor. omnibus tubulosis, marginalibus saepe majoribus v. difformibus et radium simulantibus).

I. Capit. 1-flora, in glomerulum globosum (s. capitulum compositum) **dense aggregata**, super receptaculum commune globosum articulata sessilia, singula involucellata. Fl. omnes ☿ fertil., tubulosi 5-fidi, tubo ad faucem abrupte inflato, lobis inaequalib. Stam. filam. laevia. Achaen. papposa, interdum involucello adnata. (Hbae, foliis saepius, subtus praecipue, cano-tomentosis.) Subtribus III. ECHINOPSIDEAE.

II. Capit. pluri- v. multiflora (raro 1-flora, cfr. Carlineae) **segregata.**

A. Achaen. rostrata. Pappus 1-serial., paleaceus. Capit. pauciflora, homogama, fl. omn. ☿ aequalib. palmato-5-fidis. Stam. filam. glabra; anth. appendice acuta terminatae, caudis longis retrorsum hirtis. Invol. cylindraceum, 00-squamatum. . . . . Subtribus IV. CARDOPATEAE.

B. — erostria (cfr. Jurinea in Serratuleis).

I. Staminum filamenta libera (raro submonadelpha, cfr. Carthameae).

A. Achaen. areola terminali aut basilari centrica (raro obliqua v. sublaterali aut nulla, (cfr. Carlineae, Serratuleae) *notata.*

† Achaen. omnia (v. saltem florum ☿) villosa (rarius glabra, cfr. Carlineae). Invol. 00-seriale, imbricat., squamis liberis. Cor. ☿ 5-fidae.

1. *Pappus paleaceus, longus, interdum squamellatus v.* 0 (cfr. Chardinia). Achaen. turbinata, flor. ☿ villosa, ♀ glabra. Invol. squamae scariosae, inermes. Recept. paleaceum. Cor. marginales ♀ 1-serial, 2-3-fidae saepe bilabiatae, disci ☿ tubulosae. 5-dent. (Hbae inermes Europaeae et Orientales.) . . . . Subtribus V. XERANTHEMEAE.
2. — *pilosus v. plumosus, rarius ramosus, 1- rarius pluriserialis.* Achaen. saepe glabra (cfr. Tab.) Invol. squamae saepius spinosae. Rec. fimbrilliferum v. paleaceum v. alveolat. (raro nudum, cfr. Saussurea). Capit. homogama, fl. omn. ☿ tubulos. aequal.; rarius heterogama, fl. marginal. ♀ v. steril. palmato-5-fidis v. ligulatis radiantibus (cfr. Atractylis). Filam. nuda, glabra. Anth. saepe appendice terminatae, caudis saepe longis barbatis. (Capit. raro 1-flora, cfr. Staehelina.) . . . . . Subtribus VI. CARLINEAE.

†† Achaen. omnia glabra. Pappus plumosus v. pilosus. Capit. multiflora. Invol. 00-seriale, squam. liberis. Cor. 5-fidae.

1. *Achaen. areola terminali notata* (basilari nulla aut saltem vix obliqua, cfr. Carduus, Cynara, Lappa). Pappus pluri- raro 1-serial., setis basi saepius in annulum aut in fasciculos concretis. Invol. squamae saepe spinosae. Flor. omnes tubulosi, saepissime aequales ☿, raro dioici v. heterogami, saepe ringentes. Filam. papillosa v. pilosa v. glabra. Anth. appendice terminatae, caudis brevib. v. 0. (Hbae v. suffrut.; fol. saepe decurrentia, plerumque pinnatifida spinoso-dentata.) . . . . Subtribus VII. CARDUINEAE.
2. — *areola basilari obliqua* (rarius centrica, cfr. Acroptilon) *notata* (quandoque apice demum umbonata, cfr. Jurinea). Papp. margine circulari cinctus. Invol. squamae vix spinescentes. Flor. ☿, rarius marginal. ♀, aut dioici (cfr. Serratula). Filam. papillosa v. pilosa. Anth. ecaudatae v. caudatae, cfr. Acroptilon, Leuzea, Alfredia, Jurinea. (Hbae orbis veteris incolae.) . . . . Subtribus VIII. SERRATULEAE.

B. Achaen. areola laterali (rarius basilari) *notata.* Invol. 00-seriale.

1. *Flor. marginales saepe steriles, ampliati v. irregulares*, interdum ligulaeformes (cfr. Zoegea). Invol. squamae plerumque adpresse imbricatae, saepe spinosae v. ciliatae. Achaen. compressa v. cylindracea v. 4-5-gona (cfr. Amberboa, Tomanthea) interdum pilosa, areola plus minus antica (quandoque basilari, cfr. Amberboa, Tomanthea, Crupina). Papp. pilosus v. setosus v. paleaceus (nunquam plumosus) interdum (saltem in ambitu) nullus. (Hbae, raro suffrut., fol. integris v. pinnatilobis, capit. saepissime multiflor.) . . . . Subtribus IX. CENTAURIEAE.
2. — *omnes ☿, rarius marginal. nonnulli steriles.* Invol. squamae spinosae, exteriores bracteiformes. Achaen. 4-gona, areola interdum basilari plus minus obliqua (cfr. Carduncellus). Papp. nullus aut 00-paleaceus, raro pilosus. Filam. medio barbata v. pilosa, interdum submonadelpha, cfr. Carduncellus. (Hbae, fol. spinesc., capit. ovoideis multifloris. — Orbis veteris incolae.) . . . . Subtribus X. CARTHAMEAE.

II. Stam. filamenta monadelpha. Anth. ecaudatae. Capit. multiflora, fl. omn. ☿ aut marginal. neutris. Invol. ovoid., squamis spinoso-acuminatis. Rec. fimbrilliferum. Achaen. compressa, glabra, areola basilari centrica rarius subobliqua, cfr. Tyrimnus. (Hbae Cardui v. Cirsii habitu, fol. albo-variegatis sinuatis v. pinnatilobis spinosis interdum decurrentib., fl. plerumque purpur.) . . . . Subtribus XI. SILYBEAE.

COMPOSITAE.

Tribus V. *CYNAREAE.*

(Continuat.)

Subtribus I. CALENDULACEAE. Divisio I. *CALENDULEAE.*

I. Capit. discoidea, pauciflora. Flores omnes tubulosi; peripherici ♀, infundibuliformi-subbilabiati, staminib. omnino nullis; disci ♂, filiformes, 5-dentati, filamentis glabris, antheris basi muticis apice appendiculatis. Invol. imbricatum, squam. ovali-oblong. margine subscariosis. Recept. angustum, alveolare, ebracteatum. Styl. radii glaber apice bifidus, ramis patentibus glabris glandulosis, disci apice incrassatus papillosus subbilobus. Ovar. disci abortiva, setulis paucis v. 0 coronata. Achaen. radii cylindracea, compressa, curvata, dorso echinata, apice extrorsum et introrsum producta in cornua 2 patenti-recurvata. Setae paucae simplices piliformes inter cornua ortae iisque breviores. (Hbula, fol. linear. integerr., capit. axillar. sessil. flavidis. — *Persia.*) . . . . Dipterocome. Fisch. et Mey.

II. — radiata, multiflora, ligulis ♀, flor. disci tubulosis. Recept. nudum. (Hbae v. suffrut., fol. alt. v. oppos. integris v. dentat. v. incisis.)

a. Achaen. radii 2-3-serialia plus minus curvata, exteriora vario gradu in rostrum producta, media truncata incurva dorso echinata, lateribus in membranam concavam integram aut planam inciso-dentatam producta, intima incurva aut annularia dorso muricata, omnia (praesertim intima) fertilia. Invol. pauciseriale. Recept. planum. Flor. disci ♂. Anth. breves, subulatae, caudatae. Stylus desinens in conum nodosum hispidulum apice bifidum, radii brevis stigmatibus 2 longis gracilibus inferne glabris superne glandulosis. (Capit. term. solitar. flava v. crocea. — *Eur. media et austr., Asia occ. austr., Afr. bor., ins. Canar., ?Mexico.*) . . . . Calendula. (L.) Neck.

b. — — *recta subtrigona* (cfr. Tripteris).

1. *Achaen. radii sessilia, squamellosa v. transverse rugosa aptera v. vix subalata,* rostro nunc urceolato cavo, nunc solido brevi v. vix conspicuo, nunc in iisdem saepe capitulis elongato solido laevi corniformi. Capit. monoica, lig. 1-serial., fl. disci 5-dentat. ♂. Invol. 1-seriale, squam. acuminatis. (Capit. solitar., minuta, lutea. — *Afr. austr.*) . . . . Oligocarpus. Less.

2. — — *substipitata, angulis 3 in alas saepius inaequales productis,* alis lateralibus echinatis aut laevibus, rostro cavo hinc membrana hyalina fenestraeformi clauso; interdum (monstrosa?) teretia, elongata, aptera, rostro solido. Fl. disci ☿ abortu pistilli steriles. Invol. 1-2-seriale, squam. margine saepius scariosis. Rec. planum, demum subconvexum. Anth. breve setosae. Styl. radii bifid., disci indivisus. (Capit. ramos terminantia, lig. flavis v. albidis v. sordide purpurasc. — *Afr. austr., Arabia.*) . . . . Tripteris. Less.

Divisio II. *OSTEOSPERMEAE.*

Capit. multiflora, ligulis ♀, fl. disci tubulosis 5-dentatis ♂ stigmatibus et ovar. abortivis. Rec. nudum, rarius setiferum. Achaen. radii baccata v. nucleata, crassa v. durissima, glabra, erostria, epapposa. (Frut. saepe spinesc. v. hbae; fol. alt., rarius oppos., subinde connata, integra v. dentata v. pinnatifida; flor. lutei. — *Afr. austr.*) . . . . Osteospermum. L.

Divisio III. *OTHONNEAE.*

A. Flor. radii 1-2?-seriales dimorphi, alii pauci anguste ligulati steriles, alii numerosi tubulosi fertiles; fl. disci tubulosi, 5-dentati, ♂. Invol. 2-seriale, squam. aequal. linear. acutis marginibus subconvolutis. Recept. convex., alveolatum. Achaen. disci abortiva linear. glabra; radii plano-compressa, glandulis muriculata, ligularum abortiva oblonga glabra, flosculorum obovata. Pappus achaenior. omnium setosus, 1-serial., setis paucis scabridis caducissimis. (Suffrut. glaber., fol. alt. linear. integerr. basi ciliatis, pedunc. glanduloso-pubesc. corymbosis, fl. flavesc., lig. parvis subpurpurasc. — *Afr. austr.*) . . . . Heteractis. DC.

B. — radii inter se conformes, omnes ligulati, rarius bilabiati aut tubulosi.

I. Pappus radii 1-serialis, disci nullus. Achaen. glaberr., obovata v. ovata laevia. Rec. nudum. Capit. pluriflorum, lig. circ. 5-7 brevibus ♀, fl. disci 5-fidis abortu ♂. Invol. squamae 5-9 ovatae basi connatae. (Hbae glabrae, basi tantum foliatae, capit. parvis corymboso-paniculatis luteis. — *Afr. austr.*) . . . . Gymnodiscus. Less.

II. — radii multiserialis densus pilosus, disci 1-serialis depauperatus. Achaen. radii fertilia ovalia hirta aut glabra papillosa, disci abortiva cylindracea subglabra. Recept. convex. v. subconicum foveolatum, interdum pilosiusculum. Invol. 1-seriale, squam. plus minus connatis aestiv. valvatis. (Frut. v. hbae interdum carnosae, fol. integr. v. dentat. v. v. varie incisis. — *Afr. austr.*)

a. Capit. discoidea (ligulis nullis). Radii corollae tubulosae, truncatae, involucro breviores. . . . Doria. Less.

b. — *radiata* (ad apices ramulorum solitaria).

1. *Flor. radii ligulati ♀; disci tubulosi regulariter 5-dentati ♂,* stigm. apice in conum connatis. (Capit. lutea, rarius ligulis coeruleis v. purpureis.) . . . . Othonna. (L.) Cass.

2. — — *ligulati v. bilabiati, disci 2-labiati,* labio exteriore 3-denticulato, interiore profunde 2-dentato. Invol. gamophyll., dentatum. (Fol. carnosa, integerr.; rami superne aphylli, capit. luteis.) . . . . Hertia. Less.

III. Pappus radii et disci pluriserialis, subconformis, caducus, setis flexuosis barbatis demum fere lanuginem copiosam referentibus. Achaen. radii oblonga teretiuscula, disci tenuia abortiva pubescenti-velutina. Styl. disci inclusus, indivisus, apice hispidus. Capit. multiflora, radiata, lig. ♀, fl. disci tubulosis 5-dent. ♂ v. ☿ styli abortu sterilibus. Invol. 1-seriale, squam. acutis subliberis. Recept. subconvex., areolatum. (Hbae brevicaules, basi foliatae, fol. crasso-coriaceis 1-2-pinnatipartitis, pilis rigidis albis pubesc., pedunc. scapiform. elongatis nudis 1-cephalis, fl. luteis. — *Afr. austr.*) . . . . Ruckeria. DC.

COMPOSITAE.

Tribus V. *CYNAREAE.*

(Continuat.)

Subtribus II. ARCTOTIDEAE. Divisio I. *ARCTOTEAE.*

A. Involucri squamae inermes (raro subulatae, cfr. Damatris).

I. Achaen. epapposa (raro subpapposa, cfr. Venidium). Flores disci ☿, tubulosi, 5-dentati.

1. *Achaen. aptera*, ovata, sub-4-gona. Recept. fimbrilliferum. Invol. campanulatum, pluriseriale, squam. exterior. foliaceis linearib., inter. majorib. scariosis obtusissimis. Lig. neutrae. Stam. filam. papillosa. (Hbae repentes, fol. pinnatilob. subtus caulibusque albo-tomentos., pedunc. ax. 1-cephalis, fl. flavis. — *Afr. austr.*) . . . . Arctotheca. Wendl.

2. — *subhemisphaerica, glabra, dorso 2-alata,* alis inflexis margine subcrenatis. Rec. alveolatum, alveolis margine subfimbrilliferis. Invol. hemisphaeric., multiseriale, imbricatum. Ligulae creberrimae ♀. Stam. filam. laevia. (Hba caulis, fol. subspathulat. denticulat. subtus albo-lanatis, scapis plurib. 1-cephalis brevibus, fl. flavis. — *Nov. Holland.*) . . . . Cymbonotus. Cass.

3. — *glabrum, dorso 3-alatum,* alis lateralibus margine inflexis intermedia recta latioribus. Pappus nullus, raro dimidiatus parvus 4-squamellatus achaenii dorsum coronans. Rec. alveolatum, saepius nudum. Invol. campanulat., pluriseriale, squam. exter. angustis subfoliaceis inter. scariosis obtusis. Lig. ♀. Stam. filam. laevia. (Hbae habitu Arctotidis, saepe tomentosae. — *Afr. austr.*) . . . . Venidium. Less.

II. Achaen. papposa. Flores disci tubulosi, 5-dentati. — (*Afr. austral.*)

A. Achaen. ovata, dorso 3-alata, alis lateralibus margine inflexis integris v. dentatis, intermedia recta angustiore. Villi copiosi ex achaenii stipite v. parte inferiore orti erecti. Pappus 2-serialis, paleaceus, paleis seriei interioris saepius 8 ante anthesin spiraliter dispositis. Recept. alveolat., fimbrilliferum. Invol. campanulat., multiseriale, squam. ext. subfoliaceis parvis, inter. scarioso-membranaceis obtusis. Lig. ♀, fl. disci ☿, intimi saepe abortu ♂. Stam filam. laevia. (Hbae inermes, saepe subacaules, fol. alt. saepe dentat. v. pinnatilob., capit. solitar. pedunculat.) Arctotis. (L.) Gaertn.

B. Achaen. aptera.

I. Pappus 1-serialis.

a. Pappus paleaceus, paleis discretis.

1. *Achaen. turbinata, villosa.* Pappi paleae tenerrimae, diaphanae. Recept. nudum planum. Invol. campanulat., multiseriale, imbric., squam. exterior. acuminat., interior. margine scariosis. Lig. ♀, fl. disci ☿, centrales saepe abortu ♂. Stam. filam. scabra. (Hbae acaules, rhizomate apice crasso, fol. subintegerr. 3-5-nerviis subtus incanis, scapis 1-cephalis, fl. flavis.) . . . . Haplocarpha. Less.

2. *Achaen. prismatico-4-gona, sulcata, ima basi hirsuta.* Invol. pauciseriale, squam. 00-nerviis, ext. squarrosis acuminatis, int. siccis obtusis. Fl. disci ☿. Stam. filam. laevia. (Caet. et habitus Haplocarphae.) . . . . Landtia. Less.

3. *Achaen. lana densissima vestita.* Pappus scariosus, lana absconditus. Recept. alveolatum. Invol. pluriseriale, squam. inter. membranaceis obtusis. Lig. neutrae, saepe difformes palmatilobae aut biligulatae; fl. disci ☿. Stam. filam. scabra. (Hbae acaules v. caulesc., plus minus cano-tomentosae; fol. pinnatiloba, rarius indivisa; radius flavescens, discus nigricans.) Cryptostemma. R. Br.

b. Pappus coroniformis (paleis concretis) *crenatus*, basi callosus, apice membranaceus demum introversus. Achaen. tomentosa. Rec. leviter alveolat. Inv. campanulat., pluriseriale, imbric. Lig. neutrae, fl. disci ☿. Stam. filam. scabra. (Hba reptans, ramosa, niveo-tomentosa; fol subrepanda; pedunc. 1-cephali.) . . . . Microstephium. Less.

II. Pappus 2-serialis.

1. *Pappus setosus*, setis circ. 15-20 crassis dense barbellatis inaequalib., interior. circ. 10 longioribus. Achaen. breve cylindracea villosissima. Styl. laevis, bifid., in fl. radii profundius fissus. Rec. alveolat., medio villosum. Inv. 2-3-seriale, squam. ext. lanceolat. acuminatis subtomentosis, int. longiorib. oval. obtusis apice membranaceis subfimbriatis. Cor. radii ♀ 2-ligulatae, lig. exteriore ampla 4-nervia, inter. minima cirrhiformi; fl. disci tubulosi 5-lobi ☿ (central. abortu ♂). Stam. filam. laevia. Anth. radii 0, disci breve caudatae. (Suffrut., fol. linear. subdentat. subtus tomentosis, capit. term. solitar., fl. luteis.) . . . . Heterolepis. Cass.

2. — *squamellosus.* Achaen. subcylindracea, villis longis rufis hirsuta. Recept. convex., inter radium et discum paleas gerens 1-seriales scariosas extus concavas apice 3-lobas. Invol. hemisphaeric., disco longius, adpresse imbric., squam. ext. ovatis, inter. linearib. apice subulatis. Lig. ♀ 1-seriales, fl. disci ♂. (Hba brevicaulis, fol. alt. angustis sinuatis subtus albo-tomentosis, capit. term. solitar., fl. flavis.) . . . . Damatris. Cass.

B. Involucri (hemisphaerici, disco aequalis) **squamae apice spinescentes,** pauciseriales, imbric. Rec. planum, nudum. Lig. 1-serial. ♀, fl. disci ♂ regular. Achaen. radii brevia, crassa, dorso gibba; disci sterilia, compressa, striata. Pappus coroniform., dimidiatus, brevissimus, irregulariter lacerus. (Stirps ramosa, fol. longis semiteretib. acutis glabr., capit. term. solitar., disco croceo, lig. supra albis subtus croceis. — *Afr. austr.*) . . . . . . Gibbaria. Cass.

Divisio II. *GORTERIEAE.*

A. Achaen. epapposa, angulata, glabra, plura abortiva. Rec. alveolato-favosum, alveolorum marginibus elevatis apice setigeris achaenia includentibus. Invol. pluriseriale, squam. basi concretis, ext. pectinato-spinulosis foliis similibus, inter. integris v. subfimbriatis apice spinescentib. Lig. neutrae, fl. disci ☿ tubulos. 5-dent. (Frut. spinosi; fol. alt., saepe decurrentia, spinoso-ciliata, integerr.; capit. term. solitar., fl. luteis. — *Afr. austr.*) . . . . Cullumia. R. Br.

B. Achaen. papposa. Flor. disci ☿, tubulosi, 5-dentati. Stam. filam. laevia. — (*Afr. austral.*)

I. Pappus 1-serialis (cfr. Stobaea).

a. Pappus coroniformis (paleis invicem connatis).

1. *Pappus irregulariter crenatus. Achaen. nitida.* Rec. fimbrilliferum v. alveolatum. Invol. multiseriale, squam. plerisque basi connatis, ciliis spinulosis 1-seriatis. Lig. neutrae aut nullae. (Hbae, fol. decurrent. pinnatifidis spinoso-dentatis, fl. luteis.) . . . . Stephanocoma. Less.

2. — *brevis. Achaen. obovato-triquetra, basi attenuata, apice barbata, caeterum glabriuscula*, cortice exteriore membranaceo a fructu facile secedente. Rec. subnudum v. brevissime alveolatum. Inv. pluriseriale, squam. in tubum urceolatum demum clausum connatis, apice liberis lineari-subulatis demum squarrosis. Lig. neutrae; fl. disci acutissime 5-dent., paucis marginalib. fertil. stylum bifidum et stam. abortiva gerentibus, centralib. pluribus sterilibus stylum simplicem et stam. perfecta gerentibus. (Hbae hispidae, fol. alt. integr. v. dentat. subtus cano-tomentos., capit. term. solitar. v. subcorymbos., fl. luteis, lig. subtus purpurasc v. virescent.) . . . . Gorteria. (L.) Gaertn.

3. — *in setas divisus. Achaen. totum longe lanatum.* Rec. breviter alveolatum. Invol. multiseriale, squam. basi concretis. Lig. neutrae. (Frut. ramosissimi, fol. linear. subcoriaceis, capit. term. solitar.) . . . . Hirpicium. Cass.

b. Pappus pluripaleaceus, paleis (discretis) acuminatis fimbriato-plumosis. Rec. alveolat., alveolis margine rigide fimbrilliferis. Invol. 2-seriale, seriebus valde inaequalib., squam. basi concretis nunc exteriorib. nunc interiorib. majoribus. Lig. neutrae aut nullae. (Suffrut. v. hbae, fol. oppos. v. alt. integr. v. sinuato-dent. inerm. v. spinulosis, capit. term. solitar. pedunculat., fl. luteis.) Didelta. (Cass.) Less.

II. Pappus 2-serialis (rarius 1-serial., cfr. Stobaea) **paleaceus** (nec coroniformis).

1. *Pappi paleae 2-seriales, oblongae, fimbriatae, longe acuminatae.* Achaen. sericeo-villosa, rarius glabra. Rec. alveolatum. Inv. multiseriale, squam. apice spinescent. liberae v. vix basi connatae. Lig. neutrae. (Hbae v. frut., fol. plus minus ciliato- v. dentato-spinosis, capit. solitar. term., fl. luteis.) . . . . Berkheya. (Ehrh.) Less.

2. *Pappi paleae 2-seriales, tenerrimae, saepe scariosae denticulatae*, saepius pilis achaenii villosissimi absconditae. Rec. breviter alveolatum. Inv. 2-00-seriale, squamis in urceolum lobatum basi concretis. Lig. neutrae. (Hbae v. suffrut., fol. subradical. v. sparsis pinnatilobis v. indivis., pedunc. axillar. nudis 1-cephalis; capit. saepe amplis speciosis, lig. flavis v. croceis, basi saepe maculatis.) . . . . Gazania. Gaertn.

3. *Pappi paleae 1-2-seriales, aequales aut alterne angustiores, ovales, obtusae, apice denticulatae.* Achaen. obpyramidata v. turbinata, sulcata, glabra aut puberula v. villosa. Rec. alveolatum, alv. elongatis achaenia foventibus apice in lacinias setiformes fissis. Inv. pluriseriale, squam. basi connatis in spinam acuminatis margine spinulas 1-2-seriales gerentibus. Lig. 1-seriales neutrae aut nullae. (Hbae v. suffrut. habitu Carduacearum, saepe araneosae v. lanatae; fol. alt., raro oppos., subinde decurrent., plus minus pinnato-lobata et spinuloso-dentata v. ciliata; capit. term., fl. luteis, raro purpureis.) . . . . Stobaea. Thunb.

COMPOSITAE.

Tribus V. *CYNAREAE.*

(Continuat.)

Subtribus III. ECHINOPSIDEAE.

1. *Involucr. generale parvum, squamis paucis reflexis*; partiale polyphyllum, persist., triplex (interdum gamophyllum vaginaeforme) foliolis exterior. breviorib. piliform. scariosis penicillum constituentibus, mediis vix longioribus subspathulatis breve acuminatis, intimis elongatis carinatis lineari-acuminatis. Flor. 5-fidi, tubo brevissimo, summi praecociores. Stam. filam. glabra, corollae ad sinus usque adnata, anth. ecaudatis v. basi subbarbatis. Stigm. arcuato-divergentia. Achaen. cylindracea, sericeo-villosa. Pappus coronaeform., brevissimus, subfimbriato-pilosus. (Hbae, fol. 1-3-pinnatilobis, lobis et dentib. apice spinescent., glomerulis globos. term. coeruleis v. albis. — *Eur., Asia, Afr. bor.*) . . . . Echinops. L.

2. — *generale foliaceum, foliis apice et margine remote spinosis*; partiale compressum, pluriseriale, squamis margine fimbriato-plumosis apice spinosis. Cor. 5-fidae. Anth. breve caudatae, caudis laceris. Styl. brevissime 2-fidus. Achaen. obovato-oblongum, villosum. Pappus brevissimus, paleaceus, 1-serialis, paleis fimbriatis ellipticis. (Hbula caule lanato, fol. angustis spina terminatis, summis sparse spinoso-ciliatis. — *Asia minor, Syria, Persia.*) . . . . Acantholepis. Less.

Subtribus IV. CARDOPATEAE.

Capit. sub-8-flora. Invol. obovato-oblong., imbric., pauciseriale, squam. coriaceis, exter. margine spinosis apice in appendicem subulato-spinosam subrecurvam productis, interior. subscariosis apice spinescenti-denticulatis. Recept. angustum, fimbrilliferum. Cor. palmato-5-fidae, tubo basi gibbo subcorneo, lobis apice corneis. Stigm. vix apice libera, obtusa. Achaen. subovoidea, basi attenuata, apice in collum producta, sericeo-villosa. Pappus longitudine colli, 1-serialis, squamellis 8-10 inaequalib. subdentatis. (Hba corymboso-ramosa, spinosissima, fol. pinnatipart. lobis inciso-spinosis, capit. numerosis, fl. coeruleis. — *Eur. austr., Afr. bor.*) . . . . Cardopatium. Juss.

Subtribus V. XERANTHEMEAE.

a. ***Corollae ♀ bilabiatae, labiis inaequalibus.*** Involucr. imbric. scariosum. Recept. paleaceum. (Hbae erect. ramosae inermes, fol. angustis integerr., capit. term. solitar., flor. et involucr. albis v. rubescentib.)

1. *Invol. squamae inermes. Rec. paleae scariosae 3-partitae.* Fl. disci ☿, aequaliter 5-dent., inferne coriacei; radii paucissimi ♀, 2-labiati, labio ext. 2-3-dentato, inter. breviore 2-partito. Stam. filam. in ☿ glabra, libera, in ♀ nulla. Anth. lineares, basi 2-caudatae. Stigm. 2 in ☿ demum libera, in ♀ obsoleta. Fruct. ☿ sericeo-pilosus, pappo paleaceo pauciaristato persistente, in ♀ rudimentarius. — *Eur., Asia occid.*) Xeranthemum. Tourn.

2. — *squamae ovatae, in spinam productae*, int. longiores discum superantes. Rec. paleae subulatae. Fl. disci plures ☿ 5-dentati, radii 3 ♀ bilabiati, labiis 2-lobatis. Styl. ☿ inclusus, ♀ exsertus. Pappus fl. ☿ 5-squamatus, corolla longior, apice subulatus scaber. (Stam. et fr. ignot. — *Oriens.*) . . . . . . Siebera. Gay.

b. ***Corollae ♀ cylindraceae, 3-dentatae;*** ☿ 5-dent., basi crassae conicae. Stam. filam. in fl. ☿ glabra, tubo adnata, superne monadelpha. Anth. auriculis subnullis pilis 1-2 barbatis. Stigm. erecta, demum divergentia. Fr. compressus, in ☿ apterus, striatus, in ♀ margine alatus intus 1-costatus, costa alisque saepe in cornua productis. Pappus in ☿ 9-10 squamulosus scariosus persist. 1-serial., in ♀ 1-3-squamulosus aut nullus. Recept. planum, paleis membranaceis, ext. longiorib. abrupte acuminatis, int. breviorib. angustis bipartitis. Invol. imbric., squam. membranaceis, inter. longioribus non radiantibus. (Hba habitu Xeranthemi. — *Asia minor, Syria, Persia.*) . . . . Chardinia. Desf.

Subtribus VI. CARLINEAE.

A. Achaen. glabra (raro villosa, cfr. Staehelina).

I. Pappus totus aut ex parte plumosus. Corollae omnes ☿, aequales.

a. ***Pappus 2-pluriserialis*** (raro sub-1-serialis, cfr. Ancathia, Saussurea).

α. *Pappi setae omnes distinctae*, lineares, plumosae, pluriseriales, ext. breviores. Achaen. obovata. Stigm. libera. Invol. cylindraceum, imbric., squam. adpressis in spinam productis, spinis in inv. parte inferiore patulis, in super. erectis. Cor. aequaliter 5-lobae, ad faucem vix incrassatae. Anth. appendiculae coriaceae, caudae longae vix apice incisae. (Suffrut. humilis ramosus, fol. linear. integerr., capit. term. ebracteat, 8-12-floris. — *Mons Libanus.*) Stechmannia. DC.

β. — *setae* (saltem interiores) *basi in annulum concretae.*

1. *Antherae basi utrinque penicillato-caudatae.* Cor. oblique 5-fidae. Invol. ovato-globosum, imbric., squam. exter. et mediis spinosis recurvis, intimis scariosis coloratis rectis. Recept. paleaceo-fimbrilliferum. Achaen. oblonga, longitudinaliter striata, areola laterali, margine crenato. Papp. sub-2-serialis, setis aequalib. plumosis basi in annulum deciduum conferruminatis. (Hba Cardui habitu, fol. angustis subintegris spinulos. subtus ramisque villoso-tomentosis, capit. term. solitar. — *Sibir. Altaica.*) . . . . Ancathia. DC.

2. — *appendicibus longis acutis terminatae, basi 2-setae, setis ciliatis aut* (in sect. Lagurostemon) *villoso-lanatis.* Cor. 5-fidae, tubo gracili, fauce ventricosa. Invol. multiseriale, saepius imbric., squam. exappendiculatis, rarius append. acuta auctis. Recept. planum fimbrilliferum v. paleac. (paleis liberis v. subcohaerent. persist.) rarissime nudum. Stigm. longa, cum stylo continua, apice divergentia. Papp. saepe duplex, exterior paleis subfiliformibus scabris saepe persist. constans v. rarius deficiens, int. paleis longe plumosis basi in annulum deciduum subconcretis. (Hbae, fol. alt. integr. v. incis.; capit. saepius corymbosa, term., fl. purpur. v. violac. — *Eur., Asia, Amer. bor.*) . . . . Saussurea. DC.

b. ***Pappus 1-serialis*** (serie exteriore nulla aut ad marginem reducta) setis plumosis, basi plus minus in annulum concretis. Anth. caudae ciliato-villosae aut subnudae. (Caet. Saussureae. — *Montes Ind. or. et Sibir.*) . . . . Aplotaxis. DC.

II. Pappus minus scaber aut denticulatus, raro barbellatus (nunquam vere plumosus) aut laevis.

a. ***Pappus manifeste pluriserialis***, persist., setis scabridis saepe spiraliter incurvis. Achaen. angulato-compressum, areola term. nulla. Styl. apice vix incrassatus, stigm. brevib. divergent. obtusis. Inv. campanulat. pluriseriale, squam. lineari-subulatis subaequal. Rec. alveolato-subfimbrilliferum. Cor. fauce vix dilatata, lobis 5 brevib. Anth. basi 2-caudatae. (Hba subacaul. lanuginosa; fol. ovat. crenato-dentat.; capit. solitar. breve pedunculata, fl. albido-ochroleucis. — *Alpes Eur. austr.*) . . . . Arctium. Dalech.

b. — ***1- v. sub-1-serialis*** (cfr. Dolomiaea, Auchera).

α. *Pappi setae liberae aut basi quasi monadelphae* (sc. omnes in annulum, nec in fasciculos plures, connatae).

1. *Pappus longus, rufescenti-violaceus, setis 00 scabris* basi in annulum ab achaenio separabilem concretis. Achaen. sub-4-gona. Stigm. apice libera teretiuscula; styl. apice subincrassatus villosus. Invol. ovat., pluriser., imbric., squam. lanceolat. acuminat. inermib. erectis. Rec. planum, alveolato-fimbrilliferum. Cor. graciles, tubo basi subdilatato, lobis linear. aequalib. Anth. apice appendiculatae, basi caudis incurvo-tortis ciliatis munitae. (Hba humilis inermis, fol. radical. pinnatilob. subtus canesc., capit. axillar. breve pedunc. in caput foliis intermixtum adgregata, fl. longis purpur. — *Himalaya.*) . . . . Dolomiaea. DC.

2. — *brevis, 1-serial., serrulato-scaber, interdum subnullus.* Ach. subcompressa sub-5-gona, areola subobliqua; margine circa pappum elevato aut obsoleto. Stigm. libera, extus cum apice styli pubescentia. Inv. imbric., squam. coriaceis spinosis. Rec. planum, fimbrillis setosis liberis. Cor. glabrae, limbo tubo longiore. Anth. longae, appendicib. corneis, caudis barbato-plumosis. (Hbae ramosae Cardui facie, fol. decurrent. sinuato-dentat. spinosis; capit. term sessil demum nonnunquam decidua, fl. alb. v. ochroleucis v. purpur. — *Asia occid., praesertim Persia et reg. Caucasicae.*) . . . . Cousinia. Cass.

3. — *subuniserialis, setis paucis rigidis vix denticulatis caducissimis.* Ach. compressa, margine 2-dentato superata, areola basilari. Inv. ovatum, arcte imbric., squam. apice rigide uncinato-mucronatis. Rec. longe fimbrilliferum. Cor. tubo brevissimo fauce cylindracea longa, lobis 5 erectis Anth. basi 2-caudatae. (Hba erecta glaberr., fol. pinnatilob. mucronat., capit. laxe paniculat., fl. flavidis. — *Persia.*) . . . . Auchera. DC.

β. *Pappi setae quasi polyadelphae.* (v. pag. sequ.)

COMPOSITAE.

Tribus V. *CYNAREAE.* *Subtribus VI.* CARLINEAE.

(Continuat.)

A.II.*b.*

β. ***Pappi setae quasi polyadelphae*** (i. e. in fasciculos plures discretos invicem connatae), fasciculis 4-6-setis scabris v. barbellatis rarius laevibus. Achaen. oblonga, apice areolata, glabra v. villosa. Rec. planum, paleaceum, paleis angustis basi vix subconcretis persist. Invol. cylindraceum, squam. imbric. adpressis. Cor. regular. 5-fidae. Filam. glabra. Anth. apice longe appendiculatae, basi 2-setae, setis plus minus barbatis v. laceris. Styl. apice ad tumescentiam barbellatus, stigm. apice liberis obtusis. (Suffrut., fol. alt. saepe subtus canis, capit. term. interdum 1-floris. — *Region. Mediterran.*) . . . . Staehelina. (L.) DC.

B. Achaen. pubescentia v. villosa. Pappus plumosus. Recept. planum, fimbrillis basi in alveolos concretis apice multifidis. Stam. filam. glabra. (Hbae, fol. spinoso-dentatis lobatisve.)

a. ***Pappi lamellae 1-seriales, basi ternatim v. quaternatim connatae.*** Achaen. oblongo-cylindracea, pilis sericeis 2-apiculatis adpresse vestita. Inv. squamae ext. foliaceae patentes dentato-spinosae, intimae elongatae radiantes scariosae coloratae. Cor. glabrae, 5-fidae. Anth. apice longe appendiculatae, basi 2-caudatae, caudis plumosis. (Hbae rigidae, interdum subacaules, capit. term. — *Eur., Asia occ., Afr. bor., ins. Canar.*) . . . . Carlina. Tourn.

b. — ***setae liberae aut basi in annulum subconnatae.*** Achaen. dense sericeo-villosa.

1. *Cor. disci tubulosae, radii aut conformes aut ligulaeformes v. palmatae,* omnes 5-fidae. Anth. apice appendiculatae, basi 2-caudatae, caudis barbatis. Stigm. fere tota concreta. Achaenii villi supremi quasi pappi basin involucrantes. Papp. 1-2-serial., setis basi coriaceis nudis subconcretis apice plumosis. Invol. duplex, exterius constans foliis confertis dentato-spinosis, interius squamis adpressis integris apice vix radiantibus interdum non scariosis. (Hbae durae, Carlinae v. Cirsii habitu, capit. term. saepius homogamis. — *Eur. austr., Afr. bor., Asia temp.*) . . . . Atractylis. L.

2. — *omnes aequales, 5-fidae.* Anth. caudae barbato-plumosae. Styl. indivisus. Achaen. adpresse villosa. Papp. 1-serialis, setis longe plumosis. Invol. ovatum, multiseriale, imbric., squam. adpressis, interiorib. sensim longioribus linear. obtusis spinula longa erecta apiculatis enerviis, intimis subscariosis non radiantibus. (Hba cano-tomentosa; capit. in axillis bractearum 3-4 sessilia, fl. ochroleucis. — *Persia.*) . . . . Thevenotia. DC.

Subtribus VII. CARDUINEAE.

A. Capitula homogama (flor. omn. ☿) raro dioica (cfr. Cirsium).

I. Pappus 1-serialis, setis paleaceo-setaceis. Achaen. glaberrima, erostria, areola terminali. Filamenta papillosa. Invol. squamae siccae, pungenti-mucronatae. (Hba erecta, glabra, inferne lignosa, fol. confertis linear. spinoso-dentatis, capit. nutant. — *Japonia.*) . . . . Spanioptilon. Less.

II. — 2-00-serialis (raro 1-serial., cfr. Chamaepeuce).

A. Stigmata concreta (raro summo apice sublibera, cfr. Onopordon, Echenais, Chamaepeuce).

I. Recept. carnosum, profunde alveolatum, alveolis membranaceis sinuato-dentatis. Invol. ovato-globosum, imbric., squam. coriaceis appendice lanceolata apice spinescente terminatis. Cor. obringentes, 5-fidae, ad basin limbi incrassatae. Filam. subglabra. Anth. appendice lineari-subulata terminatae, caudis brevibus. Stigm. apice sublibera. Achaen. obovato-compressa, 4-gona, transverse rugosa. Pappi squamellae pluriseriales, basi in annulum corneum connatae, filiformes et plus minus barbatae v. plumosae. (Hbae habitu Cardui, rarius acaules, capit. grossis spinosis, fl. purpur. v. alb. — *Eur., Afr. bor., Asia occ.*) . . . . Onopordon. Vaill.

II. — fimbrilliferum. Stam. filamenta pilosa v. papillosa.

a. ***Pappi setae scabrae, multiseriales, basi in annulum a fructu secedentem connatae.*** Achaen. oblonga, compressa, glabra, areola terminali subcarnosa, basilari vix subobliqua. Stigm. concreta. Inv. imbric., squam. lanceolatis v. linear. margine non scariosis apice saepius spinosis v. acuminatis. Cor. obringens, 5-fida, tubo brevi, fauce oblonga. Filam. pilosa. Anth. ecaudatae, appendice lineari-subulata. (Hbae, fol. saepe decurrent. spinoso-dentat. v. lobat, capit. oblong. v. subglobos. cor. purpur. v. albis. — *Eur., Asia, Afr. bor.*) . . . . Carduus. (Tourn.) Gaertn.

b. — ***setae plumosae v. barbellatae.***

α. Pappi setae plurimae aut nonnisi interiores apice clavato- v. discoideo-dilatatae.

1. *Cor. subregulariter 5-fidae.* Filam. valde hirsuta. Pappi setae barbellatae, plurimae in clavulam serrulato-ciliatam apice dilatatae. Invol. squamae etiam exteriores margine late scariosae. Caet. Cardui. — (*Ins. Canar.*) . . . . Clavena. DC.

2. — *obringentes 5-fidae,* limbo tubo duplo longiore. Filam. piloso-asperula. Anth. append. term. acutis, caudis brevib. membranaceis sublaceris. Stigm. apice sublibera. Achaen. glabra, obovato-compressa, multistriata. Papp. 2-serialis, plumosus, setis ext. breviorib., int. apice in clavulam planam v. discum membranaceum subdilatatis. Invol. hemisphaer., imbric., squam. oblong. apice expansis in append. scariosam sublaceram spinescentem exteriorum lanceolatam, inter. orbiculatam. (Hbae Cardui facie, capit. nutant., fl. albidis. — *Caucas., Asia temp.*) . . . . Echenais. Cass.

β. Pappi setae apice attenuatae (rarius clavulatae, cfr. Cirsium), plumosae. Invol. imbricatum.

1. *Pappus pluriserialis, setis basi liberis sed annulo deciduo adhaerentibus.* Achaen. obovato-compressa, 4-gona, dura, glabra, areola lata subobliqua. Stigm. concreta. Recept. planum, carnosum. Invol. ovatum, squam. coriaceis in append. lanceolatam apice spinescentem productis. Cor. obringentes, lobis 5 valde inaequalib., limbo basi crasso dimidiam tubi longitudinem aequante. Filam. papillosa. Anth. appendices obtusissimae, caudae breves subbarbatae. (Hbae spinosae, fol. pinnatilob. non decurrent., capit. amplis, fl. coeruleo-violac. — *Region. Mediterran., ins. Canar.*) . . . . Cynara. Vaill.

2. — *1-2-pluriserialis, setis basi in annulum subcorneum concretis demum annulatim deciduis.* Achaen. obovata, vix subcompressa, erostrata, laevia, basi attenuata, cortice duro. Stigm. vix apice sublibera. Inv. ovatum multiseriale, squam. basi adpressis in append. lanceolatam acuminatam integerr. plus minus pungentem productis. Cor. 5-fidae, subaequal. v. ringentes. Filam. plumosa v. hirsuta. Anth. append. oblongae acutae; caudae longae lacerae. (Suffrut. v. hbae, fol. spinoso-dentat. raro decurrent., capit. term.. v. ax. subsessil.; fl. purpur. v. albis. — *Eur. austr., Afr. bor., Asia occ*) . . . . Chamaepeuce. DC.

3. — *multiserial., setis basi in annulum deciduum concretis* apice saepius subdenticulatis v. subclavellatis. Achaen. oblonga, compressa, membranacea, ecostata, glabra, areola terminali subcarnosa. Stigm. concreta. Invol. squamae apice plus minus spinosae. Cor. tubo brevi, fauce oblonga, limbo-5-fido. Filam. saepius pilosiuscula. Anth. ecaudatae, append. lineari-subulatis. (Hbae habitu Cardui, fol. saepe spinos. decurent., fl. purpur. v. ochroleucis interdum dioicis. — *Patria subdiffusa, excl.? Austral.*) . . . . Cirsium. (Tourn.) DC.

B. Stigmata 2 discreta, libera (cfr. Erythrolaena).

a. Pappus plumosus. (Hbae, fol. spinuloso-dentatis.)

1. *Stigm. apice divergentia.* Nectarium 5-radiatum et annulus pappi 5-gonus. Papp. longus, multiserial., setis basi in annulum conferruminatis. Invol. bracteis foliaceis flores fere superantib. cinctum, ovato-conicum, imbric., squam. adpressis appendice subulata pinnato-spinulosa reflexa terminatis, intimis exappendiculatis. (Fol. decurrent. angusta, flor. purpurasc. — *Eur. austr., Asia occ., Afr. bor.*) . . . . Picnomon. Lob.

2. — *approximata, sublibera.* Styl. longissime exsertus. Achaen. obtusissime 4-gona, glabra. Invol. conicum, squam. lanceolat., acuminatis, ext. foliaceis dentato-spinulosis reflexis, intimis integerr. erectis elongatis coloratis. Rec. convex., piloso-fimbrilliferum. Cor. regularis, lobis 5 tubo breviorib. apice incrassatis. Filam. glanduloso-pilosa. Anth. basi 2-setae. (Fol. sessil. pinnatifida; capit. term. — *Mexico.*) . . . . Erythrolaena. Sweet.

b. Pappus brevis pluriserial., setis filiform. scabris discretis deciduis. Achaen. oblonga, a latere compressa, glabra, transverse rugosa, areola basilari vix obliqua. Stigm. apice divergentia extus arcuata. Rec. subcarnosum, plan., fimbrillis rigidis subulatis. Inv. globosum, imbric., squam. coriaceis basi adpressis apice subulato corneo uncinato-inflexis. Cor. regular. 5-fid., tubo 10-nervio. Filam. papillosa. Anth. append. filiform., caudae subulatae. (Hbae, fol. petiolat. ovat. v. cordat. subintegris subtus canis, capit. term. subcorymbos. v. solitar., fl. purpur. v. albis invol. aequalib. — *Eur., Asia.*) . . . . Lappa. Tourn.

B. Capit. heterogama. Invol. bracteis pinnatifid. spinosis cinctum, ovato-globosum, squam. coriaceis adpressis apice 1-nerviis et appendice subtriquetra spinosa patula terminatis. Rec. paleae lineares, liberae. Cor. obringentes. Filam. hirsuta. Anth. ecaudatae, appendic. acutis. Achaen. flor. centralium compressa, glaberr., quasi dorso cicatriculae lineari receptaculi inserta ideoque incurva, subcornea, pappo longo 2-seriali annulari plumoso coronata; ach. flor. marginalium abortiva, pappi setis paucioribus vix denticulatis nec plumosis. (Hba, fol. amplexicaul. dentato-spinos., capit. term. et ax. subsessil., fl. purpur. et albis. — *Region. Mediterran., ins. Canar.*) . . . . Notobasis. Cass.

COMPOSITAE.

Tribus V. *CYNAREAE.*

(Continuat.)

Subtribus VIII. SERRATULEAE.

A. Achaenia apice non in umbonem excurrentia.

I. Pappus scabridus (nec plumosus v. barbellatus), multiserialis, setis rigidulis inaequalibus, ext. brevioribus. Achaen. oblonga, compressa, glabra. Rec. fimbrilliferum. Cor. subregular. 5-fidae. Stam. filam. papillosa. Anth. appendice obtusa terminatae. (Hbae 1- v. 00-cephalae; fol. pinnatiloba v. indivisa; fl. purpur. v. albi, nunquam flavi.)

1. *Achaenii* (bilateraliter compressi) *areola basilaris valde obliqua.* Papp. rufescens. Rec. fimbrillae lineares. Invol. subglobosum, squam. multiserial. adpressis, desinentibus in appendicem integram dentatam acuminatam aut rotundatam totam aut margine scariosam. (Fol. saepius subtus cano-tomentosa; capit. magna, homogama. — *Eur. austr., Asia occ., Afr. bor., ins. Canar.*) . . . . . Rhaponticum. DC.

2. — (*laevis*) *hilus subobliquus.* Pappus subrufescens, pilis exterioribus seorsim ab achaenio deciduis nec basi annulatis. Stigm. 2 divergentia. Invol. subovatum, imbric., squam. exteriorib. breviorib. acutis muticis aut spinula terminali subarmatis interiorib. longiorib. apice plus minus scarioso-membranaceis. (Fol. glabra v. scabra, nec tomentosa; capit. interdum abortu unisexualia aut heterogama ad marginem ♀. — *Eur., Asia, Afr. bor.*) . . . . Serratula. (L.) DC.

II. Pappus barbellatus v. plumosus. Recept. fimbrilliferum. Cor. subregular. 5-fidae. Anth. basi caudatae. (Hbae, capit. term. multi- et aequaliflorïs homogamis.)

a. Invol. hemisphaericum, squamis oblong. scariosis appendiculatis, ext. laceris apice spinescentibus, intimis apice orbiculatis concavis. Rec. fimbrillae liberae. Cor. limbus tubo duplo longior. Filam. subaspera. Anth. append. terminales longae acutae, caudae longae subplumosae. Stigm. vix apice libera. Achaen. obovato-compressa, multistriata. Papp. 2-serialis, longus, setis barbellatis, ext. brevioribus. (Hba, fol. margine spinulos. subtus albotomentos., inferior. cordat., capit. cernuis, fl. flavesc. — *Sibiria.*) . . . . Alfredia. Cass.

b. — ovatum v. subglobosum, imbric., inerme. Rec. fimbrillae lineares. Anth. appendice obtusa terminatae. Stigm. 2 apice libera. Pappus pluriserialis. (Flor. purpurei.)

1. *Achaen. oblonga, bilateraliter compressa, areola basilari subobliqua. Papp. longus, plumosus,* setis basi in annulum concretis, interiorib. sublamellatis ciliatis. Invol. squamae apice in append. scariosam expansae. Filam. papillosa. Anth. caudae breves. (Hbae tomentosae, fol. saepe varie pinnatilob. — *Eur. austr., Afr. bor., Asia occ.*) . . . . Leuzea. DC.

2. — *obovato-oblonga, areola non obliqua. Pappus albus, caducus, setis dense barbellatis,* intimis 2 caeteras duplo superantibus. Stigm. apice extus arcuata. Invol. squamae ext. et mediae subrotundae concavae margine et apice late scariosae membranaceae, intimae lineari-lanceolatae margine scariosae et apice ciliatae fere plumosae. Cor. glabrae. Filam. glabriuscula. Anth. caudae membranaceae. (Hbae habitu fere Centaureae, fol. angust. mucronat. serrat. v. integerr. scabris. — *Asia occid.*) . . . . Acroptilon. Cass.

B. Achaen. obpyramidato-4-gona, areola terminali demum accrescente in umbonem lateribus suis pappo singulari modo adhaerentem et cum eo deciduum. Pappus intra marginem calyciformem minutissimum ortus, paleis pauciserialib. subinaequalibus crassis regulariter denseque barbellatis. Stigm 2 libera. Rec. fimbrillae in setas lineares partitae. Invol. subglobos. v. cylindraceum, imbric., squam. saepe inermibus squarroso-patulis aut adpressis. Cor. involucro longiores, obringentes, 5-fidae. Filam. subpapillosa. Anth. append. obtusae, caudae apice tantum incisae. (Hbae saepe acaules, fol. pinnatilobis v. indivis. interdum decurrent. saepissime subtus cano-tomentosis, capit. term. homogamis saepe solitar., fl. purpureis. — *Eur. austr., Asia, Afr. bor.*) . . . . Jurinea. Cass.

Subtribus IX. CENTAURIEAE.

A. Pappi series consimiles (sc. omnes setosae aut paleaceae, sed saepe inaequilongae; cfr. Tetramorphaea), rarius pappus nullus (cfr. Tricholepis, Amberboa, Centaurea, Tomanthea).

I. Stigmata 2 discreta, plus minus divergentia.

A. Flores omnes ☿, subregular. 5-fidi. Filam. papilloso-pilosiuscula. Anth. appendices acutae, caudae parvae sublacerae. Achaen. oblonga, apice margine circulari coronata, areola laterali. Pappi setae nunc dense scabrae multiseriales basi in annulum deciduum concretae, nunc paleaceae discretae, nunc nullae. Invol. hemisphaeric., imbric., squam. 00 lineari-setaceis apice criniform. subrecurvis inermibus. Recept. fimbrillae in setas tenuissimas fissae. (Hbae glabriusc., inermes, Cardui facie, fol. indivis. angust. serratis interdum punctatis, capit. ebracteat., fl. ochroleucis v. pallide rubesc. — *Ind. or.*) . . . . Tricholepis. DC.

B. — radii neutri aut steriles, fere semper majores (raro ☿ et florib. disci subaequales, cfr. Centaurea).

1. *Pappus duplex, interioris paleae latae aut concretae in squamam unilateralem* setaceo-acuminatam pappo exteriore (setaceo scabrido) fere longiorem. Achaen. teretiuscula, leviter granulato-costata, areola laterali. Invol. ovatum, squam. adpressis coriaceis apice productis in appendicem spiniformem nunc brevem reflexam deciduam, nunc longam duram suberectam persistentem. Flor. radii neutri, plus minus ampliati. Filam. papillosa. Anth. ecaudatae. (Hbae glabriusc., capit. term. parvis, fl. purpur. v. alb. v. flavesc.? — *Eur. austr., Afr. bor., Asia temp.*) . . . . Microlonchus. (Cass.) DC.

2. — *paleaceus* (rarissime minimus aut nullus) paleis oblong. v. obovatis basi attenuatis, omnibus fere homogeneis. Achaen. compressa v. turbinato-4-gona, areola laterali v. basilari. Inv. squamae appendice saepe pectinato-ciliata terminatae aut exappendiculatae, raro apice subspinescentes. Fl radii ampliati, steriles. Filam. puberula v. papillosa. (Hbae habitu Centaurearum. — *Eur. austr., Afr. bor., Asia.*) . . . . Amberboa. (Pers.) DC.

3. — *setaceus,* plerumque multiserialis (raro nullus), setis subfiliform. scabris, intimis minoribus subconniventibus rarius aequalib. v. longioribus. Achaen. compressa, hilo laterali antico. Invol. varium, squamis saepius scarioso-appendiculatis spinosis v. inermibus aut laceris v. pectinato-ciliatis. Cor. radii plerumque ampliatae steriles, rarius discum non superantes aut ☿. (Hba v. suffrut. polymorph., fl. purpur. cyaneis albis v. flavis. — *Patria subdiffusa.*) . . . . Centaurea. (L.) Less.

II. Stigmata connata, unicum indivisum mentientia. (Hbae, fol. pinnatilobis, fl purpur. — *Persia.*) .

1. *Invol. ovatum,* squam. adpressis, appendice ampla orbiculata rigide membranacea margine longe ciliata spina tenui ciliis vix longiore terminata. Rec. fimbrilliferum. Cor. radii steriles, 3-fidae, disco vix aequales; disci 5-fidae demum infra faucem transverse rumpentes, tubo intra pappum remanente. Filam. papillosa, brevia, contorta. Anth. ecaudatae, append. corneis. Achaen. cylindraceo-sub-5-gona, glaberr., apice extra pappi originem in marginem orbicularem brevissimum dilatata, areola basilari. Pappus violaceus, radii paucisetus, disci multiserialis, setis. ext. breviorib. paleaceis linearibus obtusiusculis, caeteris elongatis rigidulis, omnib. integerrimis. (Hba subacaulis, capit. term. sessil.) . . Tomanthea. DC.

2. — *subglobosum, foliis spinisque intermixtum,* squamis ext. brevib., appendice non decurrente foliacea oblonga pectinato-serrata breve spinuloso-mucronata; mediis integerr. brevibus, spina terminali longa dura patula supra canaliculata; interior. lanceolatis apice spinescent.; intimis linearib. apice scariosis obtusis. Fl. radii neutri, discum non superantes, disci ☿. Filam. laevia, glabra. Anth. coriaceae, in tubum duriusculum laevem connatae. Fr. ignot.) Tetramorphaea. DC

B. Pappi series inter se dissimiles.

a. Achaenia compressa, areola laterali. Pappi paleae ext. imbricatae membranaceae obtusae, mediae pilosae longissimae, intimae pilosae brevissimae. Stigm. connata. Recept. setosum. Invol. ovatum, squam. ext. in append. scariosam adpressam pectinato-ciliatam productis, intimis longiorib. scariosis angustis integerr. apice serrato-incisis. Fl. radii neutri ampliati irregul. subligulati, disci regul. 5-fidi ☿. Filam. papillosa. (Habitus Centaureae, fl. flav. v. purpur. — *Asia occid.*) . . . . Zoegea. L.

b. Achaenia teretia v. subteretia. Invol. squamae adpressae.

1. *Achaen. ovoidea, crassa, pube brevissima sericea, umbone elevato concavo crasso corollae basi persistente cincto, areola basilari nec laterali.* Pappus radii nullus, disci nigricans fere triplex, exter. paleae breves imbricatae, medii setae longae rigidae, intimi paleae 10 breves ovales sub-3-dentatae. Capit. pauciflora. Invol. oblong, squam. lanceolatis acuminat. inermib. integerr. exappendiculatis. Flor. radii neutri. (Hbae flor. purpur. — *Eur., Asia occ., Afr. bor.*) . . . . Crupina. Cass.

2. *Achaen. regulariter longit. striata, glabra, areola laterali lata.* Pappus quasi triplex, ext. margo fructus corneus crenatus brevissimus, medius 10-setus rigidus longus, intimus 10-setus brevis, setis omn. inter se alternantibus. Invol. ovatum, coriaceum, squam. in append. longam duram pinnato-spinosam productis, spinis lateralibus conicis distantibus. Flor. radii steriles, tenues, disco subaequales. (Hba villoso-sublanuginosa, fol. amplexicaul. subdecurrent. semipinnatifidis, capit. term. ebracteat., fl. flavis. — *Eur., Asia, Afr., Amer.?*) . . . . . Cnicus. Vaill.

COMPOSITAE.

Tribus V. *CYNAREAE.*

(Continuat.)

Subtribus X. CARTHAMEAE.

A. Achaen. omnia epapposa, obovato-4-gona, laevissima, glabra (albida.). Stigm. vix distincta. Capit. homogama, fl. omn. aequal. ☿ subregular. 5-fidis, tubo supra discum expanso. Filam. subglabra. Anth. append. terminal. obtusa. Recept. fimbrillae lineares. Invol. squamae exter. foliaceae patulae, mediae ovales erectae apice in append. ovatam margine spinulosam expansae, intimae oblongae integrae acuminato-pungentes. (Hbae, fol. lanceolat. serrato-ciliat. v. spinosis, capit. term., fl. flav. v. croceis. — *Eur. austr., Asia, Afr. bor., ins. Canar.*) … Carthamus. Tourn.

B. Achaen. aut omnia aut saltem disci papposa.

1. *Stam. filam. brevia, glabra.* Anth. apice appendiculatae. Stigm. subconcreta. Achaen. sub-4-gona, radii calva, disci papposa, pappo multiseriali, paleolis linearib. margine scabridis, exter. breviorib. Invol. squamae spinoso-acuminatae, exteriores latere spinoso-dentatae. Flor. aequaliter 5-fidi, radii paulo majores steril. v. neutri. (Hbae facie Carthami, fl. flavis. — *Asia occid., Afr. bor.*) … Onobroma. (Spr.) DC.

2. — *filam. medio fasciculo pilorum quasi manicato hispida.* Anth. append. term. obtusa. Stigm. concreta. Achaen. obovato-sub-4-gona, crassa, glabra, rugulosa, apice denticulato-crenata, areola obliqua. Pappus radii 0 v. subnullus, disci paleaceus, paleis exterior. multiserial. membranaceis imbricatis obtusis ciliatis sensim longiorib. et acutioribus, intimis saepe brevissimis 1-serial. truncatis dentatis. Invol. squamae ext. foliaceae pinnatilobae spinosae, inter. oblongae vix subdentatae subspinoso-acuminatae. Rec. crassum. Flor. omn. ☿ aequal. 5-fidi regular., ant rarius radii nonnulli steriles filiformes. (Hbae v. frut. Carthami facie, fol. spinos., fl. flav. v. albid. v. purpur. — *Eur. austr., Asia occ., Afr, ins. Canar.*) … Kentrophyllum. Neck.

3. — *filam. medio pilorum torque cincta, pilis imbricato-concretis submonadelpha.* Stigm. summo apice libera. Achaen. 5-gona, glabra, areola terminali margine subdentata, basilari subobliqua. Papp. multiserialis, achaenio longior, nonnunquam corollae tubum aequans, setis basi in annulum subconcretis inaequalib. subcrispis barbellatis, barbellis longiusculis distantibus. Invol. squamae ext. foliaceae appendiculatae spinosae, caet. imbricatae erectae, intimae oblongae apice scariosae subdentatae obtusae. Recept. fimbrillae breves subulatae. Flor. omn. aequal. ☿ subregular. 5-fidi. (Hbae, saepe acaules, 1-cephalae, fol. pinnatilobis serrato-spinesc., fl. coerul. v. alb. — *Eur. austr., Afr. bor., ins. Canar.*) … Carduncellus. Adans.

Subtribus XI. SILYBEAE.

A. Filamenta pappillosa.

1. *Capit. homogama;* flor. omn. aequal., ☿, obringentes, inaequaliter 5-fidi, limbo tubo dimidio breviore. Anth. appendices breves. Invol. squamae foliaceae, ext. dilatatae in append. ovatam longe spinoso-acuminatam in parte rotundata spinoso-serratam, interiores lanceolatae integerr. Rec. carnosum. Achaen. areola basilaris lata centralis, terminalis annulum corneum pappiferum gerente. Papp. multiserialis, setis breve barbellatis. (Hbae, fol. amplexicaul. glabr. sinuatis spinosis albo-maculatis, capit. term., fl. purpur. — *Eur. Asia, ins. Canar., Chile.*) … Silybum. Vaill.

2. — *heterogama; fl. disci ☿, regul. 5-fidi; radii neutri, ampliati, subobringentes, radiantes.* Anth. appendices subuncinatae. Styl. apice indivisus. Invol. squamae adpressae, imbric., apice spinescentes. Rec. planum, fimbrillis paucis liberis tenuissimis deciduis. Achaen. areola basilari non obliqua, terminali subcornea. Pappi setae plumosae, in annulum a fructu separabilem concretae. (Hbae lactescent. Cirsii habitu, fol. spinoso-pinnatifidis supra albo-maculatis subtus ramisque tomentosis interdum decurrent., fl. purpur. v. albis. — *Eur. austr., ins. Canar.*) … Galactites. Moench.

B. Filam. apice glaberrima, basi subpilosiuscula. Anth append. lineari-subulatae. Styl. apice indivisus. Fl. omnes ☿ aut radii neutri, genitalib. plus minus abortivis. Cor. aequales, tubo brevi, limbo obringente 5-fido, lobis apice subcorneis margine (sub lente) denticulatis. Invol. imbric., squam. lanceolat. spinula recta appendiculatis. Achaen. oblonga, nitida, areola basilari subobliqua, terminali annulo cartilagineo cincta. Nectarium induratum persistens. Pappus multiserial., setis filiform. apice subscabris basi annulatis. (Hba, caule archnoideo, fol. sinuat. v. pinnatilob. dentato-spinos. decurrent. supra albo-maculatis subtus plus minus tomentosis, capit. erectis, fl. purpur. v. albis. — *Eur. austr.*) … Tyrimnus. Cass.

Subordo II. *LABIATIFLORAE.*

Conspectus divisionum.

A. Capitula heterogama (rarissime homogama aut dioica, cfr. Mutisieae). Flor. peripherici ♀ v. ☿ v. neutri, 1-pluriseriales. Invol. imbricatum. Recept. nudum, rarius piloso-fimbrilliferum v. subpaleaceum (cfr. Mutisieae) aut areolatum. Corollae quandoque non bilabiatae. Antherae rigidae, alis latis. Styl. bifidus, superne nodoso-incrassatus v. crassus, ramis extus convexis. Pappus perfectus, multiradiatus (rarissime nullus, cfr. Mutisieae). … **Tribus VI.** *MUTISIACEAE.*

I. Flores marginales ♀ 1-seriales, caeteri ☿. Capit. interdum homogama (flor. omn. ☿, cfr. Barnadesieae) raro 1-flora (v. Fulcaldea) quandoque dioica (cfr. Eumutisieae). Rec. interdum alveolatum fimbrilliferum v. subpaleaceum (cfr. Diazeuxis, Flotovia, Chuquiraga, Lycoseris, Dicoma, Trichocline, Isotypus, Proustia, Hyalis, Gochnatia, Anandria, Berniera, Stiftia et Barnadesieae). Corollae nonnunquam subregulariter 5-fidae (cfr. Barnadesieae, Oldenburgia, Nardophyllum, Moquinia, Diazeuxis, Lycoseris, Onoseris, Isotypus, Cyclolepis, Gochnatia, Leucomeris, Anastraphia, Stiftia) aut ligulaeformes (cfr. Printzia, Mutisia, Diazeuxis, Lycoseris, Seris etc.) aut palmatifidae (cfr. Schlechtendalia, Flotovia, Chuquiraga). Anth. caudatae, rarius ecaudatae. Pollen saepius laeve, ellipticum. Stylus crassus, in fl. ☿ apice cum ramis puberulus aut glaber. Achaen. rarissime epapposa (v. Arrowsmithia). (Hbae v. frut., capit. majusculis saepe speciosis.) … Subtribus I. MUTISIEAE.

II. Flores marginales ♀ pluriseriales (saepe ligulati) **caeteri ♂** (ovario abortivo sterili) rarius ☿ (v. Oxyodon). Involucri squamae membranaceae, erectae. Rec. nudum. Cor. teneriores, glabrae (limbo non inflato) staminigerae 5-nerviae, ☿ subinde filiformes, 2-labiatae, rarius subregulares (cfr. Oxyodon, Chevreulia). Antherae ecaudatae, alis brevibus integris. Pollen laeve, globosum. Styl. basi bulbosus, ramis extus superne pubescent. Pappus capillaris. (Hbae tenerae, inermes, saepissime acaules, pedunc. scapiform. aphyllis, capit. parvulis heterogamis homocarpis. — *Fere omnes Americae trop. et temp., praecipue australis, incolae.*) … Subtribus II. LERIEAE.

III. Flores marginales ♀ 1?-2-pluriseriales, centrales pauci ☿ v. ♂, staminiferi regulariter 5-dentati, feminei (si 1-seriales) subligulati. Rec. angustum, nudum. Styl. tenerrimus, ramis in fl. ☿ truncatis inclusis superne extus puberulis. Achaen. erostria, dense villosa. Pappus plumosus. (Hbae Gnaphaloideae, tomentosae, caulibus foliatis, capit. oblong. multifloris heterogamis. — *Amer. austr.*) … Subtribus III. FACELIDEAE.

B. Capitula homogama (flor. omn. ☿ consimilibus) plus minus radiatiformia, rarissime heterogama (cfr. Trixideae). Invol. 1-pauciseriale. Cor. 2-labiatae, tenerae, 5-nerviae, tubo a limbo vix aut non distincto; labia parte integra breviora, exterius (ex petalis 3 conflatum) in florib. exteriorib. sensim majus liguliforme radians, interius minus (ex pet. 2 conflatum). Filam. plana, glabra. Anth. basi caudatae (cfr. Trixideae) saepe incurvae, apice appendiculatae, alis subfirmis latis longis. Pollen globosum, laeve. Styl. basi bulbosus, ramis liberis aequalib. semicylindraceis apice plus minus divergentib. v. revolutis (fere ut in Senecioneis) subpenicillatis intus stigmatis series prominentes apice non confluentes gerentibus. (Hbae, rarius frut., habitu vario, *fere omnes Americae trop. et praecipue austr. temperatae incolae.*) … **Tribus VII.** *NASSAUVIACEAE.*

I. Capit. pauciflora (sc. fl. plerumque 2-5, vix unquam ultra 6). Involucr. oblongum, squamis carinatis, seriei interioris 3-5 margine sese tegentes amplexiflorae, quarum oppositae capitulum compressum v. obcompressum reddunt. Cor. 2-labiatae, glabrae. … Subtribus I. NASSAUVIEAE.

II. Capit. multiflora (sc. flores quinis plures, raro pauci, cfr. Dumerilia), rarissime heterogama (v. Cadiscus). Invol. teres, squamis omnibus planis aut aequaliter carinatis, seriei interioris ultra 5. Rec. nonnunquam paleaceum v. fimbrilliferum. Anth. interdum ecaudatae? (cfr. Cadiscus). Pappus 1- v. saepius 2-pluriserialis, rarissime nullus. … Subtribus II. TRIXIDEAE.

COMPOSITAE.

(Continuat.)

Tribus VI. *MUTISIACEAE.* *Subtribus I.* MUTISIEAE.

A. ANTHERAE ECAUDATAE. . . . . Divisio I. BARNADESIEAE.

† *Capit. homogama.*

I. Capit. multiflora. Recept. pilosum v. paleaceo-fimbrilliferum. Achaen. sericeo-villosa. Pappus 1-serialis.

a. ***Pappus paleaceus,*** longus, paleis subintegerrimis (nec plumosis) inaequalibus. Achaen. turbinata, brevia, erostria, dense longeque villosa. Styl. longe exsertus, breve bilobus. Rec. fimbrilliferum. Invol. campanulato-turbinatum, squam. multinerviis pilosis ciliatis, exter. pungentib. subfoliaceis, int. inermibus coriaceis linearibus. Cor. aequales, palmatae, subcoriaceae, lobis extus tuboque intus sericeis. Anth. inclusae. (Hbae, fol. sessil. linear. multinerv., capit. term., fl. aurantiis. — *Brasil.*) . . . . . . Schlechtendalia. Less.

3. — 2-loc. v. semibilocularis. Cor. coerulea v. purpurea . . . . . . *Porphyranthus, Don.*

** *Cor. unilabiata. Indusium verticaliter 2-labiatum.* Caps. 2-loc. . . . . . *Monochila, Don.*

b. Styl. linearis, apice 3-fidus, lobo medio erecto, lateralib. longioribus deflexis; stigm. indusia horizontaliter subbilabiata. Glandula epigyna inter stam. 2 anteriora. Caps. (ut germ.) incomplete 2-loc., septifrago-bivalvis. Sem. pauca, compressa, imbricato-adscend. Cal. tubus ovatus. Cor. 2-labiatae lobi subaequales alati. (Hba, fol. alt. dentat. v. incisis, floralib. basi auriculatis, pedunc. ax. 1-floris ebracteatis, fructiferis reflexis. — *Nov. Holl. trop.*) . . . . Calogyne. R. Br.

c. Styli 2 ima basi connati, convergentes; stigm. indusia integra, barbata. Caps. septo abbreviato (utrinque placentifero) incomplete 2-loc., septifrago-2-valv. Sem. plura (Goodeniae). Cal. tubus ovatus. Cor. limbus secundus, lobis 5 aequalib. alatis. (Hba multicaul., pilosa, fol. radical. pinnatifido-incisis, caulinis alt. dentat., pedunc. solitar. 1-fl. longis racemosis ebracteat., fl. flavis. — *Nov. Holland. occid.*) . . . . Distylis. Gaudich.

†† Antherae per anthesin cohaerentes; filam. libera. Germ. inferum, 2-loc. Styl. simplex. Cor. hinc fissa.

1. *Calycis 5-fidi lacin. aequales. Cor. tubulosa,* limbi lobis 5 subaequalib. conniventibus, aut inaequalib. 1- v. 2-labiatis, labii superioris distinctis connatisve, omnibus alatis. Ovula juxta dissepimentum utrinque 2-seriata. Stigma in fundo indusii horizontaliter bilabiati obsoletum. Caps. prismatica, 2-loc, 4-valvis, valvis oppositis medio septiferis. Sem. nucamentacea cubica v. cylindrica. (Fruticuli ericoidei, raro hbae, fol. angustis integerr., fl. ax. v. term. subsolitar. rubris. — *Nov. Holl.*) . . . . Lechenaultia. R. Br.
2. — *5-partiti lacin. subaequales. Cor. 5-partibilis, 2-labiata,* unguibus margine inflexis, laminis apteris aestiv. valvatis, superiorib. 2 margine interiore auriculatis. Stigmatis indusium verticaliter 2-labiatum, imberbe. Caps.....? (Hbula acaulis glabra, fol. teretiusc. basi subdilatatis, scapis plurib. aphyllis indivisis, florum fasciculis bracteis foliaceis suffultis, fl. subviolaceis. — *Nov. Holland. austr.*) . . . . Anthotium. R. Br.

B. Germen superum (a calyce liberum, sed corollae tubo plus minus adnatum) dissepimento abbreviato incomplete 2-loculare. Ovula juxta septum utrinque adscendentia imbricata. Styl. simlex. Caps. basi 2-loc, valvis septum nudantibus. Sem. compressa. Stam. epigyna, filam. et anth. liberis. Cor. calycis basi inserta, tubo superne hinc fisso, limbi 5-partiti 2-labiati lobis alatis. (Hbae acaules, fol. radical. subspathulat. saepe dentat. v. lyratis, scapis dichotomis. — *Nov. Holl.*)

1. *Calyx tubulosus, limbi 5-fidi lacin. inaequalibus.* Corollae lobi aequales. Stigmatis indusium horizontaliter 2-labiatum. Caps. 4-valvis Sem. pauca. (Pedunc. 1-flori stricti.) . . . . . Euthales. R. Br.
2. — *3-5-phyllus, sepalis inaequalibus* (postico latiore basi saepe dentato). Cor. tubus antice gibbus v. calcaratus, limbi lobi subaequales. Styl. 4-gonus; stigm. indusium maximum cyathiforme v. verticaliter bilabiatum. Gland. epigyna inter stam. 2 anteriora. Caps. 2-valv., valvis demum 2-partitis. (Bracteae oppositae, foliaceae, interdum maximae v. connatae; fl. flavi). Velleja. Sm.
   - α. Cal. 5-sepalus. Cor. basi calcarata, calcare persistente . . . . *Menoceras, R. Br.*
   - β. — 3-sepalus. Cor. basi hinc gibbosiuscula. . . . . *Velleja, R. Br.*

II. Corolla regularis, summo calycis tubo inserta, rotata, tubo brevissimo, limbi 5-fidi lobis oblongis cum calycinis alternantibus. Calycis tubus ovatus, basi germini adnatus, superne liber, processibus 5 septiformibus apice staminigeris germini adhaerens, limbi semisuperi lobis 5 aequalibus obtusis. Stam. calycis lobis opposita, filam. brevibus, anth. linearib. Styl. brevis, crassus; stigma concavum in fundo indusii carnosi 3-lobi. Caps. (ut germ.) infera, 3-4-loc., oblonga, ... Sem. plurima, placentis e loculorum angulo centrali prominulis affixa. .... (Hba procumbens villosa, fol. alt. semicordato-inaequilateris acutis grosse subspinescenti-serratis, pedunc. axillar. v. supraaxillar., flor. in spica recurva disticha secundis subsessil., bracteis cuneiform. obtusis. — *Ind. or.*) . . . . . . ? Pentaphragma. Wall.

CXVII. LOBELIACEAE.

I. Capsula infera, 1- v. semi-2-locularis, dehiscens nunc operculo apicali, nunc valvis 3 (quarum 2 medio placentiferae). Germ. 1-loc., placenta 1 in septo incompleto late diffusa aut 2 parietales. Styl. inclusus. Calycis tubus germini adnatus, limbus superus 5-partitus. Cor. summo calycis tubo inserta, limbo bilabiato 5-fido. Stam. 5 cum cor. inserta, filam. et anth. in tubum connatis. (Herbulae, fol. alt., fl. axillar. solitar. sessil.) . . . . **Tribus I. CLINTONIEAE.**

a. Caps. 3-valvis, lineari-triquetra, 1-loc. Sem. plurima. Germ. 1-loc., placentis 2 parietal. linearibus. Calycis tubus lineari-triqueter. Cor. tubulosa, limbo 2-labiato.

1. *Antherae omnes barbatae*. Stigma 2-lobum, lobis demum exsertis divaricatis. Capsulae valvae basi apiceque cohaerentes. Corollae tubus apice hinc longit. fissus, labii inferioris lobi 3 majores penduli. (Fol. linear. dentata v. serrulata apice callosa. — *Afr. austr.*) . . . . Grammatotheca. Presl.

2. — *2 inferiores apice setigerae*. Stigma exsertum, conicum, barba papillosa cinctum. Caps. valvae lineares, revolutae. Calycis tubus contortus, corollae brevissimus; labium infer. cuneato-3-lobum, superius erectum 2-partitum. (Fol. angusta, integerr. — *Amer. occid. extratrop.*) . . . . Clintonia. Dougl.

b. Caps. operculo umbonato apice dehiscens. Stigma exsertum, 2-lobum. Anth. 2 inferiores apice setigerae. Cor. infundibuliformis, tubo integro ad faucem inflato, limbi labio inferiore, 3-fido, super. 2-partito. (Hbulae, fol. alt., flor. axillar. solitar. pedunculat. albis. — *Andes Amer. austr.*)

1. *Caps. 1-locularis.* Sem. plura, umbilico basilari orbiculari. Germ. vertice brevissime exsertum. Stigmatis lobi rotundati, pubescenti-ciliati. Calycis tubus turbinatus v. obconicus, 5-nervis, limbus subbilabiatus. Corollae labium superius erectum. (Habitus Montiae v. Aretiae; fol. angusta integerr., caespitoso-conferta v. subcarnosa et remota; fl. parvuli.) . . . . Lysipomia. H. B. K.

2. — *semibilocularis*, septo incompleto basi apiceque inserto margine libero plano placenta tenui undique obtecto. Sem. . . . . ? Stigm. lobi demum divaricati, orbiculati. Calycis tubus subglobosus enervis, limbus aequalis. (Habitus Violae palustris; fol. subreniform., emarginata, subcarnosa.) Hypsela. Presl.

II. Caps. 2-3-loc., loculicido 2-3-valvis. Germen 2-3-loc., placentis 2 fungosis septo longitudinaliter adnatis. . . . . **Tribus II. LOBELIEAE.**

A. Cor. 5-petala, regularis; pet. summo calycis tubo inserta, lanceolata, aequal., patentia. Calycis tubus germini adnatus hemisphaeric., limbo supero 5-fido. Stam. 5 cum cor. inserta, filam. liberis, anth. in tubum apice leviter incurvum connatis, 2-infer. apice setuloso-aristatis. Caps. (ut germ.) vertice breviter exserta, 2-loc., 2-valv., placentis utrinque septo adnatis. Sem. . . . ? Styl. . . . . ? (Hbae radicant., fol. alt. confertis subspathulatis decurrent. integerr. v. calloso-dentatis, pedicell. ax. 1-fl. solitar. — *Afr. austr.*) . . . . Metzleria. Presl.

B. Cor. gamopetala. Filam. et antherae in tubum connata.

I. Flores ecalcarati.

A. Corollae tubus hinc (postice) fissus aut petala 2 superiora libera. Calycis tubus hemisphaeric. v. obconicus, germini adnatus, limbo supero 5-fido v. 5-partito. Caps. infera. Sem. plurima.

a. Corolla 2-labiata, petalis 2 superioribus distinctis unguiculatis, 3 infer. in labium inferius 3-fidum pendulum connatis. Anth. basi apiceque barbatae. Styl. exsertus, stigm. 2 linear. demum spiraliter revolutis. Caps. (ut germ.), 2-loc., 2-valvis, placent. carnosulis septo utrinque longit. adnatis. (Hbae, fol. alt. v. oppos. v. verticillat. angust. integerr. v. dentat., pedunc. ax. solitar. 1-fl. v. term. scapiform., fl. coerul. — *Afr. austr.*) . . . . Dobrowskya. Presl.

b. — hinc secus totum tubum fissa, limbi 5-fidi lobis subaequalibus. Anth. imberbes? Styl. inclusus, stigm. indiviso barbato. Caps. etc. Dobrowskyae. (Hbae debiles; fol. alt. dentat. v. integer. — *Nov. Holl., Afr. austr.*) . . . . Monopsis. Salisb.

1. Corollae limbus rotatus, lobis ovatis obtusis. Flor. ☿ axillar. longe pedicellati. . . . . Monopsis. Endl.
2. — — dimidiatus, lobis linearibus. Flor. dioici v. ☿ term. corymbosi, ♀ solitar. axillar.) Holostigma. Don.

c. Corollae tubus apice tantum hinc fissus, limbi 5-fidi 1-2-labiati lobis 3 inferiorib. pendulis, 2 superiorib. erectis v. reflexis v. cum inferiorib conniventibus. Anth. omnes aut saltem 2 inferiores barbatae. Styl. inclusus, stigm. demum exserto 2-lobo, lobis divaricatis orbiculatis subtus pilorum annulo cinctis. Caps. (ut germ.) 2-3-loc., ultra verticem exsertum 2-3-valvis, placentis aut Dobrowskyae aut ex loculor. angulo centrali porrectis. Sem. scrobiculata. (Hbae habitu et inflor. admodum variae. — *Patria diffusa*) . . . . Lobelia. L.

1. Cor. cum tubo staminum persist. marcescens. . . . . *Lobelia, L.*
2. — — — — decidua. Calycis tubus in summo apice demum annulum callosum persistentem margine liberum gerens. Sem. ovali-subglobosa, umbilico oblique excavato foveaeformi. . . . . *Tylomium, Presl.*

B. Corollae tubus integer (nec fissus) limbi 5-partiti lobis subaequalibus. Stigma 2-lobum, lobis orbiculatis divaricatis.

a. Germen inferum (sc. excepto vertice totum calycis tubo adnatum) 2-loc., plac. utrinque septo adnatis. Caps. vertice breviter exserto loculicido-bivalvis. Sem. plurima, scrobiculata. Cal. limbus 5-fid., persist.

α. Styl. inclusus. Antherae aut omnes aut 2 inferiores apice barbatae v. mucronatae. Calycis tubus obconicus v. hemisphaer. Placentae carnosulae. (Suffrut., fol. alt. v. oppos. serrat., fl. ax. solitar. pedicellat. rarius in racemum v. corymbum approximatis rubris. — *Amer. trop.* — ***Siphocampylus*, Endl.**)

1. *Cor. irregularis*, tubulosa, incurva v. recta, limbi saepius bilabiati lobis subaequalib. v. 2 superiorib. paulo longioribus. . . . . Siphocampylus. Pohl.
2. — *regularis*, campanulata. . . . . Canonanthus. Don. †

β. Styl. brevissime exsertus. Anth. 2 inferiores barbatae v. mucronatae. Corollae tubus rectus. Placentae oblongae. (Hbae, saepe procumbentes, interdum acaules scapigerae; fol. radical. v. alt., saepius dentata v. runcinata; fl. racemosi v. ax. solitar., saepius longe pedunculati coerul. rosei v. albi. — *Region. mediterran., Afr. austr., Nov. Holl., Antill.*) . . . . Laurentia. Endl.

* Cor. 2-labiata, labii inferioris laciniis altius inter se connatis. . . . . . . Solenopsis Presl.

** — subregularis, laciniis subaequalibus.

1. Cor. infundibuliformis, laciniis erectis. Anth. 2 infer. apice 4-aristatae v. barbatulae. Enchysia. Presl.
2. — hypocraterimorpha, laciniis patentibus v. subreflexis. . . . . Isotoma. R. Br.
3. — tubulosa, tubo longissimo gracili angusto, laciniis patulis v. reflexis. . . . . . . Hippobroma. Don.

b. Germen semisuperum (ima basi tantum calycis tubo adnatum) 2-loc., placentis bilobis septo utrinque adnatis cristaeformibus, ovulis plurimis. Styl. inclusus, stigm. lobis exsertis. Caps. . . . . ? Calycis limbus 5-partitus. Cor. calycis tubo inserta, infundibuliform., coriacea, tubo integro, limbi 5-partiti lobis aequalib. erectis. Anth. omnes aut 2 inferiores apice barbatae. (Frut. niveo-tomentosi, fol. integerr., pedicell. axillar. folio longioribus. — *Andes Amer. austr.*) . . . . Byrsanthes. Presl.

II. Flores calcarati. Cal. tubus hemisphaer., germini adnatus, limbus superus bilabiatus, labii superioris apice 3-fidi laciniis erectis, inferioris apice 2-fidi horizontaliter producti lacin. inflexis. Cor. summo calyci inserta, tubulosa, tubo basi valde inaequaliter dilatato et in calycis labio inferiore ad lacinias usque in calcaris speciem producto, sursum cylindrico 5-fido, demum longit. fisso. Anth. 2 inferiores (calcar spectantes) apice barbatae. Germ. inferum, 2-loc., multi-ovulatum. Styl. simplex, stigm. emarginato-bilobo. (Hba, fol. alt. ovat. dentat. pubesc., racemis term. multifl. simpl., fl. magnis purpureis. — *Mexico.*) . . . . Heterotoma. Zuccar.

III. Fructu sindehiscens etc. (v. pag. sequ.).

LOBELIACEAE.

(Continuat.)

III. Fructus indehiscens, siccus v. baccaceus, (sicut germen) inferus, 2-loc., placentis utrinque septo adnatis. Sem. plurima. Calycis tubus totus germini adnatus, limbus superus 5-fid. v. 5-dentatus. Cor. et stam. summo calycis tubo inserta. . . . . **Tribus III.** *DELISSEACEAE.*

A. Petala 2 superiora libera, linearia, inferiora in labium erectum 3-lobum connata. Anth. 2 inferiores apice barbatulae. Styl. inclusus, stigm. 2-lobo, lobis demum exsertis divaricatis orbiculatis. Fr. indehisc. . . . . . Cal. tubus anguste turbinatus, limbi laciniae nervo medio crasso percursae. (Frut., fol. alt. oblong., racemis axillar. — *Ins. St. Helenae.*) . . Trimeris. Presl.

B. — omnia inferne in tubum (saepe hinc fissum) **connata.**

† ***Corollae tubus superne (postice) fissus.***

a. Styl. inclusus, stigm. emarginato-bilobo subexserto. Bacca subglobosa, calycis limbo coronata. Sem. ovata. Cal. tubus hemisphaer. v. obconicus, limbo 5-dent. v. 5-fido. Anth. 2 inferiores apice setigerae. (Hbulae radicantes, fol. alt. petiolat. cordato-orbiculatis crassiusculis, pedicell. ax. solitar. 1-floris. — ***Pratia, Endl.***)

1. Cor. 2-labiata, labio inf. 3-lobo, sup. 2-fido laciniis linearibus. Cal. dentes subulati. — (*Napalia*) . . . . Bernonia. Endl.

2. — subinfundibuliformis, limbo aequaliter 5-fido patente. Calycis dentes breves, acuti. (Flor. pallide roseo-violacei. — *Brasil., Chile.*) . . . . Pratia. Gaudich.

b. Styl. brevissime exsertus, stigm. bilobo. Fruct.....? Cal. tubus obconicus, limbi 5-partiti laciniae foliaceae oblongae margine imbricatae. Cor. tubulosa, tubo elongato hamato-incurvo, limbi 1-labiati lobis 5 aequal. linear. conniventibus pendulis. Anth. in tubum liberum connatae, 2 inferiores apice longe barbatae. (Arbor palmaeformis, trunco stricto 2-orgyali foliis pedunculisque coronato; fol. glabra oblonga, undulata, denticulata; pedunc. elongati, nutantes, multibracteati, flor. adscendentes in capit. terminale compactum globosum dense imbricato-bracteatum congestis. — *Ins. Sandwic.*) . . . . Macrochilus. Presl.

†† ***Corollae tubus integer.***

I. Anth. omnes apice barbatae, in tubum liberum connatae. Cal. tubus ovatus, 10-sulcatus, limbi 5-partiti laciniae foliaceae, oblongae, margine reflexae, undulato-crispae. Cor. tubulosa, limbi lobis 5 subaequalib., 2 superiorib. erectis, infer. subpatentibus. Styl. inclusus, stigm. orbiculato, annulo piloso cincto. Bacca sulcato-10-gona, calycis limbo coronata, placentis carnosis emarginato-bilobis. (Arbor. latesc., ramis tuberculoso-aculeatis, fol. alt. pinnatipart. serratis, racemis axillar. substrictis, pedicell. basi 1-bracteat., fl. cyaneis. — *Ins. Sandwic.*) . . . . Kittelia. Rchb.

II. — 2 inferiores tantum apice barbatae. (Fol. alterna, racemi axillar. folio breviores, pedicelli basi 1-bracteati. — *Ins. Sandwic.*)

a. Filamenta et anth. in tubum liberum connata. Styl. brevissime exsertus, stigm. 2-lobo pilis cincto. Placentae carnosae. Cor. tubulosa, limbi lobis 2 superiorib. erectis, 3 inferiorib. patentibus. (Frut. v. arb. lactesc., fl. albidis v. roseo-violaceis.)

1. *Cor. summo calycis tubo inserta, limbo 2-labiato,* labio sup. 2-fido, inf. 3-lobo. Cal. hemisphaer., limbo brevissime 5-dentato. Bacca subglobosa, cal. limbo coronata. (Fol. integra v. pinnatifida; racemi erecti.) . . . . Delissea. Gaudich.

2. — *calycis tubo pone germinis verticem inserta, tubo compresso, limbi lobis subaequalib.* Cal. coloratus, tubo arcuato longe ultra germen producto corollam aequante apice 5-fido demum circumscisse deciduo. Caps. baccata, umbilicata, indehisc., placentis 2-lobis. (Fol. serrata; flor. speciosi.) . . . . Clermontia. Gaudich.

b. Filamenta et anth. in tubum basi corollae postice adnatum coalita. Cal. ovatus, limbi lobis brevib. obtusis. Cor. tubulosa, tubo compresso arcuato, limbi 5-fidi lobis subaequalib., superiorib. in inferiores patentes conniventibus. Styl. inclusus stigm. bilobo pilis cincto. Caps. baccata (indehisc.) calycis limbo coronata. (Frut., fol. integris, racemis paucifl. erectis, fl. albidis.) . . . . Rollandia. Gaudich.

III. Anth. (in tubum liberum connatae) 2 inferiores aculeo solitario ovato-triangulari cartilagineo terminatae. Cal. tubus subglobosus, limbi persist. 5-fidi laciniis subulatis patentibus. Cor. tubo cylindraceo medio incurvo integro, limbi 5-fidi lobis falcato-galeatis, inferiorib. patentibus. Styl. inclusus, stigm. exserto 2-lobo. Bacca globosa, pericarpio tenui, placentis carnosis magnis medio cristatis. (Suffrut., fol. alt. integris v. serrat., pedunc. ax. solitar. 1-flor. longis. — *Amer. trop.*) . . . . Centropogon. Presl.

CXVIII. CAMPANULACEAE.

A. Antherae in tubum stylo pervium connatae; filam. distincta. Calycis tubus germini adnatus, limbo supero 5-fido. Cor. (sicut stam.) summo calycis tubo inserta. Caps. sphaeroidea v. ovoidea. Sem. plurima, nitida. . . . . **Trib. I.** *JASIONEAE.*

1. *Caps. 2-loc., apice brevissime 2-valvis, foramine lato hians,* placentis prope basin loculorum centralibus. Styl. superne 10-seriatim pilosus, stigm. 2 brevibus. Cor. profunde 5-partita, lobis angustis. Filam. tenuia; anth. basi connatae, apice distinctae. (Hbae Scabiosae facie, fol. alt. angustis integr. v. sinuatis, capit. term. sphaeroid. bracteato-involucratis, floresc. centripeta, fl. parvis coerul. raro albis. — *Europa.*) . . . . Jasione. L.

2. — *3-loc., loculis prope basin valvula parietali dehiscentibus* angulo centrali placentiferis. Sem. ovata, plus minus complanata. Styl. cylindric., pilosus, stigm. 3 filiform. Cal. obconicus, limbi lobis margine planis v. in lobulos sinus obtegentes decurrentibus. Cor. campanulata v. infundibuliform., apice 5-loba, saepe velutina. Filam. basi dilatata membranacea ciliata; anth. in tubum longum cylindricum apice 5-dentatum connatae. (Hbae v. suffrut; fol. alt., cordata, crenato-dentata, infer. petiolata majora; fl. term. et ax. pedicellat. saepe racemos. coerul. v. ochroleuci. — *Creta, Caucas.*) . . . . Symphyandra. Alph. DC.

B. Antherae liberae; filamenta calycis tubo v. disco epigyno (nec corollae) **inserta.**

I. Caps. plurilocularis, polysperma, dehiscens.

A. Caps. apice dehiscens (cfr. Prismatocarpus). . . . . **Trib. II.** *WAHLENBERGIEAE.*

I. Caps. valvatim loculicide dehiscens (nec rupta v. poro aperta.) . . . . Subtrib. I. LIGHTFOOTIEAE.

a. Cor. 5-partita (sinubus profundis, rarius brevib., cfr. Lightfootia), summo cal. tubo inserta. Stam. 5, cum cor. inserta.

α. Involucrum nullum. Cal. limbus 5-fidus. Filam. basi dilatata. Sem. ovoideo-3-gona, minima.

1. *Stigm. 3-5 brevia, filiform.* Styl. imberbis. Caps. pyramidata, 3-5-loc., apice 3-5-valvis, basi tantum calyci adnata, placentis prope basin loculor. centralibus. Cal. limbus semisuperus. Cor. interdum 5-fida. Filam. basi ciliata, anth. caducae. (Suffrut. v. Hbae, fol. alt. v. oppos. linear. integerr. v. denticulat., fl. plerumque racemos. breve pedunculat. — *Afr. austr., Madagasc.*) . . . . Lightfootia. L'Her.

2. — 1, *simplex, capitatum, pilosum.* Styl. filiformis. Caps. 2-3-loc., apice 2-3-valvis. Cal. limbus superus v. semisuperus. (Hbae, fol. alt. angustis v. ovatis, fl. racemos. v. paniculat. — *Afr. trop, Ind. or.*) . . . . ephalostigma. Alph. DC.

β. Involucrum 5-partitum, liberum v. calycis basi adnatum. Cal. hemisphaericus, germini adnatus, limbo truncato. Stam. involucri lobis opposita, filam. basi sublatioribus Styl. inclusus, stigm. 3 ovatis crassis Caps. globosa, 3-loc., multivalvis?, umbilico lato plano 5-angulari, placentis in loculor. angulo centrali. Sem. ovoideo-cylindrica, leviter punctata. (Hbae glaberr., lactesc.; rad. tuberosae; fol. oppos. ovata v. angusta, integerr. v. serrulata; fl. solitar. sparsi v. subcorymbosi. — *Ind. or.*) . . . . Campanumoea. Blume.

b. Cor. 5-6-fida (sc. apice tantum lobata, sinubus brevibus.) — v. pag. sequ.

CAMPANULACEAE.

(Continuat.)

B. I. A. I.

b. Corolla 3-6-fida (sc. apice tantum lobata, sinubus brevibus).

† *Flores 6-meri.* Cal. tubus obconicus, germini adnatus, limbo supero 6-fido. Cor. carnosula, cum staminib. 6 annulo perigyno inserta, maxima, campanulata, apice 6-loba. Filam. glabra basi crassiora. Styl. inclusus, superne pilis 12-seriatis hispidus; stigm. 6, demum stellato-patentia. Caps. obovato-6-gona, 6-loc. apice retuso 6-valvis, placentis e loculor. angulo centrali 2-lobis. Sem. angulata. (Hba glaberr., glauca, lactesc., rad. subtuberosa, caule subscandente ramoso subnodoso; fol. oppos. v. ternata, subhastata, dentata; pedunc. 1-fl., solitar., nutantes, ramulos axillar. foliosos terminantes, fl. luteo-purpurasc. — *Ins. Canar.*) . . . . Canarina. Juss.

†† — *5-meri, rarius 3-meri* (cfr. Codonopsis, Platycodon, Wahlenbergia).

α. Stigm. 3, ovata, crassa. Caps. hemisphaer., 3-loc., apice acuto 3-valv., valvis medio septiferis placentis ex loculor. angulo centrali crassis. Sem. ovoideo-cylindrica. Cal. tubus hemisphaer., germini adnatus, limbo semisupero 5-lobo v. truncato. Cor. carnosula, campanulata, apice 5-loba. Filam. basi sublatiora. (Hbae montanae, saepe glaberr.; caul. basi lignosi, saepius volub.; fol. alt. v. oppos., crenata; pedunc. ax. et term., fl. luteo- v. coeruleo-virescent. v. purpur. — *Ind. or.*) . . . . Codonopsis. Wall.

β. Stigm. 5 (rarius pauciora, cfr. Platycodon, Wahlenbergia) patula. (Hbae, interdum basi suffrutesc.; fol. alt., rarius oppos. v. ternata.)

1. *Cor. maxima, infundibuliformis, late aperta, apice 5-loba.* Cal. tubus obconicus germini adnatus, limbo supero 5-fido. Stam. 5; filam. basi latiora. Styl. basi incrassatus, apice pilosus; stigm. 5, rarius 3, stellata. Caps. ovoidea, 3-5-loc., apice 3-5-valv., loculis (si 5) cum calycis lobis alternant. in angulo centrali placentiferis. Sem. ovoidea (ex DC. plana), nitida. (Fol. interdum ternata serrata, pedunc. term. solitar. 1-fl. — *Asia bor.*, — *region. Mediterran.*) . . . . Platycodon. Alph. DC.

2. — *minima, cylindracea, persist, apice 5-loba.* Cal. tubus sphaericus, germinis basi adnatus, hispidissimus, limbo semisupero 5-fido. Stam. 5; filam. tenuissima, basi aequalia. Styl. inclusus, filiform.; stigm. 5 brevia. Caps. sphaeroid., hispidissima, 5-loc., apice 5-valv., loculis calycis lobis alternis. Sem. ovoidea, nitida. (Fol. angusta; fl. term. brevissime pedicellat. — *Afr. austr.*) . . . . . . Microcodon Alph. DC.

3. — *campanulata (saepius parvula) apice v. ad medium usque 3-5-loba.* Cal. tubus ovoid v. obconicus, germinis basi adnatus, limbo semisupero 3-5-fido. Stam. 3-5; filam. basi subdilatata. Styl. inclusus, superne pilosus; stigm. 2-5, brevia. Caps. ovato-oblonga v. sphaerica, 2-3-5-loc., apice 2-3-5-valv.; loculis calycis lobis oppositis in angulo centrali placentiferis. Sem. ovoidea, saepe plana, raro triquetra hinc acuta inde truncata. (Fl. plerumque longe pedunculati, pedicellis floriferis nutantibus, fructiferis erectis. — *Patria in hemisphaera bor. extratrop. et austr. subdiffusa*) . . . . . . Wahlenbergia. Schrad.

II. Caps. elongata, 2-loc., apice rupta v. poro (nec valvulis) *dehiscens*, placentis totum septum occupantibus, sem. pendulis. Styl. brevis, basi persistente; stigm. 2 brevia. Cal. tubus cylindraceus, germini adnatus, limbo supero 5-fido. Cor. infundibuliform. (rarius tubulosa) apice 5-loba. Stam. 5; filam. basi lata, apice filiformia. (Hbae v. suffrut.; fol. alt., plerumque sessil., angusta, ciliata v. dentato-serrata v. integerr.; flor. sessil. — *Afr. austr.*) . . . . Subtribus II. PRISMATOCARPEAE.

1. *Caps. prismatica v. cylindracea, ab apice versus basin 5-fariam rupta.* Sem. ovoideo-subcompressa, obtusa, punctata. Cal. elongatus lobis deciduis. Filam. basi latissima. (Flor. in axilla folii v. bracteae solitar. v. approximati, raro subpaniculati.) . . . . Prismatocarpus. (L'Her.) Alph. DC.

2. — *cylindracea, styli basi demum operculatim secedente foramine lato aperta.* Calycis lobi persistentes. Cor. subinde tubulosa. Sem. angulosa, scabra, crassa. (Rami dense foliosi; fol. rigida; flor. term., rarius axillar.) . . . . Roella L.

B. Caps. latere v. basi poris v. valvis parietalibus (raro fissuris transversis) dehiscens. (Genera fere omnia in hemisphaera boreali sola indigena.) . . . . Tribus III. *CAMPANULEAE.*

I. Caps. valvulis (tot quot loculi, nec pluribus) *dehiscens*, tota infera, loculis in angulo centrali placentiferis.

† Cor. 5-8-partita (lobis profunde distinctis).

a. *Cor. 5-partita, lobis linearibus.* Cal. tubus ovoid. v. obconicus, limbo supero 5-fido. Stam. 5; filam. basi dilatata. (Flor. coerulei v. albidi.)

1. *Styl. filiform., apice pilosus; stigm. 2-3 filiformia, brevia.* Caps. ovoidea, 2-3-loc., loculis basi v. prope medium rimula parietali verticali valvatim apertis. Sem. ovoid. v. subcompressa, interdum nitida. Corollae lobi apice diu v. semper in tubum stylo pervium cohaerentes. Anth. longae. (Hbae, fol. saepe crenatis, fl. subspicatis v. capitatis sessil. v. brevissime pedicellat. — *Europa, Asia occid.*) Phyteuma. L.

2. — *cylindricus, glaberr.; stigma crasse capitatum indivisum puberulum.* Caps. globoso-3-gona, 3-loc., loc. prope medium foramine parietali apertis. Sem. minima. Cor. lobi demum reflexi. Anth. breves. (Hba fol. infer. pinnatilobis, serratis, flor. in racemum term. multifl. elongatum digestis, caps. erectis. — *Creta.*) . . . . Petromarula. Alph. DC.

b. *Cor. 8-partita, lobis lanceolatis* demum reflexis. Cal. tub. obconicus, limbi 8-fidi superi laciniis in lobos reflexos sinus obtegentes decurrentibus. Stam. 8, filam. membranaceis ovato-acuminatis. Styl. brevis, 16-seriatim pilosus; stigm. 8, filiform, brevia. Caps. turbinata, 8-costata, 8-loc., loc. prope basin valvula parietali sursum revoluta apertis, placentis carnosis peltatis. (Hbae, fol. lobatis, fl. paniculat., fruct. nutantibus. — *Oriens.*) . . . . Michauxia. L'Her.

†† Cor. 5-fida (lobis alte connatis).

a. *Styli basis nuda* (nec tubulo cincta). Calycis tubus germini adnatus, limbus superus 5-fidus. Sem. ovoidea v. lenticularia. (Hbae, fol. alt. plerumque dentat. v. crenatis.)

1. *Cor. plus minus campanulata.* Cal. tubus ovoid. v. subglobosus, limbi lobi margine plani v. in lobulos sinus obtegentes decurrentes. Filam. basi late membranacea. Styl. pilis caducis tectus; stigm. 3-5, filiform. Caps. ovata v. turbinata, 3-5-loc., loc. calycis lobis oppositis in angulo centrali placentiferis prope basim v. apicem valvula parietali sursum dehiscentib. (Flor. racemosi, saepe subpaniculati, interdum spicati v. glomerati, coerul. v. albi, saepe majusculi. — *Eur., Asia, Amer. bor.*) . . Campanula. (L.) Alph. DC

2. — *rotata* (late patens). Cal. longe obconicus v. prismaticus. Filam. membranacea, pilosa, antheris breviora. Styl. inclusus, 10-seriatim pilosus; stigm. 3, filiform. Caps. longe prismatica, 3-loc, loc. prope apicem v. supra medium valvula parietali sursum revoluta apertis. Sem. nitidissima. (Fl. ax. et term. sessil. coeruléi v. rosei v. albo-variegati. — *Eur., America*) . . . . Specularia. Heist.

3. — *hypocraterimorpha, tubo longo angustissimo.* Cal. tub. ovoideus, lobi subulati erecti. Filam. filiform., basi aequalia. Styl. filiform., exsertus, apice incrassato inordinate pilosus; stigm. 3, minuta, obtusa. Caps. sphaeroideo-3-gona, 3-loc., loc. prope basin valvula parietali apertis, placentis ex angulo centrali peltatis. (Corymbi term. multiflori; fl. parvi lilacini. — *Region. Mediterran. occid.*) . . . . Trachelium. L.

b. *Styli* (saepe exserti, apice 10-seriatim pilosi mox glabri) *basis tubulo cylindrico* (disci epigyni processu) *vaginulata;* stigm. 3, linearia. Caps. ovoid. v. subglobosa, 3-loc., loc. prope basin valvula parietali dehisc. Cor. campanulata. v. infundibuliform. (Caet. fere omnia et habitus Campanulae; fol. raro subverticillata. — *Asia bor., Eur. oriental.*) . . Adenophora. Fisch.

II. Caps. (obconica, infera, 10-nervis) *5-loc., loc. fissuris plurimis transversis parietalibus dehisc.* Sem. ovoid., nitida. Cal. obconic., 10-nerv., lobis 5 erectis. Cor. profunde 5-fida, lobis angustis patentib. Stam. 5; filam. glabra, basi sublatiora; anth. connectivo excurrente apice cuspidatae. Styl. cylindric., glaber; stigm 5, linear., stellato-patentia. Placentae ex loculorum angulo centrali 2-lobae; loculi calycis lobis alterni. (Suffrut. glaber, sempervirens, lactescens, caudice subcarnoso, ramis floriferis foliosis paniculatis annuis, fol. alt. magnis serratis, fl. pyramidato-racemosis aureis. — *Ins. Canar.*) . . . . Musschia. Dumort.

II. Caps. 1-loc.? indehiscens? basi 4-ovulata? Styl. filiform., saepe exsertus, glaber; stigm. 2, brevissima. Cal. tub. ovoideus, hispid., germini adnatus, limbo supero 5-fido, lobis angustis acutis. Cor. decidua, tubo longo angustissimo, limbo 5-lobo. Stam. 5, filam. capillarib.; anth. multo breviores, liberae. (Suffrut. habitu Roellae ciliatae, ramis dense foliosis, fol. sessil. alt. lineari-subulatis ciliat. rigidis, fl. ax. solitar. sessil. spicam foliosam formantibus. — *Afr. austr.*) . . . . Tribus? IV. *MERCIEREAE.* Merciera. Alph. DC.

C? Antherae liberae; filam. 5 imo corollae tubo inserta.

Calycis tub. lineari-5-gonus 10-striatus, limbi campanulati profunde 5-fidi lobis angustis subaequal. acutis deciduis. Cor. infundibuliform., fauce ampliata, limbi ampli patuli 5-part. lobis rotundatis, 5to paulo minore. Germ. 2-loc., loc. 00-ovulat. Styl. exsertus, stigm. peltato. Caps. . . . ? (Frut., fol. oppos. exstip.? dentat., fl. in ramis term. 2-4 sessil. majusc. purpureis. — *China boreal.*) . . . . . Calysphyrum. Bunge.

CXIX. PONGATIEAE.

Genus unicum: Calycis tubus obpyramidatus, germini adnatus; limbus superus, persist., 5-partitus, lobis carinatis obtusis conniventibus. Cor. brevissime tubulosa, 5-fida, antheras 5 subrotundas in tubo sessiles gerens. Styl. brevissimus, stigm. obsolete 2-lobo glabro. Caps. membranacea, calycis limbo coronata, 2-loc., operculo apicis dehisc. (Caet. v. supra. — Hba paludosa, glabra, fol. alt. angustis integerr., fl. in capit. dense congestis sessil., basi 2-bracteolatis parvis. — *Ind. or.*) . . . . Pongatium. Juss.

ERICINEAE. *(Classis.)*

Conspectus ordinum.

A. Germen inferum (calycis tubo adnatum), 4-10-loc., loc. 00- rarissime 1-ovulatis. Styl. et stig. simplex. Fruct. calycis limbo coronatus carnosus succosus, indehisc., pluriloc., loc. 00-1-sp. Sem. minuta. Calycis limbus 4-7-fid., persist. Cor. gamopetala, decidua, limbo 4-7-fido. Stam. disco epigyno v. perigyno nectarifero v. imae corollae inserta, calycis laciniis numero dupla, rarissime aequalia, filam. liberis v. monadelphis; anth. 2-loc. plerumque 2-cornes, cornubus apice poro v. rima longitudinali partiali dehisc. (Frut., gemmis nudis, fol. alt. saepius coriaceis planis.) . . . . **Ordo CXX. *VACCINIEAE.***

B. Germen superum (a calyce totum liberum).

I. Antherae 2-loculares, plerumque 2-cornes aut 2-partitae, loculis poro (rarius rima longitudinali) dehiscentibus. Calyx persistens. Germ. disco hypogyno cinctum, pluriloc. (raro 1-loc., cfr. Ericeae), loc. in angulo centrali placentiferis 00-ovulatis (raro 1-ovulatis, cfr. Ericeae.) . . . . **Ordo CXXI. *ERICACEAE.***

A. Corolla persistens, marcescens. Stam. 3-10 (saepissime 4 v. 8) sub disco hypogyno inserta. Caps. (ut germen) rarissime 1-loc, 1-sp. (Frut. v. suffrut., gemmatione nuda, fol. parvis plerumque ternis v. quaternis margine revolutis saepe acerosis.) . . . . **Trib. I. ERICEAE.**

B. Corolla decidua.

I. Petala vere et manifeste coalita in tubum forma et longit. varium ore dentatum v. lobatum, nec seorsim decidua. Stam. 8 v. 10, rarius 5; anth. incumbentes, demum inversae. (Frut. v. arb., gemmis nudis aut squamatis, fol. alt. rarius oppos. v. verticillat., saepius dilatat. coriac sempervir.)

a. Fructus siccus, capsularis, varie dehiscens interdum calyce baccato inclusus. Stam. 8 v. 10, rarius 4. — **II. ANDROMEDEAE.**

b. — carnosus v. coriaceus, indehisc. baccaceus v. drupaceus. Stam. 10. Flor. 5-meri. . . — **III. ARBUTEAE.**

II. Petala aut penitus libera, aut ima basi tantum brevissime levissimeque connexa, demum singulatim decidua. Stam. 10 v. 8.

a. Semina aptera. (Frut. v. arb., fol. alt., inflor. varia.) . . . . — **IV. CLETHREAE.**

b. — alata. (Hbae subacaules, pedunculis scapiform. aphyllis, rarius suffrut. foliati, pedunc. term. subumbellatis.) . . . . — **V. PYROLEAE.**

II. Antherae 1-loculares (cfr. Epacrideae).

a. Herbae parasiticae (?) colore viridi foliisque veris destitutae, flavescentes v. rubro-fuscae, caulibus scapiform. squamis membranaceis alternis obsitis. Cal. 4-5-sepalus. Cor. decidua, gamopetala 4-5-fida, aut pet. 4-5 libera unguibus latis basi saccatis melliferis, limbo brevi imbricato subcontorto. Discus hypogynus nudus v. obsoletus. Stam. 8 v. 10, decidua. Anth. (semper?) transverse aut poris dehisc. Styl. rectus. Caps. 4-5-loc., loculicido-4-5-valv., valv. medio septiferis. Sem. peltata, saepe alata. (*Hemisphaera boreal. extratrop.*) . . . . **Ordo CXXII. *MONOTROPEAE.***

b. Frutices v. arbusculae v. suffrut., habitu plus minus ericoideo, fol. variis, alt., rarius oppos., nervis parallelis v. flabellatis. Cal. 5- rarius 4-part. Cor. decidua v. marcescens, 5-4-fida, rarius calyptraeformis. Stam. 5-4, raro 2, epipetala v. hypogyna; anth. simplices, longit. dehisc., receptaculo pollinifero unico septum completum (raro marginatum) constituente. Germ. saepe squamis hypogynis 5-4 interdum in cyathum connatis cinctum, pluri- rarius 1-loc., loc. 00-1-ovulatis. Fr. drupaceus v. v. baccaceus v. capsularis. (*Hemisphaera austral., praecipue Australia, — excl. Afr.*) . . . . **Ordo CXXIII. *EPACRIDEAE.***

CXX. VACCINIEAE.

A. Stamina numero laciniarum calycis aequalia, sc. 4 v. 5, calycis limbo v. fauci inserta, libera.

1. *Capsula semisupera, turbinato-obovata, depressiuscula, 3-4-loc., 3-4-fariam dehisc.*, valvis medio septiferis. Sem. 00, placentis centralib. affixa. Cal. turbinato-subhemisphaericus, sulcatus, limbo 5-6-part introflexo persist. Cor. subrotata limbo 5-6-part. patente. Nectarium e fauce exsertum basi tubulosum 5-6-gonum, superne 5-6-fidum, lobis fimbriatis corollae laciniis oppositis. Stam. 5-6. Stigma capitatum. (Frut., fol. integr. v. laxe serratis discoloribus, fl. term. paniculatis. — *Nov. Caledon. austr.*) . . . . ? Argophyllum. Forst.

2. *Bacca 2-4-loc.*, 00-sp., placentis basilaribus conicis septo brevioribus. Sem. erecta. Cal. 4-dentat. v. 5-lobus. Cor. urceolata, 4-5-fida. Anth. basifixae, dorso muticae, loc. apice disjunctis poro lacero oblongo aut rimula longit. dehisc. Stigma obtusum. (Frut.; fol. sparsa, coriacea; pedunc. ax., 1-flori. — *Peruvia.*) . . . . Sphyrospermum. Poepp. et Endl.

B. Stamina numero laciniarum calycis dupla.

I. Corollae limbus 4-6-fidus.

A. Stam. monadelpha, inclusa, filam. in tubum coalitis, anth. liberis. Germinis loc. 00-ovulati. (*Peruvia.*)

a. Stam. 10, tubo membranaceo. Calycis tubus 5-alatus, alis sinubus oppositis demum plus minus accretis membranaceis, limbo 5-dentato. Germ. 5-loc.

1. *Corolla conico-urceolata, tubo 5-alato*, limbi 5-fidi lobis angustis conniventibus v. semipatulis. Calycis limbus 5-fidus, lobis ovatis. Stam. calyci inserta; anth. longissimae, loculis ad basin usque disjunctis linearib. acutis apice rima elongata dehisc. Bacca exsucca. (Frut. parasiticus, glaber, fol. lanceolat. integr. triplinerv., racemis ax. elongat. pedicellis basi 1- medio 2-bracteatis.) . . . . Anthopterus. Hook.

2. — *cylindrico-tubulosa, aptera*, limbi lobis ovatis semipatulis, fauce pilosa. Cal. subtruncatus, dentib. brevissimis obsoletis subacutis. Tubus stamin. basi corollae insertus, apice brevissime 10-fidus; anth. cordato-oblongae, loculis connatis apice confluentibus in rostrum simplex acuminatum poro unico oblongo (utroque loculo communi) dehisc. Fr. . . . . ? (Frut. glaberr., fol. ovat. coriac. integerr. subtus subpunctatis, pedunc. ax. 1-floris 3-4 aggregatis secundis brevib. apice articulatis.) . . . . Macleania Hook.

b. Stam. 8, imae corollae inserta, filam. carnosis, connectivis alternis hastatis (auriculis rotundatis, alternis rhomboidalibus; anth. muticae, loc. apice disjunctis et rima dehisc. Cal. (exalatus) campanulatus, truncatus obsolete 4-dent. Cor. cylindraceo-tubulosa, 4-dentata. Germ. 4-angulare. (Frut. sempervir., gemmis magnis imbricatis, fol. laurinis, fl. capitat. involucrat. speciosis purpureis.) . . . . Cavendishia. Lindl.

B. Stamina libera.

I. Flores 4-meri, 8-andri (raro 5-meri 10-andri). Cal. 4-fid. v. 4-dent. v. subintegerrimus (raro 5-fid.) Cor. brevis limbo 4- raro 5-fido reflexo. Stam. calyci inserta; anth. inclusae v. exsertae, dorso 2-aristatae v. muticae, apice 2-fidae, loc. poro v. rima dehisc. Styl. erect., stig. obtuso. Bacca globosa 4-5-loc., poly- v. oligosperma. (Frut. suffrut. v. arbusc., fol. alt. saepius serrat., fl. ax. solitar. v. racemos. v. aggregatis bracteat., albidis v. rubris. — *Patria subdiffusa.*) . . . . Vaccinium. L.

{ 1. *Cor. campanulata*, v. subglobosa, limbo brevi, tubo conspicuo, stam. plerumque inclusis. *Vaccinium, Tourn.*
{ 2 — *rotata*, limbi lobis oblongis tubo brevi obsoleto longiorib., stam. exsertis. . . . . *Oxycoccos, Tourn.*

II. Flores 5-meri, 10-andri. Cal. 5-fid. v. 5-dent. Cor. tubulosa, limbo 5-fido. Stam. calyci inserta, anth. muticis apice 2-fidis. (Frut. v. arbusc., fol. coriaceis, fl. racemos. v. subspicatis bracteatis saepius rubris.)

a. Fructus baccaceus 5-loc., loc. 00-spermis.

1. *Cor. inferne ventricosa*, saepe elongata. Calycis lobi v. dentes acuti. Anth. elongatae, cornubus rima elongata v. poro term. dehisc. Styl. erect., stig. subcapitato. Bacca 00-sp. (Fol. alt., raro oppos., saepius basi 3-5-nerv. integerr.; alabastra bracteis imbricatis decid. tecta strobiliformia. — *Amer. trop., Ind. or., Madagasc.*) . . . . Thibaudia. Pav.

2. — *cylindrica*, apice coarctata, limbo erecto. Cal. turbinatus, lobis magnis foliaceis. Filam. brevia, anth. longissimae. Bacca 5-torosa, subtomentosa, 5-loc., 00-sp. Sem. angulata. (Frut. sempervir., fol. integris, fl. lateral. et term. subsessil. spicatis rubr. — *Peruvia.*) . . . . Ceratostema. Juss.

b. Fruct. drupaceus (subglobosus) 10-loc, loc. 1-spermis. Sem. lenticularia. Styl. erect., stig. depresso-capitato. Caet. fere omnino Thibaudiae. (Fol. alt. saepe dentata v. glandula terminata. — *Amer. austr., Ind. or.*) . . . . Gaylussacia. H. B. K.

III. Flores 6- raro 7-meri, 12-14-andri. Cal. ovoideus, demum cupularis 6-7-dentatus, dent. acutissimis mucronatis marginatis. Cor. calyce duplo longior, cylindr. v. subcampanulata, limbi 6-7-fidi lobis oblong. subacutis membrana plicata tenui junctis. Stam. inclusa; filam. subplana ciliata; anth. saepe adhaerentes, loc. basi ventricosis apice in tubulos breves angustos poro dehisc. productis. Discus epigynus cupularis. Germ. cupuliforme, 6-loc., loc. pauciovulatis. Styl. rectus, cylindr., subclavatus persist. Bacca late ovata, 00-sp. . . . ? (Frut. — *Antill.*) Andreusia. Dun.

II? Corolla calyptraeformis, integra secedens (petalis ad apicem usque connatis).

Cal. urceolatus, 6-dentatus. „Parapetala" (stam. sterilia? v. disci perigyni processus?) 12. Anth. 12, sessiles („parapetalis affixae") introrsae, 4-loc., apice 2-cornes, poro term. dehisc. Styl. cylindr., stig. obtuso. Bacca infera, 6-loc., 00-sp., placentis divisis. Sem. . . . ? (Frut.? fol. alt. coriac. obsolete dentat. basi multiplinerv., racemis term. v. ax. brevibus. — *Antill.*) . . . . ? Symphysia. Presl.

CXXI. ERICACEAE.

Tribus I. *ERICEAE.*

A. Antherae lateraliter connatae, muticae, ad apicem foramine unilaterali dehisc.; filam. persist., saepe monadelpha. Stigma peltatum. Cor. parva, limbo 4-fido. — Subtribus I. SYMPHYSANDRAE.

I. Stamina 8; anth. inclusae. Cal. persist., inaequaliter 4-fidus, una lacinia majore a caeteris saepe magis soluta. Bracteae nullae. (Frut. Ericae facie, foliis ternis.)

a. Germen 3-4-loculare.

1. *Caps.* 3-*cocca* (*raro* 4- *v.* 2-*cocca*) *coccis* 1-*spermis*. Sem. compressa. Germ. 3-4-loc., 3-4-ovulatum. Styl. brevis, deciduus, stig. exserto. Filam. libera. Cor. globosa, limbo recto v. connivente. (Flor. minuti, subsessiles in apice ramulor. axillares. — *Afr. austr.*) . . . . Salaxis. Salisb.
2. — *4-angularis, 4-loc., loculicido-4-valvis, loc.* 00-*spermis*. Placentae 4 scrobiculatae, inter columellae centralis processus 4 alaeformes affixae dissepimentis alternae. Styl. persist., plus minus exsertus, crassiusculus, 3-4-gonus, stig. dilatato. Filam. connata aut discreta. Cor. globosa v. subcampanulata, limbo erecto 4-fido minutissime denticulato. (Fl. ax. v. term. aggregati, pedicellati. — *Afr. austr., Madagasc., ins. Mascaren.*) . . . . Philippia. Klotsch.

b. Germ. lagenaeforme, 1-loculare, 1-ovulat., ov. pendulo. Fr.....? Styl. brevis, stig. vix exserto. Filam. brevia, in tubum membranaceum connata. Cor. urceolata, limbo recto. (Fl. ax. v. term. rubri. — *Afr. austr.*) . . . . Lagenocarpus. Kl.

II. Stam. 6; (filam. connata; anth. inclusae. Cal. quasi 2-phyllus, lacinia una ab altera 3-fida v. 3-partita soluta et paulo inferius sita. Bracteae. nullae. Cor. subglobosa. Styl. brevis, deciduus, stig. subexserto. Germ. 3-4-loc., loc. 1-ovulatis. Drupa globosa, glabra, putamine favoso crassiusculo 3-4-loc., loc. unico fertili. Sem. ovale. (Flor. term., aggregati, subsessiles. — *Afr. austr.*) . . Coccosperma. Kl.

III. — 4; filam. connata; anth. subexsertae. Cal. sessilis, inaequal. 4-dentatus, lacin. una majore Cor. globosa, limbo recto. Styl. plus minus exsertus, decid, stig. excavato-peltato. Nux globosa, glabra (ut germ.) 1-loc. 1-sperma. (Flor. ax. et term., sessil, minuti, purpurei. — *Afr. austr.*) . . . . Blepharophyllum. Kl.

B. Antherae liberae; filamenta ad basin connata. . . . . Subtribus II. ADELPHOSTEMONES.

Cal. gamosepalus, persist., aequalis, campanulatus, 4-fid., basi angustatus. Bracteae nullae. Cor. campanulata, 4-fida. Discus hypogynus glandulosus. Stam. 8, persist.; anth. muticae, inclusae, ad apicem foramine unilaterali dehisc. Styl. exsertus, persist., stig. capitato-truncato. Germ. 4-angulare, 4-loc., basi angustatum, apice truncatum. Caps. 4-loc., 4-valv., valvis medio septiferis. Sem. 00, columellae centrali affixa. (Frut. decumbens, fol. 3-5 verticillat. ciliatis, racemis term. densifloris, fl. roseo-puniceis. — *Transylvania, Graecia.*) . . . . Bruckenthalia. Rchb.

C. Antherae liberae; filamenta disjuncta (raro basi monadelpha, cfr. Blaeria. — Frut. facie Ericae). . . . . Subtribus III. ELEUTHEROSTEMONES.

I. Stamina 10, inclusa; anth. laterales, muticae, 2-loc., ad apicem foramine 1-laterali dehisc. Bracteae 3 a calyce remotae. Cal. 5-phyllus, aequalis persist. Cor. ovata, limbo 5-fido recurvo. (Styl. exsertus, crassus, sulcatus, stig. incrassato obtuso. Germ. obovatum, 10-sulcatum, villosum. Caps. villosa, 5-loc., loculicido-5-valv., polysperma, valv. medio septiferis, columella centrali 5-alata. Sem.....? (Frut. fol. quaternis, fl. term. rubellis. — *Sicilia.*) . . . . Pentapera. Kl.

II. Stam. 8. Corolla gamopetala, limbo 4-fido.

A. Bracteae 3 calyci approximatae (rarius in Erica remotae).

a. Caps. 4-loc., loculicido-4-valvis. Germinis loculi pluri-multi-ovulati. Anth. 2-partitae.

1. *Antherae muticae, delicatae, calyce inclusae, latere a basi ad apicem dehiscentes.* Cal. 4-phyllus corolla multo longior, sepalis 2 exterioribus oppositis ovato-lanceolatis apice acuminato conduplicatis, alternis 2 interiorib. panduraeformibus. Bracteae calycem includentes ovatae, acuminatae. Cor. brevis, arcta, campanulata. Styl. filiform, uncinatus, stigm. simplici. Caps. 4-angularis, demum corollam rumpens, angulis dehiscens, septis liberis axi adnatis, loc. 8-10-sp. Sem. compresso-rotunda, alata. (Frut., fol. ternis, fl. in ramulis term. subsolitar. stramineis compressis. — *Afr. austr.*) . . . . Nabea. Lehm.
2. — *inclusae aut exsertae, aristatae aut muticae, cristatae ad apicem foramine 1-laterali dehisc.* Cal. regular., 4-sepalus aut 4-partitus. Cor. globosa, urceolata, campanulata, tubulosa, ventricosa v. infundibuliformis etc. Styl. filiform., stamina superans; stigma simplex v. capitat. v. peltat. v. cyathiforme. Caps. 4- v. 8-angularis, valvis septa vera aut spuria gerentibus. Sem. 00, ovalia, reticulata. (Frut., fol. et flor. forma et magnit. variis, pedicellis ad basin nunquam foliis bracteiform. involucralis. — *Eur., Afr., praecipue Capensis*) . . . . Erica. (L.) Kl.

b. Caps. septicide dehiscens, 4- v. abortu 2-1-cocca. Germinis loculi 1-ovulati (obtuse conici, 4-goni, 4-loc.) Sem. magna, ellipt., laevia, glabra. Styl. persist., stig. vix exserto capitato. Cal. 4-part., aequalis. Cor. subconico-campanulata, 4-angulata, 4-fida. Anth. muticae, inclusae. (Frut. fol. ternis, fl. term. — *Afr. austr.*) . . . . Eremia. D. Don.

B. Bracteae 6 minutae ad basin calycis. Cal. 4-sepalus, corolla longior. Cor. campanulata, sub-4-partita. Anth. bipartitae, tenerae, appendiculatae, latere a basi ad apicem dehisc. Styl. filiform., stig. 4-lobo. Germ. basi disco cupuliformi cinctum, 4-loc., 00-ovulat. Caps. pilosa, obtuse 8-gona, 4-loc., septicido-4-valv., septis axi adnatis, loc. 1-2-sperm. Sem. ovat. (Frut. socialis, fol. minutis 3-gonis 4-fariam imbricatis, fl. spicato-racemos. term. — *Eur., Asia bor.*) . . . . Calluna. Salisb.

C. — nullae. Cal. 4-part., inaequalis, lacinia una majore a caeteris subsoluta. Cor. parva, semiglobosa, 4-fida. Discus hypogynus glandulosus. Anth. muticae, vix exsertae, loculis superne angustatis latere majus foraminosis. Styl. exsert., filiform., persist., stig. cyathiformi. Germ. 4-gonum, 4-loc. Caps. loculicido-4-valv., 00-sp., valvis medio septiferis, columella 4-alata. Sem. semilunata, laevia, glabra. (Frut., fol. quaternis, fl. term. capitat. v. umbellat. v. solitar. — *Ins. Mascaren.*) . . . . Eleutherostemon. Kl.

III. Stam. 6; anth. exsertae. Cal. aequalis, 4-part., bracteis 3 plus minus approximatis suffultus. Cor. limbus rectus. Styl. exsertus, stig. obtuso. Germ. glabrum. Fruct.....? (Frut., fol. ternis obtusis, flor. term. — *Afr. austr.*)

1. *Anth. muticae, elongatae, loculis ab apice usque ad basin foramine laterali magno dehiscent.* Germ. subrotundo-compressum, 2-loc., 2-ovulat., ov. pendulis. Styl. filiform., longus. Cor. 4-gono-pyramidalis, medio ventricosa, 4-dentata. Discus hypog. glandulosus. (Flor. capitati.) . . . . Hexastemon. Kl.
2. — *aristatae, laterales, loculis foramine orbiculari minuto dehisc.* Germ. 1-loc., pyriforme, 1-ovulatum. Styl. persistens. Cor. parva, cyathiform., 4-fida, limbo obtuso. (Flor. term. terni.) Microtrema. Kl.

IV. Stam. 4 (cfr. Blaeria). — (Frut. *Capenses*, facie Ericae.)

A. Germinis loculi pluriovulati. Styl. filiform., staminibus longior. Discus hypog. glandulosus. Anth. ad apicem foramine unilaterali dehisc. (Frut, fol. ternis, rarius in Blaeria quaternis, fl. term.)

1. *Bracteae 3, vel calyci approximatae v. remotae. Cal. aequalis,* 4-part. v. 4-dentatus. Cor. 4-fida v. 4-dentata, forma varia. (Stam. rarissime et monstrose? 8 sterilia basi monadelpha.) Anth. muticae v. aristatae. Stigma simplex, obtusum. Caps. (ut germ.) 4-gona; 4-loc., loculicido-4-valvis, valv. medio septiferis, columella capitata, loc. 2-6-sp. Sem. pendula, oval., reticulata. (Flor. saepe capitati.) . . . . Blaeria. L.
2. — *nullae. Cal. inaequal. 4-part., una lacinia majore.* Cor. parva, subcampanulata, profunde 4-fida. Anth. laterales, breves, latae, aristatae. Styl. longe exsertus, stig. cyathiformi. Germ. obovatum, basi angustum, 3-loc. Fr.....? (Flor. umbellati.) . . Ericinella. Kl.

B. Germinis loculi 1-ovulati (cfr. Thoracosperma).

I. Germ. 4-loculare. (v. pag. sequ.)

ERICACEAE.

Tribus I. *ERICEAE.*

(Continuat.)

C.IV. *B.* (Stam. 4 libera; germinis loculi 1-ovulati, cfr. Thoracosperma).

I. Germen 4-loculare, 4-gonum. Styl. glaber. Bracteae 3, inaequales. Cal. aequal. 4-fidus. Cor. clausa. Filam. glabra. Anth. muticae.

1. *Stam. inclusa; filam. brevissima; anth. laterales, apice acutae.* Styl. subexsertus, persist., stig. peltato-cyathiformi atropurpureo. Germ. apice albido-puberulum. Fr....? Bracteae minutissimae. Cor. minuta, ovata, 4-fida. (Fol. terna, fl. in apice ramulor. 4-1 pedicellatis.) Thamnium. Kl.

2. — *longe exserta; anth. terminales, bipartitae.* Styl. filiform., longe exsertus, stig. minuto obtuso. Germ. glabrum, ovulis pendulis. Caps. 3-gona, 3-loc., 3-sp. Sem....? Bracteae calyci approximatae, subdeciduae, 2 laterales minutissimae. Cor. obovata, 4-gona, 4-dentata. (Fol. quaterna; fl. term. 00 capitati subsessil.) . . . . Comacephalus. Kl.

II. Germ. 2-loculare (cfr. Thoracosperma).

† ***Calyx aequalis, bracteis 3*** (rarius 3-1, cfr. Sympieza, Octogonia) ***suffultus.***

A. Corollae limbus bifidus. Cal. 2-lobus v. 4-fidus, corolla duplo v. triplo brevior. Bracteae 1-3. Anth. exsertae, muticae, 2-partitae, robustae, lobis ad apicem foramine unilaterali dehisc. Germ. basi disco cupuliformi cinctum, ovulis oval. pendulis. Styl. filiform. Fr....? (Frut. facie Blaeriae, fol. ternis, fl. term. capitat. v. aggregatis.) Sympieza. Licht.

B. Corollae limbus 4-fidus v. 4-dentatus.

a. Anth. muticae (rarissime aristatae, cfr. Griesebachia, Octogonia). Corollae limbus connivens.

α. Anth. laterales. Styl. filiform., longe exsertus. Germ. glabrum. Bracteae 3, calyci plus minus approximatae, laterales 2 minores. (Fol. terna v. quaterna; fl. term. capitati v. umbellati.)

1. *Cal. 4-fidus, 4-gono-campanulatus. Cor. 4-gona,* urceolaris, infra limbum 4-fidum constricta. Disc. hypogyn. glandulosus. Anth. rarius aristatae. Filam. pubescentia. Stigma parvum, subobtusum. Caps. (ut germ.) compressa, septicida, 2-sp. Sem. glabra. (Cal. et bractearum pubesc. semper plumosa, rarius nulla.) . . Griesebachia. Kl.

2. — *4-partitus. Cor. cylindrica,* subangustata, calycem aequans, puberula, limbo 4-dentato. Anth. muticae, exsertae. Filam. villosa. Stigma obtusum. Germ. oblong. Nux obovata, glabra, abortu 1-loc., 1-sp., lateraliter stylo persistente cincta. Sem. pendulum. . . . . Finckea. Kl.

β. Anth. terminales (cfr. Octogonia), exsertae; filam. glabra. Styl. exsertus, filiform., stig. obtuso. Germ. glabrum. (Fol. terna v. quaterna; fl. term. aggregati v. capitati, rarius axillar. solitar.)

1. *Cal. 4-fidus, bracteis* 3 (*raro* 1) *approximatis fultus, quarum 2 laterales minores. Cor. 4-gona,* tubulosa, limbo 4-fido. Disc. hypog. glandulosus. Anth. term., muticae. Caps. (ut germ.) compressa, loculicido-2-valvis. Sem. pendula, glabra, ellipt., superne apiculata. (Pili, si adsunt, semper simplices.) . . . . Acrostemon. Kl.

2. — *4-dentatus, conicus, crassus, bract. 3 approximatis fultus. Cor. teretiuscula,* tubulosa, limbo 4-fido. Disc. hypog. glandulosus. Anth. term., muticae. Germ. oblong., subteres. Caps. 2-cocca. (Flor. lutei.) . . . . Pachycalyx. Kl.

3. — *4-dentatus, oblong., 4-gonus, longitudinaliter 8-plicatus, 1-bracteatus. Cor. 4-gona,* longa, angustata, limbo brevi 4-dentato. Disc. hypog. integer. Anth. subterminales, muticae v. brevissime aristatae. Germ. ovatum. Fr....? (Flor. purpurei.) . . . . Octogonia. Kl.

b. Anth. aristatae, exsertae. Styl. filiform., exsertus, stig. obtuso. (Fol. terna.)

α. Anth. laterales. Filam. glabra. Cal. 4-fidus, membranaceus, bract. 3 approximatis fultus. Cor. tubulosa, subteres, limbo 4-dentato subconnivente. Germ. subcompressum, ovulis pendulis. Fr....? (Flor. ax. v. term., congesti, sessiles.) . . Plagiostemon. Kl.

β. — terminales (cfr. Thoracosperma). Bracteae 3, calyci approximatae. (Flor. albido-rosei v. carnei.)

1. *Styl. deciduus. Bacca exsucca, globosa, aspera, 2-sp.* Sem....? Cal. subteres, 4-fidus. Corolla elongato-ampullacea, limbo 4-fido connivente. Anth. 2-partitae, term.? ad apicem foramine 1-laterali dehisc. (Flor. laterales, aggregati, sub-sessiles.) . . . . Thoracosperma. Kl.

2. — *persistens. Germ. 4-gonum, glabrum. Caps. abortu 1-loc., 1-sp., 4-valvis.* Cal. campanulat., 4-dentatus. Bracteae inaequales. Cor. obovata, subclausa, 4-dentata. Anth. longae. (Flor. in apice ramulor. congesti, sessil.) . . . . Thamnus. Kl.

3. — *deciduus. Germ. elongatum, subcompressum, apice puberulum.* Fr....? abortu 1-loc., 1-sp. Cal. 4-gonus, 4-fid. v. dentat. Bracteae subinaequales. Cor. tubulosa v. clavata, limbo 4-dentato inflexo. (Flor. term. capitati v. fasciculati v. spicati.) . . . . Simocheilus. Kl.

†† ***Calyx inaequal. 4-partitus, lacin. una majore a caeteris subsoluta. Bract. nullae.*** Cor. ovalis, 4-dentata, clausa. Anth. muticae, exsertae, ad basin usque partitae. Filam. glabra. Styl. longe exsertus, terminalis, demum lateralis, stig. cyathiformi. Germ. glabrum. Nux abortu 1-sperma. (Fol. terna; fl. ax. v. term. subsessil.) . . . . Coilostigma. Kl.

III. Germen 1-loculare, ovulo pendulo. Fruct. ignotus.

† ***Antherae exsertae.***

a. Calyx 3-bracteatus, bracteis approximatis. Cor. 4-dentata. (Folia terna; fl. ax. v. term., saepe capitati.)

1. *Calyx tubulosus, crassus,* brevissime 4-dentatus, magnit. corollae, bract. 3 minutis inaequalibus. Cor. 4-gona. Anth. terminales. Styl. deciduus. . . . . Anomalanthus. Kl.

2. — *campanulatus,* 4-dent. Cor. cyathiformis, aperta. Anth. latere affixae, aristatae v. muticae. Filam. glabra. Styl. persist., exsertus. . . . . Codonanthemum. Kl.

b. Calyx ebracteatus (cfr. Macrolinum), 4-dentatus. Anth. terminales, longe exsertae, muticae. Filam. glabra. Styl. exsertus, persist. (Flor. term. capitati v. congesti, rosei, lilacini v. albi.)

1. *Calyx 4-gono-cyathiformis.* Cor. parva, infundibuliform., glabra, limbo brevi obtuso (integro?) erecto. (Fol. quaterna.) . . . . Syndesmanthus. Kl.

2. — *turbinatus, inferne in tubum 4-gonum attenuatus,* infra floris articulationem foliolis minutis spathulatis cinctus, limbi dentib. conniventibus. Cor. anguste tubulosa, 4-dentata. Styl. longe exsertus. Germ. elongatum. (Fol. terna.) . . . . . Macrolinum. Kl.

†† ***Antherae inclusae, terminales, muticae.*** Filam. glabra. Styl. brevis, deciduus, stig. magno peltato subexserto. Cal. ebracteatus, 4-gono-cyathiformis, 4-fidus. Cor. cyathiformis, basi angustata, 4-dentata. (Fol. terna; fl. term. v. ax. aggregati v. capitati.) Omphalocaryon. Kl.

V. Stamina 3; sub disco hypogyno inserta; filam. glabra; anth. terminales, muticae, inclusae. Cal. ebracteatus, inaequal. 4-fidus, lacin. una a caeteris magis soluta. Cor. parva, urceolata v. globosa, limbo 4-fido subconnivente. Styl. vix exsertus, deciduus, stig. peltato. Germ. oblong., 1-loculare, ovulo 1 pendulo. Fr.....? (Frut. Ericae facie, fol. ternis, fl. ax. v. term. pallide rubris luteisve. — *Afr. austr.*) . . Tristemon. Kl.

ERICACEAE.

(Continuat.)

Tribus II. *ANDROMEDEAE.*

I. Calyx marcescens, demum siccus (nec baccatus, rarissime subbaccatus, cfr. Leucothoe).

A. Capsula loculicide dehiscens. Flores 5-meri, (cfr. Osmothamnus), 10-andri. Stam. inclusa.

† ***Antherae medio dorso*** (ad filamenti insertionem) ***setulis 2 patulis caudatae,*** oblongae, ad apicem muticum poris 2 oblongis introrsum dehiscentes; filam. linearia, complanata, basi non dilatata, glabra v. subpuberula, superne (semper?) geniculato- v. sigmoideo-flexuosa. Cal. aestiv. valvatus. Cor. oblonga v. subcampanulata, ore parum contracto 5-dentato. Styl. crassiusc., 5-gonus, stig. truncato. Caps. sphaeroid., valv. medio septiferis. Sem. scobiform. (Frut. v. arb., fol. alt. coriaceis dentat. v. integr., racemis ax. v. term. — *Nepalia, Japon., Amer. bor.*) . . . . . Pieris. Don.

†† ***Antherae dorso ecaudatae.***

I. Antherarum loculi longitudinaliter dehiscentes, mutici; filam. brevia, dilatata, puberula. Cal. 5-part. Cor. ovata v. tubulosa, ore coarctato 5-dentato. Styl. robustus, 5-gonus, stig. obtuso. Caps. 5-gona, 5-loc., suturis solutis valviformibus. Sem. acicularia. (Frut. v. arb., fol. saepius membranaceis; fl. plerumque term. racemos. v. paniculatis. — *Antill. Amer. bor.*) Lyonia. Nutt.

II. Antherarum loculi apice poro dehiscentes.

A. Anth. apice 2-aristatae, loculis abbreviatis. Caps. 5-loc., columella centrali placentifera 5-loba, lobis simplicibus. Sem. compressa, nitida, ellipt. v. oblonga. (Frut. flor. albis v. roseis. — *Europa, Asia et Amer. bor.*)

1. *Calyx 5-fidus*, lobis acutis basi simplicibus. Cor. globosa, ore coarctato 5-dentato. Filam. barbata. Stigma truncatum. (Fol. lineari-lanceolata, margine plus minus revoluta, subtus glauca; fl. term. umbellati imbricatim bracteolati.) . . . . . Andromeda. (L.) Don.

2. — *5-sepalus* (v. 5-part.), sepalis basi imbricatis. Cor. campanulata, 5-fida. Filam. glabra; anth. tumidae. Styl. basi dilatatus, stig. obtuso. Caps. valvae apice bifidae. (Frut. Ericae facie, fol. parvis imbricatis, fl. term. v. lateral. solitar. pedunculatis.) . . . . . Cassiope. Don.

B. Anth. apice 4-aristatae, elongato-tubulosae. Filam. brevissima, glabra, basi dilatata. Calyx 5-dentatus. Cor. campanulata, limbo 5-lobo revoluto. Stigma truncatum. Capsulae valvae medio septiferae, columella centralis 5-loba, lobis crassis cuneatis subarcuatis. Sem. angulata. (Frut. sempervirentes, fol. sparsis dilatatis saepe dentatis, fl. racemosis. — *Amer. bor.*) . . Zenobia. Don.

C. — muticae (cfr. Leucothoe, Cassandra). (Frut. plerique sempervirentes, fol. plus minus dilatatis coriaceis breve petiolatis, flor. breve pedicellatis).

1. *Calyx basi 2-bracteolatus, 5-sepalus v. 5-part., sepalis basi imbricatis. Cor. oblonga, ore plus minus contracto 5-dentato.* Anth. apice rostrato-acuminatae tubulosae, interdum brevissime mucronatae. Filam. glabra, basi non dilatata. Stigma annulatum, 5-tuberculatum. Caps. 5-loc., valvis medio septiferis, columella centrali 5-loba, lobis simplicibus. (Fol. dentata, utrinque lepidoto-punctata; flor. ax. v. in racemos term. dispositi, cernui, albi. — *Eur., Asia et Amer. bor.*) . . . . . Cassandra. Don.

2. — *5-fidus, lobis subovatis. Cor. hypocraterimorpha, tubo supra medium gibbo*, lobis patentibus subrotundis. Stam. corollae non adnata, anth. subrotundis. Germ. 4-sulcum. Styl. brevis, inclusus, stig. capitato obtuse 4-lobo. Caps. subglobosa, 4-loc., loculicide-?) 4-valvis. Sem. linearia. (Fol. alt., mucronulata, subtus ferruginea; flor. ad ramor. apices conferte subumbellati, rosei v. albi. — *Sibiria.*) . . . . . Osmothamnus. DC.

3. — *5-lobus, interdum demum subcarnosus. Cor. ovata v. cylindracea rarius subcampanulata*, ore plus minus contracto (rarius patulo) 5-dentato. Anth. ovatae, truncatae, loc. saepe superne divaricatis breve 2-mucronatis poro term. dehisc. Filam. subdilatata, complanata, saepe villosa. Styl. filiformis, stig. simpl. capitato. Caps. depresso-globosa, 5-loc., 5-valv., suturis non valviformibus. Sem. ovato-angulata. (Fol. persist. v. decidua, integra v. dentata; flor. racemosi, rarius subspicati v. subumbellati, ax. v. term., albi v. carnei. — *Amer., ins. Mascaren., Asia.*) . . . . . Leucothoe. (Don.) DC.

B. Capsula septicide dehiscens.

I. Stamina 8, inclusa; filam. linearia, complanata, glabra, basi non dilatata; anth. muticae. Flor. 4-meri.

1. *Anth. loculi paralleli, connati, poro obliquo apice dehisc.* Cal. campanulatus, 4-fid. Cor. tubulosa v. globosa, limbo brevissimo 4-fido revoluto. Stigma obtusum. Caps. lignosa, 4-loc., placenta 4-loba. Sem. scobiform. (Frut., fol. alt. decid. membranaceis integr. subtus glaucis, pedicellis term. 00 fasciculatis 1-floris, cor. sordide albido-rufesc. — *Amer. bor., Antill.*) . . . . . Menziesia. (Sm.) Don.

2. — *longae, sagittato-lineares, loculis apice breviter solutis, longitudinaliter? dehisc.* Cal. 4-part. Cor. oval., ventricosa, limbo 4-dentato. Stigma truncatum. Caps. 4-loc. (Frut., fol. sparsis planis subtus niveo-tomentos., fl. term. racemosis purpur. — *Hibernia, Pyrenaei.*) . . . . . Daboecia. Don.

II. Stamina 10 (rarissime abortu pauciora, v. Rhododendron). **Flor. 5-meri.**

A. Corolla regularis v. subregularis (saltem non bilabiata).

a. Corolla globosa v. oblonga, ore coarctato 5-dentato. Cal. 5-partitus. Stam. inclusa; filam. gracilia glabra; anth. abbreviatae, truncatae, muticae. Stigma peltatum. 5-tuberculatum. Caps. 5-loc. Sem. compressa, nitida. (Frut. sempervir., fol. linear. patulis, fl. term. solitar. v. subumbellatis. — *Eur., Asia et Amer. bor.*) Phyllodoce. Salisb.

b. Corolla campanulata v. infundibuliform. v. hypocraterimorpha, ore dilatato (nec contracto).

1. *Corolla campanulata (parva) 5-partita, patula. Anth. abbreviatae, poro terminali dehisc.*, muticae v. postice aristatae. Cal. 5-part., imbricatus. Stigma obtusum. Caps. 5-loc. Sem. ovoidea, nitida, raphe carinata. (Frut. humifusi, fol. confertis patulis subplanis, fl. term. solitar. v. subracemosis. — *Asia et Amer. bor.*) . . . . . Bryanthus. Gmel.

2. — *hypocraterimorpha, limbo patente 5-fida. Anth. longae, lineares, longit. dehisc.* Filam. imae corollae inserta. Cal. 5-part., 3-bracteolatus. Stigma sub-5-fidum. Caps. 5-loc., columella centrali 5-loba. (Suffrut. repens sempervir, fol. alt. planis, racemis brevib. ax. et term. — *Amer. bor.*) . . . . . Epigaea. L.

3. — *infundibuliformis v. subcampanulata* (saepe magna, speciosa), *limbo patente*, lobis 5 subinaequalibus. Cal. 5-part. Genitalia declinata. Stam. 10, raro abortu pauciora, filam. filiform.; anth. oval., truncatae, muticae, ecaudatae, loc. poro term. dehisc. Styl. filiform., stig. capitato. Caps. oblonga, 5- rarius 10-loc. 3-5-valvis, columella 5-loba. Sem. minuta, linearia. (Frut., fol. alt. integr. coriac. saepe lepidotis, gemmis imbricato-squamatis, fl. ax. et term. racemos. v. subcorymbos., rubr. v. lilacin. v. alb. v. aureis, pedicellis basi bracteatis. — *Eur., Asia, Amer. bor.*) . . . . . Rhododendron. (L.) Rchb.

c. Corolla rotata, tubo brevi v. subnullo, limbo late patente, regulari 5-fido. Cal. 5-part. Filam. et stylus filiform.; anth. oval. truncatae, muticae. Caps. subglobosa, 5-loc. (Fl. rosei, mediocr.)

1. *Corollae tubus subnullus*, (limbo absque foveolis antheras recipientibus). Stam. subaequaliter patentia; anth. poris obliquis dehisc. Stigma capitatum. Caps. transverse rugosa. (Frut. humilis, fol. alt. planis serrato-ciliatis, fl. term. solitar. pedunc. roseis. — *Alp. Austriae, Ital.*) . . Rhodothamnus. Rchb.

2. — *tubus brevis, angustus; faux foveolis* (extus papillarum instar prominulis) pro recipiendis antheris excavata; limbi lobi lati, breves. Stam. imae corollae inserta, filam. patula, apice recurva; anth. apice 2-porosae, corollae foveolis immersae, demum elastice prosilientes. Stigma obtusum. (Frut. habitu fere Rhododendri, fl. spicatis v. subcorymbosis, lateral. et term., pedicellis basi 3-bracteolatis. — *Amer. bor.*) . . . . . Kalmia. L.

B. Corolla irregularis subbilabiata, labio superiore profunde 5-partito (quasi 2-petalo, lobis angustis) inferiore apice 3-lobo. Cal. minimus, 5-dentatus. Stam. disco hypogyno (nec corollae) inserta, declinata, filam. inaequalib. (Caet. fere omnino Rhododendri. — *Amer. bor.*) Rhodora. L.

III. Stamina 5, filam. filiform.

1. *Antherae poris 2 terminalib. dehisc.* Stam. declinata. Corollae lobi inaequales. Caps. 5-loc. (Caet. et habitus Rhododendri. — *Eur. orient., Asia, Amer. bor.*) . . . . . Anthodendron. Rchb.

2. — *rimis 2 longitudinalibus dehiscentes*, subrotundae. Stam. hypogyna, non declinata. Cal. 5-part. Cor. campanulata, regulariter 5-fida. Styl. filiform., stig. capitato. Caps. 2-4-loc., apice dehiscens, valvis saepe bifidis, columella compressa v. 3-gonofusiformis. (Frut. repens, fol. parvis coriaceis revolutis nitidis, fl. term. umbellatis parvis roseis. — *Eur., Asia et Amer. bor.*) . . . . . Azalea. L.

II. Calyx demum plus minus carnosus, baccaceus. (v. pag. sequ.)

ERICACEAE.

Tribus II. *ANDROMEDEAE.*

(Continuat.)

II. Calyx demum plus minus carnosus, baccaceus, 5-fidus, bracteolis 2 (in Diplycosia connatis) suffultus. Cor. campanulata v. ovata, limbo reflexo, 5-fido. Stam. 10, inclusa, disco hypogyno v. imae corollae inserta, filam. filiform., anth. apice 2-porosis. Styl. filiform., stig. obtuso. Caps. calyce tecta 5-loc., loc. polyspermis. (Flor. axillar. v. term. solitar. v. fasciculati.)

1. *Caps. irregulariter dehiscens*, depresso-subglobosa, placentis carnosis. Sem. cuneata, compressa. Antherarum lobi indivisi. (Frut. parasitici, fol. sparsis coriaceis, fl. virescent. — *Java.*) . . . . . . Diplycosia. BLUME.
2. — *ex apice loculicido-5-valvis.* Filam. hirsuta. Anth. apice bicornes, connubus bifidis v. 2-aristatis. Glandulae v. squamulae 5 v. 10, germen cingentes, saepe basi connatae. (Suffrut. v. frut., fol. alt. v. fasciculatis, pedicellis bracteatis, fl. albis roseis v. coccineis. — *America, Asia, Australia.*) . . Gaultheria. KALM.

Tribus III. *ARBUTEAE.*

I. Bacca 5-locularis, loc. 00-spermis (cfr. Enkianthus).

1. *Corolla campanulata, 5-fida (facile 5-partibilis) tubo basi foveolis 5 nectariferis* (extus in totidem papillas prominulis) instructa, limbo brevi recurvo. Cal. 5-fidus, coloratus. Stam. imae corollae inserta, filam. basi dilatatis pilosis, anth. loculis apice discretis acuminatis poro dehisc. Styl. filiform., robustus, stig. capitato. Bacca? ovata. (Arbusc., gemmis squamatis, fol spars. v congestis coriaceis planis integerr., fl. term. subumbellato-aggregatis roseis, pedunc. nutant. basi bracteatis. — *China*) Enkianthus. LOUR.
2. — *globosa, limbo 5-dentato.* Cal. 5-part. Filam. basi dilatata. Anth. erectae, apice 2-fidae, loculis parum disjunctis apice acute bifidis et fissura brevi introrsa dehisc. Squamae 10 hypogynae, germen cingentes. Caps. baccata. (Frut. sempervir., fol. parvis, pedunc. ax. pauciflor. — *Amer. austr., Mexico.*) . . . . . . Pernettya. GAUDICH.
3. — *urceolata v. subconica* (ore plus minus contracto) *v. subcampanulata, limbo 5-dentato* reflexo. Cal. 5-part. Stam. inclusa, disco hypogyno (plus minus glanduloso) aut basi corollae inserta; filam. basi dilatata; anth. inversae, apice (re vera basi resupinata) 2-porosae, dorso infra apicem aristis 2 longis rectis caudatae. Styl. crassiusculus, stig. capitato. Bacca saepe dense papilloso-echinulata. (Frut. sempervir., fol. alt. serrat. coriaceis, fl. term. paniculato-racemosis albidis, pedicell. basi bracteat. — *Eur. occ. et mediterran., America, ins. Canar., Asia occ.*) . . . . . . Arbutus. TOURN. (L.)

II. Drupa 1-pyrena (papillosa) **pyrena ossea 5-loculari, loc. 1-spermis.** Germ. loculi 1-ovulati. Stigma 5-dentatum. Cal. 5-fid. Cor. globosa, limbo constricto breve 5-lobo. Stam. disco hypogyno carnoso 10-angulari inserta; filam. basi dilatata, barbata; anth. apice (basi resupinata) 2-porosae, 2-setosae. (Frut. sempervir., fol. alt. coriac. serrat., racemis term. simplicib. albido-viresc. — *Mexico.*) . . . . . . Comarostaphylis. ZUCCAR.

III. Drupa 5-pyrena, pyrenis discretis 1-spermis. Aristae antherarum saepe breves v. uncinatae. (Caet. fere omnia Arbuti. — Folia in nonnullis membranacea decidua; racemi paucifl., primo term. demum laterales. — *Eur., Amer., Asia bor.*) . . . . . . Arctostaphylos. ADANS.

Tribus IV. *CLETHREAE.*

I. Stamina 5, petalis 5 oblongis paulo breviora; anth. exaristatae; loculis basi subsagittato-divergentibus oblique dehisc. Cal. parvus, 5-part., lobis obtusis. Styl. simplex, stig. minuto indiviso. Caps. subglobosa, 1-loc., polysperma, sem. minutis subglobosis placentae centrali (ut in Lysimachia) insertis. (Frut. sempervir, fol. alt. parv. coriaceis integr., fl. paniculatis. — *Florida.*) . . . . . . Pickeringia. NUTT.

II. Stam. 10. Cal. 5-fidus. Pet. 5, omnino libera, aut vix ima basi cohaerentia, saltem seorsim decidua.

a. Caps. 2-4-alata, 3-loc. (subnucamentacea, indehisc.?) Sem. solitaria. Stigma sessile, subpeltatum, lobatum. Cal. minimus 5-lobus. Pet. 5, spathulata, subunguiculata, subconcava. Filam. crassiuscula, corolla breviora; receptaculo inserta, alterna longiora; anth. subrotundae. (Arbusc. sempervir., fol alt. sessil. cuneato-lanceolatis integerr. glabr. subtus glaucesc., racemis term. simpl. — *Amer. bor.*) . . . . . . Cliftonia. SOLAND.

b. — *aptera 5-locularis,* 5-loba, loculis medio longitudinaliter dehisc. Sem. scrobiculata. Germ. globosum. Styl. elongatus (siccitate spiraliter tortus), stig. dilatato-capitato. Cal. profunde 5-part., lobis longis linearib. demum foliaceis. Pet. 5 obovata, patentia. Stam. hypogyna; anth. basi insertae, loculis longitudinaliter dehisc. fissura superne latiore. (Frut. glaber, fol sparsis decid. mucronat., pedunc. ax. solitar.? 1-fl. bracteat. — *Amer. bor. — occid.*) . . . . . . Tolmiea. HOOK.

c. — *aptera 5-locularis,* apice 3-valvis. Sem. ovata, minuta. Cal. 5-part. Stam. hypogyna, saepe exserta.

1. *Stylus cylindricus, stig. truncato.* Caps. septicida. Anth. longitudinaliter dehisc. Pet. ovata, obtusa, patentia. (Caet. et habitus fere Ledi; fol. parva, oval. glabra, lucida, integra, margine revoluta; corymbi term. — *Amer. bor.*) Leiophyllum. PERS.
2. *Stylus robustus, stig. 3-fido,* lobis (interdum brevissimis) truncatis semipatulis. Caps. loculicida, valvis medio septiferis. Anth. breve et obtuse acuminatae, inversae, loculis basi resupinata subdivergentibus poro oblongo obliquo (v. fissura brevi) dehiscentes. Pet. patula v. conniventia. (Frut. v. arb., fol. alt. dentat. v. serrat., racemis term. v. ax. simpl. v. paniculat., pedicell. 1-bracteat., fl. albis. — *Amer. bor. et austr., ins. Madeira, Molucc.*) . . . . . . Clethra. L.

III. Stamina 8, corolla multo breviora; filam. a corolla libera, complanata, glandulosa; anth. sagittatae, 2-loc., apice callosae, longitudinaliter? dehisc. Cal. parvus, 4-lobus, lobis latis. Pet. 4 angusta, vix basi cohaerentia. Styl. filiform., exsertus, stig. ovato-capitato indiviso. Germ. obtuse 4-lobum. Fr. . . . .? (Frut., fol. alt., racemis ax. et term. subpaniculat., fl. albis. — *Georgia, Amer. bor.*) . . . . . . Elliottia. MHLBG.

IV. Stam. 14, hypogyna, alterna saepe minora; anth. muticae, loc. basi resupinata poro dehisc. Styl. elongatus, stig. obtuso v. capitato 7-crenato. Caps. 7-loc., 7-valvis, loc. polyspermis. (Frut., fol. coriaceis integerr.; spicae v. racemi v. corymbi term. bracteati.)

1. *Calyx minimus, obsolete denticulatus. Cor. 7-partita,* subcampanulata, tubo brevi compresso. Germ. basi margine nectarifero tumido cinctum. Caps. oblonga. (Fol. terna v. quaterna, glabra. — *Japonia.*) Hymenanthes. BLUME.
2. — *7-partitus. Pet. 7, omnino libera,* patula. Germ. 7-sulcatum. Caps. depresso-globosa, calyce cincta, stylo terminata, septicido-7-valvis. (Fol. sparsa, saepe conferta, subtus glauca v. pubesc.; flor. plerumque purpurei. — *Amer. bor. et austr. regiones alpinae.*) . . . . . . Befaria. MUT.

Tribus V. *PYROLEAE.*

A. Stamina fertilia 10 (omnia antherifera) **libera.** Petala 5, libera aut vix ima basi cohaerentia, seorsim decidua.

I. Caps. septicide dehiscens, valvis marginibus inflexis septa formantibus. Antherae obtusae, muticae. (Fol. sparsa, integerrima.)

1. *Stylus corolla et staminibus brevior, rectus,* crassiusculus, stig. subdilatato 5-crenato. Caps. oblonga, valvis 5 a basi discedentibus apice cohaerentibus. Sem. linearia, utrinque alato-acuminata. Cal. minutus, 5-dent. Pet. angusta. Stam. subexserta; filam. filiform.; anth. ovales, loc. non disjunctis basi resupinata poro rotundo dehisc. (Frut. sempervir.; fol. margine revoluta, subtus rufo-tomentosa; corymbi term., pedicell. basi 1-bracteat., fl. albis parvis. — *Eur. Asia et Amer. bor.*) . . . . . . Ledum. L.
2. *Stylus corollam aequans, apice incurvus,* stig. globoso sub-5-lobo. Caps. subglobosa, 5- rarius 6-loc., 5-6-valvis. Sem. ovata. Cal. 5-part., sepalis subliberis. Pet. subaequalia. Filam. basi dilatata; anth. adnatae, loc. rima brevi dehiscentibus. (Frut. glaber., fol. subtus glaucesc., pedunc. ax. solitar. 1-fl., flor. fere Pyrolae. — *Ins. Sitcha, Amer. bor. occ.*) . . . . . . Cladothamnus. BONG.

II. Caps. loculicide (secus angulos) ***dehisc.,*** globosa, valvis medio septiferis apice basique cohaerentib. nunquam patenti-discedentibus. Sem. linearia, utrinque alato-acuminata. Cal. 5-fid., v. 5-part. Pet. late ovata v. subrotunda. Anth. oval., turgidae, loc. basi resupinata poro dehisc. (Hbae v. suffrut. sempervir., fol. alt. crenat. v. serrat., pedunc. scapiform. bracteas squamiform. gerentes, fl. alb. v. viresc. v. roseis. — *Eur., Asia et Amer. bor.*) . . . . . . Pyrola. TOURN. L.

1. *Filam. subulata,* interdum cum stylo subdeclinata, adscendentia. Anth. apice (inverso) interdum breve obtuseque cuspidatae, loc. interdum semidiscretis et attenuatis poris parvis v. mediocr., cornubus nullis. Styl. rectus v. declinat. apiceque sursum incurvus, stig. peltato 5-crenato v. breve 5-fido. Caps. a basi dehisc., rimis pilis lanuginosis connexis. (Hbae caulesc., fol. ovat. v. subrotund., racemis 00-fl.). . . . . . . Pyrola. SALISB.
2. *Filam. basi incrassato-3-gona* (non dilatata). Anth. loculi basi resupinata breviter 2-cornes, cornubus tubulosis truncatis poro terminali rotundo apertis divergentibus. Styl. rectus, stig. magno coroniformi 5-fido, lobis linear. suberectis. Caps. a basi dehisc., rimis nudis glabris. (Hbula subacaul., fol. Pyrolae, scapo 1-floro.) . . . . . . Moneses. SALISB.
3. *Filam. basi dilatato-3-gona.* Anth. magnae cornubus nullis, poris magnis. Stigma subsessile, peltato-hemisphaericum, margine leviter 5-crenatum. Caps. ab apice dehisc., rimis calvis. (Suffrut; fol. lanceolata, interdum approximato-suboppos. v. verticillata; racemi term. rachi abbreviata umbelliformes.) . . . . . . Chimaphila. PURSH.

B. Stamina 10 basi monadelpha corollaeque adnata, quorum 5 castrata; anth. conniventes. Cal. subcampanulatus, 5-part. Cor. hypocraterimorpha, 5-part. s. sub-5-petala. Germ. villosum. Styl. brevis stig. 3-lobo. Caps. ovata, 3-loc., 3-valv., valv. medio septiferis. Sem. plura, parva, recept. centr. affixa. (Hba Pyrolae facie; fol. cordato-subrotunda, serrata, glabra; pedunc. scapiform. aphylli, basi imbricato-squamati, racemo term. simpl. multifl., fl. subsessil. albis. — *Amer. bor.*) . . ? Galax. L.

CXXII. MONOTROPEAE.

A. Corolla gamopetala. Cal. 5-sepalus. Stam. 10. (Hbae facie Hypopitis. — *Amer. bor.*)

1. *Corolla ovata, ore 5-dentato reflexo. Antherae calcaratae* (2 aristatae, 2-loc.?) subpeltatae. Filam. complanata. Styl. brevis, stig. capitato. Caps. subglobosa umbilicata, 5-loc., 5-valvis. Sem. apice alata. (Hba brunnea, viscido-hirsuta, scapo basi squamato apice nudo, racemo multifloro, pedicellis filiform. flores nutantes superantib.) . . . . . Pterospora. NUTT.
2. — *campanulata (subcarnosa), limbi 5-fidi lobis ovatis acutis. Anth. muticae*, clavatae, filamento adnatae, 1-loc., basi resupinata poris 2 dehisc. Nectarium 5-fidum ad corollae basin. Stigma subglobosum, clausum, intus 5-fidum. Germ. 4-5-angulatum. Caps. 5-loc.?... (Scapus squamatus, flor. term. aggregat., sessil., rubro-albidis, odoris, bracteis magnis) . . . . . Schweinitzia. ELL.

B. Corolla 4-5-petala, petalis omnino liberis basi intus fovea nectarifera (extus gibboso-prominula) excavatis. Discus hypogynus 5-glandulosus. Cal. 4-5-sepalus. Styl. cylindric. Stigma orbiculare, peltato-infundibuliforme, 4-5-crenatum. Caps. oblonga v. subglobosa, 4-5-loc., 4-5-valv., valv. medio septiferis. Sem. utrinque alata. (Hbae scapis squamosis.) Monotropa. L.

1. *Stigma margine barbatum.* Antherae 3-angulares, inferne transverse (fere bilabiatim) dehiscentes. (Flor. racemosi, laterales 4-meri 8-andri, terminalis solus 5-merus 10-ander. — *Eur., Asia et Amer. bor.*) . . . . . *Hypopitys, Dill., Nutt.*
2. — *imberbe.* Anth. basi 2-lobae, lobo utroque rima transversali dehisc. (Scapus 1-florus. — *Amer. bor.*) . . . . . *Monotropa, Nutt.*

CXXIII. EPACRIDEAE.

A. Germinis loculi 1-ovulati. Fruct. indehiscens, baccaceus v. drupaceus (raro capsularis? cfr. Oligarrhena. — Folia sparsa, rarissime opposita, v. Needhamia.) . . . . . Tribus I. *STYPHELIEAE.*

I. Stamina 5. Cor. decidua (cfr. Needhamia), limbo 5-fido v. 5-partito. (***Styphelia, Sm.***)

A. ***Corollae limbus intus plus minus barbatus,*** (cfr. infra Cyathodes).

I. Corollae tubus elongatus, calyce duplo v. pluries longior. Calyx bracteis 4 v. pluribus imbricatus. Germ. 5-loculare. Drupa subexsucca, putamine osseo solido. (Flor. axillar. — *Nov. Holland., ins. Diemen.*)

1. *Stam. exserta. Corollae tubus elongatus, intus juxta basin fasciculis 5 villorum ornatus,* limbi lobis revolutis barbatis. Squamae 5 hypogynae discretae, raro connatae. (Frut. erecti v. adscend., fol. brevissime petiolatis mucronat. angustis planis v. subconcavis, pedunc. 1-3-fl., fl. speciosis saepius nutant.) . . . . . Styphelia. (SM.) R. BR.
2. — *inclusa; filam. linearia. Corollae tubus calyce duplo longior, ventricosus, intus juxta basin fasciculis 5 villorum ornatus,* limbo brevi patente barbato. Discus hypogynus cyathiformis subinteger. (Frut. humiles, saepe diffusi, fol. plerumque planis ciliatis, fl. erectis.) Astroloma. R. BR.
3. — *inclusa; filam. carnosa, antheris latiora. Corollae tubus intus nudus,* calyce duplo longior, ventricosus, limbo brevi patente semibarbato. Disc. hypog. cyathiformis integer. (Frut. erectus, fol. confertissimis acerosis, fl. erectis, tubo coccineo, limbo viresc.) . . . . . Stenanthera. R. BR.

II. Corollae tubus brevis, calycem vix aut parum superans (cfr. Conostephium).

A. Squamae hypogynae in cyathum connatae (rarius nullae, cfr. Leucopogon).

a. Cyathus hypogynus subinteger. Cal. multibracteatus. Cor. rotata v. urceolata, intus juxta basin fasciculis 5 glandularum, limbi lobis semibarbatis. Germ. 5-loc. Drupa subexsucca, putamine osseo solido. (Frut. humiles, fol. lanceolat. ciliat. v. minute denticulat., fl. ax. erectis. — *Nov. Holl.*) . . . . . Melichrus. R. BR.

b. — hypogynus lobatus v. dentatus (cfr. Leucopogon.) Calyx 2-bracteatus. Corolla infundibuliform.

1. *Germ. 2-5-loc. Drupa baccata v. exsucca, nunc crustacea.* Corollae lobi patentes longitudinaliter barbati. Filam. inclusa. Cyathus hypogynus sublobatus, raro nullus. (Frut., saepe humiles, fol. angustis v. cordato-dilatatis, fl. in spicas ax. v. term. multi- v. paucifloras dispositis, rarius subsolitar. — *Nov. Holl., Penins. Malacc., Nov. Zeeland.*) . . . . . Leucopogon. R. BR.
2. *Drupa subbaccata, depresso-globosa, putamine celluloso 5-loculari.* Corollae lobi apice deflexo-barbati. Cyathus hypog. sublobatus. (Frut. humiles, fol. variis, spicis ax. v. lateral. brevibus, fl. parvis albis. — *Nov. Holl., ins. Diemen.*) . . . . . Acrotriche. R. BR.
3. — *baccata, depresso-globosa, putamine rotato-10-lobo demum partibili.* Germ. 10-loc. Corollae lobi patentes barbati. Cyathus hypog. 5-lobus. (Arbusc. glabra, fol. petiolatis nervosis laurinis, spicis term. et ax., fl. albis. — *Nov. Holl.*) . . . . . Trochocarpa. R. BR.

B. Squamae hypogynae 5 discretae (rarius basi connatae, v. Decaspora). (Frut., fol. petiolatis.)

1. *Calyx 2-bracteatus. Cor. campanulata, limbo laxe barbato. Stam. exserta. Germ. 10-loc. Bacca 10-pyrena* (violacea). Squamae hypog. basi connatae. (Spicae term. nutantes, fl. rubris. — *Ins. Diemen.*) . . . . . Decaspora. R. BR.
2. — *4-8-bracteatus. Cor. infundibuliform., lobis patentib. longitudinaliter dense barbatis. Germ. 5-loc.* Bacca 5-pyrena. (Flor. term., solitar., erecti, albi. — *Ins. Diemen, Nov. Zeeland.*) . . . . . Pentachondra. R. BR.

B. ***Corollae limbus intus glaber*** (raro parce barbatus, cfr. Cyathodes).

I. Germen 5-10-loculare. (Frut. erecti, fol. subtus lineatis canis, linearib. v. anguste oblongis plerumque mucronatis, flor. ax. saepe spicatis v. racemosis.)

1. *Cor. infundibuliformis, tubo calycem vix superante, intus villorum fasciculis glandulisve destituto,* limbo (quandoque 4-fido) patente imberbi aut plus minus barbato. Discus hypogynus cyathiformis 5-dentatus aut squamis 5 bifidis germen arcte amplectentibus constans. Filam. inclusa. Germ. 5-10-loc. Drupa baccata. Cal. multibracteatus. (Fol. interdum subverticillato-congesta. — *Nov. Holl., ins. amicor., Nov. Zeeland., Sandwic.*) . . . . . Cyathodes. (LABILL.) R. BR.
2. — *infundibuliform. v. urceolata, limbo imberbi, tubo v. fauce villosa, rarius nuda.* Disc. hypog. cyathiform. 5-lobus. Germ. 5-loc. Drupa baccata, putamine osseo solido. Cal. 2- aut ebracteatus. (Flor. albi. — *Nov. Holland., ins. Diemen.*) . . . . . Lissanthe. R. BR.
3. — *tubulosa, tubo calycem breviter superante basi tenui superne ventricoso conoideo* crasso subcoriaceo intus piloso juxta basin fasciculis 5 villorum ornato, limbi minimi erecti glaberrimi laciniis lanceolatis. Filam. linear., brevissima, corollae alte adnata. Anth. inclusae, magnae, crassae, apice attenuato acuto breviter bifidae. Germ. 5-loc. Styl. subexsertus. Drupa ovoidea, exsucca, 1-sp., putamine osseo solido. Cal. bracteis plurib. imbricatus, persist. — (*Nov. Holl. austr. — occid.*) . . . . . Conostephium. BENTH.

II. Germ. 1-loc. Drupa baccata. Cal. 2-bracteatus. Cor. infundibuliform., limbo fauceque imberbibus. Disc. hypogyn. cyathiform., lobatus. (Arbusc. dioicae v. frut. ☿, fol. oblong. v. linear. v. obovatis, spicis ax., rarius term., paucifl., fl. parvis albis. — *Nov. Holl., ins. Diemen.*) . . . . . Monotoca. R. BR.

III. — 2-loculare. Drupa exsucca. Cal. 2-bracteatus. Cor. hypocraterimorpha, limbo 5-fido imberbi, sinubus elevatis, aestiv. plicata. Stam. inclusa. Discus hypogynus scutelliformis. (Fruticulus erectus, fol. oppositis minutis adpressis, spicis term. solitar. erectis, bract. foliaceis, fl. albis. — *Nov. Holland.*) . . . . . Needhamia. R. BR.

II. Stamina 2, inclusa. Cal. 4-partitus, 2-bracteatus. Cor. 4-fida, persist., aestiv. valvata. Squamulae 4 hypogynae. Germ. 2-loc. Caps.? 2-locularis. (Frut. erect., fol. alt. imbricatis minutis, spicis term. erectis, fl. parvis albis. — *Nov. Holl.*) . . . . . Oligarrhena. R. BR.

B. Germinis loculi pluriovulati. Fructus capsularis. (v. pag. sequ.)

EPACRIDEAE.

(Continuat.)

B. Germinis loculi pluriovulati. Fructus capsularis. Stamina 5. (Folia sparsa.) . . . . Tribus II. *EPACREAE.*

I. Folia petiolata v. basi simplici angustata ramo inserta (nec cucullato-amplexicaulia). Rami denudati cicatricibus denticuliformibus notati. Seminum placentae columellae centrali adnatae. Corollae limbus imberbis. Squamulae 5 hypogynae.

a. Calyx multibracteatus, coloratus, bracteis textura calycis. Antherae supra medium peltatae. (Frut. ramosi, saepius glabri; fol. petiolata v. basi simplici; fl. ax. saepius in spicam foliatam digesti, albi v. purpurasc.)

1. *Cor. tubulosa. Stam. epipetala.* (Nov. Holl., ins. Diemen, Nov.-Zeeland.) . . . . Epacris. (Forst.) R. Br.
2. — *hypocraterimorpha*, tubo interdum 5-partibili, limbi lobis dextrorsum flexis. *Stam. hypogyna.* (Nov. Holl.) . . . . Lysinema. R. Br.

b. Calyx ebracteatus. Cor. tubulosa, fauce aperta. Stam. hypogyna, filam. tubo semiadhaerentibus; anth. septo completo. Caps. . . . . ? placentis solutis pendulis? (Frut. glaber, ramosissimus, fol. petiolat. serratis, pedunc. ax. 1-fl. recurvis basi minute bracteatis superne nudis, fl. pendulis speciosis. — Ins. Diemen., America antarct.) . . . . Prionotes. R. Br.

II. Folia sessilia, basi cucullata semivaginante. Rami denudati laeves, nec denticulati nec manifeste annulati. Seminum placentae columellae centrali adnatae, extremitatibus quandoque solutis. (Nov. Holl., ins. Diemen.)

a. Squamulae 5 hypogynae.

1. *Stam. epipetala* inclusa; anth. apicibus ciliatis filamentorum adnatae, basi solutae. Cal. foliaceus, foliis minoribus imbricatus. Cor. tubulosa (ruberrima). Placentae utraque extremitate liberae. (Frut. erect., ramis denudatis non cicatrisatis, flor. ramos laterales breves terminant. solitar. cernuis.) . . . . Cosmelia. R. Br.
2. — *hypogyna*; anth. infra medium affixae. Cal. coloratus, bracteis foliaceis 2 v. pluribus imbricatus. Cor. longitudine calycis, limbi lobis basi barbatis. Squamae hypog. interdum connatae. Placentae breves e fundo capsulae. Sem. pauca erecta. (Frut. squamosi, ramis denudatis non annulatis, fl. term. spicatis v. solitar. erectis.) . . . . Andersonia. R. Br.

b. Squamulae hypogynae nullae. Stam. hypogyna. Cor. imberbis. (Frut. erecti; flor. ramulos terminantes.)

1. *Calyx foliaceus, foliis minoribus imbricatus.* Cor. breve campanulata, 5-fida. Antherae liberae, imberbes, infra medium peltatae, septo marginato. Rami denudati non annulati. (Flor. solitar., erecti.) . . . . Ponceletia. R. Br.
2. — *coloratus v. semicoloratus*, ebracteatus? Cor. 5-partita, rotata (purpurascens), calycis longitudine, tubo brevissimo demum a basi 5-fido. Anth. connatae, barbatae, aut liberae imberbes, septo immarginato. (Rami denudati vix annulati.) . . . . Sprengelia. Sm.

III. Folia basi cucullata semivaginante. Rami denudati annulato-cicatrisati. Seminum placentae solutae, ab apice columellae centralis pendulae.

a. Corolla clausa, calyptraeformis, transverse rumpens, basi truncata persistente. Stam. hypogyna, persistentia. (Ins. Van Diemen.)

1. *Squamulae hypogynae nullae.* Calyx foliaceus. (Habitus, praeter ramos annulatos, Sprengeliae et Cosmeliae.) . . . . Cystanthe. R. Br.
2. *Squamulae hypog.* 5. Cal. membranaceus, ebracteatus. (Habitus Dracophylli) . . . . Richea. R. Br.
3. — — *5 bilobae.* Cal. foliaceus, pungens. (Fol. acerosa; capit. term., ovata, bracteis ovatis imbricatis pungentibus.) . . . . Pilitis. Lindl.

b. Corolla tubulosa, (nec calyptraeformis), *limbo 5-partito* patente imberbi. Squamulae 5 hypogynae. (Frut. v. arbusc., spicis v. racemis term. simpl., rarius compositis.)

1. *Corolla infundibuliform., tubo subventricoso, fauce vix coarctata*, limbo subacuto. Stam. hypogyna. Cal. ebracteatus. (Bracteae pedicellorum caducae. — Nov. Holl., Nov. Zeel.) . . . . . . Dracophyllum. R. Br.
2. — *hypocraterimorpha, tubo gracili, fauce coarctata*, limbo obtusissimo. Stam. epipetala. Cal. 2-bracteatus. (Bracteae pedicellorum persist. — Nov. Holl.) . . . . Sphenotoma. R. Br.

STYRACINAE. *(Classis.)*

Conspectus ordinum.

A. Calyx germini plus minus adnatus aut liber (v. Turaria, Diclidanthera, Strigilia, Styrax, Benzoin, Stemmatosiphum, Leucoxylum, Paralea), 4-5-lobus, raro integer. Discus v. annulus hypogynus nullus. Cor. gamopetala (rarissime 5-petala. v. Stemmatosiphum) 4-5-loba, aestiv. plerumque valvata, rarius 8-10-loba, lobis tunc alternis minorib. interioribus. Stam. corollae tubo 2-4-seriatim inserta, calycis lobis numero dupla-quadrupla v. subindefinita, rarius corollae lobis numero aequalia iisque opposita, omnia fertilia; filam. simplicia, saepius basi cohaerentia. Germ. semiinferum aut superum, 3-5-loc. Ovula angulo centrali loculi affixa, sessilia, in quoque loc. plerumque 4, quorum 2 erecta et 2 pendula, raro solitaria. Styl. cylindricus, rectus, stigm. 3-5-lobo (raro styli 2, cfr. Turaria, Leucoxylum). Drupa calyce cincta v. coronata, putamine duro 5-3- (v. abortu 1-) loc., aut bacca 5-1-sp. Sem. solitar., erect. v. suspensa, albuminosa. (Arb. v. frut., succo aqueo, fol. spars. exstip. integerr. v. dentat., inflor. varia, fl. ☿, raro polygam., cfr. Dicalyx, Leucoxylum, Paralea.) Ordo CXXIV. *STYRACEAE.*

B. Calyx liber, 3-8-lobus, persist. Germen superum pluriloculare. Discus v. annulus hypogynus plerumque nullus (cfr. Ebenaceae, Aquifoliaceae). Cor. hypogyna, decidua. (Fol. exstipulata, coriacea; flor. axillar, regular.)

1. *Styli plures, saepe inferne coaliti. Stigm. interdum bifida. Germ. loculi 2-1-ovulati, ov. ex apice loculi pendulis.* Fr. drupaceus, cortice nonnunquam determinate dehiscente. Sem. membranacea. Album. cartilagineum. Cotyled. foliaceae. Cal. 3-6-part. Annulus hypogyn. rarissime obvius (v. Goetzea). Cor. gamopetala, intus glabra, extus plerumque pubescens, lobis 3-6 aestiv. sinistrorsum subcontorto-imbricatis. *Stam. omnia fertilia*, hypogyna v. epipetala, definita, corollae lobis numero dupla-quadrupla aut aequalia et tunc iis opposita; filam. in fl. ☿ simplicia, in polygamis v. dioicis saepius duplicata, lacinia utraque antherifera, interiore saepe breviore. (Arb. v. frut., succo aqueo, ligno duro, fol. alt. integerr.; fl. ☿ v. saepius polygami v dioici.) . . . . Ordo CXXV. *EBENACEAE.*
2. *Stylus simplex, stig. indiviso v. lobato. Germinis loculi 1-ovulati, ovulis erectis.* Fruct. carnosus, abortu quandoque 1-loc. Sem. nucamentacea (interdum cohaerentia) testa ossea nitente, ventre plus minus deraso opaco. Albumen interdum nullum. Cotyl. foliaceae v. crassae, subinde connatae. Cal. 4-8-lobus, lobis aestiv. imbricatis quandoque 2-seriatis. Cor. gamopetala, lobi calycis laciniis numero aequales et alterni, rarius duplices v. triplices et tunc pluriseriales, aestiv. imbricata. *Stam.* epipetala, libera, definita, *alterna* (quae calycis lobis opposita) *saepius castrata.* Anth. saepe extrorsae. (Arb. v. frut., succo plerumque lacteo, ligno molli, fol. sparsis integerr. subtus ramulisque saepius sericeo-pubesc., fl. ☿.) . . . Ordo CXXVI. *SAPOTEAE.*
3. — *subnullus, stig. subsessili lobato. Ovula solitaria, ex funiculo cupuliformi pendula.* Drupa carnosa, 2-6-pyrena, pyrenis osseis. Sem. subsessile. Album. magnum, carnosum. Embryo bilobus, cotyl. minutis. Cal. 4-6-partitus v. 4-6-sepalus, aestiv. imbricata. Discus hypogynus obsoletus. Cor. 4-5-part. v. 4-5-petala, hypogyna, aestiv. imbricata. *Stam. 4-6 epipetala v. hypogyna, petalis alterna.* Anth. adnatae. (Arb. v. frut., fol. alt. v. oppos. saepius dentat. v. spinoso-serratis, fl. solitar. v. fasciculat. parvis ☿ v. rarius abortu 1-sexual.) Ordo CXXVII. *AQUIFOLIACEAE.*

CXXIV. STYRACEAE.

A. Stamina corollae lobis numero aequalia, sc. 5, exserta, subulata, basi tomentosa, „tubo corollae interpositive inserta"; anth. subsagittatae, 2-loc. Cal. adhaerens, ventricosus, subcoriaceus, limbo 5-fido. Cor. rotata, perigyna, tubo calyce breviore, limbo patentissimo, lobis subrotundis aestiv. convolutis? Germ. inferum, conicum, striatum. Styl. furcatus, stig. 2 incrassato-capitatis. Drupa coriaceo-carnosa, 4-gona, 4-sulca, nuce ossea oblonga 4-sulca 4-loc., loc. 1-sp. (Arbusc. ramis alt. tortuosis angulatis, fol. alt. petiolat. nitidis integerr., fl. term. corymbos. odoratissimis. — *Mexico.*) . . . . . ?Morelosia LALLAV. et LEX. †

B. Stamina corollae lobis numero dupla (sc. 10, nec plura). Corolla infundibuliformis.

1? *Styli 2, setacei.* Caps. 2-loc., 2-sperma. Filamenta brevissima (libera?) filiformia. Cor. 5-fida. Cal. tubulosus, 5-dentatus. — (*Amer. austr. — occid.*) . . . . . ? Turaria. MOL. †

2. *Stylus 1, filiform., subinclusus; stig. simplex, carnosum, depresso-capitatum.* Germ. superum, 5- rarius 6-7-loc., ovulis solitariis ex apice loculor. pendulis. Bacca parce carnosa, globosa, 5- v. abortu 3-2-loc., 5-2-sp. Sem. obovata, ex axi pendula, testa crassa scabriuscula. Cal. 5-part., persist., lobis angustis subinaequalib. aestiv. imbricatis. Cor. 5-fida, lobis linearib. imbricatis. Antherae in fauce sessiles, inclusae, ovatae, toto ambitu (excepta basi) valvatim dehisc., valva antica deorsum revoluta. (Frut. v. arbusc., fol. alt. integerr., racemis bracteatis, fl. ochroleucis. — *Brasil.*) . Diclidanthera. MART.

3. — *1, filiform., stig. obtuso obsoleto crenato.* Germ. superum? 6-loc., loc. 1-ovulat. Drupa obovata, sub-3-loc. abortu saepe 1-sperma. Cal. campanulatus, 5-dent. Cor. 5-partita, lobis angustis extus sericeis. Stam. basi monadelpha. (Frut. v arb., fol. alt. integr., racemis axillar. — *Peruvia.*) Strigilia. CAV.

C. Stamina corollae lobis numero tripla v. quadrupla v. subindefinita (raro aequalia v. dupla, cfr. Styrax).

I. Calyx 5-partitus v. 5-dentatus.

† ***Drupa indehiscens.***

a. Germ. superum. Styl. 1. Cal. urceolatus v. campanulat. Cor. aestiv. valvata. Stam. filam. basi in tubum, corollae adnatum, coalita; anth. oblongae v. lineares. (Arb. v. frut., pube stellulata saepe tomentos., fol. alt. integr. v. subcrenatis, fl. ax. v. term. racemos. rarius solitar. bracteat. albis. ***Styrax*, Tourn., L.**)

1. *Drupa exsucca, coriacea,* 1-loc., 1- v. rarius 2-sperma. Germ. 3-loc., loc. pluriovulatis, ovulis superioribus pendulis, infer. peritropis. Stigma obsolete 3-lobum. Cal. 5-dentatus v. subinteger. Cor. profunde 3-7-fida. Stam. 6-16, exserta. — (*Eur. austr., Amer.*) . . . Styrax. (L.) HAYNE.

2. — *sicca s. nux lignosa,* 1-loc., 1-sp. Stigma acutum. Cal. truncatus. Cor. 4-5-partita. Stam. 10, corolla breviora. (Fol. subcrenata; racemi compositi. — *Ins. Sundaicae.*) . . . . . Benzoin. HAYNE.

b. Germ. inferum v. semi-inferum. Stamina numerosa. Cal. 5-fidus.

α. Stam. inter se libera. Germen inferum. Styl. 1. (Frut. v. arb., fol. saepe dentat. v. serratis, v. crenulat.)

1. *Stam. corollae basi inserta.* Cor. profunde 5-partita. Germ. 3-loc., loc. pluriovulatis, ovulis pendulis. Stigma obtusum, 3-gonum. Drupa baccata, calyce coronata, nucleo 3-1-loc., loc. 1-sp., duobus plerumque vacuis. (Fl. ax. et term. racemosi v. spicati v. subpaniculati, rarius solitar., albi, interdum polygami? — *Ind. or., Molucc., Cochinchina.*) . . . . . Dicalyx. LOUR.

2? — *calyci inserta,* filam. crassis. Cor. 4-petala, patens. Styl. crassus, stig. crassiusculo. Drupa exsucca, ovalis, laevis, nucleo 3-loculari. (Spice multae subterm., fl. parv. albis. — *Cochinchina.*) ? Drupatris. LOUR. †

β. Stam. monadelpha aut polyadelpha, inferne corollae adnata. Cor. rotata, patens, aestiv. imbricata. Drupa calyce coronata. (Arb., fol. alt. integr., fl. ax. solitar. v. racemos. v. paniculat. v. aggregat. bracteat.)

1. *Cor. 5-10-partita, lobis alternis (interioribus) minoribus.* Stam. 3-4-serialia, mono- v. polyadelpha, filam. apice cuspidatis, anth. subrotundis erectis. Germ. inferum v. semiinferum, 3-5-loc., loc. 4-ovulatis, ovulis 2 inferiorib. pendulis, super. 2 peritropis. Styl. filiform., stig. subcapitato sub-3-5-lobo. Drupa subcarnosa, nucleo 3-5-loc., loc. 1-sp. — *Ind. or., Amer. temp. et trop.*) . . . . . Symplocos. JACQ.

2. — *5-partita, fere 5-petala,* petalis sc. nonnisi staminum ope basi connexis. Stam. 5-adelpha, anth. 4-angular. Germ. inferum. Styl. persist., sensim incrassatus, stig. crassiusculo oblique depresso. Drupa sicca, gibba, putamine 3- v. abortu 1-loc. (Fl. ax. brevissime spicatis. — *Amer. bor.*) . . . . . Hopea. GARD.

†† ***Caps. drupacea, 4-loc., ovali-ellipt., apice dehisc., 4-valv., loc. 1-sp.*** Sem. subtrigono-ellipt. Germ. superum, globosum, sub-4-gonum. Styl. filiform., apice parum incrassatus, stig. 3-part., lobis subrotundatis planis. Cal. 5-fid., persist., excrescens. Pet. 5 (omnino libera?) oblonga, reflexa. Stam. 00, in urceolum cylindricum apice multifidum coalita, laciniis linearib. sub-3-serialib. apice staminiferis; anth. subrotundae, 2-loc., apice dehisc. (Arb., fol. spars. simpl. coriaceis, fl. ax. solitar. v. racemosis albis. — *Brasil.*) . . . . . ? Stemmatosiphum. POHL.

II. Calyx 4-fidus. Stam. inclusa.

a. Flor. abortu polygami, inferi (cfr. Leucoxylum). (Arb. fol. alt., fl. ax. ♂ confertis.)

1. *Cal. 4-partitus, lobis obtusis imbricatis.* Cor. campanulata, 4-partita. *Mas.:* Stam. circ. 12-14, partim hypogyna, partim corollae subadnata. Rudiment. ovarii. *Fem.:* Germ. 4-loc. 00-ovulat. Styl. 2-partitus, stig. emarginatis. Drupa corticata, 1-loc., 1-2-pyrena, pyrenis 1-sp. subosseis. (Ramuli et fol. disticha, fl. ♀ solitar. — *Java.*) . . . . . ? Leucoxylum. BLUME.

2. — *4-dentat., dent. acutis,* (inferus?). Cor. suburceolata, crassa, tubo brevi limbo 4-fido. *Mas.:* Stam. 18, imae corollae inserta. *Fem.:* Stam. circ. 8, effoeta. Germ. 8-loc., loc. 1-ovulatis. Fr....? (Flor. subsess., bracteati, polygami? v. dioici? staminiferi cum germinis rudimento. — *Guiana.*) Paralea. AUBL. †

b. Flor. ☿, superi. Cal. minutus, acute 4-dentatus. Cor. magna, infundibuliform., ore 4-lobo. Stam. 12-16, filam. basi in tubum, corollae adnatum coalitis, anth. oblong. erectis. Germ. inferum; styl. filiform., stig. acuto. Nux corticata, oblonga, 4-2-angulata, angulis alatis, loculis 4 v. 2 (v. abortu 3-1). Sem. solitar. (Arb. v. frut., fol. alt. dentat., fl. ax. pedicellat. albis. — *Amer. bor.*) Halesia. ELLIS.

CXXV. EBENACEAE.

A. Flores polygami aut dioici.

I. Stamina corollae lobis numero dupla (raro aequalia, v. Maba). Flor. ♂ rudimento pistilli praediti.

a. Flor. polygami. ♂: *Stam. basi corollae inserta* (cfr. Cargillia), *filam. omnibus duplicatis.* ☿ v. ♀: Stam. pauciora v. simplicia, anth. effoetis. Bacca globosa.

1. *Cal. 4-part., rarius 3-6-part.* Cor. urceolata, 3-6-fida. Fl. ☿ v. ♀: Germ. 8-12-loc., loc. 1-ovulatis. Bacca calyce patente demum reflexo cincta. (Arb. v. frut., fol. alt. integr., fl. ax. subsessil dioic. — *Patria in region. temp. et trop. subdiffusa.*) . . . . . Diospyros. L.

2. — *semi-4-fidus.* Cor. 4-fida. ♂: Stam. interdum hypogyna? ☿ v. ♀: Germ. 4-loc., loc. 2-ovulatis. Bacca calyce cupulaeformi adpresso inferne cincta (Habitus fere Diospyri. — *Nov. Holl.*) . . . . . Cargillia. R. BR.

b. Flor. dioici. Cal. semi-3-fidus. Cor. urceolata, 3-fida. ♂: Stam. hypogyna, corollae lobis numero dupla (rarius aequalia), filam. omnibus simplicibus aut alternis tantum geminatis v. duplicatis. ♀: Stam nulla. Germ. 3-loc., loc. 2-ovulatis. Bacca ovalis, rarius globosa, calyce cupulaeformi inferne cincta. (Arbusc. glabra, fol. alt., pedunc. axillar. saepe 3-flor., flor. villosis. — *Oceania.*) Maba. FORST.

II. Stam. flor. ♂ corollae lobis numero quadrupla, filam. duplicatis, antheris barbatis. ♀: Germ. 4-6-loculare. (Caet. fere Royenae, sed fl. polygami. — *Afr. austr.*) . . . . . Rymia. ENDL.

B. Flores hermaphroditi. Stam. filam. simplicia.

I. Stam. corollae lobis numero dupla.

1. *Calyx urceolatus 5-fidus.* Cor. urceolata, brevis, 5-loba. Stam. 10, filam. brevibus liberis, corollae basi insertis. Germ. 4-6-8-loc. Styli 2; stig. simplicia. Caps. plerumque 4-sulca, 1-loc., 4-valvis, v. bacca carnosa subglobosa 4-loc. 4-sp. Sem. nucamentacea. (Frut. v. arbusc., fol. alt. integr., fl. ax. solitar. saepe pedicellat. — *Afr. austr.*) . Royena. L.

2. — *minutus, 4-fidus* (rarius 5-fid.?) persist., aestiv. valvata. Pet. 4-5, intus pilosa, basi conniventia superne revoluta. Stam. 8-10, hypogyna, filam. liberis v. per paria coalitis, anth. liberis elongato-linear. adnatis Germ. 4-loc., loc. 1-ovulatis. Styl. elongatus. Drupa ovata, 1 sp. (Frut. v. arb., spinis axillar. aut 0, fol. alt. integerr., pedunc. ax. paucifl. — *Amer., Asia et Austral trop.*) . . . . . ? Ximenia. PLUM.

II. Stam. corollae lobis numero aequalia, corollae basi inserta.

1. *Stam. 6, exserta,* filam. gracilibus; anth. basi affixae, subsagittato-oblongae, pubesc. Glandula annularis, tenuis, 6-gona, germen cingens. Germ. pilosum, 2-loc., ovulis solitar.? ex apice loculi pendulis. Styl. 1, inclusus, glaber, stig. magno emarginato sub-2-lobo lateribus sulcato. Bacca ovata (pendula) coriacea, exsucca, 1-loc., 1-sp. (Cal. campanulatus semi-5-6-fidus, persist. Cor. decidua elongato-infundibuliform., inferne attenuata, limbi 6-fidi lobis reflexis aestiv. valvatis? (Arb., fol. alt. integerr. nitidis, pedunc. ax. v. term. 1-paucifl., fl. aurantiac. — *Antill.*) . . . . . Goetzea. WYDL.

2. — *4, subinclusa,* filam. brevibus, anth. oblong. erectis. Styl. brevis, subtubulosus, ore 4-dentato. Caps. corticata, 4 loc., loc. suberosis 1-sp. Cal. 4-dentatus, persist. Cor. rotata, 4-partita, patula. (Frut., fol. fastigiatis dentatis glabris, gemmis lanuginosis, fl. paniculatis. — *Nova Caledonia.*) . . . . . Phelline. LABILL.

CXXVI. SAPOTEAE.

A. Stamina omnia fertilia. Corollae lobi 1-seriales. Squamae nullae.

I. Stamina corollae lobis numero aequalia.

a. Stamina 6; *antherae in basi loborum corollae subsessiles*, lineares, extrorsae. Pistilla 3, in corpus 3-gonum conniventia, subulata, extrorsum 2-carinata; ovaria 1-loc.; styli continui, stig. simplicia. Fr....? Cal. truncatus, subintegerrimus, pateraeformis, coriaceus. Cor. 6-partita, lobis patenti-reflexis aestiv. valvatis: 3 exteriorib. paulo latioribus subplanis, 3 int. intus costatis. (Frut. procumbens, fol. alt. integerr., pedunc. ax. v. subradical. 1-fl. v. dichotomo-racemosis. — *Brasil.*) . . . . ?Hornschuchia. Nees.

b. Stamina 5, *corollae lobis opposita, fauci v. tubo inserta.* Calyx 5-part., lobis imbricatis. (Fol. alt. integerr., fl. ax. v. lateral.)

α. Stigma bilamellatum. Styl. longus. Germ. disco cinctum. Caps. ovato-oblonga, coriacea, fibrosa. 3-2-loc., loc. 1-sp. Sem. ventre plana. Cor. infundibuliform., limbo 5-fido, lobis obtusis patent. Filam. subulata. Anth. oblongae, incumbentes. (Frut. sarmentosus, fol. nitidis, fl. corymbos. coeruleis. — *Guiana.*) . . . . ?Mouroucoa. Aubl. †

β. — depressum. Styl. brevis v. subnullus (raro exsertus). Corollae limbus 5-part., plus minus patens v. subreflexus. Anth. extrorsae. (Arb. foliis calycibusque saepius ferrugineo- v. sericeo-tomentosis, pedunc. ax. v. lateral. umbellato-confertis.) . . . . Chrysophyllum. L.

1. *Anth. incumbentes. Bacca* 10- (*abortu*) 1-*loc.* Sem. nucamentacea, album. parco. Stigma subsessile, subpeltato-depressum obsolete 10-5-lobum. Cor. campanulato-rotata. (Pedunc. ax. umbellato-conferti. — *Amer trop.*) . . . . . *Chrysophyllum, L.*

2. — *incumbentes. Bacca* 5-*loc.* Styl. brevis, stig. truncato obsolete 5-crenato. Cor. subcampanulata, tubo brevi. (Caet. fere Chrysophylli. — *Amer. trop., Java.*) . . . . *Nycterisition, R. et Pav.*

3. — *erectae. Germ.* 5-6-*loc.*, dense sursum pilosum. Styl. brevis, cylindric., stig. depresso-capitato 5-lobo. Fr....? Cal. cyathiform. Cor. campanulata (virescens), fauce intus sursum pilosa. (Fl. lateral., glomerati, sessiles, bracteati. — *Brasil. trop.*) . . . . *Ecclinusia, Mart.*

II. Stam. corollae lobis numero dupla v. tripla, sc. 8-10, biserialia, 4-5 fauci et 4-5 intra tubum inserta, inclusa; anth. linear., sagittatae, introrsum villosae. Cal. 4-5-part., 2-serialis, coriaceus, persist. Cor. campanulata, tubo inflato carnoso, limbi 4-5-partiti lobis ovatis suberectis. Styl. subulatus, longe exsertus, stig. acuto. Drupa carnosa, lactescens, 5-sp., sem. nucamentaceis sub-3-gono-oblongis, exalbum. (Arb. latesc., fol. alt. integer., pedunc. ax. v. term. 1-fl. congestis. — *Ind. or., Oceania.*) . . . . Bassia. Koen.

B. Stam. fertilia cum sterilibus plerumque squamiformibus alternantia.

A. Stam. fertilia definita, 4-8 (rarissime 10, nec plura).

I. Stam. fertilia 5 (cfr. Sideroxylum).

A. Corollae limbus 5-part., ad basin cujusque lobi squamulis 2 auctus, tubus brevis. Stam. corollae tubo inserta, lobis opposita, squamis 5 petaloideis interjectis. Germ. 5-loc., loc. 1-ovul. Styl. 1, stig. acuto. Bacca ovalis, 1-sp., 5- v. abortu saepe 1-loc. Sem. solitar. exalbum. Cal. 5-part. (Arb. v. frut. lactesc., fol. alt integr., pedunc. ax. v. lateral. 1-fl. plerumque fasciculato-congestis, fl. albidis. — *Amer. trop. et temp.*) . . . . Bumelia. Sw.

B. Corollae faux squamis 5 simplicibus (staminib. steril.) munita. Stam. fertilia squamis alterna, corollae lobis opposita, anth. extrorsis. Styl. subulatus, exsertus. Stigma indivisum. (Arb. v. frut. habitu Bumeliae, fol. alt. integerr. saepius coriaceis, pedunc. ax. v. lateral. 1-floris.)

a. Calyx 5-part. v. 5-dentatus. Cor. limbus 5-part.

α. Sem. exalbuminosa, erecta. Bacca 5-10- v. abortu saepe 1-loc. Cal. 5-part., lobis imbricatis. (Arb. lactescentes.)

1. *Sem. crustacea, ventre sulco longitudinali.* Bacca 5-loc. Stigma acutum. Cor. subrotata. Stam. steril. petaloidea. Filam. fertil. subulata. Anth. subsagittatae. (Fol. subtus sericea, pedunc. fasciculati. — *Nov. Holl trop.*) . . . . Sersalisia. R. Br.

2. — *ossea* (*nucamentacea*) *subglobosa, ventre derasa.* Bacca 5-10-loc. Stigma obtusum. Cor. subcampanulato-ventricosa, limbo erecto. Filam. fertil. complanato-subulata. Anth. incumbentes. (Fol transverse costata. — *Amer. trop. et austr. temp.*) . . . . . Lucuma. Juss.

β. Sem. albuminosa, nucamentacea, ventre complanato derasa, prope basin umbilicata. Bacca abortu 3-2-loc. Germ. 5-loc. Stig. obtusum. Cal. brevis, 5-fidus. Cor. subrotata. Stam. steril. petaloidea; filam. fertil. subulata 5 (rarissime 10.); anth. incumbentes. (Pedunc. congesti. — *Afr. austr., Ind. or., Amer. bor.*) . . . . Sideroxylon. L.

b. Calyx 10-sepalus, sepalis 2-seriatis squamiform. rotundatis concavis. Cor. cyathiformis, limbi 5-partiti lobis concavis subemarginatis. Stam. basi corollae adnata, sterilia 5 petaliformia, lineari-subulata, corollae lobis alterna; fertilia corollae lobis opposita, filam. filiform., anth. incumbent. ovatis gibbis dorso carinatis extrorsis. Germ. hirsutum, 5-loc. Styl. filiform. glaber, persist. Drupa glabra, nucleo ovato-oblongo crasso duro 2-3-sulco, 2-3-loc., loc. 1-sp. v. altero saepe vacuo. Sem. compressa, albuminosa. (Arb. spinesc. sempervir., fol. glabr., fl. ax. confertis subsessil. viresc. — *Afr. bor.*) Argania. Schousb.

II. Stam. fertilia 4-5, tubo corollae basi inserta, lobis opposita; anth. ovatae, introrsae. Cal. 4-part. Cor. urceolato-tubulosa, tubo brevi, limbo breviter 4-fido. Germ. ovatum, pubesc., 4-loc., loc. 1-ovulatis. (Arb. fol. alt. integerr. coriaceis, fl. lateral. et ax. breve pedicellat. viresc. parvis. — *Amer. trop.*)

1. *Bacca dura, carnoso-fibrosa*, depresso globosa, 4- rarius 2-loc., loc. 1-sp. Sem. exalbum., oblonga, testa crassa scrobiculata, hilo magno verticali. Styl. subulatus, stig. simpl. Calycis lobi exteriores majores. Corollae lobi rotundati, sinus squamam minutam gerentes. . . . . . Labatia. Sw.

2. *Caps. ovata*, 4-*loc.*, 4-*valvis*, loc. 1-sp. Sem. oblonga compressa, intus angulata, membrana tenui purpurea involuta. Styl. 4-gonus, stig. 4-cuspidato. Cal. lobi subaequales. Corollae lobi acuti, sinus squamam v. setam oblongam gerentes. . . . . Pouteria. Aubl.

III. Stam. fertilia 6-8 (rarius 5-4, cfr. Achras), sterilia totidem squamiformia v. petaloidea. Anth. extrorsae. Germinis loculi 1-ovulati. Sem. albuminosa. (Arbores lactescentes, fol. alt. integr. nitidis.)

a. Cor. 6- rarius 5-4-fida, subcampanulata; lobis 1?-serialibus integris erectis. Cal. 6-4-partitus, lobis imbricatis. Stam. fertil. 6-4 corollae lobis opposita, sterilia 6-4 oblonga emarginata v. subulata corollae sinubus anteposita. Germ. 12-6-loc. Styl. exsertus, stig. simpl. Bacca 12-6- v. abortu 1-loc., 12-6-sp. Sem. solitar., ossea, compressa, ventre longitudinaliter deraso. (Fol. glabra; fl. ax. solitar. pedunc. v. sessil. — *Amer. trop., ins. Mascaren., Nov. Holl.*) Achras. P. Browne.

b. — 8-multipartita, laciniis 2-3-seriatis. Stam. antherifera 6-8, laciniis interioribus opposita, imo tubo inserta, sterilibus totidem squamiformibus linearib. alterna. Anth. sagittatae. Cal. 6-8-partitus, lobis 2-seriatis. Germen. 6-8-loc. Styl. subulatus, stig. acuto. Bacca abortu oligo-1-sperma. Sem. in loc. solitaria, nucamentacea, ventre derasa. (Arb. habitu Achratis v. Lucumae, pedunc. interdum aggregatis.)

1. *Corollae lobi* 2-*seriales*, exteriores 6-16 integri v. divisi (in *Binectaria*, Forsk., bis bifidi) interiores 6-8 integri. (*Arabia?, Ind. or., Australia, Brasil.*) . . . . Mimusops. L.

2. — *lobi* 3-*seriales*, seriei mediae extimaeque sibi oppositi trifidique (ex Juss. multifidi) interioris integri. Stam. fertil. 8, steril. 8 filiformia. Baccae loculi et sem. 8 v. abortu 4 v. pauciora. Sem. margine, praesertim prope umbilicum irregulariter cristata — (*Ins. Mascaren.*) . . . . Imbricaria Comm.

B. Stamina fertilia subindefinita (ex R. Br. forsan sena cuique corollae laciniae opposita); anth. elongatae, subulatae, rectae. Cal. 00-sepalus, sepalis squamiform. imbricatis concavis obtusis extus villosis. Cor. 6-7-fida, lobis oval. undulatis, tubo brevi intus squamis 6-7 (cum lobis alternantibus) fimbriatis (stam. steril.) inter stam. fertilia munito. Styl. filiform., persist., stig. subcapitato. Fr. lignosus (indehisc.) depresso-orbiculatus, umbilicatus, multiloc., loc. 1-sp. Sem. ossea, lucida, in pulpa nidulantia, albuminosa. (Arb., fol. alt. integerr. nitidis, fl. e trunco nascentib. sessil. solitar. v. confertis. — — *Afr. trop.*) . . . . Omphalocarpus. Pal. B.

CXXVII. AQUIFOLIACEAE.

A. Ovula v. semina in loculis solitaria ex eorum apice pendula, funiculis brevibus cupuliform. affixa.

I. Fruct. (ut germen) **semi-2-locularis,** drupaceus, abortu 1-sp., sarcocarpio tenui, endocarpio ligneo hinc in cavitatem loculi prominulo et ita septum dimidiatum formante inferne angustius et tenuius superne dilatatum margine incrassatum et apice seminiferum. Germ. 2-ovulatum, ovulis ex apice septi imperfecti pendulis. Semen septum amplectens, rugoso-rimulosum. Embr. apici albuminis carnosi immersus, minutus, radic. supera. Cal. 5-part., lobis imbricatis. Pet. 5, aestiv. contorto-convolutiva. Stam. 5, imo calyci inserta, petalis alterna. Styl. sublateralis, brevis, crassus, stig. term. obtuso obliquo. (Arb., fol. spars. coriac. lucidis spinoso-dentatis demum integerr., racemis term. subpaniculat., fl. sessil. flavesc. odoratis. — *Chile.*) . . . . . ? Villarezia. R et Pav.

II. Fruct. (baccaceus?) 2-loc. Sem. plano-convexa. Germ. sub-4-gonum. Styl. brevis, conicus, stig. acuto. Cal. ventricoso-cupularis, 4-dent, lobis lanceolat. reflexis persist. Pet. 4 linearia, calyce longiora, recurva. Stam. 4. (Frut., ramis 4-gonis, fol. oppos. integr. ad axillam spinas 2 rectas divergenti-patentes (stipulares?) gerentibus, fl. ax. solitar. v. aggregatis parvis viresc. — *Ind. or.*) ? Monetia. L'Hér. †

III. Fruct. 3-loc., drupaceus, subexsuccus, nucleo tenui 3-loc. 3-spermo. Germ. 3-loc. Stigm. 3, sessilia. Cal. minutus, 5-part. Pet. 5 patentia, basi lata. Stam. 5. (Frut. inerm., ramulis 4-gonis, fol. oppos. crenat. v. serrat. v. integr., fl. ax. paniculat. v. aggregatis. — *Afr. austr*) . . . . . Cassine. L.

IV. Fruct. 4-6-loc. v. 4-6-pyrenus.

a. Fruct. indehiscens.

1. *Drupa 4-5-pyrena*, pyr. oblongis apice umbilicatis 1-sp. Sem. pendula. Germ. sessile, 4-6-loc. Stigm. 4-6 subsessilia, distincta aut in unum coalita. Cal. 4-5-dent., persist. Pet. 4-5 hypogyna, libera aut ima basi in corollam rotatam subcoalita. Stam. 4-5, hypogyna. (Frut. sempervir., fol. alt. v. oppos. saepe sinuato-dent. spinos., pedunc. ax. plurifl. v. aggreg.; fl. ☿, rarius polygamis v. dioicis. — *Patria subdiffusa, excl? Australia.*) . . . . . Ilex. L.

2. — *6-pyrena.* Flor. 6-fidi, 6-andri, saepius abortu dioici v. polygami. Caet. Ilicis. (Frut. habitu Ilicis, sed fol. saepius decidua et inermia, pedunc. ax. 1-fl. — *China, Amer. bor., Antill.*) . . . . Prinos. L.

3. *Bacca subglobosa, 3-4-loc.*, loc. 1-sp. Germ. hemisphaeric., viscosum. Stigm. 3-4 sessilia in ♂ obsoleta. Flor. abortu dioici v. polygami. Cal. minutus. Pet. 5 libera, angusta, decidua. Stam. 5. (Frut. inerm., fol. alt. angust. integr., pedunc. ax. 1-fl. subsolitar. — *Amer. bor.*) . . Nemopanthes. Raf.

4? *Drupa succulenta, nucleo (ut germen) 4-5-loc., 4-5-sp.* Styl. 1, stig. 4-5. Cal. 4-part. Pet. 4 calyce longiora obtusa. Stam. 4. (Frut. inerm., fol. oppos. lanceolat. dentat, panic. term., fl. ☿? — *Afr. austr*) . . . . . ? Curtisia. Ait.

5? *Bacca 4-loba*, lobis 1-sp. Germ. subrotundum. Stig. subsessile, obtusum. Cal. minutus, 4-part., patens. Pet. 4, subtriangularia, inflexa, sulcata. Stam. 4, disci angulis inserta, filam. subulatis. (Frut. ramosissimus, fol. ternatis lanceolat. integerr., racemis ax., fl. exiguis albis ☿. — *Cochinchina*) . . . . . ? Lepta. Lour. †

b. Fruct. dehiscens? „Bacca farinaceo-pulposa, ovata, umbilicata, obsolete 4-sulca, sub-4-valvis." Germ. liberum? Styl. 1. Cal. minutus, 4-part., persist. Pet. 4, concava. Stam. 4 brevissima. (Frut. sempervir., fol. alt subverticillato-confertis oblong. undulatis, fl. paniculat. — *Japonia*) ? Skimmia. Thunb. †

V. Germen 12-16-loculare, 12-16-sulcatum, globosum, carnosum, loc. 1-ovulatis. Stigma sessile, planum, centro depressum (fere Papaveris instar) 12-16-radiatum. Fr ignot. Cal. parvus, obtuse 3-4-lobus. Cor. breve campanulata, profunde 6-8-fida, lobis rotundatis. Stam. 6-8, corollae inserta, lobis alterna, libera, inclusa. (Arbusc., fol. alt. integerr., cymis ax. paucifl., bract. oppositis membranac. — *Ins. Sandwic.*) . . . . . Polystigma. Nob.

B. Ovula v. semina in loculis numerosa. Germ. 4-5-loc., ovulis in quoque loc. circ. 10 angulo interno biseriatim affixis pendulis. Styl. exsertus, stig. capitato. Bacca ovata, 4-5-loc., 00-sp. Sem. parva, nitida. Cal. 5-part., persist., lobis lanceolat. erectis. Cor. hypogyna, tubo calycem superante, limbo patente regulari 5-part., lobis ovatis. Stam. 5, fauci cor. inserta, lobis alterna; filam. brevia, complanata; anth. basi affixae, lanceolatae, acutae, semiexsertae. (Frut, fol. oppos. coriac. dentato-spinosis, fl. ax. et term. solitar. pedunculatis coccineis, baccis albis. — *Peruvia.*) . . . . . ? Desfontainia. R. et Pav.

CXXVIII. MYRSINEAE.

Tribus I. *AEGICEREAE.*

A. Semina exalbuminosa. Embryo erectus. Germ. liberum, 1-loc., placenta basilari subconica. Ovula 00, peltatim amphitropa. Fr. follicularis, cylindraceo-arcuatus, coriaceus, hinc fissus, 1-sp. Flor. ☿. Cal. 5-part, persist., lobis obtusis aestiv. sinistrorsum contorto-imbricatis. Cor. hypogyna, subhypocraterimorpha, limbo patente 5-fido, aestiv. dextrorsum imbricato, lobis acutis. Stam. 5 (omnia fertil.) imo corollae tubo inserta, lobis opposita, exserta; filam. basi in tubum connata; anth. sagittatae, incumbentes, loculis transverse septulatis longit. dehisc. Styl. subulatus, stigm. simpl. (Arbusc. litorales, fol. sparsis integerr. impresso-glanduloso-punctatis, fl. ax. et term. umbellat. albis fragrant., pedicell. articulatis, — *Asia trop., Oceania.*) . . . . . Aegiceras. Gaertn.

B. Semina albuminosa.

Tribus II. *THEOPHRASTEAE.*

I. Stamina sterilia (petaliformia) **cum fertilibus alterna,** fertilia 5 corollae lobis opposita, anth. extrorsis longit. dehisc. Germ. liberum, 1-loc., placenta basilari, subglobosa, libera, ovulis plurib. adscendentim amphitropis (cfr. Corynocarpus). . . . . .

A. Cor. hypogyna, gamopetala, limbo 5-lobo patente, lobis obtusis aestiv. imbricatis. Bacca globosa, pleiosperma. Embryo intra albumen corneum v. carnosum excentricus. Cal. 5-part., lobis obtusis imbricatis.

a. Stamina fertilia inter se libera.

1. *Corolla subcampanulata, limbi lobis aestiv. imbricato-contortis, fauce squamis* 5 (stam. steril.) *aucta.* Stam. fert. 5 subexserta, imo corollae tubo inserta, filam. basi subdilatatis, anth. ovat. acutis. Styl. brevissimus, stig. obtuso indiviso. Bacca parva. Sem. pauca. (Frut. v. Arbusc. ramosae, fol. spars. v. oppos. v. subverticillat. coriac. integerr. saepe spinoso-mucronatis, fl. term. racemos. v. solitar. aurantiis v. albis. — *Amer. trop.*) . . . . . Jacquinia. L.

2. — *cylindraceo-campanulata, tubo intus aucto corona e squamis* 5 (stam. ster.) *carnosis inferne connatis dorso clypeatis formata.* Filam. fertil. brevissima, coronae basi intus inserta. Anth. in conum conniventes, connectivo in acumen producto. Styl brevis, stig. subcapitato-bilobo. Bacca subpulposa, fragilis. Sem. plurima. (Arbusc. trunco simplici apice comoso, fol. dense subverticillatis oblongis spinoso-dentatis rigidis, spinis acerosis interjectis, racemis term. subcorymbosis, fl. albis nutant., pedicell. 2-bracteolatis. — *Antill.*) Theophrasta. Juss.

3. — *infundibuliform., carnosa, lobis emarginatis hinc uncatis, fauce corona 5-fida aucta.* Stam. fert. medio tubo corollae inserta, filam. brevib. (liberis?), anth. simplicibus. Styl. inclusus, stig. acuto. Sem. plurima. Cal. tubulosus, breve 5-crenatus. (Frut. inerm, scandens, fol. oppos. integerr., corymbis term. racemosis, fl. albis, baccis magnis rubris pulposis edulib. cortice fragili. — *Cochinchina.*) . . . . . Oncinus. Lour.

b. Stam. fertilia in tubum connata, imo tubo corollae inserta; anth. 3-gonae, in capitulum 10-radiatum conniventes. Cor. subrotata, tubo brevi, fauce appendicib. 5 carnosis (stam. ster.) aucta. Styl. brevissimus, stig. abbreviato-bilobo. Sem. pauca. (Frut. facie Theophrastae, fol. alt. coriac. integerr. v. spinoso-dentat., racemis ax. simpl. strictis, fl nutant. albis v. croceis saepe abortu polygamis. — *Amer. trop.*) . . . . . Clavija. R. et P.

B. Cor. 5-petala, pet. erectis subrotundis basi angustatis. Cal. 5-phyll. (5-part.?) lobis oblong. concavis. Squamae 5 petaloideae, erectae, petalis alternae iisque angustiores, vix breviores, basi glandulam globosam gerentes. Stam. 5, petalor. basi inserta, filam. subulatis, anth. oblongis. Germ. globosum, stylo brevi filiformi, stig. obtuso. Nux turbinato-clavata, 1-sp., nucleo oblongo....? (Arb. v. frut., fol. alt. subemarginat. integerr. glaberr., panic. term. sessilis magna. — *Nov. Zeeland.*) . . . . . ? Corynocarpus. Forst. †

II. Stamina sterilia nulla, s. corollae faux esquamata. (v. pag. sequ.)

MYRSINEAE.

(Continuat.)

B.

II. Stamina sterilia nulla. Cor. fauce esquamata. Germ. 1-loculare.

A. Placentae 5-3 parietales verticales. Styl. brevis, stig. conico. Bacca corticosa, ovata v. subglobosa, 00-sp. (magna). Sem. in pulpa nidulantia, album. carnoso-oleoso, embr. axili. — **Tribus III. *LEONIEAE.***
Calyx 5-lobus, aestiv. imbricata. Cor. rotato-subcampanulata, profunde 5-part., semipatens, aestiv. suboblique imbricato-convoluta. Stam. 5, filam. in tubum brevem 5-gonum connatis; anth. 2-loc., transverse dehisc., 4-valv. (Arb., fol. alt. coriac. integr. pellucido-punctat., fl. racemosis v. cymos. axill. ochroleucis glanduloso-punct. — *Peruvia, Brasil.*) . . . . Leonia. R. et Pav.

B. Placenta basilaris, plerumque libera subglobosa, ovulis pluribus (raro 2-1) peltatim amphitropis. Antherae introrsae (cfr. Purkinjia).

I. Germen liberum. Fructus 1-spermus. Embryo intra albumen corneum umbilico transversus plus minus arcuatus v. flexuosus. Corolla hypogyna. . . . . — **Tribus IV. *ARDISIEAE.***

A. Germ. pluriovulatum (cfr. Othera, Orixa).

† **Stamina monadelpha.**

1. *Stam. 5, in tubum crassum ovoideum v. cylindricum basi corollae adnatum apice 5-dentatum coalita,* dentib. corollae lobis oppositis, anth. crassis. Cal. 5-part. Cor. subrotata, 5-part. Germ. 4-2-ovulatum. Styl. simplex, stig. subinfundibuliformi integro v. denticulato. Fr. . . . ? (Frut., fol. alt. integerr. pellucido-punct., pedunc. ax. solitar. apice umbellatim 6-8-floris. — *Madagasc.*) . . . . Oncostemum. Adr. Juss.

2. — 4, *imo corollae tubo inserta, exserta, filam. crassis imae basi cohaerent.*; anth. breves, longit. dehisc. Cal. campanulat., 4-dent. Cor. tubulosa, limbi breve 4-fidi lobis obtusis imbricatis. Germ. pauciovulat. Styl. brevissimus, stig. obtuso. Drupa subglobosa. Sem. globosum, basi umbilicatum. (Arbusc., fol. alt. v. suboppos. v. subternis coriac. integerr., panic. term. nudis, fl. pedicellat. umbellat. punctatis. — *Amer. trop., ins. Mascaren.? Ind. or.?*) . . . . Wallenia. Sw.

†† **Stamina inter se libera.**

a. Cor. gamopetala, 4-6-fida v. partita.

α. Antherae 4, apice horizontaliter dehiscentes, subsessiles, oblongae, 2-loc., corollae lobis basi insertae. Cal. 4-part., patens. Cor. rotata, 4-fida, plana. Germ. depresso-globosum, 4-lobum, minutum, ... Stig. sessile, subcapitatum. Fr. . . . ? (Arbusc., fol. sparsis in ramulor. apice confertis glanduloso-tuberculatis, racemis filiform. pendulis v. suberectis, fl. polygam.? parvis 1-bracteat. glanduloso-punct. v. lineolatis — *Brasil.*) . . . . Cybianthus. Mart.

β. Antherae longitudinaliter dehiscentes.

* *Corollae lobi aestiv. valvati.* Stigma subcapitatum.

1. *Cal. campanulatus, 4-fid. Cor. subcampanulata, 4-fida,* lobis acutis revolutis. Stam. 4, summo corollae tubo inserta, breve exserta; filam. brevissima; anth. ovoideo-3-angulares. Germ. pauciovulat. Styl. brevis, subconicus. Drupa globosa. Sem. subglobosum, basi umbilicatum. (Arbusc., fol. alt. integerr. coriac. glanduloso-punct., racemis ax. simpl. elougat. bracteat., fl. altern. subsessil. punctatis abortu saepe polygamis. — *Brasil.*) . . . . Conomorpha. Alph. DC.

2. — *5-part. Cor. rotata, 5-part.* Stam. 5, corollae lobis supra basin inserta; filam. brevia; anth. ovoid., acutae. Germ. 1-pauciovulat. Styl. simpl., persist. Drupa baccata. Sem. Myrsines. (Frut., saepe scandent., fol. alt. integerr. v. denticulat., racemis ax. et term. simpl. v. ramos., fl. parvis. — *Asia trop.*) . . . . Embelia. Juss.

** *Corollae lobi aestiv. imbricati* (cfr. Weigeltia). Sem. dorso convexum, ventre concavo umbilicatum.

1. *Cal. 4-part. Cor. 4-part.,* lobis obtusis punctatis, aestiv. . . . ? Stam. 4, imae corollae inserta; filam. filiform. corolla breviora; anth. ovoid., horizontal., breves. Germ. . . . ? Styl. brevis, acuminatus. Bacca. . . ? (Frut., fol. alt. integerr. pellucido-punct., racemis ax. simpl. patent., fl. altern. — *Surinam.*) . . . . . . Weigeltia. Alph. DC.

2. — *5- rarius 4- v. 6-fid. Cor. subrotata, 4-6-fida.* Stam. 4-6, imae corollae v. fauci inserta; filam. brevissima; anth. erectae. Germ. 4-5-ovulat. Styl. simplex, stig. indiviso v. lobato v. fimbriato. Drupa pisiform., putamine crustaceo. (Frut. v. arbusc., fol. alt. coriac. integerr. plerumque impresso-punctatis, fl. ax. fasciculato-v. subumbellato-aggregatis v. racemoso-paniculatis v. umbellatis, glanduloso-punct. v. lineolatis, saepius polygamo-dioicis, ♂majorib. — *Region. trop. et subtrop. totius orbis.*) Myrsine. L.

3. — *5-fid. v. 5-part. Cor. subrotata, 5-part.,* lobis patent. v. subreflexis (saepe punctatis). Stam. 5, fauci inserta; filam. subulata, brevia; anth. conniventes, liberae, rarius connatae, erectae, 3-angulares, acutae v. acuminatae. Germ. 00-ovulat. Styl. simpl., persist., stig. subulato v. punctiformi. Bacca succosa. (Arb. frut. v. suffrut., fol. alt., rarius oppos. v. ternis punctat. serrulat., rarius integerr., pedunc. ax. v. term. paniculat. multi- v. paucifl., pedicell. subumbellat., fl. alb. v. roseis. — *Asia et Amer. trop., Japon., ins. Canar.*) . . . . Ardisia. Sw.

b. Cor. 4-petala (petalis liberis seorsim deciduis). Stam. 4. Cal. 4-part. v. 4-fidus.

1. *Styl. simplex, stig. subinfundibuliformi.* Germ. sub-2-ovulatum. Drupa subglobosa. Sem. Myrsines. Petala patentia v. recurvata, aestiv. imbricata. Stam. petalor. basi adnata; filam. filiform.; anth. breves, lanceolatae. (Frut., fol. alt. integerr., pedunc. ax. racemosis, bracteis persist., petalis glanduloso-ciliatis v. flavo-maculatis, abortu saepe polygamis. — *Ind. or.*) . . . . Choripetalum. Alph. DC.

2. — *erectus, simplex, stig. capitato obtuso.* Germ. . . . ? Fr. . . . ? (Capsula, ex Thunb.) Cal. brevissimus. Pet. lanceolata, patent., virescentia, staminib. longiora. Anth. globosae. (Frut. flexuos., fol. alt. integr., fl. racemos. bracteat. — *Japonia*) . . . ? Orixa. Thunb. †

3. — 0. *Stigma 1, sessile.* Germ. glabrum, . . . Fr. . . . ? Cal. persist., lobis ovatis. Pet. plana, obovata, obtusa, staminibus ima basi adnata iisque multo longiora. Anth. didymae, 4-sulcae. (Frut., fol. alt. coriac. integr., fl. ax. aggregat. subsessil. — *Japonia.*) . . . . ? Othera. Thunb. †

B. Germen 1-ovulatum (cfr. Lepionurus).

1. *Flor.* ☿. Cal. tubulosus, coriaceus, 10-nervis, apice attenuato 5-dent., dent. erectis. Cor. profunde 5-fida, lobis oblong. acutis aestiv. contortis. Stam. 5, hypogyna; filam. brevia; anth. lineares, obtusae, adnatae, extrorsum longit. dehisc. Germ. ovato-subglobosum, 5-sulcum, in stylum teretem attenuatum, stig. globoso. Fr. . . . ? (Frut. ramosissimus, ramis apice tumido-incrassatis, ramulis subverticillatis pube stellata tomentosis; fol. sparsa, exstip., integerr.; umbellae term., 00-radiatae, involucratae, radiis inaequalib. corymboso-racemosis, fl secus pedunc. fasciculatis subsessil ebracteatis. — *Mexico.*) . . . . ? Purkinjia. Presl. †

2. — *abortu monoici.* Cal. integerr., parvus, coloratus. Cor. 4-part., patens. Stam. 4 lobis opposita, filamentis brevissimis corollae basi inserta. Germ. margine carnoso brevi cinctum. . . . ? Stigm. 4 sessilia, acuta. Drupa baccata, carnosa, nucleo 1-sp. Embryo albuminos., inversus. (Frut., fol. alt. integerr.; spicae ax. pendulae, ante anthesin bracteis 3-floris imbricatae. — *Java.*) . . . . ? Lepionurus. Blume.

II. Germen adnatum. Bacca 1-loc. polysperma, calycis limbo coronata. Placenta basilaris, globosa, libera. Sem. angulata, dorso complanata, ventre conico-convexo umbilicata. Embryo in axi albuminis carnosi rectus. . . . . — **Tribus V. *MAESEAE.***
Cal. 2-bracteolatus, tubo germini adnato, limbo 5-fido. Cor. perigyna subcampanulata, 5-fida. lobis aestiv. induplicato-valvatis. Stam. 5, cor. basi inserta, lobis opposita, inclusa; filam. filiform.; anth. cordato-ovoideae, 2-loc., longit. dehisc. Styl. brevis, stig. obsolete 3-5-lobo. (Arb. v. frut., fol. alt. integerr. v. dentat. saepe pellucido-punctatis, fl. ax. v. term. racemosis v. paniculat. — *Asia et Afr. trop. et subtrop.*) . . . . Maesa. Forsk.

CXXIX. PRIMULACEAE.

A. Genuinae: *Stamina corollae lobis opposita. Calyx regularis. Fruct. capsularis, dehiscens.*

Tribus I. SAMOLEAE.

I. Capsula semiinfera, ovata, 1-loc., vertice libero exserto valvis 5 dehiscens, 00-sp. Sem. depressiuscula, umbilico basilari. Embr. in axi album. carnosi orthotropus. Cal. subcampanulatus, tubo germinis basi adnato, limbo semisupero 5-fido. Cor. perigyna, subcampanulata, limbo 5-part. Stam. 10 corollae fauci v. tubo inserta, quorum 5 sterilia filiform. v. squamaeformia lobis cor. alterna subexserta, et 5 fertilia lobis cor. opposita inclusa, filam. brevissimis, anth. cordatis. Germ. 1-loc., placenta basilari globosa, demum libera foveolata subdepressa. Styl. brevis, stig. obtuso v. subcapitato. (Hbae, fol. alt. integr., fl. term. racemos. v. subcorymbosis, pedicell. 1-bracteat. — *Patria diffusa.*) — Samolus. Tourn.

II. Caps. supera. Germ. liberum, 1-loc., placenta basilari globosa v. subglobosa, rarius columnari. Embryo in axi albuminis carnosi, rarius cornei, rectus, rarissime (in Trientali) subcurvatus, umbilico parallelus. Cor. hypogyna (raro nulla), fauce saepe corona v. fornicibus (stam. steril.?) munita (cfr. Androsaceae), limbo 5-7-fido. Stam. 5-7 (rarissime 10, quorum 5 castrata, v. Lysimachia). Styl. indivisus.

A. Caps. valvis verticalibus dehiscens (nec circumscissa), raro evalvis? (v. Coxia).

Tribus II. HOTTONIEAE.

I. Semina anatropa (ovoidea, angulata) **umbilico basilari.** Embr. orthotropus, radic. umbilico proxima.

Caps. ovata, 00-sp., demum 5-valv., valvis basi et apice cohaerentibus. Cal. 5-part. Cor. hypocraterimorpha, tubo calycem aequante, fauce incrassata stellatim maculata, limbi 5-part. lobis patentib. obtusis v. retusis. Stam. 5, tubo inserta, inclusa, filam. brevissimis, anth. ovato-oblong. Styl. filiform., exsertus, stig. obtuso. (Hbae aquat., fol. submersis pectinato-multifidis, scapo emerso ad florum verticillato-racemosorum ortum saepe inflato, fl. albis v. lilacinis. — *Eur., Amer. bor.*) — Hottonia. L.

Tribus III. PRIMULEAE.

II. Sem. amphitropa, umbilico ventrali. (Ovula 00, peltatim amphitropa.)

Subtribus I. ANDROSACEAE.

A. Acaules v. subacaules, caule epigaeo nullo v. brevi; folia s. d. radicalia, saepe rosulata v. imbricata; flor. in apice scapi erecti in umbellam simplicem (rarius prolifero-compositam) involucro suffultam multi- v. pauciradiatam dispositi, rarius solitar. pedunculati v. subsessiles. Stamina 5.

† **Corollae limbus refractus,** 5-part., lobis aequalib. tubo longioribus, fauce incrassata esquamata. Calyx 5-partitus. Filam. brevissima; anth. oblongo-lineares cuspidatae. Stigma simplex. Sem. numerosa. (Flor. nutantes, corollae limbo resupinato.)

1. *Stam. imo tubo inserta, anth. non conniventibus, inclusis.* Corollae tubus brevis subglobosus. Caps. subglobosa, primum apice, demum ad basin usque 5-valvis, valv. reflexis, placenta subglobosa libera. Sem. subglobosa, angulata. (Hbae tubere depresso-subgloboso, subtus radiculas, supra folia et pedunc. emittente; fol. petiolata, cordata, saepe angulato-sublobata, glabra, supra nitida viridia v. albido-picta, subtus saepius purpurascentia; scapi nudi, 1-flori, fructiferi demum in spiram convoluti; cor. roseae v. purpur. v. albae. — *Eur. media et austr. — Persia.*) — Cyclamen. Tourn.

2. — *fauci inserta, in conum longum exsertum stylo ipsum superante pervium arcte conniventia.* Cal. reflexus. Cor. tubus brevissimus. Caps. subcylindrica apice dentibus 5 dehiscens, placenta libera columnari. Sem. compresso-lenticularia. (Hbae, fol. radical. congestis integerr. v. repando-dentatis, scapo umbellifero multi- v. paucifloro, cor. roseis v. lilacinis. — *America bor.*) — Dodecatheon. L.

†† **Corollae limbus erectus v. patens** (nec refractus).

a. Cor. infundibuliformis, limbi 5-part. erecti lobis regulariter inciso-fimbriatis, fauce squamulis 5 emarginatis staminibus alternis coronata v. nuda. Stam. fauci inserta inclusa, filam. breviss., anth. cordato-oblong. connectivo excurrente cuspidatis connivent. Styl. filiform. basi demum circumscisse deciduus, stig. simpl. Caps. oblongo-conica, apice demum dentib. 5 dehisc.; plac. columnaris libera. Sem. subreniformia, abortu pauca. (Hbulae alpinae, fol. radical. petiol. cordato-suborbiculatis integr., scapo erecto 1- v. umbellatim paucifloro, fl. cyaneis v. lilacin. raro albis. — *Regio nivalis Alp. Europ.*) — Soldanella. Tourn.

b. — hypocraterimorpha v. subrotata (rarius infundibuliform.) ***lobis indivisis v. emarginatis*** (saltem non regulariter fimbriatis).

α. Stam. tubo corollae inserta, filam. brevissimis.

* Placenta columnaris libera. Caps. ovata, apice 5-valvis. Sem. depresso-plana. Cal. semi-5-fidus. Cor. subrotata, corona faucis annulari, limbi lobis acutis integerr. v. irregulariter incisis. Stam. Soldanellae. Styl. exsertus, filiform., stig. capitato. (Hb. habitu Primu'ar. elatiorum, fl. roseis, raro albis. — *Alp. Europ., Sibir.*) — Cortusa. L.

** Placenta globosa v. subglobosa, plus minus stipitata. Genitalia inclusa. Anth. obtusae, muticae.

1. *Caps. apice 5-valvis, valv. integris v. bifidis. Sem. 00, punctato-rugosa,* dorso complanata, ventre convexo umbilicata. Styl. filiform., stig. capitato. Cal. campanulat. v. tubulosus v. conicus, interdum inflatus v. angulatus, 5-fid. v. 5-dentatus. Cor. hypocraterimorpha v. infundibuliform., tubo brevi v. elongato cylindr., fauce dilatata nuda v. squamis brevib. interdum confluentibus fornicata, limbi patentis v. erecti 5-part. lobis obtusis emarginatis v. bifidis. (Hbae, fol. radical. variis, scapo umbellifero, fl. flavis roseis purpur. v. albis pulchris. — *Eur., Asia, Amer. bor.*) — Primula. L.

2. — *5-valvis, placenta compressa. Sem. abortu 2.* Styl. brevis, stig. obtuso. Cal. subcampanulat., 5-fid. Cor. hypocraterimorpha, tubo infundibuliformi, fauce coarctata pervia squamis 5 brevib. transversis discretis fornicata, limbi 5-part. lobis integris obtusis patentib. (Hbula caespitosa, fol. linear. acut. imbricatis, fl. sessil. subsolitar. aureis. — *Alp. Europ.*) — Gregoria. Duby.

3. — *apice tantum aut ad basin usque 5-valvis. Sem. 5-00, dorso rugulosa.* Styl. brevis, stig. obtuso v. subgloboso. Cal. 5-dent. v. profunde 5-fid., demum saepe auctus. Cor. hypocraterimorpha v. infundibuliform., interdum calycem vix superans, tubo brevi ovato apice contracto, fauce squamis 5 fornicata. (Hbae habitu nunc Gregoriae nunc Primulae, fol. rosulatis angustis aut brevib. dense imbricatis, pedunc. 1-fl. v. umbellato-plurifloris, fl. alb. roseis v. flav.? — *Hemisph. boreal., Asiae et Amer., Eur.*) — Androsace. Tourn.

β. Antherae 5 in fauce sessiles, inclusae, obtusae. Cal. subcampanulat., angulatus, semi-5fidus. Cor. hypocraterimorpha, tubo calycem superante ventricoso, fauce subconstricta, limbi 5-part. patuli lobis emarginatis basi utroque margine callo transverso lineari faucem claudente munitis. Styl. filiform., inclusus, stig. subcapitato. Germ. 5-ovulatum. Placenta stipitata, fungilliformis, basi infra ovula margine 5-dentata. Caps. cartilaginea, 5-valv., valv. recurvis. Sem. abortu 2, scrobiculata. (Hbae Androsaces facie, caespitosae, fol. angustis verticillatis integerr., pedunc. umbelliferis v. 1-fl, fl. roseis. — *America arctica.*) — Douglasia. Lindl.

Subtribus II. LYSIMACHIEAE.

B. Caulescentes, caule epigaeo manifesto erecto v. prostrato foliato.

† **Corolla hypogyna.**

a. Calycis limbus duplex, interioris valvatim 5-fidi lobis triangular. aequalib. demum super fructum conniventibus, exterioris sub-10-12-fidi dentib. angustis inaequalibus spinescentibus patulis (rubentibus). Cor. tubulosa, limbi bilabiato-5-fidi lobis bifidis, anticis (labii inferioris) brevioribus. Stam. 5, tubo inserta; filam. filiform., aequilonga, basi glandulosa; anth. subglobosae. Germ. obovatum, vertice 5-gono glanduloso, placenta basilari subglobosa vertice depressa 5-dentata, ovulis 5 inter dentes insertis. Styl. filiform., basi glandulosus, stig. subdisciformi. Caps. calycis tubo subcampanulato inclusa, globosa, semi-5-valvis. Sem. 5, dorso plana, ventre subconvexa. (Hba suffrutesc. ramosa, fol. alt. linear. coriaceis integr. v. dentat., racemo term. spicaeformi dense multifloro, fl. roseo-lilacinis. — *Eur. austral.*) — Coris. Tourn.

b. — limbus simplex. (v. pag. seq.)

PRIMULACEAE.

A. II. ***A.*** II. *B.* † (Lysimachieae.) (Continuat.)

b. Calycis limbus simplex.

α. Cor. *subirregularis* subhypocraterimorpha, tubo calycem 5-part. aequante, fauce nuda, limbo patente, 5-part., lobis obtusis, 2 posticis paulo breviorib. Stam. 5, imo tubo inserta; filam. crassa, adnata, apice brevissime libera; anth. faucem aequantes, ovatae, obtusae. Styl. filiform., inclusus, stig. obtuso. Caps. ovata, mucronata, polysperma, demum bivalvis, valv. apice bifidis, plac. globosa libera foveolata. Sem. ventre convexa, dorso plana. (Hba, caule fistuloso, fol. alt. integerr. subtus nigropunctatis, pedunc. ax. solitar. 1-fl. ebracteat., fl. flavis. — *Ins. Mascarenh.*) . . . . Lubinia. COMMERS.

β. — *regularis*, limbi lobis aequalibus.

* Cor. *infundibuliformis, tubo calycem aequante*, limbi tubo longioris 5-part lobis conniventi-erectis spathulatis obtusis. Stam. 5, fauci inserta, exserta; filam. subulata, connivent., glandulosa; anth. ovatae. Styl. simpl., inclusus, stig. depresso. Caps. evalvis?, 00-sp., plac. globosa libera. Sem. . . . . ? (Hba basi lignescens, fol. oppos. v. ternis, superiorib. alternis, integerr., epunctat., racemis term. nutantib., bract. cal. et cor. atropurpureis. — *Afr. austr.*) . . . . Coxia. ENDL.

** — *rotata v. subrotata, tubo calyce multo breviore.* Stam. exserta. filam. filiform., anth. oblong. v. cordat. obtusis. Styl. filiform., stig. obtuso. Caps. globosa v. subglobosa, placenta globosa, libera, saepius foveolata.

1. *Cor. subrotata, limbo 5-part. patente v. connivente sinubus nudis.* Stam. fauci inserta, 5 v. rarius 10, quorum 5 (quae lobis alterna) castrata breviora; filam. libera v. imae basi in annulum confluentia. Germ. multiovulatum. Styl. persist. Caps. 5-valv. aut 2-valv., valv. tunc apice demum 2-3-fidis. Sem. 00, angulata v. subrotunda, dorso plana, ventre convexa. Cal. 5-part. (Hbae erect. v. repentes, fol. alt. oppos. v. verticillat. integerr. saepe glanduloso-punct., fl. ax. v. term. racemos. v. subspicat. v. solitar. flavis albidis v. purpurasc. saepe glanduloso-punctatis. — *Hemisphaerae boreal. region. temp.*) . . . . Lysimachia. (L.) MOENCH.

2. — *ad basin fere usque 5-6-part., semipatens, lobis lanceolat. acutis denticulo exiguo interjecto separatis.* Stam. 5-6, imae corollae inserta, filam. liberis. Germ. multi-ovulatum. Caps. 5-valv. Sem. pauca, angulata, dorso complanata, ventre convexa. Cal. 5-6-part. (Hba paludosa, racemis spiciform. densifl. ax., fl. flavis. Caet. Lysimachiae — *Europa.*) . . . . Naumburgia. MOENCH.

3. — *calyce multo brevior. subrotata, 5-part., lobis ovat., sinubus nudis.* Stam. 5, libera, lobis basi inserta, corollam superantia, calyce 5-part. semipatulo breviora. Caps. calyce et cor. persist. cincta, ad basin usque 5-valvis. Sem. (ut ovula) pauca, dorso convexo rugosa ventre complanata. (Hbula ramosa, fol. oppos. angustis integerr. 3-nerv., pedunc. ax. solitar. 1-fl., fl. albidis. — *Eur. austr.*) . . . . Asterolinon. LK. et HFFMGG.

4. — *rotata, patens, 5-7-part., lobis ovato-oblong. aestiv. contortis, sinubus nudis.* Stam. 5-7 libera, lobis basi inserta. Caps. 5-valv., valv. demum revolutis. Sem. (ut ovula) pauca, planiuscula. Cal. 5-7-part., patens, corolla brevior. (Hbula, caule simpl. inferne fol. alt. apice verticillum unicum folior. integerr. majorum gerente, pedunc. term. 1-fl. subsolitar., fl. albo. — *Eur., Amer. bor.*) Trientalis. L.

†† **Corolla nulla.** Cal. coloratus subcampanulatus, 5-part., patulus, persist. Stam. calycis fundo inserta ejusque lobis alterna, libera, filam. filiform., anth. cordat. obtusis. Styl. filiform., stig. subcapitato. Caps. globosa, 5-valv. Sem. (ut ovula) pauca, per placentam globosam sparsa, dorso subplana, ventre convexa. (Hbula littoralis et camporum salsorum, ramosa, fol. oppos. et alt. integerr., fl. ax. subsolitar. sessil. roseis v. albis. — *Eur., Asia media.*) . . . . Glaux. TOURN.

B. Caps. circumscissa, (operculo deciduo, nec valvis verticalib. dehisc.), globosa, polysperma. Sem. placentae basilari globosae liberae inserta, peltato-amphitropa. Styl. simpl., stig. obtuso. Anth. obtusae v. utrinque emarginatae. Cal. persistens. Cor. fauce sinubusque nuda. — **Tribus IV.** *ANAGALLIDEAE.*

1. *Stam. 4, rarius 5, corollae fauci inserta, filam. brevia, glabra, complanata, libera.* Cal. 4-5-part. Cor. calyce brevior, marcescens, limbo subgloboso, limbi suberecti 4-5-part. lobis acutis. Sem. planiuscula. (Hbulae, fol. alt., fl. ax. solitar. subsessil. albis v. rubesc. — *Patria diffusa.*) . . . . Centunculus. L.

2. — *5, imo tubo inserta, exserta v. inclusa; filam. filiform., villosa, libera v. basi connata.* Cal. 5-part. Cor. rotata v. subinfundibuliform. Sem. dorso plana, ventre conico-convexo. (Hbae, fol. oppos. integerr., pedunc. ax. 1-fl. ebract., fl. rubr. coerul. v. albis. — *Eur., Asia media, Afr. bor.*) Anagallis. L.
   - *α.* Stam. basi connata. Cor. subinfundibuliform., semipatula. . . . . . . *Jirasekia, W. Schmidt.*
   - *β.* — libera. Cor. rotata, patentissima. . . . . *Anagallis, W. Schm.*

B. Dubiae, *desciscentes aut staminibus corollae lobis alternis, aut calyce irregulari, aut fructu baccaceo.*

a. Fruct. capsularis, semiinferus, ovatus, 1-loc., 00-sp. . . . . Cal. 5-part., tubo brevissimo germinis basi adnato, limbi patentis lobis inaequalibus, postico latissimo obtuso, 2 anticis ovatis acute acuminatis, 2 lateralib. angustis concavis acutis. Cor. perigyna, regular., tubo brevi, fauce nuda subinflata, limbi 5-fidi dentib. 3-angular. erectis. Stam. 5 libera, medio tubo inserta, lobis alterna, filam. filiform., anth. sagittatis exsertis. Germ. subcompressum, stylo brevi persist.? acuminatum, stig. capitato. (Hba decumbens, ramosa, caule tereti radicante, fol. oppos. angustis integerr., pedunc. alterne axillar. solitar. 1-fl. 2-bract., fl. coerul. — *Guiana.*) ? Bacopa AUBL. †

b. — superus, sphaeroid., 1-loc. Calyx regularis. Styl. simplex., persist. Cor. hypogyna.

α. Stam. 3, *basi petalorum opposite inserta.* Cor. 3-*petala*, calyce multo minor, pet. ovatis unguiculat. distant. Cal. 5-part., lobis subsubulatis acutis. Stigma capitatum. Germ. globosum, 1-loc., 2-ovulatum, ovulis placentae centrali orbiculari semiimmersis. Caps. 3-valv., 2-sp. Embr. in axi albuminis rectus, umbilico parallelus. (Hbula facie Centunculi, ramosa, fol. oppos. sessil. integerr., fl. ax. pedunculat. albis. — *Brasil.*) . . . . ? Pelletiera. ST. HIL.

β. Stam. 5. Fruct. baccaceus (indehisc.?) 00-spermus.

1. *Cor. gamopetala*, subcylindrico-rotata, limbi 5-fidi erecti lobis ovatis obtusis. Stam. tubo inserta, inclusa; anth. subsessiles, oblongae, sub-4-gonae. Germ. squamis 5 nectariferis persistentibus coronatum, ... Styl. brevis, crassus, stig. truncato crenulato v. emarginato. Bacca sicca, striata, placenta basilari libera globosa alveolata. Sem. inverse pyramidata, angulata, umbilico basilari. Embr. in axi albuminis carnosi orthotropus, radic. umbilicum spectante. Cal. 5-fid., lobis ovatis concavis. (Arbusc., fol. alt. obsolete serratis, racemis ax. brevissimis, fl. minutis albis. — *Japonia.*) . . . . ? Doraena. THUNB. †

2. — *polypetala?*; petala 5 v. 10 v. 12, angusta, patentia, sepalis 5 liberis lanceolatis acutis longiora. (Staminum insertio ignota.) Styl. setaceus, longus, stig. simplici. Bacca exsucca, placenta basilari fungosa globosa libera. Sem. subrotunda. (Hbula facie Lysimachiae nummulariae; flor. phoenicei. — *Nov. Holland.*) . . . . ? Euparea. BANKS. †

γ. Stam. 8, inclusa, medio corollae tubo biseriatim inserta dentibusque limbi alterna; filam. filiform., brevia; anth. breves, loculis basi divaricatis. Sepala 8 omnino libera, erecta, corollam aequantia, lineari-liguliformia. Cor. tubulosa, basi ventricosa, limbo erecto undulato-8-dentata 8-plicato. Germ. hemisphaeric., 00-loc.? vertice depresso. Styl. brevis, conicus, stig. subcapitato incluso. Caps. pyriformis, 1-loc.? 8-valv.? polysperm. (Planta parasitica, nana, caulib. crassis carnosis ramosis squamis colorat. marcescent. tectis, fol. radical. caespitos. bipinnatifidis saepe inter se connatis, flor. corymbosis bracteat. confertis coeruleis. — *Mexico.*) . . . . ? Lennoa. LALL. et LEX.

LIGUSTRINAE. *(Classis.)*

Diagnosis ordinum.

A. Caps. semiinfera, sublignosa, 2-loc., septicido-bivalvis, 00-sp., valv. demum intus dorsoque bifidis. Sem. adscendentia, compressa, umbilico basilari, chalaza terminali subcallosa, rhaphe obsoleta. Embryo in axi albuminis carnosi orthotropus, radic. infera. Discus epigynus carnosus. Stam. primo vultu 2, sed re vera 6 diadelpha, singulis filamentis (imae corollae insertis) apice antheras 3 bilocular. confluentes gerentibus. . . . . **Ordo CXXX?** *COLUMELLIACEAE.*

B. Fructus superus, drupaceus v. baccaceus aut capsularis v. samaroideus, 2-1-loc., loc. 1-2-sp. raro pleiospermis. Germen 2-loculare, raro 3-loc. (v. Oleineae). Discus epigynus nullus. Stam. 2, rarissime 4, simplicia; anth. 2-loc.

a. Fructus demum circumscissus. Semina in loc. gemina, basi affixa erecta sub-3-gona, exalbuminosa, radic. infera, testa laxe cellulosa arillaeformi. Stam. 2, corollae tubo inserta. **Ordo CXXXI.** *BOLIVARIACEAE.*

b. Fruct. aut indehiscens aut valvis verticalibus dehiscens v. longitudinaliter 2-partibilis. Sem. (saltem juniora) ***albuminosa,*** compressa v. subcompressa. Cotyled. crassae v. foliaceae. — *Jasmineae*, Juss.

1. *Sem. e basi dissepimenti erecta v. adscendentia*, solitaria, testa coriacea aut reticulata arillaeformi, endopleura tumida Albumen initio copiosum, demum penitus consumtum v. ad laminam tenuissimam reductum. Embryo orthotropus, radic. infera. Stam. 2 corollae tubo inserta, inclusa. . . . . **Ordo CXXXII.** *JASMINEAE.*

2. — *pendula*, in loc. solitaria, rarius 2 v. plura, exarillata. Embryo rectus in axi albuminis densi carnosi v. subcornei, raro exalbuminosus (v. Linociera), radic. supera. Stam. hypogyna, aut corollae tubo inserta, 2 v. rarissime 4 Cor. 4-fida, rarissime 4-petala aut nulla. Germen rarissime 3-loc. (v. Myxopyrum, Fontanesia), loc. interdum 00-ovulatis (v. Forsythia, Tetrapilus, Fraxinus). Styl. brevissimus aut subnullus. . . . . **Ordo CXXXIII.** *OLEACEAE.*

CXXX? COLUMELLIACEAE.

Genus unicum: Calyx persist., tubo turbinato germini adnato, limbi 5-part. lobis aequalib. patulis. Cor. perigyna, subrotata, tubo brevissimo, limbi 5-8-part. lobis aequal. obtusis patent. aestiv. imbricatis. Stam. 2, inter corollae lobos 2 posticos et laterales imo tubo inserta; filam. brevia, compressa, superne in connectivum subtrilobum dilatata; anth. 3 biloculares, loculis parallelis connectivi sinubus circumplicatis apice confluentibus in massam anfractuosam approximatis longitudinaliter dehisc. Germ. inferum, 2-loc., placentis utrinque septo adnatis incrassato-bilamellatis. Ovula 00, anatropo-adscendentia. Styl. brevis, crassiusc., stig. subbilobo obtuso. Caps. sublignosa, vertice exserto semisupera; 2-loc., septicido-2-valv., valvis demum dorso intusque semibifidis. Sem. 00, compressa laevissima, umbilico basilari. Caet. v. supra. (Arb. v. frut. sempervir., ramulis compressis; fol. oppos., exstip, simpl., integerr. v. apice dentata, coriacea; pedunc. term. et in summis axillis 1-fl., basi 2-bract.; fl. lutei. — *Peruvia, Mexico.*) . . . . Columellia. R. et Pav.

CXXXI. BOLIVARIACEAE.

a. Calyx 5-*partitus*, persist. Cor. subinfundibuliform., decidua, tubo limbo breviore intus glabro medio staminifero, limbi 5-fidi lobis aestiv. imbricatis. Stam. aequalia, anth. erect. introrsum medio affixis oblong. mucronat., connectivo angustissimo. Germ. obovat., utrinque sulco notatum. Styl. filiformis, stig. capitato obsolete 2-lobo. Caps. cartilaginea, didyma, lobis subglobosis 1-loc. circumscissis, 2-sp. Sem. 3-gono-ovoidea, dorsa convexa, singula integumento (arillo?) crasso spongioso reticulato laxiuscule involuta. Embr. rectus, cotyled. complanatis. (Frut. habitu Chironiae, fol. oppos. summis altern. exstip., angust., integerr. v. trisecto-pinnatifidis; pedunc. term. v. ax. 1-fl. in corymb. v. panic. term foliosas digesti, fl. alb.? — *Brasil. merid.*) . . . . Bolivaria. Cham. et Schl.

b. — 10-14-*part.*, basi campanulatus, lobis angustis subaequal. Cor. infundibuliform., fauce pubescente, limbo 5-6-part. patente. Stam. fauci inserta. Anth. dorso supra basin affixae, oblongo-lineares. Germ. obcordato-emarginatum; ovula in quoque loc. 2 septo affixa, superposita. Stigma capitatum. Caps.? 2-loc., 2-valv. — Caet. Bolivariae. (Frut. v. suffrut., fol. exstip. oppos. integerr., fl. term. solitar. pedunc. ebracteat flavis. — *Mexico.*) . . . . Menodora. Humb. et Bonpl.

CXXXII. JASMINEAE.

a. Corolla hypocraterimorpha, limbi 5-8-part. patentis lobis aestiv. imbricato-contortis. Styl. brevis. Ovula e basi dissepimenti adscendentia, anatropa, solitar. Sem. erecta, compressiuscula, demum exalbuminosa. Calyx tubulosus.

1. *Bacca didyma 2-sp. v. altero lobo saepius abortiente simplex 1-sp.* Seminis testa coriacea aut reticulato-cribrosa. Cotyled. carnosae. Cal. persist.. 5-8-dent. v. 5-8-part. Cor. tubo elongato. Stigma 2-lobum v. 2-fid. (Frut. saepe volubiles, fol. oppos. simpl. integr. v. lobat. aut ternat. v. imparipinnat., fl. ax. et term. saepius corymbos. fragrant. albis v. flavis. — *Asia et Afr. trop. et temp., Eur. mediterran., Australia, — ? Amer. trop.*) . . . . Jasminum. Tourn.
2. *Caps. chartacea, obcordata, compressa, septicido-2-partibilis, loc. 1-sp.* Sem. testa coriacea. Cotyled. foliaceae. Cal. obsolete 5-dentat. Stigma capitatum. (Frut. erect., ramulis 4-gonis, fol. oppos. subcordat. scabris, umbellis ax. et term. involucrat. — *Asia trop.*) . . . . Nyctanthes. L.

b. Corolla infundibuliform., carnosula, *limbi 4-partiti lobis lineari clavatis aestiv. valvatis* tubo calycem superante longioribus sub anthesi patentibus. Stam. imo tubo inserta. Germ. ovatum, 2-loc.; ovula solitar. erecta. Stigmata 2 sessilia, acuta. Fr. . . . ? Cal. urceolatus, acute 4-dentatus. (Frut. scandens, ramis 4-gonis, fol. oppos. integris 3-nerv. glaucis, panic. ax. et term. brachiatis. — *Ind. or.*) . . . . Chondrospermum. Wall.

CXXXIII. OLEACEAE.

A. Fructus drupaceus v. baccaceus. . . . . Tribus I. *OLEINEAE.*

I. Fructus drupaceus, abortu plerumque 1-spermus.

A. Corolla 4-part. v. 4-fida, rarissime nulla (v. Olea). Sem. albuminosa.

I. Germen 2-loc., loc. 3-ovulatis. Stigma sessile, crassum, latere angulatum, superne 2-cuspidatum. Drupa coriacea, 2-1-loc., nucleis 1-4-angulatis mucilagine obvolutis. Cal. parvus, 4-fid., persist. Cor. coriacea, globosa, 4-fida, intus plicata. Stam. 2 inclusa, medio tubo inserta, filam. brevissimis. (Frut. scandens, ramulis 4-gonis, fol. oppos. 3-nerv. interdum serratis, panic. ax. v. lateral. — *Java.*) . . . . Myxopyrum. Bl. †

II. Germen 2-loc., loc. 2-ovulatis. Drupa baccata. (Arb. v. frut., fol. oppos. simpl. integer.)

1. *Corolla globulosa, crassa, profunde 4-fida. Anth. 2 subsessiles, inclusae,* imo tubo insertae. Cal. minimus, 4-fid., persist. Stigma subsessile, truncato-capitatum. Putamen osseum, semibiloculare, abortu 1-sp. (Fol. chartacea, petiolis brevib. crassis lignescent., fl. ax. racemosis ochroleucis. — *Ins. Mascarenh.*) . . . . Noronhia. Stadm.
2. — *subcampanulata, brevis, limbo 4-fido v. 4-part. plano, rarius nulla. Stam. 2, exserta,* imo tubo inserta, in apetalis hypogyna. Cal. breve tubulosus, 4-dent. Styl. brevissimus, stig. 2-fido, lobis emarginatis v. integris. Drupa oleosa, putamine osseo v. in Phillyraea chartaceo-fragili, 1-2-loc., 1-2 sp. (Fol. coriacea; fl. ax. fasciculati v. racemosi aut paniculati albidi fragrantes. — *Patria in reg. trop. et temp. subdiffusa.*) . . . . Olea. Linn.
3. — *infundibuliform., tubo brevissimo, limbi 4-part. lobis linearib. elongatis. Stam.* 2 *v.* 4, *inclusa*, tubo inserta. Cal. brevis, 4-part. Styl. brevissimus, stig. emarginato-bilobo. Putamen osseum, sulcato-striatum, 1-loc., 1-sp. (Fol. membranacea; racemi ax. v term. simpl. v. compos., fl. luteis. — *Amer. bor. et trop., Asia calidior.*) . . . . Chionanthus. L.

B. Corolla 4-petala; petala basi mediantibus staminibus aut omnia aut per paria connexis. Cal. 4-fidus. Stam. inclusa. Germ. biloc., loc. 2-ovulat. Drupa baccata, putamine 1-loc. 1-sp. (Arb. v. frut., fol. oppos. simpl. integerrimis.)

1. *Petala linearia elongata.* Stam. 2 v. rarissime 4 et tunc petala omnia basi connexa. Cal. minimus. Albumen nullum. Cotyled. crassae. Caet. Chionanthi. (Fl. term. v. ax. racemosi v. glomerati, albi, lutei v. purpurei. — *Amer. et Asia trop.*) . . . . Linociera. Sw.
2. — *ovata, fornicato-concava*, staminibus 2 per paria connexa. Styl. subnullus, stig. emarginato-bilobo v. indiviso. Putamen chartaceum, nervosum, bipartibile. Albumen dense carnosum. Cotyled. foliaceae. (Habitus Oleae. — *Nova Holland.*) . . . . Notelaea. Vent.

II. Fructus baccaceus. (Arb. v. frut., fol. oppos. simpl.)

a. Flores ☿. Germ. 2-loc. Ovula in loculis 2 collateralia. Stam. 2, inclusa. (Fol. integerrima.)

1. *Bacca exsucca, abortu 1-sp.* Stigma subsessile, indivisum, obtusum. Cal. obsolete 4-dentat. Cor. globosa, coriacea, limbo semi-4-fido. Stam. corollae supra basin inserta. (Habitus Oleae; panic. term brachiatae. — *Java.*) . . . . Stereoderma. Blume.
2. — *carnosa, globosa, 2-loc., loc. 2- v. abortu 1-sp.* Styl. brevissimus, stig 2-fido-obtuso. Cal. breve tubulosus, 4-dent., decid. Cor. infundibuliform, tubo calycem superante, limbo 4-part. Stam. tubo inserta. (Flor. term. paniculati v. thyrsoidei. — *Europa, Asia occ.*) . . . . Ligustrum. Tourn.

b. Flor. dioici. Cal minutus, campanulat., persist., 4-fid., lobis acutis. Cor. campanulata, tubo brevi 4-sulco, limbi 4-fidi lobis plicato-cucullatis. Stam. 2; filam. brevia, crassa; anth. ovatae, erectae. Germ. ovatum. Styl. brevissimus, crassus, stig. bifido crassiusculo. Bacca ovata, 2-loc. Sem. pauca. . . .? (Fol. subserrata; racemi ax. breves; fl. parvi albi. — *Cochinchina.*) Tetrapilus. Lour. †

B. Fruct. siccus, capsularis aut samaroideus. Stamina 2. . . . . Tribus II. *FRAXINEAE.*

a. Fruct. capsularis, 2-loc., loculicido-2-valvis, (subcompressus), valv. medio septiferis. Sem. plus minus compressa; albumen carnosum. Germ. 2-loc. Stam. 2, corollae tubo inserta, inclusa.

1. *Cal. breve tubulosus, 4-dent., persist. Cor. infundibuliform., tubo calycem superante, limbo 4-part. aestiv. valvato.* Germ. loc. 2-ovulati. Styl. filiform, inclusus; stig. crassiusculo bifido. Caps. ovato-lanceolata, coriacea, valvis navicularib., loc. 2-sp. Sem. ala membranacea angusta cincta. (Frut. v. arbusc., fol. oppos. simpl. integerr. v. pinnatifidis, thyrsis term., fl. lilacinis v. albis fragrantib. — *Asia media et occid, Hungaria.*) . . . . Syringa. L.
2. — *brevissime campanulatus, 4-part., decid. Cor. subcampanulata, 4-part., tubo brevissimo lobis aestiv. contortis* Styl. brevis, stig. capitato-bilobo. Germ. loculis 00-ovulatis, ov. pluriseriatis. Caps. ovata, corticata, sublignosa, valvis planiusculis. Sem. in loculis pauca, hinc in alam angustam, inde in marginem angustissimum expansa. Albumen parcum. (Frut. fol. oppos. v. ternis v. quaternis simpl. integr. v. serrat. v. ternato-pinnatisectis, flor. praecocib. solitar. luteis rubro-striatis. — *China.*) . . . . Forsythia. Vahl.

b. Fruct. indehiscens, capsularis v. samaroideus, compressus, loc. 1-sp.

1. *Caps. chartacea, obovata, utrinque emarginata, stigmatib. superata, 2-3-loc.*, margine membranaceo angusto 2-3-alata. Germ. 2-3-loc., loc. 2-ovulat. Styl. brevis, stig. 2-3?-fidi lobis filiformib. Cal. Syringae. Cor. 4-petala, pet. basi staminum ope per paria connexis. Filam. setacea, exserta. (Frut., fol. oppos. integerr. ciliatis, pedunc ax. racemoso-cymosis, fl. albis. — *Syria.*) . . . . Fontanesia. Labill.
2. *Caps. coriacea, ovato-oblonga, superne in alam foliaceam expansa, 2-1-loc.* Germ. 2-loc., loc. 3-ovulat. Stigma subsessile bifidum. Cal. 4-part. aut nullus. Cor. 4-petala, 2-4-part. aut nulla. Stam. hypogyna. (Arb., rarius frut., fol oppos. simpl. v. impari-pinnatis, foliol. oppos. serratis, fl. panic. term. albidis polygamis. — *Asia temp., Eur., Amer. bor., Mexico.*) . . . . Fraxinus. Tourn.

CONTORTAE. *(Classis.)*

Conspectus ordinum et divisionum.

A. Germen semiinferum 5-loc. Stipulae vaginantes. (Caet. v. in char. generis.) — Ordo CXXXIV.? *ROUSSAEACEAE.*

B. — superum (cfr. Gaertnereae), **2- raro 3-loc., aut ovaria 2 discreta 1- v. subbilocularia.**

I. FOLIA STIPULATA, stipulis plerumque in vaginam brevem connatis, saepe obsoletis v. subnullis. — Ordo CXXXV. *LOGANIACEAE.*

† *Calycis et corollae segmenta isomera,* sc. 5, raro 4. *Stam.* 5 *v.* 4, *corollae lobis alterna* (raro 1, v. Usterieae).

A. Corollae aestivatio valvata.

I. **Embryo in basi albuminis subcornei prope umbilicum axilis, exiguus, rectus, cotyled. vix conspicuis,** radic. infera. Calycis gamophylli aestivatio imbricata (caet. v. in char. gen.) — Subordo I. SPIGELIACEAE.

II. — (in axi v. basi albuminis rectus) **plerumque umbilico ventrali parallelus, cotyled. conspicuis plano-convexis v. foliaceis.** Calyx aut 4-5-sepalus, sep. imbricatis, aut 4-5-part., aestiv. valvata. — Subordo II. STRYCHNEAE.

a. Fruct. 3-locularis, polyspermus. — Trib. I. *LABORDIEAE.*

b. — 2-locularis. Semina peltata.

1. Bacca polysperma. Semina aptera. — — II. *EUSTRYCHNEAE.*
2. — 2-sperma. Sem. aptera. — — III. *GARDNERIEAE.*
3. Capsula 2-partibilis, 2-sperma. Sem. alata. — — IV. *ANTONIEAE.*

B. Corollae aestivatio convolutiva. Fruct. 2-locularis (raro 4-loc., cfr. Potalicae). — Subordo III. LOGANIEAE.

a. Fruct. polyspermus. Sem. peltata.

1. Fruct. capsularis, bipartibilis. Sem. alata. (Flor. monandri.) — Trib. V. *USTERIEAE.*
2. — — Sem. aptera. — — VI. *EULOGANIEAE.*
3. — baccaceus. Sem. aptera. — — VII. *FAGRAEACEAE.*

b. Fruct. baccaceo-2-coccus, coccis 1-sp. Sem. e basi erecta, aptera. Germen interdum basi calyci subadnatum. — — VIII. *GAERTNEREAE.*

†† *Calycis et corollae segmenta anisomera. Cal. 4-fid. Cor. 10-fida. Stam. 10, corollae lobis opposita.* — Subordo IV. POTALIEAE.

II. FOLIA EXSTIPULATA, (raro obsolete stipulata, stipulis rudimentariis, cfr. Apocynaceae).

A. Pollinis granula discreta (nec in massas continuas coalita). Antherae 2-loc.

I. **Herbae** (raro suffrut. v. frut.) **succo aqueo amaro scatentes. Fol. marscescentia** (nec basi articulata decidua) exstip. Corollae aestivatio dextrorsum contorta aut induplicativa. Germ. ex ovariis 2 connatis conflatum, 1-loc., rarius semi-2- v. 4-loculare. Semina nunquam comosa. Embryo minimus. — Ordo CXXXVI. *GENTIANACEAE.*

a. Corollae aestivatio induplicativa (nec contorta). Glandulae hypogynae luteae petalis oppositae, staminibus alternae. Caps. 1-loc., valvis non introflexis. Albumen cavo seminis minus. (Folia alterna.) — Subordo I. MENYANTHEAE.

b. — aestivatio dextrorsum contorta. Gland. hypogynae. Caps. valvis introflexis nonnunquam imperfecte 2- v. 4-loc. Albumen seminis cavum aequans. (Folia opposita.) — Subordo II. GENTIANEAE.

II. **Arb. v. frut.** (raro herbae) **plerumque succo lacteo saepe venenato scatentes. Fol. basi articulata decidua,** interdum setulis interpetiolaribus obsolete stipulata. Cor. aestiv. sinistrorsum (rarissime dextrorsum) contorta. Ovaria 2 discreta, rarius in germen 2-loculare coalita, rarissime ovarium unicum 1-loc. Sem. saepe comosa. Embryo conspicuus, plerumque foliaceus. — Ordo CXXXVII. *APOCYNACEAE.*

A. Ovaria 2 in germen 2-loc. (rarius 1-loc.) ***connata.*** Fruct. baccaceus, raro capsularis, interdum demum dehisc. (v. Plectaneia, Chilocarpus, Allamanda). — Subordo I. CARISSEAE.

B. — 1 discreta, rarius plus minus cohaerentia.

a. Fruct. drupaceus, indehiscens, aut subdehiscens, v. Thevetia, Cerbera, Vallesia, Orchipeda), coriaceus, rarius 2-follicularis aut lomentaceus. — Subordo II. OPHIOXYLEAE.

b. — follicularis, folliculis membranaceis v. coriaceis, interdum carnosis pulposis, raro lignosis (v. Aspidosperma) subinde cohaerentibus (cfr. Echiteae, Wrightieae). — Subordo III. APOCYNEAE.

α. Semina ecomosa, saepissime peltata. — Trib. I. *PLUMERIEAE.*

β. — comosa.

1. Sem. peltata, margine ciliata, utraque extremitate ciliis elongatis comosa. — — II. *ALSTONIEAE.*
2. — ad umbilicum comosa. Folliculi coriacei v. membranacei distincti, rarius in capsulam connati (v. Beaumontia, Parsonsia, Heligme, Lyonsia, Anabata). — — III. *ECHITEAE.*
3. — ad extremitatem umbilico oppositam comosa. Folliculi distincti v. cohaerentes. — — IV. *WRIGHTIEAE.*

B. Pollinis granula fusiformia, bursa membranacea inclusa, massam continuam (pollinium) formantia, rarius quaternatim in massam nudam (nec bursa inclusam) connexa. Anth. 2-loc., plerumque in tubum coalitae, saepius apice connectivi processu membranaceo aut pilis terminatae, raro nudae; loculi appositi, paralleli, subinde 2-locellati, singuli pollinium diversae originis recipientes. Styli 2 approximati. Stigma 1, utrique stylo commune, plerumque discoideum 5-gonum, raro 2-00-fidum, ad angulos disci (antheris alternos) capusculum gerens cartilagineum v. glandulosum, cui pollinia 2 v. 4 ad diversas antheras pertinentia affixa sunt. Follic. discreti v. abortu solitarii. Sem. compressa, imbricata, plerumque comosa. (Frut. v. hb., plerumque lactesc.) — Ordo CXXXVIII. *ASCLEPIADEAE.*

I. **Pollinis massae 5-20, granulosae, solitariae v. quaternatim apicibus dilatatis corpusculorum stigmatis applicitae.** Antherae 1-4-loc. Filamenta omnino v. subdiscreta. — Subordo I. PERIPLOCEAE.

II. **Pollinia 20, laevia, quaternatim (ad anth. 2 pertinentia) apici corpusculorum exsulcorum stigmatis applicita.** Antherae 4-loc. Filamenta connata. — Subordo II. SECAMONEAE.

III. **Pollinia 10, per paria stigmatis corpusculis sulco longitudinali bipartitis affixa.** Anth. 2-loc. Filam. connata. — Subordo III. ASCLEPIEAE.

a. Pollinia pendula, apice v. supra medium lateris affixa. — Trib. I. *CYNANCHEAE.*

α. Corona staminea nulla, i. e. tubus filamentorum coalitorum extus nudus nec appendicibus (nectario auct.) ullis cinctus.

1. Corolla tubo fauceque esquamata. — Subtr. I. ASTEPHANEAE.
2. — — v. fauce squamis munita. — — II. METASTELMEAE.

β. Corona staminea varia, s. appendices variae discretae v. in coronam (nectarium) connatae tubum stamineum cingentes.

1. Corona stam. composita, 2-3-serialis, seriebus insertione distinctis. — — III. DITASSEAE.
2. — — simplex, gamophylla. — — IV. CYNOCTONEAE.
3. — — simplex, 5-phylla, foliolis discretis. Corolla subcampanulata. — — V. CALOTROPIDEAE.
4. — — simplex, 5-phylla, foliolis discretis. Corolla subrotata. — — VI. EUASCLEPIEAE.

b. Pollinis massae transversae, extremitate exteriori affixae, sub stigmate occultae. — Trib. II. *GONOLOBEAE.*

c. Pollinia erecta v. conniventia, basi v. infra medium affixa, stigmati incumbentia. — — III. *PERGULARIEAE.*

1. Antherae appendice membranacea terminatae. — Subtr. I. HOYEAE.
   α. Corona staminea nulla. — Div. I. SARCOLOBEAE.
   β. — — 5-phylla. — — II. TYLOPHOREAE.
2. Antherae apice exappendiculatae. — Subtr. II. STAPELIEAE.
   α. Corona staminea nulla. — Div. I. LEPTADENIEAE.
   β. — — simplex v. composita, 1-2-serialis, 5-20 loba, raro truncata. — — II. CEROPEGIEAE.

CXXXIV? ROUSSAEACEAE.

Genus unicum: Cal. persist., profunde 4-5-fidus, tubo brevi imae basi germinis adnato, lobis cartilagineis lanceolatis patulis v. reflexis aestiv. valvatis. Cor. perigyna, persist., 4-5-part. fere 5-petala, lobis lanceolat. cartilagin. extus villosis, aestiv....? Stam. 4-5, perigyna, petalis alterna vix breviora, filam. firmis basi non dilatatis, anth. basi affixis erect. 2-loc. longit. dehisc. Pollen ovatum. Germ. superne crassum 5-gonum, sensim productum in stylum conico-cylindricum persist., stig. glabro clavato-globoso demum margine revoluto et fere indusio cincto. Bacca carnosa semiinfera, 5-loc., (5-7?-loc.) ovato-pyramidata, acute 5-gona, angulis calycis sinubus oppositis deorsum in carunculas 3-angulares dilatatis, septis carnoso-membranaceis in axi confluentib., placent. crassis axi adnatis fungosis, loc. 00-sp. Sem. pulpa molli obvoluta, album. carnoso; embr....? (Frut. scandens, pseudoparasiticus, ramis teret.; fol. oppos. v. 3-4 verticillata, coriac., mucronato-acuminata, versus apicem remote calloso-dentata, penninerv.; stip. membranaceae, intraaxillares, vaginantes; pedunc. ax. solitar., 1-fl., basi bractea membranac. subvaginante cincti; fl. albidi intus purpurasc. — *Ins. Mascarenh.*) . . . . Roussaea. DC.

CXXXV. LOGANIACEAE.

A. Calycis et corollae segmenta isomera, sc. 5 (raro 4). Stamina 5 corollae lobis alterna (raro 4, rarissime 1, v. Usteria).

I. Corollae aestivatio valvata. . . . . Subordo I. SPIGELIACEAE.

A. Embryo exiguus (in basi albuminis prope umbilicum axilis). *Cotyled. vix conspicuae.*

Cal. persist., brevissimus, campanulat., 5-fid., lobis angustis erect. aestiv. imbricatis. Cor. infundibuliform., decidua, tubo longo sursum sensim ampliato, limbi 5-fidi lobis triangular. sinubus subinde plicatis. Stam. 5 aequalia, medio v. summo tubo inserta, raro exserta; anth. basifixae, subsagittatae, 2-loc., longit. introrsum dehisc.; pollen subtrigonum. Germ. 2-loc.; placentae e basi loculor. stipitatae, carnosae, subbilobae, ovula 6-15 placentae foveolis immersa, excentrice peltata. Styl. rectus, infra stigma horizontale v. subobliquum ellipticum concavum v. convexum (margine saepe ciliatum) articulatus. Caps. coriaceo-membranacea, didyma, compressa, 2-cocca, coccis subglobosis vertice 2-valvibus ad basin callosam circumscissis, basi cupuliformi persistente, placentis deciduis. Sem. in loculis pauca, subcuneato-angulata, scrobiculata, umbilico prope basin laterali. (Hbae v. suffrut.; fol. oppos. v. verticillata, integerr., ope petiolorum brevissimorum, basi stipuliformi-dilatatorum juncta; flor. in spicis secundis saepe arcuatis regulares ☿, rubri v. purpurei. — *Amer. trop. et bor.*) . . . . Spigelia. L.

B. Embryo conspicuus (in axi v. basi albuminis plerumque umbilico parallelus). *Cotyled. manifestae.* . . . . Subordo II. STRYCHNEAE.

I. Fruct. (capsula?) 3-loc., polyspermus...... Germ. 3-gonum, 3-loc.; placentae carnosae, oblongae, angulo centrali affixae, multiovulatae. Styl. brevis, crassus, stig. 3-gono-conico pubesc. . . . Tribus I. *LABORDIEAE.*
Cal. campanulat., 5-fid., lobis lanceolat. subinaequal. Cor. tubuloso-infundibuliform., regular., basi ventricosa, limbi patentis 5-fidi lobis lanceolatis intus fauceque villosulis. Stam. 5 fauci inserta, inclusa; filam. brevia; anth. cordatae, erectae. (Frut. glaber, fol. oppos. integerr., stip. axillar. dorso petiolo adnatis, fl. term. subumbellatis, pedunc. medio 2-bract., cal. flavescent., cor. flavido-albis. — *Ins. Sandwic.*) . . . . Labordia. Gaudich.

II. Fruct. 2-1-locularis, 1-2-00-sp. Sem. peltata.

a. Fruct. baccaceus v. drupaceus, abortu 1-loc., 00-sp. (v. abortu 1-sp.) *Sem. aptera,* umbilico ventrali. Album. cartilagineum. Germ. 2-loc. Styl. filiform. (Arb. v. frut., saepe scandent.; fol. oppos. integerr.; fl. albidi saepe fragrant.) . . . . Tribus II. *EUSTRYCHNEAE.*

1. *Bacca corticata,* poly- v. abortu 1-sp. Sem. in pulpa nidulantia, discoideo-compressa. Placentae carnosulae, septo utrinque adnatae. Stigma capitatum, indivisum. Cal. 4-5-fidus. Cor. tubulosa, fauce nuda v. barbata, limbo 4-5-fido patente. Stam. 4-5, fauci inserta, filam. breviss., anth. subexsertis. (Fol. petiolis basi connata, altero saepe abortivo ex axilla ramulum cirrhiformem exserente; fl. cymoso-corymbosi, rarius paniculati, ax. et term. — *Asia et Amer. trop.*) . . . . Strychnos. L.
2. *Drupa lignosa,* 00-sp. Sem. angulata. Stigma 2-partitum, laciniis filiform. Cal. campanulat., 5-dent. Cor. infundibuliformi., tubo longo filiformi, limbi 5-part. lobis obtusis. Stam. 5, inclusa, imo tubo inserta, filam. filiform., anth. conniventibus. (Rami longi sarmentosi, paniculae ax. parvae, pedunc. 3-5-fl., fl. nutant. — *Ins. Philippin.*) . . . . . Ignatia. L. fil.

b. Bacca carnosa, 2-loc., loc. 1-sp. Sem. aptera, dorso convexa, ventre plano umbilicata. Album. corneum. Embr. subincurvus. Germ. 2-loc., loc. 1-ovul., ovulis medio septo insertis. . . . . Tribus III. *GARDNERIEAE.*
Cal. turbinatus, 4-5-fid., persist. Cor. subrotata, 4-5-fida, fauce nuda. Stam. 4-5, fauci inserta; anth. subsessil. conniventes discretae aut in tubum cohaerentes. Styl. filiform., inclusus, stig. subbilobo. (Frut. scandent., glaberr., fol. oppos. integerr., axillis ciliatis, petiolis basi in marginem angustissimum amplexicaulem confluentibus, flor. ax. solitar. v. corymbosis. — *Napalia.*) . . . . Gardneria. Wall.

c. Capsula (coriacea, oblonga) *2-loc., septicido-2-partibilis, loc. 1-sp. Sem. alata,* oblonga, plano-compressa, basi et apice in alam membranaceam producta. Album. carnosum. Germ. 2-loc., loc. 1-ovulatis. Placentae e basi loculor. adnato-stipitatae, in laminam peltato-orbicularem liberam medio ovuligeram, subtus inferne lobulo spongioso auctam, expansae. . . . . Tribus IV. *ANTONIEAE.*
Cal. 5-sepalus, squamis conformib. pluriseriatim imbricatis tectus. Cor. infundibuliform., fauce barbata, limbi 5-fidi lobis revolutis. Stam. 5 exserta, fauci inserta. Styl. filiform., exsertus, stig. brevissime 2-lobo. (Arbusc., fol. oppos. integerr., petiolis margine angustissimo stipulari junctis, corymb. term., fl. albid. — *Amer. trop.*) . . . . Antonia. Pohl.

II. Corollae aestivatio convolutiva (cfr. Picrophloeus). Fruct. 2-loc. v. 2-coccus, (raro sub-1-loc., v. Fagraea). . . . . Subordo III. LOGANIEAE.

A. Fruct. polyspermus. Semina peltata.

I. Capsula septicido-2-partibilis, coriacea, ovato-oblonga, subcompressa. Semina alata (margine membranaceo cincta) compressa, imbricata. Album. carnosum, tenue. . . . Tribus V. *USTERIEAE.*
Cal. brevis, persist., 4-fid., lobo anteriore majore petaliformi. Cor. hypocraterimorpha, tubo basi ampliato intus villoso, limbi 4-part. lobis anteriorib. paulo majorib. divergentibus. Stamen unicum, tubo insertum, inclusum. Styl. brevis, inclusus, stig. bifido Germ. 2-loc., loc. 00-ovulatis, placentis e basi loculor. cylindricis erectis. Capsulae cocca sutura ventrali demum dehiscentia. (Frut., fol. oppos., petiolis margine stipulari obsoleto junctis, panic. term. — *Guinea.*) . . . . Usteria. Willd.

II. Capsula septicido-dehisc. Semina aptera. Cal. 5-part. Cor. 5-fida. Stam. 5, fauci inserta. . . . . Tribus VI. *EULOGANIEAE.*

a. Stigma indivisum. Corolla subcampanulata. Placentae septo adnatae.

1. *Cal. 5-part. Corollae faux villosiuscula.* Stam. subinclusa v. exserta. Styl. simplex, stig. clavato-capitato. Caps. coriacea v. sublignosa, 2-cocca, coccis sutura ventrali demum apertis. (Frut. v. hbae, fol. oppos. integerr, stip. in vaginam intrapetiolarem connatis v. liberis interdum nullis, fl. term. v. ax. corymbos. v. racemos. v. solitar. albis. — *Nov. Holl.*) . Logania. R. Br.
2. *Cal. acute 5-fid. Cor. intus hirsuta,* limbo patente. Filam. brevissima. Styl. brevis, crassus, stig. capitato. Caps. globosa, 2-valv., valv. deciduis septo parallelis, placent. pulposo-carnosis. (Frut., fol. coriac. oppos. integerr., stipularum loco nervulis transversalib inter petiolos junctis, racemis ax. solitar. bracteat. paucifl., fl. parvis. — *Java.*) . . . . . . Haemospermum. Reinw.

b. Stigma didymum, sulcatum; styl. brevis. Caps. coriacea, 2-valv., valv. deciduis, margine inflexo angusto, placentis persist. Sem. angulosa. Cal. turbinatus, 5-fid. Cor. urceolato-infundibuliform., intus villosa. Stam. exserta. (Frut., fol. oppos. integerr., stip. in vaginam intrapetiolarem commissis, fl. ax. corymbosis. — *Ins. Molucc., Mascarenh., Oceania, ?Brasil*) Geniostoma. Forst.

III. Fruct. baccaceus, indehiscens. Sem. aptera (vid. pag. seq.)

LOGANIACEAE.

(Continuat.)

A.II.*A.* (Loganieae.)

III. Fructus baccaceus, indehiscens. Semina aptera. Placentae carnosae v. pulposae. Cal. 5-part. (Arb. v. frut., fol. oppos. integerr. coriaceis, corymbis term. v. rarius ax. — *Asia trop.*) — **Tribus VII.** *FAGRAEACEAE.*

a. Stylus filiform., stig. indiviso. Cal. 5-part., persist. Cor. infundibuliform., tubo superne ampliato, limbi 5-fidi lobis obliquis patentib. aestiv. subcontorto-imbricatis. Stam. medio tubo v. supra inserta, exserta, filam. filiform., anth. incumbent. subcordatis. (Petioli basi dilatata in vaginam brevem stipularem confluentes.)

1. *Stigma peltatum.* Germ. disco annulari cinctum, nunc 2-loc., septo completo marginibus utrinque in placentam 2-lobam involuto, nunc subuniloculare, carpellorum marginibus parum inflexis aximque haud attingentibus placentisque ideo subparietalibus. Bacca corticata, ovalis, 2-sub-1-loc., placentis foveolatis. Cotyled. brevissimae. (Vagina stipularis interdum auriculato-biloba.) . . . . Fagraea. Thunb.

2. — *subcapitatum, obtusiusculum.* Discus germen cingens nullus. Bacca 2-loc., placentis septo affixis. (Vagina stipularis integra.) . . . . Cyrtophyllum. Reinw.

b. Styl. brevis, stig. emarginato obtuso. Bacca crustaceo-corticata; placentae in quoque loculo 2, ex inflexis septi marginibus ortae. Sem. angulata, reticulata, album. subcartilagineo ..... Cor. 5-part., tubo brevi, aestiv. imbricata. Stam. basi corollae inserta, brevia. (Stipulae.....?) . . . . Picrophloeus. Blume.

B. Fructus baccaceo-dicoccus, coccis 1-2-spermis. Semina e basi erecta. Cal. persist. (Fol. oppos., integerr., coriac.; petioli in stipulam laxe vaginantem connati.) — **Tribus VIII.** *GAERTNEREAE.*

a. Flores 5-meri. Cor. infundibuliform., limbo 5-fido. Anth. subsessiles, oblongae. Styl. filiform., exsertus, stig. bifido. Bacca exsucca, 2-loc., loc. 1-sp. (Fl. term. paniculat. v. corymbosi.)

1. *Cal. breve campanulatus, 5-dent., basi bibracteolatus.* Stam. fauci corollae inserta, inclusa. Germ. 2-loc., loc. 1-ovul., placentis minimis septi basi adnatis. Styl. exsertus, stigm. lobis setaceis patentibus. Bacca 2-pyrena, pyrenis chartaceis dorso convexis ventre planis. (Vaginae stipulares integrae v. margine fimbriatae. — *Ins. Mascarenh.*) . . . . Gaertnera. Lam.

2. — *turbinatus* (demum late cupulatus) *repando-5-dent., dent. acutis.* Cor. tubo ad antherarum insertionem barbato. Germ. calyci subadnatum, truncatum. Bacca crustacea, libera, utrinque sulco notata, 2-loc. Sem. orbicularia, plano-convexa. (Vaginae longe tubulosae; pedicelli apice 2-bracteolati. — *Zeylon.*) . . . . Sykesia. Arn.

3. — *turbinatus, ultra medium 5-fidus,* laciniis lineari-subulatis, tubo libero v. germini subadnato. Cor..... Stam..... Pistill..... Bacca oblonga, acuta, subangulato-sulcata, 2-loc. Sem. oblonga, acuta. (Vaginae jun. integrae, demum fissae et apice breve acuteque 2-dentatae; panic. contractae, fl. confertis. — *Ins. Mascarenh.*) . . . . Fructesca. DC. †

b. Flores 4-meri. Cal. turbinatus, brevis, 4-dent. Cor. urceolata, intus villosa, limbo 4-fido. Stam. 4, fauci inserta, inclusa. Germ. 2-loc.... Styl. bifidus, laciniis filiform. Bacca carnosa, 2-pyrena, pyrenis osseis dorso convexis ventre planis 2- v. abortu 1-spermis. Sem..... (Frut., vaginae stipular. laxae breves integrae, spicae interruptae ax. et term. — *Guiana.*) Pagamea. Aubl. †

B. Calycis et corollae segmenta anisomera. Cor. 10-fida. Stam. 10. . . . . — **Subordo IV.** POTALIEAE.

1. *Cal. 4-partitus, urceolatus,* lobis rotundatis imbricatis interiorib. minoribus. Cor. tubuloso-campanulata, tubo subcylindrico, limbi 5-fidi lobis erectis aestiv. subcontorto-imbricatis. Stam. inclusa, tubo inserta, lobis opposita; filam. subulata, brevia; anth. linear., erectae. Germ. disco annulari cinctum, 2-loc., loc. 00-ovulat., placentis carnosis septi basi utrinque adnatis. Styl. filiform., stig. peltato obsolete 5-lobo. Bacca turbinata, mollis, 2-loc., 00-sp. Sem. angulata, aptera, placentae immersa, amphitropa. Album. cartilagineum. (Frut., fol. decussato-oppos. integr., vagina stipulari interpetiolari, panic. term. corymbosa squamato-bracteata. — *Amer. trop.*) . . . . Potalia Aubl.

2. — *4-fidus.* Fruct. 4-locularis..... Germ. ex ovariis 2 conflatum. (*Guinea.*) . . . . Anthocleista. Afz.

CXXXVI? GENTIANACEAE.

Subordo I. *MENYANTHEAE.*

A. Semina nervo medio valvarum 1-seriatim affixa, indefinita, oblonga, convexa, nitida. Caps. (ut germ.) 1-loc., prope suturas ruptura irregulari dehiscens. Stylus filiform., stig. bilobo. Cal. 5-partitus. Cor. infundibuliform., limbi 5-fidi lobis intus fimbriato-barbatis (rarissime nudis) margine induplicato basique nudis. Glandulae epipetalae nullae. Stam. 5, tubo inserta, aequalia, anth. basi bilobis. (Hba paludosa, rhizomate articulato repente, fol. alt. 3-foliolatis, foliolis ovalibus, petiolis vaginantibus, caule florifero scapiformi subaphyllo racemo brevi simplic. bracteato terminato, fl. albis. — *Eur., Amer. bor., Asia temp. et bor.*) . . . . Menyanthes. L.

B. Semina placentis suturalibus affixa, pluriserialia. Cal. 5-part. Cor. subrotata, patens, limbo 5-part. Stam. 5 tubo inserta, aequalia, anth. cordatis. (Folia simplicia.)

1. *Capsula 2-valvis, valvis demum bifidis, sponte dehiscens.* Sem. subdefinita, sc. bina, aptera, muricata aut laevia. Germ. 1-loc., stylo terminali, stig. 2-lobo, lobis dentatis. Cor. carnosa, lobis nudis aut varie fimbriatis v. barbatis. Glandulae epipetalae nullae. (Hbae palustres, nec natantes, habitu Swertiae, fol. integris v. crenatis v. dentatis, caule scapiformi subaphyllo racemo v. flore solitario terminato. — *Afr. austr., Nov. Holl., Amer. bor.*) . . . . Villarsia. (Vent.) Griseb.

2. — *evalvis, nonnisi maceratione demum aperta.* Sem. indefinita, muricata aut laevia, interdum alata. Cor. tenera, fugitiva, lobis varie fimbriatis basi glandula epipetala munitis. Caet. Villarsiae. (Hbae natantes, fol. peltat. v. cordat. v. orbiculat, integerr.; pedunc. axillares 1-flori plerumque aggregati, petiolo adnati, rarius liberi; fl. lutei v. albi? interdum majusculi pulchri.) . . . . Limnanthemum. Gmel.

α. Pedunculi liberi (nec petiolo adnati). Flor. majusculi, speciosi, lutei. Glandulae epipetalae nullae. Semina pauca, complanata, alata, ciliolata. (Fol. approximato-subopposita. — *Europa, Asia media.*) . . . . Waldschmidtia. Wigg.

β. — *petiolo adnati* (quasi ex eo orti). Flor. mediocres v. parvi (albi?) glandulis epipetalis instructi. Sem. subglobosa, aptera, laevia v. muricata. — (*Asia trop. et temp., Afr. trop. et austr., Amer. trop. et bor., Nov. Holl.*) Nymphaeanthe. Rchb.

GENTIANACEAE.

(Continuat.)

Subordo II. *GENTIANEAE.*

A. Antherae introrsae.

I. Stylus conspicuus, deciduus.

A. Antherarum loculi absque connectivo appositi. Corolla rotata, circa capsulam marcescens (rarius decidua, v. Erythraeaceae). . . . . **Tribus I. *CHIRONIEAE.***

a. Calyx, 5-fidus. Corollae tubus brevis, limbus 5-fidus subcampanulatus, lobis deciduis, fauce nuda. *Stam. 5,* declinata. Stylus a staminibus divergens, apice incurvatus. Caps. 1-loc., imperfecte 2-valv., interdum subcarnosa, carpellorum marginibus introflexis placentiferis. (Hb. v. suffrut., ramis alt., fol. oppos. angustis, fl. term. subpaniculat. — *Afr. austr.*)

α. Discus hypogynus crenulatus inter corollam et stamina. Stam. tubo inserta; filam. basi complanata; anth. dextrorsum contortae, longit. dehisc. Stigma bilobum, lobis conniventibus. Caps. oblonga. Calyx ecarinatus. (Frut., foliis plerumque subtomentoso-pubesc., fl. rosels.) . . . . Orphium. E. Mey.

β. Discus hypogynus nullus. Calyx (saepe profunde) 5-fidus, lobis subcarinatis.

1. *Stigma bilobum, lobis conniventib. Stam. corollae tubo inserta,* filam. basi complanatis, anth. dextrorsum contortis longit. dehisc. . . . . Plocandra. E. Mey.
2. — *bilobum, lobis conniventibus. Stam. fauci inserta,* filam. brevib., anth. basi insertis rectis v. subrecurvis pseudo-4-thecis duris apice poro gemino dehisc. . . . . Chironia. (L.) E. Mey.

b. Calyx 4- (raro 5-) partitus v. 4-5-fidus. Corollae limbus 4-5-fid. v. 4-5-part. Stam. 4 (raro 5), filam. aequal. Anth. apice rimulis 2 (cfr. Exacum) brevibus poriformibus dehisc. (Hbae glaberr., fol. oppos.)

1. *Stigma indivisum, capitulatum. Styl. declinatus. Caps. globosa, 2-loc.,* septicido-2-valvis; placentae utrinque suturae valvularum interiori affixae, demum liberae. Cal. laciniae planae. Cor. subrotata, Stam. tubo inserta; anth. loculi interdum confluentes et rimula unica dehisc. (Flor. term. et ax. cymoso-corymbosi v. subumbellati. — *Ind. or.*) . . . . Exacum. (L.) Griseb.
2. — *bilobum. Styl. rectus, exsertus. Caps. ovoidea, 1-loc.,* e vertice 2-valvis, suturis placentiferis. Cal. angulatus, subcampanulatus, profunde 4-part., lobis saepe carinatis. Cor. hypocraterimorpha, tubo calycem aequante, limbo 4-part. Stam. 4 supra medium tubo inserta, filam. brevib., anth. erectis basifixis exsertis rectis. (Cymae term. subumbelliform. — *Brasil.* Deianira. Cham. et Schl.

B. Antherarum loculi mediante connectivo juncti.

I. Semina sessilia, placentis immersa. Infloresc. centrifuga, dichotoma, rarissime spicaeformis (cfr. Erythraeaceae).

A. Corolla spectabilis, saepius rotata, circa capsulam marcescens (raro decidua, cfr. Sabbatia). . . . . **Tribus II. *CHLOREAE.***

a. Stigmata 2. Germ. 1-loc., placentis suturalib. Caps. 2-valvis, 00-sp. Anth. longit. dehisc.

α. Stigmata immutata (nec demum torta). Filam. aequalia; anth. erectae, immutatae. (Hbae annuae, fol. oppositis, fl. term corymbos. v. solitar.)

1. *Calyx apterus, sepalis 5 v. 6 v. 8 subliberis v. in tubum coalitis angustis.* Cor. rotata, 5-8-part., tubo ventricoso, limbo patente deciduo. Stam. 5-8, fauci inserta filam. subulatis. Styl. apice bifidus, lobis (s. stigm.) oblongis obtusis. Placentae spongiosae. (Fol. oppos. saepe connata; fl. flavi. — *Eur. media et austr, Amer. bor, Mexico.*) . . . . Chlora L.
2. — *tubulosus, 4-carinatus v. 4-alatus, 4-fid.,* alis v. carinis in lacinias angustas erectas excurrentibus. Cor. infundibuliform., limbi 4-fidi lobis obtusis. Stam. 4 inclusa, imo tubo inserta, filam. hinc basi dilatatis. Styl. filiform., stig 2-lamellato. Caps. sub-1-loc., valvis paulo introflexis, hinc demum intus discretis. (Flor. rosei v. flavi. — *Amer. trop. et subtrop.*) Schultesia. Mart.

β. Stigmata 2 linearia, demum spiraliter torta. Styl. filiformis. Cal. apterus (rarius alatus) sepalis 2-5 subliberis v. in tubum coalitis. Cor. rotata, 5- rarius 6-12-fida, (decidua?) Stam. 5-16, tubo inserta; filam. aequalia; anth. erectae, demum recurvae, rarius subtortae. Caps. Schultesiae. (Hbae biennes, habitu et inflor. Chlorae et Schultesiae, fl. roseis v. albis. — *Amer. bor., Texas.*) . . . . Sabbatia. Adans.

b. Stigma capitulatum, indivisum. Stylus declinatus. Caps. semi-2-loc., valvis ad medium fere introflexis. Cal. breve campanulatus, apterus, 5-fid., bracteis involucratus. Cor. rotata, 5-fida. Anth. incumbentes, immutatae. (Hba glutinosa, fol. oppos. cordat. 7-nerv., cyma term. ampla dichotoma, fl. flav. — *Ins. Canar.*) . . . . Ixanthus. Griseb.

B. Corolla parva (rarius mediocris, cfr. Erythraea) **infundibuliformis,** (interdum bilabiata, v. Canscora), demum supra capsulam torta, rarius decidua (cfr. Schuebleria) eglandulosa, absque corona v. plicis. Anth. (semper?) erectae. Discus hypogyn. nullus. **Tribus III. *ERYTHRAEACEAE.***

† Corolla regularis.

a. Placentae valvares.

α. Antherae demum spirales exsertae; stam. 5, rarius 4, corollae tubo inserta; filam. basi aequalia. Sepala 5-4 sublibera v. in tubum carinato-angulatum 5-4-fidum connata. Cor. infundibuliform., tubo cylindraceo, limbo 5-4-part. Styl. rectus, exsertus, stig. obtuso 2-lamellato v. indiviso. Caps. linearis, 1-semibiloc. (Hbae simpl. v. ramosae, fol. oppos. sessil., fl. corymbos. v. panic. roseis v. alb. v. flav. — *Patria diffusa.*) Erythraea. Ren.

β. Antherae rectae, immutatae (raro subtortae, cfr. Zygostigma).

1. *Stigma 2-crure, cruribus conglutinatis erectis.* Caps. semibiloc. Cal. 5-part., carinatus. Cor. 5-fida, subcoriacea, lobis tubo subaequalib. Stam. 5, anth. interdum subrevolutae et uno anfractu tortae (Caet. et habitus Erythraeae. — *Amer. austr. extratrop.*) . . . . Zygostigma. Griseb.
2. *Stigma 2-lamellatum, lobis subrotundis.* Styl. rectus. Caps. 1-loc., 2-valv. Cal. tubulosus, 4-dent. Cor. subinfundibuliform., limbo brevi 4-fido. (Hbae flaccidae, ramosae, fol. oppos. latiusculis nervos., fl. term. — *Australasia et Asia trop.*) . . . . Orthoste on. R. Br.
3. *Stigma indivisum, capitulatum.* Styl. rectus. Caps. 1-semibiloc., 2-valv. Cal. subcampanulatus 4-dent. v. profunde 4-part. Cor. tubo brevi ventricoso, limbo 4-5-fido. Anth. 4-5 (interdum 3 abortivae.) Filam. basi aequalia, corollae tubo inserta. (Hbulae annuae, fol. oblong. v. filiform, fl. term. paniculat. v. ax. glomeratis, v. in caule simpl. solitar. — *Eur., Amer. austr. et bor., Ind. or.*) . . . . Cicendia. Adans.

b. Placenta centralis demum libera. Caps. 2-loc., valv. margine introflexis placentam attingentibus.

α. Stigma indivisum.

1. *Stigma capitatum v. cylindr. penicillato-glandulosum.* Styl. brevis. Cal. 5-part., subcarinatus. Cor. tubuloso-campanulata, 5-fida, decidua. Stam. 5, inclusa, filam. brevib. imo tubo insertis; anth. erectae, connectivo apice interdum in membranam v. corniculum producto. (Hbae simpl. v. dichotomae, fol. oppos. v. verticillat. angustis, panic. term. et lateral. bracteat., fl. parv. roseis v. flavis. — *Brasil.*) . . . . . Schuebleria. Mart.
2. *Stigma suborbiculare.* Cal 5-part., subcarinatus. Cor. marcescens, 5-fida, tubo subampullaceo. Stam. 5, inclusa, anth. hastatis demum recurvatis, apice 1- ad basin 2-glandulosis. (Hbula facie Cicendiae Candollei, cyma term. fl. flavis. — *Afr. austr.*) . . . . Lagenias. E. Mey.

β. Stigma 2-lobum v. emarginatum. Cor. marcescens.

1. *Stigma capitato-didymum, lobis subglobosis.* Styl. filiform. Caps. septicido-2-valvis. Cal. 4-5-part., carinatus. Cor. infundibuliform., tubo cylindrico, limbo 4-5-fido. (Stam. 4-5 exserta, anth. demum recurvatis. (Hbae, fol. oppos., fl. corymbos. luteis. — *Afr. austr., Madagasc., Nov. Holl.*) . . . . . . Sebaea. Sol.
2. *Stigma 2-lob., lobis conniventibus clavato-semiteretibus.* Placenta demum 4-partibilis. Cal 5-part. v. profunde 5-fid., carinatus v. alatus. Cor. 5-fida, tubo subcylindraceo. Stam. 5, inclusa, anth immutatis apice glanduliferis. (Caet. et habitus Sebaeae. — *Afr. austr.*) . . . . Belmontia. E. Mey.
3. *Stigma bilamellatum.* Placenta crassa, a valvis demum reflexis soluta. Cal. 4-part., lobis convexis v. subalatis. Cor. infundibuliform., 4-fida. Genitalia exserta. Stam. 4, (ex ic. didynama); filam. singula basi squamis 3 praedita; anth. immutatae, incumbentes. (Hbula habitu Sebaeae. — *Guiana.*) Apophragma. Griseb.

†† Corolla irregularis, subinfundibuliformis, marcescens aut decidua, **limbo 2-labiato,** labio superiore profunde 2-lobo, infer. emarginato. Stam. 4, tubo v. fauci inserta, superiora 3 saepe castrata, infimum longius; filam. inaequalia; anth. erectae, immutatae, superiores 3 saepe sessiles, lineares, infima subrotunda minor. (Styl. rectus, stig. 2-lamellato v. indiviso. Caps. 1-loc. Cal tubulosus cylindr., 4-dentatus. (Hbae annuae simpl v. diffuso-ramosae, fol. oppos. saepius 3-nerv., fl. term. dichotomo-paniculat. rarius spicatis roseis v. albis. — *Ind. or., Afr. oriental.*) . . . . Canscora. Lam.

II. Semina funiculis umbilicalibus suffulta. Inflorescentia centripeta, racemosa v. spicata v. axillaris. Calyx apterus. Filam. basi in vaginam inter stamina 5-4-dentatam confluentia. Anth. erectae, immutatae, loculis connectivo hinc in apiculum producto distinctis longit. dehisc. Discus hypogyn. nullus. Styl. deciduus. . . . . **Tribus IV. *HIPPIEAE.***

a. Stigma bilamellatum. Styl. filiform., plus minus declinatus. Caps. semi-2-loc, demum valvis intus discretis semi-4-loc. Cal. bracteis 3 calyculiformib. suffultus, campanulat., sub-4-5-gonus, 4- raro 5-part, lobis margine scariosis. Cor. marcescens, hypocraterimorpha, tubo cylindr. aequali, limbo-4-5-fido. Stam. 4-5 exserta (Hbae v. suffrut., interdum volubiles, fol. oppos. 1-nerv., spicis v. racem s term. v. ax. densifloris v. laxis, fl. 3-bract. albis. — *Amer. trop.*) . . . . Contoubea. Aubl.

b. Stigma indivisum (v. vix emarginatum) capitatum Caps. 1-loc. Cor. infundibuliform. Flor. 5-meri.

1. *Calyx turbinatus, 5-part.* Corollae lobi demum supra capsulam torti. Anth. exsertae, connectivo apiculatae. (Hbae perennes, foliosae, fol. oppos. palminerv., fl. in axillis aggregatis subsessil. — *Ind. or. et occid.*) . . . . Hippion. (Spr.) Gris.
2. — *tubulosus, inaequaliter 5-fidus.* Cor. 5-fida, aequalis. Stam. inclusa, filam. dilatato-fornicatis, anth. .... Styl. staminib. brevior, stig. capitato subemarginato. Caps. oblonga, 2-valv., valvis margine utrinque inflexis seminiferis. Sem. scrobiculata. (Hba, fol. oppos. angust. 3-nerv. amplexicaul., capitulis axillar. — *Java* Enicostema. Bl.

II. Stylus aut nullus aut persistens. (vide pag. seq.)

GENTIANACEAE.

Subordo II. *GENTIANEAE.*

(Continnat.)

A. (Antherae introrsae.)

II. Stylus aut nullus aut persistens.

A. Inflorescentia dichotoma (rarius racemiformis aut axillaris, v. Lisyanthus, Prepusa). **Calyx gamosepalus. Stylus conspicuus.** . . . . **Tribus V. *LISYANTHEAE.***

Corolla absque corona plicisve, rarissime glandulifera. Filam. linearia. Anth. longit. dehisc., nunquam tortae. Sem. placentis parietalib. spongiosis immersa.

† ***Stigma 2-fidum,*** bilamellatum (rarius bicrure, v. Lisyanthus, Irlbachia).

I. Calycis aestivatio imbricata, tubus brevis apterus, lobi 5 subaequales concavi margine saepius membranacei. Cor. hypocraterimorpha v. infundibuliform., 5-fida, subirregularis. Stam. 5 imo tubo inserta, inclusa v. exserta; filam. saepius inaequalia; anth. demum plerumque recurvae. Discus hypogynus nullus. Styl. filiform. Placentae plerumque intus utrinque discretae.

1. *Filam. inter se libera*; anth. incumbentes, rarius erectae, connectivo saepe in apiculum producto. Cor. marcescens, tubo saepius ovoideo supra germen constricto hinc ventricoso, lobis saepe cum fauce continuis. Caps. 2- rarius semi-2-loc., placentis valvarum margini interno insertis. (Frut. v. hbae, fol. oppos.; fl. term. laxe dichotomo-cymosi, rarius subracemosi, saepe speciosi, coerulei, rubri, lutei, albidi v. viresc. — *Amer. trop.*) . . . . Lisyanthus. P. Br.

2. — *annulo membranaceo inter se juncta*, inaequalia. Anth. erectae, sagittatae, demum arcuato-revolutae. Cor. demum decidua, tubo cylindr. aequali, lobis subinaequalib. a tubo distinctis, expansis supraincumbentib. Caps. perfecte 2-loc., placentis medio septo insertis. (Frut., fol. oppos. ovat. parvis, fl. ax. roseis. — *Andes Amer. trop.*) . . . . Leiothamnus. Griseb.

II. Calycis aestivatio valvata. Corolla regularis, decidua (cfr. Tachia).

*a. **Antherae erectae, demum recurvae, connectivo in apiculum producto.*** (Pollen echinatum, simplex v. 3-globosum.) Stam. 5 medio corollae tubo inserta, limbum aequantia, filam. basi aequal. Cal. campanulat., apterus, 5-fid., lobis erect. margine membranaceis. Cor. infundibuliform., limbi 5-fidi lobis apice utrinque glandulis pedicellatis tomentosis. Styl. filiform., stig. 2-cruri, crurib. cylindricis v. linearib. Caps. 2-loc., septicido-2-valv., valv. apice stylo persist. connexis margine inflexo placentiferis. (Hbae annuae, graciles, fol. oppos. 3-5-nerv., panic. dichotoma, fl. alternis cyaneis. — *Brasil.*) . . . . Irlbachia. Mart.

*b. **Antherae immutatae*** (sagittatae, muticae). Styl. filiform., stig. 2-lamellato. Germ. disco annulari carnoso cinctum.

1. *Calyx tubulosus, acute 5-gonus, 5-dentatus.* Cor. subhypocraterimorpha (interdum persist.?), tubo cylindr. superne ampliato, limbi 5-part. lobis patulis v. reflexis. Genitalia exserta v. subinclusa. Stam. 5 imo tubo inserta, aequalia, anth. erect. Caps. sub-1-loc., valv. margine parum inflexis intus discretis. (Arbusc. v. frut., fol. oppos., petiolis in vaginam confluentib., fl. ax. pedunc. solitar. v. term. flavesc. — *Amer. trop.*) . . . . Tachia. Aubl.

2. — *laxe campanulatus, 6-alatus (rarius apterus teres) 6-dentatus*, coloratus. Cor. campanulata, 6-fida, tubi basi disco adnata persist. Stam. 6, fauci inserta, subinclusa, anth. obtusis erect. v. incumbent. Caps. semibiloc., valv. introflexis placentiferis. (Frut. v. hb., fol. oppos., superiorib. subinde connatis, fl. term. racemos. v. cymosis magnis speciosis luteis. — *Brasil.*) . . . . Prepusa. Mart.

†† ***Stigma indivisum.*** Cor. regularis, limbo 5-part.

a. Stamina imo corollae tubo inserta, anth. immutatis, muticis. Cal. 5-gonus v. 5-alatus, 5-part., lobis planiusculis. (Frut. v. suffrut. habitu Lisyanthi.)

1. *Annulus glandulosus continuus germen cingens. Stam. aequalia, anth. erectis.* Stigma capitulatum. Caps. sub-1-loc., valvis paulo inflexis intus discretis. Cor. hypocraterimorpha, demum decidua, tubo tenui longo gracili apice campanulato-inflato limbo patente. — (*Madagascar.*) . . . . Tachiadenus. Griseb.

2. — *glandulosus nullus. Stam. inaequalia, anth. incumbent.* Stigma capitulatum v. umbraculiforme. Caps. 2-loc. v. semi-2-loc., valvarum marginibus inflexis invicem connatis v. discretis. Cor. infundibuliform., tubo supra germen constricto. (Flor. graciles, albidi v. flavi. — *Antill., Mexico.*) . . Leianthus. Griseb.

b. Stamina summo corollae tubo inserta, inclusa, filam. brevib. aequalib., anth. erect. immutatis. Disc. hypog. nullus. Styl. filiform., stig. depresso-capitato. Caps. semibiloc., 2-valv. Sem. utrinque membranaceo-acuminata, scobiformia. Cal. 5-fid., apterus. Cor. hypocraterimorpha v. infundibuliform., tubo basi et apice inflato, demum fisso, limbo patente. (Hbae subparasiticae decolores, fol. oppos. parv. squamiform., fl. term. solitar. v. geminat. v. paniculat., calycibus interdum 2-bracteolatis. — *Amer. trop.*) . . . . Voyra. Aubl.

B. Inflorescentia racemiformis, centrifuga. **Sepala sublibera aut membrana intracalycina juncta.** Stigmata saepius sessilia. Corolla aequalis, glandulis v. foveis nectariferis aut corona v. calcaribus praedita. Filamenta plerumque complanata et basi in annulum connata. Semina placentis immersa. . . . . **Tribus VI. *SWERTIEAE.***

I. Caps. 1-locularis, 2-valv., placentis spongiosis suturis insertis aut lamellosis valvulis adnatis.

A. Foveae glanduliferae epipetalae nullae.

*a. **Stigmata 2 discreta, terminalia.*** Filamenta basi aequalia. Anth. erectae, immutatae. Sem. membranaceo-marginata.

1. *Stylus conspicuus*, stig. oblongis pruinosis revolutis. Caps. demum stipitata, placentis suturis insertis. Cal. tubulos. 5-fid. Cor. subclavato-infundibuliform., marcescens, plicis intermediis aucta, eglandulosa. Stam. 5 corollae basi inserta. Disc. hypogynus 5-lobus. (Hba volubil., fol. oppos. 3-nerv., fl. ax. solitar. v. fasciculat. coerul. majusc. speciosis. — *Ind. or.*) . . . . Crawfurdia. Wall.

2. — *brevissimus v. nullus*, stig. obtusis revolutis aut contiguis et tunc infundibuliform. Cal. varius, 4-10-fid. v. part. (lobis saepe inaequal.) rarius dimidiato-spathaceus. Cor. infundibuliform. v. hypocraterimorpha v. campanulata v. rotata, plerumque eglandulosa, fauce nuda v. fimbriato-barbata, limbo 4-5- rarius 6-10-fido, lobis alternis nanis, sinubus saepe plicatis. Stam. 4-5, tubo inserta. (Hbae habitu foliis inflor. et fl. multifariae; fl. coerul. v. lilacin. purpur. lutei v. albi. — *Eur. Asiae et Amer. regiones temp. v. alpinae, Nov. Holl.*) . . . . Gentiana. Tourn.

*b. **Stigm. 2, germinis suturis juxta totam longitud. adnata.*** Cal. profunde 5- (raro 4-7-) partitus. Cor. rotata, 4-7-fida, patens, fauce breve squamoso-fimbriata, plicis nullis. Stam. 4-5 fauci inserta, aequalia. (Hbae ramosae, fol. oppos. obtus., pedunc. elongat., fl. coerul. — *Alpes et region. arcticae Eur. et Asiae.*) . . . . Pleurogyne. Eschsch.

*c. **Stigma indivisum*** (aut 2-lobum?) ***prismaticum,*** interdum sessile. Sem. valvarum superficiei (cui placentae adnatae) inhaerentia. Cal. profunde 4-part. Cor. subinfundibuliform. v. rotata, tubo brevi, limbo 4-part. erecto v. patente, plicis nullis. Stam. 4, tubo inserta. (Hbae, fol. oppos. subulatis, fl. term. — *Amer. bor.*) . . . . Centaurella. L. C. Rich.

B. Foveae glandulosae epipetalae corollae faucem cingentes.

*a. **Corolla ecalcarata.*** Stam. fauci inserta, anth. immutatis.

α. Foveae epipetalae fimbriis ciliisve cinctae (nec squamula tectae.) Cor. rotata, corona v. plicis destituta. Sem. membranaceo-marginata v. alata. (Hbae perenn. v. biennes, flor. coerul. v. viresc. v. albidis punctatis.)

1. *Styl. distinctus, stig. 2 brevib. patulis.* Sem. subdefinita, magna, suturis affixa. Cal. 4-part. Cor. 4-fida, decidua. Filam. 5 basi aequalia aut in annulum brevem connata. (Fol. oppos. v. verticillata; pedunc. ax. 1-fl. v. term. paniculati v. cymoso-racemosi. — *Amer. bor.*) . . . . Frasera. Walt.

2. — 0. *Stig. 1, reniforme, raro 2 distincta.* Sem. 00, valvis inserta. Sepala 5 sublibera. Filam. basi aequalia. (Fol. infima alterna; fl. racemosi v. cymosi rarius solitar. — *Eur., Asia.*) . . . . Swertia. (L.) Griseb.

β. Foveae epipetalae squamulis tectae. Cor. rotata plicis destituta. Sepala sublibera. Semina suturis aut saepius valvularum superficiei inserta. Styl. brevis v. 0, stig. 2 erectis connatis aut distinctis et demum revolutis.

1. *Corollae faux corona destituta*; foveolae nunc squamula hinc fimbriata nunc membrana fere ubique adnata tectae, hinc fimbriis cinctae; limbus 4-5-part. Stam. 4-5; filam. basi aequal. v. in annulum connexa. Sem. (omninm?) alata. (Hbae paniculato-ramosae, fol. oppos., fl. term. cymos. v. subcapitat. alb. coerul. purpur. v. luteis. — *Ind. or.*) . . . . Ophelia. Don.

2. *Corollae faux coronula tenuissima fimbriata aucta*; limbus 4-fidus lobis 2-foveolatis, squamulis integris. Stam. 4, filam. basi aequalia. Sem. subdefinita, globosa, aptera. (Hbae tenerae, fol. oppos., pedunc. reflexis., fl. cyaneis v. viresc. v. rubent. — *Asia bor., ins. Curil.*) . . . . Anagallidium. Griseb.

*b. **Corolla campanulato-subrotata 4-fida, lobis basi in calcar intus glanduliferum productis,*** plicis v. corona nullis. Stam. 4, filam. basi aequal. Stigm. 2 terminalia, saepe connata et cum germine conflua. Placentae suturales. Sepala 4 sublibera. (Hbae, fol. oppos., pedunc. term. et ax. saepe cymosis, fl. alb. v. viresc. — *Sibir., Himalaya, Amer. bor. et Andes Amer. trop.*) . . . . . . Halenia. Borkh.

II. Caps. 2-locularis apice septicido-2-valv. 00-sp. Cor. sub-campanulata, regularis, plicis v. corona destituta.

1. *Stylus.* 0. *Stig. 2 oblonga, obtusa.* Placenta centralis valvarum marginibus introflexis contigua, demum libera. Sepala 4 sublibera. Cor. 4-fida, marcescens, fauce nuda, lobis extus basi glandula sessili v. pedicellata instructis. Stam. 4, tubo inserta, filam. aequal., anth. immutatis. (Hbae paniculato-ramosae, fol. oppos. angustis, fl. term. et ax. flavesc. — *Mexico, Quito.*) . . . . Exadenus. Griseb.

2. — *brevis, persist., stig. capitulato.* Caps. valvae initio cocciformes stylo connexae, demum secedentes et singulae styli fissi parte rostratae ipsaeque fissura ventrali apice dehiscentes. Sem. subglobosa, 2-serialia, aptera? Placentae medio septo demum bipartibili utrinque adnatae. Cal. campanulat. 5-fid. Cor. 5-part., fauce pilosa. Stam. 5, inclusa, filam. brevissimis. (Hbae, fol. oppos., cymis term. subscorpioideis, fl. secundis sessil. parv. 1-bracteolat. — *Amer. trop. et bor. calidior.*) . . . . Mitreola. L.

III. Bacca carnosa, 1-loc., 00-sp., plac. 3 parietal. Sem. cristata. Styl. filiform., stig. 2-fido revoluto. Germ. stipitatum, basi urceolo brevi cinctum. Cal. et cor. tubulosa, 5-fid. Stam. 5 inclusa, anth. sagittatis. (Hba volubil., fol. oppos. 3-nerv., pedunc. ax. 1-fl. medio 2-bracteatis. — *Java.*) . . . . Tripterospermum. Blume.

B. Antherae extrorsae, sagittatae, 2-loc., longit. dehisc. Stam. 4 fauci inserta, saepius inclusa, filam. filiform. aequal. . . . . **Tribus VII. *MITRASACMEAE.***

Cal. angulatus, 4-rarius 2-fidus. Cor. decidua, tubo angulato, limbo 4-part. aequali. Styl. basi 2-fidus, apice simplex, stig. indiviso v. bilobo. Caps. 2-loc., apice tantum inter styli crura dehisc., 00-sp. (Hbae saepe pubesc.; fol. radical., caulina nulla aut oppos., saepe connata; flor. term. umbellati, rarius ax. solitar. — *Nov. Holl.*) . . . . Mitrasacme. Labill.

CXXXVII. APOCYNACEAE.

Subordo I. *CARISSEAE.*

A. Corollae faux squamis aucta. Calyx 5-part. Genitalia inclusa. Stam. 5, filam. brevissimis. Fructus polyspermus. Sem. plus minus compressa, umbilico ventrali.

1. *Germen 1-loculare*, compressum. Styl. filiformis, stig. peltato v. capitato v. bilobo. Caps. coriacea, subrotundo-elliptica, subcompressa, echinata, 1-loc., 2-valvis. Sem. funiculo umbilicali e valvarum margine pendula, deorsum imbricata, ala membranacea late cincta; album. parcum, cartilagineum. Cor. infundibuliform., tubo cylindrico, fauce squamulis 5 ciliatis aucta, limbi ampli campanulati 5-fidi lobis subinaequalib. Stam. fauci inserta, anth. sagittatis conniventib. (Frut. v. suffrut. erecti v. scandent.; fol. verticillata, interdum setulis interpetiolarib. substipulata, pedunc. term. et interpetiolar., fl. cymos. magnis speciosis luteis. — *Amer. trop.*) . . . . **Allamanda. Linn.**

2. — *2-loculare*, conicum, ovulis in placentis utrinque septo adnatis amphitropis. Styl. brevis, stig. incrassato apice brevissime 2-cuspidato. Bacca carnosa, globosa, interdum submuricata, (1-loc.?). Sem. in pulpa nidulantia, sessilia?, aptera; album. carnosum. Cor. hypocraterimorpha, tubo cylindr., fauce squamulis 5 bifidis aut 20 biseriatis clausa, limbi 5-fidi lobis obliquis. Stam. medio tubo inserta, anth. oblongis. (Frut. sarmentosi, fol. oppos., cymis axillar. — *Asia trop., Oceania.*) . . . . **Melodinus. Forst.**

B. Corollae faux esquamata, nuda v. rarius barbata.

I. Germen 2-loc.

A. Fruct. baccaceus, indehiscens. Stamina inclusa. (Frut. v. arb., fol. oppositis.)

I. Flores 5-meri. Cal. 5-part. Stam. 5. Stigma 2-fid. v. 2-cuspidatum. Sem. compressa, albuminosa.

1. *Bacca 1-loc., carnosa, ovata, 00-sp.* Sem. in pulpa nidulantia, ovata, umbilico ventrali. Ovula in placentis septo (demum evanido) utrinque adnatis amphitropa. Cor. hypocraterimorpha, tubo angusto superne ventricoso intus villoso, limbi 5-fidi lobis patentib. Stam. medio tubo inserta, filam. brevissimis, anth. cuspidatis connivent. Styl. filiform., stig. conico 2-cuspidato. — (*Brasil.*) . . . . **Hancornia. Gomez.**

2. — *2-loc., oligo-v abortu 1-sp. Sem. peltata.* Placentatio Hancorniae; ovula pauca. Styl. filiform.; stig. e basi dilatata bifidum. Cor. infundibuliform. v. hypocraterimorpha, fauce nuda v. villis clausa, limbo 5-part. Stam. medio tubo inserta. (Frut. setulis interpretiolarib. substipulati, pedunc. ax. v. term. plurifloris subinde sterilib. spinescentib. — *Asia et Austral. trop., Afr. austr.*) . . . . **Carissa. L.**

3. — *2-loc., ovata, coriacea, 00-sp. Sem. septo gracili utrinque inserta, lato-compressa, aspera, umbilico marginali?* Styl. 4-gonus; stig. e basi orbiculata ovatum, apice 2-cuspidatum. Cor. hypocraterimorpha, tubo cylindr. superne angustato, fauce nuda, limbi 5-part. lobis obliquis undulatis. Anth. 5 subsessiles, imo tubo insertae, sagittatae. (Arbusc., fol. saepe alterne inaequalib., pedunc. ax. v. term. 3-4-fl. 1-bracteat. — *Guiana.*) . . . . **Ambelania. Aubl.**

1. *Follic. rostrati, spinis innocuis echinati. Stigma muticum.* Pollinia ventricosa, infra apicem attenuatum affixa. Coronae stam. laciniae intus e basi processum adversum ligulatum v. bicrurem stigmati incumbentem exserentes, sinus lacinula minutissima interjecta aucti aut nudi. (Hbae pubesc., pedunc. interpetiolar. — *Afr. austr.*) . . . . Schizoglossum. E. Mey.

2. — *graciles, laeves, erecti. Stigma longe rostratum,* apice clavatum, compressum. Pollinia apice attenuato affixa. Coronae stam. laciniae antheris oppositae, oblongae, obtusae, intus carinatae. Corolla patens. (Hba multicaulis, caulib. subsimpl. virgatis, fol. linear., pedunc. term. et ax. longis, umbellis subglobosis, fl. flavesc. — *Afr. austr.*) . . . Cordylogyne. E. Mey.

3. — *ventricosi, laeves. Stigma muticum.* Pollinia apice attenuato affixa. Coronae stam. cyathiformis laciniae antheris oppositae obtusae, carinato-complicatae. (Suffrut., fol. oval., umbell. ax. ∞-floris. — *Afr. bor.*) . . . . Solenostemma. Hayne.

†† **Corona staminea intus laciniis accessoriis carinisve destituta.** Cor. subrotata, 5-part.

a. — stam. tubulosa, ore 5-10-fido. Pollinia apice attenuato inserta. Stigma apiculo bifido. Follic. graciles, laeves, reflexi. Cal. 5-part. (Hbae volub., fol. oppos. subcordat., umbellis interpetiolar. — *Afr. austr.*) . . . . Cynoctonum. E. Mey.

b. — stam. scutelliformis, carnosa, 5-10-loba. Pollinia ventricosa, infra apicem attenuatum affixa. Stigma apiculo brevissimo integro. Follic. ventricosi, laeves, patentes. Cal. 5-part, (Hbae erectae v. apice volub., fol. opp., umbell. interpetiolar. — *Europa, Afr. boreal., Arabia*) . . . . Vincetoxicum. Moench.

c. — stam. 5-partita. (Follic. ignoti.)

1. *Stigma pyramidatum, emarginatum.* Cal. 5-fidus. Corona stam. imo filamentorum tubo adnata, laciniis antheris oppositis planis oblongo-lanceolatis apiculatis. Poll. apice attenuato affixa. (Hba volub. glabra, fol. oppos. angustis, umbellis term. et lateral., fl. albis — *Afr. austr.*) . . . . Glossostephanus. E. Mey.

2. — *elongato-rostratum indivisum.* Cal. 5-part. Coronae stam. laciniae nanae, cucullatae, antheris alternae. Poll. ventricosa, latere affixa. (Frut. volub. glaber, fol. oppos. cordat., racemis interpetiolar., corollae limbo barbato. — *China bor.*) . . . . Metaplexis. R. Br.

II. Corona staminea 5-phylla, foliolis distinctis (rarius ima basi connatis cfr. Kanahia, Xysmalobium).

Subtribus V. CALOTROPIDEAE.

A. Corolla campanulata, rarius subcampanulata aut subrotata (cfr. Sonninia, Oxypetalum, Schistogyne). Antherae appendice membranacea terminatae. . . . .

† **Coronae stamineae foliola intus lacinula aucta.** Cal. 5-part. Follic. ignoti.

1. *Stigma rostro elongato indiviso terminatum.* Cor. tubo brevi urceolato, limbi 5-part. lobis acuminatis supra pubesc. Coronae stam. foliola obtusa, intus squamula aucta. Pollinia ventricosa, juxta apicem affixa. (Pl. volub. glaberr., fol. oppos. angustis, corymbis paucifllor., fl. majusculis. — *Chile.*) . . . . Sonninia. Rchb.

2. — *excurrens in rostrum elongatum striatum, coronam stam. duplo superans, apice dilatatum in discum pateraeformem margine incisum undulato-crispum.* Cor. tubo ventricoso, limbi 5-part. lobis longissimis reflexis tortis. Cor. stam. exserta, foliolis carnosis apice emarginatis intus ligula auctis. Poll. linearia, curvaturae processuum dein adscendentium apice affixa. (Frut. volub. tomentos, fol. oppos., umbellis extraaxillar. — *Brasil.*) Calostigma. Decaisne.

†† **Coronae stamineae foliola simplicia** (nec intus squamula aucta, cfr. Oxypetalum).

A. Coronae stamineae foliola basi aequalia (nec recurvo-saccata).

I. — — — acuta aut subulata aut apice attenuata v. acuminata.

a. Coronae stamineae foliola apice inciso-biloba, membranacea, corollae faucem superantia. Pollin. clavata, curvaturae processuum dein adscendentium affixa. Stigma elongatum, striatum, apice bipartitum. Follic. laeves, elongati. Cor. tubus subventricosus, limbi lobi elongati. (Hbae erect, simpl., tomentos., fol. oppos., fl. extraaxill. interdum ad caulis apicem congestis umbellat. v. subcymosis. — *Brasil.*) . . . . . Schizostemma. Decaisne.

b. — *stamineae foliola indivisa* (rarius bifida, v. Kanahia). Stigma 5-gonum, muticum.

1. — *stamineae foliola e basi incrassata subulata, indivisa v. bifida* (laciniis contiguis) ima basi invicem subconnata, supra medium filamentorum tubo imposita. Columna genital. semiinclusa. Poll. ventricosa, apice affixa. Stigma marginatum, medio conicum umbilicatum. Follic. graciles v. crassiusculi, laeves v. striati. Sem. lagenaeformia, marginata. (Hb. v. frut. erect., habitu et infl. Gomphocarpi frutic. — *Arab., Abyssin ?*) . . . . Kanahia. R. Br.

2. — *stamineae foliola carnosa, subulato-elongata, medio ventricosa,* filamentis opposita, subexserta. Columna genital. exserta. Poll. ovata, ventricosa, sub apice affixa. Stigma obtuse conicum. Follic. saepe solitarii, subventricosi, laeves. (Frut. volub. glaber, fol. oppos. cordat., fl. racemoso-corymbos. albis speciosis. — *Ind. or.*) . . . . Rhaphistemma. Wall.

3. — *stam. foliola crassa, appendice carnosa inflexa terminata.* Corolla fauce pilosa, limbi laciniis tubo vix longioribus. (Caet. nondum descr. — *Brasil.*) . . . . Pachyglossum. Decaisne.

II. Coronae stamineae foliola obtusa (nec acuminata, nec appendiculata).

a. Stigma sub-7-partitum, laciniis subulato-filiform. Follic. .... Cor. rotato-campanulata, limbi 5-part. lobis elongato-acuminatis. Corona stam. foliola oblonga, obtusa, membranacea. Poll. ovata, ventricosa, infra apicem affixa. (Frut. volub., glaber., fol. oppos. subcordat., corymbis interpetiolar. umbellatis. — *Brasil. austr.*) Schistogyne. Hook. et Arn.

b. — *2-apiculatum v. bifidum* (v. pag. sequ.)

ASCLEPIADEAE.

Subordo III. ASCLEPIEAE. Tribus I. *CYNANCHEAE.*

(Continuat.)

C.*I.*C.*II.A.*††*A.*II.

b. Stigma biapiculatum v. bifidum. Cal. 5-part.

1. — *conicum, bifidum.* Follic. laeves. Coronae stamineae foliola plana, obtusa. Pollinia apice affixa. (Hba. volub., fol. oppos. linear., umbellis interpetiolar. pauciflor. — *Amer. bor.*) — Seutera. Rchb.
2. — *elongato-acuminatum, bipartitum.* Foll. oblongi, subcompressi, laeves. Corollae tubus brevis ventricosus, limbi lobi elongati. Coronae stam. foliola subrotunda, obtusa v. truncata, carnosa. Poll. linearia, curvatùrae processuum demum adscendentium affixa. (Suffrut. volub. v. hbae erectae, fol. oppos., fl. interpetiolar. corymbos. v. solitar. suaveolent. — *Amer. trop.*) . . . . . Oxypetalum. R. Br.
3. — *conico-rostratum, elongatum, apice subbiapiculatum,* corpusculis elongatis apice capitellatis. Follic..... Corolla campanulata, 5-part., tubo brevi. Coronae stam. foliola tenuia, membranacea, plana. Pollinia compressa, anguste oblonga, apice affixa ad curvaturam appendiculorum in apiculum adscendentem desinentium. (Frut. volub. glaber, fol. angustis, cymis interpetiolar. dichotom. diffusis pauciflor. — *Afr. austr.*) . . . . . Oncinema. Arnott.
4. — *biapiculatum.* Follic..... Cor. tubo basi ventricoso-inflato, limbo 5-fido connivente. Corona stam. tubo stamineo incluso inserta, foliolis dorso corollae adnatis sursum liberis cucullatis. Poll. compresso-clavata, processubus deflexis affixa. (Hbae volub., fol. oppos., pedunc. interpetiolar. cymosis. — *Amer. trop.*) . . . . . Araujа. Brot.

B. Coronae stam. foliola carinaeformia, tubo filamentorum longitudinaliter adnata, basi recurva saccata, superne lateribusque lobis submembranaceis stipata. Poll. compressa, apice attenuato affixa. Stigma muticum v. obsolete apiculatum. Follic. ventricosi, laeves. Corolla subcampanulata, tubo angulato, angulis intus saccatis, limbo 5-part. (Frut. erecti glabri, fol. oppos. latis, umbellis interpetiolar., fl. speciosis. — *Asia austr. et occ., Afr. bor. et trop.*) — Calotropis. R. Br.

Subtribus VI. EUASCLEPIEAE.

B. Corolla subrotata. Calyx 5-part. v. 5-fidus. Antherae appendice membranacea terminatae.

† **Stigma muticum, indivisum** (nec acuminatum, nec bifidum).

a. Corona staminea 5-phylla.

* ***Coronae stam. foliola cucullata v. concava v. carinata v. complicata v. basi saccata.*** Stigma depressum, muticum.

I. — stamineae foliola basi extus crasse gibba aut corniformia, aut concava. Corolla rotata.

1. *Coronae stam. foliola basi extus processu gibbiformi crasso obtuso aucta,* antheris opposita, intus tubo stamineo verticaliter adnata, aversa, apice soluta. Poll. ventricosa, infra apicem affixa. Stigma punctiforme v. umbilicatum, marginibus incurvis. Follic. laeves, obsolete 3-goni, hinc planiusculi. (Suffrut. volub., fol. oppos., umbellis interpetiolar. — *Asia et Afr. trop.*) . . . . . Pentatropis. R. Br.
2. — *stam. foliola curvata, carnosa, crure exteriore e basi crassa intus concava in cornu rectum conicum obtusum sursum producto,* interiore summo filamentor. tubo inserto antheris alterno squamiformi ligulato. Poll. compressa, apice rostrato-attenuato affixa. Stigma planiusculo-depressum. Follic. cylindrici, laeves. (Hb. erect. v. decumb., fol. opp. angustis, umbell. interpetiolar. — *Amer. bor., Mexico.*) . . . . Acerates. Elliott.

II. Coronae stam. foliola basi (subconnata?) subcuneata, truncata, complicata, processum rostratum aversum exserentia. Poll. oblongo-teretia, apice obtuso affixa. Follic. abortu solitar., turgidi, spinis innocuis uncinatis echinati, pedunc. recto. Corolla 5-part., reflexa. (Suffrut. volub. glaber., fol. oppos. cordat., umbellis axillar. pedunc. alternis. — *Afr. austr.*) . . . . . Pentarrhinum. E. Mey.

III. — stam. foliola cucullata.

α. Coronae stamineae foliola e fundo cuculli processum corniformem aversum exserentia. Corolla 5-part., reflexa. Poll. compressa, apice attenuato affixa.

1. *Coronae stam. foliola basi interiore biauriculata.* Follic..... (Hba erecta, fol. oppos., umbellis interpetiolar. multiflor. — *Mexico.*) . . . . . Otaria. Kunth.
2. — *stam. foliola basi interiore exauriculata.* Follic. laeves. (Hbae, fol. oppos. v. altern. v. verticillat., umbellis interpetiolar. v. term. — *Amer. bor. et trop.*) . . . . . Asclepias (L.) Kunth.

β. Coronae stam. foliola intus simplicia (nec cornu exserentia). Folliculi abortu plerumque solitarii.

1. *Follic. ventricosi, spinis innocuis echinati erecti, pedunc. bis torto.* Corolla 5-part., reflexa. Coronae stam. foliola basi plerumque utrinque 1-dentata. Poll. compressa, apice attenuato affixa. (Frut. v. suffrut., fol. oppos., umbellis interpetiolar. v. ax. — *Africa, Madagasc.*) . . . . . Gomphocarpus. R. Br.
2. — *graciles, rostrati, laeves, basi turgiduli,* erecti, pedunc. recto v. bis torto. Corolla subrotata, 5-part., ad margines undulata, raro reflexa. Poll. Gomphocarpi. Hbae v. suffrut. erect. v. adscend. graciles, fol. oppos. angustis, umbellis interpetiolar. 00-fl. — *Afr. austr.*) . . . . . Lagarinthus. E. Mey.
3. — *ventricosi v. turgidi, sub-7-costati,* inter costas interdum echinulati, costis plus minus alatis, pedunc. bis torto. Cor. 5-fida, patens, rarius 5-part. reflexa. Poll. obclavata, apice compresso affixa. (Hbae basi suffrutesc., fol. latiusculis, fl. subinde maximis subluridis v. maculatis. — *Afr. austr.*) . . . . . Pachycarpus. E. Mey.

IV. Coronae stamineae foliola carinaeformia, inflexa, apice intus septo versus basin deliquescente 2-locellata. Pollin. apice longe attenuata. Follic. cylindrici, laeves. (Hbae erectae, fol. oppos., umbellis term. et interpetiolar. — *Amer. bor.*) . . . . . Podostigma. Elliott.

** ***Coronae stamineae foliola plana*** (saltem non cucullata, nec carinaeformia, nec complicata) rarius concava (v. Acerates).

α. — stam. foliola e lata basi longe attenuato-subulata, duplicata, sc. intus processu adverso conformi aucta. Poll. compressa, apice attenuato affixa.

1. *Stigma depressum, muticum.* Follic..... Corolla 5-part., subrotata. (Hb. erect., fol. angustis, pedunc. ax alternis fasciculat. nutant. — *Afr. austr.*) . . . . . Aspidoglossum. E. Mey.
2. — *apiculatum.* Caet. fere Aspidoglossi. (*Ind. or.*) . . . . . Diploglossum, nob.

β. — stamineae foliola simplicia (nec intus processu aucta). Cal. 5-part. Cor. 5-fida. Follic. laeves.

1. — *stam. foliola carnosa, apice abrupte angustata. Pollinia ventricosa,* apice affixa, e processuum adscendentium filiformium apicibus pendula. Follic. rostrati. Cor. rotata. (Hb. s. suffrut. erect. v. volub., fol. oppos., umbellis interpetiolar. — *Ind. or.*) . . . . . Iphisia. Wight et Arn.
2. — *stam. foliola acuta, integra. Poll. compressa,* apice attenuato affixa, pendula. Cor. subrotata. (Suffrut. volub. glabri, fol. oppos., racemis v. umbellis interpetiolar. — *Ind. or.*) . . . . . Oxystelma. R. Br.

b. Corona staminea simplici serie 10-partita (s. 5-part., sinubus reflexis lobiformibus), laciniis 5 antheris oppositis carnosis subrotundis intus simplicibus, alternis 5 nanis. Poll. obclavata, apice compresso latiusculo affixa. Stigma depressum. Follic. abortu solitarii, ovati, ramentis plumosis dense tecti, pedunc. bis torto. Corolla patula, 5-fida, lobis intus dense papilloso-barbatis. (Frut. erect., fol. oppos., umbellis interpetiolar., fl. majusc. — *Afr. austr.*) . . . . Xysmalobium. R. Br.

†† **Stigma elongatum v. conicum, 2-fidum.** Corona stam. 5-phylla. Cal. 5-part. (Fol. oppos., cordata; corymbi axillar.)

1. — *elongatum, subfiliforme, apice bifidum.* Follic..... Cor. rotata. Coronae stam. foliola brevissima, obtusa, integra. Poll. clavato-cylindracea, apice affixa. (Frut. subvolub. — *Peruvia.*) . . . . Brachylepis. Hook. et Arn.
2. — *conicum subbilamellatum.* Follic. cylindrici, laeves. Cor. subrotata. Coronae stam. foliola plana, bifida, laciniis acuminatis. Poll. cylindrica, infra apicem attenuatum affixa. (Hbae volub., corymbis multiflor. — *Amer. bor.*) . . . . . Enslenia. Nutt.

II. Pollinia transversa, extremitate exteriore (respectu loculi antherae) ***affixa,*** sub stigmate occulta. Corona staminea gamophylla, 5-loba. Follic. costati v. alati. Calyx et cor. 5-part. . . . . . Tribus II. *GONOLOBEAE.*

† ***Antherae appendice membranacea terminatae,*** transverse dehiscentes.

a. Semina ad umbilicum comosa. (Suffrut., fol. oppos., fl. umbellatis.)

1. *Stigma conicum, subbilobum.* Follic. divaricati, pyramidales, laeves, 4-alati, alis superne angustatis. Corolla tubo urceolato, limbo rotato. Corona stam. 5-partita, lobis ovalibus obtusissimis. (Umbellae axillar., oppositae, pedunculatae, 00-fl., fl. parvis pallide badiis. — *Afr. austr.*) . . . . . Dregea. E. Mey.
2. — *depresso-planiusculum.* Follic. patentes, ventricosi, subcostati. Cor. subrotata. Corona stam. scutelliformis, lobata. (Umbellae interpetiolar. — *Amer. bor. et trop.*) . . . . . Gonolobus. Rich.

b. Semina calva. Follic. ventricosi, costati. Stigma depresso-planiusculum. Cor. rotata. Corona stam. scutelliformis v. cochleaeformis, lobata, majuscula, submembranacea. (Frut. v. hbae erect., fol. oppos. basi supra 2-glandulosis, fl. extraaxillar. subumbellatis v. racemosis. — *Guiana, Brasil.*) Matelea. Aubl.

†† ***Antherae apice appendice membranacea fere omnino destitutae.*** Corolla campanulata. Corona staminea non scutelliformis, foliolis planis apice emarginatis. Corpuscula stigmatis lobis imposita (nec iisdem obtecta). — Caet. fere Gonolobi et Mateleae. (Planta pilis longis tecta, fol. oppos., umbellis solitar. erectis, coroll. barbatis. — *Patria ignota.*) . . . . . Pherotrichis. Decaisne.

III. Pollinia erecta v. conniventia, etc. (v. pag. sequ.)

ASCLEPIADEAE.

Subordo III. APOCYNEAE.

(Continuat.)

C. *III. Pollinia erecta v. conniventia*, basi v. infra medium latere affixa, stigmati incumbentia. . . . . Tribus III. *PERGULARIEAE.*

A. Antherae appendice membranacea terminatae. . . . . Subtribus I. HOYEAE.

I. Corona staminea nulla. Calyx 5-part. Pollinia erecta, basi affixa. Stigma muticum. Semina plerumque marginata. (Frut. v. suffrut., plerumque volub., fol. oppos., pedunc. interpetiolar.) . . . . Divisio I. SARCOLOBEAE.

1. *Semina ad umbilicum nuda.* Follic. abortu subsolitarii, ventricosi, carnosi v. coriacei. Corolla subrotata, 5-fida, fauce nuda. (Fol. coriaceo-carnosa, latiuscula, fl. umbellati v. corymbosi. — *Ind. or.*) . . . . Sarcolobus. R. Br.

2. — *ad umbilicum comosa.* Follic. graciles, laeves. Corolla suburceolata v. subcampanulata, 5-fida, tubo intus saepe piloso, fauce squamulis v. denticulis 5 sinubus insertis carnosis ciliatis coronata, rarius nuda. Filamenta basi interdum tuberculo carnoso munita. Antherarum membrana terminalis truncata v. emarginata. Stigma convexum v. conoideum. (Fol. membranacea; fl. umbellati v. subcymosi. — *Ind. or., Molucc., Madagasc., Afr. trop.*) Gymnema. R. Br.

***II. Corona staminea 5-phylla v. 5-partita*,** lobis interdum bifidis. . . . . . Divisio II. TYLOPHOREAE.

A. Coronae stam. foliola basi in cornu v. calcar patens v. deflexum subincurvum longe producta, summo staminum tubo inserta, apice acuminata, stigma superantia. Cal. 5-part. Cor. subrotata, 5-fida, abrupte reflexa, tubo erecto apice annulo ciliorum exserto columnae genital. basin cingente. Pollinia oblonga, compressa, utrinque obtusa, conniventia. Stigma subdepressum. Follic. . . . . (Frut. volub, fol. oppos. subcoriaceis venosis, umbellis interpetiolar. v. term. ∞-flor., pedicell. erect., fl. majusc. — *Java.* . . . . Centrostemma. Decaisne.

B. — stamineae foliola basi extus ecalcarata, intus lacinula v. dente aucta (cfr. Hoya).

a. Corolla rotata v. subrotata (cfr. Hoya), 5-fida v. 5-part. Pollinia basi affixa. Sem. comosa.

1. *Coronae stamineae foliola carnosa, depressa. angulo interiore in dentem antherae incumbentem producta.* Pollin. compressa, conniventia. Stigma depressum, papilla obtusa subapiculatum v. submuticum. Follic. laeves. Cor. rotata v. subcampanulata, late patens. (Frut. v. suffrut. volub. v. decumb., fol. oppos. saepe carnosis, umbellis interpetiolar. — *Ind. or., Molucc., Nov. Holl trop.*) . . . . Hoya. R. Br.

2. — *stam. foliola membranacea, lateribus reflexis conniventibus, angulo interiore in dentem subulatum erectum producto.* Poll. dorso corpusculi inserta, approximata, erecta. Stigma apiculatum. Follic. . . . . Corollae tubus pilosus, limbi lobi angusti. (Habitus fere Hoyae. — *Ind. or.*) . . . . Pterostelma. Wight.

3. — *stam. foliola dilatata, libera, intus processu aucta aut irregulariter lobata.* Poll. obsolete 4-gona, erecta, margine hinc pellucido. Stigma depressum, muticum. Follic. laeves. (Frut. volub., fol. opp. supra versus basin glanduliferis, umbellis interpetiolar. parvis. — *Ind. or.*) . . . . Heterostemma. W. et Arn.

b. Corolla hypocraterimorpha, tubo urceolato, fauce hirsuta, limbo 5-fido. Coronae stam. foliola compressa, apice indivisa, intus lacinula aucta. Poll. basi affixa, erecta. Stigma muticum. Follic. ventricosi, laeves. Sem. comosa. (Hb. volub., fol. oppos. membranac. latiusculis, cymis interpetiolar., fl. flavesc. suaveolent. — *Ind. or.? China?*) Pergularia. (L.) R. Br.

c. — urceolata, fauce nuda, limbo 5-fido erecto. Coronae stam. foliola intus dente carnoso aucta. Poll. basi affixa, erecta. Stigma. . . . . Follic. . . . . (Frut. erect. glaberr, fol. oppos. crassiusc. cordatis, umbella term., fl. rubicundis. — *Brasil.*) . . . . Baxtera. Rchb.

C. Coronae stamineae foliola extus intusque simplicia (nec appendiculata, nec in dentem producta).

† — **stamineae foliola apice indivisa.**

a. Corolla tubulosa v. hypocraterimorpha, tubo conspicuo elongato. Pollinia basi affixa, erecta. Follic. laeves. Sem. comosa.

1. *Stigma conicum, acutum.* Follic. horizontales, crassi, acuminati. Cal. 5-part. Cor. hypocraterimorpha, tubo nunc apice ampliato nunc basi inflato superne constricto, fauce nuda, limbo 5-part. Coronae stam. foliola ovata v. lanceolata. (Frut. volub., fol. oppos. coriac., fl. ternatis v. umbellat., pedunc. interpetiolar. — *Madagasc.*) . . . . Stephanotis. Pet.-Th.

2. — *muticum.* Calyx 5-dentatus. Cor. tubulosa, fauce constricta nuda aut squamulis v. fasciculis villorum clausa, limbo semi-5-fido. Coronae stam. foliola cordata v. sagittata. (Hbae in arborib. radicantes, fol. oppos. v. verticillat. carnosis, fl. umbellulatis. — *Java.*) . . . . Leptostemma. Blume.

b. Corolla rotata v. suburceolata, tubo brevissimo v. inconspicuo. Cal. 5-part.

1. *Coronae stamineae foliola carnosa, lineari-oblonga*, tubi staminei medio verticaliter affixa, aversa, patentia. Poll. globosa, subadscendentia v. transverse sub stigmatis margine dilatato sita. Stigma muticum. Follic. . . . . Corolla rotata, 5-fida. (Suffrut. volub. pubesc., fol. oppos. cordat., umbellis simpl. paucifl., flor. parvis. — *Nepalia.*) . . . . Belostemma. Wall.

2. — *stam. foliola carnosa, depressa.* Poll. basi affixa erecta v. transversa v. adscendentia, minuta, marginibus simplicibus. Stigma muticum. Follic. laeves, apice attenuati compressi, hinc subangulati. Cor. rotata, 5-fida. (Hbae v. frut. volub., fol. oppos. membranaceis, umbellis interpetiolar., fl. saepe minutis. — *Asia, Afr. et Nov. Holl. trop.*) . . . . Tylophora. R. Br.

3. — *stam. foliola inflata, antheris opposita.* Poll. basi affixa, erecta, subcylindracea. Filamenta 2-partita, cruribus vicinis diversorum staminúm in filamenta antheris alterna corpusculis stigmatis opposita connatis. Stigma depressum. Follic. . . . . Cor. rotata, patens, repando-5-dentata. (Frut. volub., fol. oppos. carnosis, umbellis interpetiolar. pauciflor., fl. magnis — *Ind. or.*) . . . . Physostelma. Wight.

4. — *stam. foliola compressa.* Poll. basi affixa, erecta. Follic. laeves. Cor. urceolata v. subrotata, 5-fida. (Suffrut. volub. v. erecti, fol. opp., cymis v. thyrsis interpetiolar. — *Ind. or., Nov. Holl., Amer. austr.*) . . . . Marsdenia. R. Br.

{ α. Stigma muticum. . . . . *Marsdenia, R. Br.*
{ β. — rostratum, rostro indiviso v. bifido. . . . . *Nephrandra, R. Br.*

†† **Coronae stamineae foliola 2-fida, rarius 3-fida.** Calyx 5-part. Pollinia basi affixa, erecta.

a. Corona stam. 5-phylla, foliolis bifidis. Stigma muticum. Follic. laeves. (Fol. oppos.; flor. parvi.)

1. *Corolla urceolata, 5-fida.* Coronae stam. laciniae patentes, apice recurvae. (Hbae in arborib. parasiticae, caule inferne radicante, fol. oppos. crassis carnosis interdum in ascidia mutatis, fl. subumbellatis. — *Asia et Austral. trop.*) . . . . Dischidia. R. Br.

2. — *rotata, 5-part.* Coronae stam. foliola compressa. Antherae ventricosae. Pollinia appendiculo stigmatis longo pendulo basi affixa. Stigma ala angusta repando-flexuosa coronatum. Follic. magni, oblongo-lineares, obtusi. (Frut. volub., fol. oppos. membranac., corymbis saepe geminis. — *Ind. or.*) . . . . Cosmostigma. Wight.

b. Corona stam. gamophylla, 5-partita.

1. *Coronae stam. lobi ovati, apice 2-dentati.* Corolla subrotata, 5-part., lobis anguste spathulatis. Stigma. . . . . Follic. graciles, laeves, erecti. (Hbae rad. tuberosa, caule subsimpl. virgato, fol. oppos. angustis, cymis term. parvis. — *Afr. austr.*) . . . . Tenaris. E. Mey.

2. — *stam. carnosae (coloratae) brevis, cyathiformis, 5-lobae lobi antheris oppositi, lunati v. 3-dentati.* Pollinia obclavata. Cor. rotata, alte 5-fida, lobis oblongo-lanceolatis. Stigma obtusum, rotundatum, papillosum. Follic. . . . . Ovaria subglobosa, stylis brevibus rostrata. (Suffrut. volub., fol. oppos. membranaceis, pedunc. interpetiolar. brevib., umbellis subcapitatis pauciflor., flor. majusc. receptaculo carnoso insident. — *Java.*) . . . . Asterostemma. Decaisne.

III. Corona stam. 10-fida (summo filamentorum tubo inserta, basi postice corollae adnata), laciniis alternis antheris oppositis 3-partitis, lobo intermedio majore basi intus processu recto aucto, alternis nanis indivisis. Poll. oblonga. Calyx 5-fid. Cor. subrotata, tubo brevi, limbo 5-part. patente, lobis angustis. Stigma depresso-conicum. Follic. . . . . (Frut., caudice epigaeo tuberiformi rugoso, ramis simpl. subvirgatis, fol. oppos. ovat. undulat. subcanescentib., umbellis extraaxillar. subsessil. 3-5-flor., fl. albidis. — *Afr. austr.*) . . . . Fockea. Endl.

B. Antherae apice simplices, nec appendice membranacea terminatae (v. pag. sequ.)

ASCLEPIADEAE.

Subordo III. ASCLEPIEAE. Tribus III. PERGULARIEAE.

(Continuat.)

C. III.

B. Antherae apice simplices (sc. appendice membranacea destitutae) . . . . Subtribus II. STAPELIEAE.

I. Corona staminea nulla. Calyx 5-part. Corollae limbus 5-fid., aestiv. valvata. Antherae liberae, erectae. Pollinia basi affixa, erecta, apice coarctato pellucido. (Frut. v. suffrut., tomento impalpabili tecti v. incani.) . . . . Divisio I. LEPTADENIEAE.

1. *Corolla subrotata, tubo brevi, fauce squamis 5 limbi hirsuti lobis alternis coronata.* Stigma muticum, rarius apiculatum. Follic. laeves. Sem. comosa. (Frut. v. suffrut. volub. erecti, fol. oppos. planis, umbellis interpetiolar. quandoque cymosis. — *Ind. or., Arab., Afr. bor. et trop.*) . . . . Leptadenia. R. Br.

2. — *urceolata, tubo subventricoso, fauce nuda.* Stigma apiculatum. Follic. . . . . (Frut. aphyllus, umbellis breve pedunculat. paucifloris. — *Ind. or.*) . . . . Orthanthera. Wight.

II. Corona staminea 5-phylla v. 5-partita. . . . . Divisisio II. CEROPEGIEAE.

A. Stirpes herbaceae v. fruticosae oppositifoliae (rarius subaphyllae, cfr. Eriopetalum).

a. Columna genitalium exserta. Calyx 5-part. Cor. rotata, 5-part. Corona staminea gamophylla. Pollinia medio lateri inserta, stigmati mutico incumbentia.

1. *Corona stam. carnosa, truncata, basi annulo nectarifero cincta.* Antherae apice simplici, uncinato, intus replicato. Follic. 2. . . . . Corollae lobi undulato-crispi. (Frut. volub., ramis tenellis, fol. velutinis cordatis, fl. flavo-viresc. — *Amer. austr.?*) . Fischeria. DC.

2. — *stam. 5-loba*, lobis carnosis cum antheris alternantibus. Anth. apice simplices. Follic. graciles, laeves. Sem. comosa. (Hba. erecta, glabra, rad. tuberosa, caule superne ramoso, fol. minutis linear., umbellis lateral. et term. subsessil., corollis nigro-purpureis intus barbatis. — *Nov. Holl. trop.*) . . . . Microstemma. R. Br.

b. Columna genitalium inclusa (v. vix exserta, cfr. Eriopetalum).

† ***Corona staminea 1-serialis, 5-fida*** (cfr. infra Ceropegia). Cal. 5-part. Cor. campanulata, 5-fida, sinubus angulatis. Pollinia basi affixa, erecta. Follic. graciles, laeves. (*Africa austral.*)

1. *Coronae stam. lobi simplices*, antheris oppositi. Stigma muticum. Sem. ad umbilicum comosa. (Suffrut., rad. tuberosa, fol. membranaceis, pedunc. ax. aggregatis, fl. amplis.) . . . . Brachystelma. R. Br.

2. — *stam. lobi ovati, sub apice apiculo verruciformi muniti.* Stigma depressum. Sem. . . . . (Hba glaberr., caule subsimpl. gracili virgato, fol. linear. carinatis, umbellis axillar. pedunc. paucifior., corollis flavescenti-viridibus extus rugulosis, fauce subcontracta, limbi lobis erectis intus strigilloso-barbatis, barbis in tubum decurrentibus.) . . . . Sisyranthus. E. Mey.

†† ***Corona staminea 2-serialis, 10-15-loba*** (rarius 1-serialis 5-loba, v. Ceropegia). Calyx 5-part. Pollinia erecta. Stigma muticum. Follic. laeves. Sem. ad umbilicum comosa.

1. *Corolla e basi ventricosa infundibuliformis, limbi 5-fidi lobis ligulatis apice cohaerentibus.* Columna genital. inclusa. Corona stam. 1-serialis 5-loba aut 2-serialis 10-15-loba, lobis interioribus ligulatis antheris oppositis. Poll. basi affixa. Follic. cylindracei. (Hbae v. suffrut. volub., rad. tuberosa, umbell. interpetiolar. — *Ind. or., Arabia, Afr.*) . . . . Ceropegia. L.

2. — *subcampanulata, 5-fida, lobis anguste linear., sinu lato.* Columna genital. vix exserta. Corona stam. 2-serial., 15-loba, lobis interiorib. 5 antheris oppositis et incumbentibus, exteriorib. 10 per paria approximatis interiorum dorso adhaerentibus. Poll. juxta basin affixa, stigmati incumbentia, margine hinc pellucido. Follic. graciles. (Hbae erectae, subramosae, caulib. teretibus, fol. minutis squamaeform. adpressis, umbellis lateral. v. term. sessil., fl. parvis, corollae lobis intus saepe villosis v. lanatis. — *Ind. or.*) . . . . Eriopetalum. Wight.

B. Stirpes carnosae, aphyllae, caulibus plerumque 4-gonis, angulis dentatis. Calyx 5-part. Pollinia erecta, margine hinc pellucido.

† ***Corona staminea 2-serialis.***

a. Columna genitalium inclusa, v. vix exserta.

α. Corolla subcampanulata, 5-fida. Genitalium columna subinclusa. Coronae stam. foliola interiora 5 antheris opposita et incumbentia. (Plantae 4-gonae, flor. term. subumbellatis, rarius subsolitar.)

1. *Corona stam. 15-loba*, lobis 10 exterioribus per paria approximatis erectis v. apice subincurvis, interiorum dorso adhaerentibus. Poll. 4-gona v. subrotunda. Stigma muticum, 5-gonum. Follic. rostrati, teretes, laeves. Sem. comosa. Corollae lobi late 3-angulares, intus verrucosi v. pilosi v. glabri, sinus acuti. (*Ind. or., Arab., Afr. trop.*) . . . . Bucerosia. W. et Arn.

2. — *stam. 20-loba*, lobis exterioribus cum interiorib. alternantibus ternatim approximatis, lateralibus intermedio majoribus. Poll. basi affixa. Stigma. . . . . Follic. . . . . Corolla intus pilosa. (*Ind. or.*) . . . . Hutchinia W. et Arn.

β. Corolla campanulata, limbo 10-fido, lobis alternis nanis dentiformibus. Columna genital. inclusa. Corona stam. duplex, exterior 5-fida, lobis bifidis, interior 5-phylla, foliolis e basi gibbosa subulatis indivisis cum laciniis exter. alternantibus. Poll. basi affixa, margine hinc cartilagineo. Stigma muticum. Follic. cylindracei, laeves. (Hbae habitu Stapeliae. — *Afr. austr.*) . . . . Huernia. R. Br.

b. Columna genitalium exserta. Corolla rotata, 5-fida, carnosa, intus laevis v. rugosa v. pilosa. Corona stam. duplex, exterioris lobi v. foliola integra v. 2-fida v. 3-dentata, interioris corniculiformia simplicia v. 2-fida. Poll. basi affixa, margine hinc cartilagineo. Stigma muticum. Follic. subcylindracei, laeves. Sem. comosa. (Plantae carnosae angulatae, plerumque tuberculatae, fl. term. v. lateral. plerumque speciosis solitar. foetidis. — *Afr. austr.*) . . . . Stapelia (L.). R. Br.

†† ***Corona staminea 1-serialis.*** Poll. basi affixa, margine hinc cartilagineo. Stigma muticum.

1. *Corona stam. 10-loba*, lobis 5 carnosis indivisis antheris oppositis et incumbentibus, alternis 5 ligulatis 2-3-partitis, lobis lateralibus subulatis. Columna genital. exserta. Corolla rotata, profunde 5-fida. Follic. graciles, laeves. Sem. comosa. (Caules carnosi, 4-goni, angulis dentatis, flor. in dentium summorum axillis solitar. — *Arab., Ind. or.*) . . . . Caralluma. R. Br.

2. — *stam. 5-loba, lobis subtriangular. planis* subtruncatis stigmati incumbentibus. Columna genital. exserta. Corolla rotata 5-fida. Follic. . . . . (Hba habitu Stapeliae, fl. umbellatis parvis inodoris. — *Ins. Lampedusa Mediterr.*) . . . . Apteranthes. Mikan.

3. — *stam. 5-phylla, foliolis dorso dentatis.* Columna genit. inclusa. Follic. . . . Corolla campanulata, carnosa 5-fida. (Hbae habitu Stapeliae. — *Afr. austr.*) . . Piaranthus. R. Br.

TUBIFLORAE. *(Classis.)*

Conspectus ordinum.

A. Herbae aphyllae, parasiticae, volubiles. Embryo quasi acotyledoneus, circa albumen carnosum spiraliter convolutus, — etc. . . . . CUSCUTEAE.

B. Stirpes foliatae.

I. Semina albuminosa (cfr. Convolvulaceae, Erycibeae et Ehretiacae).

A. Ovaria 2-3 (rarius 5) connata in germen pluri-aut subuniloculare, (rarius discreta, cfc. Convolvulaceae).

I. Antherae 2-loc., transversim 2-valves. Discus hypogynus nullus. Germen 3-loc., loc. pauci-v. multiovulatis. Styl. simplex, stig. 3-dentato. Embryo in axi albuminis carnosi. DIAPENSIACEAE.

II. — 2-loc., rimis 2 longitudinalibus dehiscentes (raro poro terminali apertae, v. Solanaceae). Caps. loculicide dehisc.

a. Embryo rectus, axilis (cfr. Solanaceae).

1. *Stylus simplex, terminalis; stig. 3-fidum, raro 5-fidum, laciniis acutis.* Germ. 3-loc. basi disco hypogyno carnoso (nunc obsoleto) cinctum. Ovula in loculis nunc solitaria, ex anguli centralis basi erecta, anatropa, nunc plura, 2-seriata, adscendentim amphitropa. Caps. membranacea, rarius sublignosa v. subcarnosa, 3-5-loc. (v. abortu 2-1-loc.) 3-5-valv., valvis medio septo angusto (subinde subobsoleto) demum a columnae centralis placentiferae angulis plus minus complete soluto instructis indivisis v. demum septicido-2-fidis. Cotyled. foliaceae v. subfoliaceae; radic. infera, rarius vaga. Albumen copiosum, carnosum v. corneum. . . . . POLEMONIACEAE.

2. *Styli 2, terminales, distincti; stigm. truncata v. depresso-capitata.* Germ. 2-3-loc., aut septis e parietibus ortis centrum non attingentibus incomplete 2-loculare; placentae in singulis loculis nunc solitariae, medio septo adnatae, magnae, hemisphericae, nunc geminae juxta axin contiguae aut utrinque septi incompleti marginibus introflexis affixae. Ovula 00, horizontalia v. pendula, anatropa. Caps. 2- v. sub-bilocularis, 2-valv., valvis nunc a septo placentifero persistente solutis, nunc medio septiferis. Cotyled. planae; radic. in fructu supera v. centripeta. Albumen parcum, carnosum. . . . . HYDROLEACEAE.

3. *Stylus terminalis, elongatus, apice 2-fidus; stigm. papillosa, subcapitata.* Germ. 1-loc., v. sub-2-loc., conflatum ex ovariis 2 valvatim connatis; placentae septo parieti adnato incompleto affixae, nunc anguste lineares, nunc maximae, carnosae, septulo angusto lineari dorso adnatae axim versus porrectae et invicem contiguae sed liberae, singulae 1-2-00-ovulatae. Caps. membranacea, rarius subbaccata, 1- v. sub-2-loc. Embr. subaxilis v. excentricus, brevissimus; cotyl. breves, obtusae; radic. supera v. vaga. Album. cartilagineum. HYDROPHYLLEAE.

b. Embryo curvatus (rarius rectus, cfr. Solanaceae).

1. *Cotyledones foliaceae, conduplicato-corrugatae.* Radic. infera, umbilico proxima. Album. parcum, mucilaginosum. Sem. erecta, ovulis plerumque pauciora, dorso convexa, saepe villosa. Fr. 1-4-loc., aut capsularis, 2-4-valvis, valvis a septis columnae centrali basi seminiferae adnatis secedentibus, aut evalvis v. rarius baccatus indehiscens. Germ. basi annulo hypogyno carnoso cinctum, nunc 2-4-loc., rarius columna centrali septifera incompleta aut evanida subuniloculare; nunc ovaria 2 discreta 1-locularia, aut 4 per paria connata. Ovula in loculis solitaria v. 2 collateralia (in germine 1-loc. quaterna) erecta, extrorsum anatropa. Stylus simplex, terminalis, indivisus v. 2-fid. v. 2-partitus, aut (si ovaria disjuncta) styli 2 basilares liberi. Corollae aestiv. contorta, rarius imbricata. (Stirpes innocuae, paucae carthartico-acres.) . . . . CONVOLVULACEAE.

2. — *semicylindricae, aut subfoliaceae orbiculatae planae.* Rad. ad umbilicum tendens vaga, aut ab eo remota infera. Embryo rectus v. arcuatus. Album. copiosum, carnosum. Sem. compressa, umbilico ventrali. Fruct. 2- rarius pluriloc., polyspermus; nunc bacca pulposa v. exsucca, nunc caps. septicido-2-valvis aut circumscissa. Germ. 2-loc. (rarius casu 3-5-loc.) interdum septis secundariis e septo primario ortis complete aut incomplete 4-5-loc. Placentae in loculis solitariae. Ovula 00, amphitropa. Styl. term., simplex. Corollae aestiv. plicata v. induplicato-valvata. Anth. interdum poro term. apertae. (Stirpes plus minus narcotico-veneniferae.) . . . . SOLANACEAE.

B. Ovaria plura inter se libera, disco hypogyno carnoso inserta, 1-6-loc., loc. 1-ovulatis. Stylus 1, basilaris, simplex, stig. capitato. Drupae distinctae 1-6-loculares, loc. 1-sp., sem. reniform. Embryo filiform., albumen carnosum cingens, cotyl. semiteretib., radic. infera. Corollae aestiv. plicata. NOLANACEAE.

II. Semina exalbuminosa (rarius albumine parco v. mucilaginoso praedita, cfr. Erycibeae, Ehretiaceae).

A. Germen uniloculare, ovulis 3-4 e basi erectis. Stigma sessile, radiato-5-lobum, ovario adpressum. Bacca 1-sp. Embryo carnosus, radic. infera, cotyled. contortuplicatis. Album. mucilaginosum. . . . . ERYCIBEAE.

B. — *4-loc.* (rarius 8-loc.) *stylo terminali apice 2-4-fido.* Ovula in loculis solitaria, apici v. medio anguli centralis appensa, anatropa. Radic. supera.

a. Drupa baccata, 1-pyrena, putamine osseo-4-8-loculari (v. abortu 3-1-loc.). Album. nullum. Cotyled. crassae, carnosae, secus longit. 00-plicatae. Radic. brevis. . . . CORDIACEAE.

b. — 2-4-pyrena, pyrenis 2-1-loc. varie secedentibus. Album. carnosum, parcum aut nullum. Embryo rectus v. arcuatus; cotyled. per germinationem foliaceae. Radic. recta v. descendens. . . . . EHRETIACEAE.

C. Ovaria 2 v. 4 distincta (v. basi connata, gynobasi v. columnae centrali styligerae adnata, 1-ovulata, ovulis apici v. medio anguli centralis appensis anatropis. Styl. simplex, indivisus, stig. capitato saepe emarginato-bilobo. Nuces 4 discretae aut per paria basi cohaerentes, disco hypogyno interdum tumido insertae, v. styli basi adnatae, 1-sp. Embryo rectus v. curvatus; cotyl. per germinationem foliaceae; radic. supera, recta v. descendens. . . . . BORRAGINEAE.

CXXXIX. CUSCUTEAE.

Genus unicum: Cal. 5-raro 4-fidus, persist., aestiv. imbricata. Cor. globoso-urceolata, tubo intus nudo aut infra stamina squamis 5 v. 4 integris v. laciniatis munito, demum basi circumscisso, limbo regulari 5-4-fido, aestiv. imbricata. Stam. 5-4 inclusa, medio tubo inserta ejusque lobis alterna; anth. 2-loc., longit. dehisc. Germ. 2-loc., loc. 2-ovulat., ovulis e basi erectis collateralibus. Styl. simplex v. 2-fidus; stig. acuta v. capitata. Caps. 2-loc., basi circumscissa, loc. 1-2-sp. Albumen centrale carnosum. Embryo periphericus, spiralis, filiform., indivisus, cotyled. nullis (v. connatis?) extremitate radiculari incrassata infera. (Hbae aphyllae, parasit.; caules filiform., volubiles, aliarum plantarum succum haustoriis sugentes; flor. aggregati capitati v. spicati, 1-bracteati. — *Patria diffusa.*) . . . . Cuscuta. Tournef.

CXL. DIAPENSIACEAE.

a. Germen sphaeroideo-3-gonum, 3-loc., loculis multiovulatis. Stylus filiform., stig. capitato-papilloso v. obsolete 3-dentato. Caps. cartilaginea, rotundato-3-gona, apice loculicide 3-valvis, valv. basi cohaerentib. medio septiferis, placentis fungosis axi adnatis basi solutis. Sem. subcubica, areolata, umbilico infra apicem ventrali. Embr. in axi albuminis carnosi, filiformis, cotyl. brevissimis, radic. elongata umbilico parallele contigua. Cal. imbricato-3-bracteatus, 5-sepalus, sep. herbaceis, 2 interiorib. duplo minoribus. Cor. subhypocraterimorpha, limbi 5-fidi lobis aestiv. imbricatis. Stam. 5 fauci inserta, lobis alterna; filam. brevia, petaloideo-dilatata; *antherarum valvulae muticae.* Discus hypogynus nullus v. obsoletus. (Suffrut. caudicib. hypogaeis caespites dense foliosos proferentibus; fol. perennia, coriacea, linear.; pedunc. term., solitar., erectus, 1-flor., cor. nivea. — *Europa et Amer. arctica.*) . . . . Diapensia. L.

b. — *3-loc., loc. pauciovulatis.* Styl. simplex, stig. brevissime 3-dentato. Fruct. .... *Antherarum valvula anterior aristata.* Sepala membranacea, subaequalia. Caet. Diapensiae. (Suffrut. repens, ramulis assurgentibus; fol. inferiora opposita, super. alterna conferta, coriacea, cuneato-lanceolata, integerr., basi ciliata; flos term. solitarius inter folia sessilis — *Amer. bor.*) . . . . Pyxidanthera. Rich.

CXLI? RETZIACEAE.

a. *Calyx tubulosus*, 5-*fid.*, *lobis lanceolatis inaequalibus.* Cor. tubulosa, elongata, limbo 5-part. tubo multo breviore, aestiv. imbricata. Stam. 5 fauci inserta, lobis alterna; filam. brevissima; anth. semiexsertae, sagittatae. Germ. 2-loc., ovulis paucis medio septo utrinque insertis..... Styl. term. exsertus, filiform., stig. breve 2-fido. Caps. compressa, 2-sulca, 2-loc., 2-valv. Sem. subdefinita. Embr. intra album. carnosum rectus, teretiusculus..... (Frut. ramis rigidis, fol. confertis quaternatim verticillatis angustis rigidis integerr., flor. in supremis axillis solitar. sessil. bracteis carinatis stipatis. — *Afr. austr.*) . . . . — Retzia. Thunb.

b. — 2-*bracteolatus*, 5-*sepalus*, *aequalis.* Cor. tubulosa, limbo 5-part. tubo parum breviore. Stam. 5 fauci inserta, lobis alterna; filam. brevissima; anth. inclusae v. subexsertae, sagittatae. Germ. 2-loc., placenta lineari utrinque septo adnata ovula pauca pendula gerente. Styli 2, term., inclusi v. exserti, filiform. v. subclavati, stig. obtusis. Caps. 2-loc., septo membranaceo, placentis columnarib. parum prominulis, loculis 8-10-spermis..... (Frut. habitu Gnidiae, fol. conferte alternis subimbricatis ovatis integerr. coriaceis, fl. in summis axillis solitar. sessil. roseis. — *Afr. austr.*) . . . . . . — Lonchostoma. Wickstr.

CXLII. POLEMONIACEAE.

A. Folia simplicia, ecirrhosa, indivisa aut laciniata.

I. Caps. (ut germen) *3-loc., loculicido-3-valvis,* (abortu interdum 2-1-loc.). Styl. term. simplex., stig. 3-fido. . . . . — Tribus I. *POLEMONIEAE.*

A. Ovula in loculis solitaria, angulo centrali inserta, anatropa. Caps. loculicido-3-valvis, valvis columnam septiferam nudantibus. Seminum testa spongioso-membranacea. Embr. in axi albuminis carnosi orthotropus, radic. infera. Stam. 5, medio corollae tubo inserta. (Hbae, fol. alt. v. inferiorib. saepe oppos.)

a. Cor. irregularis, tubo calyce subincluso subinfundibuliformi, limbi 5-part. subbilabiati patuli lobis inaequalib. cuneatis emarginatis. Calyx prismatico-tubulosus, subaequalis, 5-dentatus, fructifer auctus scariosus. Stam. exserta, declinata, sub-aequalia. Semina e basi loculi erecta, plano-convexa. (Hba glanduloso-pubesc.; fol. infer. saepe pinnatiloba, super. serrata v. subintegerr.; pedunc. ax. gemini 1-flor. ebract., fl. lilacinis. — *Mexico.*) . . . . — Bonplandia. Cav.

b. — *regularis, hypocraterimorpha, tubo longo exserto,* limbi 5-part. lobis aequalibus. Stam. inclusa, inaequilonga. Calyx campanulato-tubulosus, 5-fid. v. sub-5-part.

1. *Caps. ovata,* 3- *v. abortu* 2-1-*loc.* Sem. e basi erecta, plano-convexa, facie interiore raphe percursa. Calyx prismaticus. (Hbae v. suffrut., fol. integerr., fl. term. corymbosis v. paniculat. albis lilacin. v. roseis raro rubris. — *Amer. bor., Mexico, Asia bor.*) . . . . . . — Phlox. L.
2. — *obcordato*-3-*loba*, 3-*loc.* Sem. umbilico ventrali, testa vasis spiralibus scatente. (Hbae fol. angustis integris v. dentatis v. pinnatifidis, fl. term. dense capitat., bracteis latis involucrum generale constituentibus. — *Amer. occid. bor. et austr.*) . . . . . . — Collomia. Nutt.

B. Ovula in loculis plura, angulo centrali inserta. Embryo in axi albuminis carnosi rectus.

I. Capsulae valvae columnam septiferam nudantes. Semina in loculis pauca, angustissime alata, testa spongiosa, umbilico ventrali. Radicula vaga. Ovula 2-seriata, amphitropa. Cal. tubulosus, 5-fid. Cor. infundibuliform., limbo 5-part. Stam. 5 supra medium tubi v. fauci inserta. (Hbae — *Amer. occid. bor. et austr.*) . . . . . . — Gilia. R. et Pav.

A. Corollae tubus longe exsertus, limbi lobi ovales integerrimi. Anth. inclusae.

1. *Fol. opposita, palmatisecta.* Fl. term. dense corymboso-capitati, dense imbricato-bracteati. Cal. semi-5-fidi sinus membranacei, lobi lineari-subulati. Anth. oblongae, basi sagittatae. . . . . . *Leptosiphon*, Benth.
2. — *alterna, pinnatisecta v. pinnatifida.* Flor. ax. solitar. v. subglomerati. Cal. 5-fid., margine et sinubus membranaceis. Anth. ovatae. . . . *Ipomopsis*, Rich.

B. Corollae tubus brevis, inclusus aut parum exsertus.

a. Fol. alterna (rarius inferiora opposita v. Dactylophyllum). Cor. lobi integri.

1. *Cal. semi-5-fidi lacin. subinaequales, lineares, subspinosae.* Cor. lobi oblongi. Anth. inclusae, subsagittatae. (Hbae plus minus albo-lanatae, fol. linear. integr. v. pinnatifidis, fl. dense corymboso-capitat. bracteis involutis.) *Welwitschia*, Rchb.
2. — *basi membranaceus, 5-fid., lacin. inaequalib. rigidis integris v. multifidis spinosis.* Cor. lobi oblongi. Anth. inclusae v. exsertae, ovatae. (Hbae saepius glutinosae, foetidae, fol. pinnatisect., fl. dense capitat., involucri bracteis multifidis spinosis.) . . . . . . *Navarretia*, R. et Pav.
3. — *5-fid., margine et sinubus membranaceis. Cor. tub. subinclusus,* lobi ovati. (Fol. pinnatisecta v. pinnatifida, fl. glomeratis v. subsolitar.) . . . *Eugilia*, Benth.
4. — *5-fid., margine et sinubus membranaceis. Cor. tub. inclusus,* lobi ovati. Anth. inclusae, ovatae. (Fol. inferiora opposita, omnia palmatisecta; flor. solitar., longe pedunculati.) . . . . . . *Dactylophyllum*, Benth.

b. Folia opposita. Cor. tubus brevis, lobi obovati plus minus crenati.

1. *Folia palmatisecta.* Calyx membranaceus, semi-5-fid., lobis subulatis recurvis. Anth. inclusae, lineares. (Hba glaberr., flor. in dichotomiis solitar., subsessil., ebracteat., versus ramorum apices plurimi approximati.) . *Linanthus*, Benth.
2. — *linearia, integerrima.* Cal. profunde 5-fid., sinubus membranaceis, lobis linearibus. Anth. subexsertae, sagittato-ovatae. (Hbula subsimplex, flor. 1-3 pedunculatis.) . . . . . . *Dianthoides*, Endl.

II. Capsulae valvae medio septiferae. Sem. testa spongioso-membranacea. Embryonis radicula infera. Calyx 5-fidus. Stam. exserta.

1. *Calyx urceolatus. Cor. subrotato-campanulata, 5-fida.* Stam. tubo inserta, subaequalia, adscendentia; filam. basi dilatata; anth. incumbentes. Ovula in loculis 2-seriata, anatropa. Caps. apice 3-valvis, 00-sp. Sem. angulata, umbilico ventrali. (Hbae, fol. alt. pinnatisect. v. bipinnatisectis, fl. term. corymbos. coerul. v. albis. — *Eur. et Asia media, Amer. bor., Mexico.*) . . . . . . — Polemonium. Tourn.
2. — *tubuloso-prismaticus. Cor. infundibuliform., elongata, limbo 5-part. subaequali.* Stam. medio tubo inserta, subaequalia. Ovula in loculis pauca, amphitropa. Caps. membranacea, apice 3-valv. Sem. pauca, compressa, angustissime alata, umbilico prope basin ventrali. Albumen parcum. (Suffrut. rigidi, ramosi, pubesc., fol. alt. ovat. v. lanceolat. argute serratis, fl. ax. 1-2-pedicellatis, bracteis 5 spinoso-serratis, cor. coccineis v. violaceis. — *Mexico.*) — Hoitzia. Juss.
3. — *tubulosus. Cor. infundibuliform., elongata, recta v. subincurva, limbo 5-part. aequali.* Stam. prope basin tubi inserta, aequalia. Ovula in loc. plura, adscendentim amphitropa. Caps. lignosa, 3-valv. Sem. pauca, adscendentia, compressa, apice in alam producta, umbilico prope basin ventrali. (Frut. erecti, ramosi, fol. alt. saepe fasciculat. ellipt. v. oblong. integerr. v. serrat. v. sinuato-pinnatifidis, fl. term. solitar. v. corymbos. erect. v. nutant., flav. v. purpur. v. albis. — *Peruvia, Chile.*) . . . . . . — Cantua. R. et Pav.

II. Caps. (ut germ.) *5-locularis,* oblongo-conica, loculicido-5-valvis, 00-sp. Sem. linearia, angulo centrali loculor. inserta. Styl. term., simplex, stig. 5-fido. . . . . . — Tribus II. *CYANANTHEAE.*

Cal. tubuloso-campanulatus, semi-5-fidus. Cor. (perigyna?) subinfundibuliform., tubo amplo, limbo 5-fido (aequali?). Stam. 5 imo tubo inserta, inclusa; filam. subulata, aequalia; anth. ovatae, conniventes v. connatae. (Hbae demissae, fol. alt. oblong. integerr. v. serratis v. inciso-lobatis, fl. pancis solitar. saepe term., calycib. atro-villosis, cor. coeruleis. — *Napalia.*) . . . . . . — Cyananthus. Wall.

B. Folia composita, paripinnata, petiolo in cirrhum ramosum excurrente. . . . . . . — Tribus III. *COBAEACEAE.*

Cal. foliaceus, persist., campanulat., 5-angulatus, 5-part., ad suturas 5-alatus. Cor. ampla, campanulata, limbi 5-fidi lobis late rotundatis aequalib. Stam. 5, imo tubo inserta, aequal.; filam. declinata, demum spiraliter torta; anth. oblongae, incumbentes. Discus hypogynus carnosus, 5-angularis, 5-foveolatus. Germ. 3- rarius 5-loc. Ovula plura loculorum angulo centrali inserta, 2-seriata, amphitropa. Styl. term., simplex, stig. 3-5-fido. Caps. subcarnosa, pyriform., 3-5-loc., loculicido-3-5-valv., valvis columnam centralem placentiferam 3-5-gonam nudantibus. Sem. in loculis pauca, 2-seriata, imbricato-adscendentia, compressa, anguste alata, testa spongiosa, umbilico prope basin ventrali lineari. Embryo intra albumen carnosum parcum rectus; cotyl. planae, late cordatae, obtusae; radic. infera, brevissima. Frut. scandens, fol. alt., pedunc. ax. 1-flor. medio 2-bracteolat., fl. speciosis violac. — *Mexico.*) . . . . . . — Cobaea. Cav.

CXLIII. HYDROLEACEAE.

A. Genuinae: Styli 2 (raro 3) distincti. Ovula placentis dissepimento utrinque adnatis inserta, plurima. Sem. 00, minima. Embr. axilis, rectus. Calyx 5-part. Corollae limbus 5-part. patens. Stam. 5 tubo inserta. (Hbae v. suffrut., plerumque glanduloso-pubesc., fol. alt. integris.)

1. *Corolla rotato-campanulata. Stam. subexserta, filam. basi fornicato-dilatatis, anth. sagittatis.* Germ. 2-loc., rarius 3-loc. Placentae hemisphaericae, axiles. Ovula anatropa, horizontal. v. pendula. Styli 2-3, stig. depresso-capitatis. Caps. septifrago-2-valvis, septo placentifero demum libero. Sem. striata. (Stirpes inermes v. spinis axillarib. armatae, fl. ax. et term. coeruleis. — *Amer. trop. et bor., Asia et Afr. trop.*) . . . . . Hydrolea. L.
   - α. Stamina corollae tubo inserta. Cor. rotato-campanulata. . . . . . *Hydrolea, L.*
   - β. — fauci (lobis, ex Pet. Th.) inserta; filam. brevia. Cor. rotata, tubo ventricoso. . *Hydrolia, Pet.-Th.*
2. *Corolla infundibuliformis. Stam. exserta, filam. basi aequalib., anth. sagittatis.* Germ. 2-loc. Placentae axiles, oblongo-lineares in quoque loc. geminae. Ovula horizontal. Styli 2, stig. subpeltato-depressis. Caps. loculicido-2-valvis, valv. semiseptiferis, septulis utrinque placentiferis. Sem. areolata. (Stirp. inermes, pilis urentibus hispidae, spicis term. paniculat. secundis, fl. sessil. ebracteat. violaceis albis v. flavis. — *Mexico, Peruvia.*) . . . . . Wigandia. H. B. K.
3. — *infundibuliformi-tubulosa. Stam. inclusa, filam. basi aequal., anth. reniformi-bilobis.* Germ. semibiloc. Placentae lineari-oblongae, marginibus introflexis septi incompleti utrinque adnatae. Ovula anatropa, pendula. Styli 2, stig. obtusis. Caps. semibiloc., loculicido-bivalvis, valv. et sem. Wigandiae. (Caules caespitoso-diffusi, inermes; fl. ax. et term. congesti v. laxe cymosi violacei v. albi. — *Amer. trop. et austr. temp.*) . . . . . Nama. L.

B. Dubiae: Stylus 1, indivisus aut semibifidus, terminalis. Placentae dissepimenti marginibus introflexis utrinque adnatae, 00-ovulatae. Caps. loculicido-2-valvis. 00-sp. Embryo in axi albuminis carnosi. Stam. imo corollae tubo inserta. Calyx persist. (Hbae erectae, subcarnosae, fol. alternis.)

1. *Calyx 10-12-part.*, lobis subulatis erectis, alternis minorib. Cor. campanulata, tubo costato basi toruloso, limbo 10-12-fido, lobis oblong. carinatis aestiv. imbricatis, alternis minorib. Stam. 10 v. 12, filam. basi fornicato-dilatatis, anth. incumbent. 2-loc. 2-rimosis. Germ. 2-loc. Styl. semibifidus, stig. dentatis. Caps. calyce connivente cincta, ovata, stylo mucronata, 2-loc., apice 2-valv., valvis marginib. introflexis dissepimentum praebentibus. Sem. angulata, testa cartilaginea dense papillosa. Embr. subarcuatus, filiform., cotyl. brevissimis, rad. elongata. (Hba ramosa, undique aculeis albis subulatis armata; fol. subrepanda, utrinque setosa, margine subtusque aculeata; flor. extraaxillar. solitar. v. in apice caulis subracemosi, 2-bract., cor. magnis albis purpureo-variegatis. — *Afr. austr.*) . . . . Codon. Royen.
2. — *5-part.* Cor. hypocraterimorpha, limbo 5-part. patente. Stam. 5, inclusa; filam. basi aequalia, inaequilonga; anth. lineares, incumbent. Germ. semibiloc., ovulis anatropis. Styl. indivisus, stig. capitato. Caps. ovata, subcompressa, incomplete 2-loc., valv. medio septiferis, septulis utrinque placentam linearem gerentibus. Sem. areolata. Embr. orthotropus. (Hbae multicaules, humiles, inermes, pilosae; fol. radical. reniformi-cordata, sublobata, petiolo basi dilatato caulem vaginante, caulina minora, pauca; racemus term., secundus, sub anthesi apice revolutus, demum strictus elongatus; fl. ebract. parvi, albidi. — *Amer. arctica.*) . . . . . Romanzoffia. Cham.

CXLIV HYDROPHYLLEAE.

A. Germen 1-loculare. Ovula amphitropa, placentarum oppositarum invicem alterna. Stylus term. stig. bifido. Caps. membranacea, ovoidea, bivalvis. Sem. angulata v. angulato-subglobosa, areolata. Embryo rectus, radic. vaga. Calyx 5-part. Corollae limbus 5-lobus. Stam. 5 tubo inserta. Hbae ramosae, fol. palmatim v. pinnati-sectis. — *Amer. bor., Mexico.*)

I. Placentae 2 maximae, carnosae, linea dorsali parieti adnatae, caeterum liberae, facie interiore ovuliferae.

1. *Corolla tubulosa, calyce major, limbo erecto, tubo intus squamis 5 linearib. dorso adnatis limbi lobis alternis aucto. Stam. longe exserta,* imo tubo inserta. Calycis sinus reflexo-appendiculati v. nudi. Placentae singulae 2-ovulatae, ovulis invicem alternis diagonaliter oppositis. Caps. 4-v. abortu 3-1-sp.; placentae demum liberae, capsulam interiorem simulantes. Embryo intra albumen cartilagineum excentricus, minimus. (Hbae pilosae, racemis dichotomo-scorpioideis ebract.) . . . . . Hydrophyllum. Tourn.
2. — *subcampanulata, calyce minor, limbo patente, tubo intus nudo v. squamis 10 aucto. Stam. inclusa.* Calycis sinus nudi. Caet. Hydrophylli. Embryo paulo longior. (Fol. infer. opposita, super. alterna; pedunc. infer. oppositifolii, super. in racemum simplicem unilateralem laxum dispositi.) Ellisia. L.
3. — *subcampanulata, calyce major, limbo patente, tubo intus nudo v. squamulis 10 brevibus aucto. Stam. subinclusa.* Calycis sinus reflexo-appendiculati. Ovula 4-12 per placentas sparsa. Caps., placentae et sem. Ellisiae. Embryo in axi albuminis cartilaginei ejusque fere longitudinis. (Hbae fol. infer. oppos., super. alt., pedunc. ax. 1-fl., v. ad apices ramor. in racemos breves dispositis.) Nemophila. Bart.

II. Placentae 2 parietales, lineares, ovul. indefinitis. Caps. valvae medio placentiferae, 00-sp. Embr. intra albumen cartilagineum rectus, eoque circ. dimidio brevior. Calycis sinus nudi. Cor. subcampanulata, limbo patente, tubo intus nudo v. squamulis 10 aucto. Stam. exserta. (Fol. alt. interdum indivisa; cymae simpl. unilateral. v. dichotomae, v. fl. dense v. laxe racemosi.) . . . . . Eutoca. R. Br.

B. Germen subbiloculare, ovulis semisepti margini utrinque insertis. Cal. 5-part., sinubus nudis. Corollae limbus 5-lobus. Stam. 5, tubo inserta.

1. *Caps. ovata, membranacea, loculicido-2-valv., valv. semiseptiferis.* Sem. 4, oblonga, sulcata, septi incompleti margini utrinque solitarie inserta. Embr. in apice album. cartilaginei rectus eoque dimidio brevior, radic. supera. Cor. subcampanulata, tubo intus squamulis 10 aucto, limbo erecto. Stam. exserta. Germ. semibiloc., 4-ovulatum. (Hbae, fol. alt., integerr. v. lobatis v. pinnatisectis, inflor. Eutocae. — *Amer. bor, Peruvia, Chile.*) . . . . . Phacelia. Juss.
2. — *oblonga, compressa, semiseptis ad axin incrassatis pseudo-4-loc.....* Germ. septo fere completo subbiloculare. Ovula plura septi marginibus interioribus utrinque inserta. Cor. campanulata, persist., tubo intus purpureo-maculato basi squamis 10 minutis aucto. Stam. inclusa. (Hba ramosa, erecta, subviscoso-villosa, fol. alt. pinnatifid., racemis gracilib. ante anthesin circinnatis, fl. nutantib. — *California.*) . . . . . Emmenanthe. Benth.

CXLV. CONVOLVULACEAE.

A. Ovarium unicum(?) 1-loc., aut ovaria 2 (raro 3?) connata in germ. 2-4-loc. . . . . . Tribus I. *CONVOLVULEAE.*

I. Fructus capsularis, siccus, plerumque membranaceus et dehiscens.

A. Styli 2 distincti aut inferne tantum coaliti (cfr. Wilsonia).

† **Germen 1-loc.? 2-ovulatum.** Styl. 2-fid. stig. capitatis. Caps.... Calyx urceolatus, 5-gonus, 5-dentatus. Cor. infundibuliform., aestiv. imbricata. Stam.... (Suffrut. prostratus, ramosiss., pubesc., fol. disticho-imbricatis parvis crassiusc. sessil., fl. ax. solitar. sessil. ebract. — *Nov. Holl.*) Wilsonia. R. Br.

†† — **2-loculare, loc. 2-ovulatis** (raro 1-loc., 2-ovulatum? cfr. Cladostyles). Calyx 5-phyllus.

I. Styli 2 omnino distincti.

- a. *Styli indivisi; stig. capitata.* Caps. abortu 1-loc., 1-sp. Cor. infundibuliform, limbi 5-part. lobis planis. Stam. exserta, imo tubo inserta. (Hbulae pubesc., fol. sparsis integerr., fl. ax. in apice ramor. subspicatis 2-bracteat. — *Region. mediterr., Asia, Amer. et Nov. Holl. trop.*) . . . . . Cressa. L.
- b. — *singuli 2-partiti v. semi-2-fidi; stigm. simplicia.* Cor. infundibuliform., v. subcampanulata v. subrotata, limbo plus minus 5-lobo. Stam. exserta, imo tubo inserta. (Hbae, fol. alt. indivisis.)
  1. *Caps. 2-loc., 2-valvis v. demum 4-valv. Sem. 4* v. abortu pauciora. Germ. 2-loc., loc. 2-ovulat. (Caules prostrati v. repentes, rarius erecti; pedunc. ax. 1-paucifl. rarius spicati v. racemoso-subpaniculati, pedicell. 2-bract. — *Regiones trop. et subtrop. totius orbis.*) . . . . . Evolvulus. L.
  2. — *1-loc., evalvis, 1-sp.* Germ. 1-loc.? 2-ovulat.? (Caulis erect., panic. term., fl. albis. — *Regn. Nov. Granat.*) . . . . . Cladostyles. Humb. et Bonpl.
- c. *Styli indivisi; stig. reniformia, carnosa.* Caps. abortu 1-loc, 1-sp., bractea florali demum aucta membranacea inclusa. Cal. immutatus. Cor. infundibuliform., limbo 5-part. plano. Stam. imo tubo inserta, inclusa. (Suffrut. erecti, fol. alt. integr., racemis ax., bracteis in pedicell. decurrentib. — *Ind. or.*) . . . . . Neuropeltis. Wall.

II. Styli apice distincti (s. stylus 1 semibifidus aut 2-partitus) v. pag. sequ.

CONVOLVULACEAE.

Tribus I. *CONVOLVULEAE.*

A. I. A. †† (Continuat.)

II. Styli superne distincti (s. stylus 1 bifidus v. 2-partitus), stig. capitatis. Caps. 2-loc.

1. *Calyx 5-sepalus, demum auctus?, sepalis 2 exteriorib. maximis involucrantib. coloratis.* Cor. infundibuliform, limbo 5-part. Stam. tubo infra medium inserta, inclusa. Styl. 2-part. Sem. 4, v. abortu pauciora. (Suffrut. volub., fol. alt. integr., pedunc. 00-fl. ax. et term. paniculat., fl. albis. — *Amer. trop.*) . . . . Dufourea. H. B. K.

2. — *5-part., demum non auctus. Cor. infundibuliformi-campanulata, limbo 5-plicato.* Stam. imo tubo inserta, inclusa. Caps. 4-sp. (Hbae v. suffrut. diffusi, fol. alt. integr., fl. ax. subsolitar.) . . . . Breweria. R. Br.
   - α. *Stylus semibifidus.* Corollae limbus subinteger. (*Nov. Holl. et Asia trop., Madagasc.*) *Breweria, R. Br.*
   - β. *Styli 2 vix basi coaliti.* Cor. limbus 5-fidus. (*Arab. felix.*) . . . . *Seddera, Steud et Hochst.*

3. — *5-sepalus, demum non auctus, sep. concavis. Cor. infundibuliformi-campanulata,* limbo 5-part. plano (nec? plicato). Stam. medio tubo inserta, subexserta. Styl. 2-fid., longe exsertus, stig. capitatis sublobatis. Sem. abortu 2, arillo (?) carnoso praedita. (Frut. erect., fol. alt. coriac. integr. undulatis, panic. term. brevi contracta. — *Madagasc.*) . . . . Bonamia. Pet.-Th.

B. Styli toti in unum indivisum connati (s. stylus simplex, raro 2-fidus, cfr. Porana).

I. Germen 1-loculare (cfr. Duperreya). Caps. 1-loc. Calyx 5-phyllus. Cor. campanulata v. subcampanulata v. infundibuliform. Stam. imo corollae tubo inserta, inclusa.

a. Calyx demum auctus, scariosus. Caps. 1-sperma.

1. *Corollae limbus planus, 5-part.* Germ. 1-loc., 2-4-ovulatum. Caps. evalvis. (Hbae v. suffrut. volub., fol. alt. ovat. v. cordat., fl. paniculat. — *Asia et Afr. trop.*) . . . . Porana. Burm.
   - α. *Stylus semibifidus.* Sepala omnia demum aucta. . . . . *Porana, Burm.*
   - β. — *indivisus.* Sepala 3 interiora tantum demum aucta, 2 exter. immutata. . . . . . *Dinetus, Sweet.*

2. *Corollae limbus 5-plicatus.* Stylus simpl., exsertus, stig. crasso 3-gono-subcordiformi. Germ. 1-loc.?.... (Fruticulus erect., fol. alt. linear. sericeis, pedunc. ax. solitar. 1-flor. subracemosis, fl. coerul. minute 2-bract. — *Nov. Holl.*) . . . . Duperreya. Gaudich.

b. Calyx immutatus (nec demum auctus) minute 2-bracteolatus, 5-phyll. Cor. limbus 5-plicatus. Germ. 1-loc., 4-ovulat. Styl. simpl., stig. 2-lobo. Sem. 4 v. abortu pauciora. (Hbae volub., fol. alt. cordat. integr. v. sinuato-angulatis, pedunc. ax. 1-00-floris. — *Ind. or.*) . . . . . Palmia. Endl.
   - α. Stigmatis lobi complanato-ovati. . . . . *Shutereia, Choisy.*
   - β. — — globoso-capitati. . . . . *Skinneria, Choisy.*

II. Germen 2-loculare. Calyx 5-phyllus v. 5-part. Cor. infundibuliform. v. subcampanulata, limbo 5-plicato. Stam. imo tubo inserta, inclusa (cfr. Convolvulus). Styl. indivisus.

A. Stigmata 4-6 acuta. Germinis loculi 1-ovulati. Caps. abortu 1-loc., 2-1-sp. Calycis foliola aequalia v. 2 exteriora cordata. (Hbae diffusae v. repentes, fol. alt. oblong. v. cordatis integris, pedunc. ax. 2-bracteat. — *Nov. Holl. trop.*) . . . . Polymeria. R. Br.

B. — 2, obtusa. Germinis loc. 2-ovulati. Caps. 2-valvis, 4-sperma. (Hbae v. suffrut. v. frut., volub., rarius decumbent., v. erecti, fol. alt. saepius cordat. v. sagittat. v. lobatis, pedunc. 1-00-fl., ax. v. term., fl. saepe speciosis albis, roseis, purpur. v. coerul., rarissime flavis. — *Totius orbis incolae.*)

1. *Caps. 1-loc.* Germen septo apice deliquescente incomplete 2-loculare. Stigmata teretia v. globosa. Calyx bracteis 2 foliaceis inclusus. (Pedunc. ax. 1-fl.) . . . . Calystegia. R. Br.

2. — *2-loc.* Calyx nudus (saltem non bracteis inclusus). Ovula collateralia. Stam. inclusa v. exserta, filam. basi dilatatis. . . . . Convolvulus (L.) Endl.
   - α. *Stamina inclusa:* 1) Stigmata lineari-cylindrica. . . . . *Convolvulus, Choisy.*
     - 2) — ovato-complanata (lamelliformia). . . . . . . *Jaquemontia, Choisy.*
     - 3) — capitato-globosa. . . . . *Ipomoea, Jacq., Choisy*
   - β. — *exserta.* Stigmata capitato-globosa. . . . . *Exogonium, Choisy.*

C. Stigma unicum capitato-bilobum. Germ. 2-loc., loc. 2-ovulatis. Caps. 2-loc., 2-valv., 4-sp. Cal. 5-phyllus. Corollae limbus plicato-5-lobus. Stam. imo tubo inserta, inclusa.

1. *Sepala 2 exteriora profundius inserta, in pedunculum subdecurrentia.* Cor. campanulata. (Hbae v. suffrut. repentes v. diffusi, rarius volub., fol. alt. angustis basi sagittat. v. integris, pedunc. ax. 1-flor. bracteat. — *Asia et Amer. trop.*) . . . . Aniseia. Choisy.

2. — *insertione aequalia, campanulato-conniventia.* Cor. tubulosa, tubo medio inflato, fauce coarctata, limbo patente. Filam. basi squamis fornicatis conniventibus instructa. (Hba volub., fol. alt. cordat. integr. v. 3-lobis, cymis ax. pedunculat. densifloris. — *Ind. or.*) . . . . Lepistemon. Blume.

III. Germen (sicut caps.) *3-4-loculare v. pseudo-4-loc.* Caps. 3-4-valvis. Cal. 5-phyllus.

a. Stam. exserta, imo corollae tubo inserta, filam. basi dilatatis. Cor. plus minus hypocraterimorpha et elongata, limbo 5-plicato. Stigma 1, capitato-2-lobum. Caps. 4-loc., 4-sp (Hbae volub. — *Amer. et Asia trop.*)

1. *Caps. incomplete 4-loc. Germ. 2-loc., loc. 2-ovulatis* septulo inter ovula collateralia incompleto 2-locellatis. (Fol. alt., cordata; pedunc. ax. 1-3-flori, fructiferi incrassati; fl. maximi, speciosi, cor. tubo elongato, limbo amplo patente.) . . . . Calonyction. Choisy.

2. — *4-loc. Germ. 4-loc., loc. 1-ovulatis.* Corollae limbus 5-lobus. (Fol. alt., cordata, integra v. lobata v. pinnatifida, pedunc. ax. 1-00-flor., fl. rubris.) . . . . Quamoclit. Tourn.

b. Stam. inclusa. Cor. campanulata v. infundibuliform., limbo 5-plicato patente. Caps. (ut germ.) 3-4-loc., 3-4-valvis. (Hbae volub., fol. alt. cordat. integr. v. lobatis, pedunc. ax. 1-00-floris.)

1. *Caps. 3-4-sp. Germinis loc. 1-ovulati.* Stigma capitato-bilobum. Stam. imo cor. tubo inserta, filam. basi vix latioribus. (*Regiones trop. totius orbis, — reg. mediterraneae.*) . . . . Batatas. Choisy.

2. — *6-8-sp. Germ. loculi 2-ovulati.* Stigma capitato-granulatum. Stam. tubo cor. inserta, filam. basi dilatatis. (Corollae plerumque coeruleae albo- v. purpureo- variegatae. — *Reg. trop. totius orbis.*) . . . . Pharbitis. Choisy.

Tribus II. *ARGYREIEAE.*

II. Fructus baccaceus, indehiscens (cfr. Maripa). Cal. 5-phyllus. Stylus simplex; stigma 1.

A. Germen 4-loculare, loc. 1-ovulatis. Stigma capitatum v. lamelliforme, 2-lobum. Bacca 4-loc. Sem. 4 v. abortu pauciora. Cor. infundibuliform. v. tubulosa, limbo 5-plicato. Stam. inclusa. (Suffrut. volub., fol. alt. latis cordatis subtus pubesc. v. tomentos., fl. ax. v. term. magnis speciosis. — *Asia trop.*) . . . . Rivea. Choisy.

B. — 2-loc., loculis 2-ovulatis (cfr. Moorcroftia). Stam. imo corollae tubo inserta.

a. Corolla campanulata. (Suffrut. volub., fol. alt. integris saepius cordatis tomentos. v. sericeis. — *Asia trop.*)

1. *Bacca 2-loc. Sem. 4 v. abortu pauciora.* Stigma capitato-bilobum. Corollae limbus 5-plicatus, subinteger v. 5-fidus. Stam. inclusa v. exserta. (Pedunc. ax. et term., 1-00-flori; fl. magni, speciosi.) . . . . . Argyreia. Lour.

2. — *abortu 1-loc. (raro 2-loc.) 1-sperma.* Germ.... Stigma.... Corollae limbus 5-plicatus. Stam. inclusa. (Pedunc. ax. multiflori.) . . . . Moorcroftia. Choisy.

b. Corolla suburceolata, limbo subintegerrimo. (Pedunculi ax. 1-flori.)

1. *Stam. inclusa. Stigma capitato-bilobum. Bacca 1-sp.....* Calyx calyculato-3-bracteatus. Cor. cylindrico-urceolata, obsolete 5-dentata. (Suffrut. erect., fol. alt. linear. mucronulatis subtus subsericeis, pedunc. brevibus. — *Ind. or.*) . . . . Blinkworthia. Choisy.

2. — *longe exserta. Stigma cavo-complanatum. Bacca lignosa, 2-loc., 4-sp.....* Cor. urceolato-ventricosa, limbo 5-plicato subintegerrimo. (Arb., fol. ramulor. confertis alt. emarginato-subspathulatis, pedunc. solitar medio 2-bracteolatis. — *Madagasc.*) . . . . Humbertia. Commers.

c. Corolla infundibuliformis, limbo plicato-5-lobo patente. Stam. inclusa, anth. sagittatis. Stigma peltatum, convexum, 10-sulcum. Fruct.... (Frut. sarmentosus, fol. alt. ovat. integerr., panic. term. — *Guiana.*) Maripa. Aubl.

Tribus III. *DICHONDREAE.*

B. Ovaria distincta aut nonnisi stylorum ope connexa.

Styli 2 basilares, stig. capitatis. Sem. erecta. Stam. 5, corollae tubo inserta, inclusa. (Hbae v. suffrut. decumbent. v repentes, fol. petiolat. cordat. integris, pedunc. ax. 1-flor. ebracteat.) . . . .

1. *Ovaria 4, mediantibus stylis per paria connexa, 1-ovulata.* Utriculi (?) 4, monospermi. Calyx semi-5-fidus. Cor. infundibuliform., limbo 5-plicato. (Fol. glabra, ovata v. subspathulata. — *Afr. austr.*) . . . . Falkia. Linn. fil.

2. — *2, distincta, 2-ovulata.* Utriculi duo, 2-1-spermi. Cal. 5-part. Cor. subrotata, limbo 5-partito plano. (Fol. reniformia pubesc. v. sericea. — *Hemisphaera austr. extratrop., Amer. trop. et temp.*) . . . . Dichondra. Forst.

CXLVI. NOLANACEAE.

Genus unicum: Calyx campanulatus, 5-part., persist. Cor. infundibuliform., limbo plicato 5-10-lobo. Stam. exserta, tubo inserta. Ovaria plura, distincta, disco hypogyno carnoso inserta, 1-6-locularia, loculis 1-ovulatis. Stylus basilaris, indivisus, stig. capitato. Drupae plures, liberae, carnosae, putamine osseo 1-6-loculari, loc. 1-sp. Sem. reniform., lenticulari-compressa. Embryo filiform., annularis, albumen carnosum cingens, cotyl. semiteretib., radic. infera. (Hbae v. suffrut. prostrati subsucculenti, fol. alt. geminatis integris, pedunc. extraaxillar. — *Amer. austr.*) . . . . Nolana. L.

CXLVII. SOLANACEAE.

A. Embryo plus minus arcuatus, (rarius rectus. v. Nierembergia, Petunia). Cotyled. semicylindricae.

I. Caps. (ut germen) ***2-locularis.*** Stamina 5.

Tribus I. *NICOTIANEAE.*

A. — **septicido-2-valvis** (valvis quandoque 2-fidis), placentis septo adnatis 00-sp. Antherae rimis 2 longitudinal. dehiscentes. (Folia integerrima.) . . . .

I. Corollae hypocraterimorphae faux corona cyathiformi exserta truncata aucta, limbo patente 5-partito plicato. Stam. inclusa, summo tubo inserta. Styl. inclusus, stig. subemarginato. Fr.... Cal. 5-part., lobis linearibus. (Hba erecta, foetida; fol. alt., super. subgemina, cordata; pedunc. extraaxillar., solitar., 1-fl., fl. flavis. — *Mexico.*) . . . . Nectouxia. H. B. K.

II. — *faux corona destituta.*

A. Stigma bilamellatum. Calyx persistens.

1. *Calyx alato-5-gonus, 5-part.* (magnus, pube stellata ferrugineo-tomentosus). Cor. tubulosa, limbo brevi 5-lobo recto. Stam. tubo inserta, inclusa, basi villosa; antb. basifixae, lineares. Caps. 2-valv.? Sem. impresso-punctata, Embryo leviter curvatus. (Frut. tomentos., fol. alt. integerr., pedunc. lateral. solit. 1-flor.? — *Mexico.*) . . . . Laureria. Schlecht.

2. — *tubulosus v. subcampanulatus, subinaequaliter 5-fidus.* Cor. infundibuliform., tubo elongato angusto, limbo amplo patente, subinaequaliter plicato-5-lobo. Stam. exserta, inaequilonga, fauci inserta, circum stylum conniventia, libera v. basi plus minus monadelpha; anth. sub stigmate reconditae. Stigma reniforme. Caps. calyce tecta, valvis demum 2-partitis placentas coadunatas nudantibus. Sem. triquetra. Embr. aut rectus axilis, aut arcuatus excentricus. (Hbae v. suffrut. humiles; fol. alt. solitar. v. geminis, fl. extraaxillar. v. oppositifol. solitar. albis v. lilacinis. — *Amer. austr.*) . . . . Nierembergia. R. et Pav.

B. Stigma indivisum (rarius obsolete 2-lobum, cfr. Petunia).

a. Stamina inclusa.

α. Stigma capitatum. Placentae linea dorsali septo adnatae. Embryo axilis. Calycis lobi saepe subinaequales. Corolla infundibuliform. v. hypocraterimorpha, tubo cylindrico v. subventricoso, limbo plicato-5-lobo patente v. rarius erecto v. recurvo. (Hbae v. suffrut., pleraeque viscoso-pubesc., fol. alt., fl. albis, purpurasc. v. virescent.)

1. *Stam. inaequilonga, medio corollae tubo inserta.* Corollae limbus paulo inaequalis. Cal 5-part., lobis spathulatis. Stigma obsolete 2-lobum. Capsolae valvae indivisae. Sem. subsphaerica. Embr. interdum rectus. (Fol. floralia gemina; pedunc. ax. solitar. 1-flori. — *Amer. austr.*) . . . . Petunia. Juss.

2. — *aequilonga, inferiori tubi parti inserta.* Corollae limbus aequalis. Cal. tubuloso-campanulatus semi-5-fidus. Stigma interdum subemarginatum. Caps. calyce tecta, valvis demum 2-fidis placentas discretas retinentibus. (Racemi v. paniculae term. — *Amer. trop., Asia oriental. calidior.*) . . . . Nicotiana. L.

β. Stigma oblongum. Stylus filiform. Caps. oblonga, subcylindrica, 2-valv.... Cal. tubulosus, prismatico-5-gonus. Cor. infundibuliform., limbi 5-part. lobis obtusis subaequalib. patent. Stam. imo tubo inserta. (Frut. scandens, ramis pendulis, fol. alt., glabr. nitidis, racemis ax. longe pedunculat. nutantib., fl. coccineis. — *Guiana.*). . . . . Marckea. Rich.

γ. — *obliquum.* Styl. apice incurvus. Caps. calyce inclusa, valvis apice 2-fidis placentas coadunatas nudantibus. Sem. subglobosa. Embr. intra albumen subperiphericus, arcuatus. Cal. tubulosus, semi-5-fid. Cor. infundibuliform., limbo plicato breve 5-lobo. Stam. imo tubo inserta, inaequilonga, apice incurva. (Suffrut. Ericae facie, viscosi v. resinosi, fol. sparsis, nunc imbricatis, pedunc. ax. solitar. 1-fl., fl. albis. — *Amer. austr.*) . . Fabiana. R. et Pav.

b. Stam. exserta, adscendentia, tubo inserta. Cal. tubuloso-campanulatus, inaequaliter 2-5-fidus. Cor. infundibuliform., tubo brevi, limbo campanulato suboblique truncato inaequaliter plicato-5-dentato. Styl. exsertus, stig. capitato. Caps. calyce cincta, valv. indivisis. Caet. Nicotianae. (Suffrut. subviscosus, fol. alt. decurrent. angustis, racemis term. subsecundis paniculatis, fl. purpurasc. — *Peruvia.*) . . . . Lehmannia. Spr.

Tribus II. *HYOSCYAMEAE.*

B. **Caps. circumscissa,** placentis septo adnatis 00-sp. Embryo intra albumen subperiphericus, arcuatus. Stigma capitatum. Stam. imo corollae tubo inserta, plerumque inclusa; anth. longit. dehiscentes. . . . .

1. *Calyx urceolatus, 5-dentatus. Cor. infundibuliform*, raro hinc fissa, limbi plicati 5-lobi, lobis obtusis inaequalib Stam. declinata, interdum exserta. Caps. calyce saepe aucto inclusa, membranacea, basi ventricosa, sursum angustata, apice circumscissa, operculo 1-2-loculari. Sem. reniformia. (Hbae saepe viscosae, fol. alt. dentat. v. angulatis, floral. saepe geminis, fl. ax. solitar, saepius secundis. — *Eur., Asia media et occ., Afr. bor.*) . . . . Hyoscyamus. Tourn.

2. — *campanulatus, inaequaliter 5-fidus. Cor. campanulata,* limbo plicato, lobis 5 obtusis inaequal. Stam. recta. Caps. calyce inflato costato connivente inclusa, coriaceo-subcarnosa, subglobosa, supra medium circumscissa, operculo mucronato 4-valvi. Sem. reniform. Embr. semicircularis. (Hba, rad. fusiformi crassa, fol. alt. subrepandis, floral. geminis, pedunc. ax. solitar. 1-flor, fl. nutant. flavido-viresc. demum purpurasc. — *Nepalia.*) Anisodus. Link.

3. — *campanulatus, aequalis, 5-fidus. Cor. cylindrico-campanulata,* limbo plicato 5-dentato aequali. Stam. declinata. Caps. basi calyce stipata, coriaceo-subcarnosa, subglobosa, medio circumscissa, operculo 1-loc. Embryo semicircularis. (Hba di-trichotoma, fol. alt., floral. geminis, pedunc. ax. solitar. 1-fl. nutantib., flor. rufis fundo flavo. — *Eur. austr.-oriental.*) . . . . Scopolia. Jacq.

Tribus III. *DATUREAE.*

II. Caps. aut bacca (raro drupa) ***incomplete 4-locularis*** (cfr. Cotylanthera, Isanthera), septo primario completo medio aut prope angulum parietalem utrinque placentifero, secundario supra medium deliquescente, placentis porrectis 00-sp. (cfr. Triguera). Embryo intra albumen arcuatus. . . . .

A. Flores hermaphroditi.

I. Antherae longitudinaliter dehiscentes.

a. Stam. 5, corollae tubo inserta. Cor. infundibuliform., saepe ventricosa, limbo plicato. Cal. tubulosus.

1. *Stigma 2-lamellatum. Caps. ovata v. subglobosa, muricata, rarius laevis, semi-4-loc.,* ad septa incomplete 4-valvis. Embryo subperiphericus. Calyx angulatus, rarius subteres. (Hbae, suffrut. v. arbusc., fol. alt. saepe angulato-dentatis, flor. alaribus solitar. saepe magnis albis lilacinis v. coccineis. — *Amer et Asia trop.*) Datura. L.

   α. Semina reniformia. Calyx supra basin persistentem peltatam circumscisse deciduus.
   1. *Stam. inclusa; anth. distinctae.* Corollae limbus acute 5-angulus. Calyx apice 5-lobus. *Stramonium*, Bernh
   2. — *subexserta; anth. remotae.* Cor. limbus 5-10-dentatus. Cal apice 5-lobus. . *Dutra*, Bernh.
   3. — *exserta; anth. contiguae.* Cor. limb. 10-dentatus. Cal. hinc fissus. . . . . *Ceratocaulis*, Bernh
   β. Sem. obsolete 3-gona. Stam. inclusa; anth. conglutinatae. Cal. apice 5-lobus. . *Brugmansia.* Pers.

2. *Stigma subcapitatum Bacca pulposa, 4-loc.,* calyce demum hinc fisso cincta. Sem. reniform. Cal. 3-5-fidus, totus persist. Corollae limbus 5-fid., lobis undulatis. Stam. adscend., erecta; anth. versatil. (Frut. sarmentosi, fol. alt. in ramor. apice confertis integerr., fl. term. solitar. magnis luteo-albis. — *Amer. trop.*) Solandra. Sw.

b. Stam. 5, dentibus (?) urceoli perigyni membranacei 5-dentati basi melliflui extus inserta, subaequal., inclusa; filam. brevia; anth. magnae, subsagittatae, compressae, in conum conniventes. Germ. subglobosum, 2-sulcatum..... Stylus filiform., stig. subcapitato. Drupa calyce inclusa, sicca, membranacea, scarioso-rugosa, 4-loc, septis tenue membranaceis evanescentib., placenta centrali subrotundo-4-gona. Sem. in loculis 2 superposita, nucamentacea, compresso-subovata, asperula, nucleo compresso subrotundo. Embr.... Cal. 5-part., persist., lobis angustis inaequalib. Cor. tubo brevissimo, fauce ampliata, limbo plicato-subbilabiato-5-fido, lobis rotundatis, labio superiore breviore reflexo, infer. ventricoso erecto-patulo. (Hba narcot., moschata, fol. alt. sessil. v. decurrent. crenat. v integerr., pedunc ax. solitar. 2-fid. 2-floris nutantib. — *Hispania.*) . . . . ? Triguera. Cav. †

II. Antherae conniventes, apice poro unico dehiscentes. Stam. 4, aequalia; filam. brevia, lata. Cal. campanulatus, 4-fid., persist. Cor. hypocraterimorpha, marcescens, 4-part., lobis aequalib. patent. Styl. bisulcus, stig. capitato depresso. Caps. ovato-globosa, 2-loc., 00-sp., septis carnosis utrinque inflexis. (Hba carnosa, arborum radicibus innascens, scapo aphyllo subramoso, hinc inde stipulis parvis geminatis praedito, pedicell. solitar. v. geminatis medio 2-bracteatis, fl. dilute coerulesc. — *Java.*) . . . . ? Cotylanthera. Blume.

B. **Flores polygami.** Cal. 5-fid., extus lanatus. ☿: Cor. rotata, 5-fida, calyce brevior. Stam. 5; anth. 1-loc., connectivum semicirculare amplectentes, rima verticali longit. (?) dehisc. Germ. 2-loc., septo 2-lamellato diagonaliter recurrente margine ovulifero. Styl ...., stig. truncato. Caps. 2-loc., 00-sp., placentis 4 lamelliform. Flor. ♀: Corolla nulla. Staminum rudimenta tuberculiformia. Germ. ut in ☿. (Hba erecta, caule ferrugineo-lanato, fol. alt., fl. ax. fasciculato-glomeratis nutant. — *Ind. or.*) . . . . ? Isanthera. Nees.

III. Bacca 2-pluriloc. (rarissime 1-loc., cfr. Dartus, Stigmatococca, aut caps. evalvis) ***placentis central.***, etc. (v. pag. sequ.)

SOLANACEAE.

(Continuat.)

A. *III. Bacca 2-plurilocularis* (raro 1-loc., cfr. Dartus, Stigmatococca; aut caps. evalvis) ***placentis centralibus.*** . . . . **Tribus IV.** *SOLANEAE.*

A. Antherae apice poris 2 dehiscentes, exsertae, aequales, rarius inaequales, conniventes v. subconnatae. Stam. 5 (raro 4 v. 6) corollae fauci inserta, filam. brevissimis. Cal. 5-10-fidus. Cor. rotata, rarius campanulata, tubo brevi, limbo plicato 5-v. 10-fido (subinde 4-6-fido). Stigma obtusum. Bacca (ut germ.) 2-rarius 3-loc., 00-sp., placentis septis adnatis. Sem. subreniform. Embr. periphericus, spiralis. (Hb. frut. v. arb., saepe aculeatae v. spinosae, saepe pube stellata tomentosae; fol. alt. v. gemina, integra v. varie partita; flor. extraaxillar., alar. v. lateral. raro term., solitar. v. gemini, v. umbellati, fasciculati, racemosi v. corymbosi, rarius paniculati, albi v. violacei v. coerul., raro lutei. — *Region. trop. et temp. totius orbis.*) . . . . Solanum. L.

B. — rimis longitudinalibus dehiscentes.

I. Corolla rotata v. subrotata, tubo brevissimo, limbo late patente v. reflexo.

A. Stam. exserta, fauci inserta.

† Antherae oblongo-conicae, membrana apicis elongata connatae, intus debisc. Stam. 5-6, filam. brevissimis. Cal. 5-6-part. Cor. limbus plicatus, 5-6-fidus. Germ., stigma et fr. Solani. Sem. reniform., pulposo-villosa. Embr. intra albumen subperiphericus, radic. vaga. (Hb., fol. alt. pinnatipart. v. decompositis, pedunc. extraaxillar. pluriflor., pedicell. articulat. demum reflexis; flor. plantae cultae saepe plures coalescentes ideoque varie monstrosi. — *Amer. trop.*) . . . . Lycopersicum. Tourn.

†† — distinctae, saepius conniventes.

a. Bacca monosperma, globosa..... Styl. subulatus, stig. simplici. Cal. 4-fid., persist., lobis ovatis suberectis. Cor. 4-fidae lobi ovales. Stam. 4, filam. filiform., anth. exsertis,..... (Frut.?, fol. alt. indivis. crenulatis glabr., panic. term., fl. cymosis. — *Brasil.*) ?Stigmatococca. Willd. †

b. — polysperma. Semina reniformia.

1. *Stylus filiform. v. obconicus, stig. simplici.* Bacca 2-loc., placentis septo adnatis. Embryo Solani. Cal. 5-fid. Cor. limbus 4-5-fid., subvalvatus. Stam. 4-5; anth. conniventes. (Hb., frut. v. arbusc., fol. alt. v. geminat. integr. v. subsinuatis, fl. extraaxillar. v. alar. solitar. v. racemosis v. subumbellatis. — *Amer. austr. trop.*) . . . . Witheringia. L'Her.

2. — *subclavatus, stig. obtuso obsolete 2-3-lobo.* Bacca exsucca, saepe elongata, incomplete 2-3-loc., placentis septi v. anguli centralis basi adnatis septisque superne evanidis. Embr. intra albumen hemicyclicus, subperiphericus. Cal. 5-6-fid. Cor. limbus plicatus, 5-6-fid. Stam. 5-6, filam. breviss., anth. connivent. (Hb. v. frut., fol. alt. v. geminatis integerr. v. sinuatis, pedunc. 1-3 alar. v. extraax. 1-fl., fl. sordide albis v. flavesc., baccis aurantiac. v. coccin. v. purpur. — *Asia et Amer. trop.*) . . . . Capsicum. Tourn.

3. — *simplex, stig. capitato.* Bacca calyci aucto imposita, 2-loc. v. septis evanidis placentisque coalitis 1-loc. Embr..... Cal. 5-fid. Cor. limbus plicatus, 5-fid., reflexus. Stam. 5 longe exserta; anth. distantes. (Hb., fol. alt. v. geminat., pedunc. ax. solitar. v. confertis. — *Peruvia.*) . . . . Sarracha. R. et Pav.

B. Stam. 5 inclusa, imo tubo inserta; anth. conniventes. Cal. 5-fid., demum auctus et saepe vesicaeformis. Cor. subcampanulato-rotata, plicata, limbo 5-sinuato. Styl. simplex, stig. capitato. Bacca calyce inflato connivente inclusa, 2-loc., 00-sp., placentis septo adnatis subglobosis. Embr. intra albumen subperiphericus, spiralis. (Hb. v. frut., fol. alt. v. geminat. integr. v. lobat., fl. extraaxillar. solitar. v. lobatis plerumque flavis. — *Patria subdiffusa.*) Physalis. L.

II. Corolla urceolata, tubo globoso v. subgloboso. Stam. 5 inclusa. Baccae parvae.

1. *Stylus cylindraceus, corollam aequans, stig. truncato. Bacca calyce inflato inclusa, 2-loc.,* obligosperma. Sem. lenticularia. Embr. curvatus. Cal. subcampanulat., 5-lobus, demum auctus. Cor. globosa, obtuse 5-gona, intus pilosiuscula, ore parvo brevissime 5-dentato. Stam. conniventia. (Hba dichotome ramosissima puberula, fol. alt. solitar. integerr. v. sublobatis, fl. subalar. solitar. deflexis parv. pallide viridi-violaceis. — *Mexico.*) . . . . Margaranthus. Schlecht.

2. — *brevissimus, stig. 5-lobo. Bacca globosa, excoriata, diaphana, 1-loc.,* 00-sp. Sem. subrotunda, inaequalia. Cal. 5-fid., lobis ovatis membranaceis. Cor. calycem superans, tubo subgloboso, limbi 5-fidi lobis ovatis patent. Stam. medio tubo inserta, filam. filiform., anth. incumbent. Germ. sulcatum. (Arbusc., rad. aromat. rubesc., fol. alt. serratis subtus tomentosis, racemis ax. brevib. — *Ind. or.*) . . . . ?Dartus. Lour. †

III. Corolla campanulata (rarius subinfundibuliform. cfr. Atropa). Stam. 5 tubo inserta. Styl. simplex. Sem. 00, reniformia v. subreniform. Embr. intra albumen arcuatus.

a. Caps. calyce vesicario 5-gono inclusa, 3-4-loc., evalvis, epicarpio demum secedente septa prope angulum centralem placentifera nudante. Germ. 3-4-loc. Stigma subcapitatum. Cal. 5-gonus, (demum auctus) 5-part., lobis sagittatis. Cor. limbo plicato, subintegro. Stam. imo tubo inserta, subexserta; filam. basibus dilatatis conniventia. (Hba, fol. alt., super. geminis, sinuato-angulatis, pedunc. extraaxillar. et alar. solitar. 1-flor., fl. lilacinis. — *Peruvia.*) . . . . Nicandra. Adans.

b. Bacca 2-loc., raro 1-loc., 00-sp. Germ. 2-loc. Styl. simplex. Embryo subperiphericus.

1. *Stigma peltato-depressum. Bacca calyce patente suffulta, 2-loc.,* plac. linea dorsali septo adnatis. Embr. interdum annularis. Cal. 5-part. Cor. infundibuliformi-campanulata, limbo plicato 5-10-fido. Stam. imo tubo inserta, exserta v. subexserta, filam. filiform. (Hb. v. frut., fol. alt. v. geminis integerr., pedunc. extraaxillar. 1-plurifl., fl. violac. v. viresc. — *Europa media, Peruvia.*) . . . . Atropa (L.) Juss.

2. — *capitatum. Bacca calyce aucto angulato cincta, 2-loc.,* plac. septo adnatis. Cal. campanulatus, 5-dent. Cor. limbo 5-part. Stam. tubo inserta, vix exserta. (Frut. habitu Atropae, pedunc. solitar. v. confertis. — *Hispania, Ins. Canar.*) . . . . Withania. Pauq.

3. — *subcapitatum. Bacca calyce parum aucto suffulta, septo obliterato 1-locularis,* plac. coadunatis. Germ. 2-loc., plac. septo adnatis. Cal. turbinatus, 5-fid. Cor. limbo plicato, 5-fido. Stam. imo tubo inserta, subexserta, filam. filiform. basi dilatatis, anth. terminal. (Hbae acaules, rad. crassa saepe bifida, fol. radical. confertis integr. undulatis saepe magnis, scapis 1-flor. confertis apice incrassat. — *Eur. austr.*) . . . Mandragora. Tourn.

4. — *globosum, obsolete 2-6-lobum. Bacca calyce aucto suffulta, 2-loc.,* plac. septo adnatis. Cal. 5-fid. Cor. limbo plicato, 5-part. Stam. imo tubo inserta, inclusa; filam. spathulato-ligulaeform., linea dorsali tubo adnata; anth. dorso infra apicem filamento affixae. (Hba adscendens, basi radicans, fol. alt. lyrato-sinuatis, pedunc. extra-ax. solitar. 1-fl. — *Amer. austr. temp.*) . . . . Himeranthus. Endl.

IV. Corolla infundibuliformis v. tubulosa. Stam. 5. Sem. reniform. v. subreniform.

a. Stam. fauci inserta, inclusa, filam. brevissimis, anth. term. Cal. 5-fid. Cor. infundibuliformi-tubulosa, limbo plicato 5-part. Styl. inclus. v. exsertus, stig. clavato obsolete 3-5-lobo. Bacca calyce suffulta, 2-3-loc., plac. septo insertis. (Hb. adscend. v. radicant., fol. geminis integerr. v. runcinat., pedunc. extraaxillar. solitar. 1-fl. — *Amer. austr. temp.*) . . . . Jaborosa. Juss.

b. — *tubo inserta.* Bacca 2-loc., placentis septo adnatis.

1. *Cal. campanulatus, 5-dent. Cor. infundibuliform., tubo brevi, limbo 5-part.* patente v. reflexo aestiv. imbricato. Stam. exserta, tubo supra basin inserta. Stigma capitat., subconcavum. Bacca calyce cincta (rubra), plac. subglobosis. Sem. pauca, compressa. Embr.... (Frut., fol. alt. integerr., fl. ax. fasciculat. albis odoratis. — *Amer. trop.*) . . . . Acnistus. Schott.

2. — *ovatus, inflatus, 5-fid., coloratus. Cor. tubulosa, fauce coarctata, postice gibba,* limbo minimo 5-part. patente. Stam. inclusa, filam. basi villosis, anth. sagittatis. Stigma..... Bacca ovata, calyce inflato cincta, 00-sp. Sem. oblongo-reniform. Embr.... (Frut., fol. alt. integerr., racemis pendulis dichotomis, fl. rubris. — *Peruvia.*) ?Juanulloa. R. et Pav. †

3. — *urceolatus v. subcampanulat., 5-dent. v. 5-fid., v. irregulariter 3-6-dent.* Cor. infundibuliform. v. tubulosa, limbo 5-10-fido v. 5-10-dent. patente interdum plicato. Stam. inclusa v. exserta, imo v. medio tubo inserta. Stigma depresso-capitatum v. obsolete 2-lobum. Bacca calyce suffulta, 00-sp. Embr. intra album. subperiphericus, hemicyclicus. (Frut., fol. alt. v. fasciculat integerr., pedunc. extraax v. term. solitar. v. geminis v. umbellat. v. corymbos., fl. rubr. v. purpur. v. flav. v. albidis. — *Eur. austr., Afr., China, Amer. austr. occ.*) . . . . Lycium. L.

B. Embryo rectus. Cotyled. foliaceae. Radicula infera (v. pag. sequ.).

SOLANACEAE.

(Continuat.)

B. Embryo rectus, axilis. Cotyled. foliaceae v. subfoliaceae. Radic. infera, teres. Germen 2-loc., placentis septo adnatis. Stylus simplex. Stam. 5, tubo inserta; anth. rimis longitudinal. dehisc.

Tribus V. *CESTRINEAE.*

I. Bacca 2-rarius 1-loc. Sem. umbilico ventrali. Stam. inclusa. (Frut., fol. alt. integr. — *Amer. trop.*)

1. *Stam. medio tubo inserta; filam. simplicia v. intus dente aucta. Cor. infundibuliform.*, elongata, superne ampliata, limbo 5-part. subplicato patente v. revoluto. Cal. campanulatus, 5-fid. Stigma subcapitatum, concavum v. obsolete 2-lobum. Bacca calyce cincta v. inclusa, 2-loc. v. septo obliterato placentisque subglobosis coadunatis 1-locularis. Sem. pauca. (Fol. subinde gemina; racemi ax. bracteati, in corymbum v. spicam v. fasciculum contracti, fl. flavis saepe suaveolent., baccis nigricant.) — Cestrum. L.
2. — *inferiori tubo inserta; filam. 3-partita, laciniis capillaceis, media sola antherifera.* Cor. infundibuliform., tubo elongato subcylindraceo, limbo plicato 5-fido. Cal. urceolatus, breve 5-dent. Styl. exsertus, stig. emarginato-capitato. Bacca calyce suffulta, globosa, 2-loc. Sem. 00, lenticular. (Fol. solitar., subtus pube stellata floccoso-tomentosa; umbellae extraaxillar. sessil., fl. albidis.) — Dunalia. H. B. K.
3. — *medio tubo inserta; filam. simplicia. Cor. clavato-tubulosa*, elongata, limbo contracto 5-dent. Cal. campanulat., 5-dent. Stigma capitat., obsolete 2-lobum. Bacca calyce subampliato patente (interdum demum fisso) cincta, 2-loc. (rubra). Sem. pauca, angulata. (Flor. inaequaliter cymosi, rubri.) — Habrothamnus. Endl.

Tribus VI. *VESTIEAE.*

II. Capsula cylindracea, calyce stipata, 2-loc., 2-valv., valvis demum bifidis. Sem. 00, plus minus compressa, oblonga. Cal. 5-dent. Cor. infundibuliformi-tubulosa, limbi 5-fidi erecto-patentis lobis ovatis. (Fol. alt., integerr.) . . . .

1. *Cal. campanulatus. Cor. aestiv. induplicato-valvata. Genitalia exserta.* Stigma incrassatum, indivisum. Caps. loculicida, valvis septum membranaceum medio placentiferum nudantibus. Sem. aptera, umbilico ventrali. (Frut. erect., Cestri v. Lycii facie; flor. in summis alis solitarii, nutant., majusculi, flavi. — *Chile.*) . . . . Vestia. Willd.
2. — *tubulosus. Cor. aestiv. plicata? Stam. inclusa.* Stigma inaequaliter bilobum. Caps. subarcuata. Sem. imbricata, margine membranaceo cincta. Embr. . . . . (Arb. v. frut., racemis term. paniculat. — *Peruvia.* . . . . Sessaea. R. et Pav.

CXLVIII. ERYCIBEAE.

Genus unicum: Cal. 5-fidus, lobis rotundatis concavis subaequalib. aestiv. imbricatis. Cor. subinfundibuliform., tubo brevi campanulato, limbi 5-fidi lobis 2-partitis. Stam. 5 corollae tubo inserta, lobis alterna; filam. brevissima; anth. pyramidatae, acutissimae. Germ. 1-loc., ovulis 3-4 e basi erectis. Stigma sessile, germini adpressum, radiato-5-lobum. Bacca 1-sp. (nigra). (Sem. erect., lucidum. Albumen mucilaginosum intra embryonis carnosi sinus distributum; cotyled. contortuplicatae; radic. infera. (Frut. scandentes, fol. alt. coriac. penninerv. integerr., fl. ax. et term. racemoso-paniculatis ebracteat., flav. — *Ind. or.*) . . . . Erycibe. Roxb.

CXLIX. CORDIACEAE.

I. Stigmata 4-8, saepius 4. Stylus columnaris v. filiform. Drupa subangulata, 4-8-loc., loc. 1-sp. Sem. . . . . Cal. urceolatus, 5-dent., dent. setaceis. Corollae tubus elongatus teres., limbus patens 5-plicatus subinteger v. sub-5-lobus. Stam. 5, tubo inserta, inclusa. Germ. . . . . (Frut., fol. alt. grosse dentatis rugoso-pubesc. petiolis medio geniculatis, parte inferiore persist. subspinescente, pedunc. lateral. v. subterm. longis apice bifidis, fl. subcymosis. — *Antill.*) . . . . Cordiopsis. Desv.

II. — ***4.*** Stylus dichotomus, terminalis.

1. *Calyx tubulosus, 5-raro 4-dentatus, laevis v. 10-striatus.* Cor. infundibuliformi-tubulosa v. campanulata, fauce pilosa v. glabra, limbo 5-fido, rarius 4-7-fido. Stam. tubo inserta, 5, rarius 4 v. 8 v. 10. Germ. 4-loc., loc. 1-ovulatis, ov. pendulis anatropis. Drupa baccata, calyce cincta v. inclusa, 1-pyrena, putamine scrobiculato 4-loc. v. abortu 3-1-loculari, loc. 1-sp. Sem. inversa, raphe filiformi soluta. Cotyled. crassae, longitudinaliter plicatae; radic. brevis, supera. (Arb. v. frut., fol. alt. integerr. v. incisis v. dentat., panic. term. ebract., fl. corymbos. v. spicatis. — *Region. trop. totius orbis.*) . . . . Cordia. Plum.
2. — *campanulatus, 10-striatus, inaequaliter dentatus, saepe rumpens, dente unico calyptraeformi alabastrum obtegente.* Cor. infundibuliform., tubo calyci aequali, limbo rotato 5-plicato brevissime obtuseque 5-lobo. Stam. 5 exserta; filam. glabra, basi parce pilosa; anth. basi fissae. Styl. staminib. brevior, bis bifidus, stig. incrassatis. Drupa calyce cincta, ovata, apice producto mammillata, putam. 2-loc., loc. 1-sp. Sem. . . . . (Arbusc., fol. alt. subsinuat. v. subdentat., panic. laxa, fl. albis saepe polygamis. — *Amer. trop., Abyssinia.*) . . . . Varronia. DC. (non alior).
3. — *minimus, 4-5-part., mox increscens, lobis demum pollicaribus.* Cor. rotata, tubo brevissimo, limbi 4-5-fidi lobis ellipt. acutis. Stam. 4-5, fauci inserta. Germ. . . . . Drupa exsucca, calyce cincta, subglobosa, styli basi rostrata, 1-pyrena, putam. sublignoso 1-loc. Sem. . . . . (Frut. ramosissimus, fol. alt. apice subserratis, panic. term. ebracteata, fl. parvis. — *Amer. austr.*) . . . . Patagonula. L.

III. Stigma subbilobum (?) Styl. indivisus, brevis. Germ. . . . . Drupa in fundo calycis aucti brevissime stipitata, stylo subulato rostrata, e basi compressiuscula superne 4-gona, sub-4-loba, nucleo 6-7-loc., loculis 4 superioribus osseis 1-sp., 2-3 inferioribus maximis vacuis fragilibus. Sem. inversa, ovato-pyramidata, 3-gona. Album. nullum. Cotyl. longit. plicatae; rad. conica, supera. Cal. persist., demum auctus, inflatus, oblongo-ellipt., membranaceus, reticulato-nervosus, ore 5-dentato clauso. Cor. et stam. . . . . (Arb., fol. alt. integr., pedunc. supraaxillar. et term. ramosis 00-flor. in paniculas dispositis, fl. polygamis. — *Peruvia.*) . . . . Saccellium. Humb. et Bonpl.

CL. EHRETIACEAE.

A. Semina albuminosa. . . . . **Tribus I. *TOURNEFORTIEAE.***

I. Fructus baccaceus (cfr. Amerina). Calyx persist.

1. *Calyx cyathiformis, 5-part.*, lobis acutis. Cor. rotata, 5-part., lobis ovatis planis. Stam. 5 inclusa, imo tubo inserta, anth. sagittatis. Styl. turbinato-linearis, planiusculus, stig. emarginato. Bacca subrotunda, 1-loc., 4-sp. Sem. ovata. Embr. curvatus? (Frut. simplex, fol. minutis imbricatis integerr., fl. term. congestis lilacinis, baccis rubris pisi magnit. — *Cochinchina.*) . . . . ?Rotula. Lour. †
2. — *breve tubulosus, minute 10-dentatus.* Cor. hypocraterimorpha, tubo calyci aequali, limbi 5-fidi lobis subrotundis patentib. Stamina 5 tubo inserta, longe exserta, filam. basi subampliatis, anther. oscillator. Germ. ovatum, ... Styl. filiform., apice 2-fidus; stig. globoso-peltata. Bacca ovata, exsiccatione sulcata, 2-sp. . . . . Sem. intus plana, extus convexa. (Frut., fol. alt. apice 3-fidis utrinque tuberculis setigeris scabris, fl. term. solitar. subsessil. luteo-albis. — *Bonaria.*) . . . . Cortesia. Cav.
3. — *3-phyllus v. 3-part.*, foliolis laxis concavis. Cor. hypocraterimorpha, tubo calycem superante, limbi plani 5-part. lobis rotundatis. Anth. 5 in fauce subsessiles, subulatae. Germ. . . . . Styl. simplex, stig. 2 oblongis. Bacca globosa, 4-loc, loc. 1-sp. Sem. ovata, acuta. (Frut., fol. alt. integr. asperis, ... *Amer. austr.*) . . . . . Menais. Loeffl. †
4. — *turbinato-campanulatus, irregulariter lobatus v. subintegerrimus.* Cor. subinfundibuliform., tubo longo superne ampliato, limbo patente aequali 5-part. Stam. 5, plus minus exserta, fauci inserta; anth. oblongae, basi bilobae. Germ. pseudo-2-loc.; placentae 2 semilunatae, per laminam dorsalem parieti affixae, in centro loculi subcontiguae, singulae utrinque ovulum 1 gerentes. Styl. filiform., apice 2-fidus, stig. acutis. Fr. drupaceus? calyce cupuliformi cinctus, depresso-globosus, 4-loc., loc. 1-sp. . . . . . (Frut. v. arb., fol. oppos. v. ternis integerr., corymb. ax. brevib., cal. tomentos., cor. glabr. — *Nov. Granat.*) . . . . Amerina. DC. †

II. Fruct. capsularis, coriaceus, subcylindricus, 2-loc., 2-partibilis, loculo altero 1-sp., altero minore effoeto. (Cfr. commentar.) Sem. pendulum. Album. carnosum? Embr. . . . . Styl. filiform., stig. capitato minuto. Cal. campanulatus, 5-fid. Cor. rotata v. infundibuliform., tubo brevissimo, limbi 5-part. lobis patent. obtusis aestiv. imbricato-subcontortis (ex Gaud.). Stam. 5 imae corollae inserta; filam. brevissima; anth. ovato-oblongae, basi emarginata insertae, in acumen lineare membranaceum productae, in conum 5-partibilem cohaerentes, loculis apice rima brevi dehisc. (Frut., fol. alt. integerr. v. subdent. v. apice 3-lobis, corymb. term. v. lateral. ebracteat., fl. coeruleis. — *Nov. Holl. austr. occid.*) . . . . Halgania. Gaudich.

III. Fruct. drupaceus, 2-4-pyrenus, pyrenarum loculis 1-sp. (rarius nonnullis vacuis, v. Ehretia).

A. Pyrenae 2-loculares, imperforatae, rarius basi perforatae (cfr. Grabowskia).

I. Stylus 2-fidus (rarius indivisus). Germ. 4-8-loc., ovulis pendulis. Drupa 2-4-pyrena. Sem. inversa. Embr. axilis, rectus v. arcuatus, cotyl. breviss., rad. supera. Cor. infundibuliform., limbo 5-part. Stam. 5, tubo inserta, exserta v. subexserta. (Arb. v. frut., fol. alt. oppos. integerr. v. serrat., corymb. v. panic. term. v. ax.) . . Ehretia. L.

- a. *Calyx profunde 5-fidus.* Stigmata acuta v. obtusa. Drupa baccata, 2-pyrena, pyr. 2-sperm., aut 4-pyrena, pyrenarum loculo majore vacuo. Albumen parcum. (*Region. trop. totius orbis.*) . . . . *Ehretia*, Endl.
- b. — *campanulatus, subbilabiatus, 5-dent.* Styl. interdum indivisus, stig. subcapitatis. Drupa 2-4-pyrena, pyr. 2-spermis. Album. carnosum. — *Amer. austr. trop.*) . . . . *Beurreria*, Jacq.

II. Stylus indivisus, stig. capitato v. subbilobo. Germ. 4-loc. Ovula in loc. solitar., medio angulo centrali inserta, amphitropa? Drupa baccata, calyce suffulta, 2-pyrena; pyr. lignosae 2-loc., basi foraminibus 2 rotundis perforatae, hinc 3-dentatae. Sem. dorso convexa, facie plana. Embr. intra album. carnosum (satis copiosum) hamato-curvatus, cotyl. semicylindr., radic. supera? Cal. campanulat., 5-dent., dentib. simpl. v. intus denticulo auctis. Cor. infundibuliform., tubo brevi, limbi 5-part. lobis patent. v. reflexis aestiv. contorto-imbricatis. Stam. 5, inferiori tubo inserta, exserta, filam. medio villosis, anth. ovat. incumbent. (Frut. ramosi, spinis ax. armati, fol. alt. integerr., fl. oppositifol. solitar. v. in summis ramis paniculatis. — *Amer. austr.*) . . . . Grabowskia. Schlecht.

B. Pyrenae 2-loculares, dorso v. inter loculos perforatae (v. pag. sequ.).

EHRETIACEAE.

Tribus I. *TOURNEFORTIEAE.*

(Continuat.)

A. *II.*

B. Pyrenae 2-loc., dorso v. inter loculos perforatae. Drupa baccata, 2-pyrena. Sem. inversa. Embr. in axi albuminis carnosi rectus; cotyl. ovatae; rad. supera. Styl. term., quandoque nullus; stigma peltatum, subconicum, bifidum v. indivisum. Germ. 4-loc., ovulis solitar. pendulis. Cal. 5-part. Cor. hypocraterimorpha v. subrotata, limbi plicato-5-fidi lobis obtusis v. acutis. Stam. 5, medio tubo inserta, inclusa. (Frut. volub. v. erecti, fol. alt. integerr. scabris v. tomentos., spicis subscorpioideis ebract. saepe cymosis. — *Reg. trop. totius orbis, ins. Canar., Tauria.* . . . . . . Tournefortia (L.) R. Br.

C. — 1-loculares. Drupa 4-pyrena, pleromque 4-partibilis (rarius abortu 3-1-pyrena.) Germ 4-loc. Calyx. 5-partitus. Stam. 5, inclusa.

1\. *Stylus subnullus, stig. peltato subconico.* Ovula .... Embr. arcuatus, subexalbuminosus, radic. infera. Cor. hypocraterimorpha, limbi 5-part. lobis linearib. Stam. medio tubo inserta. (Frut. volub., habitu omnino Tournefortiae. — *Amer. trop.*) . . . . . . Messerschmidtia. Roem. et Schult.

2\. — *simplex, stig. 2-lobo. Ovula pendula. Drupa baccata, pyrenis chartaceis.* Sem. inversa. Album. parcum. Embr. axilis, rectus; cotyl. brevissimae; rad. supera. Cor. campanulata, limbo 5-fido. Stam. imo tubo inserta. (Frut. pubesc., fol. alt. undulat., fl. ax. v. corymbos. bracteat. — *Brasil.*) . . . . . . Rhabdia. Mart.

3\. — *simplex, stig. bifido. Ovula pendula. Drupa exsucca, laevis v. rugosa, 4-loba, pyrenis rostratis* angulo centrali cohaerentibus. Sem. inversa. Album. carnosum. Embr. axilis, rectus; cotyl. tenue foliaceae, conduplicatae; radic. brevissima, supera. Cor. infundibuliform., fauce ampliata nuda, limbi 5-fidi lobis aequalib. patulis. Stam. tubo inserta. (Hb. v. suffrut., fol. alt. integerr. plicato-lineatis grosse undulato-dent., fl. ax. solitar. v. congestis. — *Asia trop., Peruvia, Mexico.*) . . . . . . Coldenia. L.

B. Semina exalbuminosa. . . . . . Tribus II. *HELIOTROPEAE.*

I. Germen 4-loculare. Ovula in loculis solitaria, pendula. Stam. 5, corollae tubo inserta, inclusa.

a. Drupa exsucca, 4-pyrena, 4-partibilis, pyrenis triquetris 1-loc. 1-sp. Styl. brevissimus. Calyx 5-part.

1\. *Stigma conicum, 2-dentatum, disco annulari insidens. Cotyled. foliaceae, medio complicatae*, radic. brevissima, supera, descendens Cor. infundibuliform., tubo brevi cylindrico, fauce squamulis 5 villosis supra antheras conniventibus aucta, limbi 5-fidi lobis cum dentibus 5 e sinubus ortis conniventibus alternantibus. Anth. conniventes, appendicula terminali pilosa subcohaerentes. (Hbae incano-scabrae, fol. alt., fl. ax. solitar. subsessil. flav. spicas foliatas formant. — *Brasil.*) . . . . . . Schleidenia. Endl.

2\. — *peltatum. Pyrenae angulo centrali carinatae. Embr. rectus v. arcuatus; cotyl. carnosae;* radic. supera. Cor. hypocraterimorpha, fauce nuda v. barbata edentula limbo 5-fido, sinubus plicatis nudis v. dente munitis. (Hbae v. suffrut, fol. alt. suboppos. v. ternatis saepius hispidis integerr., spicis term. et lateral. solitar. v. conjugatis v. dichotomis scorpioideis v. rarius rectis, bract. foliaceis aut nullis, fl. alb., lilacin. v. purpur. — *Region. trop. et temp. fere totius orbis.*) . . . . . . Heliotropium (L.) Lehm.

b. Nux biloba, lobis 2-loc. 2-sp. v. 4-loc. bipartibilibus, loculis ventralib. tunc vacuis. Embr. rectus; cotyl. carnosae; rad. supera. Cal. 5-fid. Cor. hypocraterimorpha, tubo angulato, fauce nuda 5-radiata, limbo 5-lobo undulato. Stigma capitatum. (Habitus Heliotropii. — *Amer., Asia et Afr. trop. et subtrop.*) . . . . . . Tiaridium. Lehm.

II. Germen 5-loc., 5-lobum. Styl. brevis, stig. capitato penicillato. Nuculae 5 scabrae. Cal. 5-6-part., lobis 2 maximis spathulatis patentib., caet. minorib. linearib. erectis. Cor. subinfundibuliform., limbo 5-6-lobo plicato patente. Stam. 5-6, inclusa. (Hba adscend., hispida, fol. lanceolat. integerr., racemis term. glomerat. saepius bifidis. — *Ins. Societat.*) . . . . . . Pentacarya. DC.

CLI. BORRAGINEAE.

A. Nuculae 2 distinctae, 2-v. abortu 1-loculares,

B. Stamina fertilia 2 (inferiora) subexserta, distantia, filam. nudis, anth. loculis parallelis subdistinctis; superiora nulla v. 2 sterilia, corolla breviora, filiform., capitellata. Styl. apice subaequaliter bifidus, stig. term. minutis. Ach. laevia, 3-gona, apice truncata, basi attenuata, margine calloso-incrassato. Cal. campanulat., aequal., 4-5-dent., fauce nuda. Cor. vix exserta, campanulata, aequal., 4-fida. (Hb., fol. oppos. dentat. v. pinnatifid., verticill. ax. densis, fl. parv. sessil. — *Eur., Asia et Amer. bor., Nov. Holl.*) Lycopus. TOURN.

B. Antherae 2-loc., loculis disjunctis stipitatis aequalib. pendulis, connectivo lineari brevi, ad medium cum filamento articulato, utrinque erecto. Stam. fertil. 2, inferiora, erecta, distantia; super. abortiva v. rarius uno v. altero fertili inferioribus conformi. Styl. apice subaequaliter bifidus, stig. term. Ach. oblonga. . . . . . Subtribus IV. MERIANDREAE.

Cal. ovatus, 2-lab., labio super. concavo integro v. brevissime 3-dentato, infer. 2-fido, fauce nuda. Cor. tubo calycem aequante, limbi subaequaliter 4-fidi lobis planis, superiore integro v. emarginato. (Frut. camphorati, fl. racemos. v. spicato-paniculatis. — *Ind. or.*) . . . . . Meriandra. BENTH.

LABIATAE.

(Continuat.)

Tribus III. *MONARDEAE.*

A. Stamina fertilia 2, adscendentia (superiora 2 abortiva).

Subtribus I. SALVIEAE.

I. Connectivum filiforme, cum filamento articulatum; anth. dimidiatae; stam. super. rudimenta minima, clavaeformia v. nulla. Stylus apice bifidus. Achaen. ovoideo-triquetra, glabra. Cal. 2-labiatus, labio super. integro v. 3-dentato, infer. bifido, fauce nuda. Cor. tubo calycem aequante v. superante, limbi labio inferiore 3-fido, lobo medio plerumque latiore et emarginato. . . . .

1. *Connectivum elongatum, antice adscendens, loculum polliniferum gerens, postice deflexum,* loculo effoeto v. nullo. Stam. fertil. prope faucem inserta; filam. subhorizontal.; rarius erecta, apice cum antheris articulata v. supra articulationem breviter producta, rarissime subcontinua. Discus hypogynus antice glandulam ovaria subaequantem gerens. Styl. adscendens, lobis aequal. v. inaequal., stigm. term. v. decurrentibus. Achaen. plerumque laevissima. Cal. ovat., campanulat. v. tubulosus. Cor. tubo vario, labio super integro v. breve emarginato (Hb. v. suffrut. habitu et inflor. multiformi, *per totum orbem diffusae.*) . . . . Salvia. L.

2. — *lineare, adscendens, apice loculum linearem gerens, postice non productum* v. brevissime acuminatum. Stam. fert. saepius exserta. Styli lobi breves, subulati. Cal. ovatus, labio super. concavo integro v. breve 3-dent. Cor. labio super. bifido, lobis patent., labii infer. lobis lateralibus ovat. v. oblong. patulis medio latissimo emarginato. (Hb. v. suffrut. villosi, racemo simpl. v. composito. — *Californ.*) . . . . Audibertia. Benth.

Subtribus II. ROSMARINEAE.

II. Connectiva parva. Stam. fertil. ad faucem corollae inserta adscendentia; anth. lineares, marginc connatae, subbiloculares, loculis divaricatis confluentibus. Styl. apice 2-fid.; stig. term. minuta. Ach. laevia. . . . .

A. Calyx 2-labiatus, fauce nuda. Corollae tubus intus glaber, labia subaequalia, superius erectum, inferius patens trifidum. Stam. fertil. e labio super. exserta, sterilium rudimenta filiform parva v. nulla.

1. *Calyx ovato-campanulatus, labio super. integro, infer. bifido.* Cor. tubo exserto intus exannulato, fauce subinflata, labio super. emarginato, inferioris lobis lateralibus oblong. erectis subtortis, medio maximo concavo dependente. Filam. fertil. cum connect. subcontinua, prope basin dente brevi aucta. Styli lobus superior brevissimus. Frut., fol. oppos. linear. integerr. margine revolut. subtus canesc., racemis ax. pauciflor., fl. alb. v. pallide lilacinis. — *Region. Mediterraneae.*) . . Rosmarinus. Tourn.

2. — *ovato-tubulosus, 13-nervis, labii super. 3-dentati dentib. aristatis,* infer. 2-dentati muticis v. breve aristatis. Cor. tubo subexserto, fauce dilatata, labio super. integro, infer. lobis lateral. ovato-rotundatis, medio angustiore oblongo retuso emarginato. Filam. fert. edentula. Styli lobi subaequales. (Hbae habitu Monardae, fl. fere Zizyphorae, verticill. globosis summis approximatis. — *Amer. bor.*) . . . . Blephilia. Rafin.

B. Calyx 2-labiatus, fauce villosa, tubo elongato 13-nervi, labii super. 3- inferioris 2-dentati dentib. muticis. Cor. tubo vix exserto, intus glabro, fauce dilatata, labiis subaequalib., superiore erecto integro, infer. 3-fidi patentis lobis rotundatis, medio longiore emarginato. Stam. fert. sub labio super. adscendentia, interdum exserta, sterilium rudimenta subnulla; filam. edentula; anth. margine subconnatae. Styli lobus superior brevissimus. (Hb. v. suffrut., fol. opp. subtus lineatis, verticill. pauciflor., summis saepe approximatis capitat. — *Eur. austr., Asia occ. et media, ? Java.*) Zizyphora. L.

C. — subaequalis, 5-dentatus, tubo elongato 15-nervi, fauce villosa, rarius subnuda. Cor. tubo exserto v. incluso, intus glabro v. pubesc., fauce subdilatata, labiis subaequalib. linearib. v. oblongis, super. erecto integro v. emarginato, infer. patente apice breve 3-fido, lobis lateral. ovat. obtusis, medio angustiore oblongo retuso v. emarginato. Stam. fert. saepe exserta; steril. rudim. subnulla; filam. edentula. Styli lobi subaequales. (Hbae, fol. plerumque dentat., verticill. densiflor. hemisphaer. bracteat., summis capituliform. — *Amer. bor., Mexico.*) . . . . Monarda. (L.) Benth.

Subtribus III. HORMINEAE.

B. Stamina fertilia 4, adscendentia, infer. longiora; filam. nuda; **anth. per paria cohaerentes,** lineares, 2-loc., loc. divaricatis, connectiva parva. Styli lobi breves, subulati; stig. term. minuta. . . . Achaen. laeviuscula. Cal. campanulat., 13-nerv., 2-lab., labio super. 3-dent., infer. bifido. Cor. tubo exserto, intus piloso-annulato, fauce elongata ampliata, labio super. truncato-emarginato, infer. paulo longiore 3-fido, lobis brevib. latis obtusis, medio majore subemarginato. (Hba habitu, fol. et inflor. fere Salviae pratensis, caule paucifolio, fl. secundis nutant. purpureo-violaceis. — *Eur. austr.*) . . . . Horminum. L.

Tribus IV. *SATUREINEAE.*

A. Stamina fertilia 4; anth. 2-loc. Styl. apice bifidus; stig. terminalia. Achaen. laevia v. laeviuscula.

Subtribus I. ORIGANEAE.

I. Calyx 10-13-nervis. Corollae tubus inclusus, rarius breve exsertus. Antherarum loculi paralleli, demum plerumque divergentes v. divaricati. . . . .

A. Calyx aequalis v. subaequalis, 5-dent. (rarius subbilabiatus, v. Pycnanthemum, Satureia, Origanum).

a. Calycis faux nuda (rarius subvillosa, v. Satureia).

1. *Corolla subbilabiata, fauce glabra, labio super. bifido,* inf. 3-fido lobis subaequalib. oblongis v. linear. planis. Stam. subaequalia v. infer. longiora, exserta, recta v. divergentia; filam. nuda. Styli lobi brevissimi; stigm. minuta. Calyx ovato-tubulosus, saepe elongatus, 10- v. 13-nervis, dentib. 5 subaequal. brevib. rectis. (Hbae, verticill. subglobosis magnis term. solitar. bracteis latis suffultis. — *Amer. bor.*) . . . . Monardella. Benth.

2. — *2-labiata, labio sup. erecto plano integro v. emarginato,* infer. 3-fidi lobis planis subaequalib. patent. Stam. suberecta, divergentia, infer. longiora exserta; filam. glabra. Styli lobi subaequales, subulati; stigm. minuta. Cal. campanulat., 10-nerv., aequal., 5-dent. v. obscure bilabiatus, fauce nuda v. parce villosa. (Hb. v. suffrut., fol. parv. integerr., saepe fasciculat., verticill. pauciflor. subnudis aut capitato-aggregat. multiflor. bracteatis. — *Eur. austr., Region. mediterran., Amer. bor., — ? Ind. or., Cap. b. sp.*) . . . . Satureia. (Tourn.) Benth.

3. — *subbilabiata, labio sup. recto plano integro v. brevissime emarginato,* inf. 3-fidi plani lobis ovatis obtusis. Stam. subaequal. v. infer. parum longiora, divergentia, exserta v. inclusa; filam. glabra. Styli lobi subaequal., subulati. Achaen. interdum minute punctato-rugosa. Cal ovatus v. tubulos., sub-13-nerv., dent. 5 subaequal. rectis v. superioribus 3 basi in labium coalitis. (Hbae saepe canesc., corymboso-ramosae, verticill. multifl. saepe capitula term. formantib., fl. densis parv. albid. v. lilacin. saepe pictis. — *Amer. bor.*) . . . . Pycnanthemum. (Rich.) Benth.

b. Calycis faux villosa, tubus 10- v. 13-nervis. Cor. subbilabiata, labio sup. suberecto, inf. patente 3-fido. Stam. distantia, infer. longiora; filam. glabra. Styli lobi subaequales.

1. *Corollae labium super.* bifidum, inferioris lobi plani integri. *Stam. corolla breviora.* Discus hypogyn. aequalis, eglandulosus. Styli lobi breves, lineares, subincrassati, obtusi. Cal. campanulat. v. tubulos., aequal., 5-dent. (Frut., fl. parv. cymosis v. dense spicatis, bracteis subsubulatis. — *Ins. Canar., Amer. austr.*) . . . . Bystropogon. (L'Her.) Benth.

2. — *labium super. emarginatum,* infer. lobis subaequalib. *Stam. exserta.* Stig. minuta. Cal. ovato-tubulosus, striatus, dent. 5 aequal. v. 3 superiorib. parum longioribus. (Hb. v. suffrut., fol. saepe integerr., fl. in spiculas cylindr. v. oblongas aggregatis, bracteis coloratis laxiuscule imbricatis calyces occultantibus. — *Eur., Asia media et occ., Afr. bor., ins. Canar., Amer. bor.*) . . . . Origanum. (Tourn.) Moench.

B. Calyx basi brevissime campanulatus, limbo antice fisso, superne complanato-dilatato integerrimo orbiculato, margine basi subtus implicato, fauce nuda. Caet. Origani. (Hb. v. suffrut. saepe tomentoso-villosi, habitu et infl. Origani, sed spiculae 4-gonae, breves, bracteis arcte imbricatis orbiculatis villosis nec coloratis. — *Region. Mediterr., Arabia, Ind. or.*) . . . . Majorana. (Tourn.) Moench.

C. — ovatus v. subcampanulatus, bilabiatus. Cor. 2-labiata, labio super. emarginato subplano, infer. 3-fido patente. Filam. glabra. Stigm. minuta.

1. *Calyx basi 13-nervis, fauce nuda, labio super. integro* elongato erecto, infer. subnullo v. truncato v. brevissime 3-dentato. Cor. tubo exserto, labio super. erecto, infer. lobis subaequal. integris. Stam. erecta, adscendentia, vix distantia, infer. longiora. Styli lobus superior brevior. Achaen..... (Suffrut., interdum dense lanati, inflor. et bracteis Origani. — *Creta, Cyprus.*) . . . . Amaracus. Moench.

2. — 13-*nervis, fauce villosa, labio super. 3-dentato,* infer. 2-fido, lobis subulatis ciliatis. Cor. tubo incluso, intus nudo, labio super. recto, infer. lobis aequalib. v. medio longiore. Stam. exserta, rarius inclusa, recta, distantia, aequal. v. infer. longiora. Styli lobi subaequales, subulati. (Suffrut. saepe canesc., fol. parv. integr. venosis, verticill. pauciflor. remotis aut laxe v. dense spicatis, fl. purpur., rarius albis. — *Eur., Afr. bor., Asia temp., ? Brasil.*) . . . . Thymus. (Tourn.) Benth.

Subtribus II. HYSSOPEAE.

II. Calyx tubulosus, 15-nervis, fauce nuda, limbi subobliqui dentibus 5 aequalibus . . . Cor. tubo calycem aequante, limbi 2-lab. labio super. erecto plano emarginato, infer. patente 3-fido, lobo medio majore. Stam. exserta, divergentia, infer. longiora; filam. glabra; anth. loculis linear. divaricatis. Styli lobi subaequal., subulati. Achaen. ovoideo-triquetra. (Suffrut., ramis virgatis, fol. angustis margine revolut., verticill. secundis in spicam term. approximatis, fl. coerul., purpur. v. albis. — *Eur., Asia media.*) . . . . Hyssopus. (Tourn.) Benth.

B. Stamina fertilia 2 (v. pag. sequ.).

LABIATAE.

Tribus IV. *SATUREINEAE.*

(Continuat.)

B. Stamina fertilia 2 (inferiora), **superiora aut plane nulla aut sterilia** (raro fertilia, cfr. Collinsonia). . . . . — Subtribus III. CUNILEAE.

1. *Calyx fructifer auctus declinatus, ovatus, sub-10-nervis, 2-labiatus*, labio super. truncato planiusculo 3-dentato, infer. 2-fido, fauce subnuda. Cor. subcampanulata, tubo breve exserto, fauce ampliata, limbi subbilabiati lobis 4 superiorib. subaequalib. inferiore saepius longiore declinato subplano dentato v. fimbriato. Stam. 4 longe exserta, divaricata, superiora subbreviora v. interdum ananthera; filam. nuda; anth. 2-loc., loc. divaricatis saepe confluentibus. Styl. apice subaequaliter bifidus, stig. term. minutis. Achaen. laevia. (Hbae, fol. caulin. magnis, floral. parvis bracteiform., fl. ax. solitar. pedicellat. in racemos simpl. v. paniculatos dispositis, fl. flavis v. flavo-purpurasc. — *Amer. bor.*) . . . . **Collinsonia. L.**
2. — *ovato-tubulosus, sub-13-nerv., aequalis, 5-dent.*, fauce villosa. Cor. tubo calycem aequante, intus nudo v. villoso, limbi 2-lab. labio super. erecto subplano saepe emarginato, inf. patentis 3-fidi lobis subaequalib. integris v. medio paulo majore emarginato. Stam. 2 infer. fertil., erecta, distantia, exserta, superiorum rudimenta nulla; filam. glabra, edentula; anth. 2-loc., loc. parallelis v. demum divaricatis. Styli lobi breves, subulati, subaequal., apice minute stigmatiferi, v. inferior longior, subcomplanatus, margine stigmatosus. Ach. laevia. (Hb. v. suffrut. v. frut., verticill. ax. v. term. pauci- v. multifl., saepe laxe corymbos. v. spicatis v. capitat., fl. parv. albis v. purpurasc. — *Amer. bor. et trop.*) . . . . **Cunila. (L.) Benth.**

Tribus V. *MELISSINEAE.*

A. Stamina fertilia 2 (inferiora), **superiora nulla aut 2 sterilia;** filam. nuda v. glabra; anth. 2-loc. Styl. apice bifidus, lobo inferiore plerumque longiore complanato margine stigmatoso superiorem basi involvente. Cor. 2-labiata, labio infer. patente 3-fido. . . . . — Subtribus I. HEDEOMEAE.

1. *Calyx ovato-tubulosus, 13-striatus, basi infra subgibbus, 2-lab.*, labio super. 3-dent. v. subtrifido, infer. bifido, fauce villosa. Cor. tubo calycem aequante v. breve exserto, labio super. erecto integro v. emarginato v. subbifido plano, infer. lobis subaequal. v. medio parum latiore integro v. emarginato. Stam. fert. adscendentia; superiorum rudimenta brevia, subulata, capitata, v. saepe nulla; anth. loculis divergent. v. divaricatis. Styli lobi subaequal., v. super. brevissimus, inferior elongatus apice et margine stigmatosus. Ach. laevia. (Hb. v. suffrut., fol parv., habitu fere Thymi. — *Amer. bor. et trop., Asia media.*) . **Hedeoma. Pers.**
2. — *ovat. v. tubulos., 13-nerv., dentib. 5 aequal. v. subbilabiatis, 2 infer. saepe longioribus*, Cor. tubo calycem aequante, intus nudo, labio super. emarginato v. semibifido falcato fornicato v. galeato erecto v. incumbente, inferioris lobis planis integerr., lateralibus latioribus saepe labio super. basi adhaerentib. Stam. fert. adscend., saepe inter labii super. lobos breve exserta; superiorum rudim. nulla; filam. glabra; anth. loculis linear. parallelis, divergentib. v. demum divaricatis. Styli lobus super. brevissimus, infer. elongatus. Ach. oblonga, laevia. (Suffrut. v. frut., fol. saepius parvis, verticill. ax. pauciflor. rarius term. breve racemosis, fl. flavesc., carneis v. coerul. — *Brasil.*) . . . . **Glechon. Spreng.**
3. — *tubulos., sub-13-nerv., striatus, ore aequali v. obliquo subaequaliter 5-dentato*, fauce nuda v. villosa. Cor. tubo exserto, labio super. plano erecto emarginato rarius 2-fido, infer. lobis planis subaequalib. Stam. fert. adscendentia; superiorum rudim. nulla; filam. glabra; anth. loculis distinctis divaricatis, connectivo crasso. Styli lobi interdum subaequales. Ach. ovoidea,.... (Hb. suffrut. v. frut., verticill. ax. v. in spicas term. approximatis, fl. plerumque coccineis. — *Brasil., Texas.*) . . . . **Keithia. Benth.**

B. Stamina fertilia 4 (rarius superiora sterilia, v. Gardoquia, Melissa) inferiora longiora, adscendentia. Stylus apice 2-fidus, lobis plerumque subaequalibus subulatis, stigm. terminal. minutis. Achaen. laevia. Cor. 2-labiata, labio superiore erecto subplano integro v. saepius emarginato, infer. 3-fido patente, lobis planis subaequal. v. medio saepius latiore. . . . . — Subtribus II. MELISSEAE.

a. ***Calyx tubulosus, subaequaliter 5-dentatus*** (rarius subbilabiatus). Stam. filam. edentula; anth. 2-loc., loculis distinctis parallelis v. plus minus divergentibus.

1. *Stam. apice subdistantia; super. interdum sterilia.* Cal. 13-nervis, subincurvus, ore aequali v. obliquo, dent. brevibus rectis subaequal. v. subbilabiatis. Cor. tubo longe exserto, recto v. incurvo, intus nudo. (Suffrut. v. frut. foliosi, fl. verticillat. speciosis saepius coccineis. — *Amer. austr., Florida.*) . . . . **Gardoquia. R. et Pav.**
2. — *apice per paria approximata, rarius subdivergentia, omnia fertil.*; anth. liberae, connectivo saepe incrassato, loc. saepe demum divaricatis. Styli lobi interdum inaequal., super. brevissimo, infer. elongato recurvo complanato margine stigmatoso. Cal. 13- rarius sub-15-striatus, dent. 5 subaequal. rectis v. vix subbilabiatis, fauce saepius villosa. Cor. tubo plerumque incluso, recto, aequali intus nudo v. parce piloso, labii inferioris lobis interdum aequalibus, medio integro aut emarginato. (Hb. v. suffrut., verticill. ax. v. spicat., rarius cymoso-paniculat., fl. saepius parvis albis v. purpurascent. — *Region. temp. et trop. totius orbis.*) . . . . **Micromeria. Benth.**

b. ***Calyx bilabiatus,*** labio super. 3-dentato, (raro integro, cfr. Dicerandra) infer. 2-fido.

1. *Stam.* 4, *per paria approximata, rarissime distantia, superiora interdum sterilia;* filam. edentula; anth. loculis distinctis parallelis, divergent. v. demum divaricatis, connectivo saepe incrassato. Styli lobus inferior interdum elongatus recurvus complanatus et margine stigmatosus. Cal. tubulosus, 13-nerv., plerumque striatus, labio super. saepius patente, fauce villosa v. nuda. Cor. tubo recto v. incurvo-adscendente, intus nudo v. parce barbato, saepius exserto, fauce plerumque inflata, labii infer. lobo medio integro v. emarginato. (Hba v. suffrut., inflor. varia, fl. albis v. purpurasc. v. flavis. — *Eur., Afr. bor., ins. Canar., Asia, Amer. bor. et trop.*) . . . . **Melissa. (Tourn.) Benth.**
   - † **Calycis faux demum villis conniventibus clausa,** tubus basi infra saepe gibbus.
     1. Cymae ax. pedunculatae, dichotomae, laxiusculae, racemos subsecundos formantes. . *Calamintha, Moench.*
     2. Verticilli multiflori, condensati, subaequales. . . . . *Sect. II. Calomelissa, Benth.*
     3. — subsexflori, pedicellis brevibus. Cal. profunde striatus, valde gibbus. . . . *Acinos, Moench.*
   - †† **Calycis faux pervia, nuda v. parum villosa.**
     1. Verticilli densiflori, bracteis setaceis involucri instar suffulti. . . . . *Clinopodium, L.*
     2. — laxiusculi, saepius pauciflori cymaeformes v. irregulares. *Sect. V.—VII. Meliphyllum, Calomelissa et Heteromelysson, Benth.*
2. *Stam.* 4, *sub labio superiore adscendentia; filam. glabra; anth. per paria approximatae,* loc. distinctis parallelis. Styli lobi breves. Cal. oblong., supra deplanatus, labio super. erecto, fauce villosa. Cor. tubo subexserto. (Suffrut. durus procumb., ramis adscend., fol. linear. rigidis, verticill. multiflor. in spicam basi subinde interruptam approximatis — *Region. Mediterran.*) . . . . **Thymbra. L.**
3. — 4, *adscend., approximata; filam. glabra, anth. loculis divaricatis apice aequaliter calcaratis*, calcare recto acuto loculum aequante. Styl. villosus, lobis aequalib. Cal. tubulos., sub-13-nerv., striatus, labio super. patente, infer. integerrimo v. breve 3-dent., fauce pilosa. Cor. tubo exserto, recto intus nudo. (Suffrut. habitu Hyssopi offic., fol. angustis, verticill. paucifl. in ramor. apice approximatis, bracteis setaceis minutis. — *Carolina.*) . . . . . . **Dicerandra. Benth.**
4. — 4, *adscend., apice approximata; filam. glabra; anth. loculis distinctis parallelis muticis.* Styl. villosus, lobis aequalib. Ach..... Cal. campanulat, striatus, sub-15-nerv., dent. 2 inferioribus superiores duplo superantib. Cor. tubo exserto, intus ad faucem piloso, labii infer. lobis integris. (Hbae, verticill. apices ramor. dense spicatis, bracteis et calyc. longe albido-ciliatis. — *Californ.*) . . . . **Pogogyne. Benth.**

Tribus VI. *SCUTELLARINEAE.*

A. Calycis labium superius latum, breve 3-dentatum, inferius bifidum. Corollae labium superius erectum, galeatum, plus minus carinatum, integrum, inferioris dependentis 3-fidi lobis lateral. oblongis. Stam. 4, adscendentia, infer. longiora; filam. basi edentula, glabra, apice (praesertim superiora) 2-furca v. 2-dentata, dente inferiore antherifero; anth. per paria approximatae, loc. divaricatis. Stigm. terminalia. (Hbae, fol. integr. v. dentat. v. pinnatifid., verticill. spicatis.)

1. *Stylus glaber, apice bifidus, lobis subulatis. Achaen. oblonga, laevia.* Cal. tubuloso-campanulatus, irregulariter sub-10-nerv., reticulato-venosus, supra planus, labio super. truncato, infer. lobis lanceolatis, fauce nuda. Cor. tubus amplus, subexsertus, adscendens, intus prope basin piloso- v. squamuloso-annulatus, ad faucem subtus inflatam contractus, labii infer. lobis lateral. deflexis, medio rotundato concavo crenulato. (Bracteae orbiculatae, imbricatae, persist., spicae densae. — *Totius fere orbis incolae.*) . . . . **Prunella. L.**
2. — *apice breve 4-fidus, lobis subulatis subaequal. Ach. magna, orbiculata, subcompressa.* Cal. campanulat., 10-nerv., ore oblique 2-labiato, sinubus pilosis. Cor. tubo tenui, exserto, adscend., intus nudo, fauce parum dilatata, labii infer. lobis lateral. suberectis, medio patente emarginato-bifido. (Fol. floralia aristata, spicae laxae. — *Region. Mediterran. occid.*) . . . . **Cleonia. L.**

B. Calyx campanulatus, labiis integris, post anthesin clausus demumqne ad basin usque fissus, labii superioris demum decidui lobo medio in squamam dorsalem dilatatam concavam rejecto, labio inferiore persistente. Cor. tubo longe exserto, intus nudo, recto v. saepius recurvo-adscendente, fauce plus minus dilatata, labii inferioris 3-fidi lobo medio emarginato. Stam. 4, sub labio super. adscendentia, infer. longiora; filam. edentula; anth. per paria approximatae, staminum inferiorum dimidiatae, superiorum 2-loculares. Styl. apice 2-fidus, lobo super. brevissimo, infer. apice stigmatoso.

1. *Achaen. aptera, tuberculosa, glabra v. tomentosa.* Cor. labio super. galeato integro v. emarginato, inferioris patentim dilatati convexi lobis laleral. liberis aut cum labio super., rarissime cum inferiore, coalitis. Anth. ciliatae, staminum superiorum cordatae, loc. subdivaricatis dorso oppositis. (Hb., raro frutesc., fl. ax. v. saepius spicat. v. racemos. plerumque secundis, coerul. purpur. alb. v. flavis. — *Totius fere orbis cives, excl. Afr. austr.*) . . . . **Scutellaria. L.**
2. — *margine membranaceo alata.* Cor. limbo brevi, labio super. plano suberecto emarginato-bifido, infer. lobis patentibus, medio majore. Anth. glabrae? Discus hypogynus crassus, antice saepe dente auctus. (Hb. v. frut., fol. petiolat. ovat. crenat., flor. ax. solitar. — *Amer. austr., Mexico.*) . . . . **Perilomia. H. B. K.**

LABIATAE.
(Continuat.)

Tribus VII. *PROSTANTHEREAE.*

A. Antherae 2-loculares, loculis parallelis. Stam. 4, adscendentia, subaequalia (cfr. Prostanthera), filam. glabris. Styl. apice breve bifidus, lobis subaequal., stig. term. Calyx 2-labiatus. (Frut. plerumque glandulosi graveolentes. — *Nov. Holl.*)

1. *Calyx campanulatus, tubo brevi 13-striato, labio super. integerrimo, infer. emarginato,* fauce nuda. Cor. tubo brevi amplo, limbi campanulato-subbilabiati labio super. erecto subplano emarginato-bifido, inferioris 3-fidi lobis planis patentib., medio majore bifido. Stam. inclusa; anth. glabrae, muticae. Achaen...... (Fol. linear., acuta, coriacea utrinque viridia; pedicell. ax. 1-fl., apice setaceo-2-bracteolat.) — Chilodia. R. Br.
2. — *2-bracteolatus, clausus, labiis integris aequalibus.* Cor. inclusa, tubo recto, limbi ringentis labio super. galeato brevissimo, inferioris 3-fidi lobo medio parum majore. Stam. inclusa; anth. glabrae, muticae. Ach...... (Fol. fere Serpylli, parva, integra; pedunc. ax. solitar. 1-flor.) . . . . — Cryphia. R. Br.
3. — *campanulatus, tubo brevi 13-striato, labiis integris subaequalibus demum clausis,* fauce nuda. Cor. tubo brevi amplo, fauce campanulata exserta, limbi 2-lab. labio super. erecto subplano emarginato-bifido, infer. patentis 3-lobi lobo medio majore integro v. bifido. Stam. infer. sublongiora; anth. omnes approximatae, connectivo subtus calcarato. Achaen. nucamentacea, subbaccata, demum coriacea, reticulato-rugosa. (Fol. varia; fl. ax. solitar. v. racemi term., cal. minute bracteolat.) . . . . — Prostanthera. Labill.

B. Antherae dimidiatae, loculo altero fertili adscendente, altero sterili tenui descendente; filamenta glabra. Styl. apice subaequaliter 2-fidus, lobis subulatis, stig. term. Calyx campanulatus.

a. Stam. 4 subadscendentia, omnia fertilia, inferiora longiora. Cor. 2-labiata, labii inferioris 3-fidi lobis planis. (Suffrut. v. frut., fol. lanceolat v. linear. acutis v. pungentib., pedicell. ax. solitar. 1-flor.)

1. *Calyx bilabiatus,* basi striatus, labiis planis demum clausis, superiore erecto integro mucronato, infer. semibifido. Cor. tubo brevi amplo, fauce campanulata, labio super. bifido, inferioris lobo medio emarginato-bifido. Ach. subtriquetro-obovoidea, apice reticulata, inter se et cum stylo connata. (*Nov. Holl. austro-occid.*) . . . . — Hemiandra. R. Br.
2. — *aequalis, profunde 5-fidus.* Cor. tubo brevi, intus nudo v. barbato, fauce subinflata, labio super. subfornicato bifido, infer. patentis 3-fidi lobo medio subbifido. Anth. approximatae, loculo sterili difformi, staminum superiorum subbarbato. Styli lobi brevissimi. Ach. reticulato-rugosa. — (*Australia.*) — Hemigenia. R. Br.

b. Stam. 4 erecta, distantia, corollae tubo inclusa, inferiora sterilia, antheris bipartitis, lobis linearibus dependentib. effoetis; superiora fertilia, anth. dimidiatis 1-loc. Calyx aequalis, 10- v. sub-10-nervis, 5-dentatus, fauce nuda. Cor. tubo intus nudo, fauce ampliata. Cor. labio super. subbifido subpatente plano v. subplano, infer. patente 3-fido. (Frut., fol. ternatim v. quaternatim verticillatis, fl. ax. solitar. verticillat. — *Nov. Holl.*)

1. *Antherae fertiles glabrae.* Achaen. coriacea, reticulato-rugosa. Cor. tubo brevi, limbo 2-labiato, labii infer. lobo medio subbifido. (Fol. perennia; flor. remoti v. in racemum term. approximati, bract. minutis calyci adpressis.) . . . . — Westringia. Sm.
2. — *fertiles barbatae.* Ach. ovoidea, apice villosa. Cor. tubo calycem aequante, limbo subbilabiato. (Habitus Westringiae; flor. parvi.) . . . . — Microcorys. R. Br.

Tribus VIII. *NEPETEAE.*

I. Calyx subaequaliter 5-dentatus. Cor. tubo intus nudo, limbo 2-labiato, labio super. emarginato v. bifido, infer. 3-fido. Stam. 4 adscendentia, inferiora breviora; filam. nuda. Styl. apice subaequaliter 2-fidus, lobis subulatis, stig. terminal. Achaen. sicca, laevia.

a. Antherae saepius per paria approximatae, loculis divergentib. demum divaricatis; filam. apice saepius breviter bifida, denticulo infer. brevissimo antherifero, super. productiore acuto. Cal. tubulosus, 13-15-nervis, plerumque incurvus, ore obliquo; rarius ovatus, rectus, ore aequali. Cor. tubo basi tenui, incluso v. exserto, fauce ampliata interdum parce barbata, labio super. recto, infer. patente, lobo medio maximo vario. (Hbae habitu vario, flor. ax. laxe v. dense cymosis v. verticillatis, saepius racemos term. v. paniculas formantib., coerul. purpur. v. albis. — *Eur. Asia, temp., ins. Canar., Afr. et Amer. bor.*) — Nepeta. (L.) Benth.

1. *Calycis dentes subaequales.* Cor. tubo saepius incluso, labio super subconcavo, inferioris lobo medio concavo crenulato v. subbifido lobis reflexo-patentibus. Stam. interdum distantia, deflorata saepius apice extrorsum curvata. . . . . *Nepeta, L.*
2. — *dentes lanceolati, aristati, superiores productiores.* Cor. exserta, labio super. plano v. margine reflexo, inferioris lobo medio plano rotundato integro v. emarginato. Anth. cruciatim conniventes. . . . . *Glechoma, L.*

b. Antherae distantes, loculis parallelis (cfr. Lophanthus).

1. *Calyx tubulosus, 15-nerv., subincurvus, ore obliquo, dentib. superiorib. sublongioribus. Cor. tubo calycem aequante,* labio super. suberecto, infer. subpatente, lobo medio lato crenato. (Hbae, verticill. in racemos term. approximatis, v. cymis ax. laxe paucifloris. — *Amer. bor., Sibir. orient.*) . . . . . . — Lophanthus. Benth.
2. — *tubuloso-campanulatus 13-15-nerv., profunde 5-dent., dent. aequal. acutis. Cor. calyce brevior,* labii inferioris lobis lateral. erectis, medio patente lato crenulato. Styli lobi breves. (Hba pusilla tomentoso-villosa, fol. reniform. utrinque albo-lanatis, verticill. paucifl. secundis. — *Himalaya.*) . . . — Marmoritis. Benth.
3. — *tubulos. v. campanulatus, sub-15-nerv., ore subaequali v. obliquo 5-dent. Cor. tubo exserto,* fauce sub-dilatata, labio sup. recto subplano, inferioris lobo medio maximo saepe plano. (Hbae, verticill. in spicam v. racemum term. approximatis, fol. floral. bracteiform., bracteis parvis setaceis. — *Amer. bor., Mexico, ? ins. Canar.*) . . . . — Cedronella. (Commel.) Moench.

II. Calyx subbilabiatus, tubulos., 13-15-nerv., rectus v. rarius incurvus, ore recto v. obliquo 5-dent., dente supremo latiore saepius maximo, v. dentib. 3 superiorib. in labium coalitis. Cor. tubo basi tenui, saepius exserto, fauce strumoso-ampliata, labio super. erecto subconcavo emarginato, infer. patente 3-fido, lobo medio maximo subbifido. Anth. per paria approximatae, loc. divaricatis. (Hbae, verticill. ax. v. in spicam v. racemum term. approximatis, bract. saepe foliaceis setaceo-dentatis, cor. saepius amplis coerul. v. purpur. v. albis. v. ? flavesc. — *Eur., Asia et Amer. bor.*) . . . . — Dracocephalum. (L.) Benth.

Tribus IX. *STACHYDEAE.*

A. Calyx aut 3-4-lobus aut post anthesin totus inflatus, plerumque campanulatus, membranaceus. Cor. longe exserta, tubo intus exannulato, limbo 2-lab., labio superiore subconcavo integro, rarius emarginato, infer. 3-lobo patulo. Stam. 4 adscendentia, infer. longiora; filam. edentula; anth. per paria approximatae, 2-loc. Styl. apice bifidus. Achaen. sicca, plerumque laevia. — Subtribus I. MELITTEAE.

1. *Calyx inflatus irregulariter venosus, subbilabiatus, labio superiore lato subbilobo v. breve 2-3-dentato, infer. 2-fido,* lobis omnibus denticulatis. Cor. tubo amplo, labio super. orbiculato patente, inferioris longioris lobo medio majore. Anth. loculis distinctis divergentibus. Styli lobi breves, ovati, stig. term. Ach. interdum tenuissime reticulata. (Hba, fol. ovat. v. cordat. crenatis, verticill. ax. subsexfloris subebracteat., cor. magnis rubris roseis v. albis. — *Eur. med. et austr.*) . . . . — Melittis. L.
2. — *tubuloso-campanulat., mox inflatus, obsolete sub-10-nervis, subaequaliter 5-dent. v. subintegerrimus truncatus.* Cor. fauce inflata, labio super. suberecto, interdum emarginato, inferioris lobis rotundatis, medio majore emarginato. Anth. loculis distinctis, parallelis, nudis. Styli lobi subaequales, subulati, stig. term. (Hb. glaberr. v. tenue pubesc., fol. lanceolat. serratis, racemo term. simpl. v. ramoso, cor. roseis speciosis. — *Amer. bor., Texas.*) . . . . — Physostegia. Benth.
3. — *irregulariter venosus, 3-lobus, lobo super. oblongo, inferioribus rotundatis.* Cor. fauce inflata, labio super. erecto, inferioris paulo brevioris lobis rotundatis, medio latiore. Anth. loculis divaricatis. Styli lobi brevissimi, stig...... Ach...... (Hba erecta, subglabra, fol. oblong. subserrat. v. sinuatis, floral. parvis integerr., verticill. ad apicem ramorum paucis subsexfloris ebracteat., flor. longis. — *Carolina.*) . . . . . — Macbridea. Ell.
4. — *inflatus, irregulariter venosus, dentibus 4 subaequalibus.* Cor. fauce dilatata, labio super. erecto, inferioris lobis ovatis, medio latiore emarginato. Filam. hirsuta. Anth. glabrae, loc. distinctis divaricatis, superiorum loculis supremis connatis obtusis cassis, reliquis omnibus fertilibus acutis. Styli lobus superior brevissimus, inferior longior fere a basi stigmatosus. Ach. magna, subinflato-compressa, laevia. (Hba Lamii facie, hispidula, fol. ovat. crenat., verticill. paucis distantib. bifloris. — *Amer. bor.*) . . . . — Synandra. Nutt.

B. Calyx post anthesin non aut vix mutatus, ore 5-dentato v. bilabiato nunquam valde ampliato (v. pag. sequ.).

LABIATAE.

Tribus IX. *STACHYDEAE.*

(Continuat.)

B. Calyx post anthesin immutatus v. parum auctus (raro inflatus, cfr. Sphacele, Lepechinia) ore 5-dentato v. bilabiato nunquam valde ampliato.

I. Stamina e corollae tubo exserta (raro subinclusa, cfr. Leonurus). Styl. apice 2-fidus, lobis subaequalib. plerumque subulatis, stig. terminal. . . . . **Subtribus II. LAMIEAE.**

† Achaenia 4 ad basin usque distincta, plerumque laevia.

A. Corolla bilabiata, labio superiore plerumque concavo v. fornicato, inferiore 3-fido, lobo medio fere semper majore v. latiore. Stam. 4, adscendentia, infer. longiora; filam. edentula; anth. plerumque per paria approximatae.

I. Calyx tubuloso-campanulatus, 2-labiatus, labio super. indiviso lanceolato, infer. porrecto 4-fido demum complicato faucem nudam recludente. Cor. tubo exserto, basi annulato, fauce dilatata, labio super. fornicato integro, inferioris lobis lateralib. dentiformibus. Anth. loculis demum divaricatis. Styli lobi acuti. Achaen. 3-gona, laevia. (Hba facie Lamii purpurei, verticill. ax. distant. subcapitat. bracteat., fl. sordido-purpur., galea violaceo-barbata. — *Asia minor.*) **Wiedemannia.** FISCH et MEY.

II. — apertus, ore aequali v. obliquo (rarius subbilabiato, cfr. Galeopsis, Stachys).

A. Antherae omnes biloculares.

a. Achaenia triquetra, acutangula, apice truncata. Calycis dentes 5 apice subulati v. subspinosi. (Hbae, verticill. ax. saepius densis, bracteis plerumque subulatis.)

1. *Calyx tubuloso-campanulatus, sub-5-nervis, ore saepius obliquo, dent. subaequal. v. superioribus longioribus. Cor. tubo incluso v. saepius exserto*, intus nudo v. piloso-annulato, fauce dilatata, labio super. ovato v. oblongo subfornicato v. galeato basi angustato, inferioris lobis lateralib. saepius appendicula dentiformi auctis, medio lato emarginato basi contracto-substipitato. Anth. loculi oblongi, demum divaricati. Achaen. laevia v. minute tuberculoso-rugosa. (Fol. saepius cordata, dentata v. inciso-dent., verticill. superiorib. saepe approximatis, fl. rubris, purpur., albis v. flavis. — *Eur., Afr. et Amer.? bor., Asia media.*) . **Lamium.** (TOURN.) BENTH.

α. **Antherae hirsutae.**
1. Corollae tubus intus transverse annulatus, sub annulo contractus, supra porrectus, faux parum dilatata. . . . . *Lamiotypus*, DUMORT.
2. — — rectus, intus nudus v. transverse piloso-annulatus, faux amplissima. . . . . *Pollichia*, WILLD.

β. **Antherae glabrae.**
1. Corollae tubus rectus, intus transverse annulatus, faux amplissima, galea ovata. . . . . *Orvala*, L.
2. — — intus oblique annulatus, sub annulo contractus, supra dilatatus subventricosus, subrecurvo-porrectus, fauce parum dilatata, galea longa basi longe angustata. . . . . *Galeobdolon*, HUDS.

2. *Calyx tubuloso-campanulatus, sub-5-nerv., ore aequali v. obliquo dent. 5 subaequal. v. super. longioribus. Cor. tubo subexserto*, intus annulato, labio super. oblongo apice bifido, inferioris lobis lateral. brevibus erectis acutis, medio patente late bifido. Anth. loculi paralleli v. divergent., margine ciliato-hirsuti. (Hbae glaberr., rigidae, fol. inciso-lobatis lobis subspinescent., verticill. pauciflor. — *Asia media.*) . . . . **Lagochilus.** BUNGE.

3. — *turbinatus, 5-nerv., dent. subaequal. v. infimo longiore et magis patente*, omnibus demum plus minus patentibus. Cor. tubo incluso, rarius exserto, labio super. integerr. subplano basi angustato aut fornicato, infer. lobis lateral. oblongis, medio obcordato v. integro. Anth. loc. parallelis transversal., rarius divergent., valvulis nudis. Achaen. laevia. (Fol. plerumque inciso-lobata, floralia angustiora, verticill. densis. — *Eur., Asia, Afr. et Amer. temp. et trop.*) **Leonurus.** (L.) BENTH.

α. **Corollae tubus incurvus intus oblique annulatus**, supra annulum subventricosus, labium superius suplanum, inferioris patentissimi lobo medio integro. . . . . *Cardiaca*, MOENCH.

β. — — **rectus intus nudus**, labium inferius erectiusculum.
* *Stamina tubo vix longiora*, anth. loculis divergent. Cor. labium super. subfornicatum, labii inferioris lobi subaequales, medio subintegro. . *Chaiturus*, MOENCH.
** — *e tubo exserta.* Cor. labium super. fornicatum, inferioris saepe patentis lobo medio obcordato-v. bifido. . . . . *Panzeria*, MOENCH.

b. Achaenia subrotundo-compressa (nec triquetra) obsolete reticulata. Cal. tubuloso-campanulatus, sub-5-nervis, ore subaequali, dent. 5 subaequal. v. superiorib. longiorib. apice subspinescentibus. Cor. tubo exserto recto, intus nudo, fauce dilatata, labio super. ovato fornicato integro v. emarginato, inf. patente, lobis lateral. ovatis, medio obcordato v. subbifido, palato supra ad loborum sinus dente elevato aucto. Anth. loculis oppositis, transverse 2-valv., valv. interiore ciliata, exteriore majore nuda. (Hbae, fol. dent. v. subintegr., verticill. distinctis, fl. rubr. v. ochroleucis variegat. — *Eur., Asia med., Amer. bor.*) . . . . **Galeopis.** (T.) BENTH.

c. — ovoidea subteretia v. obtuse 3-gona, laevia v. minute tuberculata, obtusa (nec truncata). Cal. tubuloso-campanulatus, 5- v. 10-nerv., ore aequali v. obliquo 5-dent., dent. subulatis v. mucronatis aequal. v. superiorib. majoribus rarius basi in labium coalitis. Cor. tubo incluso v. exserto, cylindraceo, superne saepe incurvo, fauce non v. vix dilatata, labio super. erecto v. subpatente saepius subfornicato integro v. vix emarginato, rarius subplano elongato emarginato-bifido, infer. saepius longiore patente, lobo medio maximo v. emarginato. Anth. loc. distinctis, parallel., divergent. v. divaricatis. (Hb. suffrut. v. frut. habitu vario, verticill. 2-00-flor. saepius in racemos. v. spicas term. subsimpl. dense v. laxe approximatis. — *Totus fere orbis, excl. Nov. Holl.*) . . . . **Stachys.** (TOURN.) BENTH.

α. **Stamina longiora demum versus latera faucis dejecta.**
1. *Corollae tubus supra basin piloso-annulatus*, infra annulum (semper?) coarctatus. *Stachys*, L.
2. — — *versus medium piloso-annulatus*, infra haud contractus. Calycis dentes lineari-subulati corollae limbum superantes. . . . . . . *Zietenia*, GLED

β. **Stamina semper parallela.** Corollae tubus intus exannulatus. . . . . *Betonica*, L.

B. Antherae per paria approximatae, staminum longiorum dimidiatae, breviorum 2-loculares, loc. parallelis, transversis. Styli lobi subaequales. Ach. laevia. Cal. suberectus, ovato-tubulosus, 5-dentatus. Cor. tubo calycem aequante, intus piloso-annulato, labio super. oblongo erecto. infer. majore patente, lobis lateral. ovatis obtusis, medio emarginato-subbifido. (Hb. v. suffrut., verticill. racemosis saepe dense 00-floris, aut cymis laxis longe pedunculatis, fl. purpurasc. — *Nov. Holl., Asia trop. et temp., ins. Mascaren.*) . . . . **Anisomeles.** R. BR.

B. Corolla vix bilabiata, lobis brevibus. Achaen. laevia. Styl. apice subaequaliter bifidus, stig. term. Calycis faux nuda.

1. *Stamina subaequalia v. inferiora longiora; filam. glabra, nuda; anth. subapproximatae, loc. linear. distinctis divergentib.* Cal. campanulatus, demum saepe ampliatus, irregulariter sub-10-nerv., ore aequali profunde 5-dent., dent. subaequal. v. subbilabiatis. Cor. tubo amplo, incluso v. exserto, basi intus piloso-annulato, lobis erecto-patentib. lato-rotundatis, supremo subbifido, lateral. integris, infimo majore emarginato. (Suffrut. v. frut., fol. bullato-rugosis subtus saepe canesc., verticill. term. racemosis. — *Californ., Peruv., Chile, Brasil.*) . . . . **Sphacele.** BENTH.

2. — *superiora inferioribus paulo longiora; filam. basi villosa; anth. distantes, loc. subparallelis.* Cal. tubuloso-campanulat., semi-5-fidus, ore et dent. aequalib. Cor. tubo exserto, basi tenui, superne dilatato, ad filamentorum basin piloso-annulato, limbo subaequaliter 5-fido, lobis integris, 2 superiorib. paulo majorib. subplanis. (Frut., fol. planis serratis glabris reticulatis, cymis ax. dichotom. laxiusc. corymbosis bracteat., bract. linear. persistent. — *Ins. Juan. Fernandez.*) . **Cuminia.** COLLA.

3. — *infer. longiora; filam. glabra; anth. approximatae, loc. subparallelis.* Cal. inflato-campanulatus, reticulato-venosus, ore truncato subbilabiato, labio super. 2-dentato, inf. 3-dent., dent. omnib. aristatis. Cor. calycem aequans, tubo intus nudo, limbi lobo superiore subplano recto emarginato, inferiorib. 3 planis integris subpatentibus. (Hbae, fol. crenat, verticill. remotis v. spicat., fl. parv. ochroleucis. — *Mexico.*) . . . . **Lepechinia.** WILLD.

†† Achaenia 4 inferne per paria cohaerentia, rugosa. Ovaria 2 biloba. Styli lobus superior brevissimus; stigm. minuta. Cal. subglobosus, sub-10-nerv., aequalis, 5-dent., fauce coarctata nuda. Cor. tubo subexserto, recto, limbi 2-lab. labiis subaequalib, super. erecto fornicato integro, infer. patente 3-fido, lobo medio integro. Stam. 4, sub labio super. adscendentia, infer. longiora; anth. loc. demum divaricatis. (Frut., cymis racemos. v. paniculat., fl. parvis. — *Reg. Burmanic.*) . . . . . **Cymaria.** BENTH.

II. Stamina corollae tubo inclusa (v. pag. sequ.).

LABIATAE.

Tribus IX. *STACHYDEAE.*

(Continuat.)

Subtribus III. MARRUBIEAE.

B. *II. Stamina corollae tubo inclusa.* Corolla bilabiata, labio inferiore 3-fido patente.

a. Corollae tubus longe exsertus, labium superius brevissimum, truncato-integrum, concavum, inferioris longioris laciniae laterales brevissimae, media majore et productiore. Stam. adscendent., infer. longiora. Styli lobi subaequales, stig. minutis. Ach. compresso-ovoidea, laevia. Cal. aequalis, ovatus, demum subglobosus, dent. 5 aequal. demum conniventibus, fauce subnuda. (Hba pilosa, fol cordato-ovat. dentat., cymis term. racemoso-paniculat., fl. parvis albido et purpureo-variegatis. — *Nepal.*) . . . . Craniotome. Rchb.

b. — *tubus inclusus v. vix exsertus,* labio super. erecto, inferioris lobo medio latiore.

α. Achaen. acute triquetra, apice truncata. Styl. inclusus, lobo superiore truncato apice stigmatoso, infer. dilatato superiorem basi amplectente margine apiceque stigmatoso. Cal. tubuloso-campanulat., 10-nerv., oblique 5-dent. Cor. labio super. subfornicato-integro. (Suffrut., fol. parv. apice dentatis, verticill. ax. distant. pauciflor., bract. parvis. — *Afr. austr.*) . . . . Acrotome. Benth.

β. — teretia v. obtuse 3-gona, apice obtusa (nec truncata). Stam. inferiora longiora; anth. loculi divaricati, subconfluentes. Calyx tubulosus, 5-10-nerv. Cor. labium super. integrum v. emarginato-bifidum, inferioris lobo medio saepius emarginato. (*Eur. media et austr., Asia temp., Afr. bor., ins. Canar.*) . . . .

1. *Styli lobi inaequales (omnino Acrotomes).* Ach. plerumque minute tuberculosa v. scrobiculata. Stam. superiora brevissima; filam. saepe pubescent.; anth. dimidiatae, cassae v. difformes, raro superiores conformes. Calycis dentes erecti subspinosi nunc aequales, nunc supremus latissimus v. 3 superiores basi in labium subconnati, faux villosa. (Hb. suffrut. v. frut., verticill. ax. racemos. v. spicatis, cor. parv. saepius flavesc.) . . . . Sideritis. L.
   - *α.* Corollae tubus basi intus piloso-annulatus, labia subaequilonga. . . . . . . *Sideritis*, Tourn.
   - *β.* — tubus intus exannulatus, labia subaequilonga. . . . . . . *Burgsdorfia*, Moench.
   - *γ.* — tubus basi intus exannulatus, labium superius dimidio brevius. . . . . *Hesiodia*, Moench.
2. *Styli lobi subaequales, breves, obtusi,* stig. term. Antherae conformes. Cal. subaequalis, dent. 5 v. 10 acutis aequalib. erectis v. demum patentib. Cor. tubo intus nudo v. subannulato. (Hbae, fol. saepius rugosis incisis v. cordatis, verticill. ax. saepius multiflor., bracteis saepe subulatis.) Marrubium. (Tourn.) Benth.

Subtribus IV. BALLOTEAE.

C. Calycis limbus 5-20-dentatus, demum saepe late ampliatus, inter dentes membranaceus, aut immutatus, dentibus demum plerumque patentibus, raro obsoletis. Cor. 2-labiata, (raro subbilabiata) labio super. saepe compresso galeato, infer. 3-fido. Stam. 4, e tubo exserta, adscendentia, infer. longiora (raro subaequalia, v. Achyrospermum); anth. plerumque per paria approximatae, 2-loc., loculis (demum saltem) divaricatis, raro parallelis (v. Holmskioldia) aut 1-loc. (v. Leucas, Phlomis, Achyrospermum). Styl. apice bifidus, stig. term. v. subterminal. (raro subindivisus, v. Holmskioldia).

I. Achaenia apice obtusa v. truncata, nuda v. pilosa (nec membranaceo-producta).

A. Calyx subbilabiatus, tubulosus, 10-nervis, limbi membranaceo-producti labio superiore brevi integro v. 3-angulato, infer. maximo ovato obtuso. Cor. tubo incluso, intus annulato, labio super. oblongo concavo integro erecto extus hirsutissimo, infer. patente, lobo medio latiore emarginato. Filam. basi nuda. Styli lobi subaequales, subulati. (Frut., fol. integerr. v. dentat., verticill. laxe pluriflor. — *Arab., Abyssin.*) . . . . Otostegia. Benth.

B. — non bilabiatus, ore aequaliter v. subaequaliter dentato.

I. Calycis limbus parum aut non dilatatus (raro maximus, cfr. Eremostachys).

A. Achaenia apice glabra, rarius minute puberula, (cfr. Ballota, Phlomis).

† Calyx praeter orificii dentes inermis (nec extus uncinato-aristatus).

a. Corollae labium superius subconcavum oblong. emarginatum erectum, inferioris lobo medio emarginato, tubo intus transverse piloso-annulato subincluso. Cal. subinfundibuliform., 10-nerv., dent. 5 v. 20 basi dilatatis v. in limbum orbiculatum patentem coalitis. Anth. loc. subdistincti, demum divaricati. Styli lobi subulati. Ach. apice obtusa, glabra v. pilosa. (Hbae, fol. integr. v. crenat. v. incisis saepe rugosis, verticill. ax., bract. interdum spiniform. — *Eur., Asia occ., Afr. bor. et austr.*) . . . . Ballota. (Tourn.) Benth.

b. — labium superius concavum v. galeatum, integrum, rarius emarginatum (cfr. Leucas, Phlomis), plerumque erectum, inferius patens.

α. **Styli lobi subaequales, subulati,** stig. term. Ach. apice obtusa. Cal. basi tubulosus, 10-nerv., limbi 5-fidi lobis erectis oblong. aequalib. membranaceis reticulato-venosis. Cor. calyce brevior, tubo intus annulato, labio sup. fornicato, infer. lobo medio integro. Anth. loculi demum subconfluentes. (Frut. cinereo-tomentos., fol. subtus incanis, floral. sensim minorib., cymis ax. breve pedunculat., bract. parv. subulatis. — *Ind. or.*) . . . . Roylea. Wall.

β. — **lobi inaequales, superiore breviore, plerumque brevissimo.** Achaen. apice obtusa.

1. *Cal. subcampanulat., 10-nerv., aequal., dent. 5 ovatis,* sinubus rarissime dentibus minutis auctis. Cor. tubo incluso, intus annulato, labio sup. concavo extus hirsutissimo, infer. vix longioris lobo medio subaequilato emarginato. Filam. basi nuda. Ach. triquetra. (Frut. albo-tomentos. v. pubesc., fol. integerr. v. apice dentat saepe subfasciculat., verticill. 2-00-flor. — *Afr. austr., Abyssin.*) . . . . Lasiocorys. Benth.
2. — *tubulos. v. subcampanulat., striatus, rectus v. apice incurvus, ore aequali v. oblique supra et infra producto 8-10-dentato rarius supra fisso.* Cor. tubo incluso, intus annulato v. nudo, labio sup. concavo interdum emarginato extus hirsutissimo, inferioris longioris lobo medio maximo. Filam. basi nuda; anth. loc. confluentes. Ach. triquetra. (Hb. v. suffrut., fol. integr. v. dent., verticill. saepe multifl. globosis, fl. alb. v. purpurasc. — *Asia, Afr. et Amer. trop., Oceania.*) . . . . Leucas. R. Br.
3. — *ovato-tubulos., 10-nerv., apice incurvus, ore obliquo sub-10-dent., dente supremo majore.* Cor. tubo saepius exserto, intus nudo v. incomplete annulato, labio super. elongato concavo, inferioris brevis lobo medio vix lateralibus majore. Filam. basi nuda. Anth. 2-loc., loc. acutis. (Hb. v. frut., verticill. multifl. saepe densis, bract. 00 subsubulatis, coroll. speciosis coccineis v. flavesc. velutinis. — *Afr. et Amer. trop. et austr., Arabia*) . . . . Leonotis. Pers.
4. — *tubulos. v. turbinatus, 5- v. 10-striatus, saepe plicato-5-gonus, ore aequali truncato v. 5-dentato,* dent. saepe spinescent. Cor. tubo incluso v. vix exserto, intus saepius transverse v. oblique annulato, labio sup. galeato carinato compresso lato incumbente v. suberecto, interdum integro v. bifido, inferioris lobo medio saepe magno obcordato, lateralib. saepe parvis lobulo auctis. Filam. super. adnata, basi saepissime in appendiculam producta; anth. sub-1-loc., loc. confluentib. obtusis. Ach. triquetra, apice glabra v. pubescentia. (Hb. v. suffrut., saepe floccoso-lanati, fol. rugos., verticill. ax. bracteat. v. rarius nudis, fl. luteis v. purpur. rarius albis saepe majusc. speciosis. — *Eur. austr., Afr. bor., Asia temp.*) . . . . Phlomis. (T.) Benth.

†† Calyx tubulosus, 5-nerv., nervis sub apice calycis in aristas subulatas uncinato-revolutas productis, ore membranaceo breve 5-dentato. Cor. tubo incluso, exannulato, labio sup. galeato pilosissimo, inf. patente subaequaliter 3-fido. Filam. basi nuda; anth. 2-loc. Styli lobi subaequales, breves. Ach. apice truncata, nuda. (Hba, fol. longe petiolat. dentat., junior. subtus tomentosis, verticill. ax. globos. dense multifloris remotis, bract. subulatis rigidis uncinatis flores parvos superantibus. — *Nepal.*) . . . . Notochaete. Benth.

B. Achaenia apice densissime pilosa. Styli lobi subulati, aequales v. superior vix dimidio brevior. Cal. ample tubulosus, subcampanulat. v. infundibuliform., dent. 5 spinosis, v. limbo maximo membranaceo 5-mucronato. Cor. tubo incluso, intus annulato v. nudo, limbo hiante, galea elongata subcompressa basi attenuata extus pubesc. intus margineque barbata, labio infer. patente, lobis rotundatis, medio latiore. Filam. superiora in appendiculam obtusam v. fimbriatam incrassata; anth. 2-loc. (Hbae, fol. integr. v. dissectis, verticill. 00-floris, supremis saepe approximatis, bract. adpressis, fl. saepe ochroleucis. — *Asia media et occ.*) . . . . . . Eremostachys. Bunge.

II. Calycis limbus valde dilatatus (rarius brevis, cfr. Chasmonia), v. pag. sequ.

LABIATAE.

Tribus IX. *STACHYDEAE.* *Subtribus IV.* BALLOTEAE.

(Continuat.)

C. *I.* B.

***II.* Calycis limbus amplus saepius maximus et late patens** (rarius brevis, cfr. Chasmonia).

a. ***Calycis limbus 5-10-dentatus v. 5-fidus***, dentibus interdum brevib. mucroniformibus. Styli lobi subaequales.

1\. *Calyx ample campanulatus, membranaceus, aequalis, dent. 5 e basi ovata subulatis subspinosis.* Cor. tubo incluso, labio super. magno galeato compresso incumbente, inferiore parvo, lobis rotundatis. Filam. superiora basi incrassato-appendiculata. Achaen. nuda. (Hba longe albo-lanata, fol. super. et floral. majorib. rhomboid. v. orbiculatis sessil. crenatis mollissimis, verticill. 6-flor. ebracteat., fl. flavis. — *Ind. or.*) . . . . Eriophyton. Benth.

2\. — *basi oblique campanulatus striatus, limbo amplo dilatato,* 6-20-*dentato reticulato-venoso.* Cor. tubo incluso, intus oblique annulato, labio sup. erecto integro v. emarginato-bifido, inferioris lobis lateralib. erectiusculis, medio patente lato obcordato. Filam. basi nuda; anth. in apice filamenti lateraliter pedicellatae. Ach. acute triquetra, apice truncata. (Hbae glaberr., fol. petiolat., crenat. v. incisis, floralib. conform., verticill. ax. distant., bract. spinoso-subulatis, fl. alb. — *Region. mediterran.*) . . . . Moluccella. (L.) Benth.

{ *α.* Calycis limbus brevis, coriaceus, subbilabiatus, dent. 8-10-subulato-spinosis. *Chasmonia*, Presl.
{ *β.* — — maximus, membranaceus, sub-5-gonus, angulis brevissime mucronato-dentatis. . . . . *Moluccella*, Presl.

3\. *Calyx tubo brevi* 13-*nervi, limbo maximo membranaceo patente 5-fido, lobis ovatis.* Cor. tubo exserto, limbi subbilabiati labio super. 2-partito, inferioris 3-partiti lobo medio majore emarginato. Stam. inclusa. Ach. subovata, glabra, tuberculata. (Frut. humilis, glaber, fol. dentat. viscidulis bituminoso-graveolent., verticill. 00-flor. confertis, fol. floral. oblong. subintegerr., fl. violac. albo-lineatis. — *Persia.*) . . . . Hymenocrater. Fisch. et Mey.

b. ***Calycis limbus maximus, late patens, subintegerrimus***, membranaceo-venosus (sanguineo-coloratus) tubus brevissimus. Cor. exserta, tubo elongato-incurvo angusto intus nudo, fauce subdilatata, limbi brevis subbilabiato-5-fidi lobis 2 super. brevibus erecto-patentibus, lateralib. 2 parvis reflexis, infimo longiore ovato patentente. Stam. exserta; filam. superiora dilatata. Styl. subindivisus v. lobo superiore brevissimo. Ach. subcarnosa, rugosa, per paria cohaerentia. (Frut. glaber., fol. minute dentat. v. subintegerr., verticill. pauciflor. racemulos ax. brevissimos formantibus, cor. rubris. — *Ind. or.*) . . . . Holmskioldia. Retz.

***II.* Achaenia apice membranaceo-producta v. paleis membranaceis coronata.**

1\. *Calyx amplus, subbilabiatus, labio super. erecto 3-fido, infer. parum breviore patente 2-fido.* Cor. exserta, labio super. erecto abbreviato emarginato, inferioris semi-3-fidi lobo medio majore concavo. Stam. subaequalia; filam. nuda; anth. confluentim 1-loc. Styl. brevissime bifidus. Ach. dorso et apice paleis membranaceis coronata. (Hb. v. suffrut., fol. dentat. molliter pubesc., verticill. in spicam term. approximatis. — *Java, Madagasc.*) . . . . Achyrospermum. Blume.

2\. — *tubuloso-campanulatus, subincurvus, 10-nerv., dentib. 5 subaequalib.*, fauce nuda. Cor. tubo exserto, incurvo, intus nudo, fauce dilatata, labio super. erecto subplano integro, inferioris 3-lobi patentis lobis brevibus ovatis integris. Filam. basi nuda, infer. longiora, anth. approximatae, 2-loc., loc. demum divaricatis. Styli lobi subaequales subulati. Ach. oblonga, laevia, apice membranaceo-producta. (Frut. volub. saepe tomentosi, fol. ovat. crenulat., verticill. laxis ax. v. in spicam term. approximatis, bract. minutis, coroll. coccineis. — *Ind. or.*) . . . . Colquhounia. Wall.

Tribus X. *PRASIEAE.*

A. Corollae tubus intus exannulatus, labium superius integrum, inferius patens 3-fidum. Stam. sub labio super. adscendentia, anth. 2-loc. Cal. ovat. v. campanulat. v. tubulosus, subaequalis.

1\. *Stylus apice bifidus, lobis subulatis subaequalib.*, stig. minutis. Cal. 5-dentatus, fauce nuda. Cor. tubo recto, saepius exserto, supra medium inflato, labiis subaequalib., superiore erecto fornicato. Anth. per paria approximatae, loc. parallelis transversis. (Hbae subsimpl., fol. saepe amplis crassis villosis v. tomentos., verticill. spicatis v. ax. remotis, fl. majusc. — *Ind. or.*) . . . . Gomphostemma. Wall.

2\. — *apice clavatus, subinteger v. brevissime bifidus, lobis clavatis divaricatis v. arcuatis;* stig. term. saepe incrassata, capitata. Cal. breve 5-dent., aut 5-fidus, lobis ovatis foliaceis. Cor. tubo calycem parum aut longe superante, saepius incurvo, fauce subaequali, labio super. subpatente subplano, infer. longiore, lobis ovatis, medio majore integro. Anth. loc. divergent. v. demum divaricatis. Hbae subsimpl., fol. ovat. saepius dentat., verticill. 6-10-flor. in racemum term. laxum dispositis v. infimis axillar., bracteis parvis subulat. v. subnullis. — *Ins. Sandwic.*) . . . . Phyllostegia. Benth.

B. Corollae tubus intus piloso- v. squamoso-annulatus, labio super. saepius emarginato, inferioris patentis 3-fidi lobis saepius integris. Stam. sub labio super. adscendentia; anth. 2-loc., loc. demum divaricatis. Styl. apice subaequaliter bifidus, stig. minutis. Cal. 10-nervis.

1\. *Corollae tubus calycem superans, incurvus, intus piloso-annulatus*, fauce dilatata, labio super. erecto, infer. lobis subaequalibus. Cal. ovato-campanulatus, subaequalis v. oblique 2-labiatus, nunc 5-fidus, lobis ovatis foliaceis, nunc 5-dent., dentib. 3 superiorib. altius connexis. (Hbae, ramis subscandentib.?, fol. saepe coriaceis serratis, verticill. ax. pauciflor. distant. v. summis approximatis, bract. subulat. parvis v. subnullis. — *Ins. Sandwic.*) . . . . Stenogyne. Benth.

2\. — *tubus calycem aequans, amplus, subrectus, intus pilis squamosis stellatis annulatus*, fauce vix dilatata, labio super. ovato concavo erecto v. reflexo interdum integro, inferioris lobo medio longiore subinde emarginato. Cal. campanulat., subbilabiatus, labio super. 3-fido, infer. profundius bifido, lobis omnib. foliaceis acutis. Drupae 4-2 carnosae, nucleo rugoso-lacunoso. (Suffrut., ramis herbaceis, fol. ovat. dentat., verticill. ax. v. subterm. 2-4-flor. distant., bract. minutis v. nullis, fl. albidis v. pallide purpur. — *Region. mediterr., ins. Canar.*) . . . . Prasium. L.

Tribus XI. *AJUGOIDEAE.*

A. Stamina fertilia 2 (inferiora) adscendentia, inter supremos corollae lobos exserta, superiorum sterilium rudimenta minuta filiformia; anth. loc. demum divaricatis subconfluentibus. Styli lobi breves, subaequales. Achaen. reticulato-rugosa. Cal. subgloboso-campanulatus, erect., aequal., 5-dentatus. Cor. tubo incluso, intus exannulato, limbi declinati lobis 4 superiorib. subaequalibus brevib., inferiore majore. (Hba glabra, saepe coerulescens, fol. 3-5-part., lobis inciso dentat., floral. decrescentib., cymis laxis racemoso-paniculat., cal. et cor. coerul. — *Asia media.*) . . . . Amethystea. L.

B. — fertilia 4, inferiora longiora; anth. loculis divergent. v. divaricatis, confluent. v. subconfluentibus. Styli lobi subulati, subaequales, stig. minutis. (Verticill. ax. v. racemoso- v. spicato-approximati.)

1\. *Corolla tubo tenui, saepius exserto, intus exannulato, limbi subaequaliter 5-fidi lobis oblong. declinatis.* Stam. longissime exserta, filam. interdum monadelphis. Cal. nunc campanulatus subaequalis profunde 5-fidus, nunc depresso-campanulat. obliquus resupinatus, dent. 3 superiorib. elongatis connatis, 2 inferiorib. brevissimis. (Hbae, fol. integerr. — *Amer. bor.*) . . . . Trichostemma. (L.) Benth.

2\. — *tubo brevi v. parum exserto, intus exannulato, saepe incurvo, limbi 5-fidi lobis inaequalibus*, superiorib. 4 subaequalib. v. supremis 2 latiorib. v. longioribus, nunc oblongis declinatis, nunc brevissimis suberectis, infimo maximo rotundato v. oblongo, saepius concavo. Stam. exserta. Cal. tubulosus v. campanulat., interdum inflatus v. basi inferne saccato-gibbus, dentib. 5 subaequal. v. supremo saepius latiore labiiformi. Achaen. reticulato-rugosa, rarius laevia. (Hbae v. frut., habitu et inflor. varia, fol. saepe dentat. v. laciniat. — *Genus per totum fere orbem diffusum.*) . . . . Teucrium. (L.) Benth.

3\. — *tubo incluso v. exserto, intus saepius piloso-annulato, recto v. spiraliter semitorto, limbo 2-labiato*, labii super. lobis 2 brevissimis rectis, inferioris elongati patentis 3-fidi lobis lateral. oblongis, medio majore emarginato v. bifido. Stam. interdum inclusa. Cal. ovato- v. globoso-campanulatus, dent. 5 aequalib. v. varie inaequal. Ach. reticulato-rugosa, raro laevia. (Hbae interdum basi suffrutesc. v. stoloniferae, fol. integr. v. dent. v. lobat. — *Eur., Asia, Afr., Nov. Holl.*) . . . . Ajuga. (L.) Benth.

CLIII. VERBENACEAE.

A. Semen non intra pericarpium germinans. Cotyled. planae (raro convolutae, cfr. Priva), per germinationem saltem foliaceae.

I. Fruct. exsuccus (raro subbaccatus, cfr. Monochilus) ***nunc drupaceus, 2-4-loc., 2-4-partibilis, nunc achaenia 2-4 discreta*** . . . . Tribus I. *LIPPIEAE.*

A. Fruct. maturus solutus in achaenia 2-4 discreta.

1. *Achaenia* 4, *margine membranaceo cincta*, 1-*sp.*, *calyce ampliato inclusa. Germ. simplex*, 4-*loc.*, 4-ovulatum. Styl. term., rectus, stig. 2-partito. Cal. campanulatus, 5-fid., lobis subaequal. Cor. 2-labiata, labio super. abbreviato 2-partito, lobis ovat. acutis; infer. 3-fido, lobis lateral. ovato-oblong. acutis, medio elongato dilatato subcucullato fimbriato-multifido, tubo intus villoso, fauce ampliata villis clausa. Stam. 4, exserta, didynama. (Suffrut. subfragrans, fol. oppos.? subintegerr. incanis, panic. term. et ax., fl. cyaneis. — *Mongholia.*) . . . . Caryopteris. BUNGE.
2. — (?) 4, *subrotunda*, *aptera*, ... *Germ. subglobosum*, 4-*sulcum*, ... *Styl. bifidus*, staminibus brevior; stig. simplicia. Cal. 5-fid., lobis acutis aequalib. erect. demum conniventibus. Cor. ringens, tubo calycem aequante, labii superioris lobis 4 subaequal. ovatis erectis, labio inferiore magno patente incurvo fimbria longa capillari terminato. Stam. 4 didynama, 2 longiora exserta; anth. subrotundae. (Frut. graveolens, fol. oppos. ovato-oblong. serratis lineatis tomentosis, flor. ax. fastigiato-verticillat. albis. — *China*) . . . . Mastacanthus. ENDL. †
3. — 2-4, *minuta*, ... *Germ. ovoid.*, *utrinque sulco notatum. Styl. term.*, *simpl.*, *stig. acuto.* Cal. 4-part., lobis acutis aequal. Cor. tubulosa, limbi 4-lobi patentis lobis aequal. obtusis. Stam. 4 subaequalia, exserta, anth. subrotundis. (Hba rufo-hirsuta, fol. oppos. ovat. v. oblong. sessil. multinerv., capit. term. dense multiflor. bracteat., fl. parv. flav. — *Amer. trop.*) . . . . Perama. AUBL. †

B. Fruct. drupaceus, 2-4-loc., demum 2-4-partibilis (cfr. Chascanum), loc. 1-spermis.

I. Stamina fertilia 2 et 2 ananthera.

1. *Stam.* 2 *superiora fertilia*, *exserta*, inter corollae lobos superiores reflexa, filam. basi incrassatis, anth. longis; sterilium 2 rudimenta inclusa. Cal. 5-partitus, lobis erectis acutis. Cor. tubo brevi, limbo irregulari 5-fido patente, lobis secundis, superiorib. 2 divergentib., infimo caeteris longiore. Germ. 4-loc., loc. 1-ovulat. Styl. term., exsertus, stig. simpl. refracto. Drupa sicca, villosa, 4-loc., 4-sp., 4-partibilis. (Arb., fol. oppos. impari-pinnat., foliol. lanceolat. integerr. subtus canesc., petiolo alato, panic. term. opposite corymbosa, fl. parv. albid. — *Sumatra.*) . . . . Peronema. JACK.
2. — *omnia inclusa*, 2 *superiora ananthera.* Cal. tubulosus, 3-5-dentatus. Cor. subinfundibuliform., limbo plano 5-fido, lobis inaequal. rotundatis. Styl. exsertus, stig. term. subcapitato v. peltiformi. Drupa (ut germ.) 2-loc., 2-partibilis, loc. 1-sp. (Hbae suffrut. v. frut., fol. oppos. serrat. v. crenatis, spicis term. v. demum alar., fl. bracteatis saepe alt. rhachidi carnosae quasi semiimmersis roseis coccin. coerul. violac. v. nigris. — *Region. trop. et subtrop. totius fere orbis.*) . . . . Stachytarpheta VAHL.

II. Stamina fertilia 4 (raro 2 superiora abortiva, cfr. Verbena).

A. Stigma indivisum, raro emarginatum v. bifidum (nunquam 3-partitum).

a. Calyx tubulosus subaequaliter v. oblique 5-dentatus (nec 2-labiatus, nec longitudinaliter fissus), persist. Cor. tubo cylindraceo, limbo 5-fido plano plus minus inaequali, fauce plerumque villosa. Stam. didynama (cfr. Verbena) inclusa v. superiorum antherae semiexsertae. Styl. term., stig. subcapitato v. emarginato-bilobo, lobis brevissimis, altero terminali acuto, altero laterali obtuso. Germ. loc. 1-ovulati.

α. **Germen 2-loc. Drupa 2-partibilis.**

1. *Antherae muticae* (nec superiores processu superatae). Cal. 5-angulat, dent. 5 aristatis, anteriorib. paulo majorib. Drupa calycem superans. (Caet. et habitus Stachytarphetae, sed spicarum rhachis non carnosa nec scrobiculata. — *Brasil.*, *Antill.*) . . . . Bouchéa. CHAM.
2. — 2 *superiores processu dorsali clavato erecto atro carnoso e fauce exserto superatae*, 2 infer. muticae. Cal. et cor. Verbenae. (Hb. procumb. pubesc. v. canesc., fol. oppos. subpalmati-partitis saepe multifidis; spicae breves, capitula v. umbellas simulantes, demum elongatae, bracteatae, fl. luteis v. purpur. — *Amer. austr. temp.*) . . . . Shuttleworthia. Nob.

β. **Germen 4-loc. Drupa 4-loc., 4-partibilis.** Cor. tubo recto v. incurvo. Stam. 2 superiora interdum abortiva. (Hb. v. suffrut., fol. opp. serrat. v. varie incisis, spicis ax. v. term. solitar. glomerat. v. paniculat. gracilib. v. abbreviatis, bracteat., fl. varie colorat. — *Reg. trop. et temp. totius orbis.*) . . . . Verbena (L.) Nob.

γ. — **4-loc. Drupa calyce inflato inclusa, 4-loc., 2-partibilis.** Cotyled. convolutae. Cal. subventricosus, demum connivens et deflexus. (Hbae hispid., subdichotomae, fol. oppos. integerr. v. subserrat, spicis term. et ax. gracil. bracteat. — *Amer. trop. et subtrop.*, *Asia*, *Afr.*) . . . . Priva. ADANS.

b. Calyx 2-labiatus. Germ. 4-loc., loc. 1-ovulatis. Styl. terminalis.

1. *Corolla tubulosa*, *limbo antice fisso 1-labiato adscendente 5-fido*, lobis lateralibus replicatis. Stam. 4 subaequalia, erecta. Stigma punctiforme. Drupa subbaccata, 4-loc., 4-partibilis. Cal. labio superiore 2-, infer. 3-dentato. (Hba humilis, fol. confertis magnis oppos. ovat. serrat. pubesc. subtus purpurasc., racemis ax. et term. bracteat., pedicell. medio 2-bracteolat., cor. albidis, fr. nigresc. — *Brasil.*) . . . . Monochilus. FISCH. et MEY.
2. — *turbinato-campanulata*, *limbo* 2-*labiato*-5-*lobo*, lobis 4 acutiusculis (2 lateralib. minorib.) infimo maximo subrotundo concavo. Stam. exserta, didynama, medio tubo inserta; anth. 2-loc., loc. parallelis basi calcaratis, calcaribus apice connatis. Germ. obovat., emarginatum, placenta demum 2-partibili. Styl. filiform., exsertus, stig. incrassato apice bilobo. Fr. . . . . (Suffrut. pube stellata v. ramosa tomentosi, fol. oppos. sessil. crenat., umbellis ax. pedunculat. paucifl. bracteat., fl. coerulesc. — *Nov. Holl. occid.*) . . . . Quoya GAUDICH.

c. Calyx demum 2-valvis v. longitudinaliter fissus. Stam. inclusa, didynama. Styl. terminalis. Drupa exsucca.

α. **Germen 4-loc., loculis 1-ovulatis.** Cal. tubulosus, 5-dentatus, demum latere longitudinaliter fissus. Cor. tubo elongato, limbo 5-fido inaequali.

1. *Drupa* 4-*loc.*, 2-*partibilis.* Stigma dilatatum, subobliquum. Styl. subexsertus. Calycis dens anticus longior. Cor. infundibuliform., tubo superne ampliato. (Frut. erect., virgatus, glaberr., ramis subspinesc., fol. alt. v. fasciculat., parvis sessil. subcarnosis, spica term. bracteata laxiuscula, fl. odoratis. — *Andes Chilens.*) . . . . Dipyrena. HOOK.
2. — *abortu* 2-*loc.*, dimidiato-sub-4-gona, foveolis insculpta, mericarpio alteri abortivo squamaeformi latere inferne adhaerens. Stigma emarginatum. Cor. tubo cylindraceo, limbo subbilabiato. (Hbae basi suffrutesc., fol. oppos. dentat. v. incisis, fl. spicatis. — *Afr. austr.*) Chascanum. E. MEY.

β. **Germen 2-loculare.** Drupa 2-loc., demum 2-partibilis, loc. 1-spermis. Cor. tubus infundibuliform.

1. *Germinis loculi* 2-*ovulati.* Stigma capitatum, hinc concavum. Drupa membranacea, axi hians. Cal. tubulos., 5-fid., demum longitudinaliter fissus. Cor. tubo brevi, limbi 5-fidi lobis posticis minoribus. (Frut. humiles, fol. oppos. petiolat. integerr. v. serratis, racemis ax. paucifl. — *Brasil.*) . . . . Casselia. NEES et MART.
2. — *loculi* 1-*ovulati.* Stigma oblique capitatum v. lineare, sublaterale. Drupa calyce saepius bivalvi tecta. Cal. tubulosus v. compressus, 2-5-dentat., demum (semper?) bivalvis. Cor. tubo sursum ampliato, limbi 2-labiati plani labio super. emarginato-bilobo, infer. 3-fido. (Hb., suffrut. v. frut., fol. oppos. v. ternis, serrat. v. crenat. raro integerr., fl capitat. v. spicatis bracteat. albidis rarius coloratis. — *Reg. trop. et subtrop. totius orbis.*) . . . . Lippia. (L.) KUNTH.
   - *α.* **Flor. capitati**, capit. pedunculat. ax. v. term. solitar. v. verticillat. v. paniculatis. Cal. compressus, angulis saepe carinatis v. alatis. . . . . *Zapania*, JUSS.
   - *β.* — **spicati.** Cal. 5-dentatus. . . . . *Aloysia*, ORT.

B. Stigma 3-partitum, laciniis capillaribus. Stylus filiform. Germ. depresso-globosum, 3-cuspidatum, 3-loc., loc. 1-ovulatis? Drupa calyce aucto inclusa, membranacea, depresso-globosa, 3-cuspidata, laevis, 3-loc., 3-sp. Cal. 2-partitus, lobis acuminatis carinato-concavis. Cor. basi extus pilis seriatis cincta, subinfundibuliform., tubo cylindr., limbi 4-part. lobis aequalib. erectiusculis. Stam. 4, fauci inserta, sub-inclusa, aequalia. (Hba pubesc., fol. oppos. oblong. integerr. triplinerv., pedunc. term. aggregatis apice spicas plures sessiles fasciculatas cylindricas crassiusculas breves gerentib., fl. parvis dense imbricatis ebract.? albidis. — *Orenoco.*) . . . . Buchia. H. B. K.

C. Drupa exsucca 2-pyrena, pyrenis 3-locularibus, loc. medio sterili farcto, lateralib. 1-spermis. Germ. 6-loc., loc. mediis effoetis, lateralib. utrinque duobus 1-ovulatis. Styl. filiform., stig. 2-fido acuto. Cal. campanulat., 5-fid., aequalis. Cor. tubulosa, fauce ampliata, limbi ringentis labio super. 2-fido, infer. 3-part., lobo medio longiore. Stam. 4, exserta, didynama. (Suffrut., pubesc., fol. oppos. linear. decurrent. bullatis, pedunc. ax. solitar. 1-flor. 2-bract., cal. lobis subfoliaceis, cor. ochroleucis. — *Nov. Holl.*) . . . . Chloanthes. R. BR.

II. Fructus drupaceus v. baccatus indehiscens (nec partibilis) v. pag. sequ.

VERBENACEAE.

(Continuat.)

A. *II.* *Fructus drupaceus exsuccus v. baccatus indehiscens* (nec partibilis, cfr. Lantana, Mallophora, Citharexylon.)

A. **Flor. exinvolucrati**, bracteis (nec involucro calyciformi) suffulti. **Fr. drupaceus**, plerumque 4- v. 2-loc., 4-2-sp. Stam. 4 raro 5 (nunquam plura).

Tribus II. *LANTANEAE.*

† **Antherae rimis longitudinalibus dehiscentes.**

I. Stigma indivisum (raro subbilobum, cfr. Citharexylon).

a. Germen 2-loculare. Drupa 1-2 pyrena, pyrena 3-1-loc., aut fr. coriaceus 2-loc.

α. ***Stam. 4, inclusa, didynama.***

1. *Cal. persistens, 5-part., lobis linearibus.* Cor. hypocraterimorpha, tubo basi subgloboso, fauce villis clausa, limbo 5-fido subaequali patente. Germ. loc. 2-ovulati. Styl. brevis, persist., stig. uncinato. Drupa globosa, putamine solido 2- v. abortu 1-loc., loc. 1-2-sp. (Frut. hirsut., fol. oppos. subdecurrent. serratis, fl. ax. solitar, sessil. albis. — *Afr. austr.*) — Spielmannia. Med.
2. — *brevissime tubulosus, obsolete 4-5-dentatus.* Cor. tubo calycem longe superante incurvo, medio subinflato, limbo 4-fido inaequali patente. Styl. filiform., stig. obtuso v. uncinato-refracto. Drupa baccata, nunc 1-pyrena, putamine basi perforato 2-3-loc. 2-sp. (loc. medio inani) nunc 2-pyrena, pyr. 1-loc. 1-sp. (Frut., rarius hb., inerm. v. aculeat., ramis angulat., fol. oppos. v. ternis dentat. saepius rugosis, capit. ax. pedunculat., bracteis exteriorib. involucriform., cor. violac. v. purp. v. aurantiis flav. v. albis. — *Amer., Asia et Afr.*) — Lantana. L.
3. — *campanulatus, fauce denticulis 5 reflexis cum limbi 5-partiti ampli lobis scariosis oblongo-lanceolatis saepe coloratis alternantibus.* Cor. calyce brevior, tubo brevissimo, limbo 5-fido subaequali patente. Styl. term., brevis, stig. capitato. Fr. calycis tubo inclusus, coriaceus, 2-loc., 2-sp. (Arb., v. frut. scandent., fol. oppos. integerr. v. subserratis, racemis ax. et term. simpl., pedicell. suboppositis bracteatis. — *Amer. trop.*) — Petraea. Houst.

β. ***Stam. 4, exserta, aequalia.*** Styl. term., stig. simpl. Drupa baccata, 1-pyrena, putamine 2-loc. 2-sp. basi perforato. Cal. campanulat., 4-dentatus. Cor. infundibuliform., tubo calycem superante, limbo 4-part. aequali. (Arbusc., ramis 4-gonis, fol. oppos. integerr., panic. ax. oppositis. — *Amer. trop.*) — Petitia. Jacq.

b. Germen 4-loculare. Drupa 2-4-pyrena v. 4-loc.

1. *Drupa sicca, globosa, fragilis, 4-loc., axi hiante,* 4-sp. Styl. filiformi-subulatus exsertus, stig. obtuso. Germ. loc. 1-ovulati. Cal. persist., 4-part., lobis linearib. Cor. infundibuliformi-tubulosa, tubo calycem aequante recto aequali, limbi 4-fidi lobis aequalib. obtusis suberectis. Stam. 4 fauci inserta, breve exserta, aequalia. (Frut. lanato-tomentosi, fol. oppos. rigidis margine revolutis, capit. term. solitar. v. corymbos. bracteato-involucratis, fl. albis. — *Nov. Holl. austro-occid.*) — Mallophora. Endl.
2. — *baccata,* (raro subsicca, demum 2-partibilis) *2-pyrena, pyren. osseis 2-loc.,* loc. 1-sp. Styl. term., stig. subcapitato. Germ. loc. 1-ovulati. Cal. campanulat., brevissime 5-dent. Cor. tubo calycem superante, fauce barbata v. rarius nuda, limbo 5-part. subaequali patente. Stam. 4-5, inclusa, (raro exserta) subaequalia. (Arb. v. frut., ramulis saepe spinescent., fol. oppos. integerr. v. serratis, spicis ax. et term. laxiflor., raro fl. ax. subsolitar. — *Amer. trop. et subtrop.*) — Citharexylon. L.
3. — *baccata, calyce apice constricto inclusa, 4-pyrena, pyren. 2-loc.,* loc. 1-sp. Styl. term., stig. capitato subobliquo. Germ. .... Cal. campanulato-tubulosus, 5-dent. Cor. subhypocraterimorpha, tubo calycem superante incurvo, limbo 5-fido inaequali patente. Stam. 4 inclusa, didynama. (Frut. inerm., rarius spinis axillar. armati, fol. oppos. v. ternis integerr. v. serrat., spicis ax. et term. laxiflor. bracteat. saepe paniculatis, fl. violaceo-coerul. — *Amer. trop.*) — Duranta. L.

II. Stigma 2-fidum.

a. Stam. 4 inclusa, didynama, 2 minora ananthera. Germ. 4-loc., loc. 1-ovulatis. Drupa baccata, 1-pyrena, putam. basi perforato 4-loc., loc. 1-sp. Cal. campanulat., 4-dent. Cor. resupinata, labio infer. emarginato, super. 3-lobo, lobis subaequalib. (Frut., ramis 4-gonis, fol. oppos. integerr. v. serrat. subtus canesc., panic. term. ramis oppos. dichotomis, fl. violaceis. — *Amer. trop.*) — Hosta. Jacq.

b. — exserta, omnia (semper?) antherifera, (raro subinclusa, cfr. Vitex).

* **Corollae limbus irregularis, plus minus 2-labiatus** (cfr. Pityrodia). Stam. 4 didynama.

α. — ***resupinatae labium superius 3-lobum, inferius 2-lobum.*** (Fol. composita.)

1. *Cal. tubulosus, limbo ampliato 5-lobo.* Cor. tubo subventricoso, labii super. 3-part. lobo medio subrotundo, lateralib. oblongis, labio infer. 2-fido. Stam. supra basin tubi inserta. Germ. ..... Styl. filiform. Fr. ..... (Arb. v. frut.?, fol. oppos. 3-foliolat., foliol. integerr., corymbis term. paucifl., coroll. sericeo-villosis. — *Essequebo.*) — Pyrostoma. G. F. W. Mey. †
2. — *campanulatus, 5-dent.* Cor. labii super. lobo medio majore cucullato, lateralib. reflexis. Stam. declinata. Germ. 4-loc., loc. 1-ovulatis. Drupa baccata 1-pyrena, putam. 4- v. abortu 1-loc., loc. 1-sp. (Arb., fol. 3- v. 5-foliolatis glaberr. v. subtus tomentos., panic. term. v. ax. — *Ind. or.*) — Wallrothia. Roth.

β. ***Corollae labium superius 2-fidum, inferius 3-fid. v. 3-partitum.*** Drupa 1-pyrena, putamine 4-loc. (cfr. Premna) loc. 1-sp. Germ. 4-loc., loc. 1-ovulat.

1. *Drupa baccata. Stam. subexserta, didynama, adscendentia.* Cal. brevis, 5-dent. Cor. labio infer. 3-fido, lobo medio majore. (Frut. v. arb., fol. oppos. digitato- v. pinnato-compositis, raro simpl., pedunc. dichotom. ax. v. term. saepius paniculat. — *Region. mediterran., Amer., Afr. et Asia trop., Afr. austr., Nov. Holl.*) — Vitex. Tourn.
2. — *exsucca? pisiformis, putamine axi perforato 4- v. abortu 3-2-loc. Stam. exserta didynama,* aequidistantia. Cal. cyathiformi-campanulatus, 5-dent. Cor. tubulosa, limbi patentis labio super. semibilobo, infer. 3-partiti lobis subaequalib. (Arb. v. frut., fol. oppos. simpl. integerr. v. rarius serrat. saepe olidis, cymis term. paniculat. ramis dichotom., fl. parv. albid. — *Asia et Nov. Holl. trop.*) — Premna. L.
3. — *apice exsucco semibaccata, putamine basi perforato. Stam. exserta, subdidynama.* Cal. campanulat., 5-fid., aequalis. Cor. infundibuliform., subregularis, labio super. semibilobo, inf. 3-partito aequali. (Frut. pube stellari squamulosa furfuracea tectus, fol. oppos. simpl. integr. rugosis graveolent., pedunc. ax. oppos. congesto-multiflor., fl. albis. — *Nov. Holl. trop.*) — Pityrodia. R. Br.

γ. ***Corolla oblique campanulata, limbi 4-fidi lobo supremo fornicato, infimo 2-lobo,*** lateralib. rotundatis. Stam. exserta, didynama. Germ. 2-loc., loc. 1-ovulatis. Styl. filiform., stig. inaequaliter 2-fido. Drupa baccata, 1-pyrena, putam. basi perforato 2-loc., loc. 1-sp. Cal. brevis 4-5-dent. (Frut. v. arb., ramulis interdum spinesc., fol. oppos. integr. v. lobatis, fl. term. paniculat. v. racemosis bracteat. speciosis. — *Ind. or.*) — Gmelina. L.

** **Corollae limbus subregularis aut lobis secundis** (nec 2-labiatus). Cal. campanulatus, 5-fid., rarius (in Clerodendro) 5-dent. Germ. 4-loc., loc. 1-ovulati. Styl. filiform. Drupae loc. 1-sp. (Fol. simplicia.)

1. *Drupa spongioso-suberosa, hirsuta, 1-pyrena, putamine 4-loc.* axi perforato. Cal. demum vesiculoso-inflatus, fructum includens, ore coarctato. Cor. infundibuliform., tubo brevi, limbo 5-fido aequali patente. Stam. 5, subaequalia. (Arb. excelsae, ligno durabili levi, ramulis 4-gonis, fol. oppos. v. ternis amplis integerr. asperis, panic. term., fl. albidis. — *Ind. or.*) — Tectona. Linn. fil.
2. — *baccata, 2-pyrena, pyr. osseis 2-loc.* Cal. fructifer patens, non inflatus. Cor. tubo cylindraceo, limbi 5-fidi lobis subsecundis. Stam. 4 summo tubo inserta, didynama. (Arb., ramulis spinescent., fol. oppos. oblong. integerr., corymbis ax. trichotomis. — *Antill.*) — Volkameria. (L.) Jacq.
3. — *baccata, 4-pyrena, pyr. distinctis 1-loc.* Cal. fructifer ampliatus, rarius immutatus. Cor. tubo cylindraceo, saepius elongato, limbi 3-5-part. lobis aequalibus. Stam. 4 summo tubo inserta, longe exserta, didynama, secunda. Stigm. acuta. (Arb. v. frut., fol. oppos. lobatis v. indivisis, petiolorum basi persist., corymb. v. panic. ax. et term. — *Reg. trop. et subtrop. totius orbis, Afr. austr.*) — Clerodendron. (L.) R. Br.

III. Stigma 4-fidum; styl. term. filiform. Germ. 4-loc., loc. 1-ovulatis. Drupa baccata, calyce cincta, apice patentim 4-spinosa v. mutica, 1-pyrena, putam. 4-loc. axi perforato, loc. 1-sp. Cal. tubulosus, 5-fid., lobis patentib. acuminatis. Cor. tubulosa, 2-lab., labio super. integro v. emarginato, infer. 3-fido, lobis lateral. minorib. Stam. 4, inclusa, didynama, minora saepius ananthera, filamenta medio squamula appendiculata. (Hb. v. suffrut., fol. oppos. serrat., superiorib. interdum subpinnatifidis, racemis ax. bracteatis, fl. albidis v. coerul., drupis maturis nigris. — *Amer. trop.*) — Tamonea. Aubl.

†† **Antherae apice poris 2 obliquis dehiscentes;** stam. 5 exserta, subaequalia, corollae basi inserta. Cal. turbinatus, brevis, obsolete 5-dent. Cor. cylindrico-tubulosa, limbo aequali 5-fido revoluto. Germ. ..... Styl. term., stig. subpeltato. Drupa baccata, umbilicata, putamine 4-loc., loc. 1-sp. bipartibilibus. (Arb. v. frut., fol. oppos. et alt. ovat. acuminat integerr., cymis ax. dichotom. — *Java.*) — Geunsia. Blume.

B. Flores plures in involucro foliaceo calyciformi 3-8-phyllo sessiles etc. (v. pag. sequ.)

VERBENACEAE.

A. II. (Continuat.)

B. Flores plures in involucro calyciformi foliaceo 1-seriali 3-8-phyllo patente sessiles. Stam. 4-8, summo tubo v. fauci inserta, exserta. Styl. term., filiform., stig. 2-fido (cfr. Congea). Fruct. 1-sperm. (Frut. scandentes, fol. oppos. simpl. integerr. tomentosis, pedunc. ax. et term. — *Ind. or.*) — **Tribus III. *SYMPHOREMEAE.***

1. *Stam.* 6-8, *aequalia.* Germ. ...... Styl. elongatus. Caryopsis 1-sp., calyce inclusa. ..... Cal. campanulat., 6-8-dentatus. Cor. tubulosa, limbi 6-8-part. lobis linear. (aequal.?) reflexis. (Pedunc. fasciculati; involucra 6-8-phylla, demum membranacea.) . . . . . . Symphorema. Roxb.
2. — 4-5, *didynama*, longe exserta. Germ. 2-loc., loc. septo secundario incompleto 2-locellatis, locellis 1-ovulatis. Stigma 2-fid. v. 2-dentatum. Bacca abortu 1-sp. Cal. tubulos. v. campanulat., persist., 5-dent. v. integer. Cor. tubo brevi v. calycem superante, limbo parum inaequali v. 2-labiato, labio super. erecto elongato 2-fido, infer. patente 3-lobo. (Pedunc. racemosi v. paniculati.) . . . . . . Congea. Roxb.

C. Flores exinvolucrati. Bacca 4-1-loc., 4-1-sp. Germ. 4-loc., loc. 1-ovulatis. Cal. campanulatus v. turbinatus. Stam. 4, exserta. Styl. term., filiformis. . . . . . . — **Tribus IV. *AEGIPHILEAE.***

1. *Bacca 4-loc., v. abortu 2-loc., loc. 1-sp. Styl. bifidus. Cal. 4-dent.* Cor. infundibuliform. v. hypocraterimorpha, tubo calycem longe superante, limbo 4-part. aequali. Stam. aequalia. (Arb. v. frut., fol oppos. simpl., corymb. ax. et term. dichotom. paniculat., fl. flav. v. albis. — *Amer. trop., ins. Philippin.?*) . . . . . . Aegiphila. Jacq.
2. — *abortu 1-loc., 1-sp. Sem. reniforme, ... Styl. bifid. Cal. 4-dent.* Cor. hypocraterimorpha, limbo inaequali 4-part. (v. 6-part.? lobulis 2 lateral. minutis). Stam. didynama. (Arb., ramis 4-gonis, fol. oppos. ovat. integerr. subtus canesc., panic. term. elongata. — *Antill.*) . Cornutia. Plum.
3. — *abortu 1-loc., 2-4-sp. Sem. ossea. Stigma 2-part. Cal. semi-5-fidus.* Cor. tubulosa, fauce constricta, limbo 5-fido subaequali. Stam. imo tubo inserta, didynama; anth. sagittatae. (Arb., frut. v. hbae, fol. alt. serratis, spicis v. racemis term., bract. coloratis, fl. luteis. — *Amer. trop.*) . . . . . . Amasonia. Linn. fil.
4. — *abortu 1-loc., 4-2-sp. Sem. subossea, subalbuminosa. Stigma capitatum.* Cal. 4-fid., aequalis. Cor. subcampanulata, 4-fida, regularis. Stam. aequalia. (Frut. pube ramosa v. stellari furfuracei, fol. oppos. simpl., cymis ax. dichotomis, fl. parvis albis v. purpurasc. — *Amer., Asia et Nov. Holl. trop. et subtrop.*) . . . . . . Callicarpa. L.

B. Semen intra pericarpium germinans. Cotyled. crassae, conduplicatae, latissimae, basi bilobae; radic. infera, barbata; plumula 2-phylla, scapo imposita. Cal. 4-part., aequalis, squamis imbricatis tectus. Cor. tubo brevi campanulato, limbo 4-fido patente, lobo postico paullo latiore. Stam. 4, breve exserta, subdidynama. Germ. 2-loc., loc. 2-ovulatis; ovula collateralia, ex apice axeos compresso-4-goni amphitrope pendula, micropyle infera. Fruct. coriaceus, 2-valvis, abortu 1-loc. 1-sp. (Arb. littorales, radicib. repentib. turiones asparagiformes nudos exserentibus; fol. oppos. coriac. persist. integerr.; panic. v. corymbi term., fl. dense subcapitato-spicatis, coroll. subcoriaceis. — *Region. trop. et subtrop. totius orbis.*) — **Tribus V. *AVICENNIEAE.*** Avicennia. L.

CLIV. MYOPORINEAE.

A. **Corolla subregularis,** subhypocraterimorpha v. subcampanulata, tubo brevi amplo, limbo 5-lobo subaequali, fauce parce barbata. Stam. 4 tubo inserta, inclusa v. exserta, didynama. Germ. aut 2-loc., loc. collateraliter 2-ovulatis, aut 4-loc., loc. 1-ovulatis. Styl. term., stig. obtuso. Drupa baccata, 4-sp., 2-v. 4-loc. loc. 1-v. 2-sp. Cal. 5-part., fructifer parum v. non auctus. (Frut. saepe viscidi, fol. alt., raro oppos., integr. v. serrat., saepe pellucido-punct., pedunc. ax. 1-flor. ebract. solitar. v. fasciculatis, alb. v. purpurasc. — *Nov. Holl., Oceania.*) . . . . . . Myoporum. Banks et Sol.

B. — **irregularis, bilabiata v. ringens** (rarius sublabiata, v. Eremodendron).

I. Germen 4-loc (cfr. Eremodendron), **loc. 1-ovulatis.** Stylus terminalis. Calyx 5-part.

*a. **Stam. inclusa v. vix exserta.*** Calyx post anthesin immutatus v. vix auctus.

1. *Stigma indivisum.* Germ. ..... Fruct. junior compressus, ovali-oblong., adpresse setoso-villosus, ... Cal. lobis coloratis amplis oblongis basi attenuatis. Cor. tubulosa, extus glaberr., intus sparse pubescens, limbo subbilabiato-5-lobo. Stam. didynama, vix exserta. (Arb., ramulis angulatis, fol. linear. integerr. mucronatis, pedicell. ax. brevib., fl. purpureis. — *Nov. Holl.*) Eremodendron. DC. †
2. — *capitatum, emarginatum.* Germ. 4-loc. Drupa exsucca, putamine 4-loc. 4-sp. Cor. infundibuliform., tubo calycem superante, fauce ampliata hinc gibbosa, limbi brevis labio super. 2-lobo recurvo, infer. 3-part. aequali patulo. Stam. didynama, inclusa; anth. barbatae. (Frut. sparteus, fol. oppos., pedunc. ax. solitar. 1-flor. ebract., cor. coerul. extus squamulosis. — *Nov. Holl. austr.*) . . . . . . Pholidia. R. Br.
3. — *acutum, bifidum.* Germ. septis incompletis sub-4-loc. Drupa baccata, putam. 4-loc. 4-sp. Cor. infundibuliform., tubo calycem superante intus basi barbato, fauce aequali nuda, labio super. 2-lobo, infer. 3-fido subaequilongo. Stam. imo tubo inserta, inclusa, subdidynama. (Frut. dense lanati, fol. oppos. integerr., fl. ax. fasciculat. v. cymosis in racemum term. digestis purpurasc. — *Nov. Holl. austro-occid.*) . . . . . . Dasymalla. Endl.

*b. **Stam. exserta,*** didynama. Stigma indivisum. (Frut. — *Nov. Holl. austr.*)

1. *Calyx fructifer auctus, scariosus.* Cor. 2-lab., tubo amplo, labio super. subfornicato emarginato, infer. subaequilongo 3-lobo, lobis obtusis. Stigma subcapitatum. Drupa exsucca, putam. 4-loc. 4-sp. (Fol. alt. v. oppos., plana v. semiteretia; pedunc. ax. 1-fl. solitar. v. conferti ebract.) Eremophila. R. Br.
2. — *fructifer immutatus.* Cor. ringens, tubo basi ventricoso, labio super. erecto semi-4-fido, infer. indiviso angusto deflexo. Stigma obtusum (nec capitatum). Drupa baccata, 4-v. abortu 2-loc., 4-v. 2-sp. (Fol. alt. plana, saepius integerr.; pedunc. ax. 1-fl. solitar. v. subracemosi ebract., fl. rubr. v. flav.) Stenochilus. R. Br.

II. Germen 2-loc., loc. septo secundario incompleto semi-2-locellatis 4-ovulatis. Ovula per paria imbricatim superposita, pendula, anatropa. Styl. term., stig. bifido obtuso. Drupa baccata, putam. 2-loc., loc. semibipartitis 4-sp. Sem. subincurva. Cal. 5-part., fructifer immutatus. Cor. ringens, tubo elongato; labio super. erecto emarginato, infer. revoluto semitrifido purpureo-barbato. (Frut., fol. alt. lanceolat. subintegerr. glabr., pedunc. ax. solitar. 1-fl. ebract., fl. luteis. — *Antill.*) Bontia. Plum.

CLV. SELAGINEAE.

I. Achaenia 2 aequalia, demum secedentia, pseudo-3-locularia, loc. 2 lateralibus majorib. inflatis effoetis, intermedio 1-spermo. Germ. 2-loc., loc. utrinque canali filiformi vacuo stipatis. Ovula in loc. solitaria, apici appensa, anatropa. Styl. term., simplex. Stam. 4, didynama; filam. brevissima. (Hb. v. frut., fol. alt. sessil. v. decurrent. integerr. v. denticulat. v. incisis, spicis term. — *Afr. austr.*)

1. *Calyx subbilabiato-4-partitus*, lobo antico paulo longiore. Cor. (coerulea) tubo cylindrico incurvo, limbo subaequaliter 5-fido. Stam. tubo inclusa. Stigma clavatum, incurvum. . . . . . . Polycenia. Choisy.
2. — *spathaeformis, antice fissus.* Cor. tubo brevissimo, limbo antice fisso 1-labiato apice 4-lobo. Stam. exserta, labii marginibus inserta. Stigma subclavatum. . . . . . . Walafridia. E. Mey.

II. Achaenia 2, unilocularia, suberoso-farcta, 1-sperma (cfr. Hebenstreitia). Germ. 2-loc.; ovula in loc. solitaria, apici appensa, anatropa. Styl. term., simplex, stig. subclavato v. obtuso. Stam. 4, didynama, plerumque exserta. (Hbae v. suffrut., spicis term. bracteatis. — *Afr. austr.*)

1. *Cal. spathaceus, antice fissus.* Cor. Polyceniae. Filam. labii marginibus inserta, filiform. Achaen. inaequalia, secedentia, anticum crassum, posticum tenuissime compressum, antico incumbens, saepius effoetum, rarius semine multoties minore aeque fertile. (Fol. alt., linear., integerr. v. dentato-pinnatifida.) Hebenstreitia. (L.) Juss.
2. — *2-partitus, lobis lateralibus.* Cor. tubo brevi, limbo et staminib. Polyceniae. Achaen. subaequalia, vix secedentia. (Fol. alt. v. suboppos., linear., integerr. v. dentata; spicae plus minus villosae.) . . . Dischisma. Choisy.
3. — *subcampanulatus, 3-v. 5-fid. v. 5-dent.*, interdum antice fissus. Cor. tubo cylindr. v. infundibuliformi, limbo patente 5-fido subaequali v. lobis posticis altius connatis. Stam. tubo inserta, interdum inclusa. Achaen. sponte secedentia. (Fol alt. v. oppos. v. fasciculata, acicularia v. latiuscula; spicae interdum corymbosae.) Selago. (L.) Chois.
   - *α. Cal. 5-merus*, lobis v. dent. subaequalib. v. 2 anticis paulo longiorib. saepe ad basin fere disjunctis. *Euselago, Endl.*
   - *β.* — *3-merus*, lobo postico saepius minore, lateralib. integris v. apice sub-2-dentatis. . . . *Macria, E. Mey.*

III. Achaenium abortu unicum, semiteres, suberoso-farctum, 1-sp. Germ. 2-loc., ovula et styl. Selaginis. Stigma acutum. Cal. tubulosus, plicatus, 5-dentat. (Suffrut., fol. altern., spicis term. bracteatis. — *Afr. austr.*)

1. *Stam.* 4, *corollae tubo inserta, didynama, 2 longiora exserta*, breviora subinclusa; filam filiform. Cal. liber v. antice ima basi bracteae adnatus. Cor. tubo infundibuliformi, limbi subbilabiati labio super. 2-fido erectiusculo, infer. 3-part. lobis lateralib. divaricatis, medio patente v. deflexo. (Fol. ovata, obovata v. linear. integerr.) Microdon. Choisy.
2. — 2, *summo tubo inserta, inclusa;* filam. brevissima. Cal. antice ad medium bracteae adnatus. Cor. tubo longissimo cylindr. incurvo, limbo patente 5-part. aequali. (Fol. lineari-filiformia v. suboblonga.) . . . Agathelpis. Choisy.

CLVI. ACANTHACEAE.

A. Germen 2-loc., loculis 1-ovulatis.

Tribus I. *MENDOZIEAE.*

I. Drupa sicca, putamine osseo abortu 1-*loc.* 1-*spermo.* Cotyled. foliaceae, conduplicatae. Radic. infera.

Calyx spatha antice fissa (bracteolis 2 postice connatis formata) inclusus, minimus, membranaceus, annularis, subintegerr. Cor. tubulosa, limbo aequaliter 5-lobo. Stam. 4, inclusa, didynama, cum rudimento quinti; anth. subulatae, 2-loc., loc. parallelis muticis glabris, altero saepe minore. Styl. simpl., stig. breve 2-fido. (Frut. scandent. v. volub., pubesc., fol. oppos. integerr., pedunc. ax. 1-fl. solitar. v. confertis, fl. speciosis, bracteol. persist. tomentos. — *Amer. austr. trop.*) . . . . Mendozia. RUIZ et PAV.

Tribus II. *RUSSEGGEREAE.*

II. Capsula chartacea, 2-loc., 2-sp., loculide 2-valvis. Sem. retinaculis late cymbiformibus subtensa, testa humectata in vasa spiralia soluta. Cal. ad basin usque 5-part. Cor. ringens, labio superiore erecto subfornicato emarginato, infer. patente 3-fido, lobis obtusis. Stam. 4, didynama. Styl. simplex. (Flor. ax. solitar. — *Afr. trop. oriental.*) . . . .

1. *Stamina tubo inserta, vix exserta; anth. 2-loc.*, loc. insertione inaequalibus obtusis margine ciliolatis. Stigma obtusum, indivisum. Caps. rostrata, septo ad parietes incrassato ad axim sulco interrupto rostroque incrassato cartilagineis, valvis mox 2-partitis. Sem. compressa, retinac. obtusis. Calycis lobi laterales paulo latiores. Cor. labii infer. lobi subaequales. (Fruticulus caespitoso-ramosus, ramis imbricato-squamatis, fol. fasciculat. linear. pilis mollibus candicant., pedunc. 2-bracteolat., fl. flav.?) . . . . Russeggera. ENDL.

2. — *fauci inserta, sub labio superiore adscendentia; anth. sub-1-loc.*, loc. inaequalib. confluentibus basi barbulatis. Stigma 2-lobum. Caps. loculicide-2-partibilis, ... Sem. compressiuscula. Calycis lobus anticus paulo latior. Cor. fauce antice ventricosa, postice intus 2-appendiculata, labio infer. longiore. (Hba annua, simpl., nodis turgidis, fol. oppos. ellipt. integerr., fl. sessil. stramin. purpureo-variegatis.) . . . . Schwabea. ENDL.

B. Germen 2-loculare, loculis 2-00-ovulatis (cfr. Acanthodium, Endopogon, Gymnostachyum). Fruct. capsularis, 2-loc., loculide 2-valvis.

I. Retinacula seminum in cupulam corneam dilatata, adnata (cfr. Clistax, Heptas)

Tribus III. *THUNBERGIEAE.*

A. Caps. 4-2-sperma. Germ. 2-loc., loc. 2-ovulatis. Styl. simplex. Calyx brevis, basi 2-bracteolatus. . . . .

a. Stamina 2 (postica) antherarum loc. disjunctis, sterilium rudimenta nulla. ***Cor. ringens,*** labio super. concavo subemarginato, infer. 3-lobo. Stigma obsoletum. Caps. 2-loc., loc. 2-sp. . . . ., septo adnato? Retinac. . . . .? Sem. . . . . Cal. annularis, membranaceus, minimus, bracteis 2 coriaceis valviformib. tectus. (Hba annua, fol. oppos. petiolat., cymis ax. paucifl., pedicell. basi 1-, medio 2-bract. — *Brasil.*) . . . . Clistax. MART.

b. — *4, tubo inserta, didynama,* anth. 2-loc. ***Corollae limbus subaequalis*** 5-fidus. Caps. e basi globosa 2-loculari in rostrum conicum attenuata, 4- v. (rarius in Thunbergia) 2-sp., loculicide 2-valv. (Frut. scandentes, fol. oppos. cordat. v. angulat. v. ovat. dentatis.)

1. *Antherae glabrae, loculis parallelis, superiorum loculo altero longissime calcarato,* altero breve mucronato, inferiorum utroque longe calcarato, calcar. flexuosis. Stigma subbilabiatum, lobis truncatis basi angustatis. Caps. 4-sp., septo solubili ad axim 2-partito. Sem. cristata, ... Cal. pateriform., inaequaliter dentat. v. repandus, bracteolis postice in spatham connatis decid. Cor. infundibuliformi-campanulata, fauce barbato-annulata, limbo obliquo reflexo. (Racemi ax. et term. 00-flor., bract. parvis, fl. oppos. solitar. v. fasciculat. purpur. — *Ind. or.*) . . . . Hexacentris. NEES.

2. — *ciliato-barbatae, loc. parallelis, altero breviore basi aristato.* Stigma infundibuliforme, transverse 2-labiatum. Caps. 2-4-sp., valvis medio septiferis. Sem. globosa, annulo late carnoso cincta, umbilico forato. Cal. cupuliform., truncatus v. pluridentat. Cor. campanulato-infundibuliform., fauce inflata, limbo patente. (Fl. ax. solitar. v. racemos. speciosi lutei v. coerul., fauce saepius saturatiore v. atra. — *Ind. or., Afr. austr., Madagasc.*) . . . . Thunbergia. L.

3. — *apice barbatae, superiorum loculi inaequales, altero divergente hinc tomentoso,* inferiorum subaequales paralleli basi mutici. Stigma membranaceo-dilatatum, 2-lab., labiis 2-lobis. Caps. 4-sp., valv. medio septiferis. Sem. strophiola cupuliformi spongiosa solubili excepta. Cal. 5-fidus. Cor. infundibuliform., tubo brevi annulo piloso clauso, fauce sensim ampliata, limbo patente. (Fol. subsessil.; fl. ax. solitar. pedunculat. — *Ind. or.*) . . . . Meyenia. NEES.

B. Caps. oblonga, acuta, 2-loc., polysperma. Sem. subrotunda, ... Germ. oblong., acutum, ... Styl. stamina subaequans, stig. obtuso emarginato. Cal. 7-part.? (potius 4- v. 5-part. 3- v. 2-bracteolatus?) lobis 4 oppositis subulatis, 3 alternis majoribus ovatis acutis. Cor. infundibuliform., tubo brevi, limbi 5-part. lobis subaequalib. oblongo-ovatis. Stam. 4, didynama; filam. subulata, erecta, corolla breviora; anth. incumbentes. (Hba humilis, repens, ramosa, fol. oppos. sessil. oblongo-ovatis integerr., pedunc. ax. solitar. 1-flor. longis, fl. albis. — *China.*) ? Heptas, Nob. †

Tribus IV. *NELSONIEAE.*

II. Retinacula in papillam seminigeram contracta v. nulla. Caps. pleiosperma, 2-valv., valvis medio septiferis (cfr. Brillantaisia, Erythracanthus, Gymnacanthus). Germ. 2 loc., loc. 4-00-ovulatis. Styl. simpl., stig. 2-fid. Cor. infundibuliform., limbo aequali v. 2-labiato Stam. 4, rarius 2, tubo inserta, inclusa, anth. 2-loc. (Hb., flor. saepe spicatis plerumque 2-bracteolat.)

a. Cor. subregularis, limbo 5-fido aequali v. subaequali. Stam. 4, didynama. Stigma 2-lamellatum.

1. *Calyx magnus, coriaceus, ultra medium 5-fidus. Cor. limbo aequali. Anth. sagittatae, loc. aequalibus.* Germ. basi annulo cinctum, loculis 4-ovulatis. Stigma spirale. Caps. . . . . (Fol. in caulis et ramorum apice approximata, fl. ax. solitar. oppos. ebract., pedicellis brevib. cum petiolis connatis. — *Mexico.*) . . . . Gymnacanthus. NEES.

2. — *profunde 5-part., lobis subaequal. ovatis acuminatis. Cor. limbo aequali, obtuso. Anth. loculi oblique divergentes, mutici.* Germ. basi annulo constrictum, superne 2-loc., loc. multi-ovulatis. Stigmatis lamellae angustae, superiore breviore truncata. Caps. . . . . (Frut., fol. oppos. oblongo-lanceol. scabris subtus rubesc., racemulo term. composito, fl. bracteolat. subaltern. — *Ins. Penang Ind. or.*) . . . . Erythracanthus. NEES.

3. — *5-part., lobo postico latiore, lateralib. angustiorib. Cor. limbo subaequali. Stam. 2 antica interdum sterilia;* loculi oblique transversi, divergentes. Germ. loc. pluriovulati. Stigmatis lamella superior latior, truncata v. bifida. Caps. oblonga, compressa, pleiosperma. Sem. absque retinaculis. (Hbae, fol. oppos. oblong. v. ovat., racemis term. abbreviat. spiciform., fl. alt. in bractear. axillis solitar., pedicell. basi cum bractea connatis. — *Ind. or.*) . . . . Ebermayera. NEES.

b. Cor. limbo subbilabiato-5-fido. Stam. fertilia 2. Germ. loc. pluriovulati. Stigma 2-fidum. Caps. pleiosperma. Sem. absque retinaculis. (Bracteae oppositae, 1-florae, fl. parvi.)

1. *Cal. 5-part.*, lobo postico latiore, anticis paulo altius connatis. *Stam.* 4, quorum 2 antica sterilia; anth. loculi paralleli. (Hba acaulis, fol. radical. oblong. crenatis subtus villosis, spicis radicalib — *Ind. or., Amer., ? Afr. trop.*) . . . . Elytraria. (VAHL) NEES.

2. — *4-part.*, inaequalis, lobo postico majore, antico 2-fido. *Stam.* 2, sterilia nulla; anth. loculi insertione aequales, divaricati. Stigmatis lamellae ovatae. (Hbae caulesc., diffusae, incanae, fol. oppos. latiusculis integris, spicis term. densis, bract. latis, fl. saepe ebracteolatis. — *Afr. et Amer. trop., Ind. or., Nov. Holl.*) . . . . Nelsonia. R. BR.

c. Cor. ringens v. bilabiata. Stam. 4, didynama. Caps. loc. polysperm. Calyx 5-part (Fol. oppos., crenata v. dentata.)

1. *Antherae staminum longiorum fertiles, oblongae, basi bifidae, divergentes, breviorum steriles.* Stigma bifidum. Caps. dissepimento adnato. Sem. . . . . Cal. inaequalis. Cor. 2-lab., labio super fornicato 2-dentato basi exteriore gibbo. (Caulis erect., 4-gonus; fol. ovato-lanceol. in petiolum attenuata, nervosa; fl. paniculati, violac. — *Afr. trop.*) . . . . Brillantaisia. PALIS.

2. — *omnes fertiles,* approximatae, loc. parallelis. Stig. 2-labiato-bilobum. Caps. angusta, rostrata. Sem. absque retinaculis. Cal. aequalis v. lobo postico majore. Cor. ringens, labio super. indiviso, infer. 3-fido aequali. (Hbae aromat., glandulis conspersae, fol. oval. v. oblong., fl. ax. solitar. v. ternis oppos. 2-bracteol. spicam foliosam formantib. — *Asia et Nov. Holl. trop.*) . Adenosma. R BR.

III. Retinacula uncinata seminibus subtensa (cfr. pag. sequ.).

ACANTHACEAE.

(Continuat.)

Tribus V. *ECHMATACANTHI.*

B. *III. Retinacula uncinata seminibus subtensa.* . . . . *ECHMATACANTHI.*

A. Corollae limbus aequalis v. subaequalis (cfr. infra sub C) 5-fidus, raro manifeste inaequalis (cfr. Strobilanthes, Leptacanthus) vix unquam vere 2-labiatus v. ringens, tubo infundibuliformi. Stam. 4, raro 2; anth. 2-loc. (raro 1-loc.) loc. parallelis (cfr. Goldfussia). Stylus simplex. Caps. 2-4-00-sperma, 2-loc., loculicide 2-valvis. . . . . Subtribus I. RUELLIEAE.

I. Stamina 2, tubo corollae inserta, inclusa (sterilia nulla); anth. 2-loc., loculis muticis. Cor. infundibuliformis. Germen 2-loc., loc. 2-ovulatis. Caps. unguiculata, 2-loc., 4-sp. Sem. . . . . (Folia opposita, oval. v. ovata.)

1. *Stigma* 2-*fidum.* Caps. oblonga, depresso-4-gona, valvis medio septiferis. Cal. profunde 5-fid., lobis longis setaceis rigidis. Cor. tubo hinc gibbo. (Hba, fol. glabr., fl. ax. solitar. sessil. 2-bract. — *Afr. austr.*) . . . . Chaetacanthus. Nees.

2. — *subulatum, indivisum.* Calyx 4-part., lobo postico 2-fido. Corollae lobi emarginati, repandi. (Frut. humilis, caule 4-gono, fol. undulato-serratis supra hirtis subtus albo-tomentosis, spicis ax. altern. pedunculat. ovatis, bract. laxe imbricat., fl. luteis 2-bract. — *Ind. or.*) . . . . Phlebophyllum. Nees.

II. Stamina 4 (sterilia nulla).

A. Germen 2-loc., loculis multiovulatis. Stam. didynama, inclusa. (Hbae fol. oppos. — *Ind. or.*)

1. *Stigma infundibuliforme, 3-lobum, lobis subulatis patentibus.* Ovula in placentis linearibus medio septo utrinque insertis plurima, patentia. Fr. . . . . Cal. 3-bracteatus, 5-part., lobis inaequalib. aristato-acuminatis. Cor. tubulosa, limbi breve 5-lobi lobis obtusis, inferiorib. 2 paulo minoribus. Stam. prope basin tubi inserta, anth. loculis parallelis retroflexis basi connectivo brevi clavato junctis superne distinctis. (Caulis carnosus ramique oppos. teretes; fol. angusta integerr. subcrenata subtus argenteo-nitentia, racemus term. subcapitatus puberulus.) . . . . Staurogyne. Wall.

2. — *acutum, indivisum.* Caps. subteres, polysperma, valvis medio septiferis. Sem. cordato-subrotunda, retinaculis subulatis. Cal. profunde 5-fid., aequalis. Cor. limbo aequaliter 5-fido. Stam. tubo inserta; filam. basi per paria connata; anth. sagittato-oblongae, hirtae, loc. parallel. basi calcaratis. (Caulis simplex; fol. subdentata; cymae 2-fidae cum flore alari, ramis sursum secundifloris paniculam term. formant., bract. angustis, bracteolis nullis.) Echinacanthus. Nees.

B. Germen 2-loc., loc. 4-ovulatis (rarius 3-ovulat., cfr. Ruellia, v. 6-8-ovulat., cfr. Dipteracanthus). Caps. 2-loc., valvis medio septiferis. Cor. infundibuliform., limbo 5-fido.

a. Stigma 2-fidum. Caps. unguiculata. Sem. compressa, retinac. uncinatis. Cal. profunde 5-fid. v. 5-part., aequalis. Cor. limbo subaequali. (Suffrut. v. hbae, fol. oppos. ovat. v. oblong., fl. bracteat. majusc. speciosis.)

2. — *subinfundibuliforme.* Caps. pyramidalis. Sem. oblonga, funic. brevib. Cal. obliquus, lobis angustis, summo paulo minore. Cor. obliqua, fauce patula, limbo subaequaliter 5-lobo. Anth. ovatae, per paria cohaerent. Stam. 5tum interdum nullum. (Frut. scand. saepe radicant., ramis 4-gonis ad nodos subincrassatis; fol opp., altero saepe minore, crassiusc., subintegerr.; pedunc. ax., solitar., 1-fl., filiform. ebract. nutant, fl. amplis puniceis. — *Brasil.*) . . . Nematanthus. SCHRAD.

3. — *capitato-infundibuliforme.* Caps. subpulposa. Sem. oblonga v. fusiform., funic. longiusculis. Cal. coloratus, sep. imbricato-connivent. integr. v. dentat. Cor. rectiuscula v. superne antice ventricosa, limbo breve 5-fido v. 5-dent. Filam. circumplexa. Anth. ovato-oblongae, per paria approximatae. (Frut. scand. radicant., ramis et fol. Nematanthi; fl. ax. solitar. v. aggregati v. racemosi pedunc. v. sessil., bract. rubris v. nullis, cal. rubro, cor. flavis. — *Amer. trop.*) . . . . Alloplectus. MART.

CLXI. SCROPHULARINEAE.

Conspectus tribuum.

A. Caps. infra apicem poris v. valvulis 2-5 brevibus (rarius operculo aut irregulariter) **dehiscens.** Cor. tubulosa, limbo personato, ringente v. 2-labiato, raro aequali, tubo basi saccato-gibbo v. calcarato (rarius aequali, cfr. Rhodochiton). Stam. fertilia 4, didynama, inclusa, 5to sterili minimo (rarius deficiente, cfr. Linaria, Antirrhinum, Agassizia); anth. 2-loc., per paria approximatae. . . . . **Tribus I.** *ANTIRRHINEAE.*

B. — longitudinaliter valvulis 2 (saepe bifidis) **regulariter dehiscens,** raro subevalvis aut bacca, (cfr. Gratioleae, Salpiglossideae, Buchnereae).

I. Corollae tubus brevissimus, inconspicuus (raro plus minus elongatus, cfr. Veroniceae).

A. Corollae tubus v. labia basi gibba v. fossulata v. saccata v. calcarata.

I. Corolla bilabiata, labii inferioris 3-partiti lobo medio carinato-concavo. Caps. membranacea, septifrage bivalvis, valv. septo placentifero parallelis. . . . . **Tribus II.** *COLLINSIEAE.*

II. — bilabiata, labio inferiore indiviso concavo v. saccato plus minus calceiformi, superiore abbreviato v. subnullo. Calyx 4-part. Stam. 2, corollae tubo brevissimo inserta. Caps. ovato-conica, septicide bivalvis, valv. bifidis, placentis septo insertis. Sem. 00, striata. . . . . **Tribus III.** *CALCEOLARIEAE.*

III. — subrotata, bilabiata v. personata, tubo v. limbo basi gibbo v. 1-2-calcarato v. saccato v. 2-fossulato. Stam. fert. 4, rarius 2. Cal. 5-fid. v. 5-phyllus. . . . . **Tribus IV.** *HEMIMERIDEAE.*

B. Corollae limbus rotato-patens v. erectus, lobis planis (saltem nunquam saccatis v. calcaratis), tubus aequalis (ecalcaratus).

I. Caps. septicide bivalvis, valvis placentas coadunatas nudantibus. Sem. testa solida. Stam. fert. 2, 4 v. 5, saepius declinata; anth. approximatae v. cohaerent., 1-2-loc. . . . . **Tribus V.** *VERBASCEAE.*

II. — septifrage v. loculicide bivalvis (rarissime 1-loc., cfr. Limosella, v. semibiloc., cfr. Hemiphragma). Corollae tubus interdum plus minus elongatus (cfr. Amphianthus, Paederota, Calorhabdos, Wulfenia, Campylanthus, Gymnandra, Ourisia, Leucophyllum, Hemiphragma, Aragoa), limbi lobis planis v. vix concavis. Stam. fert. 2, rarius 4 (raro 5-8, cfr. Disandra.) . . . . **Tribus VI.** *VERONICEAE.*

II. Corollae tubus conspicuus, plus minus elongatus, cylindricus v. infundibuliform. v. campanulatus (raro abbreviatus, cfr. Buchnereae).

A. Stamina declinata, antherifera 4, rarius 2, rariss. 5., steril. 1 v. 2-3 v. 0.; anth. 2-loc., loc. plerumque divaricat. confluent. rima unica transversa dehisc. Caps. septifrage bivalv., rarius septicide et loculicide dehisc. v. 4-valvis (cfr. Aptosimum, Anthotroche,) raro bacca (cfr. Duboisia). (Fol. alterna, raro oppos., v. Sanchezia, v. verticillata, v. Diplanthera.) . . . . **Tribus VII.** *SALPIGLOSSIDEAE.*

B. — basi declinata, apice plerumque adscendentia, fertilia 4 didynama, cum v. absque 5to sterili; anth. loc. saepius divaricati confluentes. Caps. septicide 2-valv. (raro semibiloc., loculicide 2-valv., cfr. Rehmannia), valvis saepissime bifidis. Sem. alata v. aptera. Cor. plus minus bilabiata, tubo saepius elongato antice ventricoso, labio super. interdum subgaleato-concavo (cfr. Chelone.) . . . **Tribus VIII.** *DIGITALEAE.*

C. — adscendentia v. recta.

A. Antherae 2-loculares (raro 1-loc., cfr. Gratioleae, Rhinantheae).

I. Corollae lobi v. labia plana v. subplana (superiore saltem non galeato.)

a. Seminum testa relaxata, plus minus arillaeformis. Stamina fert. 4, sterilia nulla.

1. *Stam. didynama*, raro subaequalia (cfr. Macranthera, Gerardia, Seymeria, Centranthera), anth. saepius aristatae, loc. altero interdum effoeto. Styl. saepius clavatus, stig. indiviso (raro bilobo, cfr. Gerardia, Phtheirospermum.) Caps. loculicide bivalv., 00-sp., valv. saepe bifidis. Corollae limbus aequalis v. subaequal. **Tribus IX.** *GERARDIEAE.*

2. — *aequalia.* Stigma indivisum. Caps. septicide 2-valv., 00-sp. Cal. et cor. aequaliter 4-fid. v. 4-dent. (Frut. saepius tomentosi, fol. oppos. v. verticillat.) . . . . **Tribus X.** *BUDDLEIEAE.*

b. Seminum testa nucleum arcte involvens (nec relaxata v. in alam expansa). Caps. 2-loc. (raro 1-loc., cfr. Hysanthes, Lindernia, Conobea) loculicide v. septifrage v. septicide 2-valv., raro bacca. Cor. limbo 2-labiato v. subaequali, lobis planis v. vix concavis. Stam. fert. 4 v. 2, rarius 3 v. 5, steril. 2 v. nulla. Anth. muticae, 2-loc. (raro 1-loc., v. Erinus) . . . . **Tribus XI.** *GRATIOLEAE.*

II. Corollae bilabiatae v. ringentis labium super. concavum, galeatum v. fornicatum (rarius lineare, v. Triphysaria). Stam. 4 didynama (raro 2 steril., v. Lamourouxia), anth rarissime 1-loc. (v. Triphysaria). Stigma fere omnium indivisum. Caps. loculicide 2-valv., raro sub-4-loc. (v. Bungea) v. subdrupacea, 1-loc., 1-sp. (v. Tozzia,) interdum oligosperma (v. Cymbaria, Rhinanthus, Alectorolophus, Melampyr.) Sem. nonnunquam alata, v. Schwalbea, Cymbaria, Alectorolophus. (Stirpes pleraeque exsiccatione nigrescentes.) . . . . **Tribus XII.** *RHINANTHEAE.*

B. Antherae 1-loculares. Stam. 4, didynama, raro 2. Stigma indivis. Caps. 2-valv. (raro carnosa? indehisc.? v. Cycnium). Corolla interdum tubo abbreviato rotata v. subrotata. (Stirp. pleraeque exsiccatione nigresc.) . . . . **Tribus XIII.** *BUCHNEREAE.*

SCROPHULARINAE.

Tribus I. *ANTIRRHINEAE.*

A. Capsulae loculi infra apicem irregulariter rumpentes. Sem. 00, ovato-v. oblongo-truncata. Stam. fertilia 4 didynama, corollae tubo inserta, anth. 2-loc. reniform. Corollae faux patens, limbus 2-labiatus, labii super. lobis suberectis ovato-rotundatis, inferioris patentib.

1. *Stylus filiform., stig. indiviso.* Caps. calyce cincta, depresso-obovata, basi obliqua. Sem. tuberculata, compressa, margine membranaceo lato lacero cincta. (Cal. membranaceus, coloratus, patentissimus, 4-5-fidus. Cor. tubo basi subaequali, intus nudo. Stam. 5tum sterile brevissimum. (Suffrut. volub., fol. alt. cordat. angulato-dent., pedunc. ax. solitar. 1-fl. longis pendulis petiolisque volubilib., cor. atropurpur. — *Mexico.*) Rhodochiton. ZUCCAR.

2. — *clavatus, stig. emarginato.* Caps. globoso-ventricosa, depressiuscula, loc. infra apicem foramine irregulari apertis. Sem. minima, foveolata, longit. costata. Cal. 5-part. Cor. tubo basi ventricoso, fauce nuda. Stam. 5tum nullum. (Suffrut., fol. oppos. et alt. integerr., pedunc. ax. solitar. 1-fl. longis medio inflexis. — *Lima*) . . . . . . Agassizia. CHAV.

3. — *subulatus, stig. 2-lamellato.* Caps. calyce tecta, globosa. Sem. tuberculata, subcompressa, margine membranaceo lato cristato cincta. Cal. 5-part., lobis amplis foliaceis basi subauriculatis. Cor. tubo, basi antice gibbo, intus biseriatim piloso. Stam. 5tum brevissimum. (Hbae scand., fol. alt. etc. Rhodochitonis. Cor. roseo-purpur. — *Mexico.*) . . . . . . Lophospermum. DON.

B. Capsulae loculi infra apicem regulariter poris v. valvulis brevib. v. operculo aperti. (Sem. tuberculata, foveolata v. rugosa. Calyx 5-part. v. 5-fid. Stam. fert. 4 cum 5to sterili brevissimo (raro deficiente).

a. Corollae tubus basi obtuse et breve saccatus v. gibbus (nec calcaratus, limbus personatus, labio super. suberecto 2-fido, infer. patente 3-lobo. Stam. fert. didynama. Antherae oblongae, 2-loc. Caps. ovata v. subglobosa, basi plus minus obliqua. Sem. 00, ovato-v. oblongo-truncata.)

1. *Caps. compressiuscula, loculis apice valvulis 5 dehiscentibus.* Styl. subulatus, stig. obtuso emarginato. (Cor. tubo obsolete 4-gono, antice ventricoso, palato prominulo faucem claudente v. biplicato in tubum decurrente. (Hbae scand., fol. alt. etc. Rhodochitonis. Cor. roseae v. violac. — *Mexico.*) . . . . . . Maurandia. ORT.

2. — *membranacea v. chartacea, loculo postico apice poro unico 00-valvulato, antico poris 2 lateralib. (rarius unico) dehisc.* Styl. basi incrassatus, apice subinflexus, stig. breve bilobo, lobo postico longiore. (Cor. tubo amplo, subcompresso, intus antice biseriatim piloso, palato gibboso faucem claudente intus barbato, labii super. lobis lateraliter decurrentib. basi plicatis reflexis. (Hb. v. suffrut., fol. infer. oppos. v. ternis, super. alt., angust. v. palmato-lobat., fl. ax. solitar. v. racemos. rubr. v. alb. v. flavesc. — *Eur. austr., Afr. bor., Californ.*) . . . . . . Antirrhinum. (Tourn.) JUSS.

b. Corollae tubus basi antice in calcar angustum acutiusculum plus minus elongatum productus (raro ecalcaratus, cfr. Anarrhinum). Stam. fertilia subaequalia. Caps. chartacea v. membranacea, compressiuscula. Sem. 00, ovalia. (Hbae, raro suffrutesc.)

1. *Antherae reniform., 1-loc.* Styl. superne incrassatus, stig. obtuso. Caps. loc. aequalib. apice poro oblongo 1-valvulato dehisc. Cor. tubo subincurvo basi aequali v. breve calcarato, fauce pervia, limbo 2-lab. (Fol. radical. saepe rosulata, caulina oppos. palmatipart. dentat. et integr.; racemus term. spiciform., fl. parv. violac. — *Region. mediterran.*) Anarrhinum. DESF.

2. — *oblongae, 2-loc.* Styl. apice incrassatus v. bifid., stig. emarginato v. 2-lobo. Caps. loc. subaequalib. v. antico minore, loculis apice valvulis v. dentib. 1 v. 3, rarius 4-10, raro operculis obliquis circumscissis dehiscentib, rarissime antico indehisc. v. inferne rimula aperto. Sem. subprismatica, truncata, aut discoidea margine membranaceo cincta. Cor. tubo brevi, saepe inflato, calcare saepius tubo longiore, raro brevissimo, limbo personato Antirrhini, rarius palato depresso faucem non claudente. (Fol. alt., oppos., v. verticill. integerr. v. lobat.; fl. racemos. v. subspicat., rarius ax. solitar., varie colorat. — *Eur., Asia et Amer. temp.*) . . . . . . Linaria. TOURN.

Tribus II. *COLLINSIEAE.*

1. *Calyx campanulatus, 5-fid., aequalis. Cor. tubo basi postice gibbo,* labio super. erecto bifido, infer. 3-fido, lobo medio carinato-concavo stamina amplectente. Stam. inclusa, fertilia 4, anth. loc. parallelis, 5to rudimentario ananthero. Stigma minutum, aequaliter bilobum. Caps. valvis apice bifidis. Sem. in loculis gemina, oblique superposita, convexo-concava. (Hb., fol. oppos. v. ternis, integerr. v. dentat., pedunc. ax. 1-fl. ebracteat., fl. violac. v. purpur. — *Amer. bor.*) . . . . Collinsia. NUTT.

2. — *5-part. Cor. resupinata, tubo basi aequali,* labio antico (superiore) 3-partito, lobo medio concavo emarginato; postico (inferiore) 5-partito, lacin. lateral. 2-lobis, lobis integris v. incisis, intermedia obtusa v. emarginata basi palato prominulo. Stam. exserta, 2 longiora fertil. declinata, anth. loc. divaricatis, 2 breviora sterilia, anth. minutis; 5to nullo. Stigma obtusum, indivisum. Caps. valvis indivis. Sem. subreniform., rugosa. (Hb. glanduloso-pubesc., fol. pinnatifid., infer. oppos., super. alt., pedunc. oppositifol. 1-flor. saepe racemos. v. paniculat. — *Chile, Peruvia.*) . . . . Schizanthus. R. et PAV.

Tribus III. *CALCEOLARIEAE.*

1. *Calycis lobi subaequales. Corollae labia patentia, superiore breviore concavo-carinato, infer. concavo* subcalceiformi. Stam. subexserta, anth. loc. adnatis parallelis. Stigma peltato-subcapitatum. (Hbae acaules, scapis 1-flor., v. caulesc. fol. oppos. serrat., fl. corymbos. — *Chile.*) . . . . . . Jovellana. R. et PAV.

2. — *lobi aequales v. posticus latior. Cor. labia divergentia v. connivent., super. abbreviato truncato-rotundato* integro, infer. porrecto amplo calceiformi v. saccato-globoso. Stam. vix exserta, anth. loc. divaricatis, altero saepius sterili. Stigma subacutum. (Hbae acaules v. caulesc., suffrut. v. frut.; fol. opp v. terna, raro alt., integerr. v. crenata v. serrata v. pinnatiloba; pedunc. alar. v. ax. v. term., 1-fl. v. corymbosi, fl. luteis v. alb. v. purpurasc. — *Peruvia, Chile.*) . . . Calceolaria. FEUILL.

Tribus IV. *HEMIMERIDEAE.*

I. ***Stam. antherifera** 5 **inclusa,*** 4 didynama, 5ti brevioris anth. effoeta? Anth. discretae, loc. parallelis. Stigma subemarginato-bilobum. Caps. ovoidea, septifrage semibivalv., valvis cum septo parallelo utrinque seminifero demum libero persistentib. Sem. 00, reniform., scrobiculata, umbilico ventrali. Cal. 5-fid. Cor. tubulosa, limbo brevi plicato 5-fido, lobo infimo ex auct. „fovea excavato intus palati instar prominente". (Hba prostrata, glanduloso-pubesc., fol. alt. angust. integr., fl. ax. v. alar. subsessil. solitar. ebract. violaceis. — *Mexico.*) . . . . . . Callibrachoa. LALL. et LEX.

II. — ***antherifera** 4, **corollae tubo inserta, inclusa, didynama; anth. 2-loc.***

a. Stigma capitatum Caps. subglobosa, 00-sp. Cal. 5-fid. v. 5-part. Cor. tubo brevi, fauce fornicata, limbi subbilabiati plani labio super. obtusissimo bilobo, inferioris 3-lobi lobo medio basi saccato longiore rotundato. Anth. loc. divergent. (Hbae, fol. oppos. v. superiorib. alt., integr. v. dentat.)

1. *Caps. evalvis.* Seminum testa solida. (Pedunc. ax. solitar. 1-fl. — *Brasil.*) . . . . . . Tylacantha. NEES.

2. — *loculicide 2-valv.,* valvis integris medio septiferis placentas coadunatas nudantibus. Sem. testa laxa. (Pedunc. ax. solitar. 1-fl., saepius in racemum term. congestis, fl. coerul. v. purpur. — *Amer. austr.*) . . . . . . Angelonia. HUMB. et BONPL.

b. Stigma truncatum v. brevissime 2-fidum. Caps. oblonga, coriacea, septicide 2-valv., valv. demum 2-fidis. Sem. pauca, reticulata. Cal. campanulatus, semi-5-fid. Cor. tubo brevi, limbi 2-lab. labio super. 2-fido, lobis planis, infer. maximo declinato saccato apice breve 2-fido. (Frut., fol. opp. integr. v. serrulat. subtus incanis, fl. ax. et term. cymosis v. corymbos. extus tomentosis. — *Afr. austr.*) . . . . . . Anastrabe. E. MEY.

III. ***Stam. antherifera** 4, **fauci inserta, declinata, didynama; anth. 1-loc.,*** plerumque per paria cohaerentes; filam. superiora basi circumflexa. Stigma plus minus capitatum. Caps. valvis placentas coadunatas nudantibus. Cal. 5-phyllus.

1. *Cor. tubo brevi, limbi personati v. 2-lab. labio super. 2-fido basi calcarato, infer. 3-fido.* Caps. subglobosa, emarginata, loculicide 2-valv., valv. integris v. vix fissis medio septiferis. Sem. pauca, ovoid., striata (Hbae repent., fol. opp. latis dentat., pedicell. ax. solitar. 1-fl. — *Afr. austr., Madagasc.*) . . . . . . Diclis. BENTH.

2. — — *brevi basi saccato v. calcarato, limbi personati v. 2-lab. labio sup. 4-lobo,* infer. integro v. emarginato, palato convexo, fauce 2-callosa. Caps. compressa, septicide 2-valv., valv. indivisis navicularib., angulo exteriore acuto v. breve cornuto rarius rotundato. Sem. 00, compressa, ala membranacea cincta. (Hb. v. suffrut., fol. opp. dentat. v. incisis, fl. ax. solitar. v. term. racemosis. — *Afr. austr.*) . . . . . . Nemesia. VENT.

3. — — *brevissimo, limbi subconcavi v. explanati subbilabiati labio sup. 2-fido basi 2-saccato v. 2-calcarato,* infer. 3-fidi lobis latis rotundatis intermedio emarginato v. integro, fauce glandula cordiformi stamina deprimente. Filam. inferiora medio appendiculata. Caps. teretiuscula, septicide 2-valv., valv. indivis.? saepe inaequalib. Sem. .... (Hb., fol. infer. oppos., super. subfasciculatis, pedicell. ax. racemosis v. fasciculat., fl. coccineis. — *Afr. austr.*) . . . . . . Diascia. LINK.

IV. ***Stam. 2;*** anth. 1-loc. Stigma obtusum. Caps. septicide 2-valv. Sem. 00, testa solida. Cal. 5-phyllus. Cor. tubo brevissimo, limbi explanati subbilabiato-4-lobi lobo supremo breve emarginato basi 2-fossulato infimoque maximis, lateralib. latis brevissimis, fauce appendicib. 2-dentiform. genitalia cingentib. (Hbae diffusae, fol. opp. dent. v. incisis, pedunc. ax. solitar. 1-fl. v. fasciculat., demum reflexis, flor. flavis. — *Afr. austr.*) . . . . . . Hemimeris. THUNB.

SCROPHULARINAE.

(Continuat.)

Tribus V. *VERBASCEAE.*

A. Corolla subrotata, tubo brevissimo, limbo explanato 5-lobo, lobis subaequalib. v. antico majore, omnib. plerumque rotundatis. Cal. 5-part., subaequalis. Stam. omnia fertilia, corollae tubo inserta, exserta, antica 2 longiora; anth. loculi confluentes. Caps. ovata v. globosa, septicide 2-valv., placentis septo adnatis. Sem. 00, lacunoso-rugosa. (Hb. v. suffrut., fl. plerumque in racemos term. dispositis.)

1. *Stam. 4, didynama, declinata, adscendentia, anth. 2-loc., loc. divaricatis.* Styl. filiform., stig. subcapitato. Caps. acuta, apice debisc., valv. indivisis. Cor. resupinata, lobo antico superiore majore. (Fol. oppos. v. terna, serrata v. integerr.; fl. ax. subracemos. pedicelli torsione resupinati miniati. — *Peruvia, Chile.*) . . . . . . Alonsoa. R. et Pav.
2. — *4, didynama; filam. barbata; anth. 1-loculares,* adnatae v. medifixae. Styl. apice incrassatus, stig. indiviso. Caps. valvis apice 2-fidis. (Fol. alt., infer. saepe pinnatiloba; racemi subsimpl., pedicell. solitar. non tortis demum recurvis. — *Region mediterran., Asia media*) . . . . . . Celsia. L.
3. — *5, declinata; filam. postica 3 v. omnia barbata;* anth. et styl. Celsiae. Stigma 2-lobum v. indivis. Caps. valvis apice 2-fidis. (Hbae tomentosae v. floccoso-lanatae, raro glabrae; fol. alt., saepe decurrentia, interdum pinnatiloba; racemi simpl. v. paniculati, fl. flavis v. phoeniceis v. purpur. — *Eur., Asia temp.*) Verbascum (Tourn.) L.

B. Corolla subcampanulata, tubo brevi ventricoso-subgloboso, limbi 2-lab. lobis brevib. obtusis planis, labio super. longiore 2-lobo, inferioris 3-lobi lobis lateralib. erectis intermedio majore patente v. deflexo. Stam. inclusa v. exserta, fertil. 4 didynama, anth. adnatis confluenti 1-loc.; quinto postico sterili (interdum deficiente) corollae plus minus adnato, anthera lamelliformi v. emarginato-spathulata. Germ. disco annulari obliquo cinctum. Styl. apice incrassatus, stig. emarginato. (Caps. subglobosa v. ovoid., septicide 2-valv., placentis coadunatis demum liberis. (Hb. v. suffrut., fol. opp. v. alt., integr. v. pinnatilobis, thyrso term. pedicell. cymosis rarius simpl., fl. fuscis v. atropurpur. v. flavis. — *Eur., Asia temp., Amer. bor.*) . . . . . . Scrophularia. Tourn.

Tribus VI. *VERONICEAE.*

A. Capsula 1-loc. v. incomplete, 2-loc., 2-valv., 00-sp. Stam. corollae tubo inserta, subexserta, steril. nulla.

1. *Stam. 2, imo tubo inserta, anth., approximatis 2-loc.,* loc. parallelis. Stigma complanato-dilatatum, linguaeforme. Caps. septo apice deliquescente incomplete 2-loc., loculicide 2-valv., valv. indivisis medio septiferis, columna placentifera libera. Cal. brevis, campanulat., 3-dentatus. Cor. infundibuliform., tubo calycem aequante, limbi 5-fidi lobis planis subaequal. (Hbula repens Limose'lae facie, fol. oppos. subfasciculat. spathulat., petiolo semivaginante, scapis solitar. 1-fl. nudis. — *Ind. or.*) . . . . . . Glossostigma. Arn.
2. — *4, medio tubo inserta, didynama, anth. distant. 1-loc.* Stig. truncato-capitatum. Caps. (ut germ.) 1-loc., valvis indivisis margine planis v. vix introflexis columnae placentiferae centrali liberae parallelis. Cal. brevis, 5-fid. Cor. rotato-campanulata, tubo calycem aequante, limbi 5-fidi plani lobis aequal. (Hbula inundata, radicans, fol. confertis spathulat., petiolo semivaginante, scapis aggregatis 1-fl. ebract., fl. roseis. — *Eur.*) . . . . . . Limosella. L.
3. — *4, subaequalia, anth. 2-loc., loc. parallelis.* Stig. indivis., vix incrassatum. Caps. baccata, subglobosa (lucide coccinea), septo superne (jam in germine) interrupto 2-fido incomplete 2-loc., septifrage 2-valv., valv. septo marginib. placentifero parallelis. Cal. 5-part. Cor. tubulosa, limbi subbilabiato-5-fidi lobis anticis paulo latiorib. (Hba procumb., ramis flagelliform., fol. sessil. dimorphis, caulinis oppos. subreniform. crenatis pubesc., ramulorum axillarium aceroso-linearib. integerr. ciliatis, fl. ax. et term. solitar. subsessil. ebract. roseis. — *Nepalia.*) . . . . . . Hemiphragma. Wall.

B. Capsula perfecte 2-locularis (cfr. Campylanthus).

I. Stamina fertilia 4 (raro 5-8, cfr. Sibthorpia), 5to fere semper omnino deficiente.

A. Corolla campanulata v. infundibuliformis, limbo 5-fido. Stam. tubo inserta, inclusa, didynama, anth. 2-loc., germ. 2-loc., placentis utrinque septo insertis v. adnatis, 00-ovulat. Cal. 5-part.

1. *Stigma capitatum, emarginato-bilobum.* Caps. loculicide 2-valv., valv. medio septiferis placentas auferentib. Sem. testa relaxata, reticulata. Cal. subaequal. v. bilabiatus. Cor. infundibuliform., limbi lobis aequal. Stam. 4 cum rudimento 5ti. Anth. reniform., loc. confluent. (Hb. v. suffrut., fol. oppos., pedunc. ax. et term. solitar. v. corymbos. — *Amer., Austr. temp. et ins. Diemen.*) . . . . . . Ourisia. Commers.
2. — *indivisum, truncatum.* Caps. .... Cal. aequalis. Cor. tubuloso-campanulata, limbi subbilabiati patentis labio super 2-lobo, infer. 3-fido. Staminis 5ti rudiment. nullum. Anth. loc. divaricato-patuli. (Frut. dense albo-tomentosus, fol. alt. integerr., pedunc. ax. solitar. 1-flor. brevib., ebract., cal incanis, cor. violaceis. — *Mexico*) Leucophyllum. Hmb. et Bnpl.

B. Corolla hypocraterimorpha v. campanulata v. infundibuliformis, limbo 4-lobo. Stam. exserta, aequal. v. subaequalia, anth. 2-loc.; 5ti rudim. nullum.

1. *Calyx 4-phyllus, aequalis. Cor. hypocraterimorpha,* fauce pilosa v. nuda, limbo patente aequali. Stam. fauci inserta, patentia, anth. cordato-reniform., loc. demum confluent. Stig. subglobosum. Caps. ovata, septifrage 2-valv., valv. 2-part. septo libero seminifero parallelis. Sem. utrinque 4 v. abortu pauciora, per paria superposita, plano-convexa, peltata, ala angusta reticulata cincta, umbilico supra basin ventrali. (Frut. ericoidei, ramis confertis densissime foliosis, fol. octofariam imbricatis parvis ovato-linear. integerr., fl. ax. solitar. subsessil., cal. imbricato-bracteat., cor. albis. — *Nov. Granat.*) . . . . . . ? Aragoa. H. B. K.
2. — *campanulat., 5-fid., subaequal. Cor. campanulata,* calyce brevior, limbi lobis integris subaequalib. Stam. fauci inserta, longe exserta, divergentia, anth. loc. apice confluent. Stig. vix incrassatum. Caps. ovata, loculicide 2-valv., valv. medio septiferis apice 2-fidis. Sem. 00, testa membranacea vesiculoso-relaxata. (Hba subacaul., fol. radical. oblong. apice dentatis, scapis erect. bracteat., fl. sessil. dense spicatis. — *Nepal*) . . Picrorhiza. Royle.
3. — *5-part., aequalis. Cor. infundibuliform.,* tubo brevi basi intus pubesc., limbi ampli subaequalis lobis rotundat. Stam. tubo inserta, breve exserta, anth. oblong., loc. parallelis. Stig. subcapitatum. Caps. oblonga, styli basi persist. acuminata, subcompressa, loculicide 2-valv., valv. medio septiferis, columna placentifera libera. Sem. 00 minuta. (Hb. caulib. prostrat. flagelliform. radicant., fol. opp. v. 3-4 verticillat. lobat., lobis crenatis, pedunc. ax. solitar. 1-fl. filiform. bracteat. folio breviorib. — *Brasil. austr.*) . . . . . . Geochorda. Cham. et Schl.

C. Corolla rotata v. subrotata, limbo aequali patente. Stam. aequalia, anth. 2-loc., loc. parallelis. Caps. 2-loc., loc. 00-sp.

1. *Calyx 4-part., aequalis. Cor. rotata, fauce pilosa, limbo 4-part. Stam. 4 fauci inserta, exserta.* Stig. obtusum. Caps. globosa, septifrage 2-valv., valv. indivis. septo placentifero parallelis. Sem. scrobiculata. (Suffrut., fol. opp. v. 3-4 verticillat., pedunc. ax. solitar. 1-fl. v. racemosis, fl. alb. — *Region. trop. totius orbis*) . . . . . Scoparia. L.
2. — *5-8-part. Cor. subrotata, 5-8-fida. Stam. 4-8, tubo inserta, inclusa v. exserta,* anth. loc. confluent. Stig. depresso-capitatum. Caps. subcompressa, orbiculata v. emarginata, loculicide 2-valv., valvis medio septa placentifera gerentibus. (Hb. repentes tenerae, fol. alt. petiolat. reniform. crenatis, pedunc. ax. solitar. v. aggregatis, fl. parv. carneis violac. v. flavis. — *Eur. occid., ins. Atlant., Amer. austr. trop.*) . . . . . . Sibthorpia (L.) Kunth.
   - α. Cal. 5-part. Cor. 5-fida. Stam. 4. Sem. teretia, umbilico basilari. . . . . . . *Sibthorpia, L.*
   - β. — 5-8-part. Cor. 5-8-fida. Stam. 5-8. Sem. navicularia, umbil. basilari. . . . . . . *Disandra, L.*

II. Stamina fertilia 2.

A. Corolla rotata v. subrotata, tubo calyce breviore, limbi 4-part. lobis planis integerr., postico majore. Stam. exserta, divergentia. Stig. indivis., vix incrassatum. Caps. ovata v. orbiculata v. obcordata v. subdidyma, saepe compressa, nunc loculicide 2-valv., valv. medio septa placentifera gerentib integr. v. demum 2-fidis v. 2-part.; nunc septifraga, valv. septo placentifero demum libero parallelis. Sem. pauca, plano convexa v. concavo-cupuliformia v. navicularia. Calyx 2-phyll. (*Diplophyllum*, Lehm.) v. 4-5-part., saepe compressus. (Hb. v. frut., procumb. v. erect., fol. opp. verticill. v. alt. saepe dentat. v. incis., racemis v. spicis term. v. ax. v. fl. ax. solitar., cor. coerul. roseis v. albis. — *Region. extratrop. totius orbis.*) . . . . . . Veronica. L.

B. — infundibuliformis v. tubulosa.

† **Antherae 2-loculares.** Caps. loculicide 2-valvis, valvis medio septa placentifera gerentibus.

a. *Stigma breviter 2-lobum.* Calyx 5-part. Corollae limbus subbilabiatus.

1. *Calyx inaequalis. Cor. infundibuliformi-tubulosa, limbo 4-fido,* lobo inferiore paulo majore. Stam. tubo inserta, inclusa, anth. loc. approximatis. Caps. obcordata, compressa, valv. indivis. (Hbula fol. radical. congestis linear. integris, fl. minutis ax. sessil. et in apice scapi simpl. inter bracteas oppos. solitar. — *Amer. bor.*) Amphianthus. Torr.
2. — *subaequalis. Cor. tubulosa, labio super. erecto emarginato v. integro, infer. 3-fido v. 3-part.* subpatente Stam. fauci postice inserta, exserta, anth. cordat., loc. parallelis apice confluentib. Stigmatis lobi globosi. Caps. ovata, acuta, valv. demum 2-fidis. (Hb. fol. oppos. serrat., racemo term. bracteato, fl. coerul. v. luteis. — *Alpes Europ., Sibir., Amer. bor.*) . . . . . . Paederota. L.

b. *Stigma indivisum* (v. pag. sequ.)

SCROPHULARINAE.

Tribus VI. *VERONICEAE.*

(Continuat.)

B.II.*B*.‡

b. *Stigma indivisum.* Cor. tubulosa. Stam. 2 fauci postice inserta, anth. loc. confluent.

1. *Cal. 5-part. Cor. tubo incurvo, limbi erecti oblique 2-3-fidi lobo inferiore minore.* Stam. exserta, anth. loc. parallelis. Stigma vix incrassatum. Caps. valvis 2-partitis. Sem. 00, margine membranaceo crispo cincta. (Hba subsimpl. glabra, fol. oblongo-lanceol. serratis, spica longa, fl. sessil. glomerat. — *Nepal.*) . . . . . Calorhabdos. Benth.

2. — *5-part., subaequal. Cor. tubo basi aequali v. postice subgibbo, limbo subbilabiato 4-fido*, lobo super. emarginato v. 2-fido, lateralib. integerr., inferiore aequali v. latiore crenato. Stam. inclusa v. vix exserta, anth. loc. demum divaricatis. Styl. exsertus, stig. capitato. Caps. ovata, obtusa, valv. demum 2-fidis. Sem. 00, navicularia laevia, umbilico prope basin sublaterali. (Hbae alpinae, subacaules, fol. radical. oblong. v. reniform. crenatis, scapis erect. 00-flor., fl. secundis nutant. in ax. bractear. solitar. coerul. — *Carinthia, Nepal., Amer. bor.*) . . . . . Wulfenia. Jacq.

3. — *spathaceus, hinc fissus v. 2-partitus*, lobis integerr. v. dentatis. Cor. limbo subbilabiato, labio sup. integro v. emarginato v. 2-fido, infer. 2-4-fido, lobis omnib. planis. Genital. exserta; stig. truncat. v. subcapitatum. Caps. valv. indivisis v. subbifidis. Sem. in loc. solitar. v. pauca, oblonga, sulcata. (Hbae caul. subcaespitosis simpl., fol. opp. v. alt. crenat., summis saepe squamaeform. integr., spica term. bracteata. — *Asia med. et bor.*) . . . . . Gymnandra. Pall.

‡‡ **Antherae 1-loculares, peltatae** (?) Stam. inclusa, corollae tubo postice inserta, Styl. apice incurvus, stig. incrassato. Caps. . . . . . Cal. 5-part., inaequalis. Cor. infundibuliform., limbo 5-fido aequali. (Frut., ramis teretib. folior. cicatr. tuberculatis, fol. carnos. filiform., racemis ad ramorum apicem axillarib. pubesc., pedicell. basi 3-bract. — *Ins. Teneriffa.*) . . Campylanthus. Roth. †

Tribus VII. *SALPIGLOSSIDEAE.*

A. Stam. antherifera 2, et ananthera 2-3, corollae tubo inserta. Anth. 2-loc. Caps. 2-loc.

1. — 5, *raro 4, inclusa, sterilia 3-2 filiform. breviora inaequalia. Anth. ovatae, cohaerent.* Styl. longus, subexsertus, stig. subcapitato. Germ. annulo hypogyno cinctum. Caps. ovata, septifrage 2-valv., valv. septo tenui utrinque placentifero demum libero parallelis apice 2-fidis. Sem. pauca, angulata, umbilico ventrali. Cal. tubulosus, 5-fid., aequalis. Cor. elongato-tubulosa, limbo brevi erecto plicato-5-dentato, sinubus 2 v. 5 processum glandulosum? clavatum erectum exserentibus. (Hbae erectae, ramosae, fol. alt. integr., fl. racemoso-paniculatis in axillis folior. v. bract. subsolitar. flavesc. — *Amer. trop.*) . . . . . Schwenkia. L.

2. — 4, *fertilia 2 exserta, steril. 2 inclusa. Anth. loc. basi discretis aristatis.* Stigma 2-fidum. Caps. 2-valv., 00-sp. Sem. . . . . Cal. 5-part. Cor. longe tubulosa, tubo superne subconstricto, limbi 5-part. lobis revolutis, posticis 2 paulo brevioribus. (Hbae elatae, caule 4-gono, fol. opp. ovat. crenat., petiolis basi connatis, floralib. bracteiform. calycibusque coloratis, fl. subverticillat. sessil., cor luteis. — *Peruvia.*) . . . . . Sanchezia. R. et Pav.

B. — antherifera 4, cum 5ti abortivi rudimento, inclusa, didynama. Stigma emarginato-capitatum v. obsolete 2-lobum. Fruct. 2-loc. Sem. 00, subreniformia. Cal. campanulat.

1. *Calyx 5-part., lobis subaequalib. Cor. infundibuliform., superne ampliata, limbo 5-fido patente*, lobis subaequalib. planis emarginat. v. 2-fidis. Anth. 2-loc., loc. confluent. rimula unica transversa dehisc. Styl. apice incrassatus. Caps. ovata v. oblonga, septifrage 2-valv., valv. coriaceis apice 2-fidis septo placentifero parallelis. (Hbae glanduloso-pubesc., fol. alt. pinnatifid., fl. racemoso-paniculat., speciosis pallidis venoso-pictis, bracteis linear. — *Chile, Peruv., Californ.*) . . . . . Salpiglossis. R. et Pav.

2. — *5-fidus, aequalis. Cor. campanulata, tubo basi contracto, limbi 5-part. lobis aequal. patent.* acuminatis. Filam. imo tubo inserta, basi latiora; anth. ovatae, 2-loc. Caps. oblonga, septifrage 2-valv., valv. indivisis, columna placentifera libera. Sem. reticulata. (Frut., fol. alt. cum ramo articulatis crassiusc. integr. v. dentat., fl. ax. subsolitar. albis v. flavis, tubo intus striato, limbo interdum 6-8-part., pedunc. minute bracteato. — *Nov. Holl.*) . . . . . Anthocercis. Labill.

3. — *brevis, subbilabiato-5-8-dentatus. Cor. subcampanulata, limbi 5-part. lobis patent. subaequal.* ovat. obtus. Stam. imo tubo inserta; anth. cordatae, loc. confluent. rimula unica transversa dehisc. Bacca 2-loc., ovalis, parva, nigra. Sem. tuberculata. (Arbusc. glabra, Myopori facie, fol. alt. cum ramo articulat. angust. integerr., cymis ax. et term. paniculat., bract. minutis, fl. alb., tubo intus striato. — *Nov. Holl.*) . . . . . Duboisia. R. Br.

C. Stam. antherifera, fertilia, 5, corollae fauci inserta, exserta; filam. subulata, flexuosa; anth. sub-2-loc., loc. confluent. rima transv. unica dehisc. Stig. capitat., emarginatum. Caps. globosa, 2-loc., 4-valv., septo membranaceo libero inferne medio placentifero. Sem. 00, basi incurva, reticulata. Cal. 5-fid. Cor. infundibuliform., superne ampliata, limbi rotato-5-lobi explanati lobis obtusiusculis. (Frut. dense lanato-tomentosus, fol. alt. v. jun. fasciculat. crassis integerr., fl. ax. solitar. subsessil. parvis violaceis striatis. — *Nov. Holl. austr.-occid.*) . . . . . Anthotroche. Endl.

D. — antherifera 4, absque 5ti rudimento.

I. Stigma 2-lobum (cfr. Peliostomum).

a. Calyx 3-lobus, lobo postico integro, lateralib. 2-fidis. Cor. 2-labiata, fauce compressa, labio super. obcordato, infer. 3-part. lobis rotundatis. Stam. imo tubo inserta, subaequalia, exserta, adscendentia, anth. loc. distinctis divaricat. aestivatione juxta latera filamenti reflexis. Germ. 2-loc., placentis septo utrinque adnatis 00-ovulat. Styl. adscendens, stig. 2-lamellato. Fr. . . . . (Arb. ramis tomentosis, fol. quaternis magnis integr. basi 2-glandulos., thyrsis term. depresso-subglobosis, ramis verticillat. trichotomis, fl. speciosis flavis, cal. semicolorat. — *Nov. Holl. trop.*) . . . . . Diplanthera, Bks. et Sol.

b. — ***subaequaliter 5-part. v. 5-fidus.*** Stam. tubo inserta, inclusa, didynama, anth. subbiloc., loc. confluent. rima transv. unica dehisc.

α. **Caps. apice plus minus compressa,** 2-valv., valv. 2-fidis. Cor. tubo inferne contracto, superne ampliato, limbi subbilabiato-5-fidi lobis subaequalib. rotundatis planis. Stam. declinata; anth. villosae, staminum posticorum minores saepius effoetae. (Fol. alt. integerr. — *Afr. austr.*)

1. — *brevis, basi subglobosa, apice compressa, obcordata, venoso-rugosa*, apice breviter loculicide et septicide dehisc., septo valvis contrario basi placentifero. Sem. 00, 3-gona, rugosa. Stigma brevissime 2-lobum. Cal. 2-bracteolat., campanulat., semi-5-fidus. (Suffrut. rigidi, fol. confertis, nervo medio saepe valido post laminae lapsum persistente spinescente, fl. ax. solitar. sessil.) Aptosimum. Burch.

2. — *ovato-oblonga, acuta, apice subcompressa, sulcata*, loculicide 2-valv., valv. 2-fid. v. 2-part. Sem. . . . . Cal. 5-part. Styl. . . . . (Hb. v. suffrut. rigidi, saepe viscosi, fl. ax. v. racemosis, pedicellis brevib. saepe bracteatis v. nullis.) . . . . . Peliostomum. Benth.

β. **Caps. globosa v. subglobosa, septifrage 2-valvis.** Stigma inaequaliter 2-lobum. Cal. campanulatus, subaequaliter 5-dentatus. Cor. hypocraterimorpha, tubo calycem superante, limbi 5-part. lobis subaequalib. rotundatis planis. (Frut. v. arbusc., fol. alt. oblong. integerr., fl. ax. et term. solitar. v. conferte racemosis specios. violac. lilacin. v. albis. — *Amer. trop.*)

1. *Caps. coriacea, valvis integris septo membranaceo utrinque placentifero parallelis. Sem. pauca*, angulata. Cor. tubo mediocri, apice ampliato, incurvo. — (*Brasil.*) . . . . . Franciscea. Pohl.

2. — *subbaccata, placentis in massam globosam liberam coalitis. Sem. plurima, subarcuata*, rugosa. Cor. tubo elongato recto apice aequali. (*Amer. trop. cis aequatorem.*) . . . . . Brunfelsia. Plum.

II. Stigma sub-4-lobum. Caps. ovata, septifrage 2-valv., valvis apice 2-fidis septo placentifero parallelis. Sem. 00, scrobiculata. Cal. tubulosus, subinaequaliter 5-dent. Cor. hypocraterimorpha, tubo calycem superante superne inflato, limbi 5-part. plani lobis rotundatis subemarginatis, postico paulo latiore. Stam. tubo inserta, inclusa, didynama; postica longiora, apice arcuata cuneato-dilatata, anth. loc. superpositis, loculo super. minore; antica breviora, anth. loc. divaricatis confluent. rima transversali dehisc. (Hbae, fol. alt. ovat., fl. term. v. extraaxillar. racemos. coerul. violac. v. albis. — *Amer. trop.*) . . . . . Browallia. L.

SCROPHULARINAE.

(Continuat.)

Tribus VIII. *DIGITALEAE.*

A. Caps. 2-loc., septicide 2-valvis, (cfr. Paulownia).

I. Stamina 5, quinto ananthero; fertilia 4 didynama exserta, anth. 2-loc., loc. divaricatis. Stigma obsolete 2-lobum. Caps. ovata, placentis adnatis 00-sp. Cal. 5-part. (Hbae, fol. opp, rarius ternis, serratis, rarius integr. v. incisis, fl. term. spicat. v. racemos. v. paniculatis bracteat. coccineis purpur. v. lilacinis speciosis, cor. tubo saepius elongato.)

1. *Semina compressa, late membranaceo-marginata.* Cor. tubo postice convexo, limbi 2-lab labio super. concavo 2-lobo saepe lato, infer. 3-lobo basi saepe barbato. Anth. saepe barbatae. — (*Amer. bor., Mexico.*) . . . . Chelone. L.

2. — *angulata, aptera.* Cor. tubo teretiusculo antice sursum ventricoso-subinflato, limbi 2-lab. v. subbilabiati labio super. emarginato v. 2-lobo, infer. 3-lobo nudo v. basi barbato. — (*Amer. bor. et trop., Asia orient.*) . . . . Pentstemon. Mitch.

II. Stamina 4 (cfr. Ixianthes) **didynama, quinto nullo.**

A. — ***exserta,*** declinata; anth. 2-loc., loc. adnatis parallelis muticis. Stigma subincrassatum. Caps. ovata, elongata, obliqua, ... Sem. 00, aptera. Cal. 5-phyllus. Cor. tubulosa, tubo declinato apice recurvo-adscendente, limbo brevi subbilabiato-5-fido, lobis planis rotundatis. (Frut., fol. opp. subcordat. crenat. glabr., panic. longa secunda, flor. nutant. elongatis speciosis glaberr. — *Afr austr.*) . . . . Phygelius. E. Mey.

B. — ***inclusa.***

1. *Stigma obtusum. Caps. subglobosa, attenuato-rostrata, valv. 2-fidis,* placentis coadunatis demum liberis. Sem. 00, minuta, aptera. *Cal. 5-part.*, lobis attenuato-subulatis subaequalib. Cor. tubulosa, superne ventricoso-ampliata, fauce barbata, limbi subbilab. labio super. emarginato-2-lobo, infer. 3-part., lobis subaequalib. Stam. declinata, anth. loc. divaricatis. (Hb. v. frut. subaphylli v. fol. opp. v. verticillat. integr., fl. racemos. ax. coccin. — *Mexico, Antill.*) Russelia. Jacq.

2. — *brevissime emarginatum. Caps. coriacea, valv. apice 2-fidis.* Sem. ..... *Cal. 5-phyllus.* Cor. tubo brevi amplo basi saccato-declinato apice adscendente, limbi subbilabiato-5-fidi lobis rotundatis planis. Stam. declinata, anth. loc. divaricat. demum confluentib. (Frut. divaricato-ramosissimus, fol. opp. cordat. inciso-dent. v. palmatilobis pilosis, pedunc. ax. 1-flor. ebract., fl. et caps. glabris. — *Afr. austr.*) . . . . Colpias. E. Mey.

3. — *brevissime emarginat. Caps. coriacea, ovata, acuta, valv. apice subbifidis.* Sem. .... *Cal. 2-lab.*, labio super. 2-3-dentato, infer. distincto 2-partito. Cor. tubo amplo declinato apice subadscendente, limbi 5-fidi obliqui lobis planis. Stam. 4? adscendentia, anth. loc. crassis divaricatis. (Frut. ramis erect., fol. confertis 4-5-verticillatis lanceolat. apice serrat. glabresc., pedunc. ax. 1-fl. 2-bract., cal. glabr. cor. viscoso-villosis. — *Afr. austr.*) . . . . Ixianthes. E. Mey.

4. — *2-lamellatum, emarginat. v. subintegrum. Caps. ovata, valvis margine introflexo placentas coadunatas retinentibus integris v. apice 2-fidis.* Sem. 00, rugosa. *Cal. 5-part*, subaequal. Cor. subcampanulata, antice ventricosa, limbo subbilab. v. 2-lab. 4-5-lobo. Stam. declinata, anth. loc. divaricatis. (Fol. alt. saepius dent. et pubesc.; spicae v. racemi term. saepe paniculat, bracteat., fl. flavis v. albidis v. purpur. v. croceo-fuscis saepe variegatis.) . . . . Digitalis. Tourn.

{ α. *Corollae limbus abbreviatus*, labio superiore indiviso obtuso aestivatione ab inferiore productiore subaequaliter 3-lobo imbricato-tecto. (Hb. v. suffrut. *Eur. mediae et region mediteran*) . . . . *Digitalis*, Lindl.
β. — *limbus tubum subaequans*, labiis subaequalib. aestiv. incumbent., super. 2-fido, infer. 3-fido, lobo medio aequali v. porrecto. (Frut. *Canariens.*) . . . . *Isoplexis*, Lindl. }

5. *Stigma truncatum. Caps. ovata, acuta, lignosa,* septicide? dehisc., valv. ex DC. medio septiferis, placent. crassis e septi dorso ortis. Sem. 00, parva, costis cristatis, margine in alam pellucidam membranaceam apice emarginato-excisam expanso. *Cal. coriaceus, campanulat., 5-fid.*, persist. Cor. infundibuliformi-campanulata, limbi subbilabiato-5-fidi lobis subaequalib. Anth. loc. divaricatis. (Arb., fol. opp. cordat. subtrilobis v. integerr. palmato-5-nerv. subtus villosis, panic. term. erecta 00-fl., pedunc. et cal. ferrugineo-tomentosis, cor. specios. roseo-violac. — *Japonia.*) . . . . ? Paulownia. Sieb. et Zucc.

B. Caps. ovata, incomplete 2-loc., loculicide 2-valvis, valv. medio

septa incompleta placentifera gerentib. Sem. 00, ovata, testa laxa spongiosa reticulata. Cal. campanulat., 5-fid. Cor. ringens, tubo superne ampliato, limbi 2-labiato-5-lobi lobis subaequalib., 2 superiorib. replicatis, 3 infer. patentib. Stam. 4 didynama, recta, inclusa, anth. term. 2-loc., loc. subdivaricatis muticis. Stigma late 2-lamellatum. (Hba glanduloso-pubesc., fol. alt. dentat. v. caulinis interdum subnullis, pedunc. ax. solitar. 1-fl. ebract., cor. sordide croceo-purpureis. — *China. bor.*) . . . . Rehmannia. Libosch.

Tribus IX. *GERARDIEAE.*

A. Calyx campanulatus v. tubulosus, teres, aequaliter v. subaequaliter 5-fid. v. 5-dentatus.

I. Stam. 4, antheris omnibus perfectis (rarius 2 effoetis, cfr. Gerardia).

A. — ***exserta.*** Stigma subclavatum. Caps. loculicide 2-valvis, valv. medio septiferis. Cal. campanulatus.

1. — *didynama, anth. loc. basi acutis villosissimis.* Caps. valvis demum 2-fidis. Sem. angulata, reticulata. Cal. 5-dent. Cor. tubuloso-infundibuliform., limbi 5-fidi lobis ovato-rotundatis subaequalib. (Frut., fol. oppos. v. alt. angustis integerr., pedunc. versus apices ramorum breve racemosis bracteat. — *Brasil.*) . . . . Esterhazya. Mik.

2. — *subaequalia, longe exserta, anth. erectis.* Caps. subglobosa, acuta. Sem. 00 ..... Cal. 5-fid., lobis tubo longiorib. v. brevioribus. Cor. tubulosa, limbi 5-fidi lobis brevib. subaequal. patentibus. (Hbae, fol. opp. inciso-pinnatifid., fl. racemosis, pedunc. ebract. — *Amer. bor. prov. austr.*) . Macranthera. Torr.

B. — ***inclusa*** (rarius subexserta, cfr. Seymeria).

a. Corollae limbus subaequaliter 5-lobus (rarius subbilabiatus, cfr. Melasma). Stam. didynama, rarius subaequal. (cfr. Gerardia). Caps. loculicide 2-valv., valv. medio septiferis.

1. *Calyx longe tubulosus, 5-gonus, apice 5-fidus,* lobis patulis. Cor. infundibuliform, tubo longo tenui, limbo amplo, lobis latis patent. Anth. loculi basi aristati. Stigma ligulatum, rugoso-undulatum. Sem. ..... (Hbae, fol. opp. oblong. v. linear. dentat., fl ax. et term. solitar. magnis albis. — *Peruv, Mexico*) . . . . Escobedia. R. et Pav.

2. — *coloratus, ventricoso-ovatus, ore angustato 5-dentato obliquo, lobis erectis.* Cor. tubo apice vix dilatato, limbi lobis brevib. latis patent. Anth. postice barbatae, loc. basi breve aristatis. Stig. subclavatum, indivisum, Sem. 00, compressa, linear., reticulata. (Frut. superne dense foliosi, fol. opp. v. alt. integerr., pedunc. ax. solitar. 1-fl. 2-bract. racemos term. foliosos formant., fl. coccin. — *Brasil.*) . . . . Physocalyx. Pohl.

3. — *foliaceus, laxus, campanulato-tubulosus, apice 5-fidus, demum inflatus.* Cor. campanulato-infundibuliform., limbi (interdum subbilabiati) lobis brevib. latis. Anth. loculi basi apiculati. Stig. subclavatum. Sem. 00, compressa, cuneiform., reticulata. (Hbae, fol. oppos. v. alt. scabris. subdentat., pedunc. ax. 1-fl. solitar. 2-bract. subracemosis. — *Afr. austr., Brasil., Mexico.*) Melasma. Berg.

4. — *campanulatus, 5-dent. v. 5-fidus.* Cor. campanulata v. ventricoso-tubulosa, limbi lobis patulis integris v. raro 2-fidis. Stam. interdum subaequalia; anth. nunc omnes perfectae, loc. aequalib. basi calcaratis v. muticis; nunc rarius 2 minores (staminum breviorum) effoetae. Stigma simplex, incrassatum v. 2-lobum. Caps. acuta v. obtusa, erostris, valvis indivisis v. raro bifidis. Sem. 00, testa laxa reticulata. (Hb. v. suffrut., fol. opp. v. alt. pinnatifid. v. rarius indivisis, fl. ax. solitar. saepe sessil. flavis roseis v. purpureis. — *Amer. bor. et trop., Afr. austr., Ind. or.*) . . . . Gerardia (L.) Benth.

5. — *campanulatus, 5-fid., lobis linear. tubo longioribus.* Cor. tubo brevi, limbi 5-fidi lobis oblongis demum rotato-patentib. Stam. subexserta, subaequalia, anth. erectis. Stig. attenuatum. Caps. basi globosa, apice compressa, valv. demum 2-fidis. Sem. 00, minuta, alata. (Hbae pubesc. v. viscidulae, fol. oppos. pinnatisect., lobis angustissimis, fl. parv. subpaniculato-racemosis luteis. — *Amer. bor.*) . . . . Seymeria. Pursh.

b. Corollae limbus breve 2-labiatus v. ringens (v. pag. sequ.)

SCROPHULARINAE.

Tribus IX. *GERARDIEAE.*

(Continuat.)

A.I.*B.*

b. Corollae limbus breve 2-labiatus v. ringens. Stam. didynama. Calyx campanulatus.

1. *Stigma linguaeforme, incrassatum, recurvatum.* Caps. obtusa v. emarginata, loculicide 2-valv., valvis medio septiferis demum 2-fidis, septo demum libero. Sem. 00, linear., testa reticulata relaxata. Cal. 4-5-dentatus. Cor. oblique campanulata, limbo breve bilabiato-5-lobo, lobo infer. majore. Stam. inclusa, anth. loc. parallelis acutis. (Hbae habitu fere Melampyri, fol. oppos. sinuato-dent., fl. ax. sessil. solitar. alterne spicatis. — *Brasil., Afr. austr., Ind. or.*) Glossostylis. Cham. et Schl.

2. — *2-lobum.* Caps. compressa, rostrata, 2-loc., 2-valv., ... Sem. 00, oblonga, angulata, membrana spongiosa reticulata involuta. Cal. 5-fid. Cor. campanulato-ringens, labio super. plano 2-fido, lobis replicatis, infer. 3-fido paulo longiore, fauce hiante. Stam. rectiuscula; anth. liberae, loc. parallelis mucronatis. (Hba, habitu foliis calyce et caps. fere Pedicularis palustris, cor. fere Mimuli rosea, fauce lineis 2 flavidis notata. — *China bor.*) . . . . Phtheirospermum. Bunge.

II. Stam. 4, inclusa, didynama, antheris semiperfectis, i. e. cujusque loculo altero perfecto pollinifero, altero effoeto sterili difformi. Caps. loculicide 2-valv., valv. medio septiferis demum 2-fid. v. 2-partitis. Sem. 00, testa laxa reticulata. Cal. campanulatus, 5-fid. (Hbae, fol. oppos., fl. ax. solitar. ad apicem caulis v. ramor. racemosis, pedicellis v. cal. 2-bract.)

1. *Corolla ringens,* tubo exserto incurvo, fauce ampliata compressa, limbi ampli labio super. erecto 2-lobo, infer. deflexo-patulo 3-lobo, lobis omnib. obtusis undulatis. Anth. transversae, loc. subparallelis, fertili (superiore) ovato acuminato, sterili tenui longiore subulato. Styl. apice incurvo exsertus, stig. globoso pendulo. Cal. inflatus, lobis 3-angular., margine sinubusque rotundatis replicatis. (Habitus Orobanches, fol. squamiform., pube glandulosa, fl. roseis. — *Afr. austr.*) Harveya. Hook.

2. — *infundibuliformi-campanulata, limbo subaequaliter 5-fido,* lobis ovat. patulis integris. Anth. loc. divergentes, fertili erecto superiore, sterili minore caudaeformi inferiore. Styl. rectiusculus, inclusus, stig. incrassato obtuso. (Habitus Gerardiae; fol. infer. pinnatifida, super. indivisa; fl. rosei, purpurei v. flavi. — *Ind. or., Guinea, Afr. austr., Madagasc.*) . . . . Sopubia. Hamilt.

B. Calyx compressus, hinc fissus inde integer v. demum 2-3-fidus. Cor. tubulosa v. infundibuliform., limbo patente v. 2-labiato, lobis 5 rotundatis, inferiorib. majoribus. Stam. 4, inclusa; anth. per paria approximatae, loc. transversalib. parallelis mucronatis v. calcaratis. Stigma oblong., incrassatum. Caps. ovoid. v. oblonga, loculicide 2-valv., valvis septo placentifero demum libero contrariis integris v. 2-fidis. Sem. 00, testa relaxata reticulata. (Hb., fol. opp. subintegerr., fl. ax. sessil. superne subspicatis, saepe secundis. — *Nov. Holl. et Asia trop.*) Centranthera. R. Br.

Tribus X. *BUDDLEIEAE.*

1. *Stamina inclusa, aequalia; filam. subnulla;* anth. 2-loc. Stigma incrassatum, integrum. Caps. 2-loc., septicide 2-valvis, valv. integris v. 2-fidis, placentis coadunatis demum liberis. Sem. 00, minuta, testa membranacea, utrinque relaxata. Cal. campanulatus, brevis, 4-dent. v. 4-fidus aequalis. Cor. campanulata v. tubulosa, limbo breviter 4-fido aequali. (Frut. v. arb. saepe tomentos., fol. opp. dentat. v. integerr., fl. saepius sessil. glomeratis, flav. v. rubris, glomerulis sessil. v. pedunc. ax. v. racemoso- v. spicato-paniculatis. — *Amer. et Afr. trop. et austr., Ind. or.*) . . . . . . Buddleia. L.

2. — *exserta; filam. filiformia.* Cor. brevissime campanulata, limbo 4-part. aequali patente. Caet. omn. Buddleiae. (Frut. saepe tomentosi, fol. opp. v. subverticillatis dentat. v. integris, fl. parvis albidis plerumque paniculat., saepe sessil. glomeratis. — *Afr. austr., Madagasc.*) . . . . Nuxia. Commers.

Tribus XI. *GRATIOLEAE.*

I. Stamina fertilia 2, sterilia nulla. Caps. 2-loc. Sem. 00, minima.

A. Filamenta simplicia (nec gibba, nec appendiculata). Stam. inclusa.

a. Caps. septifrage 2-valvis, valv. indivisis v. apice breve 2-fidis, septo placentifero parallelis. Cal. 2-bracteolat., 5-phyllus. Cor. 2-lab., labio super. breviore erecto integro, infer. 3-lobo. Stam. tubo antice inserta, anth. loc. parallelis. Stigma emarginatum. (Hba habitu Melissae, caule 4-gono, fol. opp. ovat. crenulat., pedicell. ax. solitar. 1-fl., cor. pubesc. — *Brasil*) . . . . Achetaria. Cham.

b. — loculicide 2-valvis, placentis coadunatis liberis. Cal. ebracteolatus, 5-part., aequalis.

1. *Stigma obtusum, emarginatum.* Caps. pyramidata, valvis demum septicido-bifidis. Sem. subreniform., costata, transverse rugulosa. Cor. bilabiato-5-fida, lobis subaequal. obtusis. Stam. tubo antice inserta, filam. brevissimis, anth. loc. divaricatis demum confluentib. (Hba, fol. alt. lanceolat. integerr., pedunc. ax. solitar. 1-fl. minute 1-bract. — *Aegypt., Arab.*) . . . . Anticharis. Endl.

2. — *subinfundibuliformi-bilabiatum.* Caps. valvis integris medio septiferis. Cor. infundibuliform., limbo aequali 5-fido patente. Stam. tubo postice inserta, anth. loc. divaricatis. (Hba aquat., fol. infer. submersis verticillat. filiform. setoso-serratis, super. oppos. lanceolat. obtusis, fl. in racemum pauciflor. dispositis. — *Madagasc.*) . . . . Hydrotriche. Zuccar.

B. Filamenta basi gibba v. medio denticulo aucta, corollae tubo postice inserta, anth. loc parallelis v. subparallel. (Hbae glabrae, fl. ax. minutis.)

1. *Calyx tubulosus, 5-gonus, 5-fid.* Cor. tubo calycem aequante, limbi 2-lab. labio super. 2-lobo, infer. 3-fido, lobis omnib. planis. Filam. basi gibba; anth. approximatae. Stigma ...... Caps. loculicide 2-valv., valv. integris septo placentifero demum libero contrariis. (Hbula muscosa, fol. oppos., flor. ebracteat. — *Nov. Holl. trop., Ind. or.*) . . . . Microcarpaea. R. Br.

2. — *campanulat., 5-dent.* Cor. tubo calycem aequante, limbi 5-fidi vix 2-lab. lobis omnib. planis subaequalibus. Filam. basi gibba, subappendiculata, incurva; anth. approximatae. Stigma complanato-dilatatum, indivisum. Caps. globosa, apice irregulariter v. subseptifrage rumpens. (Hba litoralis repens, Peplidis habitu, fol. opp. obovat. integerr., pedunc. solitar. oppos. brevissimis. — *Asia et Afr. calidior.*) Peplidium. Delile.

3. — *campanulat., 4-dent., antice fissus.* Cor. tubo subgloboso, fauce contracta, limbi 2-lab. labio super. brevissimo truncato, infer. 3-part. lobo medio lineari-ligulato incurvo apice crenato. Stam. subexserta, filam. medio appendice dentiformi auctis. Stigma 2-lamellatum. Caps. septifrage 2-valv., valvis margine planis septo placentifero parallelis. (Hbulae paludosae, repentes, fol. opp. v. verticillat., fl. solitar. — *Amer. bor.*) . . . . Micranthemum. Mx.

II. Stam. fertilia 3, aequalia, corollae fauci inserta, lobis alterna et breviora, **sterilia nulla.** Anth. oblongae, loc. parallelis. Styl. refractus, stig. 2-lobo. Caps. calyce cincta, ovato-subrotunda, mucronata, septifrage 2-valv., valv. membranaceis indivisis margine planis septo placentifero demum libero parallelis. Sem. 00, cylindracea, subarcuata, striata. Cal. 4-part., lobis 2 obtusis 3-nerv., 2 alternis augustiorib. acutiusc. 1-nerv. Cor. infundibuliform., limbi 3-fidi lobo uno emarginato reliquis duplo latiore. (Hbulae natantes, facie Callitriches, fol. opp. integerr., fl. ax. altern. solitar. minut. albis, pedunc. ebract. — *Amer. trop.*) . . . . Hydranthelium. H.B.K.

III. — 4, quorum 2 sterilia, etc. (v. pag. sequ.).

SCROPHULARINAE.

Tribus XI. *GRATIOLEAE.*

(Continuat.)

III. Stamina 4, quorum 2 sterilia aut rarius antheras dimidiatas gerentia (cfr. Pterostigma).

A. Stigma indivisum. Placentae septo adnatae, demum liberae, 00-sp. (Hbae pubesc., fol. opp. crenat. v. serrat.)

1. — *subincrassatum, integrum, saepius utrinque ala membranacea cinctum.* Caps. rostrata, bisulca, loculicide bivalv., valv. 2-fidis, septo e marginib. introflexis duplicato. Sem. striata. Cal. 2-bracteolat., 5-part. v. 5-fid., lobo postico majore. Cor. elongata, 2-lab., labio super. emarginato, infer. 3-lobo. Stam. 4, basi barbata, postica fertilia, anth. loc. disjunctis stipitatis, antica sterilia v. antheris dimidiatis. (Hbae aromat., siccitate saepius nigresc., fl. capitat. v. racemos. sparsis v. oppos., pedicell. brevib. — *Ind. or., China.*) . . . . Pterostigma. Benth.

2. — *subcupuliforme.* Styl. apice incrassatus. Caps. septicide 2-valv., valv. integris. Flor. resupinati, 3-bract. Cal. 5-phyll., foliolo antico (superiore) minimo, lateralibus postico (inferiore) majoribus. Cor. 2-lab., lab. indivisis subaequalib. Stam. antica (superiora) fertilia, exserta, anth. loc. divaricatis, filam. simpl.; postica (inferiora) sterilia, inclusa. (Caules 4-goni; spica term. foliosa, densa. — *Brasil.*) . . . . Beyrichia. Cham.

B. Stigma 2-lamellatum. Sem. 00, plerumque scrobiculata. Stam. inclusa, antica sterilia.

a. Caps. 2-loc., septifrage 2-valvis, valvis septo placentifero parallelis. (Hbae, fol. oppos. — *Ind. or.*)

1. *Calyx 4-phyllus,* persist., fol. 2 exteriorib. multo majorib. cordatis, postico latiore, 2 interiorib. lateralib. inclusis linearib. Cor. 2-lab., labio super. emarginato, infer. dilatato-3-lobo. Anth. loculi divergent. Stam. steril. apice clavata. Stig. spathulatum, lamellis inaequalib. Caps. ovata, subcompressa, valv. integris. (Caulis 4-gon., inferne repens, fol. crenat., pedunc. ax. apice subracemos. 2-4-flor.) . . . . Curanga. Juss.

2. — *semi-5-fidus,* membranaceus. Cor. limbo oblique 5-fido, subbilabiato, lab. infer. majore. Stam. sterilia minima. Anth. cohaerent., loc. parallelis. Stig. dilatatum. Caps. valvae demum 2-fidae. (Fol. integerr.; pedicell. ax. solit. 1-fl., fl. coerul.) . . . . Dopatrium. Hamilt.

3. — *5-part., subaequalis.* Cor. tubo exserto, limbo 2-lab. 5-fido, labio super. breviore. Anth. cohaerentes. Stig. complanatum. Caps. globosa, oblonga v. linearis, valv. membranaceis integris margine planis. (Fol. integerr. v. dent.; fl. ax., superiores interdum racemos.) . . . . Bonnaya. Lk. et Otto.

b. Caps. 2-loc., loculicide 2-valvis, valv. demum 2-fidis, septo e marginib. introflexis soluto. Stigma dilatatum. Cal. 2-bracteolat., 5-part., aequal. Cor. 2-lab., labio super. emarginato v. 2-lobo, infer. 3-fido aequali. Stam. fertil. 2, anth. cohaerent., loc. parallelis, sterilia 2 (interdum 3) longiora subclavata. (Hbae uliginosae, fol. opp. crenat. v. dent., pedunc. ax. solitar. 1-fl. oppos. v. alt., fl. plerumque flav. — *Eur., Amer. bor., Nov. Holl.*) . . . . Gratiola. (L.) R. Br.

c. — 1-loc., oblonga, cylindr., **2-valv.,** 00-sp., columna centrali placentifera cylindrica. Styl. superne compressus. Cal. ebracteat., 5-part., subaequal. Cor. tubulosa, 2-lab., labio sup. brevi erecto 2-dentato, sinubus obtusis, infer. 3-lobo, sinub. acutis, lobis subaequalib. rotundatis integris concavis. Anth. 1-loc. (Habitus Gratiolae et Linderniae. — *Amer. bor.*) . . . . . Ilysanthes. Raf.

IV. Stam. 4, omnia fertilia, didynama.

A. Bacca 2-locularis, stylo superata, loc. 00-sp.

1. *Stigma 2-lamellatum.* Bacca globosa, stylo mucronata, succulenta, placentis carnosis. Sem. oblonga, utrinque mucronata. Cal. 5-gono-campanulatus, 5-dent., subaequal. Cor. ringens, palato plicis 2 elevatis barbatis, labio super. breviore 2-lobo, infer. 3-fido, lobis subrotundis. Stam. inclusa, anth. loc. divaricatis demum confluent. (Hba ramis alato-4-gonis, fol. oppos. semiamplexicaul. serrat., cymis ax. 00-flor., fl. luteis, bacc. albis. — *Mexico.*) . . . . Leucocarpus. Don.

2. — *capitatum.* Styl. brevis. Caps. 2-loc., ... Sem. oblonga. Cal. 5-part., lacin. linearib. Cor. tubulosa, fauce barbata, limbi subbilabiato-5-fidi lobis planis. Stam. inclusa, anth. loc. parallelis. (Frut., fol. opp. amplexicaul., pedunc. ax. v. term. 3-flor. — *Afr. austr.*) . . . . . . Teedia. Rudolphi.

3. — *punctiforme.* Bacca 2-loc., ... Sem. compressa, punctata. Cal. late campanulat., enervis, 3-5-part., lobis latis foliaceis. Cor. tubulosa, fauce dilatata, limbo obliquo breve 5-fido, lobis latis obtus. planis. Stam. exserta, adscendent., anth. loc. parallelis subbilobis explanatis. (Frut. sempervir. glabri, fol. opp. serrat. petiolat., pedunc. ax. 1-fl. solitar. v. fasciculat. 2-bract., cor. rubent. v. coccin. nitidis. — *Afr. austr.*) . . . . Halleria. L.

B. Capsula 2-loc., 2-valvis.

I. Caps. septicide 2-valvis (rarius loculicida, cfr. Stemodia). Stam. inclusa.

a. Stigma indivisum. Stylus simplex (conspicuus).

1. — *incrassato-capitatum.* Caps. ovata v. oblonga, valv. coriaceis apice 2-fidis. Sem. pauca? . . . . Cal. 5-phyll., foliolis subemarginatis. Cor. tubulosa, limbi subbilabiati lobis 5 planis. *Anth. loc. parallel. contigui.* (Frut., fol. opp. v. sparsis integr. coriac. nitidis, fl. in panic. v. racemos term. dispos., pedicell. basi minute bracteat. — *Afr. austr.*) . . . . Freylinia. Benth.

2. — *depresso-capitatum.* Caps. ovata, valv. 2-fidis, placentis coadunatis demum liberis. Sem. 00, scrobiculata. Cal. 5-part. Cor. tubulosa, fauce barbata, limbi 5-fidi 2-lab. lobis subaequalib. planis. *Anth. loc. divaricatis confluent.* (Hba, fol. alt. duplicato-inciso-serratis, pedunc. ax. subsolitar. abbreviatis. — *Mexico.*) . . . . Pogostoma. Schrad.

3. — *dilatatum, integrum. Caps. linearis,* valv. navicularib. indivisis septo placentifero demum libero apice 2-fido parallelis. Sem. 00, oblonga, laevia. Cal. 5-part., lobis angustis acutis subaequal. Cor. tubulosa, 2-lab., labio sup. breve 2-fido, infer. 3-fido, lobis omnib. planis. Stam. postica breviora; anth. per paria approximatae, liberae, loc. discretis parallelis. (Hbula ramosa, fol. opp. pinnatisect., segm. integris v. incisis, pedunc. ax. secundis 1-flor. ebract. brevib. — *Mexico.*) . . . . Schistophragma. Benth.

4. — *obtusum. Caps. 2-sulca,* valv. demum 2-fidis, placent. coadunatis liberis. Sem. 00, laevia. Cal. 5-part., subaequalis. Cor. infundibuliform., limbo 5-part. vix patente, lobis aequal. brevib. integris. Stam. postica breviora, anth. loc. parallelis. (Hb. ramosae, diffusae, fol. opp. pinnatifid., pedunc. ax. solitar. racemos. — *Ind. or, Aegypt, Amer. bor.*) . . . . Sutera. Roth.

b. Stigma subsessile, subglobosum, utrinque auricula dentiformi auctum. Caps. ovata, valvis demum 2-fidis septo placentifero parallelis. Sem. 00, ovata, subrugosa. Cal. 5-part., aequalis. Cor. hypocraterimorpha, limbi 5-part. lobis subaequal. emarginatis v. 2-fidis patent. Stam. postica breviora; anth. reniform., confluenti-1-loc. (Hb. caespitosa pubesc., fol. alt. spathulat. inciso-dentat., corymbis term., fl. roseis v. alb. — *Alp. Europ.*) . . . . Erinus. L.

c. — subbilobum. Stylus simplex, filiformis. Caps. 00-sp., valvis 2-fidis. Cal. 5-part.

1. *Antherarum loculi paralleli, contigui.* Stigma subbilobum. Caps. ovata, valv. coriaceis, placentis coadunatis demum liberis. Sem. scrobiculata. Cal. aequalis. Cor. subcampanulata, tubo brevi, limbo 5-fido subaequali. (Hbae, fol. alt. oblong. serrat., pedicell. ax. geminis saepe elongatis. — *Amer. trop.*) . . . . Capraria (L.) Benth.

2. — *loculi disjuncti, stipitati.* Stam. postica breviora; anth. per paria approximatae, liberae. Stigma 2-lobum, v. integrum subbilabiatum. Caps. oblonga v. subglobosa, 2-sulca, septicide v. loculicide 2-valv., septo e marginib. inflexis duplicato, demum libero, placent. adnatis. Sem. striata. Cal. tubuloso-campanulat., 5-part., subaequal. Cor. ringens, labio sup. emarginato, infer. 3-lobo. (Hb. v. suffrut., fol. opp. v. verticillat. plerumque dentat., fl. ax. v. superne racemum v. capitulum formantib. — *Asia et Amer. trop.*) . . . . Stemodia. L.

II. Caps. loculicide 2-valvis (cfr. supra Stemodia). Stam. inclusa, didynama.

a. Stigma indivisum. Styl. simplex.

1. *Calyx campanulat., breve 5-fidus, lobis ovatis saepe foliaceis.* Cor. fauce gibberula. Stigma subincrassatum, dilatatum. Caps. oblonga, 2-sulca, loculicida, placentis interdum tandem solutis. Cor., stam., caps., sem. Stemodiae. (Hbae, interdum scandentes, siccae saepe nigrescentes, fol. opp. dentat., fl. ax. sessil. oppos., v. racemos spicasve interruptas ax. v. term. formant. — *Asia trop. et subtrop.*) . . . . Lindenbergia. Lk. et Otto.

2. — *tubulosus, prismaticus,* 5-dent. Cor. 2-lab., labio super. 2-lobo, infer. 3-fido, lobo medio parum dissimili basi 2-gibboso. Anth. loc. divaricati. Stigma complanatum. Caps. valvis demum 2-fidis, marginibus inflexis a placentis coadunatis tardius solutis. Sem. 00, ... (Hba, fol. oppos. linear., pedunc. ax. et term. 1-flor. ebracteat., cor. coccin. v. luteis. — *Nov. Holl.*) Uvedalia. R. Br.

b. Stigma 2-lamellatum. (v. pag. sequ.).

SCROPHULARINAE.

Tribus XI. *GRATIOLEAE.*

(Continuat.)

IV. *B*. II.

b. Stigma 2-lamellatum. Caps. loculicide 2-valv., 00-sp. (Stam. didynama, inclusa; filam. simpl.)

1. *Calyx tubulosus, 5-fid., aequalis. Cor. infundibuliform., limbo subbilab., labio super. 2-lobo,* inf. 3-fido, lobis omnib. planis. Filam. apice saepius abrupt. incurva v. dilatata. Anth. per paria cohaerentes, loc. parallelis distinctis. Stigma oblique dilatatum. Caps. 2-sulca, valv. demum 2-fidis a placentis coadunatis tarde solutis. Sem. rugosa. (Hbae aquat. v. paludosae; fol. oppos., submersa capillaceo-00-part., emersa integra v. dent. v. incisa; fl. ax. v. racemosi. — *Asia et Nov. Holl. trop.*) . . . . . . Limnophila. R. Br.

2. — *campanulatus, 5-fid., subaequalis. Cor. 2-lab., labio sup. 2-dent. v. 2-fido,* infer. longiore 3-fido basi (palato) 2-gibboso, lobis integris. Anth. per paria cohaerent. v. approximatae, loc. divergent. v. divaricat. demum confluent. Caps. valvis integris, medio septiferis septo placentifero demum libero contrariis. Sem. striata. (Hbulae saepe repentes; fol. dent. v. lobata, ramor. steril. oppos., floral. alterna; racemi term. — *Asia trop., Japon., ins. Diemen*) Mazus. Lour.

3. — *tubulos., prismatic., 5-dent., plus minus obliquus. Cor. 2-lab., labio sup. 2-lobo,* infer. 3-fido basi saepe 2-gibboso, lobis subaequalib., lateralib. saepe reflexis. Anth. loc. divaricati, demum confluent. Caps. valv. integris medio septiferis placentae demum liberae contrariis. Sem. utrinque subulata. (Hbae, fol. opp. dent. v. integerr., pedunc. ax. 1-fl. ebract., supremis saepe racemosis, cor. rubr. violac. alb. v. luteis. — *Amer., Asia et Nov. Holl. temp. et trop.*) . Mimulus. L.

4. — *tubulos., prismat., inaequaliter 5-dent. Cor. 2-lab., lobis 5 subaequalib.* saepius emarginatis. Anth. loc. divaricati. Caps. oblonga, valv. medio septiferis placentas adnatas auferentibus. Sem. utrinque subulata. (Suffrut., fol. opp. sessil. integerr. v. serrat. saepius viscosis, pedunc. ax. 1-fl. ebract., cor. coccin. v. luteis. — *Californ.*) . . . . . . Diplacus. Nutt.

III. Caps. septifrage 2-valvis (cfr. Ellobum), 00-sp.

a. Filamenta omnia simplicia (nec basi appendiculata).

† *Calyx aequalis v. subaequalis.*

α. Stigma 2-lamellatum. Capsulae valvae septo placentifero parallelae. Stam. inclusa.

1. *Antherae distinctae, subgloboso-didymae.* Caps. subglobosa, 2-sulca, valvis indivisis. Sem. angulata, laevia. Cal. campanulat., 10-gonus, 5-dent. Cor. 2-lab., labio sup. breviore emarginato adscendente, infer. 3-fido biseriatim barbato, lobis integris. (Suffrut., ramis 4-gonis, fol. opp. linear. subdent., fl. racemoso-spicat. purpur. — *Asia occ. et bor.*) . . . . . . Dodartia. Tourn.

2. — *loculi divaricati, demum confluentes.* Caps. valv. demum 2-fidis margine inflexis. Sem. scrobiculata. Cal. 5-part. Cor. 2-lab., labio sup. breviore 2-lobo, inf. 3-fido, lobis subaequalib. obcordatis. (Hbae erectae, caule 4-gono, fol. opp. linear. integr. v. dent., pedunc ax. 1-fl. apice 2-bract., fl. coerul. — *Nov. Holl.*) . . . . . . Morgania. R. Br.

3. — *per paria approximatae, loculis parallelis.* Caps. globosa, valv. margine planis mox bifidis. Sem. scrobiculata. Cal. 5-part. Cor. 2-lab., labio sup. breviore 2-lobo, inf. 3-fido, lobis subaequalib. obtusis. (Hba, caule 4-gono fistuloso, fol. opp. serrat. subpellucido-punct., pedunc. ax. 1-fl. apice 2-bract, fl. coeruleis. — *Brasil.*) . . . . . . Sphaerotheca. Cham.

4. — *per paria cohaerentes, loc. parallelis.* Caps. valv. integris margine planis. Cal. 5-part. Cor. tubo calycem aequante v. superante, labio sup. retuso, inf. 3-fido basi 2-carinato. (Hbae tenellae, fol. opp., floral. minutis, pedunc. ax. et term. ebract. — *Nov. Holl.*) . . . . . . Ilyogeton. Endl.

β. Stigma obtusum, emarginatum. Caps.? siliquaeform., subulata, 2-loc., 00-sp., ... Cal. 5-part. Cor. infundibuliform., 2-lab., labio sup. retuso, infer. majore 3-lobo, lobo medio angustiore. Stam. exserta. Anth. per paria cohaerent., 2-loc. (Hba radicans, pilosa, fol. opp. ovat. serrat., racemis ax. paucifl., pedicell. fructif. recurv. — *Java.*) . . Ellobum. Blume.

γ. — obtusum, indivisum. Caps. ovata, subcompressa, valv. membranac. integris margine planis septo demum libero parallelis. Sem. rugosa. Cal. campanulat., 5-fid. Cor. infundibuliformi-campanulata, 2-lab., labio sup. breviore oblongo integro, infer. concavo 3-lobo, lobo medio majore emarginato. Stam. postica breviora, tubo inserta, anth. loc. aequalib. parallelis, connectivo simplici; antica ad basin labii infer. inserta, anth. stylum amplectentib., loc. subinaequalib., connect. postice glanduloso. (Hba repens, fol. alt. suborbiculat. integerr., racemo term. subsimpl. secundo. — *Brasil.*) . . . . . . Heteranthia. Nees et Mart.

†† *Calyx inaequalis*, 5-phyllus, foliolis 3 exteriorib. latiorib., postico saepius maximo, interiorib. s. anticis 2 angustiorib. Cor. subbilabiata, labio super. emarginato v. 2-fido, rarius integro, infer. 3-fido, lobis omnib. planis subaequalib. Stam. inclusa, anth. per paria approximatis, loc. divergent. v. divaricatis demum confluent. Stigma emarginat. v. 2-lamellatum. Caps. valvis septo placentifero parallelis, margine plerumque planis. Sem. scrobiculata. (Hbae saepius repentes, fol. opp. dent. v. integerr., fl. ax. solitar. v. glomerat. — *Reg. trop. et subtrop. totius orbis.*) . . . . . . Herpestes. Gaertn.

{ 1. Caps. valvae integrae v. breve 2-fidae, marginibus inflexis. . . . . . *Matourea, Aubl.*
{ 2. — — bifidae. Stigma compresso-2-lamellatum. Sepalum posticum majus. . . . . . *Caconapea, Cham.*
{ 3. — — — Stigma capitellato-emarginatum. Sepala aequilonga, 3 exter. latiora. . . . *Ranaria, Cham.*
{ 4. — — — Stig. depresso-capitat. v. emarginat. Sepala demum aucta, posticum saepe cordatum. *Bramia, Lam.*

b. Filamenta antica basi appendice aucta, ad basin labii inferioris inserta, elongata; postica breviora. Caps. valvis integris, membranaceis, margine planis, septo placentifero demum libero parallelis. Sem. 00. (Hbae glabrae v. villosae, fol. opp. integr. v. dent.)

1. *Calyx tubulosus v. campanulat., subaequalis, 5-dent. v. 5-part.* Cor. tubo exserto, limbi subbilab. labio super. breviore. Filam. antica arcuata, basi appendice filiformi v. dentiformi aucta. Anth. per paria cohaerentes, loc. divergent. v. divaricatis apice confluent. Stigma 2-lamellat. v. simplex. Caps. globosa, oblonga v. linearis. (Flor. ax. oppos. v. fasciculat. superiores saepe racemosi. — *Amer., Ind. or.*) . . . . . . Vandellia. L.

2. — *tubulosus, tubo angulato v. alato, limbo oblique 5-dent. v. bilabiato,* labio sup. 3- infer. 2-dentato. Cor. ringens, labio sup. 2-fido, infer. 3-fido, lobis planis. Filam. Vandelliae. Anth. per paria cohaerent. v. approximatae, caet. Vandelliae. Stigma 2-lamellatum. Caps. oblonga, calyce brevior. (Inflor. Vandelliae. — *Asia et Austr. trop.*) . . . . . . Torenia. L.

3. — *5-partitus, subaequalis.* Cor. infundibuliform. v. campanulata, limbo 4-fido subbilab., lobo superiore latiore, tubo intus 4-squamato. Filam. antica basi appendice brevi obtusa aucta; anth. per paria cohaerent., loc. divaricat. conniventib. Stigma 2-lamellat. Caps. subglobosa. (Facies Sesami, flor. in racemis term. oppos. breve pedunculat. — *Ind. or.*) . . . . Artanema. Don.

C. Caps. ***oblonga, 1-loc., 2-valvis,*** valv. integris, columna centrali placentifera fusiformi libera. Sem. 00, rugosa. Cal. 5-part., aequalis. Cor. calyce brevior, tubo ventricoso, fauce constricta, limbi subbilab. labio super. brevi emarginato, infer. 3-lobo, lobo medio paulo latiore. Stam. didynama, inclusa; filam. brevissima, simpl.; anth. loc. subparalleli. Stigma 2-lobum. (Hba paludosa, procumb., fol. opp. 3-nerv. integerr., pedicell. ax. 1-fl. ebract. — *Eur., Amer. temp.*) . . Lindernia. All.

D. — ***globosa, 4-sulca, 1-loc., 4-valvis,*** placenta centrali libera apice emarginata. Sem. 00, oblonga, striata. Cal. 2-bract., 5-dent., aequal. Cor. brevis, 2-lab., labio super. emarginato, infer. 3-fidi lobo medio latiore concavo. (Stam. 4, didynama, anth. sagittatis. Styl. pilosus, stig. bilobo. (Hba procumb. paludosa, caulib. alato-4-gonis, fol. oppos. sessil. reniform. undulatis 00-nerv., pedunc. ax. 1-flor. subsolitar., fl. coerul. — *Guiana.*) . . . . . . Conobea. Aubl.

V. **Stamina 5, aequalia,** anth. sagittatis, loc. subparallelis. Stigma 2-lamellatum. Sem. 00, scrobiculata. Cal. 5-part. Cor. subrotata v. campanulata, tubo brevissimo, limbo 5-fido aequali.

1. *Caps. membranacea, 2-loc., vix dehiscens, septo per totum superficiem placentifero* membranaceo. Sem. horizontalia, ovoid., acuminata. Cal. inaequal., lobis 3 exter. foliaceis, postico maximo, 2 interiorib. lateralib. lineari-carinatis. Anth. linear. (Hbae paludosae, glabrae, fol. opp., pedunc. ax. solitar. v. fasciculat. 1-fl., bract. 2 setaceis, cor. coerul. v. albis. — *Amer. trop.*) . . . . . . Bacopa. Aubl.

2. — *oblonga, obtusa, subcompressa, 2-loc., septicide 2-valvis,* valv. coriaceis 2-fidis, placentis coadunatis demum liberis. Cal. aequalis. Cor. limbo patente. Stam. subexserta. Stylus brevis. (Frut., ramis et fol. alternis serratis, pedicell. ax. solitar. v. geminis. — *Peruvia.*) . . . . . . Xuarezia. R. et Pav.

SCROPHULARINAE.

(Continuat.)

Tribus XII. *RHINANTHEAE.*

A. Antherae 2-loculares.

I. Caps. 2-loc., septicide 2-valvis, columna placentifera demum libera. Sem. 00, ala irregulari cincta, sc. testa membranacea laxa ultra nucleum minimum expansa. Cal. ventricoso-tubulosus, striatus, oblique 5-fid., lobo postico brevissimo, antico lateralib. longiore latiore emarginato. Cor. ringens, labio super. fornicato integro, infer. 3-fido. Stam. inclusa, anth. loc. divaricatis aequalib. Stigma subincrassatum. (Hba simpl. pubesc., fol. opp. integerr., racemis term., fl. atropurpur. basi 2-bract. — *Amer. bor.*) . . . . Schwalbea. L.

II. — 2-loc. (raro sub-4-loc., cfr. Bungea) **loculicide 2-valvis** (cfr. Parentucellia) pleiosperma, valvis medio septa placentifera gerentibus.

A. Antherae posticae effoetae v. interdum nullae; anticae exsertae, majores, reniformi-sagittatae, loc. basi plerumque mucronatis. Cal. campanulatus, subaequaliter 4-fid. Cor. ringens, tubo compresso, labio sup. galeato integro, inf. angustiore plicato 3-fido, lobis subaequalib. Stigma clavatum, indivis. Caps. compressa. Sem. 00, nucleo intra testam laxe membranaceam reticulatam minimo. (Hb., fol. opp. serrat. v. pinnatifid., fl. ax. v. term. subspicat. rubr. — *Mexico, Peru.*) . . . . Lamourouxia. H.B.K.

B. — omnes fertiles.

I. Calyx compresso-tubulosus, hinc fissus, inde 2-4-fid. v. dentatus. Cor. ringens, tubo compresso, labio super. lineari-canaliculato integro, infer. breviore v. brevissimo 3-fido v. 3-dent. Stam. exserta, anth. loc. parallel. v. divaricatis muticis saepe inaequalib. Stigma capitatum v. 2-lobum. Caps. ovata, compressa. Sem. 00, testa laxa reticulata. (Hb. suffrut. v. frut., fol. alt. integr. v. 3-fidis, floral. dissimilib. coloratis, fl. ax. solitar. v. term. spicatis albidis v. viresc. — *Amer. trop. et temp., Asia bor. — orient.*) . . . . Castilleja. Mut.

A. Antherarum loculi inaequaliter inserti, disjuncti, villosi, altero terminali, altero inferiore laterali. Cal. 2-fid., lobis acutis integris corollam subsuperantib. Cor. 2-labiata, labiis subaequalib., galea oblonga erecta breve 2-fida. Stam. inclusa, filam. villosis. Stigma ..... Sem. ..... (Hba rigida, glanduloso-pubesc., fol. linear. saepe 3-fid., capit. term. pauciflor., bract. adpressis 3-fid. ciliatis. — *Nov. Californ.*) . . . . Adenostegia. Benth.

B. — loculi aequaliter inserti.

a. Semina aptera, ovata, testa arcte involvente. Cor. ringens, labio super. galeato, infer. 3-lobo. Stigma plerumque capitatum indivis.

1. *Calyx subventricosus, inaequaliter 5-dent., aut 2-labiatus,* labio sup. 2-dent. v. integerr., infer. 3-dentato. Cor. galea obtusa v. rostrata, labio infer. patente v. clauso. Anth. loc. obtusi v. acuti v. calcarati. Caps. oblique rostrata, rarius subglobosa recta, septis basi placentiferis. Sem. angulata, raphe valida percursa, chalaza rostellaeformi. (Hbae, interdum subacaules, fol. alt. opp. v. verticill. inciso-dent. v. pinnatifidis, racemis v. spicis term., rarius fl. ax. subsolitar., cor. rubr, luteis v. albis. — *Tota hemisphaera boreal.*) . . . . Pedicularis. Tourn.

2. — *2-labiatus, labio super. glaleato brevissime 2-dent., infer. 2-partito.* Cor. galea angustissima recta v. deorsum arcuata genitalia vaginans, labio infer. amplo. Stam. inclusa, breviora longioribus spiratim circumvoluta; anth. muticae. Caps. compressa. Sem. pauca, subcompressa, pendula, umbilico infra apicem ventrali. (Hbae, fol. opp. serrat. fl. ax. solitar. pedunculat. purpurasc. — *Caucas., Asia minor.*) . . . . Rhinanthus (L.) M. B.

3. — *tubulosus, inflatus, membranac., 5-dent.*, dent. glanduloso-pilosis. Cor. tubo gracili, galea ovata, labio infer. lineari versus faucem piloso canaliculato apice 3-lobo. Anth. conniventes, globoso-didymae. Stigma crassum, truncatum. Caps. subbiloc., septo ex valvarum marginib. inflexis incompleto, placentis parietal. Sem. funiculis brevib. appensa, ... (Hba pilosa, fol. opp. 5-7-nerv. serrat., floral. incisis, fl. spicat. v. racemos. purpur. — *Libya.*) . . . . Parentucellia Viv.

4. — *campanulatus (non inflatus) 2-labiato-4-fid. v. 4-dent.* Cor. ringens v. subpersonata, galea compressa emarginata marginib. reflexa, labio infer. 3-dent. v. 3-fido 2-gibboso. Stam. inclusa; anth. 2-fidae, loculis omnium v. stam. inferiorum basi mucronatis. Germ. pauciovulatum, basi hinc glandula stipatum. Stig. obtusum. Caps. ovata, acuminata, septo prope basin seminifero. Sem. in quoque loc. 1-2, raphe filiformi, umbilico laterali, chalaza terminali carnosa. (Hb., fol. opp. angustis integris, floral. dentat. v. laciniat. saepe colorat., spicis term. saepe secundis v. comosis, fl. luteis v. purpurasc. — *Eur., Amer. bor.*) . . . . Melampyrum. Tourn.

b. Semina testa membranacea laxa ultra nucleum expansa alata v. marginata. Caps. compressa. Sem. pauca, compressa, pendula, umbilico prope apicem marginali.

1. *Calyx compresso-ventricosus, membranaceus, subbilabiato-4-dentatus.* Cor. galea compressa apice 2-dentata, labio infer. subaequali 3-fido. Stam. sub galea inclusa, anth. horizontal. muticis villosis. Germ. pauciovulatum, basi hinc glandula stipatum. Styl. subexsertus, stig. subcapitato. Sem. scrobiculata, ala circulari. (Hbae, fol. opp. dentat., floral. dilatatis, spicis term., fl. luteis. — *Eur., Asia occ.*) . . . . Alectorolophus. Hall.

2. — *campanulat., costatus, subaequaliter 5-fidus,* lobis linearib., interdum cum minorib. 5 interjectis. Cor. tubo superne inflato, galea integra v. 2-fida marginib. reflexa, labio infer. 3-lobo, palato gibbo. Stam. antica galeam aequantia, postica inclusa; anth. sagittatae, loc. basi mucronatis. Germ. multiovulatum. Stig. capitatum, indivis. Caps. septum indivisum valvas connectens. Sem. angulata, margine irregulari, testa spongioso-membranacea. (Hbae basi suffrutesc., cano-villosae, fol. opp. angust. integerr., fl. ax. solitar. subsessil. luteis 2-bract. — *Sibiria.*) . . . . Cymbaria. Messerschm.

II. Calyx aequaliter v. subaequalitex 4-fidus, raro 5-part.

a. Semina 00, testa laxe membranacea reticulata ultra nucleum minimum expansa. Caps. ovato-ellipt. Cal. tubulosus v. campanulat., 4-fid., aequalis. Cor. personata, labio sup. minore compresso, marginib. reflexis, infer. concavo obsolete 3-dentato. Stam. inclusa, anth. loc. divaricatis inaequalib. Stig. vix incrassatum. (Hb., fol. integr. v. laciniatis, fl. solitar. sessil, — *Amer. bor.-occid.*) . . . . Orthocarpus Nutt.

b. — testa arcte involuta (v. pag. sequ.).

SCROPHULARINAE.

Tribus XII. *RHINANTHEAE.*

(Continuat.)

A. II. *B.* II.

b. Semina testa arcte involuta (cfr. Bungea). Stigma subcapitatum. Cor. ringens, labio infer. 3-lobo. Anth. loculi paralleli, basi plus minus discreti.

α. ***Antherarum loculi basi acuti, mucronati.*** Calyx subaequaliter 4-fidus. Cor. labio sup. galeato. (Hbae, plerumque glanduloso-pubesc., fl. ax. solitar. v. in spicam term. foliosam approximatis rubr. purpur. albidis v. luteis.)

1. *Caps. sub-4-loc. rostrata, apice 2-valvis. Sem.* 00, *compressa*, subalata? rugosa. Cal. tubulosus. Cor. galea 3-dentata, labii infer. longioris lobis lanceolatis. Stam. inclusa. (Fol. opp. sessil. 3-part., lobis linearib., cal. basi 2-bracteolat. — *Caucas., Asia minor.*) . . . Bungea. C. A. Mey.

2. — *ovata, turgidula, 2-loc., brevirostris v. submutica. Sem. curvula,* dorso convexo acute costata v. laeviuscula, pendula, umbilico prope apicem subventrali. Cal. campanulat. v. tubulosus. Cor. galea compressa integerr., labii inf. subaequalis lobis integris. Stam. galea inclusa v. vix exserta. Stig. interdum 2-lobum exsertum. (Fol. opp. dent. v. incisa. — *Eur., Amer.*) . . . . Bartsia. L.

3. — *oblonga, ex apice obtuso breve mucronata, 2-loc.*, valv. indivisis v. demum 2-fidis. Sem. 00, pendula, fusiform., costata, rhaphe valida percursa. Cal. campanulat. Cor. galea 2-fida, labii inf. longioris lobis emarginat. v. rarius integris. Stam. inclusa v. exserta; *antherarum inferiorum loculis exteriorib. longius mucronatis.* Styl. inclusus. (Fol. opp., rarius alt., dentata v. incisa, floral. saepius latiora. — *Region. temp. totius orbis.*) Euphrasia. Tourn.

4. — *(Euphrasiae) apice 2-valv. Sem.* 00, *ovata*, costata, rhaphe valida percursa. Cor. galea compressa, emarginata, labii infer. subbrevioris lobis integerr. Stam. subexserta, *anth. mucronib. aequalib.* Styl. exsertus. (Fol. opp. v. superne alt., linear, serrata v. integerr. — *Europa, Asia bor.*) . . . . Odontites. Hall.

β. ***Antherarum loculi basi acuti, mutici.*** Stig. incrassato-capitat. subbilobum. Caps. oblonga, recta, valv. integris..... Sem..... Cal. infundibuliform., tubo elongato, limbo subaequaliter 4-5-partito. Cor. tubo calycem aequante, labio super. concavo incurvo indiviso, infer. breviore 3-fido, lobis integris. Stam. 4 sub labio super. (Hba puberula, fol. infer. opp., super. alt. pinnatifidis, fl. sparsis subdistant. subsessil. spicas interruptas v. racemos term. formant. purpur. — *China.*) . . . . . Siphonostegia. Benth.

III. Caps. subdrupacea, abortu 1-loc., 1-sp., subbivalvis. Sem. pendulum, ovatum, umbilico laterali strophiolato. Cal. subaequaliter 4-5-fid. Cor. tubo subinflato-cylindrico, limbi 5-lobi subbilabiatim patentis lobis subaequalib. planis. Stam. didynama; anth. subexsertae, loc. basi mucronatis. Stig. obtusum. (Hba succosa, fol. opp. sessil. ovat. crenat., racemis term. foliosis, fl. luteis. — *Alp. Europ.*) . . . . Tozzia. Micheli.

IV. — ovata (ut germen) **1-loc., 2-valv., 00-sp., valv. medio placentiferis.** Sem. exigua. Styl. brevissimus, stig. 2-fido. Cal. 2-phyllus, bracteiformis. Cor. campanulata, limbi 4-fidi lobis subincisis. Stam. 4 subdidynama, inter lobos cor. inserta, filam. brevib., anth. 2-loc. subglobosis. (Hba subsimplex carnosa, fol. opp. sessil. subrotund., fl. term. confert. pallide coerul. — *Amer. bor.*) . . . . Obolaria. L.

B. Antherae 1-loculares, lineares, muticae. Stam. didynama. Cal. tubulos., 4-fid. Cor. ringens, tubo filiformi exserto, labio sup. recto subulato indiviso, infer. 3-part., lobis saccatis. Stig. oblongo-2-lobum. Caps. calyce inclusa, oblonga, 2-loc., loculicide 2-valv., valvis medio septa placentae centrali adnata gerentibus. Sem. 00, oblonga, aptera, scrobiculata. (Hba, fol. semiamplexicaul. apice pinnato-incisis, infer. saepe oppos., super. alt., fl. ax. solitar. sessil. albis demum roseis. — *Nova Californ.*) . . . . Triphysaria. F. et Mey.

Tribus XIII. *BUCHNEREAE.*

A. Caps. septicide 2-valvis, valv. apice 2-fidis placentas coadunatas nudantibus. Sem. 00, scrobiculata. Stylus simplex, stig. subclavato v. obtuso. — (*Afr. austr.*) . . . . . . Subtribus I. MANULEAE.

I. Stam. 4 didynama, aut 2; postica tubo inclusa, anth. oblong. erectis; antica fauci inserta, anth. minorib. transversis saepe sterilibus, aut penitus abortiva. Cal. ovato-tubulosus, 5-dent., 2-labiatus v. 2-part. Cor. persist., tubo elongato, basi demum fisso, fauce aequali saepe hispida, limbo patente subaequaliter 5-part., lobis 2-fid. v. integris. Caps. coriacea v. membranacea. (Hb. v. suffrut. viscosi, fol. infimis oppos., super. alternis, saepe dentat., floral. integris interdum calyci adnatis, fl. sessil. dense v. interrupte spicatis.) . . . . Zaluzianskya. Schmidt.

II. — 4, didynama, anth. conformibus 1-loc. Caps. membranacea.

a. Calyx membranaceus, bilabiatus, fructifer 2-partitus. Cor. persist., tubo demum fisso, fauce latiore, limbo patente subaequaliter 5-fido, lobis integris. Stam. tubo prope faucem inserta, anth. exsertis. (Hbulae viscosae, fol. opp. dent., spicis term. capituliform. demum saepe elongatis, fol. floral. pedicello brevissimo adnatis.) . . . . Polycarena. Benth.

b. — 5-partitus, subaequalis.

1. *Corolla persist., tubo calyce breviore, limbo patente subaequaliter 5-fido, lobis integris. Stam. tubo inserta,* exserta. Calycis lobi basi margine membranaceo juncti. (Hbae, fol. opp. inciso-dentat., floralib. pedicello brevissimo adnatis, inflor. Polycarenae, fl. parvis aurant. purpur. v. coerul.) . . . . Phyllopodium. Benth.

2. — *subrotata, tubo brevissimo, limbi 5-part. lobis subaequalib. rotundatis. Stam. fauci inserta,* adscendentia, anth. cuneatis. Stigma obtusum. (Suffrut. viscoso-pubesc., fol. opp. dent., floral. pedicello breviorib. liberis integerr.) Sphenandra. Benth.

3. — *infundibuliform. v. hypocraterimorpha, rarius tubo brevissimo subcampanulata,* fauce dilatata, limbo plano subaequaliter 5-fido, lobis obovat. v. rotundatis. Stam. tubo inserta, anth. faucem aequantib. v. breve exsertis. (Hb. v. suffrut., fol. opp. dent. v. integerr., floral. liberis, fl. ax. v. racemos. pedunc., caps. glabris.) . . Chaenostoma. Benth.

4. — *decidua, tubo elongato viscoso postice apice gibbo v. incurvo, limbo bilabiato-5-fido patente,* lobis subaequalib. Stam. tubo inserta, inclusa. Calycis lobi lineares, subfoliacei. (Hb. v. suffrut., fol. infer. oppos., sup. alt. integr. dent. v. laciniat., fl. racemos. v. spicat., caps. viscosis.) . . . . Lyperia. Benth.

5. — *decidua, tubo elongato glabro v. tomentoso, limbo 5-part. aequali v. lobis 4 superiorib. approximatis,* omnib. 2-fidis v. integris. Stam. tubo inserta, inclusa. Calycis lobi linear. v. subulati. (Hb. v. suffrut., fol. saepe ad caulis basin congestis, racemis simpl. v. compos. bracteat. v. nudis, fl. saepe aurantiis, caps. glabris.) . . . Manulea. (L.) Benth.

B. Caps. loculicide 2-valvis (cfr. Cycnium). Stylus simplex, stig. subclavato. Stam. corollae tubo inserta, inclusa, anth. 1-loc. . . . . Subtribus II. EUBUCHNEREAE.

I. Stamina 2, sterilium rudimenta nulla. Anth. approximatae, triangulari-semihastatae. Caps. ovoidea, 2-sulca, rostro recto obtuso, valvis apice fissis placentas coadunatas nudantibus. Sem. 00, testa laxa reticulata. Cal. 5-part. Cor. tubulosa, limbo patente subaequaliter 5-fido, lobis planis brevib. rotundatis. (Hba erecta, glanduloso-hirta, fol. alt. linear. integerr., pedicell. ax. solitar. 1-fl. secundis filiform. apice 2-bract. — *Senegambia.*) . . . . Doratanthera. Benth.

II. Stamina 4, didynama.

a. Caps. carnosa, 2-loc., indehiscens? Sem. .... Cal. longe tubulosus, 5-fid. Cor. tubo cylindrico, recto, limbo patente subaequaliter 5-fido, lobis ovatis integris. (Hbae rigidae, scabrae, fol. opp. v. superiorib. alt., dentat., fl. racemos. v. ax. solitar., cal. basi 2-bract. — *Afr. austr.*) Cycnium. E. Mey.

b. — coriacea v. subcoriacea, 2-valvis, valv. integris, placentas coadunatas nudantibus. (Hbae, fol. inferiorib. oppos., superiorib. alternis, fl. in spicas v. racemos term. dispositis.)

1. *Calyx campanulatus, 5-fid.* Cor. tubo tenui longe exserto, limbo patente subaequaliter 5-part., lobis obovatis planis. Caps. oblique mucronata, rostrata, 00-sp. (Fol. angusta, integerr. v. pinnatisecta, fl. saepe ebract. — *Asia et Afr. trop. et austr.*) . . . . Rhamphicarpa. Benth.

2. — *breve tubulosus, obsolete 10-nervis, 5-dent.* Cor. subhypocraterimorpha, tubo tenui exserto recto v. subincurvo, limbi patent. subaequaliter 5-fidi lobis oblong. v. obovatis. Caps. recta, elastice dehisc. Sem. 00, angulata. (Fol. dent. v. integerr., floral. bracteiform., fl. sessil. 2-bracteolat. — *Asia., Afr., Amer. trop. et subtrop.*) Buchnera. (L.) Benth.

3. — *breve tubulosus, 5-15-costatus, 5-dent. v. semi-5-fid., rarius 4-dent.* Cor. tubo tenui medio v. supra medium infracto, limbi 2-lab. labio super. saepius breviore integro emarginato v. 2-fido, infer. 3-fido. Caps. recta, valvis medio septiferis. Sem. 00, angulata. (Hbae epigeae, foliatae, v. Orobanchearum more super radices parasiticae et fol. squamaeformia gerentes; fl. sessil., nudi v. 2-bracteol. — *Asia et Afr. trop. et subtrop.*) . . . Striga. Lour.

CLXII. OROBANCHEAE.

I. Capsula (ut germen) **2-locularis.** Flores hermaphroditi. Stam. inclusa. . . . . **Tribus I. *AEGINETIEAE.***

I. Filamenta monadelpha, corollae labio inferiori ad basin adnata, filamentis connatis in membranam stylum semivaginantem in margine superiore antheras 5 v. rarius 4 ellipticas 2-loc. in orbem dispositas gerentem. Stigma capitatum. Caps. globosa, didyma, 2-valv., septo e valvarum marginib. introflexis, loc. 1-sp. Sem. globosa, septo adhaerentia. Cal. turbinatus, 5-dent. Cor. ventricosa, 3-fido-bilabiata, labio super. concavo 2-part. inferius brevius fornicatum integrum amplectente. (Hbae, in stirpium radicib. parasiticae, caul. squamosis apice 2-3-furcatis, spicis term. dense squamoso-bracteatis, bract. 1-floris. — *Java.*) . . . . Epirhizanthus. BLUME.

II. — libera, 4 didynama, corollae tubo inserta.

1. *Calyx 2-labiatus, labio sup. 2-fido, inf. 3-fido.* Cor. tubulosa, sursum ampliata, limbi 5-part. lobis late ovatis obtusis. Filam. barbata; anth. didymae, ... Stigma paulo incrassatum, utrinque striatum. Caps. ovata, obtusa, didyma, 2-loc., 2-valv., loc. 1-sp. Sem. ovata. (Hba habitu Orobanches, exsiccatione nigrescens, caule simpl., squamis villosis superiorib. majorib., spica term. squamata, fl. flavis purpureo-striat. — *Afr. austr.*) . . . . Alectra. THUNB.

2. — *coloratus, 2-bracteolat., 5-part., lobis linear. obtusis subaequalib.* Cor. ringens, tubo incurvo, labio super. compresso fornicato integerr., inf. obsoleto 3-fido, lobis lateralib. nanis reflexis, infimo antico minimo dentiformi. Filam. e basi dilatata teretia; anth. liberae, 1-loc., pendulae, muticae, basi acuta dehisc. Stigma clavato-incrassatum, emarginatum. Caps. 2-valv., valvis medio placentas 2 porrectas late bilobas gerentibus, columna centrali placentas jungente apice deliquescente demum libera. Sem. 00, minima. (Hba parasit., sanguineo-villosa, scapo crassiusc. imbricatim squamoso, spica term. capitata ampla, bract. latis brevib., fl. rubris, cal. corollae tubum aequante. — *Afr. austr.*) . . . . Hyobanche. THUNB.

3. — *ebracteolatus, laxe spathaceus, antice fissus, postice acutus.* Cor. tubo cylindrico, calycem parum superante, subincurvo, limbo subaequaliter 5-fido 2-labiato. Stam. imo tubo inserta; filam. teretia, convergent.; anth. per paria cohaerentes, ex apice connectivi incrassati pendulae, apice truncatae, basi acuta dehisc., staminum inferiorum postice in calcar conicum obtusum productae. Germ. placentis in quovis loc. 2, divaricatis, crassis, undulatis, versus septum planum basi apiceque insertum marginibus liberum porrectis. Stigma carnosum, magnum, peltato-cordatum. Caps. irregulariter 2-valv., valvis medio placentiferis. Sem. 00, minima. (Hb. parasit., scapo abbreviato squamato pedunculos nudos 1-floros solitar. v. caespitoso-confertos exserente, fl. majusc. speciosis. — *Ind. or.*) . . . . Aeginetia. L.

II. Capsula (ut germen) **1-locularis,** placentis 2 v. 4 parietalibus. Stam. 4, anth. 2-loc., loc. basi plus minus discretis. (Hbae in aliar. stirpium radicib. parasiticae, scapo squamato.) . . **Tribus II. *EUOROBANCHEAE.***

A. Flores hermaphroditi.

I. Placentae parietales 4, (sc. in quaque capsulae valvula geminae). Antherarum loculi basi acuti v. mucronati.

a. Flores 2-bracteolati. Corolla ringens, labio infer. 3-fido patente. Styl. simplex, stig. capitato-bilobo v. bisulco. Caps. valvae medio placentas 2 approximatas gerentes. Sem. 00, minima, testa fungosa crassa. (Habitus Orobanches.)

1. *Calyx ventricoso-tubulosus, spathaceus, antice ultra medium fissus,* postice acutus breve 4-dentatus. Cor. tubo basi ventricoso, labio sup. fornicato integro, inf. breviore, lobis subaequalib., medio obtuso. Stam. subaequalia, exserta. Caps. 2-valv. (Scapi simpl.; fl. lutei. — *Amer. bor. calidior.*) . Conopholis. WALLR.

2. — *tubulosus, 4-5-fidus dentatusve.* Cor. labio sup. erecto 2-fido. Stam. didynama, inclusa, filam. basi complanatis, anth. connectivo mucronato v. mutico. Germ. postice glandula hypogyna stipatum. Caps. apice 2-valv., valvis basi cohaerentibus. Sem. subglobosa. (Scapus simpl. v. ramosus. — *Eur. austr., Asia occ., Afr. bor.*) . . . . Phelipaea. (TOURN.) DESF.

b. Flores ebracteolati. Stam. didynama. Sem. 00, minima.

1. *Calyx subcampanulatus, 5-fidus. Cor. tubo longo incurvo,* limbi patentis subbilabiato-5-fidi lobis aequalib. Stam. inclusa. Stigma capitat., obsolete 2-lobum. Caps. 2-valv., valvis intra marginem utrinque placentiferis, placent. convergent. (Scapus basi squamis vaginatus, apice nudus 1-flor. — *Amer. bor.*) . Anoplanthus. (ENDL.) nob.

2. — *campanulatus, 4-fidus. Cor. 2-labiata, tubo brevi ventricoso, labiis integris acutis,* super. galeato paulo longiore. Anth. connexae, subexsertae. Stigma truncatum. (Scapus squamis amplexicaulib. vaginatus, in pedunc. 1-florum desinens. — *Reg. Caucasicae.*) . . . . Anblatum. TOURN.

3. — *2-phyllus, foliolis distinctis aut basi hinc antice v. rarius postice connatis integris* v. dentatis. Cor. ringens, labio super. erecto 2-fido v. emarginato, infer. 3-fido patente. Stam. inclusa, filam. basi complanatis, anth. connectivo mucronato v. mutico. Germ. postice glandula hypogyna stipatum, placentis geminatim approximatis. Stig. capitato-bilobum. Caps. incomplete 2-valvis, valv. basi et apice cohaerentib. juxta axin placentas 2 gerentib. Sem. Phelipaeae. (Scapi simpl., raro ramosi; fl. spicati, erecti, flavi albidi, rubesc. v. coerulesc. — *Reg. temp. hemisph. bor.*) . . . . Orobanche. (TOURN.) ENDL.

4. — *campanulatus, subaequaliter 4-fidus.* Cor. ringens, labio sup. subfornicato integro, inf. majore 3-dentato. Stam. subexserta. Gland. hypog., germ., placentae et sem. Orobanches. Caps. 2-valvis, valv. juxta axin placentas 2 latas confluentes gerentibus. Sem. areolata. Rhizoma ramosum, squamis carnosis imbricatum, scapi squamis paucis alternis, racemo term. bracteato cernuo secundo. — *Eur.*) . Lathraea. (L.) GAERTN.

II. Placentae parietales 2, (sc. singulae capsulae valvae medio placentam simplicem gerentes). (Flor. ebracteolati. Cor. ringens. Stam. didynama, exserta v. subexserta.)

1. *Calyx campanulatus, 4-fidus.* Cor. labio super. galeato, infer. breviore 3-lobo. Anth. loc. discreti, basi mucronati. Germ. glandula hypogyna destitutum, ovulis paucis 1-serialib. Styl. simplex, stig. capitato-bilobo. Caps. apice bivalvis, placentis linearib. Sem. 4-5 majuscula, angulata, testa coriacea crassa laevi (Rhizoma squamatum, ramosum, scapis brevissimis, flor. ex squamar. axillis solitar. longe pedunculat. strictis. — *Eur. austr.*) . . . . Clandestina. TOURN.

2. — *tubulosus, subtruncatus, inaequaliter 5-dent.* Cor. labio super. erecto fornicato bifido, infer. abbreviato subtrilobo. Anth. loc. basi discreti, mutici. (Styl. apice tubulosus, subbilabiatus, margine stigmatoso terminatus. Caps. incomplete 2-valv., valvis basi et apice cohaerentib. Sem. plurima. (Caules 00 e tubere hypogaeo nudo, scapis crassis simpl., squamis ovat. mucronatis, racemo term. spicaeformi denso. — *Asia et Amer. arct.*) . . . . Boschniakia. C. A. MEY.

B. Flores polygami, inferiores ♀, superiores ☿ steriles. Cal. 2-bract., urceolatus, 5-dent., dente postico majore, anticis profundius distinctis. ☿: Cor. tubo compresso, labio super. fornicato integro, infer. 3-fido aequali. Stam. 4, tubo inserta, inclusa, subaequal.; anth. 2-loc., loc. basi discretis cartilagineo-mucronatis. Annulus hypogynus antice deliquescens. Germ. 1-loc., placentis 2 parietal. bilobis, funic. umbil. longiusculis. Stigma emarginato-capitat. ☿: Cor. brevis, obsolete 4-dentata, mox basi soluta et germen turgens calyptrae instar tegens. Styl. brevis, stig. emarginato. Caps. brevis, ovata, apice incomplete bivalvis, valv. antice profundius distinctis medio placentiferis. Sem. 00, oblonga. (Hba in Fagorum radicib. parasitica, caul. gracil. ramos. parce squamosis, fl. laxe racemoso-spicat., bracteolis calycinis 2-fidis. — *Amer. bor.*) . . . . Epiphegus. NUTT.

CLXIII. UTRICULARIEAE.

A. Calyx 2-sepalus, sepalis aequalib. indivisis. Cor. personata, basi antice calcarata, tubo subnullo, labio super. breviore bifido, infer. majore subintegro emarginato v. sub-2-3-lobo, palato prominente. Stam. 2, labio super. inserta et inclusa; filam. conniventim incurvata; anth. term. introrsae simpl. v. constricto-subdidymae, cohaerentes, 1-loc, rima longit. dehisc. Styl. brevissimus crassus, stig. 2-labiato, labio super. brevissimo v. obsoleto, inf. lamelliformi-dilatato. Caps. globosa, 1-loc., demum irregulariter rumpens (circumscissa?), placenta basilari globosa. Sem. 00, globosa. (Hbae natantes, fol. capillaceo-multifidis vesiculis 00 aëriferis munitis, aut paludosae radicantes, fol. radical. confertis indivisis, vesiculis quandoque radicalib., scapis nudis v. paucis squamatis, fl. spicat. racemos. v. solitar. — *Totus orbis.*) . . . . Utricularia. L.

B. — 5-partitus. Cor. basi antice calcarata, labio super. breviore 2-fido v. emarginato, inf. longiore. Stam. 2, imae corollae inserta; filam. complanata; anth. term., adnatae, 1-loc., transverse 2-labiato-2-valves. Styl. brevissimus, crassus, stig. 2-labiato, labio super. breviore. Caps. 1-loc., placenta basilari globosa. (Hbae paludosae, fol. radical. rosulatis integerr. glabr.)

1. *Calyx subaequalis. Cor. personata, tubo subnullo, palato prominente.* Filam. recta. Stig. labio infer. lamelliformi dilatato. (Fol. interdum nulla; scapus solitar. erect. paucisquamatus; flor. term. 1 v. pauci racemosi, pedicell. 3-bracteatis. — *Brasil.*) . . . . Genlisea. HIL.

2. — *inaequalis, subbilabiatus. Cor. 2-labiata, tubo brevi, palato subconvexo,* labio infer. 3-lobo, lobis integris v. emarginatis, medio majore. Filam. adscendentia. Stig. labio infer. maximo cristato v. lamelliformi. Caps. ovata, acuta, 2-valv., placenta libera. Sem. ellipt., rugosa. (Fol. subcarnosa; scapi 1 v. pauci, nudi, 1-flori; fl. violac., lutei v. albi. — *Eur., Asia et Amer. bor., Mexico.*) . . . . Pinguicula. TOURN.

CLXIV. STILBINEAE.

1. *Calyx campanulatus, 5-fidus. Cor. tubo infundibuliformi, fauce barbata, limbi 5-part. subbilabiati lobis tenuissime membranaceis*, posticis 2 altius connatis. Stam. 5 summo tubo inserta, exserta, posticum anantherum; filam. subaequalia; anth. 2-loc., dorso supra basin affixae, liberae, loc. parallel. v. basi divaricatis longit. dehisc. Germ. 2-loc., loc. altero minore. Ovula in loc. solitaria, e basi erecta, anatropa. Stylus term., filiform., stig. emarginato. Utriculus tenuis, subturbinatus, 5-costat., 1-sp. (Frut., fol. 4-8 verticillat. confertis angustis integerr. rigidulis, fl. term. dense spicat. v. capitat. albis. — *Afr. austr.*) — Stilbe. Berg.

2. — *5-partitus, lobis anticis profundius distinctis. Cor.* (tubo et fauce Stilbes) *limbi 4-5-part. lobis subcoriaceis 3-nerviis.* Stam. 4. (Stilbes) sterili nullo. Caps. 2-loc., subglobosa, tenuis, apice 4-fariam dehisc., loc. 1-sp. (Caet. et habitus Stilbes. — *Afr. austr.*) — Campylostachys. Kunth.

CLXV. GLOBULARIEAE.

Genus unicum: Cal. 5-fid., aequalis v. bilabiatus. Cor. tubulosa, 2-labiata, labio super 2- inf. 3-fido. Stam. 4, summo tubo inserta, lobis alterna (5ti postici vestigium nullum) exserta, libera, postica paulo breviora; anth. incumbent., reniform., loc. 2 sub anthesi confluent. longit. dehisc. Germ. liberum, 1-loc., ovulo pendulo anatropo. Stylus term., exsertus, stig. simpl. v. brevissime emarginato-bilobo. Caryops. calyce inclusa, styli basi persist. mucronata, 1-sp., sem. inverso. (Hb. suffrut. v. frut., fol. alt. integr. v. obcordat. v. apice 3-dentatis, capit. term. v. raro ax., pedunculat., solitar. v. congestis, involucro 00-phyllo cinctis, receptaculo sphaeroideo paleaceo. — *Europa temp. et austr. ins. Canar.*) — Globularia. L.

PLANTAGOIDEAE. *(Classis.)*

I. Stylus 1. Stigma indivisum v. rarius 2-lobum. Germen 1-2-loc., loc. 1-00-ovulatis. Nucula ossea, 1-sp., aut caps. membranacea 2- v. spurie 4-loc. circumscissa, loc. 1-2-00-sp. Sem. albumine denso carnoso, radicula infera. Corolla scariosa. Stam. 4 (raro 1) epipetala v. hypogyna, corollae lobis alterna, longe exserta, filam. flaccidis. (Fol. radicalia aut oppos. v. alt., integerr. v. dentata v. incisa; flor. spicati v. capitati, raro axillar. solitar., bi- v. unisexual., monoici, cal. et cor. plerumque 4-fidis.) — PLANTAGINEAE.

II. Styli 5 liberi aut in unum coaliti. Stigmata 5 distincta. Germ. 1-loc., ovulo 1 e placenta plerumque filiformi libera pendulo anatropo. Caps. 1-sp. Sem. inversum, album. parco farinoso (raro nullo), radic. supera. Stam. 5., epipetala v. hypogyna, corollae petaloideae lobis opposita. (Fol. radical. v. alt., integerr. v. sinuato-lobata; fl. capitati v. spicati, ☿, 5-meri.) — PLUMBAGINEAE.

III. Stylus nullus. Stigma sessile, indivisum. Germ. 1-loc., ovulo e basi erecto anatropo. Bacca 1-sp. Sem. erectum, exalbum., radic. infera. Stam. 4 perigyna, corollae lobis alterna eosque connectentia. (Fol. oppos. integerr., fl. ☿, 4-meri, laxe paniculati.) — SALVADORACEAE.

CLXVI. PLANTAGINEAE.

A. Germen 1-loc., 1-ovulatum. Stylus term., filiform., longe exsertus, stig. indiviso. Nucula ossea, 1-sp.

1. *Flores monoici*; ♂ pedunculati axillar. solitar., ♀ 2-3 ad basin pedunculi masculi sessiles. ♂: Cal. 4-part., aequalis. Cor. tubulosa, limbo 4-part. Stam. 4, hypogyna. Rudimentum ovarii. ♀: Cal. 3-sepalus, sep. linear. inaequalib. unilateralibus. Cor. scariosa, urceolata, persist., ore inaequaliter 3-4-fido. Semen erectum. Embr. axilis, rectus. (Hbula aquat., stolonifera, fol. omn. radicalib. lineari-subulatis subcarnosis; pedunc. ♂ folia subaequant. supra medium 1-bract. — *Europa.*) — Littorella. L.

2. — *polygami*; ♀ cum paucis ☿ spicato-capitati, singuli bractea lata medio carnosa margine late membranacea tecti. Cal. persist., 4-part., lobis anticis paulo majorib. Cor. tubulosa, limbo brevi irregulariter 3-4-lobo. Stamen 1, medio corollae tubo inter lobos insertum; anth. basi emarginata affixa, apice brevissime mucronata. Germ. lenticulare; ovulum placentae brevi crassiusculae peltatim affixum, amphitropum. Stylus superne papilloso-stigmatosus. Nucula compressa, mucronata, utrinque medio costata. Sem. peltatum, reniforme. Embr. subarcuatus, transverse periphericus. (Hbula, fol. linear. integerr., carnosulis, pedunculos ax. superantibus, fl. spicato-capitatis., calycib. et fol. jun. pilosis, — *Andes Boliviae.*) — Bougueria. Dcsne.

B. Germen 2-loc., loc. 1-2-00-ovulatis; ov. peltatim septo affixa, amphitropa. Styl. term. simplex, stig. indiviso v. raro breve 2-lobo. Caps. membranacea, circumscissa, 2- v. septulo secundario spurio 4-locularis, loc. 1-2-00-sp. Sem. umbilico ventrali, embr. axili recto. Fl. ☿, spicati, singuli 1-bract. Cal. subaequaliter 4-part. Cor. persist., tubulosa, limbo 4-part. Stam. 4 tubo inserta. (Hbae acaules, rarius caulesc. v. suffrut.; fol. radical. confertis, caulinis alt. v. oppos., integr. v. dent. v. pinnatifid.; pedunc. ax. v. term. scapiformi. indivis., spicis cylindr. v. rarius globosis. — *Totius orbis incolae.*) — Plantago. L.

- a. Caulescentes v. acaules. Caps. 2-loc., loc. 1-sp. — *Psyllium,* (Tourn.) Endl.
- b. Acaules. Caps. 2- v. spurie 4-loc., loculis v. locellis 1-sp. Sem. collateralia. — *Coronopus,* Tourn.
- c. — — 2-loc., loc. indefinite pleiospermis. — *Arnoglosson,* Endl.

CLXVII. PLUMBAGINEAE.

A. Styli 5 distincti, terminales. Calyx scariosus v. coriaceus, 5-plicato-angulatus, 5-dentatus. Petala 5 libera v. basi connata, unguibus staminigeris. — **Tribus I.** *STATICEAE.*

a. Utriculus membranaceus, calyce inclusus, demum a basi multifido-solutus, calyptraeformis. Embryo intra albumen orthotropus. Styli apice intus stigmatosi. Cal. infundibuliform., margine scarioso. — ***(Statice, Linn.)***

1. *Flores capitati*, capitulis globosis involucro vaginaeformi reflexo fultis, receptaculo paleaceo. Cor. 5-petala, unguibus basi villis cohaerentibus. (Hbae, fol. omn. radical. congestis angustis, pedunc. scapiform. 1-cephalis, fl. roseis v. albis — *Europa, lit. mediterran.*) — Armeria. Willd.

2. — *spicati*, secundi, 2-3-bracteati. Cor. 5-petala v. 5-part. (Hbae, v. suffrut.; fol. radical., rarius caulin. oppos. v. alt., acicularia v. linear. v. saepius lanceol. v. spathulata v. oblonga, interdum dentata v. pinnatilobata; scapi ramosi, ramis saepe dichotomis corymbosis v. paniculatis v. fastigiatis, fl. roseis, lilacin. v. albis. *Eur., Asia media, Afr. bor. et austr., Nov. Holl.*) — Statice. Willd.

b. Utriculus coriaceus, exsertus, subangulato-cylindraceus, semine intus germinante apice ruptus. Sem. exalbuminosum. Cal. coriaceus, tubulosus. Petala unguibus ima basi connata. Stigmata capitata. (Frut. humilis, glaberr., ramis fragilib. teret. cicatrisato-annulatis; fol. alt. coriac. planis integerr., petiolo basi vaginante; spicae paniculatae, fl. alt. 3-bract. albis. — *Litora Nov. Holl. trop.*) — Aegialitis. R. Br.

B. Styli 5 in unum terminalem filiformem coaliti. Calyx herbaceus. Corolla gamopetala, 5-fida. Stam. 5 hypogyna, inclusa. — **Tribus II.** *PLUMBAGEAE.*

a. Calyx tubulosus, 5-dentatus, 5-costatus. Cor. hypocraterimorpha, limbo 5-part.

1. *Filamenta basi dilatata fornicata*; anth. ovatae. Stigm. 5 acuta. Caps. calyce inclusa, 5-gona, apice 5-valvis. Sem. et embr. Statices. Cal. plicatus, costis glandulosis. (Hb. v. suffrut., fol. alt., saepe amplexicaul.; spicis term., fl. 3-bract., roseis albis v. coerul. — *Region. trop. et subtrop. totius orbis, Eur. austr., Asia bor.*) — Plumbago. Tourn.

2. — *filiformia*; anth. basi bifidae. Stigm. 5 filiformia, elongata, glandulis stipitatis quasi ramosa. Utriculus? 1-sp.? Sem. .... Calycis dentes subulati, costae transverse rugulosae eglandulosae. Corollae lobi obcordati denticulati, sinubus denticulo auctis. (Hba, fol. obovatis, acutis, rigide ciliatis; fl. term., congesto-capitat., coerul. — *China.*) — Ceratostigma. Bge.

b. Calyx 5-phyllus, foliolis late ovatis transverse sulcato-rugosis. Cor. tubulosa, gracilis, plicata, limbo 5-lobo. Filam. filiform.; anth. ovatae. Stigm. 5 acuta. Fruct. ..... (Frut., ramis gracilibus; fol. alt., subsess., obcordat., integerr. tuberculat.; fl. spicati, arcte imbricati. — *Afr. austr.*) — Vogelia. Lam.

CLXVIII. SALVADORACEAE.

Genus unicum: Cal. parvus, 4-phyllus. Cor. membranacea, 4-part. Stam. 4 perigyna, corollae lobos connectentia; anth. subglobosae. Stigma sessile, indivis. Bacca 1-sp. Sem. erect., exalbuminosum, radic. infera cotyledonib. peltatis carnosis inclusa. (Frut. glauco-pruinosi glabri, caule articulato; fol. oppos., petiolata, integerr., coriac., subavenia; fl. laxe paniculati, minuti. — *Asia temp., Afr. bor. et trop.*) — Salvadora. L.

OLERACEAE. *(Classis.)*

Conspectus ordinum.

A. Stipulatae v. ochreatae, sc. folia sparsa, stipulis nunc liberis, nunc in vaginam (ochream) connatis (rarius obsoletis, cfr. Petiveriaceae), munita. Flores apetali. Calyx saepe corollinus. (Folia sparsa.)

I. Albumen parcum v. nullum. Cotyledones convolutae, saepe inaequales, altera alteram amplectente; radicula infera. Calyx 4-fidus. Stam. 4 v. 8, rarius 6 v. 00. (Stipulae liberae, nec in vaginam connatae, interdum obsoletae v. fugacissimae, cfr. Rivineae.) . . . . PETIVERIACEAE.

II. — copiosum. Cotyledones planae (raro anfractuosae, cfr. Fagopyrum), aequales; radicula supera. Cal. 5- v. 6-fidus (raro 3-4- v. 8-fid.) Stam. 6 v. 8, rarius 3-5 v. 7 v. 9 v. plura. (Stipulae membranaceae inter se plus minus connatae in vaginam s. ochream caulem vaginantem saepe demum fissam v. deciduam.) . . . . POLYGONACEAE.

B. Exstipulatae, sc. folia alterna (rarius opposita v. verticillata), nec stipulis liberis nec ochrea munita (rarissime subochreata, cfr. Eriogonum).

I. Embryonis radicula supera. Flores involucrati. (Ochreae nullae. Fol. integerr., interdum oppos. v. verticillata. — Caet. fere omnia Polygonacearum.) . . . . ERIOGONEAE.

II. — — infera v. centrifuga (rarissime supera, cfr. Chenopodiaceae).

A. Ovarium 1, 1-loc., 1-ovulatum. Flores apetali.

I. Flores involucro calyciformi (1-00-floro, rarius nullo, cfr. Pisonieae, Epilitheae). cincti. Calyx plerumque corollinus, aestiv. plicatus, limbo demum deciduo (raro persist.), tubo persist. fructum includente. Stam. omnia fertilia, calycis lobis pauciora v. plura, raro aequalia. (Folia opposita, rarius alterna.) . . . . NYCTAGINEAE.

II. — exinvolucrati, 2- v. 1-sexuales.

a. Flores nudi v. 1-bracteati, raro etiam 2-bracteolati. Calyx herbaceus viridis, raro corollinus coloratus, florum masc. 3-5-merus, fem. plerumque 2-merus. Stam. inter se libera, calycis laciniis numero aequalia v. rarius pauciora (nunquam plura) sterilia nulla. (Folia alt., raro opposita.) . . . . CHENOPODIACEAE.

b. — 3-bracteati, bractea antica majore (raro foliacea), lateralibus 2 persist. plerumque scariosis. Cal. (corolla, Mart.) plerumque stramineus coloratus, 5-4-merus. Stam. fertilia 5 (raro pauciora) libera v. monadelpha, saepe cum sterilibus totidem alternantia. (Fol. oppos., rarius alterna.) . . . . AMARANTACEAE.

B. Ovaria 2-10-00, discreta v. coalita, (rarius unicum, v. Gisekia) singula 1-ovulata. Styli 2-00 distincti v. basi connati. Cal. 5-part. (raro 6-7-fid.) herbaceus v. petaloideus. Corolla 5-petala v. saepius nulla. Stam. 5-10, rarius 15-20-00, subhypogyna. . . . . PHYTOLACCEAE.

CLXIX. PETIVERIACEAE.

A. Embryo annularis, albumen farinaceum cingens; cotyledones membranaceae, exteriore majore interiorem minorem involutam amplectente. Stylus brevissimus, sublateralis. Ovarium 1, ovulo basifixo amphitropo. (Folia integerrima; racemi term. v. lateral. oppositifolii, simplices. — *Amer. trop*) . . . . **Tribus I. *RIVINEAE.***

1\. *Calyx 4-part., laciniis aequalibus,* demum reflexis. Stam. 4 v. 8, imo calyci subhypogyne inserta, exteriora 4 calycis lobis alterna; filam. filiformi-subulata. Stigma simplex v. capitatum. Bacca subglobosa, demum exsucca. Sem. ovoid. v. subglobosum, testa crustacea scabra. (Hb. v. suffrut, fol. integerr., stipulis minimis deciduis, fl. albis v. purpurascent.) . . . Rivina. Plum.

2\. — *4-fid., lobis inaequalibus,* antico ovato fere ad basin usque distincto, reliquis 3 in unum inaequaliter 3-lobum (lobo medio majore) cohaerentibus, permanenter erectis herbaceis. Stam. 4 hypogyna, calycis lobis alterna; filam. filiform., brevia. Styl. crassus, stig. truncato-subcapitato. Achaenium lenticulare, crustaceum, stylo apiculatum. Sem. compressum, testa membranacea endocarpio adhaerente. (Hba ramosa, caul. angulatis, fol. integerr. v. subcrenatis, stipulis ad basin petioli geminis ovato-subulatis, pedicell. basi bracteatis apice minute 2-bracteolat.) . . . . Mohlana. Mart.

B. Embryo rectus v. curvatus, albumine parco v. nullo; cotyledones foliaceae. Filamenta filiformia. Stylus v. stigma juxta ovarii angulum interiorem decurrens. Ovar. 1, raro 2, ovulo basifixo amphitropo. Achaenium compressum. (Fol. integerr. — *Amer. trop*) . . . . **Tribus II. *PETIVERIEAE.***

1\. *Calyx herbaceus, 4-partitus, lobis aequalibus,* linearibus, obtusis, adpressis. Stam. disco carnosulo calycis fundum vestienti inserta, nunc 4 lobis alterna, nunc 6 v. 8, quorum 2 v. 4 lobis opposita plerumque inaequilonga. Anth. didymae, loc. apice basique distinctis. Ovar. 1 (rarissime 2, altero rudimentario) obovatum, apice rotundato uncinulis 4 adpressis auctum. Stigma infra apicem styli penicillato-00-partitum. Achaen. lineari-cuneatum, a dorso compressum, facie ventrali a stylo decurrente carinatum, apice emarginatum, sinu styli rudimento mucronato, lobis utrinque in setas 2 rigidas adpresso-reflexas productis. Sem. albuminosum. (Hb. v. suffrut., odore alliaceo, stipulis herbaceis fol. pellucido-punct., spicis elongat. simpl. aphyllis lateral. oppositifol. solitar. v. geminis, fl. remotis parvis.) Petiveria. Plum.

2\. — *petaloideus, 5-part., lobis saepe inaequalibus,* oblongis v. oval., demum reflexis. Stam. 00, disco carnoso perigyno asymmetrice inserta; filam. inaequilonga, subexserta; anth. sagittatae. Ovar. 1. Stigma lineare v. cristaeforme, ultra medium ovarii decurrens, demum incrassatum. Achaen. samaroideum, oblong., magnum, a latere compressum, angulo interiore rectiore incrassato apice cristaeformi recurvo, dorsali convexo in alam magnam subcrispatam expanso, faciebus supra basin utrinque alis 2-3 brevissimis inaequalibus rigidulis appendiculatis. Sem. exalbuminosum. (Suffrut. v. arbusc., petiolis basi utrinque stipula aculeiformi recurva armatis, racemis ax. et term. paniculat. subaphyll.) Seguieria. Loefl.

CLXX. POLYGONACEAE.

A. Frutices v. suffrutices cirrhosi, scandentes; foliis cordato-ovatis, penninerviis, petiolis semiamplexicaulibus, ochreis obsoletis, pedicellis articulatis. Flor. ☿. Calyx demum increscens. Anth. versatiles. Germ. triquetrum, ovulo e funiculo basilari libero pendulum (micropyle infera) demum erectum. Embr. antitropus. Styli 3 distincti, recurvi, stig. capitatis. Sem. pyramidatum, album. farinaceo. **Tribus I. *BRUNNICHIEAE.***

1\. *Calyx coloratus, 5-phyllus, foliolis inaequalib.,* exteriorib. 2 late cordatis, tertio semiinteriore obliquo, intimis oblongis. Stam. 8. filam. subulatis aequalib. basi in cupulam carnosulam coalitis, anth. oblongis. Stigm. reniformia. Achaen. ovoideo-triquetrum, calyce emarcido stipatum. Embryo axilis? (Suffrut., ramis angulatis foliisque subtus subtomentosis, ochreae rudimento squamaeformi oppositifolio tota facie ramo adnato, racemis apice cirrhosis, bract. squamiform., pedicell. 3-5 fasciculatis apice articulatis. — *Mexico.*) . . . . Antigonon. Endl.

2\. — *herbaceus, campanulatus, 5-part., lobis subaequalib.* oblongis concavis apice conniventibus; tubo demum coriaceo in pedicellum compressum hinc nervo marginatum et bisulcum decurrente, superne angustato, limbo revoluto. Stam. 8 v. 10. fauci inserta, filam. filiform. liberis, anth. ovatis. Stigm. emarginata. Achaen. triquetr, calyce subcarnoso inclusum. Sem. 3-lobum, lobis dorso sulco exaratis. Embr. submarginalis. (Frut. volub., glabr., annulo puberulo ochreae loco ramum ambeunte, ramis racemisve apice cirrhosis; racemis paniculat., bract. 1-3-floris, pedicell. medio articulat. — *Amer. bor.*) . . . . Brunnichia. Banks.

B. Stirpes cirrhis destitutae.

I. Fructus baccaceus, sc. achaenium triquetrum v. subglobosum, spongiosum calyce demum coriaceo v. carnoso tectum eique plus minus adnatum. Semen 3-gonum v. 3-lobum, album. farinaceo, embr. axili, cotyled. latiusculis undulatis. Cal. herbaceus v. subcoloratus, 5-part. Stam. 8-9, disco carnosulo calycis fundum vestienti inserta.; filam. subulata, basi confluentia; anth. globoso-didymae, versatiles. Germ. 3-gon., ovulo erecto. Stylus 3-part. . . . . **Tribus II. *COCCOLOBEAE.***

1\. *Flor. ☿. Calycis lobi subaequales. Stigm. capitata.* Achaen. subglobos. v. obtuse 3-gonum. Albumen sulcato-rugosum. (Arb. v. frut., fol. oblong. v. subrotundis, ochreis membranac. oblique truncat., spicis ax. v. oppositifol. simplicissimis elongatis densifloris, bract. ochreiform. — *America trop., Ind. or.?*) . . . . Coccoloba. Jacq.

2\. — *polygami. Calycis lobi saepius* (praecipue flor. ♀) *inaequales. Stigm. papilloso-plumosa oblonga.* Achaen. ovoid., sub-3-alatum. (Frut. volub. v. arbusc, fol. saepius cordat. v. hastatis, ochreis obsoletis, spicis ax. v. term. saepe ramosis v. paniculatis laxiusculis, bract. ochreiform., flor. ♂ absque pistilli rudim., ♀ germine staminibus brevib. sterilib. circumdato. — *Amer. austr., Australia.*) . . . . Mühlenbeckia. nob.

II. Fructus siccus. Calyx marcescens v. induratus (nec unquam baccaceus). . . . . **Tribus III. *POLYGONEAE.***

A. — (caryopsis) a calyce denudatus (nec inclusus) 2-3-gonus, angulis alatis v. echinatis (cfr. Calliphysa). Calyx fructifer patens v. reflexus, nec auctus, nec alatus. Flor. ☿. Pedicelli articulati.

a. Caryopsis inermis, angulis in alam integram productis. Album. farinosum, embr. axili recto, cotyled. planis. Flor. ☿. Cal. herbaceus v. subcorollinus. Anth. versatiles. Stigm. subsessilia. (Hbae, fol. inferiorib. palmatinerv. latis cordat., flor. semiverticillat. racemos. v. paniculat.)

1\. *Calyx 6-part., lobis aequalib. Stam.* 9. filam. subulatis. Germ. 3-gon. Stigm. 3., subdiscoidea, patula. Caryops. late alato-triquetra, faciebus ovatis oblongis v. utrinque emarginatis. (Ochreae tenere-membranaceae laxae, fol. ampla interdum lobata, inflor. paniculata. — *Asia media et bor.*) . . . . Rheum. L.

2\. — *4-sepalus. sep. 2 interiorib. latioribus. Stam.* 6, filam. brevib. Germ. compress. Stig. 2, penicillata. Caryops. lenticularis, ala membranacea lata cincta. (Hbae subacaul., fol. reniform. — *Region Arcticae, Alp. Eur. et Asiae.*) Oxyria. Hill.

b. Caryopsis echinata v. cristato-alata, etc. (v. pag. sequ.)

POLYGONACEAE.

(Continuat.)

B. II. A.

b. Caryopsis echinata v. cristato-alata. Embryo centralis v. sublateralis. Germ. 3-4-gonum. Styli 3-4 distincti, stig. capitatis. Flor. ☿. Cal. corollinus, patens, 5-part., lobis inaequalib. Stam. 12-17.; filam. basi cohaerentia; anth. ovatae, versatiles. (Frut. v. suffrut. aphylli, ramis dichotom. articulatis, ochreis brevib. membranac. oblique truncat., pedicellis ex ochrea ortis solitar. v. fasciculat. articulat.)

1. *Caryops. 4-gona, 4-alata*, alis serratis v. sublaceris. Semen tetraquetrum, embr. centrali. Styli 4. (*Asia bor. et temp. occid.*) . . . . Pterococcus. Pall.
2. — *profunde 4-sulcata* (angulis rotundatis apteris), *dense obtecta setis* apice in membranam vesicae instar nucem includentem expansis. (Caet. Pallasiae. — *Region. Caspicae.*) . . . . Calliphysa. Fisch. et Mey.
3. — *3-4-gona* (interdum compressa?), *setis ramosis longiusculis cancellato-intertextis* (praecipue ex angulis ortis) tecta. Sem. compress.? v. 3-4-gonum. Styli 3, rarius 2 v. 4. (*Asia minor., Persia, Aegypt., Ins. Canar.*) . . . . Calligonum. L.

B. Fructus calyce inclusus (rarius exsertus) 3-gonus v. lenticularis, angulis non aut vix alatis nunquam echinatis. Calyx fructifer siccus, connivens, plus minus auctus, interdum alatus aut induratus v. spinulis armatus.

I. Stamina calycis lobis numero aequalia (nunquam plura, raro pauciora, cfr. Emex). Cal. 3-merus. Embryo lateralis (cfr. Podopterus).

a. Stigmata capitata, indivisa. Antherae dorso affixae, versatiles. Filam. filiform. Styli brevissimi. Flor. ☿.

1. *Calyx herbaceus, 3-sepalus, sep. aequalibus apteris.* Stam. 3. Germ. compress. Stigm. 2-3. Achaen. lenticulare. Sem. compressum, embr. arcuato., cotyled. orbicular., radic. elongata. (Hbola, fol. obovat. carnosulis, floralib. confertis, ochreis brevib., fl. term. subfasciculat. — *Reg. arcticae.*) Koenigia. L.
2. — *coloratus, 6-partit., 2-serialis*, lobis 3 exteriorib. intus navicularib. dorso carinato-alatis, alis in pedicellum decurrentibus; interiorib. 3 alternis, planis, apteris. Stam. 6, basi subcoalita. Germ. 3-gon. Styli 3. Achaen. calyce aucto clauso 3-alato inclusum, 3-gonum. Sem. 3-gonum, embr. . . . . . (Frut. ramis spinescent., fol. fasciculat. basi in ochream brevem dilatatis, fl. fasciculato-racemosis. — *Mexico.*) . . . . Podopterus. H. et B.

b. Stigmata 3 lacero-multifida v. penicillata. Antherae basifixae, immobiles. Styli erecti v. patentes. Flor. saepius polygami. Cal. herbaceus. Achaen. acute 3-gonum, calyce aucto totum inclusum. (Hbae, raro suffrut. v. arbusc., ochreis membranac. cito laceris, fl. fasciculato-semiverticillatis.)

1. *Calycis lobi 3 exteriores minores, demum marcescentes (nec aucti) patentes v. reflexi;* interiores 3 majores (valvae) demum erecti aucti (herbacei aut membranacei, saepe colorati) valvatim conniventes et fructum includentes, margine saepe dentati v. spinulosi, nervo medio saepe in tuberculum (granulum) tumescente. Stam. 6, filam. brevissimis. Styli liberi v. germinis angulis adnati. (Fol. saepe acida cordata v. hastata v. lobata; verticilli racemosi v. paniculati; fl. ☿ v. polygamo-monoici rarius dioici; pedicelli articulati. — *Totius orbis incolae.*) . . Rumex. L.
2. — *fructiferi indurati lobi 3 exteriores majores*, in urceolum 3-gonum connati, apice liberi spinescentes reflexo-patentes, interiores minores ovati erecto-conniventes plani, tubo inter angulos nervoso et foveato. Embr. cyclicus. Flor. ♂: Cal. subaequaliter 5-6-fidus, patens. Stam. 4-6. (Hbae, fol. ovato-deltoid., pedicell. non articulatis. — *Region. mediterran., Afr. austr.*) . Emex. Neck.

II. Stamina calycis lobis numero plura (raro aequalia, cfr. Polygonum). Anth. dorso affixae, versatiles. (Pedicelli articulati.)

A. Calyx 4-sepalus, sep. subaequalib. conniventib., aut 2 ext. minorib. reflexis, 2 inter. majorib. erecto-conniventib. fructum includentibus. Stam. 6, quorum 4 sepalis alterna et 2 sepalis interioribus opposita; filam. subulata, basi dilatato-incrassata. Styli brevissimi. Stigm. capitata. Achaen. lenticulare. Sem. compressum, embr. laterali subcurvo. (Suffrut., ramis interdum spinesc., fol. integerr., ochreis membranac. 2-part., fl. ax. fasciculat. ☿ roseo-albis v. viresc., pedicell. articulat. — *Asia occid., Afr. austr.*) . . . . Atraphaxis. L.

B. — *5-partitus* (raro 4-fidus, cfr. Polygoni sp.)

a. Calyx fructifer patens v. infundibuliformis, 4-5-part. Stigmata capitata.

1. *Calyx inermis, lobis 2 exteriorib. minorib. patulis v. reflexis, interiorib. 3 majorib. erectis demum auctis* valvato-conniventib. fructum includentibus. Stam. 8, quorum 5 calycis lobis alterna, filam. basi subaequalib., et 3 lobis inter. opposita, filam. basi dilatatis. Styli 3 brevissimi aut basi coaliti. Achaen. 3-gon. Embr. arcuatus, albuminis angulum ambiens. (Hb. v. suffrut. habitu Atraphax., fl. ☿ v. dioic.? v. polygam. — *Asia med., Amer. bor.*) . . . . Polygonella. Michx.
2. — *inermis, lobis subaequalib.* (rarius 3 exter. dorso carinato-alatis) *parum accrescentib., demum conniventibus et plerumque fruct. includentibus.* Stam. 6 v. 8, raro 4 v. 5 v. 7, imo calyci inserta, saepius cum squamulis totidem perigynis alternantia. Styli 2 v. 3. Achaen. lenticulare v. 3-gonum. Sem. conforme, *embr. laterali arcuato, cotyl. planis.* (Hbae, rarius volub. v. frutesc., fol. integerr., raro sinuato-lobatis, ochreis herbac. v. membranac. cylindraceis saepe ciliatis v. 2-partitis, fl. racemoso-spicat. v. capitat. v. ax., spicis saepe geminat. v. paniculat., bract. ochreiform., fl. ☿ plerumque colorat. — *Totius orbis incolae.*) Polygonum. (L.) nob.
3. — *inermis, corollinus, lobis 5 aequalib. patentib., demum non auctis et fructu multo brevioribus.* Stam. 8 cum glandulis 8 subhypogynis alternantia. Styli 3 breves. Achaen. 3-gonum, angulis interdum alatis aut dentatis. Embr. in axi album. farinosi, cotyled. obliquis, sectione transversali sigmoideo-flexuosis. (Hbae, fol. hastatis v. deltoideo-cordat., ochreis membranaceis semicylindr., racemis cymoso-paniculat. term. et ax., fl. alb. v. roseis ☿ v. abortu polygam. — *Asia med.*) . . . . Fagopyrum. (Tourn.)
4. — *flor. ☿ spinis 3 armatus, tubulosus, apice 6?-fidus, tubo herbaceo triquetro* medio dilatato, demum indurato, angulis medio cornu spiniforme rectum patens acutum exserentibus, limbi lobis 3 herbaceis tubi angulis continuis brevibus erectis, et 2?-3? (interioribus?) petaloideis prioribus alternis patentibus marcescentibus. Stam. 6? lobis alterna (an 8? quorum 2-3 lobis interiorib. opposita). Styli . . . . . Achaen. calycis tubo inclusum eique accretum. Sem. triquetrum utrinque attenuatum, embr. axili recto, cotyl. planis, album. farinoso. Fl. ♂: Cal. corollinus, 5-part., lobis aequal. Stam. 8. Pistilli rudim. null. (Hbae, fol. alt., ochreis subherbac. cylindr. truncat. ciliatis, spicis simpl. filiform. oppositifol. v. extraaxillar. aphyllis, fl. remotiusculis polygamo-monoic., bract. ochreiform. — *Afr. trop. orient.*) . . . . Ceratogonon. Meisn.

b. Calyx fructifer basi inflato-tubulosus, fauce angustata. Antherae versatiles.

1. *Flores (omnes?) ☿.* Calycis tubus inferne ovato-oblongus, superne constrictus, fauce brevissima infundibuliformi, *limbo petaloideo patente 5- (raro 6-) partito, lobis subaequalib.* Stam. 8 fauci inserta, exserta, filam. basi subdilatatis contiguis. Germ. tubo inclusum, liberum, oblongo-ovoid., 3-gon., angulis anguste extenuato-alaeformibus? Stylus semitrifidus, cruribus rectis exsertis, stigm. peltato-capitatis supra convexis subtus concavis. Fr. . . . . ; (ex Burch. caryopsis oblongo-trigona, angulis membranaceo-alatis.) Sem. . . . . (Hbae ochreis et inflor. Ceratogoni, fol. integr. v. inciso-dentat., flor. ex Burch. monoicis. — *Africa austr.*) . . . . Oxygonum. Burch.
2. — *diclines, monoici v. dioici. ♂: Cal. subcolorat., 6-8-part.*, lobis interior. paulo angustiorib. Stam. 9. ♀: Cal. membranaceus, coloratus, tubo ventricoso, limbi 6-partiti lobis 3 ext. demum maximis alaeformib., interiorib. 3 alternis linearibus subinclusis, interdum deficientibus. Stam. 0, v. rudimentaria. Germ. 3-gon. Styli 3 breves, stig. oblong. obtusis. Caryops. alato-triquetra, inclusa, libera. Sem. 3-gon. Embr. centralis. (Arb. v. frut., subinde scandent., fol. alt. integerr., ochreis oblique truncatis, spicis ax. solitar. v. geminat. v. term. paniculat. aphyll. bracteat., fl. subsessil. — *Amer. trop.*) . . . . . Triplaris. L.

CLXXI. ERIOGONEAE.

A. Involucr. 2-phyllum, 1-florum, fructiferi ampliati foliolis membranaceis venoso-reticulat. inaequilateris dorso cristato-alatis. Flor. ☿ (subinde polygami?) subsessiles. Cal. herbaceus, persist., 5-6-part. Stam. 5-6, calycis basi inserta, lobis opposita. Styli 3 brevissimi, stig. capitatis. Caryops. triquetra, involucro inclusa. Embr. axilis. (Hbula prostrata Drymariae facie, ramis tenellis subdichotomis, fol. oppos., fl. ax. minutis. — *Nova Californ.*) . . . . Pterostegia. Fisch. et Mey.

B. — *gamophyllum, 2-6-dentatum*, 1-pluriflorum. Flor. ☿. Cal. herbaceus v. subcorollinus, 6-part., lobis 2-seriatis. Stam. 9, imo calyci inserta, quorum 6 ejus lobis alterna et 3 lobis interiorib. opposita; filam. filiform., basi coalita v. subcoalita; anth. versatiles. Styli 3, stig. capitatis. Achaen. triquetrum.

a. — **1-florum, tubulosum**, flor. inclusis v. subexsertis. Filamenta basi coalita.

1. *Involucr. compressum, 2-dentatum*, dent. inaequilongis subulato-aristatis. Calycis lobi 3 exteriores majores. Styli brevissimi. (Hbae dichotomae, fol. inferior. petiolat. breve vaginantib., bracteis ad dichotomias et sub florib. amplexicaulibus stellato-3-lobis, lobis ovatis apice aristulatis, involucris sessilibus subverticillatis. — *California.*) . . . . . . Mucronea. Benth.
2. — *trigonum, 6-dentatum*, dent. aequal. v. inaequal. mucronato-aristatis v. muticis. Cal. tubulosus, limbi lobis subaequalib. Filam. inclusa. Styli filiformes. Achaen. involucro inclusum. (Hbae v. suffrut., fol. alt. saepe ad basin caulis confertis v. secus ramos subfasciculatis basi subvaginantibus, cymis term. laxiusculis v. contractis capituliform. — *Californ., Chile.*) Chorizanthe. R. Br.

b. — **pluriflorum, campanulatum v. turbinatum v. tubulosum**, vix angulatum, subaequaliter 6-dentatum. Flor. intra involucr. pedicellati, exserti, receptaculo bracteolato inserti, pedicellis apice articulatis. Calycis lobi subaequales v. 3 interiores minores. Stam. basi subcoalita. Styli filiformes. Achaen. calyce marcescente cinctum. Sem. 3-gonum. Album. carnosum. Embr. rectus, central. v. excentricus? cotyl. planis. (Hbae v. suffrut., saepius toti cano v. sericeo-lanuginosi, fol. radical. congestis, caulinis alt. v. oppos. v. fasciculat. raro verticillatis, petiolis basi vix vaginant v. raro in ochream dilatatis, pedunc. saepe scapiform., panic. corymbiform. term. di-v. trichotomis, involucr. solitar. v. glomeratis plerumque multiflor. — *Amer. bor., Californ.*) Eriogonum. Michx.

CLXXII. NYCTAGINEAE.

A. Germen superum. Flores ☿, raro dioici (cfr. Pisonia). Stigma 1.

I. Flores involucrati, involucro 1-00-floro. Embryo conduplicatus; cotyled. albumen amylaceum involventes. . . . . **Tribus I. *MIRABILEAE.***

A. Involucrum gamophyllum, (rarissime 3-phyllum, cfr. Allionia), calyciforme, campanulatum, 5-fidum, persistens. Calyx corollinus, infundibuliformis, tubi basi ventricosa persistente, limbo deciduo. Styl. simplex, stig. capitato. Caryops. intra calycis basin induratam v. incrassatam angulatam v. costatam oblonga v. subglobosa, involucro cincta v. inclusa. (Hbae, fol. oppos.)

1. *Stamina 5, urceolo hypogyno inserta, exserta v. subexserta.* Involucr. 1-flor., 5-fid., herbaceum, demum immutatum. Cal. elongatus, limbo plicato 5-dentato. Caryops. 5-gono-subglobosa, involucro inclusa. (Caulis teres, di-trichotomus, fl. term. et ax. subcorymbosis speciosis rubr. flav. v. alb. — *Amer. trop.*) . . . . Mirabilis. L.
2. — *3, hypogyna, basi in annulum brevissimum connata, exserta.* Invol. 1-3-5-flor., 5-fid., scariosum, demum auctum et explanatum. Cal. tubo brevissimo, fauce constricta, limbo plicato-5-lobo. Caryops. 5-gona. (Caulis superne dichotomus; corymbi term. — *Amer. trop. et subtrop.*) . . . . Oxybaphus. L'Her.
3. — *4, hypogyna, libera, inclusa.* Invol. 3-flor., 5-dentat. v. 3-phyll. immutatum. Cal. tubo brevi, limbo hinc fisso 4-lobo. Caryops. angulatae, faciebus planiusculis sibi invicem adplicitae, dorso spinulosae. (Pedunc. ax. solitar. — *Amer. trop. et bor.*) . . . . Allionia. L.
   - α. Involucr. gamophyllum, 5-dentatum . . . . *Allionia, Loefl.*
   - β. — 3-phyllum, foliolis discretis conniventib. . . . . *Wedelia, Loefl.*

B. Involucr. 3-5-00-phyllum, foliolis liberis. Cal. coloratus. Stam. hypogyna. Stylus 1.

I. — 5-phyllum, multiflor., persist. Cal. hypocraterimorphus, tubo basi inflato, limbi 5-lobi patentis lobis obovat. decid. Stam. 5, inclusa, basi in vaginam brevem calyci adhaerentem connata. Stigma clavatum. Caryops. calycis basi indurata angulato-5-alata inclusa ejusque tubo coronata. (Hbae, fol. oppos. integerr., capitulis ax. solitar. longe pedunculat. — *Californ.*) Abronia. Juss.

II. — polyphyllum, multiflor., deciduum. Stam. libera, subexserta. Caryops. intra calycis tubum induratum v. incrassatum angulatum libera. (Fol. oppos.; fl. umbellati.)

1. *Calyx infundibuliform., tubo basi aequali, limbi 5-fidi persist. lobis oblong. apice inflexis. Stam. 5.* Stigma penicillato-multifidum. Caryops. 5-gona, calycis limbo coronata. (Hba umbellis term. congestis et ax. solitar. — *Andes Peruviae.*) . . . . Colignonia. Endl.
2. — *tubulosus, medio coarctatus, limbo plicato subintegro deciduo. Stam. 1-4.* Stigma obtus. Caryops. saepius 4-5-gona, calyce clauso tecta, haud coronata. (Hb. v. suffrut., interdum scandent., umbellis paniculatis, flor. parvis. — *Region. trop. et subtrop. totius orbis.*) . . . . Boerhaavia. L.

III. Involucr. 3-phyllum.

a. — **1-florum.** Calyx corollinus.

1. *Stamina 5, subexserta, libera.* Cal. tubulosus, medio constrict., limbi 5-lobi persist. lobis crenatis. Styl. brevis; stig. subulato. Caryops. calycis tubo indurato angulato tecta, libera, limbo coronata, involucro persist. colorato inclusa. (Arb., ramulis spinesc., fol. alt. fasciculat., pedunc. e folior. fascic. solitar. 1-flor. brevib. — *Amer. austr. extratrop. or.*) . . . . Tricycla. Cav.
2. — *15–18, basi in vaginam brevem calyci adhaerentem connata, inclusa.* Cal. hypocraterimorphus, tubi basi ventricosa persist., fauce dilatata et limbo 5-lobo patente deciduis. Stigma peltatum. Caryops. intra calycis basin oblongam clausam suberoso-incrassatam 10-costatam, inter costas transverse plicatam libera. (Hba prostrata, glutinosa, fol. oppos., pedunc. ax. 1-flor., fructiferis hypogaeis, invol. minimo. — *Mexico.*). . . . . Okenia. Schiede.

b. Involucr. 3-florum, persist., coloratum (magnum), foliolorum nervo medio prope basin florem gerente. Calyx corollinus, tubulos., fauce angustata, limbo plicato obsoleto 5- v. 10-dentato persist. Stam. 7-8, libera, inclusa. Stigma clavatum. Caryops. intra calycis tubum induratum angulatum involucro inclusa. (Frut. v. arb., spinis axillar., fol. alt., pedunc. ax. et term. simpl. v. apice divisis. — *Amer. trop.*) . . . . Buguinvillea. Comm.

II. Flores exinvolucrati. Calyx totus (cum limbo) persistens. Stam. hypogyna. Caryopsis intra calycis tubum induratum costatum v. angulatum et limbo coronatum libera. . . . . **Tribus II. *PISONIEAE.***

A.* — *abortu dioici v. polygamo-monoici. Cal. subcoloratus, infundibuliform., limbo 5-plicato truncato v. 5-fido. Stam. 5-10 (plerumque 6) libera, inaequilonga, exserta. Styl. simpl., stig. capitato. Caryops. subclavata, angulis saepe muricato-glandulosis. Embryo rectus; cotyled. albumen amylaceum includentes. (Arb. v. frut., fol. alt. v. opp. decid., pedunc. ax. et term., fl. subcymos. basi minute 1-2-bracteolatis. — *Reg. trop. totius orbis.*) . . . . Pisonia. Plum.

B.* — *hermaphroditi. Cal. coloratus. Embryo conduplicatus, cotyled. albumen includentib.

1. *Stamina 3–4, unilateralia, basi subconnata, exserta.* Cal. tubulosus, limbo plicato 4-dentato. Styl. 1, stig. acuto. Caryops. costata. Albumen subcorneum. (Suffrut. v. hb. cano-pubesc., fol. alt., fol. ax. et term. glomerat. v. corymbos. ebract. — *Mexico.*) . . . . Salpianthus. H. et B.
2. — *5-8, libera, inaequilonga, inclusa.* Cal. tubulos., fauce constricta, limbo 4-5-fido patente. Styl. 1, stig. acuto. Caryops. obsolete costata. Album. amylaceum. (Arb. v. frut., fol. oppos., fl. paniculat. v. corymbos. basi 1-3-bracteolat. — *Amer. trop*) . . . . Neea. R. et P.
3. — *2, opposita, libera, inclusa.* Cal. hypocraterimorphus, tubo brevi, limbo plicato 5-dentato demum involuto angulato. Stigma sessile, penicillatum. Caryops. costata. Album. parcissimum. (Frut. pube stellata canesc., demum glabrati, fol. alt., corymbis ax., pedicell. basi 2-bract. — *Brasil.*) . . . . Reichenbachia. Spr.

B. Germen inferum (?) Stigmata 4 sessilia, lateralia, penicilliformia, persist. Flor. monoici.

Tribus III. *EPILITHEAE.*

Fl. ♂: Cal. brevis, 4-dent. Petala 4, alterna. Stam. 8 calyci inserta; filam. brevissima; anth. linear., 2-loc. Glandulae in fundo calycis. — ♀: Cal. maris, „superus", persist. Pet. nulla. Drupa baccata, costata, 1-sp., ... (Hba tenella, facie Euphorbiae thymifoliae, rupes obtegens, fol. sparsis lanceolat. serratis, fl. ♀ ax. sessil. masculis pedunculatis intermixtis. — *Java.*) . . . . Epilithes. Blume.

CLXXIII. AMARANTACEAE.

A. Ovarium 1-ovulatum. Utriculus 1-spermus.

I. Antherae 1-loculares. Flores 3-bracteati, ☿ (rarius abortu polygami, cfr. Iresine, Serturnera). Fol. oppos. . . . . **Tribus I. *GOMPHRENEAE.***

A. Calyx 5-sepalus v. profunde 5-part. Semen lenticulari-reniforme. Stam. fertilia 5. (Hbae v. suffrut.)

I. Filam. fertilia filiformia, simplicia, cum sterilibus interjectis (interdum obsoletis) basi connata.

1. *Stam. basi in cupulam connata, filam. sterilib. minimis lobuliform. rotundatis.* Stigma subsessile, capitato-bilobum. (Hbae v. suffrut., fl. term. v. ax. capitato-aggregatis. — *Amer. trop*) . . . . Trommsdorffia. Mart.
2. — *basi in cyathum connata, filam. steril. dentiform. integris v. 3-fidis* (interdum obsoletis), fertilium nonnullis subinde castratis. Styl. brevis, stig. capitato. (Hbae decumbent., capit. ax. — *Reg. trop. et subtrop. totius orbis.*) Alternanthera. Forsk.
3. — *basi in tubum connata, filam. steril. ligulaeform. inciso-dentatis.* Styl. brevis, stig. capitato. (Hb. v. suffrut. ramosiss., capit. term. rarius ax. — *Reg. trop. et subtrop. totius orbis, praecipue Amer.*) . . . . Teleianthera. R. Br.
   - α. Sepala 3 exteriora paulo majora. Discus hypogyn. obsoletus. . . . . *Bucholzia, Mart.*
   - β. — subaequalia. Disc. hypog. obsoletus. Cal. cum pedicello brevissimo vix articulatus. *Brandesia, Mart.*
   - γ. — aequalia. Disc. hypog. 5-lobus. Cal. cum pedicello brevi columnari 5-glanduloso articul. *Mogiphanes, Mart.*

II. Filam. dilatata, apice 3-fida, lobo medio antherifero, lateralib. sterilibus fimbriatis v. indivisis. Stigma sessile.

a. Flor. polygamo-monoici. Stam. in cupulam connata, filam. ciliatis, lobis sterilib. minutis. Stigma capitatum, emarginato-bilobum. (Capitula term., subglobosa, aphylla. — *Amer. trop.*) . . Serturnera. Mart.

b. — ☿. 1. *Stigma capitatum, emarginato-bilobum.* Stam. in cupulam connata; filamentorum lobi laterales intermedio antherifero breviores, nudi. (Spicae laxae, paniculatae. — *Amer. trop.*) . . . Hebanthe. Mart.
2. — *capitatum, indivisum.* Stam. in tubum connata; filamentorum lobi laterales antheris longiores, fimbriati. (Capit. v. spicae term., aphyll. — *Amer. trop.*) . . . . Pfaffia. Mart.
3. — *bifidum, lobis elongatis cylindricis.* Stam. in tubum elongatum connata; filamentorum lobi laterales antheris longiores, fimbriati v. indivisi. (Spicae v. capit. ax. v. term. aphylla v. foliosa. — *Reg. trop. et subtrop. totius fere orbis.*) . . . . Gomphrena. (L.) Mart.

III. Filam. filiformia, simplicia, libera v. basi in cupulam connata, sterilia, nulla. Styl. brevis, stig. 2-3 teretiusculis. (Hbae erect. v. procumb., cal. basi saepius lanato). — *Amer. et Afr. trop. et subtrop., Nov. Holl.*)

1. *Flor. polygamo-dioici,* in spicas plerumque tenellas paniculatas dispositi. . . . . Iresine. Willd.
2. — ☿, in spicas breves densas, saepe subglobosas et solitarias dispositi. . . . . Philoxerus. R. Br.
3. — ☿, *ax. aggregati, sessil.,* lanuginosi, bract. scariosis glaberr. Stam. libera, filam. dilatatis. Styl. brevissimus, persist., stig. brevi 2-lobo. Sem. ex apice funiculi filiformis e basi loculi orti pendulum. (Hba, fol. radical. elongatis, caulinis multo minorib. oppositis sericeo-pubesc., flor. lana densa absconditis. — *Texas.*) Gossypianthus. Hook.

B. Calyx 4-partitus, lobis demum conniventib. Stam. 4, ... Stylus 2-part., stigm. 2. Fr. .... (Hba erecta, spicis term. paniculat., fl. minimis ☿. — *Cumana, Amer. austr. trop.*) . . . . Crucita. Loefl.

C.* — *tubulosus, apice 5-fidus. Stam. 5 connata in tubum elongatum apice 5-fidum, lobis medio antheriferis. Stigma sessile, penicillato-multifidum. Utriculus calyce indurato basi bicristato inclusus. Sem. ovato-reniforme. (Hbae, caule v. ramis interdum subaphyll. scapiform., spicis oppos. v. verticillat. initio capituliform. — *Amer. trop. et subtrop.*) . . . . Froelichia. Moench.

II. Antherae 2-loculares. (v. pag. sequ.)

AMARANTACEAE.

(Continuat.)

Tribus II. *ACHYRANTHEAE.*

A. II. Antherae 2-loculares.

A. Utriculus evalvis (indehiscens). Sem. lenticulari-reniform. (raro oblong., cfr. Pupalia) testa crustacea.

Subtribus I. AERVEAE.

I. Flores 3-bracteati, omnes evoluti ☿, laterales abortivi nulli. Cal. 5-part., raro 4-part. Stam. basi connata, filam. filiform. v. subulatis.

† *Stamina 5, sterilia nulla.* Stylus simplex, stig. capitato. Embr. radicula centrifuga. Bracteae scariosae, nitentes, non spinescentes.

1. *Utriculus sepalis conniventibus nudis inclusus.* Sem. . . . . Stam. basi in cyathum connata. (Hba decumbens, ramis geniculatis trichotomis, fol. oppos., fl. spicato-capitat. ax. et term. — *Java.*) . . . . . Psilotrichum. Blume.
2. — *sepalis basi conniventibus apice patulis plumosis inclusus.* (Hbae, fol. alt., fl. term. capitat. v. spicatis. — *Nov. Holland.*) . . . . . Trichinium. R. Br.
3. — *sepalis 3 interiorib. medio lana cohaerentibus apice patentibus nudis inclusus.* Stam. ima basi connata. (Hbae, fol. alt., fl. term. subcapitatis. — *Nov. Holl. trop., Molucc.*) . . . . . Ptilotus. R. Br.

†† *Stam. basi in cupulam connata, sterilia fertilibus interjecta.* Embr. radicula supera.

a. Stylus simplex, stig. capitato. Embryo annularis. (Hbae v. suffrut., raro arboresc., fol. oppositis).

1. *Stam. fertil.* 2-4; *sterilia ligulata.* Cal. 4-part., lobis 2 exteriorib. inaequalibus bracteisque spinescentibus. (Spicae glomeruliformes ax. et term. — *Nov. Holl. trop. et or.*) . . . . . Nyssanthes. R. Br.
2. — — 4-5; *sterilia dentata v. fimbriata, plana.* Cal. aequaliter 4-5-part. Bracteae spinesc. (Flor. laxe spicati, plerumque reflexi. — *Reg. trop. et subtrop. totius orbis, Eur. austr.*) . . . . . Achyranthes. (L.) R. Br.
3. — — 5; *sterilia ligulata, apice fimbriata, medio lacinula fornicata bifida introrsum prominula appendiculata.* Cal. 5-part., lobis spinescentib., postico longiore angustiore. Bracteae muticae. (Hba aquatica, fl. dense spicatis demum patent. v. reflexis. — *Ind. or.*) . . . . . Centrostachys. Wall.

b. Stylus brevis, stig. bifido. Embryo arcuatus. Cal. 5-part., lobis aequalib. lanatis. Stam. fert. 5; sterilia plana, dentata. (Hbae v. suffrut. albo-tomentosi, fol. altern., spicis ax. v. term. densis, fl. minutis. — *Asia et Afr. trop. et subtrop.*) . . . . . Aerva. Forsk.

Subtribus II. DESMOCHAETEAE.

II. Flor. 3-bract. ☿; bracteae laterales florem 1 fertilem et abortivos plures foventes. Cal. 5-part. Stam. fertilia 5, filam. subulatis. Styl. simplex. Embr. annularis, radic. supera.

1. *Stam. basi in cupulam connata; sterilia lobuliformia, dentata, fertilibus interjecta.* Stigma capitatum. Utriculus evalv. Sem. oblongum. Flor. binati v. ternati, laterales steriles in glochides mutati, intermedius fertilis. (Hbae fol. oppos., fl. spicatis. — *Amer. et Asia trop., Afr. austr.*) . . . . . Pupalia. (Juss.) Mart.
2. — *basi in cupulam connata; sterilia nulla.* Stigma capitatum. Utric. evalv. Sem. reniformi-lenticulare. Flor. ternati, lateral. steril. in glochides mutati, medius fertilis. (Suffrut. erecti, patuli, fol. oppos., fl. glomerulatis, glomer. spicatis. — *Asia trop.*) . . . . . Desmochaeta. DC.
3. — *libera; sterilia nulla.* Styl. brevis; stigm. 2 teretiuscula. Caryopsis tuberculata. Sem. . . . . Flor. ternati, laterales steriles in cristam horizontalem mutati, medius fertilis. (Hbae erectae glabriusc., fol. altern., fl. racemoso-spicatis. — *Asia trop. et subtrop., Afr. bor.*) . . . . . Digera. Forsk.

Subtribus III. POLYCNEMEAE.

III. Flor. omnes evoluti, ☿, axillares, solitarii, sessiles, 2-bracteati, folio bracteae anticae locum tenente. Cal. 5-part. Stam. 1-5, ima basi connata; filam. filiform., sterilia nulla. Styl. brevissimus; stig. 2 brevia. Utriculus evalvis. Embryo periphericus, radic. infera adscendente. (Fol. alterna.)

1. *Calyx utrinque concolor.* Stam. 1-5, saepius 3. Embryo annularis. (Hbae annuae, ramosae, puberulae, minute verruculosae, fol. subulat. mucronatis, inferioribus gemmarum abortivarum bracteis pseudo-stipulatis, bracteis scariosis. — *Europa, Asia, media.*) . . . . . Polycnemum. L.
2. — *intus coloratus.* Stam. 2 v. 5. Embryo hemicyclicus. (Suffrut. litorei, fol. semiteretib. exstip. — *Nov. Holl. austr.*) Hemichroa. R. Br.

Subtribus IV. AMARANTEAE.

B. Utriculus dehiscens (raro evalvis). Flor. bracteati, abortivi nulli. (Folia alterna.)

I. — compressus, granuloso-tuberculosus, inaequaliter dehiscens. Sem. erectum. . . . Flor. monoici. ♂: Cal. 5-sepalus, sep. ovato-oblong. inaequalib., exteriorib. carinatis. Stam. 3, ... ♀: Sepala 5 spathulata, subtruncata. Styli 2 basi connati, persist. (Hba procumb.; flor. ♂ solitar., in summis axillis sessiles; ♀ plures in pedunculis ax. parvis crassiusculis cuneiform. subdichotomis squamulosis, post anthesin majorib. cartilagineo-induratis cum fructu deciduis. — *Antill.*) . . . . . Scleropus. Schrad.

II. — evalvis, ovoideus. Stigma sessile, profunde 2-partitum, lobis patulis subacutis intus villosis. Stam. 5 basi connata in urceolum ovario breviorem margine in lobulos 5 filamentis interjectos divisum; anth. cordatae. (Caet. Chamissoae. — Frut. v. arbusc., spicis gracilib. paniculatis, flor. 3-bracteat. ☿ subregularib. — *Ins. Sandwic.*) . . . . . Charpentiera. Gaudich.

III. — circumscissus. Sem. lenticulari-reniforme, testa crustacea, embr. peripherico. (Hbae, flor. 3-bracteat.)

1. *Stylus simplex; stig. 2 filiformia. Sem. arillo brevi albo, umbilicum lateraliter cingente;* embr. annularis, radic. supera. Flor. ☿. Cal. 5-part. Stam. 5, basi in cupulam 2dentulam connata, filam. subulatis. (Spicae ax. et term. aphyllae, rarius capitula subglobosa. — *Reg. trop. et subtrop. totius orbis, praecipue Amer.*) . . . . . Chamissoa. H. B. K.
2. — *simplex, stig. capitato-bilobo. Sem. basi arillatum.* (Caet. Chamissoae. Fl. saepius capitati. — *Ind. or.*) . . . Allmania. R. Br.
3. — *brevis; stig. 2-3 filiformia. Sem. exarillatum.* Embr. hemicyclicus, radic. infera. Fl. polygamo-monoici. Cal. 3-5-part. Stam. 3 v. 5, rarius 2 v. 4, libera; filam. subulata; sterilia nulla. (Fl. parvi, spicati v. glomerati, spicis saepe elongat. densis v. paniculat., rubris virid. v. flavesc. — *Reg. trop. et temp. totius orbis.*) . . . . . Amarantus. L.

Tribus III. *CELOSIEAE.*

B. Ovarium pluriovulatum.

Stam. fertilia 5. Antherae 2-loc. Flor. ☿, 3-bracteati. Cal. 5-part. Fruct. 00-spermus. Sem. lenticulari-reniformia. Embr. annularis, periphericus, radic. umbilico proxima. (Fol. alterna.)

I. Utriculus circumscissus. Stam. basi connata. Sem. testa crustacea.

1. *Stamina basi in cupulam connata; filam. filiform., sterilia nulla.* Styl. brevis, stig. capitato v. 2-3-lobo. (Hbae, raro suffrutesc., glabrae; spicae ax. et term., bract. et flor. nitide scariosis, rubr. alb. v. luteis. — *Asia, Afr. et Amer. trop.*) Celosia. L.
2. — *basi in tubum connata; filam. complanata, trifida, lobis lateralib. castratis, medio antherifero.* Styl. brevis; stig. 3 subcylindrica. (Hba erecta, ramosa, cano-glauca; capit. term. aphylla glabra. — *Afr. austr.*) . . . . . Hermbstaedtia. Rchb.
3. — *basi in cupulam connata; filam. filiform., sterilia dentiformia interjecta.* Stigmata 3-4 sessilia, filiform., revoluta. (Frut., glomerulis spicatis. — *Madagascar.*) . . . . . Lestiboudesia. Pet.-Th.

II. Utriculus (?) evalvis, 00-sp. Sem. . . . . Cal. demum squarroso-patulus. Stam. libera, filam. filiform., sterilia nulla. Stigm. 3 linearia, revoluta. (Frut. ramosissimus, glaber., spicis elongatis paniculatis, fl. parvis albis. — *Ind. or.*) . . . . . Cladostachys. Don.

III. Bacca inflata. Sem. 00, testa coriacea. Styl. brevis, stig. 3 semicylindricis. Stam. basi in cyathum connata; filam. filiform., sterilia nulla. (Frut. glabri, debiles, spicis ax. et term. — *Ind. or., Nov. Holl.*) Deeringia. R. Br.

CLXXIV. CHENOPODIACEAE.

Subordo I. CYCLOLOBEAE.

A. Embryo annularis v. hippocrepicus

(nec spiralis) periphericus, albumen centrale plus minus copiosum cingens.

I. Caulis continuus (nec articulatus).

Tribus I. *ATRIPLICEAE.*

A. Flor. diclines biformes, calyce masculo a femineo diverso. Stam. receptaculo inserta, calycis lobis opposita. Squamae hypogynae nullae. Semen verticale, compressum.

I. Styli v. stigmata 2. Utriculus calyce inclusus florum fem. compressus, hermaphroditorum (si adsunt) depressus.

a. Stamen 1, exsertum. Flor. monoici, ax., ebracteati., ♂ aggregati brevissime pedicellati, ♀ solitarii sessiles. Cal. ♂ hyalinus, tubulosus, apice 2-lobus, lobis carinatis obtusis; ♀ herbaceus, compressus, apice bilobus, demum totus clausus, cuneiformis, lobis carinatis setaceis demum in cornua patentia excrescentibus. Styli 2 setacei. Utriculus membranaceus. Embr. radic. infera. (Hba subdichot., fol. alt. et oppos. linear. — *Eur. orient., Asia media.*) . . . . . Ceratocarpus. Buxb.

b. Stamina 3-5. Stigmata 2, filiformia.

1. *Calyx ♀ tubulosus, dense villosus, semibifidus, demum bicornis;* ♂ 4-part., lobis aequalib. exappendiculatis. Stigm. exserta. Utric. herbaceus, villosus. Embr. radic. infera. Flor. monoici, ebracteati; ♂ 4-andri, glomerato-spicati, term. et ax.; ♀ ax. sessiles. (Fruticuli pube stellata tomentosi, fol. alt. angust. integerr. — *Asia media, Amer. bor., Eur. or.*) . . . . . Eurotia. Adans.
2. — *♀ compressus, 2-phyll. v. 2-partitus, demum auctus et saepe muricatus v. verrucosus;* ♂ et ☿ 3-5-partitus, lobis aequalib. exappendiculatis. Utric. membranaceus, interdum calyci inferne adnatus. Stam. 3-5. (Hb. v. suffrut. saepius squamulis membranaceis lepidoti, fol. alt. v. oppos, saepe sinuatis, fl. ebract. monoic. v. polygamis, rarius dioic., plerumque sessil. glomerato-spicat. — *Reg. temp. totius orbis.*) . . . . . Atriplex. (Tourn.) C. A. Mey.
   - α. *Cal. fructif. 2-phyllus, foliolis integerr. laevibus liberis.* Sem. testa subcrustacea. Radic. infera, sublateralis, vix adscendens. Fl. polygami. . . . . . *Euatriplex, Mey.*
   - β. — — *2-part., foliol. denticulat. saepe muricatis.* Sem. testa coriacea. Radic. lateral., adscendens. Flor. monoici. . . . . . *Schizotheca, Mey.*
   - γ. — — *2-part., subbaccatus,* muricatus. Sem. testa subcrustacea. Radic. supera exserto-porrecta. Flor. monoici v. dioici. . . . . . *Obione, Gaertn.*
   - δ. — — *alte gamophyllus, apice emarginatus, intus supra medium utriculatus,* muticus, marginato-alatus, demum auctus. Utric. orbiculatus, styli basi persist. apiculatus. Styl. basi articulatus, stig. hirsutis exsertis. ♂: Cal. 5-part., lobis aequalib. exappendiculatis. Stam. 5 hypogyna; lobis opposita. Sem. testa membranacea. Radic. infera. (Frut. ramis spinesc., fol. alt. v. fascic. integerr., racemis term., fl. dioic. — *Californ.*) . . . . . *Grayia, Hook. et Arn.*
   - ε. — — *alte gamophyllus, apice 2-lobus, lobis 3-fidis,* tubo saepe muricato cum utriculo coalescente. Sem. testa membranacea. Embr. Obiones. Fl. monoici. . . . . . *Halimus, Wallr.*
3. *Cal. ♀ 3-phyllus, foliol. aequalib.; fructifer immutatus;* ♂ 3-4-partitus, lobis aequalib. exappendiculatis. Utric. membranaceus. Sem. testa crustacea. Radic. infera. Stam. 3-4. Fl. monoici, ♂ term. spicati ebract., ♀ axillar. bracteolati. (Hbae pube stellata canesc., fol. alt. planis dilatat. integr. — *Asia media.*) . . . . . Axyris. (L.) C. A. Mey.

II. Stigmata 3-5. (v. pag. sequ.)

CHENOPODIACEAE.

Subordo I. *CYCLOLOBEAE.*

(Continuat.)

A. I. *A.*

II. Stigmata 3-5. Achaenium calyce stipatum v. inclusum. Embr. radic. infera. Flor. dioici, ebracteati. Cal. ♂ foliolis aequalib., exappendiculatis. (Hbae, fol. alt.)

1. *Calyx* ♀ *3-phyllus, foliolis aequalib. sub achaenio 3-5-gono persistentibus.* Stigmata 3 v. 5 linearia, revoluta. Embr. hippocrepicus. Cal. ♂ 5-phyll. Stam. 5. (Fol. integerr., racemis ax., fructiferis nutantib. — *Amer. bor.*) — Acnida. MITCH.
2. — ♀ *ventricoso-tubulosus, apice 2-3-dentatus*, demum turgidus achaenium includens, immutatus v. dorso 2-3-cornutus. Styl. brevissimus; stig. 4, elongato-filiformia. Cal. ♂ 4-5-phyllus. Stam. 4-5. (Fol. hastata v. angulato-dent., glomerulis ax. — *Asia occid.*) . . . . Spinacia. TOURN.

B. Flores diclines v. ☿ uniformes, calyce masculo a femineo haud diverso. . . . . **Tribus II. *CHENOPODIEAE.***

I. — ebracteolati (raro bracteati v. squamati, cfr. Corispermeae).

A. Semen verticale.

† Flores nudi, v. subnudi sc. calyce et corolla destituti, eorum loco interdum squamulis 1-3 scariosis praediti, ☿. Stam. 1-5 receptaculo inserta, filam. filiform., anth. 2-loc. Stigm. 2 filiformia, subsessil. Sem. compressum, testa crustacea, embr. peripherico, radic. infera. (Hbae, fol. alt. angustis integerr.) . . . . Subtribus I. CORISPERMEAE.

1. *Utriculus membranaceus*, dorso prope basin foraminulo orbiculari fenestratim dehiscens. Embryo hemicyclicus. Squamulae calycis locum tenentes nullae. Stamen 1. (Fol. nervosa bracteaeque subulatae pungent., spicae ax. brevissimae squarrosae. — *Reg. Caucas.*) . . . . Agriophyllum. BIEB.
2. *Achaenium compressum, hinc planum inde convexum, membranaceo-marginatum,* pericarpio tenuissimo. Embr. annularis. Squamulae 3-1 calycis locum tenentes aut nullae. Stam. 1-5. (Fol. linearia; fl. ax. solitar. sessil. — *Eur. austr. et or., Asia med., Amer. bor.*) . . . . Corispermum. ANT. JUSS.

†† Flor. monochlamydei, sc. calyce s. perigonio praediti, (rarius subnudi, cfr. Monolepis).

a. Testa seminis crustacea. Sem. lenticulari-compressum. Embr. radic. infera. Flor. ☿ v. staminum abortu polygami. Stam. calycis lobis opposita. Squamulae hypogynae nullae. (Hbae, fol. alt.) . . . . Subtribus II. BLITEAE.

1. *Achaenium compressum, anguste alato-marginatum.* Sem. .... Styl. 2-part., stig. filiformib. Calyx hyalino-membranaceus, coloratus, campanulatus, 5-fidus, lobis apice bifidis subserrulatis. Stam. 4-6 hypogyna, calycis lobis opposita; filam. subulata, basi subconnata; anth. 2-loc., oblongo-linear., basi apiceque bifido-mucronulatae. (*Hba diffusa, ramosa, glabra, fol. alt. ellipt., spica densa demum elongata, fl. ☿ roseis. — Persia.*) . . . . Anthochlamys. FENZL.
2. *Utriculus membranaceus, compressus, calyce capsulaeformi reclusus,* punctato-resinosus. Embr. annularis. Styl. brevissimus; stig. 3 elongato-subulata. Cal. urceolatus, 5-fid., lobis concavis demum transverse rugosis coalescentibus. Stam. 5, imo calyci inserta. (Hba prostrata, diffusa, pubesc., fol. pinnato-multifidis, glomerulis ax. subverticillatis. — *Amer. austr.*) . . . . Rubieva. MOQ.
3. — *membranac., calyce sicco immutato involutus.* Embr. annularis. Styl. brevis, crassus; stig. 2-4 elongato-subulata, patentia. Cal. 5-part., lobis ecarinatis. Stam. 5 imo calyci inserta. (Caul. angulatus, fol. hastata, spica term., fl. superior. saepe ♀. — *Hemisphaer. bor.*) . . . . Agathophytum. MOQ.
4. — *membranaceus, compressus, calyce baccato colorato inclusus.* Embr. hemicyclicus. Stigm. 2 sessilia, subulato-filiform. Cal. 3-5-fid., demum carnosus. Stam. 1, rarius plura, hypogyna, brevia (Hbae carnosulae, glabrae, fol. triangular. sinuat., glomerulis densis ax. petiolo adnatis v. term. spicatis demum baccam compositam mentientibus. — *Europa, Asia media, Amer. bor.*) . . . . Blitum. (TOURN.) L.

b. Testa seminis membranacea. . . . . Subtribus III. CAMPHOROSMEAE.

α. Flor. unisexuales (v. polygami?); ♂ ....; ♀ axillares gemini basi connati, patentes, sessiles. Cal. cylindrico-tubulosus, fauce squamulis 5 clausa, limbi 5-part. lobis patent. venosis demum auctis scariosis. Filam. 5 hypogyna (sterilia?). Styl. 2-part.; stig. 2 elongato-filiform., papilloso-echinulata. Utric. membranaceus, calycis tubo indurato inclusus. Sem. compressum; embr. hippocrepicus, radic. supera. (Suffrut. humilis, ramos., fol. alt. angustis canis. — *Nov. Holl. austr.-occid.*) . . . . Didymanthus. ENDL.

β. — ☿, *discreti, calyce 4-5-fido,* rarius truncato. Squamae hypogynae nullae. Utriculus membranaceus, calycis tubo inclusus (raro achaen.) Sem. compressum; embr. annularis.

* Embryonis radicula supera. Stylus 2-partitus. (Fol. alt. linear. v. teretiusc., fl. ☿ ax. — *Nov. Holl.*)

1. *Calyx urceolatus, intra marginem truncatum squamis 3 membranaceis auctus,* demum drupaceo-baccatus. Stam. 3 hypogyna, squamis opposita. (Suffrut. glaber., fl. solitar. sessil.) . . . . Threlkeldia. R. BR.
2. — *4-fidus, lobis dorso demum in spinas inaequales productis;* fructifer exsuccus, nucamentaceus, infra apicem 4-spinosus. Stam. 3-4, imo calyci inserta, lobis opposita. (Suffrut. glaber., flor. sessil.) . . . . Anisacantha. R. BR.
3. — *5-fidus, fructifer exsuccus, nucamentaceus, lobis dorso immutatis,* demum induratis apice spinescentib. v. muticis. Stam. 5, imo calyci inserta, lobis oppos. (Suffrut. incano-lanati, fl. solitar. v. glomerat.) . . . . Sclerolaena. R. BR.

** Embryonis radicula infera. Stam. imo calyci inserta, ejus lobis opposita. (Hbae v. suffrut., plerumque pilos., fol. alt., interdum fasciculat., linear. v. subulat.)

1. *Calyx 4-fidus, demum immutatus,* lobis 2 majorib. carinatis. Stam. 4. Stylus 2-3-fid., lobis setaceis. (Flor. ax. glomerati, ☿. — *Eur. austr., Asia media.*) . . . . Camphorosma. L.
2. — *urceolatus, 5-dentatus, demum dorso transverse appendiculatus.* Stam. 5. Stylus 2-fid., lobis acutis. (Fl. ax. 2-4 sessiles, ☿ v. ovarii abortu polygami. — *Asia media.*) . . . . Panderia. FISCH. et MEY.
3. — *campanulatus, 4-5-dent., demum auctus, dent. conniventib. aequalib. nudis.* Stam. 4-5 hypogyna, basi subconnata. Styl. simplex, subexcentricus, stig. acuto. Achaen. cartilagineum, compresso-subglobosum, calyce inclusum. (Hbae procumb., fol. alt. rhombeo-ovat. integerr., spicis ax., fl. ☿. — *Amer. trop.*) . . . . Cryptocarpus. H. B. K.

γ. Flor. polygamo-monoici, discreti. Cal. 3-partitus, coloratus, lobis cochleariformibus. ☿: Stam. 3, libera, imo calyci inserta. Styl. indivisus, stig. simplici. ♀: Cal. et styl. maris. Caryopsis turbinata, calyce aucto cincta. Embr. periphericus, radic. supera. (Hbula glabra, fol. alt. integerr., glomerulis ax. 00-fl., fl. subsessil. minutissimis albis, extimo ☿, reliquis ♀. — *Nov. Holl. trop.*) . . . . Dysphania. R. BR.

δ. — *polygami, ax., aggregati, discreti, calyce squamaeformi. Stamen* 1. .... (Hba, ramosa, fol. alt. 3-fidis, fl. exiguis. — *Amer. bor.*) . . . . Monolepis. SCHRAD. †

B. Semen horizontale, testa membranacea v. crustacea. Embr. radic. centrifuga. Squamulae hypogynae nullae. Stam. calycis lobis opposita. . . . . Subtribus IV. KOCHIEAE.

a. Calyx urceolatus, semi-5-fidus, demum connivens, baccatus, utriculum depressum membranaceum includens. Embr. annularis. Fl. ☿. Stam. 5, imo calyci inserta. Stigma 2-3 filiformia. (Suffrut. procumb. ramosiss., fol. alt. carnosis angustis v. teretib., fl. ax. solitar. sessil. — *Nov. Holland.*) . . . . Enchylaena. R. BR.

b. — fructifer siccus, (cfr. Beta), demum induratus, haud appendiculatus, utriculum includens, urceolatus. Embr. annularis.

1. *Flor. ♀. Cal. 5-fidus, tubo demum indurato drupaceo, limbo carnoso connivente.* Stam. 5 annulo carnoso ad faucem tubi brevis inserta. Stigm. 2 brevia, basi connata. Utric. subglobosus. (Hbae, radicum napiformium causa saepe cultae, fol. alt. oblong. undulat., fl. spicato-glomeratis, fruct. saepe concrescentib. — *Eur. austr., Asia occ.*) . . . . Beta. TOURN.
2. — *monoici. Cal. 5-dent., demum induratus.* ♂: Stam. 5, rarius 2-4, imo calyci inserta. Ovarii rudimentum. ♀: Stam. rudim. nulla. Styl. 2-3-fidus, lobis elongatis. Utric. depressus, cum calyce villoso connivente arcte concretus. (Hba ramosa, fol. alt. oblong. integerr., ramulis florif. ax. brevissimis capitulo villosissimo involucrato terminatis, fl. sessil. parv. — *Reg. Caspicae.*) . . . . Londesia. F. et M.

c. Calyx fructifer siccus, extus appendiculatus, utriculum membranaceum, includens; junior urceolatus, 5-fidus. Stam. 5, imo calyci inserta.

1. — *demum subchartaceus, depresso-orbicularis, radiatim 5-spinosus,* sc. limbi laciniis dorso in processus spinulosos excrescentibus. Sem. orbiculatum, embr. hippocrepico viridi, album. parco v. evanido. Styl. bifidus, lacin. divaricatis. (Hb. v. suffrut., caul. elongatis gracil., fol. linear. villos., fl. ax. sessil. subsolitar. v. glomerat. v. subspicatis, ☿ v. staminum abortu polygamis, terminalib. interdum abortivis. — *Reg. Mediterr. et Caucas.*) . . . . Echinopsilon. MOQ.
2. — *demum subchartaceus, depresso-orbicularis, radiato 5-pterus,* sc. limbi lobis dorso in alas membranaceas transversas (horizontaliter patentes) discretas excrescentibus. Sem. ellipticum, embr. annulari, album. parco. Styl. 2-fid., lacin. divaricatis. (Hb. v. suffrut., fol. linear. rarius nullis, fl. ax. solitar. v. glomerulatis ☿. — *Eur., Asia med., Nov. Holl. austr.*) . . . . Kochia. ROTH.
3. — *demum 5-gonus, clausus, ala circulari horizontali cinctus,* sc. limbi lobis dorso in appendices scariosas transversas in alam continuam annularem confluentes excrescentibus. Utric. pubescens. Sem. orbiculare, compressissimum, embr. annulari, album. copioso. Styl. 3-fid., lacin. acutis erect. (Hba pubesc., caule striato, fol. alt. sinuato-dentat. decid., fl. ax. v. term. solitar. v. aggregat., subcorymboso-paniculat., ☿ v. ovarii abortu polygamis. — *Amer. bor.*) . . . . Cyclolepis. MOQ.

d. Calyx fructifer siccus, immutatus. (v. pag. sequ.)

CHENOPODIACEAE.

Subordo I. *CYCLOLOBEAE.* *Tribus II.* CHENOPODIEAE.

Subtribus IV. *KOCHIEAE.*

(Continuat.)

A. I. *B.* I. *B.*

d. Calyx fructifer siccus, immutatus (nec carnosus, nec induratus, nec appendiculatus). Fruct. depressus. Sem. plus minus depressum, testa crustacea, embr. annulari.

α. **Fructus indehiscens.**

1. *Calyx 5-part., lobis demum plus minus conniventib. saepius longitudinaliter costatis.* Stam. 5 imo calyci inserta. Stigm. 2 brevissima, rarius 3, interdum basi connata. Utric. plerumque calyce 5-gono inclusus. (Hbae v. suffrut., plerumque glandulis farinaceis pulverulentae, fol. alt. dilatat. integr. v. dent. v. lobat., fl. glomerat. ax. et term. saepe subspicato-paniculat., ☿. — *Reg. temp. totius orbis.*) . . . . . . Chenopodium. (L.) Endl.

2. — *5-phyll., foliolis ecarinatis sub utriculo reticulato-tuberculato persistentibus.* Stam. 2 opposita, hypogyna. Styl. brevissimus, stig. 2 filiform. (Hba, fol. alt. integerr., fl. glomerat. ☿. — *Caucas.*) . . . Oligandra. Less.

3. — *5-part., persist. Acinus (bacca) calyce cinctus.* Stam. 1–5 imo calyci inserta. Styl. 2-fidus. (Frut., rarius hb., fol. alt. integr. saepe hastat., fl. spicat. v. glomerat. ☿ v. abortu stam. polygamis. — *Nov. Holl.*) Rhagodia. R. Br.

4. — *5-part., lacin. vix carinatis.* Utric. calyce 5-gono haud clauso cinctus. Sem. marginatum. Styl. crassiusculus, apice breviter et inaequaliter bifidus. Stam. 5 imo calyci inserta, filam. basi dilatatis. Discus hypogyn. annularis demum immutatus. (Hba ramosissima, glabra, fol. alt. angust. integerr., ramis florif. cymosis, fl. sessil. ☿ exiguis, ramulis steril. setaceis. — *Asia et Amer. bor.*) . . . . Teloxys. Moq.

β. **Utriculus depresso-pateriformis, transverse marginatus, circumscisse dehiscens.** Stam. imo calyci inserta.

1. *Cal. 5-part., lobis erect. acutis vix carinatis. Stam.* 1–2, lobis contiguis opposita, filam. basi aequal. Stigm. 2, subulato-filiformia. Utric. basi calyce stipatus. (Hb. erect., fol. alt. deltoid. dentat., cymis ax., ramulis sterilib. aristatis, fl. solitar. minutis ☿. — *Nepal.*) . . . . Lecanocarpus. Nees.

2. — *rotato-5-part., persist., demum patentissimus. Stam.* 5, filam. filiform. Styl. simplex, stig. 3-lobo. Sem. hinc rostellatum. (Hba rad. napiformi, caule volubili, fol. alt. cordat. integerr., cymis ax. — *Region. Caucas.*) Hablitzia. Bieb.

II. Flores 2-bracteolati. Cal. 5-part., lobis concavis. Stam 5 imo calyci inserta, ejusque lobis opposita. Squamulae hypogynae nullae. Stigm. 3. Sem. testa membranacea, embr. peripherico, radic. infera, album. farinaceo. (Fol. alt., integra.)

Subtribus V. ANREDEREAE.

a. Flor. ☿. Utriculus calyce sicco inclusus. Sem. verticale. Embr. annularis, album. cingens. Filam. subulata; anth. oblongae, basi bifidae.

1. *Calycis lobi 2 exteriores carinati, dorso longitudinaliter alati,* interiores paulo breviores concavi apteri. Bracteolae minutae, concavae. Styli 3 distincti; stigm. simplicia. Utric. coriaceus, calyce 2-alato inclusus. (Hbae, fl. spicat. axillar. — *Antill.*) . . . . Anredera. Juss.

2. — *lobi aequales, concavi, ecarinati.* Flor. 2-bract. et 2-bracteolati, bracteolis florem subaequantib. carinato-concavis inferne dorso longitudinaliter membranaceo-subalatis Stylus term., persist., basi conico-incrassatus, stig. 3-lobo. Utric. membranaceus, calyce immutato inclusus. Sem. lenticulari-compressum. (Frut. volubil., fol. carnos. avenils, petiolis articulatis, racemis ax. geminis v. ternis simpl. v. racemosis, pedicell. basi 1- apice 2-bracteat., fl. alb. — *Mexico, Quito.*) . . . . Boussingaultia. H.B.K.

b. Flor. polygamo-dioici. Drupa subglobosa, parce carnosa, putamine crustaceo. Sem. globosum, hippocrepicum; embr. curvatus, album. involvens. Cal. membranaceus (demum immutatus), lobis aequalib. concavis imbricatis. Stam. filam. brevia; anth. ovatae. Stig. 3 linearia, indivisa, revoluta. (Frut., ramis virgatis, fol. penninerv., racemis ax. et term., fl. parv. — *Ins. Canar.*) . . . . ? Bosea. L.

II. Caulis articulatus; flor. spicati, ebracteolati. Squamulae hypogynae nullae. Stam. 1-2 hypogyna. Utriculus tenuissime v. laxe membranaceus, compressus. Sem. verticale, rostellatum, testa membranacea. Embr. hemicyclicus, radic. infera, album. parcum. (Stirp. frutesc. v. hb, glabrae, aphyllae, saepe succulentae, *ad litora maris et lacuum subsalsorum totius fere orbis crescentes.*) . . .

Tribus III. *SALICORNIEAE.*

1. *Flor. ☿ v. abortu polygami, rhacheos excavationibus immersi, ebracteati,* ad quemvis articulum terni, decussatim oppositi. Calyx monophyll., utriculato-peltatus, rima denticulata medio apertus, demum fungosus. Stam. 1–2. Stigm. 2 basi coalita, laciniata v. indivisa. Sem. pubescens. (Rami oppositi, articulis basi vagina brevissima cinctis, spicis term.) . . . . Salicornia. Tourn.

2. — *☿, sub amenti bracteis decussatim oppositis bini v. terni.* Cal. 3-phyllus, foliolis squamaeformib. adpressis demum haud mutatis. Stam. 1. Styl. simplex, apice 2-3-fidus. (*Rami alt., amenta lateral. et term. spicata.*) . . . . Halocnemum. Bieb.

B. Embryo spiralis.

Albumen excentricum 2-partitum, parcum v. nullum. Flor. bracteolati.

Subordo II. SPIROLOBEAE.

I. Calyx demum siccus, utriculum membranaceum includens (raro subbaccatus, cfr. Anabasis, Salsola). . . . .

A. Embryo conico-spiralis s. cochleatus (sc. spiris interioribus exteriores supereminentibus. Albumen nullum. Sem. testa membranacea. Flor. ☿, 2-bracteolati. Stam. hypogyna, calycis lobis opposita. (Caulis interdum articulatus.)

Tribus IV. *SALSOLEAE.*

a. Squamulae hypogynae 5, staminibus 5 alternae. Styli 2. Utriculus compressus. Sem. verticale, suborbiculare. Embr. radic. dorsali.

1. *Calyx 5-phyllus, foliolis demum vel omnibus dorso transverse appendiculatis,* vel duobus bracteolis oppositis apteris; (alis interdum exiguis; *Brachylepis,* C. A. Meyer). Antherae muticae. Squamulae hypogynae a filamentis liberae, villosae v. ciliatae. Styli brevissimi, divaricati. Utric. succulentus v. subchartaceus, calyce subpulposo 3- v. 5-alato inclusus. (Frut. v. suffrut. articulati, aphylli, v. foliolis parvis basi connatis instructi, fol. opp. v. abortu alternis, fl. ax. sessil., calycis alis suberectis. — *Asia media et occid.*) . . . Anabasis. L.

2. — *5-phyll., foliolis demum indurato-siccis, uno dorso spinifero.* Anth. muticae. Squamulae hypog. inferne filamentis adnatae. Styli filiform., basi coaliti. Utric. membranaceus, calyce capsulaeformi spina longa rigida subverticali armato inclusus. (Suffrut. haud articulatus, fol. alt. carnos. subtriquetr., flor. villis involutis. — *Aegypt.*) . . . . Cornulaca. Del.

3. — *5-phyll., foliol. demum induratis non appendiculatis.* Anth. connectivo excurrente apiculatae. Styli setacei, basi coaliti. Utric. subchartaceus, calyce indurato-membranaceo inclusus. (Suffrut. glaber., fol. alt. imbricat. subulato-pungentib. — *Reg. Caspica.*) . . . . Nanophytum. Less.

b. Squamulae hypogynae nullae.

α. Calycis foliola dorso demum ala transversa patente appendiculata, alis saepe inaequalibus. (Suffrut. v. hb., glabr. v. pubesc., fol. alt. v. oppos., raro nullis, plerumque subteretib. carnosis, fl. ax. sessil. plerumque glomeratis.)

1. *Stam. 5, rarius 3-1, hypogyna; anth. connectivo excurrente mucronatae.* Styli 2 setacei, basi cohaerentes. Utric. compressus, subchartaceus, calyce 3- v. 5-alato membranaceo v. supra crassiusculo inclusus. Sem. verticale, suborbiculare; embr. radic. dorsali. Cal. 3- v. 5-phyll., foliolis demum induratis. (*Reg. mediterran., Caucas., Pers., Sibir.*) . . . . Halogeton. C. A. Mey.

2. — *5, rarius 3, annulo depresso v. cyathulo inserta; anth. muticae.* Styli 2, basi saepius connati, rarius nulli; stig. subsessilia. Utric. depressus, calyce capsulaeformi exsucco v. subbaccato stellato-5-alato reclusus, alis magnis v. parvis, scariosis striatis, interdum coloratis v. crassiusculis unguiformibus. Sem. horizontale, subglobosum; embr. radic. extraria. Calyx 5-phyllus. (Folia interdum nulla. — *Litora region. temp. totius orbis.*) . . . . Salsola. (L.) C. A. Mey.

β. Calycis foliola demum non appendiculata. Stam. receptaculo inserta. Styli 2 filiform. v. setacei, basi plerumque coaliti. Utriculus calyce indurato inclusus. Sem. suborbiculare.

1. *Utriculus compressus, subchartaceus. Sem. verticale,* embr. radic. dorsali. Cal. 2-5-phyll., demum indurato-membranaceus. Stam. 1–5; anth. muticae aut connectivo in rostrum ligulare v. cucullatum producto superatae. (Hbae, raro suffrut., fol. alt. v. oppos. carnos. subcylindr., fl. ax. solitar., bracteolis foliis conform. persist. demum connivent. — *Asia occ. et bor.*) . . . . Halimocnemis. C. A. Mey.

2. — *depressus. Sem. horizontale;* embr. radic. extraria. Cal. 5-phyllus, fructifer sublignosus nucaeformis. Stam. filam. crassiuscula, compressa, superne dilatata, apice truncata; anth. sagittatae, acutae. (Frut, fol. alt. parvis subamplexicaul. subtriquetris, fl. ax. sessil. 2-3 v. glomerulatis villis involutis. — *Arabia, Aegypt., ins. Canar.*) . . . . Traganum. Del.

B. Embryo plano-spiralis (spiris interioribus exteriores non superantibus,) radic. externa v. marginali. Sem. lenticulare, testa crustacea. Utriculus membranaceus. Stam. 5, calycis lobis opposita. Squamulae hypogynae nullae. (Hbae, raro suffrut., caul. continuis, fol. alt. linear. v. subteretib. carnosulis, fl. ax. plerumque glomerulatis, bracteolis minutis squamaeform.) . . . .

Tribus V. *SUAEDINEAE.*

1. *Cal. profunde 5-fidus, lobis subinaequalibus demum cucullatis et dorso 2-corniculatis.* Stam. hypogyna. Styl. 2-fidus. Utric. depressus, calyce clauso irregulariter stellato inclusus. Sem. horizontale; album. parcum 2-part. (Hba glabra, fl. ☿. — *Caucas., Altai.*) . . . . Schoberia. (Mey.) Moq.

2. — *urceolatus, 5-part., lobis crassiusculis carnosis, demum inflatis interdum subcarinatis haud appendiculatis.* Stam. receptaculo aut imo calyci inserta. Discus annularis parvus v. obsoletus. Styl. apice in stigm. 2-5 divaricata divisus. Utric. depressus v. compressus, calyce plus minus inflato inclusus. Sem. horizont. v. verticale, album. nullo. (Flor. ☿, interdum folii basi adnati, bracteolis hyalinis. — *Deserta salsa Africae bor. et Asiae med. et occ.*) . . . . Suaeda. Forsk.

3. — *tubuloso-urceolatus, sub-5-fid., lobis demum immutatis stellato-patentib., tubo basi ovario adnato.* Stam. medio calyci inserta, in flor. ♀ ananthera. Styl. conicus, apice in stigm. 2-3 subulata patentia divisus. Utric. calyce stellato-patente cinctus. Sem. verticale pyriforme, subrostellatum, album. nullo, radic. infera. (Hba glaucesc., glabra; fl. sessil. interdum solitar. v. glomeruli aggregati. — *Altai.*) . . . . Schanginia. C. A. Mey.

CHENOPODIACEAE.

Subordo II. *SPIROLOBEAE.*

(Continuat.)

B.

Tribus VI. *BASELLEAE.*

II. Calyx demum carnosus, cum caryopsi cartilaginea concrescens. Sem. verticale, testa membranacea, album. parco in massulas 2 excentricas diviso. Embr. planospiralis, radic. marginali infera. Flor. ☿, 2-bracteolati. Squamulae hypogynae nullae. (Caulis continuus, dextrorsum volubilis).

Cal. urceolatus, 5-fidus, demum baccatus, lobis petaloid. coloratis. Stam. 5 imo calyci inserta, lobis opposita, filam. basi dilatatis. Styl. filiform., apice in stigm. 3 linear. patentia divisus. Caryops. semiinfera, calyce inclusa. Sem. subrostellatum. (Hbae, rad. fibros. v. tuberosis, fol. alt. carnos. integerr., spicis v. racemis axillar. — *America et Asia trop.*) . . . . Basella. L.

CLXXV. PHYTOLACCEAE.

† Genuinae: Fructus loculi 1-spermi.

A. Seminum testa membranacea.

Tribus I. *LIMEAE.*

I. Fruct. 2- *v. abortu* 1-*coccus*, coccis secedentib. indehisc. Semen 1, verticale, cavitati conforme, reniforme, testa tenui. Embr. annularis, albumen farinaceum cingens, cotyled. incumbent., radic. infera. Flor. ☿. Cal. 5-part., lobis herbaceis v. margine membranaceis intus coloratis. Petala 5, imo calyci inter lobos inserta, unguiculata, subrotunda, saepissime nulla. Stam. 7-10 hypogyna, quorum 5 calycis lobis alterna, reliqua iis opposita; filam. e basi lata saepius fimbriato-barbata subulata; anth. 2-loc., versatiles, longit. dehisc. Ovaria 2 ventre plano in germen 2-loc. connata, loc. 1-ovulat. Styli term. intus stigmatosi. (Hbae, v. suffrut., saepe diffuse ramosi, fol. alt. carnosulis integerr. — *Afr. trop. et austr.*)

1. — *subglobosus, coccis hemisphaer. cartilagineis, margine saepe incrassato obtusis*, dorso reticulato- v. echinato-scrobiculatis, epicarpio faciei commissuralis inflato loculum minorem sterilem apertum v. clausum mentiente. Sem. compressum. Styli 2 saepe basi connati, ovarior. commissurae paralleli (eorum dorso contrarii) clavato-filiformes. Stam. 7, rarius 6, 5, 8 v. 10, disci hypog. membranacei margini inserta. Calycis lobi late ovati. (Stirpes saepe glanduloso-viscidae, cymis term. alar. v. oppositifol. saepe glomerato-congestis.) . . . . Limeum. L.

2. — *orbicularis, coccis crustaceis, margine obtusis v. in alam ambientem expansis*, dorso convexis rugoso-tuberculatis, medio in cuspidem brevem horizontalem productis, facie commissurali plana v. concaviuscula. Sem. plano-convexum. Styli discreti, ovarior. dorso paralleli (commissurae contrarii) filiformes. Stam. 7. Calycis lobi oval. v. oblongi. (Flor. in racemis solitar. v. geminis cymos. subsessil. remoti). . . . . Semonvillea. Gay.

Tribus II. *GYROSTEMONEAE.*

II. Fruct. polycoccus, coccis membranaceis compressis dorso incrassatis 1-sp. Sem. uncinato-conduplicatum, testa transverse rugosa, umbilico strophiolato. Embr. homotrope arcuatus, albumen farinaceum cingens, cotyl. linear. incumbent., radic. tereti infera. Flor. dioici, apetali. (Fol. alt., integerr., exstip., pedunc. solitar. 1-flor. — *Nov. Holl.*)

1. — *obovatus, vertice depressiusculus*, coccis secedentib. dorso incrassatis profunde sulcatis medio anguli centralis rectiusculi dehiscentibus. Calyx 6-7-lobus, lob. ovat. obtusis. ♂: Stam. 00, concentrice 00-seriata; anth. sessil., erectae, cuneato-3-gonae, apice obtuso incrassatae, loc. 2 appositis connatis latere longit. dehisc. ♀: ovaria 00 circa columnam centralem crassam in germen 00-loc. connata. Styli centrales, breves, liberi, radiatim recurvi, intus stigmatosi. (Fruticuli ramosissimi, fol. linear. semiteret. mucronat). . . . . Gyrostemon. (Desf.) Cunn.

2. — *campanulatus, coccis a columna centrali apice dilatato depresso concentrice stigmatosa secedentibus* transverse costatis, apice anguli centralis lunulatim exciso dehiscentib., plurimis sterilib. ♂ . . . . ? ♀: Cal. cyathiform., sinuato-5-6-dentatus. Ovar. . . . . (Arb. v. arbusc., fol. obovat. v. ellipt., racemis term. foliosis.) . . . . Codonocarpus. A. Cunn.

B. Seminum testa crustacea.

Tribus III. *GISEKIEAE.*

Embryo albumen farinaceum cingens, cotyled. linear. incumbentib., radic. infera. Flor. plerumque ☿. Cal. 5-part. Cor. nulla. Stam. 5-00, subhypogyna; anth Limearum. Ovar. 3-12, libera v. coalita, rarissime 1. Styli 2-00. (Hbae, fol. integerr. exstip.)

a. Styli 2-5, unilaterales, penicilliformes v. simpl., basi coaliti. Germ. 1, 1-loc., 1-ovulat. Achaen. subglobosum, chartaceum, scrobiculato-echinatum v. glochidatum. Sem. uncinatum; embr. semiannularis. Cal. herbaceus, lobis aequalib. Stam. 5 v. 8 imo calyci inserta, quorum 5 ejus lobis alterna, filam. filiform. (Caul. debilis, fol. alt., racemi term. et ax. elongati filiform., fl. minutis. — *Amer. trop.*) . . . . Microtea. Sw.

b. — 3-12, ovariorum angulo centrali continui, apice recurvo intus stigmatosi.

1. *Ovaria* 5, *v. abortu* 4-3, *libera, adpressa, in toro papillaeformi verticillatim sessilia.* Styli breves, demum uncinati. Utriculi 3-5 liberi, verrucosi v. cristato-muricati. Sem. ovatum, testa nitida fragili; embr. semiannularis. Cal. lobi oval., obtusi, margine membranacei. Stam. 5-15, solitarie v. geminatim v. ternatim imo calyci inter ejus lobos inserta; filam. e basi late ovata subulata. (Hbae prostratae, dichotomae, fol. alt. v. suboppos. carnosulis subtus dense verruculosis, fl. minut. viresc. v. demum purpurasc. in cymulis oppositifol. umbellato- v. glomerato congestis. — *Asia et Afr. trop. et subtrop.*) . . . . Gisekia. L.

2. — 5-10, *raro* 12, *ima basi v. toto ventre coalita, toro convexiusculo inserta.* Styli discreti. Bacca depresso-globosa, 00-loc., longit. sulcata, aut carpidia 00 exsucca discreta indehisc. Sem. subglobosa v. reniform., testa nitida fragili; embr. annularis. Cal. petaloid. aut herbaceus; lobis rotundat. saepe margine membranaceis. Stam. 5-30, disco hypog. carnosulo inserta, extima calycis lobis alterna, reliqua in phalanges v. inordinate congesta; filam. subulata. (Hbae, interdum volubil., rad. crassa fusiform. v. napiform., fol. alt., spicis v. racemis term. v. oppositifol. aphyllis, pedicell. 2-bracteolat. raro dioicis. — *Reg. trop. et temp. calidior. totius orbis.*) . . . . Phytolacca. Tourn.

3. — 7-8 *v. abortu pauciora, libera, carpophoro distincto stipitiformi* inserta. Styli filiform. Carpidia discreta, baccata, demum exsucca, indehisc. Sem. reniforme; embr. annularis. Cal. lobi membranacei, obovati. Stam. 8-10, carpophoro inserta, extima 5 calycis lobis alterna; filam. subulata. (Hba suffrutesc. volubilis, fol. alt., spicis ax., fl. 3-bracteolat. — *Peruv., Chile.*) . . . . Ercilla. Adr. Juss.

c. Styli in unicum filiformem, brevissimum concreti; stigma simplex. Caps. baccata, 10-loc., 10-valvis, 00-sp. Sem. membrana obvoluta. . . . . Cal. 5-part., persist., lobis erectis ovalis concavis. Urceolus perigynus brevis, 10-dentatus. Stam. 10, urceoli dentib. inserta; filam. brevissima; anth. erectae, subulatae, sulcatae. (Hba ramosa, rad. fusiformi, fol. oppos. connatis teretiusc. obtusis glabris, pedunc. lateral. 1-flor. solitar. v. geminis ternisve erectis. — *Cap. b. sp.*) . . . . ? Augea. Thunb. †

†† Genus affine? Caps. membranacea, calyce immutato inclusa, 5-gona, 5-loc., loc. polyspermis.

Seminum funiculus dilatatus, sacciformis, appendice auctus. Album. farinosum. Embr. periphericus, curvatus, radic. centripeta Sepala 5 petaloidea, 2 interiora minora. Stam. 8, rarissime 9-10, hypogyna; anth. 2-loc., extrorsae. Styli 5 subulati. (Suffrut. prostratus, totus albido-tomentosus, caul. lignos. nodosis, fol. ternato-verticill. obovat., capit. term. v. intrafoliac. — *Java.*) . . . . ? Tryphera. Blume.

DAPHNOIDEAE. *(Classis.)*

Conspectus ordinum.

A. Ovaria plura discreta (raro apice cohaerentia, cfr. Ruizia) **1-loc., 1-ovulata.** Fruct. indehisc., 1-sp. Sem. albuminosum. Flor. diclines, raro ☿. Stam. plerumque indefinita. Antherae 2-loc. — Arb. v. frut., fol. oppos. v. suboppos. (*Monimiaceae*, Endl.)

I. **Antherae rimis longitudinalibus dehiscentes.** Fr. drupacei v. baccacei. Sem. inversum. Embr. in axi albuminis carnosi v. oleosi, radic. supera. . . . . MONIMIEAE.

II. — **valvulis adscendentibus dehiscentes.** Nuculae stylis plumosis persist. caudatae. Sem. erectum. Embr. in basi v. axi albuminis carnosi, colyled. divaricatis, radic. infera. . . . . ATHEROSPERMEAE.

B. Ovarium unicum, aut plura in germen 1- v. pluriloculare coalita.

I. **Antherae valvulis adscendentibus dehiscentes.** Semen inversum. Album. 0. Embr. orthotropus.

A. Germen superum (conflatum ex ovariis 3 valvatim connatis) 1-loc., ovulo 1 ex apice loculi pendulo. Bacca v. drupa 1-sp., calyce cincta v. inclusa (rarissime ei adnata, cfr. Caryodaphne). Stam. perigyna, margini disci calycis fundum vestientis inserta, 4-serialia (rarius 5-6- v. abortu 3-1-serialia) nunc omnia (3-18, plerumque 9) fertilia, nunc intimae seriei sterilia imperfecta (staminodia dicta). Antherae 4- v. 2-locellatae, seriei tertiae extrorsae, exteriorum (rarius omnium) introrsae. Glandulae variae, staminibus (praecipue tertiae seriei) geminatim adjectae, saepius filamentis adnatae, raro nullae. LAURINEAE.

B. — *inferum* (calycis tubo adnatum) 1-loc., ovulo 1 lateri prope apicem appenso. Drupa 1-sp. Stam. 4-5, calycis fauci inserta ejusque lobis exterioribus opposita, sterilia nulla; filam. basi glandulis stipata; anth. 2-loc., introrsae. . . . . GYROCARPEAE.

II. **Antherae 2 loc.,** (raro 4-loc., cfr. Choretrum), **rimis longitudinalibus dehiscentes.**

A. Germen inferum.

I. Stamina calycis lobis numero dupla (cfr. Nyssaceae). Stam. disci epigyni margini inserta. Sem. inversum.

1. *Flores ☿ in capitulum v. strobilum basi involucro 2- v. 4-partito cinctum connati.* Stam. 8. Ovar. 2-loc., 2-ovul., ovulis utrinque septi apici appensis. Nuculae 2-3 connatae, abortu 1-spermae. Embr. in apice albuminis oleoso-carnosi parvus. (Fol. oppos.) . . . GRUBBIACEAE.

2. — *polygamo-dioici, ♂ racemosi v. subcapitati, ☿ subsolitarii.* Stam. in fl. ☿ 5, in ♂ 10. Ovar. 1-loc. Ovulum 1, ex apice loculi pendulum. Drupa baccata, 1-sp. Sem. inversum, Embr. in axi albuminis parci carnosi rectus, radic. brevi supera, cotyled. foliaceis undulatis. (Fol. alterna). NYSSACEAE.

II. Stamina calycis lobis numero aequalia; anth. introrsae. Sem. inversa, albuminosa (cfr. Helwingia).

1. *Stam. calycis lobis alterna.* Germ. 3-4-loc.; ovula in loc. solitaria, anguli interni apici appensa. (Folia alterna, serrata, supra in medio nervi medii flores solitar. v. subfasciculatos dioicos gerentia.) . . . . HELWINGIACEAE.

2. — *calycis lobis opposita.* (Anth. rarissime 4-loc., v. Choretrum). Germ. 1-loc., loc. 2-4-ovulatis (interdum 1-ovulatis? cfr. Nanodea, Sphaerocarya, Choretrum, Leptomeria, Comandra, Pyrularia, Octarillum, Myoschilos,); ovula placentae centrali liberae affixa, plerumque ex ejus apice pendula. Embr. in apice album. carnosi, radic. supera v. sursum centrifuga. (Fol. alt., raro suboppos., integerr., interdum nulla; inflor. ax. v. term.) . . . . SANTALACEAE.

B. Germen superum.

I. Stamina vel omnia vel saltem alterna calycis lobis opposita; antherae introrsae.

† ***Embryonis radicula supera.***

a. Albumen carnosum; embr. axilis, teres. Stam. 3-5, calycis lobis basi inserta; filam. brevia. Drupa v. nux 1-sp. Sem. inversum. (Arb. v. frut., ramulis articulatis, fol. sparsis v. obsoletis.) . . . . ANTHOBOLEAE.

b. — **nullum** (raro parcum, cfr. Thymelacae). Ovula ex apice v. prope apicem loculor. pendula. Sem. inversa. Embr. radic. brevi.

α. Germen 2-loculare, (v. 1-loc., placentis 2 parietal.), ovulis solitar. anatropis.

1. *Bacca corticata, 2-loc., 2-sp.* Tubus nectarifer germinis basin vaginans. Stam. 8. PHALERIEAE.

2. *Capsula coriacea v. lignosa, obovata, compressa, 1-v. incomplete 2-loc., 2-valv., 2- v. abortu 1-sp.,* valvis medio placentiferis. Squamulae 5 v. 10 calycis fauci insertae (stam. steril.?) in urceolum subexsertum connatae. Stam. 5 v. 10. AQUILARINEAE.

β. Germen 1-loculare, ovulo 1 (rarissime 2-3, cfr. Lagetta in Thymelaeis). Fruct. indehisc.

1. *Flor ☿ (raro abortu diclines) involucello calyculiformi destituti.* Stam. 2, 4, 8 v. 10, calycis tubo v. fauci inserta, interdum cum sterilibus alternantia. Faux interdum glandulis v. squamis petaloideis 4 v. 8 v. 10 v. 12 lobis alternis coronata. Embryo in paucis albumine parco carnoso inclusus. . . . . THYMELAEAE.

2. — *☿ v. monoici, omnes v. ☿ singulatim calyculo (involucello) tubuloso cincti.* Stam. 3-4 v. 10 v. 12, tubo inserta. Faux nuda. . . . . HERNANDIEAE.

†† ***Embryonis radicula infera.*** Albumen nullum. Semina plerumque alata. Nux, samara v. drupa 1-2-sp., aut folliculus coriaceus v. lignosus, 1-2-00-sp., dehisc. v. indehisc. Cal. 4-phyll. v. 4-part. Stam. 4 (uno subinde abortivo). . . . . . PROTEACEAE.

II. Stamina calycis lobis numero aequalia et alterna (rarius dupla et tunc alterna lobis opposita), antherae introrsae.

1. *Germen 4-loc.; ovula in loc. 2 collateralia* anatropa. Fr. capsularis. Cal. 4-fid., coloratus. Stam. 4 v. 8. . . . . PENAEACEAE.

2. — *1-loc., ovulo 1 loculi lateri prope basin inserto* anatropo. Fr. indehisc., 1-sp., calycis basi carnosa v. indurata non adhaerente tectus. Sem. adscendens, album. carnoso, embr. axili, radic. brevi infera. Cal. 2-, 4- v. 6-fid. Stam. 4, 6 v. 8. ELAEAGNEAE.

III. Stamina 6-15, monadelpha; antherae extrorsae. *Bacca capsularis 1-loc., 2- (rarius 4-) valvis.* Sem. erect., nucamentaceum, arillo carnoso lacunoso inclusum. Embr. in basi albuminis sebacei minimus, orthotropus, radic. brevissima infera. Fl. dioici. MYRISTICEAE.

CLXXVI. MONIMIEAE.

A. Flores monoici v. dioici.

I. Calycis tubus ovariis non adnatus.

A. Calycis faux squamis destituta.

a. Styli conspicui. Stam. calycis tubo v. fauci inserta; filam. conspicua, nuda, plerumque brevia.

1. *Drupae plurimae, calyce baccato inclusae. Styli term. filiform., breves, stig. simpl. Fl. monoici.* ♂: Cal. ovato-subglobosus, demum 4-fariam fissus patens. Stam. 00, totum calycem intus dense vestientia; filam. brevissima; anth. basifixae, loc. subopposilis. ♀: Cal. tubuloso-subglobosus, ore angustato nudo. Ovar. 00, calycis faciei interiori ubique immersa. (Arb., fol. suboppos. integerr. subtus stellato-pubesc., fl. racemos. v. solitar. e trunco v. imis ramis nascent. ax., ♀ rariorib. cum ♂ mixtis. — *Madagasc., ins. Mascaren.*) . . . . Ambora. Juss.

2. — *abortu paucae, calyce baccato demum lacero inclusae. Styli breviter exserti, stellato-patentes*, ovariis continui, intus stigmatosi. Fl. dioici. Cal. ovato-subglobos., demum 4-5-fariam fissus patens. Stam. 00, calycem intus dense vestientia; filam. filiform.; anth. Amborae. ♀: Cal. Amborae, intus ramentaceo-pilosus. Ovar. 5-6 follicularia, e fundo calycis breve stipitata. (Frut., fol. suboppos. integerr. scabris subtus stellato-pubesc., racemis ax. — *Ins. Mascaren.*) . . . . Monimia. Pet. Th.

3. — *abortu paucae, intra calycem baccatum demum elastice inaequaliter dehiscentem nidulantes.* Styli subulati, exserti. Fl. dioici. Cal. urceolato-campanulatus, fauce coarctata, limbo 4-8-lobo. ♂: Stam. 00, tubo inserta; filam. brevissima, connect. dilatato; anth. loc. oppositis. ♀: Ovar. 3-10, calycis tubo inserta. (Arb. v. frut., fol. oppos. integerr. v. serratis, racemis ax. paucifior. — *Amer. trop.*) . . . . Citrosma. R. et P.

b. Styli nulli; stigmata sessilia, obtusa, papillis (ex Cunningham) per ovarium sparsis. Ovar. 00, e calycis basi lanata breve stipitata. Drupae v. nuces 8-10 v. abortu paucae, stipitatae, subverticillatae, calyce immutato stipatae. Fl. dioici. ♂: Cal. plano-rotatus, 8-10-fidus. Antherae 00, in fundo calycis sessiles, cordatae v. oblongae, 4-sulcae, apice barbatae, loc. appositis. ♀: Cal. maris, persist. (Arb. v. frut., fol. oppos. glabr. pellucido-punctat. serrat., serraturis glanduloso-callosis, racemis ax. corymbos. — *Nov. Holl., Nov. Zeeland.*) . . . . Hedycarya. Forst.

B. Calycis faux squamis coronata aut clausa.

1. *Baccae calyci demum fisso convexiusculo umbellatim insidentes.* Stigm. sessilia, obtusa. Fl. monoici. Cal. turbinatus, basi 2-bracteolatus, ore squamis 4 subconniventibus clauso. ♂: Stam. 5-7, calycis parieti inserta; filam. brevia, nuda; anth. basifixae. ♀: Ovaria 00, calyci inserta, pyramidata. (Arb., fol. suboppos. apice repando-serratis, racemis ax. et lateral. compos. — *Java.*) . . . . Brongniartia. Blume.

2. *Drupae 2-9, calyce demum deciduo nudae.* Styli filiform., liberi, subexserti, stig. simpl. Fl. dioici. Cal. campanulatus, limbo 5-fido patente intus colorato, fauce squamis petaloideis 5 (5-7?) limbi lobis aequalib. et alternis (in ♀ angustiorib.) coronata. ♂: Stam. 00, tubo et fauci inserta; filam. brevia, complanata, basi utrinque auriculata; anth. loculi connectivo dilatato-opposite adnati. ♀: Stam. abortiva glandulaeformia in fauce et tubo sparsa. Ovar. 2-9 conica, e calycis fundo breve stipitata, apice subcohaerentia. (Arb. aromat., fol. oppos. integerr. papilloso-scabris, racemis ax. — *Chile.*) . . . . Peumus. Pers.

II. Calyx ♀ campanulatus, ad medium usque ovariis adnatus,

demum excrescens, limbo libero aequaliter 4-fido. Ovar. 00, calycis parieti undique inserta. Styli inferne discreti, apice breve exserto in unum coaliti, stig. indistinctis. Drupae abortu paucissimae, calyce inclusae. Fl. dioici. ♂: Cal. clavato-campanulatus, fauce dilatata, limbi 4-fidi lobis 2 oppositis (aestivatione interioribus) appendice serrato-lacera demum erecta auctis. Stam. 00, 4-seriatim tubo inserta, inclusa; filam. brevissima, connect. dilatato; anth. subrotundae, loc. oppositis apice confluentib. per ambitum dehiscentib. (Arb. v. frut., fol. oppos. serrat., pedunc. ax. 1-2, ♂ 3-fidi, ♀ umbellato-capitati. — *Peruv., Brasil.*) . . . . Tetratome. Poepp. et Endl.

B. Flores hermaphroditi.

Cal. turbinatus, subclausus, 4-fid. Stam. numerosa; anth. cuneiformes. Ovaria plurima, stylis subulatis. Drupae plures in receptaculo plano sessiles, . . . (Frut., fol. oppos. v. ternis nitidis v. rugosis repandis v. apice dentat., inflor. . . . — *Peruvia.*) . . . ? Mollinedia. R. et Pav.

CLXXVII. ATHEROSPERMEAE.

A. Flor. monoici v. dioici. Styli prope apicem ovarii laterales,

villosi. Ovaria 00, oblonga, sessil., distincta. Cal. campanulatus, tubo in ♂ brevissimo, in ♀ saepius longiore, limbi lobis 2-3-seriatis demum deciduis, interiorib. tenerioribus. Stam. 6-20; filam. brevia, complanata, basi (in Atherosperma obsolete) bisquamosa; anth. loculi oblongi, connectivo mutico utrinque adnati. (Arb. aromat., fol. oppos. glanduloso-serratis.)

1. *Calycis limbus 5-13-fidus, patens, fauce squamis 6 petaloideis limbi lobis alternis et aequalib. v. exiguis rudimentariis munita.* ♂: Stam. 6-14, tubo inserta, pluriseriata. Ovaria rudimentaria. ♀: Squamulae 00 calycis tubum et faucem vestientes. Styli subulati, stig. obtuso. Nuculae 00 v. 4 patentes, inter calycis tubum incrassatum ovato-cylindricum mox 4-fariam dehiscentem liberae. (Flor. ax. racemosi v. cymosi, cymulis basi 3-bract. 3-flor.; fl. ebracteolati, interdum dioici. — *Chile, Nov. Zeeland.*) Laurelia. Juss.

2. — *limbus 8-fidus, lobis brevib. obtusis, interiorib. minoribus, ♂ fauce esquamata.* Stam. 10-20, calycis fundo inserta, fertilia sterilibus squamaeformib. mixta. ♀: Faucis squamulae imbricato-pluriseriales, persistentes. Styli filiform., stig. acuto. Nuculae 00, calycis tubo incrassato-cupulaeformi explanato et faucis squamis radiato-impositae. (Ramuli 4-goni; pedicelli ax. 1-flori, fl. 2-bracteol., bract. decid. — *Nov. Holl.*) . . . . Atherosperma. Labill.

B. Flor. ☿. Styli prope basin ovarii laterales,

villosi, medio incrassati, stig. filiformi nudo. Ovar. 5-20 discreta, brevissime stipitata, ovata. Nuculae 00, intra calycis tubum incrassatum costatum, basi ventricosum, apice constrictum, demum inferne hinc fissum liberae. Cal. campanulatus, tubo brevi, limbi 6-fidi decidui lobis 2-seriatis longe lanceolatis acutis aequalib. Stam. 6, fauci inserta, lobis opposita; filam. brevia, late 2-squamata; anth. loc. ovati, connectivo in acumen elongatum filiforme producto utrinque adnati. Stam. sterilia fertilib. alterna, filiform., basi 2-squamata. (Arb., ramis 4-gonis, fol. oppos. glanduloso-serrat., pedunc. ax. solitar. 3-fl. apice 2-bract., fl. medio pedicellato 2-bracteolato fertili, lateralib. sessil. saepe steril. — *Nov. Holl.*) . . . . Doryphora. Endl.

CLXXVIII. LAURINEAE.

A. Herbae (raro suffrutescentes) parasiticae, aphyllae, cuscutiformes, volubiles. . . . .

Subordo I. CASSYTEAE.

Flor. ☿, basi 2-bract. Cal. persist., 6-fid., lobis 3 exteriorib. nanis. Stam. fertil. 9, triseriata, calycis lobis opposita; interiora 3 basi 2-glandulosa, antheris extrorsis, exteriora 6 anth. introrsis; anth. 2-loc., valvulis adscendentib. dehisc. Staminodia (stam. 4tae seriei; sterilia) stipitata. Styl. brevissimus, stig. parvo umbilicato-discoideo. Caryopsis subcarnosa, 1-sp., calycis tubo baccato apice pervio limbique lobis coronato inclusa. (Caules filiform., haustoriis s. radiculis papillaeformibus aliis stirpibus affixi, spicis simpl. v. compos. v. glomeruliform. basi minute bracteolatis. — *Reg. trop. et subtrop. totius orbis.*) . . . . Cassyta. L.

B. Frutices v. arbores frondosae. . . . .

Subordo II. LAUREAE.

I. Antherae interiores (tertii ordinis) extrorsae, exteriores introrsae

(raro omnes introrsae aut laterales, cfr. Evonymodaphneae et Oreodaphneae). Folia perennantia.

A. Staminodia perfecta

(i. e. stam. 4ti ordinis, sterilia, conspicua) raro imperfecta v. nulla (v. Endiandra, Mespilodaphne).

I. Folia tri- v. triplinervia (cfr. infra Cryptocaryeae, Oreodaphneae). Flor. paniculati (raro fasciculati) nudi. Cal. 6-fid., limbo deciduo. Stam. fert. 9, triseriata, interiora 3 basi staminodiis 2 stipata; anth. 4-loc., valv. adscend. dehisc. Staminodia (stam. 4ti ord., steril.) 3, capitulo ovoideo v. antheriformi. Stigma discoideum. Bacca 1-sp. (*Ind. or., China, Japon.*)

Tribus I. *CINNAMOMEAE.*

a. Gemmae foliigenae incompletae (non imbricato-squamatae). (Folia per paria approximata v. opposita.) . . . .

Flor. ☿ v. polygami. Cal. coriaceus, limbo toto v. superiore tantum parte a tubo cupuliformi baccam cingente saepe 6-fido decid. Staminodia staminum interiorum sessilia, glanduliformia. . . . . Cinnamomum. Burm.

b. — foliigenae perulatae, squamis 00 imbricatae. (v. pag. sequ.)

LAURINEAE.

Subordo II. *LAUREAE.*

(Continuat.)

B. I. *A. I.*

Tribus II. *CAMPHOREAE.*

b. Gemmae foliigenae perulatae, squamis 00 imbricatae. (Fol. alt., venarum axillis subtus plerumque glandula poro dehiscente munitis.) . . . .

Fl. ☿. Cal. chartaceus, basi circa baccam persistente obconica integra. Staminodia stipitata, staminum interiorum compressa. . . . . Camphora. C. BAUH.

II. Folia penninervia v. reticulato-venosa (raro 3-9-nervia, cfr. Cryptocaryeae, Oreodaphneae.) Gemmae incompletae (raro perulatae, cfr. Machilus). Flor. ☿. Stam. fertilia 9, triserialia, raro 3 (exteriorib. 6 sterilib., cfr. Endiandra). Staminodia (stam. 4ti ord., sterilia) 3, raro nulla (cfr. Dehaasia). Anth. 2- v. 4-loc., valvulis dehisc.

Tribus III. *PHOEBEAE.*

A. Calycis limbus persistens, in cupulam baccae adpressam indurascens, 6-fidus, subaequalis, demum connivens. Stam. fert. 3 interiora utrinque ad latera glandula libera plus minus stipitata praedita. Staminodia stipitata. Stigma depresso-capitatum v. discoideum. Bacca calycis fundo immersa. (Arb., fol. alt., flor. paniculat. exinvolucratis.) . . . .

1. *Antherae 2-locellatae.* Staminodia capitulo glanduloso subinde in antheram mutato terminata et glandulis 2 vel infra capitulum sessilibus vel ad basin stipitatis aucta. Calycis lobi primum membranacei. (Gemmae parvae, bivalves; paniculae angustae. — *Ins. Canar., Azor., Ind. or.*) Apollonias. NEES.

2. — *4-locellatae.* Staminodia dorso eglandulosa, capitulo cordato-triangulari. (Gemmae parvae, squamis paucis carinatis foliaceis hiantib.; inflor. ax. paniculata v. subcorymbosa. — *Ind. or. et occ.*) . . . . Phoebe. NEES.

Tribus IV. *PERSEAE.*

B. Calycis limbus aut persistens sed immutatus (nec lignescens) aut deciduus et discum orbicularem relinquens. (Arb., paniculis ax. v. term. saepe corymbiform. depauperatis, flor. exinvolucr.) . . . .

a. Antherae 4-locellatae. Stigma discoideum. (Fol. alterna.)

α. Calyx 6-part., totus persistens, sub fructu patens v. reflexus, coriac. v. chartaceus, rarius (in Perseae spec.) demum evanescens. (Paniculae ramuli squamis minutis deciduis bracteolati.)

1. *Pedicelli incrassati. Flor. ☿, raro diclin. Stam. fert. 3 interiora glandulis 2 globosis basi stipata*; filam. filiform., villosa. Staminodia 3 capitulo distincto cordato-triangulari interdum barbato. Cal. plus minus pubesc., lobis subaequal. v. ext. minoribus. Gemmae 2-valves, compressae; paniculae ramuli subumbellati. (*Amer. et Asia trop.*) Persea. GAERTN.

2. — *vix incrassati. Fl. ☿. Stam. fert. 3 inter. glandulis 2 stipitatis liberis ad utrumque latus aucta.* Anth. locelli inferiores superiorib. duplo majores. Staminodia 3 stipitata, dorso eglandulosa, capitulo acuto magis antheriformi. Cal. subaequalis. (Gemmae perulatae, imbricato-squamosae. — *Ind. or.*) . . . . Machilus. NEES.

β. Calyx 6-fidus, limbo deciduo, basi orbiculari explanata integra sub bacca persistente. Stam. fert. 3 interiora basi staminodiis 2 stipitatis compressis stipata; filam. saepe dilatata. Staminodia 3 (intima) stipitata, dorso eglandulosa, capitulo introrsum sagittato-lanceolato. (Gemmae compactae, squamis paucis hiantib. tectae, inflor. Perseae. — *Ind. or.*) . . . . Alseodaphne. NEES.

b. Antherae 2-locellatae. Stam. fert. 3 interiora basi glandulis 2 sessilibus stipata. (Paniculae ax., fl. ☿.)

1. *Calyx subaequaliter 6-fid., rotatus, lobis chartaceis persistentib. immutatis.* Staminodia 3 intima subsessilia, triangulari-subulata. Stigma discoid.? (Fol. subopposita; panic. parvae; pedicelli demum incrassati. — *Chile.*) . . . . Boldu. FEUILL.

2. — *6-fid., lobis aequalib. brevib. deciduis.* Filam. lata, brevissima; anth. interiores 4-gonae, exter. planae. Staminodia 3 intima triangularia, stipite brevi lato. Styl. brevis, stig. obtuso. Bacca succulenta, calycis basi truncatae insidens. (Inflor. Phoebes. — *Ins. Antill.*) . . . . Hufelandia. NEES.

Tribus V. *CRYPTOCARYEAE.*

C. Calyx totus persistens, fructum includens v. maximam partem tegens, rarius basi tantum persistente fructum nudum gerens. (Arb., fol. alt.) . . . .

a. Stamina fertilia 3 (tertii ordinis) **antheris 2-loc. extrorsis**; exteriora 6 in glandulas faucis v. annulum glandulosum mutata v. nulla. Filam. fertilia brevia; anth. subquadratae. Staminodia 3 intima nulla, aut staminib. alterna, stipitata, capitulo parvo truncato. Germ. 1-loc., stylo brevissimo, stig. sphaeroid. v. depresso-capitato. Cal. 6-fid., lobis aequalib. decid., basi truncata baccam immersam cingente. (Gemmae parvae, laxae, squamis foliaceis carinatis; panic. ax., saepe nutantes, fl. ♀ v. polygamis. — *Nov. Holl., Ind. or.*) . . . . Endiandra. R. BR.

b. — fertilia 9, triseriata.

† *Antherae 2-locellatae.* Calycis limbus aequalis, deciduus.

α. Bacca nuda, coriacea, calycis basi persistenti imposita, 1-sp., cum dissepimenti rudimento. Germ. 2-loc. Stig. depresso-subdiscoideum. Fl. ☿ v. dioici. Cal. 6-part. Glandulae 3 capitulatae, staminibus secundae v. etiam primae (extimae) seriei approximatae. Staminodia 3 intima ovata, substipitata. (Pedunc. ax. brevis, articulat., squamis imbricatis decid. 1- paucifloris tectus, fl. demum racemosis. — *Ind. or.*) . . . . Beilschmiedia. NEES.

β. Caryopsis calycis tubo clauso v. ore pervio drupaceo tecta. Cal. infundibuliform., 6-fid. Stam. fert. 3 interiora glandula stipitata libera ad utrumque latus instructa. Staminodia 3 intima stipitata v. substipitata, capitulo acuto angusto v. elongato. (Gemmae squamis paucis raro 00 foliaceis carinatis; fl. ☿.)

1. — *libera* (nec calycis tubo adnata). Stigma capitatum. (Fol. penninervia. Panic. ax. v. term. laxiusculae. — *Asia, Amer et Nov. Holl. trop. et subtrop.*) . . . . Cryptocarya. R. BR.

2. — *calycis tubo adnata.* Stigma discoideum. Anth. apice glandulosae. Fol. 3- v. triplinervia. Paniculae ax. breves, rigidulae, trichotomae subcorymbosae v. subsimpliciter racemosae. — *Java, Nov. Holl.*) . . . . Caryodaphne. (BLUME.) NEES.

†† *Antherae 4-locellatae.* Calyx infundibuliform., 6-fid., lobis aequalib. (Folia penninervia.)

α. Calycis lobi decidui. Stam. fert. 3 interiora basi glandulis 2 capitatis stipata; anth. ovatae. Staminodia 3 intima capitulo antheriformi subulato. Stig. disciforme. Fruct. . . . . (Panic. thyrsoidea v. subglobosa e gemma term. dense squamata orta, ramis brevib. paniculat. 00-flor., fl. ☿? — *Ind. or.*) . . . . . . Cecidodaphne. NEES.

β. — — persistentes (rarius decid.) Stam. fert. 3 interiora staminodiis 2 sessilib. subglobosis ad basin stipata.

1. *Staminodia 3 intima apice subulata. Anth. 3 interiores (extrorsae) apice subulatae; exteriores ovatae, apice membranaceae.* Stig. capitatum? Caryops. calycis tubo coriaceo incrassato intus 5-6-plicato apice vel nudo v. laciniis persist. coronato inclusa, angulata, basi 6-loba. Calycis faux constricta. (Panic. term. nuda, contracta. — *Madagascar.*) . . . . Agathophyllum. JUSS.

2. — *intima nulla (?) aut breviter stipitata, capitulo cordato-lanceolato. Anth. 6 exteriores ovatae, inter. 3 angustiores.* Stig. depresso-capitatum. Bacca jun. calycis tubo suberoso-carnoso crasso limbo connivente umbonato-clauso tecta, demum lobis dilapsis superne denudata immersa v. semiexserta. (Thyrsuli v. paniculae ax., primum gemma paucisquamata inclusae. — *Brasil.*) . . . . Mespilodaphne. NEES.

B. Staminodia intima (4ti ordinis) ***imperfecta*** (plerumque dentiformia) ***aut nulla.*** (Gemmae incompletae.)

Tribus VI. *ACRODICLIDIEAE.*

I. Stamina fertilia 3 aut 9. Anth. 2-loc., locellis poriformib. juxta apicem valvulis parvis dehiscentib. Stam. 6 exteriora, sterilia, in staminodia conversa, rarius fertilia. (Arb., fol. alt. penninerv., fl. ☿. — *Amer. trop.*) . . . .

a. — **fert. 9, triseriata**; filam. brevia, crassa, hirsuta; anth. exteriores latiores, brevissimae, ostiolis introrsis infraapicalibus; interiores 3 minores, extrorsae, ostiolis magis lateralibus. Glandulae geminatae sessiles, compressae ad basin stam. 3 interiorum. Staminodia 4ti ordinis (intima) squamiform., sessil., v. obsoleta. Styl. brevis, stig. truncato angusto. Calycis lobi decidui. Bacca calycis tubo incrassato limbo connivente umbonato-clauso reclusa, demum tubi basi irregulariter truncata calyculata, glandiformis. (Panic. ax., squamoso-bracteolatae, demum nudae. — *Amer. trop.*) . . . . Aydendron. NEES et MART.

b. — **fertilia 3** (v. pag. sequ.)

LAURINEAE.

Subordo II. *LAUREAE.* *Tribus VI.* ACRODICLIDIEAE.

(Continuat.)

B. I. *B. I.*

b. Stamina fertilia 3 (tertii ordinis), exteriora 6 (ordinis I. et II.) sterilia, in staminodia conversa. Staminodia 4ti ordinis nulla.

1. *Stam. fertilia sterilibus multo majora; anth. sessiles, depresso-4-gonae, in columnam repando-triangularem contiguae*, hirtae, vertice truncato poris 2 rotundis dehisc., valvulis introrsis, glandulis geminatis distinctis nullis. Staminodia petaloidea, primi ordinis sessilia, secundi unguiculata. Styl. conicus, stig. parvo discoideo. Fr. ..... Cal. subrotatus, patens, tubo brevi, limbo 6-fido aequali persist.? (Racemi v. cymae simpl., ax., fl. parvis. — *Peruvia.*) . . . . . Evonymodaphne. NEES.

2. — *fert. majora, in columnam 4-gonam connata, anth. apice poris 2 extrorsis valvulatis dehisc.*, glandulis geminatis nullis v. rudimentariis in ambitu columnae. Staminodia brevia, conica, truncata v. retusa. Stig. depresso-capitatum. Bacca? calycis tubo cyathiformi sulcato-angulato truncato obtuse multidentato crasso profunde immersa, mucronulato. Cal. lobi 6 breves, inaequal., decidui. (Pedunc. ad basin gemmae innovationis aggregati, cymam in capitulum dense 00-flor. contractam formantib., fl. parvis. — *Mexico.*) . Misanteca. SCHLTDL.

3. — *fert. antheris 4-gonis, poris term. extrorsum dehisc., valv. pallidis reflexis.* Gland. geminatae subquadratae ad basin dorsalem staminum fertilium. Staminodia petaloidea brevissima. Stig. simpl., acutum. Caryopsis calyci increscenti ventricoso-urceolato immersa. Cal. urceolat., limbo 5-fido inflexo persist. (Thyrsi ax. parvi, e gemmis 2-valv.? orti, squamis decid. demum denudati? — *Amer. trop*) . . . . . Acrodiclidium. NEES.

II. Stam. fertilia 9, anth. subsessiles locellis 4 basin versus in arcum dispositis, valv. adscendentib. dehisc. . . . . . **Tribus VII.** *NECTANDREAE.*

Cal. rotatus, 6-part., lobis decid., 3 exter. paulo latiorib. Anth. 9, subsessiles, ovatae, locellis ab apice distantib. Gland. geminatae globosae sessiles ad basin dorsalem staminum 3 interiorum. Staminodia vel dentiformia basi 2-glandulosa, vel capitulo parvo ovali terminata eglandulosa. Styl. brevissimus, stig. parvo truncato. Bacca calycis tubo in cupulam truncatam integram mutato plus minus immersa. (Arb., fol. alt. penninerv., panic. v. corymb. ax. laxiusc. satis amplis, fl. ☿. — *Amer. trop.*) . . . . . Nectandra. ROTTB.

III. — fertilia 9, rarius 6 v. 12, filamentis distinctis; anth. 4-loc., loc. per paria sibi superpositis, rarius 2-loc. Fr. baccans, parvus v. medioer. (Folia penninerv., raro 3-9-nerv., cfr. Endlicheria, Camphoromoea; inflor. rami bracteolis minutis fugacib. praediti.) . . **Tribus VIII.** *OREODAPHNEAE.*

a. Stam. fertilia 12, 4-seriata, anth. 4-loc., exterior. 6 introrsis, inter. 6 extrorsis. Glandulae geminatae globosae ad basin staminum 6 inter. sessiles, staminodiis caeterum nullis. Fl. dioici, ♀ ignoti. ♂: Cal. rotatus, profunde 6-fid., lobis inaequal. Pistill. 0. (Arb.?, fol. sparsis v. approximato-subverticillat., panic. ad basin ramulor. et innovationum parvis cymulosis nudis. — *Brasil.*) . . . . . Teleiandra. NEES.

b. — fertilia 6 (ordinis I. et II.) calycis lobis opposita; **anth. omnes introrsae,** ovales. Cal. infundibuliform., 6 fid, lobis aequal. v. subaequal. (Arb., fol. penninerv. v. reticulato-venosis. — *Amer. trop.*) . . . . .

1. *Anth. 4-locellatae.* Filamenta alterna basi hinc v. utrinque denticulo erecto aucta. Stam. tertii ordinis nulla aut 3 in staminodia stipitata infra apicem 2-glandulosa mutata, quarti ordinis penitus nulla. Styl. brevis, stig. compresso-capitato sub-4-lobo. Bacca calycis tubo subcarnoso cyathiformi truncato integerrimo basi immersa? Cal. lobi decid.? (Panic. ax., laxae, nudae, fl. dioic.) . . . . . Leptodaphne. NEES.

2. — *2-locellatae.* Filamenta elongata, interiorib. 3 ad basin glandulis geminis sessil. subglobosis hirtis stipata. Stam. tertii et quarti ordinis penitus nulla. Styl. longiusculus, stig. radiatim 6-fido? Bacca calycis immutati lobis persist. erectis basi cincta. (Panic. ax. v. subterm. laxae, demum nudae, fl. ☿.) . . . . . Aiouea. AUBL.

c. Stam. fert. 9, biseriata; anth. 6 exteriores introrsae, 3 int. extrorsae.

α. Anth. 2-locellatae (raro ex parte 4-loc., cfr. Endlicheria). (Arb. fol. sparsis v. approximat., fl. paniculat. exinvolucrat.)

1. *Bacca calycis tubo persist. hemisphaerico margine acuto integro v. laciniis persist. lobato imposita,* glandiformis. Fl. polygamo-dioici. Cal. rotatus, profunde 6-fid., lobis membranac. aequal. latiusculis tarde deciduis. Stam. fert. filam. brevia, linear., plana, ordinis I. et II. eglandulosa, tertii latiora et basi dorso glandulis 2 compressis substipitatis aucta; anth. 6 exter. suborbiculares 3-gonae v. quadratae, ostiolis magnis (accedente in una sp. poro supero); anth. 3 interiores paulo majores, ovatae v. trigonae, (in una sp. 4-locellatae). Staminodia 4ti ord. nulla. Styl. in fl. ☿ brevis, stig. angusto truncato, in ♂ subnullus ovario et stig. imperfectis. (Fol. penninerv., raro basi sub-7-9-nerv.; panic. ax. angustae. — *Amer. trop.*) . . . . . Endlicheria. NEES.

2. — *calyce ab ima basi toto deciduo denudata, pedicello carnoso-incrassato imposita.* Fl. ☿ v. abortu monoici. Cal. 6-fid., lobis inaequal., ext. 3 nanis. Stam. 3 interiora dorso glandulis 2 subsessilib. aucta. Anth. subrotundae, 2-loc. Staminodia 4ti ord. nulla, rarius breviter stipitata, forma et magnit. antherarum. Stig. discoideo-3-angulum. Fol. penninerv. (Panic. ax. v. term. — *Ind. or.*) . . . . . Debaasia. BLUME.

β. Anth. 4-locellatae, locellis per paria superpositis.

1. *Bacca calycis tubo truncato cupulaeformi profundo crasso plus minus immersa.* Fl. ☿ v. polygami v. dioici. Cal. 6-fid. v. 6-part., limbo subaequali demum deciduo. Filam. angusta interiora 3 basi 2-glandulosa; anth. oblongae. (Staminodia 4ti ordinis nulla aut filiformia, interdum capitulo cordato aut uno alterove anthera 1-2-loculari terminata. Stigma discoid. v. peltatum subrepandum. (Arb. v. frut., fol. alt. penninerv., interdum porosis, inflor. panic. v. racemosa ax. saepe brevi v. thyrsoid., rarius subumbellata, fl. involucratis. — *Amer. trop., ins. Mascaren. et Canar., Afr. austr.*) . . . . . Oreodaphne. NEES.

2. — *calyci cum pedicelli apice tumescenti in cupulam brevem regular. 6-fidam rigidulam mutato basi immersa.* Fl. dioic. Cal. 6-fid., lobis aequal. persist. Stam. 3 interiora basi dorso glandulis 2 globosis sessil. stipata. Anth. subquadratae, interiores 3 latere dehisc. subsessiles; loc. subaequal. subrotundi. Staminodia 4ti ordinis nulla. Styl. brevis, stig. depresso-capitato. (Arb., fol. alt. penninerv. v. subtripli-quintuplinerv., racemulis simpl. v. panicular. ax. v. subterm. — *Amer. austr. trop. et subtrop.*) Camphoromoea. NEES.

3. — *?calyce persist. paulo aucto explanato et pedicello incrassato suffulta.* Fl. dioici v. polygami. Cal. 6-fid., persist., lobis aequalib. Stam. 3 inter. glandulis 2 sessil. globosis ad basin stipata. Anth. ovatae. Filam. brevissima. Stam. 4ti ord. nulla. Styl. persist., stig. capitato depresso. (Arb., ramis angulat., fol. alt. penninerv., panic. subsimpl. in ramuli brevissimi ax. gemmipari v. innovationis basi parvis. — *Amer. trop*) Ocotea. AUBL.

4. — *nuda, pedicello incrassato (interdum calycis basi brevi acuta apice marginato) imposita.* Fl. dioic. Cal. 6-part., totus decid., lobis subaequal. ♂: Filam. brevia, 3 inter. basi glandulis 2 globosis sessil. stipata. Anth. oblongae. Stam. 4ti ord. nulla. Pistill. imperfect., stylo elongato. Fl. ♀ minor., stam. maris sed imperfectis. Styl. brevis, stig. umbilicato-discoideo. (Arb., fol. alt. penninerv. venarum axillis subtus porosis, thyrs. parvis ax. in ♀ subspicatis. — *Amer. trop. et subtrop.*) . . . . . Gymnobalanus. NEES.

II. Antherae 3-6, sessiles, 4-porosae, introrsum v. latere dehisc. (cfr. Pleurothyrium). **Stam. exteriora in ♀ sterilia petaloidea** (rarius aeque fertilia, v. Pleurothyrium). Cal. 6-fid., lobis aequal. v. subaequal. Styl. brevis. (Arb., fol. alt. penninerv. perennant. — *Amer. trop.*) . . . . . **Tribus IX.** *DICYPELLIEAE.*

1. *Fl. dioici.* ♂ .... ♀: *Cal. profunde 6-part., lobis persist. Staminodia* 9 *v.* 12, exteriora 3 perfecte petaloidea; media petaloideo-unguiformia, infra apicem inflexum 4-scrobiculata; interiora sessilia, compressa, truncata, utrinque infra apicem 2-scrobiculata, a tergo glanduloso-bigibbosa; 4ti ordinis nulla? v. 3 exigua squamiformia. Stigma acutum. Bacca sicca, disco dilatato 6-angulari imposita, staminodiis auctis induratis et calyce incrassato subcarnoso rugoso patulo calyculata. (Racemi simpl. pauciflori.) . . . . . Dicypellium. NEES.

2. *Fl.* ♀? *Cal.* 6-*fid., lobis persist.? Stamina* 9 *v.* 12; *exteriora* 3 *v.* 6 *steril. petaloidea*, sessil. v. unguiculata et tunc sagittato- v. ovato-concava; interiora 6 v. 9 fertilia, breviora, quorum 3 v. 6 basi glandulis 2 stipata; filam. angusta; anth. ovato-3-angulares, 4-loc., loc. inaequal. introrsum v. sublateraliter valvulis dehisc. Stam. 4ti ordinis nunc nulla, nunc fertilia, nunc 3 in staminodia capitata conversa. Stig. subcapitatum Fruct. .... (Fl. capitati, bracteis 1-fl. decid. squamati, deinde nudi, glomerati, in thyrsos supraaxillares foliolosos collecti Petalanthera. NEES.

3. *Fl.* ☿. *Cal.* 6-*fid., tubo obconico-3-gono, lobis patent. crassiusculis deciduis. Glandulae* 6 *triangulares, introrsum carinatae, calycis lobis alternae.* Stamina 9 subconformia, filam. brevib., anth. subcubicis 4-loc., loc. omnib. lateralib. parallel. ovatis, altero introrsum, altero retro spectante. Staminodia (4ti ord.) dentiformia, basi dorso 2-glandulosa. Stig. discoid., indivisum. Bacca (junior) calycis tubo suburceolato margine repando-crenato immersa. (Panic. v. thyrsi ax., stricti, ramulis bifido-cymosis v. florum fasciculo terminatis.) . . . . . Pleurothyrium. NEES.

III. Antherae omnes introrsae etc. (v. pag. sequ.)

LAURINEAE.

Subordo II. *LAUREAE.*

(Continuat.)

B.

III. Antherae omnes introrsae (rarissime interiores extrorsae, cfr. Cylicodaphne), valvulis adscendentib. dehisc. **Staminodia plerumque nulla.**

A. Bacca calyci v. pedicello subnudo interdum incrassato imposita. Fl. dioici v. polygami. Cal. subcorollinus, flavus, 6-part., lobis aequalib. persist. ♂: Stam. fert. 9, triseriata; filam. filiformia. Pistilli rudimentum 0 v. parvum. ♀: Stam. sterilia 9 v. pauciora, v. 12-18. (Arb. v. frut., gemmis perulatis, fol. alt. deciduis, flor. praecocib. — *Amer. bor., Ind. or.*) . . — **Tribus X. *FLAVIFLORAE.***

1\. *Antherae lineares, 4-locellatae.* Stam. 3 interiora glandulis 2 stipitatis liberis stipata. ♀: Stam. steril. 9 v. pauciora, interiora saepe cum glandulis in corpus unum coalita. Styl. subulatus, stig. discoideo. Bacca pedicello apice carnoso-incrassato calycis lobis immutatis integris distractis lobato imposita. (Fol. subtriplinerv. interdum lobata; fl. exinvolucrati, fasciculati, racemosi v. subcorymbosi.) . . . . Sassafras. Nees.

2\. — *ovatae, 2-loc.,* Stam. sterilia 6 v. 9, 2-3-seriata, fertilibus serierum I. et II. v. omnium alterna, capitulo compresso reniformi emarginato terminata. ♀: Stam. steril. 12-18 filiform. cum spathulatis minoribus alternantia. Styl. brevis, stig. bilobo. Bacca calyci persist. 6-fido insidens. (Fol. penninerv., indivisa; fl. umbellati, umbellulis involucro 4-phyllo deciduo cinctis fasciculatis v. in pedunculo communi brevi umbellatis.) . . . . Benzoin. Nees.

B. Bacca calycis tubo patelliformi v. explanato imposita. Stam. fertilia 9 v. 12, rarius plura v. pauciora, sterilia nulla. (Arb., gemmis incompletis, raro subperulatis, fol. penninerv., umbellulis involucratis.) . . . . — **Tribus XI. *TETRANTHEREAE.***

a. Antherae 2-locellatae. Calycis lobi aequales, decidui. (Fol. alt., perenn., reticulata; umbellulae ax. pedunculatae solitar. v. fasciculatae.)

1\. *Fl.* ☿ *v. dioici. Cal. 4-part.* ♂: Stam. 12, triseriata, filam. omnia medio v. superne biglandulosa; anth. oblongae. Ovarii rudim. nullum. ♀: Stam. steril. 2 v. 4 basi dilatata. Styl. brevis, crassus, stig. subcapitato. Bacca calycis fundo irregulari insidens. — (*Asia minor, — nunc omnes reg. mediterran.*) . . . . Laurus. Tourn.

2\. *Fl. dioici. Cal. 6-part.* ♂: Stam. 6 v. 9, bi-triseriata, omnia circa basin 2-glandulosa; anth. breves. Ovar. rudimentarium. ♀: Stam. steril. 6 v. 9, interiorib. 6 basi 2-glandulosis, ext. 3 eglandulosis v. nullis. Styl. brevis, stig. peltato-2-3-lobo. Bacca calycis basi disciformi integra suffulta. (Involucr. 4-phyll. — *Ind. or.*) . . . . Polyadenia. Nees.

b. Antherae 4-locellatae (rarius interiores sub-2-loc., v. Cylicodaphne).

1\. *Stam.* 12 *v.* 18, *4-seriata; seriei III. et IV. breviora, glandulis subgeminis compresso-capitatis basi stipata, anth. extrorsis sub-2-locellatis;* seriei I. et II. perfectiora, basi nuda, anth. 4-loc. introrsis. Anth. omnes ovatae, mucronatae. Fl. dioici. Cal. 6- v. 8-fid., lobis subaequal. decid. ♂: Ovarii rudim. nullum. ♀: Stam. steril., interiora basi glandulis stipata. Styl. brevis, crassus, stig. depresso-peltato. Bacca calycis tubo cyathiformi truncato immersa. (Fol. alt., perenn., crassa; umbellulae racemosae. — *Ind. or.*) . . . . Cylicodaphne. Nees.

2\. *Antherae omnes introrsae, 4-loc., ovatae, dorso nudae.* Fl. dioici, rarius ☿. Cal. 6-part., lobis subaequalib. deciduis, v. 5-3 parvis petaloideis, v. plane nullis. Stam. in flore 6-fido 9, triseriata, fertilia; in fl. petaloideo v. nudo 12 v. 15 v. 21, intima basi gland. 2 sessil. v. stipitatis aucta. Styl. brevis, stig. peltato. Bacca calycis tubo explanato interdum laciniarum residuis lobato imposita. (Fol. alt. v. suboppos., penninerv., perenn. v. decid.; umbellulae ax., aggregatae, nudae v. e gemmae squamis ortae, involucr. decid. — *Asia Nov. Holl. et Amer. trop et temp.*) . . . . Tetranthera. Jacq.

3\. *Antherae omnes introrsae, 4-loc. Stam.* 12, *4-seriata, interiora sensim minora, seriei III. et IV. dorso laminis geminis sessilib. obvallata.* Fl. ☿. Cal. 6-part., lobis subaequalib. Pistill. .... Fr. .... (Fol. alt. perenn.; umbellulae ax. racemosae brevissime pedicellatae. — *Ind. or.*) Lepidadenia. Nees et Arn.

C. Bacca calycis tubo discoideo v. cyathiformi v. pedicello nudo imposita. (Gemmae perulatae). Fol. penninerv. v. 3-plurinervia. . . . . — **Tribus XII. *DAPHNIDIEAE.***

I. Antherae 4-locellatae, oblongae.

a. Flor. ☿. Cal. 6-9-part., lobis subaequalib. deciduis. Stam. fert. 12 v. 15, 4-seriata, interiora 6 ad basin glandulis 2 capitatis stipata, inter. 6 v. 9 basi nuda. Styl. brevis, stig. infundibuliformi. Bacca calycis basi explanato-orbiculari imposita. (Arb. fol. alt. penninerv., flor. e gemma imbricato-squamata solitariis. — *Ind. or.*) . . . . Dodecadenia. Nees.

b. — dioici. ♂: Stam. fertilia 9, triseriata, interiora basi 2-glandulosa, exter. 6 basi nuda. Styl. crassiusculus.

1\. *Stigma discoideum, repandum. Bacca calycis tubo cyathiformi limbi lobis laceris appendiculato insidens.* Cal. 5-fid., lobis aequalib. membranaceis v. chartaceis laceropersist. v. prope basin deciduis. Fl. ♂: Stam. 3 inter. basi 2-gland. Ovarii rudim. ♀: Stam. sterilia 9 spathulata v. semisagittata v. petaloidea. (Arb. fol. aggregat. v. verticillat., rarius alt., fl. paniculat. v. racemos. v. fasciculatis, umbellulis gemmae axillaris squamis involutis demum nudis. — *Ind. or., China.*) . . . . Actinodaphne. Nees.

2\. — *discoideo-lacerum. Bacca nuda, pedicello apice incrassato insidens.* Cal. 4-5-6-part., totus decid. ♂: Stam. inter. 4 v. 2 basi 2-gland. Ovarii rudim. 0? ♀. Stam. ster. 4 v. 6 apice subincrassata, calycis lobis opposita. Gland. 4 sessiles submucronatae, ovarium cingentes v. per paria approximatae aut filamento sterili quinto et sexto adjectae. Styl. brevis. (Arb., fol. alt., fl. ax. fasciculat., gemmis floralib. geminat. v. aggregat. squamis decid. dense imbricatis. — *Ind. or., Japon., Nov. Holl.*) . . . . Litsaea. (Juss.) Nees.

II. Antherae 2-locellatae. Fl. ♂ cum ovarii rudimento. ♀: Stam. 9 sterilia. Stig. incrassatum. Bacca calycis fundo irregulariter persistenti insidens. Cal. 6-part., lobis aequalib. deciduis. Caet. Actinodaphnes. (Fl. ax. fasciculat. ante anthesin squamis gemmae tectis v. umbellulatis involucratis dioic. — *Ind. or., China.*) . . . . Daphnidium. Nees.

CLXXIX. GYROCARPEAE.

1\. *Flor. polygami.* ☿*: Calycis tubus ovario adnatus, limbo supero 4-6-lobo, lobis 2 oppositis persist. demum in alas longas membranaceas erectas excrescentibus.* Stam. 4; filam. cum glandulis stipitatis alternantia aut inferne iisdem adnata; anth. 2-loc., introrsae, loc. parallel. contiguis a basi ad apicem valvula persist. dehisc. Ovar. 1-loc., 1-ovul. Styl. brevis, stig. capitato subobliquo. Drupa apice calycis lobis 2-alata, 1-sp. Sem. inversum, testa cartilaginea. Cotyled. petiolatae, plumulae circumvolutae. — ♂: Cal. liber. Stam. ut in ☿. (Arb., fol. alt. integr. v. lobat., nerv. subpalmatis, panic. term. cymosis praecocibus, flor. ☿ solitar. alarib., reliquis ♂. — *Ind. or., Nov. Holl., Amer. trop.*) . . . . Gyrocarpus. Jacq.

2\. — ☿. *Cal. limb. ovario adnatus, limbo supero 10-lobo, lobis 2-seriatis colorat. deciduis.* Stam. 5, calycis lobis exter. opposita; filam. basi utrinque glandula v. auricula aucta. Styl. longus, stig. peltato repando-lobulato. Drupa aptera, 4-gona, 1-sp. Sem. .... Caet. Gyrocarpi. (Frut. scandent., ramis enodibus, fol. alt. coriac. 3-sectis, lobis integerr. penninerv., panic. ax. cymosis, pedicell. 2-bract. — *Java.*) . . . . Illigera. Blume.

CLXXX. GRUBBIACEAE.

1\. *Capitula ax. subtriflora, parva, subcompressa, sessil., involucro membranaceo 2-phyllo cincta,* involucri foliolis aridis concavis retuso-bifidis glabris ad incisuram usque carinatis. Cal. tubo obconico germini adnato, limbo supero 4-part. (interdum 5-part.?) patente extus lanato. Discus epigynus depressus, villosus. Stam. 8 (v. 10?) tubo inserta, inclusa, exteriora calycis lobis opposita, inter. iisdem alterna subbreviora; filam. brevia, glabra; anth. subglobosae, 2-loc, valvula dorsali dehisc. Germ. 2-loc., 2-ovulat.; ov. utrinque septi apici appensa, anatropa. Styl. brevissimus, persist., stig. truncato integerr. Nuculae 3 lateraliter connatae, demum separabiles, 1-sp., disco dumoso-coronatae. Sem. .... (Frut., ramis teretib., fol. oppos. coriac. linear. margine revolutis subtus albido-tomentos. — *Afr. austr.*) . . . . Grubbia. Berg.

2\. — *strobiliformia, ax., ovalia, sessil., 20-30-flora, basi involucro parvo 4-part. cincta,* involucri lobis crassis foliaceis alterne angustiorib. et carinatis. Nuculae abortu 1-sp., connatae, disco increscente coronatae. (Caet. et habitus Grubbiae. Rami 4-goni. Fol. subtus sericeo hirsuta. — *Afr. austr.*) . . . . Ophira. L.

CLXXXI. NYSSACEAE.

Genus unicum: Flor. polygamo-dioici. ♂: Cal. tubo brevi, limbo 5-part. deciduo. Stam. 10, disco planiusculo calycis fundum vestienti inserta, limbi lobis opposita et alterna, exserta, filam. subulatis, anth. didymis 2-loc. longit. dehisc. Ovarii rudimentum. ☿: Cal. tubo ovario adnato, limbo 5-part. decid. Stam. 5, disco epigyno inserta, limbi lobis opposita, anth. simpl. effoetis? Ovar. 1-loc., 1-ovul. Styl. subulat., incurvus, stig. simplici. Drupa baccata, 1-sp., putamine angulato fibroso. Sem. inversum; embr. in axi album. parci carnosi rectus, cotyled. foliaceis undulatis, radic. brevi supera. (Arb. hydrophilae, fol. alt. integerr. v. angulato-dent. penninerv., fl. ax, ♂ racemos. v. subcapitat., pedunc. ♀ 1-3-flor. — *Amer. bor.*) . . . . Nyssa L.

CLXXXII? HELWINGIACEAE.

Genus unicum: Fl. dioici. ♂: Cal. 3-4-part., lobis ovat. patent., aestiv. valvata. Stam. 3-4, disci obtuse sub-3-4-lobi margini inter lobos inserta, calycis lobis alterna, libera; filam. filiform. crassiuscula; anth. basifixae, introrsae, loc. basi discretis longit. dehisc. Ovarii rudim. punctiforme. ♀: Cal. tubo ovario adnato, limbo supero 3-4-lobo deciduo. Stam. rudim. nulla? Ovar. disco epigyno coronatum, 3-4-loc., loc. 1-ovul. Styl. term. brevissimus, crassus, stig. 3-4 acutis recurvis. Fr. styli discique reliquiis apiculatus, 3-4-coccus, coccis chartaceis lenticulari-compressis rugosis, 1-sp. Sem. inversa, e funic. brevib. pendula, compressa, rhaphe ad chalazam apicalem excurrente marginata, albuminosa? Embr. orthotropus. (Suffrut. glaber., fol. alt. tenuib. penninerv. setaceo-serratis, stipulis petiolarib. angustissimis v. setaceo-fissis deciduis, flor. parvis in media folior. pagina superiore nervo medio insertis solitar. v. fasciculatis, pedunc. 1-flor. basi bracteolat., ♂ longiorib. — *Japonia.*) . . . . Helwingia. Willd.

CLXXXIII. SANTALACEAE.

A. Calycis faux nec glandulis nec squamulis coronata. . . . Tribus I. *THESIEAE.*

I. Stigma indivisum (cfr. Myoschilos).

A. Calyx calyculo brevi urceolato adnato 4-dentato (dente uno majore) *basi cinctus, tubulosus,* limbo 5-fido deciduo. Discus epigynus carnosus, annularis, integerr. Stam. 5 fauci ante lobos inserta, filam. brevissimis, anth. oblong. 2-loc. Germ. 3-ovulat. Styl. cylindr., gracilis, stig. depresso-capitato. Nucula 1-sp., calyculi limbo et disco increscente coronata. Sem. inversum. (Hbae, fol. alt. subcarnosis linear. v. sublanceolat., fl. in apice ramor. dense spicat. v. subcapitat. sessil. — *Chile.*) Quinchamalium. Juss.

B. — basi calyculo destitutus, limbo persistente, fructum coronante (cfr. Octarillum). Flor. ☿. Stam. calycis lobis opposita (cfr. Octarillum), filam. brevib. v. brevissimis subulatis, anth. 2-loc.

1. *Calycis limbus infundibuliform., 5-part. v. 5-fidus, intus glaber v. villosus. Discus epigyn. nullus.* Stam. 5, filam. dorso fasciculato-barbatis v. nudis. Germ. 2-ovulatum. Styl. filiform., stig. capitato. Nux corticata, 1-sp. (Hb. v. suffrut., fol. alt. interdum triquetr. v. spinesc., fl. racemos. v. spicat. v. subcapitat. v. paniculat. — *Eur., reg. mediterran., Afr. austr.*) . . . . Thesium. L.

2. — *limbus campanulatus, 5-fidus. (raro 4- v. 6-fid.) Disc. epigyn. 5-lobus,* lobis cum calycinis alternantibus. Stam. 5 (raro 4 v. 6.); antherae pilorum fasciculo dorsali limbi lobis adhaerentes. Ovula . . . . Styl. teres, stig. capitato. Nux Thesii. (Hba, fol. alt. oblong. integerr., fl. term. corymbuloso-paniculat. — *Amer. bor.*) . . . . Comandra. Nutt.

3. — *tubus brevis, 4-gonus, limbo supero 4-part., lobis acutis carnosis persist.? Disc. epig. . . . . .? Stam.* 4 (lobis oppos.?), anth. oblong. incumbent. Ovula . . . . . Styl. turbinatus, staminib. longior., stig. crassiusculo. Drupa baccata, ovato-oblonga, 1-sp., putamine 8-gono membranaceo tenaci. Sem. . . . (Frut. erect., ramis scandentib. inerm., pedunc. ax. solitar., baccis rubris. — *Cochinchina.*) . . . . Octarillum. Lour. †

4. — *limbus superus, 5-part., coloratus. Disc. epig. . . . .? Stam.* 5, anth. subrotundis. Ovula . . . . Styl. 3-gonus, brevis, stig. 3-gono. Drupa oblonga, 1-sp., putam. subgloboso. (Frut., ramulis gemmae squamis persist. basi stipatis, fol. alt. approximat. crispato-undulat., spicis lateral. alt. sessil. amentiform. parvis. — *Chile.*) . . . . Myoschilos. R. et P.

II. Stigma 2-5-fidum. Stam. calycis lobis opposita; filam. brevia v. brevissima, subulata.

A. Discus epigynus nullus.

1. *Flor.* ☿. *Cal. tubo hemisphaer.,* limbo supero 4-part., lobis subdeltoideis basi constrictis persist. Stam. 4, imberbia, anth. 2-loc. Germ. 1?-ovulat. Styl. brevis, 2-sulcus, stig. 2-lobo. Drupa baccata, cal. limbo coronata, putam. osseo 1-sp. (Hbula sediformis, caule simpl., fol. sparsis linear. crassiusc., fl. term. paucis congestis violac. — *Terra Magellan.*) . . . . Nanodea. Banks.

2. — *dioici. (♂ ignoti),* ♀: *Cal. tubo clavato-tetraptero,* alis in pedicellum subdecurrentib. cum limbi superi 4-part. persistentis lobis brevib. obtusis alternantibus. Stam. 12 sterilia, calycis lobis basi ternatim inserta, filiformi-subclavata. Ovar. 1-loc., ovulis 4 ex apice placentae liberae filiformis pendulis. Styl. brevissimus; stig. 4 exserta, erecta, oblongo-clavata. Drupa baccata, clavato-4-gona, membranaceo-4-alata, sarcocarpio fibroso-spongioso, endocarpio cartilagineo 1-sp. (Suffrut., fol. alt. angust. integerr., racemis term. corymbosis ebracteat., pedicell. filiform. — *Nov. Holl. austro-occid.*) . . . . Glischrocaryon. Endl.

B. Discus epigynus angulatus v. lobatus, lobis v. angulis cum calycis lobis alternantibus.

a. **Antherae 4-loculares, 4-valves.** Fl. ☿. Cal. coloratus, basi calyculo exiguo 5-dentato munitus, limbo supero 5-part. persist., lobis fornicatis stamina foventib. intus deorsum carinatis. Disc. epigyn. 5-gonus. Stam. 5. Ovula . . . . Styl. brevissimus, stig. stellato 5-fido, lobis brevib. linear. obtusis. Nucula calycis limbo aucto coronata, 1-sp. (Frut. spartei ramosissimi, ramulis filiform. angulat., fol. alt. minutis fugacib., fl. ax. v. term. solitar. v. aggregat. 4-bracteat. parvis albis. — *Nov. Holl.*) Choretrum. R. Br.

b. — **2-loculares.**

1. *Flor. polygamo-monoici. Calycis limbus rotatus, 4-5-part., nudiusculus persist.,* drupam baccatam v. exsuccam 1-sp. coronans. Disc. epigyn. 4-5-lobus, lobis adnatis v. liberis. Stam. 4-5, filam. nudis. Ovula . . . . Styl. brevissimus, stig. 4-5-fido. Sem. . . . . (Frut. habitu Choretri, fol. minutis v. nullis, fl. parvulis albis v. rufis v. viresc. spicat. 1-bract. v. ax. ebract. — *Nov. Holl.*) . . . . Leptomeria. R. Br.

2. — *polygamo-monoici. Cal. limb. profunde 4-fid., rotatus, decid.* lobis intus glabris basi incrassatis. Disc. epigyn. 4-lobus, adnatus. Stam. 4. Germ. 2-3-ovulatum. Styl. brevissimus, stig. 4-lobo. Drupa baccata, calva, globosa, 1-sp. Sem. . . . . (Frut. v. arbusc. glabr, fol. oppos. v. superiorib. alt., planis, crassiusc., fl. ax. v. term. subspicat. — *Afr. austr., Nov. Holl.*) . . . . Fusanus. L.

3. — *dioici.* ♂: Discus carnosus, depressus, 3-4-lobus, calycis 3-4-partiti fundum explens. Stam. 3-4, disco extus inserta, imberbia. Pistill. 0. ♀: Cal. turbinatus, limbo 3-4-part. decid. v. persist. Disc. epigyn. 3-4-lob. Stam. 3-4 effoeta. Germ. 3-4-ovulatum. Styl. cylindr., cum disco confluens, stig. 3-4 patulis obtusis. Drupa subglobosa, calycis limbo pervio truncato v. breve 3-4-dentato coronata, putamine crustaceo 1-sp. (Frut., fol. alt. angust. integerr. planis, fl. ♂ racemos., ♀ ax. subsolitar. — *Reg. Mediterran., Ind. or.*) . . . . . . Osyris. L.

B. Calycis faux glandulis squamulisve coronata. Anth. 2-loc. . . . Tribus II. *SANTALEAE.*

I. Glandulae faucis 8 v. 10 (limbi lobis numero duplae) 2-seriatae, exteriores limbi lobis alternae, interiores inter stamina et limbi lobos sitae. (Arb., fol. alt. integerr., fl. racemosis.)

1. *Flor. dioici?* ♂: *Cal. tubo brevi hemisphaer., limbo 4-part.* Gland. faucis 8, 4 ext. minimae, 4 int. majores ciliatae. Anth. 4 subsessiles. Ovarii rudim. ♀: Cal. tubo clavato, limbo 4-fido rotato persist. Disc. epigyn. 4-lobus. Stam. steril 4. Ovar. 3-ovulatum. Styl. brevis, cylindr., stig. 3 obtusis patulis. Drupa baccata, umbilicata, 1-sp. Sem. . . . . (Fol. coriacea, fl. ax. — *Nova Zeeland.*) . . . . Mida. (A. Cunn.) Endl.

2. — ☿. *Cal. tubo clavato, limbo 5-part. persist. drupam pyriformem 1-sp. coronante.* Gland. faucis 10, exter. 5 petaloideae, int. 5 minutissimae ciliatae. Stam. 5, filam. brevib. Ovar. 1?-ovulat. Styl. simpl., stig. obsolete 2-lobo. (Pedicelli breves, crassi, ebracteolati. — *Ind. or.*) . . . . Sphaerocarya. Wall.

II. Glandulae v. squamulae faucis 4 v. 5 (sc. calycis lobis numero aequales).

1. *Flor.* ☿. *Cal. limbo ventricoso-tubuloso, 4-fido, deciduo; gland. faucis 4 compressae, lobis alternae.* Stam. 4, fauci inserta; filam. subulata, dorso fasciculo pilorum barbata. Ovar. semiinferum, 2-ovulat. Styl. filiform., stig obsolete 2-3-lobo. Drupa baccata, apice marginata, 1-sp. (Arb. v. frut. glabr, fol. oppos. planis latiusc., panic. ax et term. parvis, ramulis corymboso-3-fid, bracteis caducis. — *Asia et Austral. trop.*) . . . . Santalum. L.

2. — ☿. *Cal. tubulosus, basi 2-bract., limbo 5-fido decid.; squamulae 5 lobis oppositae, minimae, pilosae.* Stam. 5 fauci inserta, filam. brevissimis, anth. oblong. Disc. epigyn. carnosus, annularis, integerr. Ovar. inferum. 3-ovul. Styl. filiform, stig. breviter 3-lobo. Bacca 1-sp., ... (Suffrut., radicis fibris tuberculiferis, fol. alt. rigidulis lanceolat. sessil. amplexicaul. nervosis, spica term. brevi bracteat., fl. villos. — *Chile.*) . . . . Arjona. Cav.

3. — *dioici.* ♂: *Cal. tubo subhemisphaer., limbi 5-fidi lobis revolutis; gland. faucis 5 rotundatae, lobis alternae.* Stam. 5; filam. breviss., subulata. ♀: Cal. tubo turbinato, limbi 5-fidi lobis persist. revolutis. Disc. epigyn. in glandulas 5 limbi lobis alternas expansus. Ovar. semiinferum, ovul. . . . . Styl. brevis, crassus, stig. depresso-capitato. Drupa pyriform., putam. subgloboso tenui. (Frut., fol. alt. integerr., fl. spicat. minutis. — *Amer. bor.*) . . . Pyrularia. Michx.

CLXXXIV. ANTHOBOLEAE.

1. *Flor. dioici. Cal. 3-phyllus, deciduus.* ♂: *Stam.* 3, sepalis basi inserta, filam. brevissimis, anth. 2-loc. Ovarii rudim. nullum. ♀: Ovar. liberum, 1-loc.; ovula .... Stigma sessile, 3-lobum. Drupa 1-sp. Sem. inversum. Embr. in axi albuminis carnosi orthotropus, teres, radic. supera. (Frut. habitu Osyridis, spartei, ramosissimi, glabri, ramis ramulisque articulatim insertis, fol. sparsis sessil. subfiliform., pedunc. ax., ♂ subumbellato-3-4-floris, ♀ 1-3-fl., pedicellis ad articulationem bracteolis 2 caducis munitis, fl. parv. flavesc. — *Nov. Holl.*) . . . . Anthobolus. R. Br.

2. — ☿ *v. abortu polygami. Cal.* 4-5-*part. Stam.* 4-5, lobis basi inserta; filam. brevia, complanata; anth. 2-loc. Styl. brevissimus, stig. capitato. Nux corticata, 1-sp., pedunculo demum ampliato baccato imposita. (Caet. et habitus Anthoboli; rami ultimi interdum foliaceo-dilatati; fol. minuta, denticuliformia, rarius majora plana integra; spicae ax., fl. subsessil. minutis. — *Nov. Holl., Molucc.*) . . . . Exocarpos. Labill.

CLXXXV. PHALERIEAE.

1. *Calyx coloratus, elongato-tubulosus*, limbo 4-part., fauce nuda pervia. *Stam.* 8, *fauci inserta*, filam. exsertis, anth. 2-lobis. Tubulus nectarifer membranaceus, ovarii basin vaginans. Ovar. liberum, 2-loc., ovulis solitar. ex loculorum apice pendulis, anatropis. Styl. staminib. brevior, stig. capitato papilloso. Bacca corticata, subpyriform., 2-loc., 2-sp. Sem. exalbuminosa, embr. inverso, cotyled. plano-convex., radic. brevi supera. (Frut. fol. oppos v. suboppos. integerr., pedunc. ax. solitar. brevib., fl. umbellatis, umbella involucrato-bracteolata, fl. majusc. albis Jasmino similib. ☿. — *Sumatra.*) . . . . Phaleria. Jack.

2. — 4-*phyllus, persist.*, foliolis ovato-oblong. reflexis. Squamulae 4 carnosae in nectarium 4-lobum erecto-connivens connatae. *Stam.* 4, calyci aequalia (lobis oppos.?), filam. subulatis, anth. incumbent. ovatis. Ovar. nectario occultum, ovul. .... Styl. crassus, staminibus brevior, stig. simpl. Bacca parva, lagenaeformis, (collo constricto), 2-loc., 2-sp. Sem. hinc convexa, inde angulata, ... (Frut. inerm., scandens, cirrhos., ramosus, fol. pedato-5-part., foliol. crenat. tomentosis, racemis subterm. subdivisis, fl. albo-virid. ☿. — *Cochinchina.*) . . . . ? Lagenula. Lour.

CLXXXVI? HERNANDIEAE.

1. *Flor.* ☿, *solitar., calyculo tubuloso 2-fido deciduo cincti.* Cal. corollinus, tubulosus, decid., limbo 5-6-part. Stam. 10 v. 12, tubo 2-seriatim inserta, filam. breviss., anth. 2-loc. latere longit. dehisc. Ovar. liberum, sessile, 1-loc., ovulo 1 ex apice pendulo anatropo. Stig. subsessile, excavatum. Drupa nuda, obovato-compressa, putamine reticulato-fibroso 1-sp. Sem. inversum, exalbum., embr. orthotropo, cotyl. magnis carnos. tuberculat., radic. brevissima supera, plumula polyphylla. (Arb. resinosae, fol. alt. subcordat. integerr., fl. ax. spicatis, seminib. edulib. — *Asia trop., Oceania.*) . . . . Inocarpus. Forst.

2. — *dioici*; (♂ ignot.) ♀: *Cal. basi calyculo brevissimo campanulato 5-dentato cinctus, infundibuliform.*, 5-*fid.*, lobis oblong. recurvis, tubo toro adhaerente vestito. Stam. 5 sterilia, cal. lobis alterna. Ovar. liberum, hirsut., 1-loc., ovulo 1 pendulo. Stigma magnum, carnosum, integrum, deciduum. Drupa oblonga, compressa, nuce rugosa. Sem. ..... (Frut. scandens, ramosus, fol. alt. oblong. integerr. glabr., racemis simpl. longis ax. v. lateral. solitar. v. aggregat., fl. sessil. — *Penins. Ind. or.*) . . . . Sarcostigma. W. et Arn.

3. — *monoici, in involucro 4-phyllo terni, laterales ♂ breve pedicellati nudi, medius ♀ sessilis* calyculatus. ♂: Cal. corollinus, 6-part., lobis 2-seriatis, interiorib. majoribus. Stam. 3, lobis exteriorib. opposita; filam. brevia, erecta, basi dilatata, utrinque glandula pedicellata stipata et subcohaerentia; anth. 2-loc., loc. connectivum latiusculum marginantib. longit. dehisc. ♀: Cal. tubulosus, calyculo brevissimo urceolato caduco cinctus, tubo ventricoso, fauce coarctata cum stylo cohaerente, limbo 8-part., lobis 2-seriatis decid., exter. rudiorib. Staminum rudim. 4 fauci inserta, glandulaeformia, in annulum cum stylo cohaerentem confluentia. Styl. term. elongatus, apice clavatus, stig. infundibuliformi fimbriato-4-lobo. Drupa 8-costata, calycis tubo inflato-ventricoso inclusa, intus spongiosa, 1-sp. Cotyled. lobatae. Caet. Inocarpi. (Arb. excelsae, fol. alt. subpeltat. integerr., fl. ax. corymbosis. — *Asia et Amer. trop.*) . . Hernandia. Plum.

CLXXXVII? MYRISTICEAE.

1. *Calyx coloratus, urceolat. v. cylindrico-tubulosus, 3-fid., aestiv. valvata.* ♂: *Antherae* 6-15, *lineares, columnae stamineae extus longitudinaliter adnatae.* ♀: Ovar. 1 superum, 1-loc., ovulo 1, rarius 2 e basi erectis anatropis. Stigma sessile, 2-lobum. Bacca capsularis, 2- rarius 4-valv., 1-sp. Sem. nucamentaceum, erect., arillo carnoso lacunoso-multipartito inclusum. Embr. in basi albuminis carnosi ruminati parvus, cotyled. divaricatis plicatis, radic. infera brevi. (Arb. v. frut.; fol. alt. integerr. breve petiolata; fl. ax. v. supraaxillar., raro term., ♀ plerumque solitar. v. rarius ut ♂ laxe fasciculati v. capitati v. racemosi v. paniculati, pedicell. infra apicem bractea semicupulari munitis; fruct. aromat. v. insipidi. — *Asia et Amer. trop.*). . . . . Myristica. L.

2. — *tubuloso- v. subrotato-campanulatus*, 3-4-*fid.* ♂: *Anth.* 8-15, *columnae stam. apice disciformis dentibus insertae*, liberae, radiatim divergentes. ♀: Ovar. 1, ovulo 1. Styl. brevis, stig. depresso sublobato. Bacca capsular. 2-valv. Cotyled. planae. (Caet. et habitus Myristicae; fl. ♂ et ♀ in capitula ax. conglomerati, pedicell. brevissimis apice bractea munitis, fr. insipid. — *Asia trop.*) . . . . Knema. Lour.

3. — *urceolatus*, 2-4-*fid.* ♂: *Anth.* 8, *columnae stamineae turbinatae apice depressae lobis longit. adnatae.* ♀: Ovaria 2, altero nano, altero 1-loc., 1-ovulato. Stig. sessile, obtusum, indivisum. Bacca capsular. 2-valv. Cotyled. planae. (Caet. et habitus Myristicae; fl. in panic. ax. conglomerati, minuti, ebracteati; fr. insipidi. — *Asia trop.*) . . . . Pyrrhosa. Blume.

CLXXXVIII. PENAEACEAE.

a. **Stamina 4,** calycis lobis alterna, fauci inserta; antherar. loculi connectivo crasso antice adnati. Germ. 4-loc., loc. 2-ovul., ov. collateral. anatrop. erectis. Caps. calyce tecta, 4-gona, 4-sulca, 4-loc., loculicide 4-valv., valv. coriaceis medio septiferis. Sem. in loculis 2, e basi erecta, umbilico fungoso, rhaphe lineari incrassata. Embr. .... Calyx coriac., colorat., persist., limbi 4-part. lobis triangular. v. ovatis. (Frut., fol. oppos. coriaceis integerr., fl. term. solitar. v. paucis congestis bracteat. sessil. ☿. — *Afr. austr.*)

1. *Calyx campanulatus, aestiv. valvata.* Filam. libera; anth. loculi connectivo breviores. Styl. 4-pterus, apice 4-fidus, stig. truncato-rotundatis. Sem. testa dura, fragili. (Bracteae coloratae.) . . . . Penaea. (L.) Kunth.

2. — *tubulosus v. campanulat., aestiv. imbricata.* Filam. libera v. mediante disci margine angusto brevissime conjuncta; anth. loc. connectivo aequilongi. Styl. filiform., stig. capitato integro v. obsolete 4-lobo. Sem. testa coriacea crassa. (Frut. viscoso-resinosi, fol. imbricatis.) . . . . Sarcocolla. Kunth.

b. **Stamina 8,** imo calyci inserta, inclusa, 4 paulo longiora lobis opposita; filam. subulata, disci margine angusto basi breve conjuncta; anth. ellipt., apiculatae, basi bifidae, dorso affixae, demum reflexae. Germ. 4-loc.; ovula in loc. 2 collateral. pendula, anatropa. Styl. subulatus, stig. simpl. Fr. ..... Cal. colorat., coriac., 4-part., lobis ovat. aequal. patent., aestiv. imbricat. (Frut., fol. Penaeae, pedicell. ax. solitar. bracteolatis. — *Afr. austr.*) . . . . Geissoloma. Lindl.

CLXXXIX. ELAEAGNEAE.

1. *Fl. dioici.* ♂: *Cal. 2-phyllus. Stam.* 4. ♀: Cal. tubulosus, limbo 2-fido erecto. Torus nullus. Achaenium calyce baccato tectum. Arbusc., ramulis et fol. alt. integr. ferrugineo- v. argenteo-lepidotis, spinis ax., fl. ♂ in amentis brevib. bracteat., ♀ ax. solitar. — *Eur., Asia temp.*) . . . . Hippophaë. L.

2. — *dioici.* ♂: *Cal. brevissime tubulos.*, 4-*fid. Stam.* 8, toro calycis tubum explenti inserta, quorum 4 lobis opposita. ♀: Cal. tubulos., limbo 4-part., fauce toro in glandulas 8 tumente obturata. Achaen. calycis tubo baccato tectum. (Arbusc. ramulis apice spinescent., fol. opp. lepidotis, fl. in ramulor. extremit. subracemosis. — *Amer. bor.*) . . . . Shepherdia. Nutt.

3. — *dioici.* ♂ ..... ♀: *Cal. tubo cylindrico, limbo conico apice perforato circumscisse deciduo.* Torus ad faucem in conum stylo pervium limbum subexcedentem tumens. Fruct. ..... (Arbusc. inerm., fol. oppos. integerr. argenteo-lepidotis, fl. ax. dichotome-racemosis. — *Guiana.*) . . . . Conuleum. Rich.

4. — ☿ *v. polygami. Cal. basi tubulosus, limbo campanulato regulari* 4-6-*fido. Stam.* 4-6, fauci inserta, lobis alterna. Discus annularis v. conicus fauci inpositus. Achaen. calycis tubo carnoso incrassato intus osseo apice umbilicato tectum. (Arb., fol. alt. integerr. lepidot., ramulis saepe spinesc., fl. ax. pedicellat. — *Eur. austr., Asia temp. et trop.*) . . . . Elaeagnus. L.

CXC. THYMELAEAE.

Tribus I. *DAPHNEAE.*

A. Squamulae perigynae (sc. calycis tubo v. fauci insertae) et hypogynae nullae. . . . .

I. Stamina calycis lobis pauciora, sc. 2, fauci nudae inserta, limbi 4-fidi lobis exterioribus opposita, exserta. Cal. infundibuliform., coloratus, demum supra germen circumscisse deciduus, rarius totus persist. marcescens. Styl. lateralis, filiform., stig. capitato. Nux 1-sp., corticata, raro baccata. Albumen parcum, carnosum. (Frut., fol. opp., raro alt.; fl. nunc term. capitati, involucro 2-polyphyllo, rarius gamophyllo infundibuliformi 4-dentato [*Thecanthes*, WICKSTR.] cincti, nunc spicati v. ax. exinvolucrati, ☿ v. dioici. — *Australia.*) . . . . **Pimelea.** BANKS et SOL.

II. — calycis lobis numero aequalia, sc. 4, fauci inserta.

1. *Flor.* ☿. *Cal. infundibuliformis, coloratus, limbo 4-fido. Stam. 4, lobis alterna, filam. exsertis.* Ovar. 1-loc., ovul. . . . Stylus terminal.?, stig. capitato. Nux calycis basi persist. inclusa, 1-sp. (Fruticulus nanus, ramis apice foliosis, fol. decussato-oppos. parvis, pedunc. term., fl. in involucro 2-phyllo deciduo fasciculatis, pedicellis brevissimis apice barbatis. — *Terra Magellanica.*) . . . . . . **Drapetes.** LAM.

2. — ☿. *Cal. tubo herbaceo, limbo colorato 4-dentato deciduo. Stam. 4 calycis dentib. alterna.* Ovar. 1-ovulatum. Styl. sublateralis, stig. clavato. Nux? calycis tubo turbinato persist. inclusa, 1-sp. Albumen tenue. (Hba annua, erecta, glabra, ramosa, fol. sparsis angustis, racemis spiciform. term. et lateral. ebract., pedicellis brevib. clavatis cum flore articulatis. — *Mongolia Chinensis.*) . **Diarthron.** TURCZ.

3? — *dioici.* ♂: Cal. infundibuliform., limbi lobis 4 reflexis. Stam. 4 exserta. . . . . (♀ et caet. ignot. — *Brasil.*) . . . . **Schoenobiblus.** MART.

III. Stamina calycis lobis numero dupla, sc. 8 v. 10, biseriata, seriei superioris calycis lobis opposita et plus minus exserta, inferioris iisdem alterna. Ovar. 1-ovulatum.

a. Stylus terminalis, plerumque brevissimus. **Drupa baccata** (raro sicca) 1-sp. Cal. coloratus.

1. *Fl.* ☿. *Cal. turbinato-campanulatus, decid., ore oblique truncato subintegro. Stam.* 8, tubo inserta, filam. exsertis, alternis breviorib. Styl. filiform., exsertus, stig. parvo capitato emarginato-subbilobo. Drupa baccata, nuda. Albumen nullum. (Frut., fol. alt., gemmis ax. 3-floris, fl. flavesc. — *Amer. bor.*) . . . . **Dirca.** L.

2. — ☿, *raro dioici. Cal. infundibuliform., demum totus decid., limbo 4- rarissime 5-fido.* Anth. 8 in fauce subsessiles, superiores semiexsertae. Styl. brevis v. subnullus (raro exsertus), stig. capitato. Ovar. glabrum, rarius pubesc. Drupa baccata, nuda, putamine crustaceo. Album. nullum. (Frut. v. arbusc., fl. alt. v. oppos., fl. ax. v. term. subsolitar. v. glomerat. v. fascic. rarius racemos. v. paniculat., saepe bracteis decid. suffultis. — *Eur., Asia, Australia, Amer. trop. et temp.*) . **Daphne.** (L.) WICKSTR.

3. — ☿. *Cal. subinfundibuliformi-tubulosus, coriaceus,* decid.?, extus sericeo-tomentosus, intus colorat. glaber, limbo 4-fido aequali. Stam. Daphnes. *Ovar.* substipitatum, setis sericeis erectis flavis *dense comosum. Styl. term., ovario triplo longior,* inclusus, inferne pubescens, *superne subincrassatus et undique stigmatoso-papillosus,* obtusus. Fr. . . . . . (Frut., fol. spars., capit. ax. et term. solitar. globosis dense 00-floris, pedunc. apice turbinato-incrassato, involucri 1-serialis foliolis angustis deciduis, receptac. parvo. — *Nepalia*) . . . . . . **Edgeworthia.** nob.

4. — *dioici.* ♂: *Cal. 4-fid. Stam.* 8. *Rudimentum pistilli.* ♀: Cal. 4-fid., ad basin drupae persistens. Styl. brevissimus, stig. capitato-bilobo. Drupa sicca, nuce fibrosa. (Caet. ign. — *Brasil.*) . . . . **Daphnopsis.** MART.

b. Stylus lateralis v. sublateralis (plerumque elongatus filiform.), stig. capitato papilloso-hispidulo. Fructus calycis basi persistente v. tarde decidua inclusus. Calyx coloratus, infundibuliform. v. elongato-tubulosus, tubo demum supra ovar. circumscisse deciduo, limbo 4-5-fido.

1. *Drupa baccata, putamine osseo. Albumen parcum, carnosum.* Fl. ☿. Cal. tubo basi ventricoso, limbo 5- v. rarius 4-fido. Stam. 10 v. 8 tubo prope faucem inserta, inclusa v. superiora filamentis conspicuis exserta. Styl. elongatus, saepe exsertus. (Frut. v. arbusc., fol. alt. v. oppos., fl. capitat. involucro 4-5-phyllo cinctis v. spicatis nudis. — *Afr. austr., Asia trop. et temp.*) . . . . . . **Dais.** L.

2. *Utriculus membranaceus, v. nucamentaceus, 1-sp., interdum demum nudus. Album. nullum.* Fl. ☿, raro abortu dioici. Cal. tubo brevi urceolato v. elongato cylindrico v. infundibuliformi, limbo 4- raro 5-fido; interdum totus persist. aut totus a basi demum fissa deciduus. Stam. 8, rarius 10, fauci inserta; anth. subsessiles subinclusae, rarius filamentis exsertis suffultae. Styl. lateralis, plerumque faucem attingens, rarius brevis et subterminalis. (Frut., raro hbae, fol. alt. v. oppos., fl. ax. v. term. solitar. v. aggregat. bracteolat., interdum capitat. involucratis. — *Afr. austr., Asia temp., Eur. austr. et media, ins. Canar.*) . . . . **Passerina.** (L.) nob.

Tribus II. *GNIDIEAE.*

B. Squamulae perigynae calycis fauci v. medio tubo insertae, petaloideae aut glanduliformes, v. filiformes, staminibus alternae, — hypogynae nullae. Flor. ☿. Styl. filiform., Fructus siccus, 1-sp. Ovar. 1-loc., 1-ovulat. . . . .

I. Stamina calycis lobis numero dupla, sc. 8 v. 10.

a. Glandulae 8 antheriformes, circa ovarii apicem calycis tubo insertae, inclusae, sessiles. Cal. infundibuliform., fauce nuda, tubo demum supra ovar. circumscisse deciduo, limbi 4-part. lobis aequalib. tubo longiorib. v. aequilongis. Stam. 8; filam. tubo inferne barbato adnata, apice libera, superiora longiora subexserta. Ovar. villosum, stylo term., stig. capitato papilloso-hispidulo. Fr. Passerinae, calycis basi inclusus. Album. nullum? (Fruticuli ericoidei, fol. oppos. subacerosis, omnib. consimilib. summis quaternatim approximato-verticillatis involucrum 1-2-florum efficientib., flor. term. v. rarius ax., extus sericeo pubesc. — *Afr. austr.*) . . . . . . **Cryptadenia.** nob.

b. Squamulae glanduliformes v. petaloideae v. filiformes calycis fauci insertae, plus minus exsertae. Stam. fauci inserta. Semen albumine carnoso plerumque parco praeditum.

1. *Stam.* 8, *filam. conspicuis, superiorib. longiorib. v. omnibus exsertis.* Squamulae 8, filiformes (filamenta sterilia), rarius breves exiguae, fauci infra stamina 1-seriatim insertae exsertae v. subinclusae. Cal. infundibuliform., utrinque pubesc. (raro glaber), tubo angusto brevi v. elongato, demum supra basin inflatam circumscisse deciduo, limbi 4-part. lobis patent. aequalib. v. rarius subbilabiatim inaequalib. Ovar. glabrum. Styl. lateralis, stig. capitato subexserto papilloso. Utriculus 1-sp., calycis basi inclusus. (Frut., fol. opp. v. alt., fl. term. capitat. involucrat. v. nudis, interdum receptaculo globoso v. demum conico elongato villoso impositis, rarius subsolitar. v. ax. — *Afr. austr.*) . . **Lachnaea.** (L.) nob.

2. — 8, *rarius* 10, (rarissime 4) *antheris sessil. v. subsessil. inclusis v. superiorib. semiexsertis.* Squamulae faucis exsertae petaloideae v. rarius glanduliformes glabrae v. pubesc. (nec setularum corona basi cinctae) solitarie v. geminatim limbi sinubus oppositae. Cal. infundibuliform., tubo ovarium pluries superante demum supra fructum circumscisse deciduo, limbo brevi regulari 4- rarius 5-fido patente v. erecto. Ovar. glabr., stylo laterali incluso, stig. capitato papilloso. Fr. Lachnaeae. (Frut., fol. alt. v. oppos.; fl. term. capitati involucrati v. nudi, rarius subsolitar. ax. v. term. v. spicati, pubesc., raro glabri. — *Afr. austr., Ind. or.*) . . . . . . **Gnidia.** L.

3. — 10, *filam. exsertis, alternis breviorib.* Squamulae 10 ligulaeform., obtusae, fauci cum staminib. insertae iisque alternae, erectae, exsertae. Cal. tubo subcampanulato, demum toto deciduo?, limbi regular. 5-part. lobis patent. v. reflexis tubo aequilongis. Ovar. villosum, stylo term. exserto, stig. capitato? Drupa sicca, nuda, 1-sp. (Frut., fol. oppos. glabr. Calophylli more pulchre parallele-venosis, corymbis term. pedunculat. paucifl. ebract., fl. extus glabris. — *Ind. or.*) . . . . . **Linostoma.** WALL.

II. Stamina calycis lobis numero aequalia, iisque alterna, sc. 4, (superiorum vestigia nulla); anth. in fauce subsessiles, inclusae. Squamulae 8, rarius 4 v. 12, glanduliformes, clavatae v. acutae, summae fauci insertae, geminatim rarius solitarie v. ternatim sinubus oppositae, singulae basi setularum corona (raro obsoleta) cinctae, erectae, exsertae. Caet. Gnidiae. (Frut., fol. opp., rarius alt., saepius coriac. nervoso-striat.: flor. in superiorib. axillis sessil. solitar. 2-bracteol., spicas foliosas formantes, graciles, glabri v. pubesc. — *Afr. austr.*) . . . . **Struthiola.** L.

Tribus III. *LAGETTEAE.*

C. Squamulae hypogynae variae ovarii basin cingentes, liberae v. connatae, (perigynae, sc. tubo v. fauci insertae, nullae). Stylus terminal., stig. capitato. . . . .

I. Stamina 4, calycis lobis opposita; filam. inferne tubo adnata, superne libera inclusa; anth. exsertae. Squamulae 4 minutae, staminib. alternae, denticulatae, ovario adpressae. Cal. urceolatus, demum totus decid., limbo 4-dentato, fauce nuda. Ovar. 1-ovul., glabr., stylo pyramidali, stig. subexserto. Drupa baccata, nuda. Embr. . . . (Frut. scandens, fol. alt. glabr., spicis ax. subsolitar. brevib., fl. parv. bracteola adpressa fultis flavesc. ☿. — *Ind. or.*) . . . . **Cansjera.** JUSS.

II. — 5, calycis lobis opposita, exserta?, filam. imo tubo inserta, brevia, complanata. Squamulae 5 obtusae, staminib. alternae et subaequilongae, ovario adpressae. Cal. campanulatus, brevis, 5-gonus, regular., 5-dent., demum increscens. Ovar. glabr. Stigma sessile, simplex? Nux ovata, calycis tubo carnoso inclusa ejusque lobis 5 auctis magnis acutis coronata, nucleo 1-loc. 1-sp. inferne fungoso. (Arb., fol. alt. subtus tomentos.; fl. parvi in spicis, interruptis, rufo-tomentosis glomerati. — *Peruvia.*) . . . . **Cervantesia.** CAV.

III. — 8, biseriatim fauci inserta, etc. (v. pag. sequ.)

THYMELAEAE.

Tribus III. *LAGETTEAE.*

(Continuat.)

C. *III. Stamina* 8, *biseriatim fauci inserta*, superiora 4 calycis lobis opposita, infer. 4 iis alterna.

1. *Squamulae* 4, *lineares*, *liberae v. basi subcoalitae*, ovario circumpositae. Ovar. 1-ovulat. Styl. brevissimus. Drupa baccata, nuda. Albumen nullum. Fl. ☿. Cal. infundibuliform., decid., limbo 4-fido aequali. Stam. 8, filam. brevissimis, anth. super. vix exsertis. (Frut., fol. oppos., racemis v. spicis term. simpl. v. pauciramosis. — *Ins. Norfolk*, *China*, ? *Nepal.*) . . . . Wickstroemia. Endl.

2. — 8, *lineares v. setiformes*, *liberae v. basi per paria connatae.* Ovar. 1-3-ovulatum. Styl. faucem attingens, stig. emarginato-capitato. Drupa calyce baccato villoso tunicata, 1-3-pyrena, putamine crustaceo fragili. Album. nullum. Fl. ☿ v. dioici. Cal. tubulosus, limbo 4-fido, fauce hispida. Stam. brevia, anth. superior. subexsertis. (Frut. v. arb., fol. alt. v. oppos., spicis v. racemis term. brevib. pauciflor. bracteat. — *Amer. trop.*) . . . . Lagetta. Juss.

3. — *connatae in membranam brevem truncatam ovarii basin vaginantem. Ovar.* 2-*ovulatum*, *stylo gracili*, stig. depresso-capitato. Drupa 2-pyrena, pyr. semiovatis 1-loc. 1-sp. Album. nullum. Fl. ☿. Cal. tubulos., basi demum subventricosus, limbi 4-5-fidi lobis brevib. aequal. revolutis, ore nudo. Stam. 8-10, infra faucem inserta, inclusa, filam. brevissimis. (Frut. subdichotome ramosus, fol. suboppos. glabr., umbella term. simpl. pedunc. nuda. — *Afr. austr.-orient.*) . . . . Peddiea. Harvey.

4. — *connatae in tubulum subintegrum ovarium vaginantem. Ovar.* 1-*ovul.*, *stylo brevi*, stig. capitato. Drupa baccata, calycis basi inclusa? Sem. . . . . Fl. ☿. Cal. infundibuliform., limbi 4-fidi lobis aestiv. subcontortis, alternis breviorib. Stam. 8, alterna subexserta, filam. brevissimis. (Frut., fol. alt., capit. ax. solitar. pedunculat. bract. 2 oval. decid. subvalvatim contiguis involucratis. — *Ind. or.*) . . . . Eriosolena. Blume.

CXCI. PROTEACEAE.

Subordo I. NUCAMENTACEAE.

Tribus I. *PROTEINEAE.*

A. Fructus indehiscens, 1-loc., 1-sp. (rarissime 2-loc., 2-sp., cfr. Persoonia, Bellendena).

I. Antherae inter se et a calyce liberae, 2-loc. . . . .

A. Flores abortu dioici; ♀ stigmate obliquo clavato emarginato papuloso. Stylus filiform. Ovar. 1-ovulatum. Cal. regular., 4-phyllus. Stam. 4, calycis lobis inserta. Squamulae 4 hypogynae (cfr. Leucadendron). — (Fol. alterna, integerrima. — *Afr. austr.*)

1. *Flor. ♂ racemosi, calycis foliolis medio stamina exserta gerentibus*, ovario abortivo. ♀: Capitula solitaria, cincta foliolis intus auctis appendiculo aceroso-multifido (capitulo quasi abortivo, racemis exteriorib. maris analogo). Nux exserta, ventricosa, barbata. Strobili squamae subulatae. (Frut. glaberrimi, fl. term. 1-bract., racemis ♂ aggregatis nudis.) . . . . Aulax. Berg.

2. — *♂ et ♀ capitati. Stam. apicibus concavis foliolorum calycis inserta* et (semper?) immersa. Squam. hypogynae subinde obsoletae. Nux v. samara, strobili squamis dilatatis (interdum cohaerentib.) inclusa. (Frut. v. arb., saepe sericeo-tomentosae; capit. term. solitar. bracteis imbricatis v. foliis verticillatis subcoloratis plerumque cincta.) . . . . Leucadendron. Herm.

B. Flores hermaphroditi.

I. Antherae 4, apicibus concavis laciniarum calycis immersae.

A. Ovarium 1-ovulatum. Nux subcrustacea aut samara.

† **Squamulae hypogynae 4.**

a. Calyx irregularis, labiatus, lobis 3 (rarius omnibus 4) cohaerentibus. (Frut., interdum arboresc., rarissime subacaules, fol. integerr. v. apice calloso-dentatis, capit. term., raro lateral., 00-flor., involucro 00-phyllo imbricato, receptaculo planiusculo v. convexo).

β. Stylus crassus, 3-fidus, lobis 2-fidis. Germ. disco glanduloso latiori insidens, 3-loc. Caps. 3-cocca, cocc. 2-valv. 2-sp. Fl. monoici. Cal. magnus, 5-part., persist. ♂: Gland. 5, calycis lobis alternae. Stam. 5, anth. extrors. adnat. (Arbusc., ramis oppos. v. alt., fol. opp. v. alt. 2-stip. integerr. glabr., fl. ax. solitar. v. paucis fasciculat. bracteat, ♀ cum ♂ mixtis longe pedicellat. — *Madagasc.*) . . . . Menarda. COMM.

II. Stam. monadelpha (filam. plus minus inter se coalitis). **Petala nulla.**

A. Styli 3 bifidi v. 2-part. (raro simplices, cfr. Phyllanthus). Germ. 3-loc. Fl. monoici (raro dioici, cfr. Phyllanthus). Corolla nulla. Stam. 3-5; anth. extrorsae.

a. Germ. v. stamina disco glanduloso v. urceolo v. glandulis distinctis cincta.

1\. *Calyx 6-part. ♂: Stam. 3;* filam. connata in columnam gracilem basi glandulis 6 v. nullis stipatam apice breviter 3-fidam; anth. connectivo excurrente apiculatae. ♀: Germ. disco carnoso insidens. v. tubo membranaceo inaequaliter 5-fido inclusum. Styli bis 2-fidi, linear. acuti Fr. drupaeform., intus 2-cocc., cocc. 2-valv. 2-sp. (Arb. v. arbusc. habitu omnino Ciccae. — *Ind. or.*) . . . . Emblica. GAERTN.

2\. — *5-part. ♂: Stam. 5; filam. inaequal.,* connata in columnam medio antheras 2 apice 3-lobo anth. 3 gerentem basi 5-glandulosam; anth. subgloboso-didymae. ♀: Germ. disco 5-glanduloso cinctum. Styli 3 bipartiti, lobis acutis. Bacca succulenta, 3-loc., loc. 2-sp. (Frut. facie Phyllanthi, fol. pinnatim dispositis, fl. ax. fasciculat. — *Ind. or., ins. Mascaren.*) . . . . . Kirganelia. JUSS.

3\. — *5-6-part., lobis 2-seriatis. ♂: Stam. 3, rarius 2 v. 5; filam. aequalia,* in columnam glandulis 5-6 v. disco 5-6 lobo cinctam connata; anth. adnatae. ♀: Germ. glandulis 5-6 v. disco glanduloso v. membranaceo 5-6-lobo impositum. Caps. 3-cocca, cocc. 2-valv. 2-sp. (***Phyllanthus,*** SW., ENDL.)

α. Frut. aphylli, ramulis ultimis basi 2-stipulat. complanat. foliiform. crenatis, flor. monoicis in crenulis fasciculatis v. subsolitar. pedicellat. ♀ et ♂ saepe mixtis, bract. 00 persist. Stam. 2-3. Styli 3 distincti, apice 2-lobi v. dichotomo-laceri. (*Amer. trop., Ind. or.*) . . . . Xylophylla. L.

β. — v. arb., rarius hbae; fol. alt., 2-stip., saepius parva in ramulis alternis deciduis pinnatim disposita, rarius magna; inflor. Emblicae, flor. fascic. saepe 1-sexual.; bract. interdum conglobatae. Fl. monoici, rarius dioici. Stam. 3-5. Styli basi interdum connati, 2-fidi, rarius indivisi. (*Reg. trop. et subtrop. totius orbis.*) Phyllanthus. L.

4\. *Calyx 6-part. ♂: Stam. 3; filam. connata in columnam centralem apice 3-lobam,* disco membraniformi 6-lobo calycis lobos partim vestienti impositam; anth. columnae lobis extus adnatae, erectae. ♀: Germ. apice foveolatum. Styli 3 bifidi foveolis illis immersi. Caps. 3-loc., a basi ad apicem 6-valvis, loc. 2-sp., columna centrali 12-ptera. Sem. arillata, arilli 3-partibilis lacinia dorsali caduca, lateralib. 2 persist. columnae centr. adhaerentib. (Frut. v. hb., fol. alt. v. suboppos. 2-stip. parvis, fl. ax. paucis fasciculat. bract., ♀ 1-2 longius pedicellat. — *Asia trop.*) Agyneia. L.

b. Germ. et stam. nec glandulis nec disco conspicuo cincta. ♂: Cal. coriac., colorat., depresso-orbiculatus, limbo 6-dentato. Stam. 3; filam. in columnam apice 3-fidam connata; anth. lobis reflexis extus ad apicem adnatae. ♀: Cal. 6-part., lobis 2-seriat. Stylus subnullus, stig. 3 reflexis 2-fidis. Caps. carnosa, intus 3-cocca, coccis chartaceis 2-1-sp. Sem. cochleata, difform., angulo interno arillo carnoso tecta, fere exalbuminosa. (Frut. interdum scandent., habitu Phyllanthorum, ramis pinnaeform. — *Java.*) . . . . Sauropus. BLUME.

B. Styli indivisi (raro 2-fidi v. emarginati, cfr. Melanthesa, Scepasma, Epistylium).

† *Flores monoici.*

I. Stam. 3-6; anth. infra filamentorum apicem liberum extrorsum adnatae.

1\. *♂: Cal. coriaceus, turbinatus, dentib. 6 biseriatis conniventib. Stam.* 3 inclusa, filam. in columnam apice 3-cuspidatam connatis. ♀: Cal. brevis, urceolat., 6-lobus. Germ. 3-loc. Stig. 3 sessilia, brevia, interdum semibifida. Caps. baccata, intus 3-cocca, cocc. chartaceis 2-sp. (Frut. facie Phyllanthi, fol. siccitate nigresc. — *Asia trop.*) . . . Melanthesa. BLUME.

2\. — — *6-part., lobis 2-seriatis. Stam.* 3, filam. (totis?) coalitis. ♀: Cal. 3- rarius 2-part. Germ. 3-loc. Styli 3, subulati. Caps. 3-cocca, cocc. 2-sp. (Arbusc., ramulis pinnaeform., fol. subcordato-oblong. subtus sericeis, fruct. tomentosis. — *Java.*) . . . . Glochidionopsis. BLUME.

3\. *Cal. 6-part., lobis 2-seriat. eglandulosis. ♂:* Stam. 3-6, filam. inferne in columnam coalitis apice brevissime liberis. ♀: Germ. 6-12-loc. Styl. crassus, brevis v. subnull.; stig. 6-12 brevia, obtusa, erecta v. conniventia. Caps. corticata, ovoid. v. depresso-globosa, 6-12-cocca, cocc. chartaceis 2-sp. Sem. fenestrata, saepe superposita. (Arb., fol. alt. integerr., pedunc. ax. solitar. v. fasciculat., fl. ♂ et ♀ saepe mixtis. — *Asia et Oceania trop.*) . . . . Glochidion. FORST.

4\. — *6-part.* (1 serial.?), *lobis lanceol. basi intus fovea marginata notatis.* (V. pag. seq.)

EUPHORBIACEAE.
Tribus V. *PHYLLANTHEAE.*
(Continuat.)

B.II.B.†I.

4. *Cal.* 6-*part.* (1 serial.?), *lobis lanceolat. basi intus fovea marginata notatis.* ♂: *Stam.* 3; filam. cum germinis rudimento in columnam basi crassam connata, superne demum libera; anth. stipitatae, loc. discretis transversis. ♀: Germ. 3-loc. Styli 3 erecti, approximati, stig. planis acutis reflexis. Caps. 3-loba, 3-cocca, cocc. 2-sp. 2-valv. (Frut., stip. 2 exiguis decid., fol. alt. oblong. integerr., racemis ax. et term., flor. super. ♂, infer. ♀. — *Guiana*) . . . . Meborea. Aubl. †

5. ♂: *Cal.* ♂ 5-*part.*, ♀ 6-*part. Stam.* 3-6; *filam. in columnam brevissimam, superne breviter* 3-6-*fidam connatis.* Germ. 6-sulcum, 3-6-loc. Stig. 3-6 sessilia, hinc convexa, inde angulata, in massam ovoideam ovario duplo majorem centro perviam 3-6-partibilem coalita. Fr. . . . . (Frut., fol. alt. 2-stip. coriac. integerr. glabr., fl. ax. fascic. ♂ et ♀ mixtis 00-bract. — *Ind. or.*) . . . . Gynoon. Adr. Juss.

II. Stam. 5; filam. crassa, lateralia 2-3 libera breviora, centralia 2-3 tota connata; anth. globoso-didymae, loc. filamenti apici non excurrenti utrinque adnatis sublateraliter extrorsis. Cal. intus glandulis 5 lobis alternis auctus, ♂ 5-part., ♀ 4-6-part. Germ. 6-10-loc. Stig. 6-10, sessil., brevia, obtusa. Caps. depresso-globosa, umbilicata, 6-10-sulca, 6-10-loc. Sem. in loc. gemina, superposita, angulata, nonnulla saepe abortiva. (Frut., ramulis fasciculatis, fol. alt. subpinnatim dispositis stipulat. integerr., fl. ax. bracteat. pedunculat., ♂ fasciculat., ♀ subsolitar., folior. lapsu quasi racemosis. — *Ind. or.*) . . . . Anisonema. Adr. Juss.

III. — 2; filam. tota coalita in columnam apice clavato incrassatam; anth. 2, divaricatae, loc. distinctis summae columnae utrinque adnatis longit. dehisc. Cal. ♀ 5-part.; ♂ 4-part. intus glandulis 4 lobis alternis auctus, lobis 2-seriat.; 2 exteriorib. majorib.

1. ♀: *Cal. persist. Germ. disco glanduloso cinctum*, 5-8-*loc.* Stig. 5-8 sessilia, brevia, subemarginata. Caps. depresso-globosa, sulcata, 5-8-loc., loc. 2-sp., sem. nonnullis interdum abortivis. ♂: Cal. lobi conniventes. (Frut. ramulis fol. et inflor. Anisonematis, fl. ♂ subgeminatis. — *Java.*) . . . . Scepasma. Blume.

2. - — *intus glandulis 5 liberis lobis alternis munitus. Germ. carnosum*, 3-*loc.* Styl. brevis v. 0, stig. 3 subbilobis. Caps. oblonga, obtuse 3-gona, 3-loc., 3-valv., loc. 2-1-sp. ♂: Anth. loc. transversi. (Arb. v. frut., fol. alt. 2-stip., integerr., glabr., fl. fasciculat. ♂ et ♀ mixtis, fascic. ax. racemosim dispositis. — *Jamaica.*) . . . . Epistylium. Sw.

†† *Flores dioici.*

1. — *in paniculas axillares dispositi, parvi.* ♂: *Cal.* 5-*sepalus*, *sep. concavis. Stam.* 5, aequal., filam. columnae centrali usque ad medium adnatis, anth. intra sepala nidulantibus. Germinis rudim.: discus stipitatus obsolete 5-lobus. ♀: Cal. 5-part. Gland. 5, lobis oppositae. Germ. 3-loc. Styli 3 simplices. Bacca 3-loc., loc. 2-sp. (Arb. magna, fol. spars. stipulat. pinnatim 3-5-foliolat., foliol. petiolulat. stipellat. articulat., panic. 00-fl. — *Ind. or.*) . . . . . . Stylodiscus. Benn.

2. — ♂ *in receptaculo carnoso conferti. Cal.* 3-5-*partitus. Stam.* 3, anth. 2-loc. transverse dehisc. Pistilli rudiment. centrale. ♀: Cal. parvus, 4-5- rarius 6-dent., persist. Germ. 3-loc. Stig. 3, foveae germinis immersa et subcoalita, persist. Caps. corticata, apice foveata, intus 3-cocca, cocc. chartaceis 2-1-sp. (Arb. v. frut., fol. alt. integerr. venosis, spicis ax. confertis. — *Java.*) . . . . Leiocarpus. Blume.

III. Stamina monadelpha. Petala 5, aestiv. convolutiva. Styli bifidi. Cal. 5-fid. v. 5-partitus.

a. Stam. 10, filam. in columnam centralem connatis, anth. radiatim patent. Pet. basi 2-glandulosa. Fl. monoici. Germ. 3-lobum, ... Styli 3, stig. 6. Fruct. . . . (Frut., fol. subverticillatim confertis lanceolat. integerr., fl. ax. spicat., infer. ♀. — *Ind. or.*) . . . . Enchidium. Jack.

b. — **5**, filamentis inferne in germinis abortivi stipitem coalitis, superne liberis, antheris introrsis (cfr. Cluytia). — (Fol. alt., stipulata, integerr.; fl. bracteati).

1. *Fl. monoici. Petala* ♂ *et* ♀ *basi nuda. Stam. centro disci plani orbiculati sinuati imposita.* ♀: Germ. disco urceolari apice 5-fido immersum, 2-3-loc., loc. 2-ovul. Styli 2-3, apice 2-fidi. Fr. bacciform., 2-3-loc., loc. 2-1-sp. (Arb. v. frut. interdum scandent.; fl. glomerati ax. v. folior. lapsu demum spicaeform., ♂ et ♀ saepe mixti. — *Asia et Afr. trop.*) . . . . Briedelia. Willd.

2. — *dioici.* ♂: *Pet.* ♂ *cum appendicib.* 5 *glandulosis* 2-3-*fidis alternantia.* Staminum columna basi glandulis 5 integris v. 2-lobis cincta; anth. demum extrorsum versae. ♀: Appendices 5 hypogynae, glandulosae, integrae v. bilobae, petalis oppositae. Germ. 3-loc., loc. 1-ovulat. Styli 3, bifidi, reflexi. Caps. globosa, 3-cocca, cocc. 1-sp. (Arbusc. v. frut., fl. ax. solitar. v. fasciculat. breve pedicellat. — *Afr. austr.*) . . . . Cluytia. Ait.

3. — *monoici,* ♀ *apetali.* ♂: *Pet.* 5 *membranacea, squamulis* 5 *bipartitis (raro nullis) alterna.* ♀: Germ. basi squamulis 3 bifidis calycis lobis alternis cinctum v. nudum, 3-loc., loc. 2-ovul. Styli 3, breves, divaricati, bifidi, lobis stigmatosis. Caps. 3-cocca, cocc. 2-valv. 2-sp. Sem. punctata. (Frut. v. hbae, fl. ax. solitar. v. fasciculat. — *Eur. austr., Afr. bor., Asia.*) . . . . Andrachne. L.

Tribus VI. *BUXEAE.*

A. Stamina definita.

I. Flores ♂ et ♀ petalis veris instructi (cfr. Savia). Germ. 3-loc., loc. 2-ovul. (Fol. alt., integerr., glabra).

1. — *monoici. Cal. profunde* 6-*part.*, lobis 2-seriatis. Pet. 6 circa discum emarginatum inserta, calycis lobis alterna et breviora. ♂: Stam. 6, filam. subulatis sub ovarii rudimento 3-partito disco insertis, anth. loc. extrorsis subrotundis. ♀: Styli 3 divaricati, breves, semibifidi. Caps. 3-cocca, cocc. 2-1-sp. (Frut., fol. 2-stip. coriac., glomerulis ax. bracteat. ♂ subsessil. ♀ pedunculat. — *Java*) . . . Actephila. Blume.

2. — *dioici. Cal.* 5-*part. Pet.* 3-5, *circa discum glandulosum inserta*, calycis lobis alterna et breviora, quandoque nulla. ♂: Stam. 5, filam. brevib. liberis sub germinis rudimento simplici v. 3-partito disco insertis, anth. introrsis adnatis. ♀: Germ. disco impositum. Styli 3 reflexi, apice bifidi. Caps. 3-cocca, cocc. 2-valv., abortu 1-sp. (Frut., stip. 2 minut. caducis, fl. ♂ glomerato-subspicatis pluribracteat., ♀ ax. solitar. subsessil. bract. — *Antill.*) . . . . Savia. Willd.

3. — *dioici. Cal.* 4-5-*part. Pet.* 4-5. ♂: *Stam.* 4-5, *glandulis* 4-5 *alterna*, sub pistilli rudimento simplici conico inserta, filam. exsertis, anth. oblong. erectis. ♀: Germ. disco carnoso impositum, ... Styl. brevissimus, stig. 3 revolutis supra canaliculatis. Fr. suberosus, 6-sulcus, intus subcartilagineus, 3-loc., loc. a basi 2-valvib. 1-sp. (Arb. magna, Mammeae facie, spicis ax. bracteat. — *Antill.*) . . . . Richeria. Vahl.

II. Flores ♂ et ♀ apetali.

A. Germen 3-loculare (raro 2-loc., cfr. Flüggea).

I. Stamina calycis lobis numero aequalia.

A. Stigmata 3 indivisa, integerrima.

1. *Caps. baccata*, 3-*loc.*, 3-*valv.* Sem. arillo sapido tunicata. Cal. 4-part. Stam. 4. Germ. loc. 2-ovul. Stigm. 3 sessilia, carnosa. (Arb., fol. alt. simpl. subintegerr., stip. ovatis acutis decid., racemis ax. et lateral. fasciculatis; fl. monoici.? — *Sumatra.*) . . . . Hedycarpus. Jack.

2. *Fruct. drupaeformis*, 3-loc., vix (loculicide) dehisc., loc. abortu 1-sp. Fl. dioici. ♂: Cal. 5-part., lobis aequal. cucullatis incurvis stamina includentib. Stam. 5, sub pistilli rudim. fungilliformi apice concaviusculo inserta, anth. subsessil. cordato-ovatis introrsis. ♀: Cal. . . . . Styli 3 linear., elongati, recurvi, flexuosi, hinc intus glandulosi. (Arb., fol. alt. petiolat. 3-foliolatis, foliolis ellipt. denticulato-serrat. glabr. minute pellucido-punctatis, panic. ax., fl. ♂ minutis viresc., fr. globoso parvo. — *Ind. or.*) . . . . Microelus. W. et Arn.

3. *Caps. subglobosa*, *stylis persist.* 3-*cornis*, 3-*cocca*, *cocc.* 2-*sp.* Fl. monoici. Cal. 4-part., lobis decussantib.; ♂ 1-bracteolat., ♀ 3-bract., bracteolis lobis conformib. adpressis. Stam. 4, sub pistilli rudim. inserta, filam. exsertis latis complanatis, anth. term. introrsis demum recurvatis. ♀: Germ. breve. Styli 3 crassi, recurvi, intus sulcati et glandulosi, stig. oblique truncatis. (Hba decumbens, fol. alt. simpl. repando-crenatis, spica ex imo caule pedunculata, basi squamis imbricatis cincta, fl. inferior. paucis ♀, super. ♂. — *Amer. bor.*) . . . . Pachysandra. Mx.

B. Stigmata 6, s. styli 3 bifidi v. emarginati (raro 2, cfr. Flüggea). V. pag. sequ.

EUPHORBIACEAE.
Tribus VI. *BUXEAE.*
(Continuat.)

A.II.A.*I.*

B. Stigmata 6, s. styli 3 bifidi v. emarginati (raro 2, cfr. Flüggea). Stam. 4-5, sub pistilli centralis rudimento inserta.

† *Glandulae hypogynae liberae staminibus alternae nullae.*

a. Flor. monoici, ♂ 4-meri. Stam. 4, filam. crassis. ♀: Styli 3, persist., demum 2-partibiles, apice breve 2-lobis, stig. recurvis. Caps. 3-cornis, extus coriacea, intus 3-cocca, cocc. e stylis 2-partitis 2-cornibus 2-sp. Sem. laevia, lucida, atra. (Arb. v. frut., fol. coriac. simpl. integerr. glaberr. nitidis.)

1. ♀: *Cal.* 4-*sepalus* (sicut ♂ omnino Pachysandrae). *Styli breves, crassi, stig. obtusis.* Caps. subglobosa, extus 3-valvis. ♂: Filam. cylindrica, breve exserta; anth. introrsae, erectae, oblongae, obtusae. (Fol. oppos., sempervir.; gemmae perulatae; stip. minutae; fl. ax. glomerulati imbricato-bracteati, ♂ plurib. unicum ♀ cingentib. v. omnibus ♂. — *Eur. austr.*) . . . . Buxus. Tourn.

2. - — 5-*sepalus, aequalis. Styli elongati, subcylindr., stig. acutis.* Caps. 3-gona, 3-fariam dehisc. ♂: Cal. lobis lanceolat. acut. Filam. turgida, oblonga; anth. lanceolatae, acutae, demum recurvae. (Fl. racemosi, terminali solo ♀, infer. ♂ longius pedicellatis, pedunc. et pedicell. basi bracteatis. — *Antill.*) . . . . Tricera. Sw.

b. Flor. ♂ 5-meri, cal. 5-lobo, lobis planis. Stam. 5, disci centro inserta. ♀: Germ. disco glanduloso impositum. (Arb. ligno durissimo, fol. alt. simpl. coriac. integerr. glabr.)

1. — *monoici.* Cal. 5-fid., lobis venosis. Filam. calycem aequantia; *anth. extrorsae,* subgloboso-didymae, transverse dehisc. Discus hypogyn. glandulosus, orbicularis, (in ♀ saepe extus staminum rudimenta gerens). Pistilli rudim. centrale, glandulaeforme, indivis. ♀: Styl. brevis, germini continuus, stig. 3 patent. apice 2-fidis. Fr. . . . . . (Stip. parvae subrotundae; pedunc. ax. 1-fl. solitar. v. pauci nutant. ebract. ♂ et ♀ mixti. — *Taiti.*) . . . . Lithoxylon. Endl.

2. — *dioici.* ♂: Cal. 5-part. Filam. exserta, ima basi connata; *anth. introrsae,* oblongae, longit. dehisc. Disc. hypog. integerr. v. profunde 5-lobus. Pistilli rudim. lineare, 3-part. ♀: Cal. 4-6-part., reflexus. Stig. 3 subsessilia, reflexa, subbiloba. Caps. 3-cocca, cocc. 2-valv. 2-sp. Sem. testa crustacea atra. (Fl. ax., ♂ glomerati 00-bract., ♀ fasciculati pedunc. longis basi 2-bract. — *Ins. Mascaren.*) . . . . Securinega. Comm.

†† *Glandulae* 5 *hypogynae distinctae staminibus alternae* (rarius in discum 5-lobum conflatae, v. Amanoa). Stam. 5.

1. *Filam. exserta, libera, glandulis* 5 *alterna, disco glanduloso sinuato inserta. Anth. introrsae, ellipticae,* longit. dehisc. Pistilli rudim. lineare, 3-part. Fl. dioici. Cal. 5-part. Stigm. 3 sessilia, reflexa, 2-loba. Caps. 3-cocca, cocc. 2-valv. 2-sp. Sem. testa membranacea. (Suffrut., fol. alt. membranaceis integerr., pedunc. ax. 1-fl. basi 2-bract. — *Dahuria.*) . . . . Geblera. Fisch. et Mey

2. — *brevissima, disco glanduloso* 5-*lobo imposita v. glandulis* 5 *alterna; anth. introrsae,* loc. filamenti apici dilatato adnatis. Pistilli rudim. 3-fid. v. 3-lobum. Fl. monoici. Cal. 3-part., lobis concavis. ♀: Germ. disco glanduloso insidens. Stig. 3 sessil., crassa, subbiloba. Caps. drupaeformis, obtuse 3-gona, intus 3-cocca, cocc. 2-valv. abortu 1-sp. (Arb. v. frut., fol. alt. 2-stip. integerr., flor. glomerulis bractea stipatis in spicas ax. v. term. dispositis, hinc omnib. ♂ inde florem ♀ unicum continentib. — *Guiana.*) . . . . Amanoa. Aubl.

3. — *exserta, glandulis* 5 *alterna; anth. extrorsae.* Pistilli rudim. bis bifidum. Flor. dioici. Cal. profunde 5-part. ♀: Germ. disco membranaceo insidens, 2-3-loc. Stigm. 2-3 subsessilia, reflexa, 2-fida v. 2-partita. Fr. capsularis v. subbaccatus, 2-3-loc., loc. 2-sp., sem. altero saepe effoeto. (Frut., ramis alt. apice saepe spinescent., fol. alt. simpl., fl. ax. fasciculat. 00-bract. — *Ind. or.*) . . . . Flüggea. Willd.

4. — *calycis lobis opposita, aestiv. erecta, flexuosa, glandulis* 5 *alterna; anth. loc. distinctis ex connectivi apice glandulaeformi pendulis ovatis.* Fl. dioici? Cal. ♂ 5-6-part., ♀ 5-part. Germ. disco glanduloso impositum, 3-loc. Styli 3 term., e basi incrassata attenuati, apice 2-fidi, lobis divaricatis stigmatosis. Fr. . . . . (Frut. v. arb., fol. alt. integerr. glabr., stip. 2 minutis caducis, racemis ax. v. term. solitar. v. geminat. laxis basi bracteat., fl. breve pedicellat. bracteolat. — *Madagasc.*) Thecacoris. Adr. Juss.

II. Stamina calycis lobis numero plura, sc. 8 (rarius 5-7) brevia. Anth. didymae. Fl. monoici v. dioici. Cal. profunde 4-5-part. ♂: Pistilli rudim. centrale. ♀: Germ. 3-loc. Stig. 3 sessil., subbiloba. Bacca corticata, 3-loc., loc. 2- v. abortu 1-sp. Sem. arillo succoso tunicata, album. viscoso-carnoso. (Arb., fol. alt. oblong. integerr. v. repando-crenulatis, stip. 2 minutis decid., racemis pendulis. — *Asia trop.*) . . . . Pierardia. Roxb.

B. Germen 2-loculare, (raro 1-loc., v. Drypetes), loc. 2-ovulatis. Antherae introrsae.

1. *Fl. dioici. Cal. profunde* 4-*part.* ♂: *Stam.* 6, *sub pistilli rudim. cyathiformi inserta, glandulis* 6 *alterna,* erecta, anth. didymis. ♀: Germ. subglobosum. Stigma sessile, obtusum, hirsutum. Fr. . . . . (Arb., fol. alt. oblong. subcrenulat. glabr., stip. 2 minut. decid., racemis ax. v. lateral., pedicell. brevib. subternis. — *Java.*) . . . . Adenocrepis. Blume.

2. — *dioici. Cal.* 4-6-*part., inaequal.* ♂: *Stam.* 4-6 *sub disco centrali margine sinuato inserta,* exserta, erecta, anth. didymis. ♀: Germ. disco glanduloso insidens, interdum abortu 1-loc, ovulis parieti appensis. Styli 2 breves, teretes, divaricati, rarius 1, lateralis; stig. capitata v. emarginata. Drupa 2-loba, 2-loc., aut abortu 1-loba hinc plana 1-loc., loc. abortu 1-sp. (Arb. v. frut., fol. alt. integerr. v. subserrat. glabr., stip. brevissimis, fl. ax. fasciculat. 00-bract. — *Antill.*) . . . . Drypetes. Vahl.

3. — *monoici.* ♂: *Cal.* 4-*sepalus, aequal. Stam.* 3-4, *exserta, sub pistilli rudim. inserta.* filam. filiform., anth. ovatis. ♀: Cal. polysepalus, imbricat. Germ. loc. 1?-2-ovulati. Stigm. 2 sessil., simplicia, revoluta, persist. Drupa exsucca, 1-cornis (stigmatib. coronata), abortu 1-loc. 1-sp., putamine membranaceo. Sem. nitens. (Frut. sempervir., fol. alt. integerr. exstip., nervis primariis baseos costaeform. margini parallelis, fl. ax. spicat., superiorib. ♂ solitar., infer. ♀ ternatis. — *Nepalia.*) . . . . Sarcococca. Lindl.

B. Stamina subindefinita, 10-30, filam. brevib., anth. ovali-oblong. Fl. dioici. Cal. ♂ 5-7-sepalus; ♀ polysepalus, sep. imbricat. decid. Germ. 4-loc. Styli 2-4, stig. 4 reflexis glandulosis fimbriatis. Fr. suberosus, 8-sulcus, intus 4-coccus, cocc. 2-valv. 2-sp. (Arb., fol. 3-4 verticillat. integr. crassis lucidis, fl. ax., ♀ in pedunculis paucifloris, ♂ in racemis longiorib. aggregatis bracteolat. — *Afr. austr.*) . . . . Hyaenanche. Lamb.

JULIFLORAE. *(Classis.)*

Conspectus ordinum.

A. Rami continui (nec articulati) folia perfecta gerentes.

I. Germen calyci adnatum, inferum. (Stirpes succo aqueo scatentes.)

A. — **2-6-*loculare.*** Ovula in loculis solitaria v. 2 collateralia ex angulo centrali pendula. Fr. nucamentaceus, abortu 1-loc., plerumque 1-sp., basi lata in fundo involucri cupuli- v. capsuliformis sessilis eodemque cinctus v. totus inclusus. Sem. testa membranacea, rhaphe longitudinali, chalaza apicali. Album. 0. Embr. orthotropus, cotyl. foliac. v. carnosis, radic. brevi fructus apicem spectante. (Arb. v. frut., fol. alt., saepius serratis, stipulis caducis, fl. monoicis, rarius dioic. v. ♀ amentaceis.) . . . . CUPULIFERAE.

B. — **1-*loculare.*** Embryo in axi albuminis carnosi v. cellulosi.

I. Ovula in loculo solitaria.

1. *Ovulum ex apice loculi pendulum, anatropum.* Achaen. drupaceum. Embr. minutus, radic. supera. Stigmata 2 sessilia, elongata, plumoso-villosa. etc. . . . . GUNNERACEAE.

2. — *basilare, situ amphitropum, directione campylotropum.* Drupa 1-sp. Sem. hippocrepicum, testa tenuissima. Embr. homotrop., uncinatus, cotyl. linear., radic. infera. Stylus lateral., stig. clavato indiviso. etc. . . . . CYNOCRAMBEAE.

II. Ovula 2 collateralia, funiculis brevibus loculi apici appensa, anatropa. Fruct. baccatus. Embr. minutus, radic. supera. Styl. 2-partitus. etc. . . . . GARRYACEAE.

III. — numerosa, placentis 3-5 parietalibus affixa. Caps. membranacea, apice hians v. breviter 3-valvis. Embr. orthotrop., radic. centrifuga. Styli 3-5 suturales bifidi. etc. DATISCEAE.

II. Germen liberum, superum (rarissime calyci adhaerens, cfr. Splitgerbera in Urticaceis).

A. Ovula in loculis 2 v. plura (rarius solitaria, cfr. Plataneae). (Stirpes succo aqueo, rarissime lactescente, cfr. Pyrenacantha in Antidesmeis.)

I. Germen 2-pluriloculare (raro sub-1-loc., cfr. Lacistemeae).

a. Flor. dioici; ♂: Stam. 2-5. Embryo in axi albuminis carnosi orthotropus.

† Ovula 2, collateralia, ex dissepimenti apice pendula. Embr. radic. supera.

1. Styli 2-3. Drupa baccata. Stamina 3-4. (Arb., fol. alt., stip. minutis.) . . . . PUTRANJIVEAE.
2. Stylus 1, terminalis, stig. capitato obsolete 2-lobo. Bacca coriacea 1-sp. Stam. 2-8. (Frut. fol. oppos.) . . . . FORESTIEREAE.
3. Stigmata 2-4 sessilia. Fr. capsularis (cfr. Scepa), membranaceus. Stam. 2-5. (Arb. fol. alt. stipulat.) . . . . SCEPACEAE.

†† Ovula plurima, horizontalia. Styl. brevis, stig. subbilobo. Stam. 5. (Arb. fol. oppos. exstip.) . . . . ? HENSLOWIACEAE.

b. Flor. ☿ v. abortu monoici; ♂: Stam. 1, bicrure, biantheriferum. etc. . . . . . LACISTEMEAE.

c. — monoici; ♂: Stam. 00, indefinita. . . . . BALSAMIFLUAE.

II. Germen 1-loculare. (Arb. v. frut., succo aqueo).

1. *Nucula coriacea, 1-sp.* Germ. 2-1-ovulatum. Styl. 1, sublateralis. Stam. 00. (Fol. palmatiloba, exstip.) . . . . PLATANEAE.
2. *Drupa baccata, 1-sp.* Stigm. 1-2 sessil., terminal. Ovula 2, collateralia, ex apice loculi pendula, anatropa. Stam. 2-5. (Fol. alt.; stipulae fugaces.) . . . . ANTIDESMEAE.
3. *Capsula 2-valvis, 00-sp.* Styli 2. Ovula 00, placentis 2 parietal. affixa. Stam. 2-00. (Fol. alt 2-stip.) . . . . SALICINEAE.
4. ? *Bacca 4-sp.* Stig. sessile, 2-lob. Stam. 4. (Fol. oppos., exstip.) . . . . BATIDEAE.

B. Ovula in loculis solitaria.

I. Embryo in axi albuminis carnosi, radic. supera. (Arb., frut. v. hbae, succo aqueo, rarissime lacteo, cfr. Neraudia in Artocarpeis).

1. Drupa 1-sp. Embryo falcatus. Ovulum basilare, amphitropum. Styli 2. (Fol. alt.; stip. 2 fugac.) CELTIDEAE.
2. Achaenium v. utriculus 1-sp. Embr. rectus. Ovulum erect., orthotrop. Styl. 1-2. (Fol. alt. v. oppos.; stip. fugac. v. persist.) . . . . URTICACEAE.
3. Caryopsis 1-sp. Embr. curvatus. Ovulum parietale, amphitrop. Styl. 1-2. (Fol. alt.; stip. fugac.) MOREAE.

II. Embryo exalbuminosus (cfr. Trewiaceae), radic. supera (v. in Artocarpeis interdum centrifuga).

1. *Baccae 1-sp., saepe concrescentes.* Ovar. 1-loc., ovulo erecto orthotropo v. parietali amphitropo, rarissime pendulo anatropo. Styl. 1-2. (Arb. v. frut., succo lacteo, fol. alt., stip. fugac.) ARTOCARPEAE.
2. ? *Drupa 4-pyrena, pyr. 1-sp.* Sem. pendulum, exalbum.? Germ. 4-loc. Styl. 4-fid. (Arb. fol. opp. exstip.) . . . . TREWIACEAE.
3. *Nucula 1-sp.* Ovula pendula. Styli 2. (Stirp. fol. stipulat., succo aqueo.)
   a. — 2-valvis. Embr. uncinatus v. spiralis. Germ. 1-loc. (Hbae erect. v. volub., fol. alt. v. oppos.) . . . . CANNABINEAE.
   b. — indehiscens. Embr. rectus. Germ. 2-loc. (Arb. v. frut., fol. alt.) . . . . BETULACEAE.
4. *Samara 1-sp.* Sem. inversum. Embr. rectus. Germ. 1-2-loc. Styli 1-2. (Arb., succo aqueo, fol. alt., stip. fugac.) . . . . ULMACEAE.
5. *Drupa 1-loc., 1-sp.* Sem. erect. Germ. 1-loc. Styli 2. (Frut., succo aqueo, fol. alt., stip. fugac.) MYRICEAE.

B. Rami articulati, vaginati, aphylli (equisetiformes). etc. . . . . CASUARINEAE.

CCII.? TREWIACEAE.

Genus unicum: Flor. dioici. ♂: Sepala 3-4, aestiv. valvata. Stam. numerosa, ex puncto centrali orta. ♀: Cal. inferus, 3-4-dentatus. Germ. 4-loc., loc. 1-ovulatis, . . . Stylus 4-fidus, (lobis reflexis, intus plumosis, ex Willd.). Drupa baccata, 4-pyrena, pyrenis 1-sp. Sem. pendula, embr. inverso, album. ex Roxb. copioso, ex Gaertn. nullo. — (Arbor., fol. oppos. exstip. integris, fl. ♂ in racemis longis, ♀ axillar. solitar. — *Asia trop.*) . . . . Trewia. L.

CCIII.? CYNOCRAMBEAE.

Genus unicum: Flor. monoici, in diversis axillis sessiles, ♂ 2-3 ebracteati. Cal. 2-sepal., sep. aestiv. sibi applicitis, demum revolutis, uno antico, altero postico. Stam. 2-20, imo calyci inserta, libera, filam. capillar., anth. versatil. linear. 2-loc., loc. longit. dehisc. Fl. ♀ terni (rarius plures) bractea postica, duabus anticis totidemque lateralib. stipati, fl. medio plerumque majore, lateralib. saepe sterilib. Cal. ovario adnatus, limbo subexcentrice supero, subclavato-tubuloso apice stylo perforato, demum laterali. Ovar. inferum, 1-loc., ovulo 1 basilari situ amphitropo, directione campylotropo. Styl. lateralis, stig. clavato indiviso. Drupa 1-sp. Sem. hippocrepicum, testa tenuissime membranacea. Embr. in axi album. carnosi homotropus uncinatus, cotyl. linear. incumbentib., radic. cylindr. infera. (Hba annua, subsucculenta, glabra, fol. integerr. penninerv., infer. oppos. super. altern., stipulis sinuatis petiolos connectentib. — *Region. mediterran.*) . Thelygonum. L.

CCIV.? DATISCEAE.

a. **Flor. dioici**, apetali. ♂: Cal. patens. Anth. introrsae, 2-loc., longit. dehisc. ♀: Cal. tubo angulato, ovario adnato, limbi dentib. 3-5 brevib. angulos terminantib. Germ. inferum, 1-loc., vertice subexserto hians, placentis parietalib. 3-5 cum calycis dentib. alternantibus apice sterili bifurcatis. Ovula plurima, biseriatim adscendentia, anatropa, funiculo brevi crasso. Styli 3-5, placentarum cruribus contiguis continui, calycis dentib. oppositi.

1. ♂: *Cal. 4-fidus, lobis obtusis. Stam.* 4, lobis opposita basique adnata; filam. crassiuscula, demum exserta, elongata; anth. subrotundae, loc. distinctis. Germinis rudiment. obsoletum, disciforme, sub-4-gonum. ♀: Cal. tubo sub-4-gono, superne subdilatato, basi glanduloso-hispidulo, limbo semisupero 4-dent., dent. late ovatis. Styli 4, indivisi, crassiusculi, intus sulcati; stig. incrassata, oblique truncata, subreflexa. Fr. ..... (Arb., fol. plus minus lobatis, fl. praecocib. parvis, spicis ♂ paniculat. erect., ♀ subsimpl. pendulis ebract. — *Java.*) . . . . . Tetrameles. R. Br.

2. - — *5-part., lobis acutis. Stam.* 5-15, in centro floris congesta; anth. subsessiles, exsertae, elongato-lineares, decid., loc. contiguis. Germinis rudim. nullum. ♀: Cal. tubo oblongo, 3-5-gono, limbo supero minuto 3-5-dent., dente uno v. altero obsoleto. Styli 3-5, ad basin 2-partiti, lobis filiform. stigmatosis. Caps. 1-loc., apice foramine rotundo hians, placentis parietal. prominulis. Sem. 00, horizontal., oblonga, testa membranacea longit. striata impresso-punctulata, umbilico strophiola membranacea cupuliformi. Embr. cylindr., cotyl. breviss., radic. elongata, umbilico proxima centrifuga. (Hbae, fol. alt. impari-pinnat. serrat., floral. integerr., spicis ax. et term. racemosis, fl. pedicellat. 2-bracteolat. viridibus. — *Asia mediterran., Nepalia.*) . . . . . Datisca. L.

b. **Flor.** ☿. Cal. tubo oblongo-trigono ovario adnato, limbo supero minuto 3-dent. Cor. 0. Stam. 3, summo calycis limbo inserta, dentib. alterna, filam. brevissimis persist., anth. extrorsis linear. 2-loc. longit. dehisc. decid. Germ. inferum, 1-loc., vertice clausum, placent. parietal. 3, ovulis 00 horizont. anatrop. Styli 3, calycis dentib. oppositi, 2-part., lobis filiformi-setaceis stigmatosis. Caps. 1-loc., apice breve 3-valv. Sem. Datiscae. (Hb., fol. alt. 3-sect. serrat., fl. ax. sessil. glomerat. ebract. virid. — *Californ.*) . . . Tricerastes. Presl.

CCV. GUNNERACEAE.

Cal. germini adnatus, limbo supero 2- v. 4-dentato. Stam. 2 epigyna. Germ. inferum, 1-loc., ovulo 1? ex apice loculi pendulo anatropo. Stigm. 2 sessilia, elongata, plumoso-villosa. Drupae carnosae, baccatim congestae. Sem. pendulum. Embr. minutus, in axi album. celluloso-carnosi, radic. umbilico proxima supera. (Hbae acaules, succo aqueo, rhizomate repente, fol. radical. longe petiolat. palminerv. cordato-reniform. lobat. serrat. v. crenat. pilosis, scapis simpl. nudis, spicis compositis bracteat., flor. densis parvis ebracteolatis. — *Amer. trop. et austr. temp., ins. Sandwic., Java, Afr. austr.* — ***Gunnera, Endl.***)

1. *Flor. ☿ v. monoici. Calyx 4-fidus, lobis 2 minutis dentiform.* cum staminib. alternant., 2 majorib. alternis petaloideis, caducis staminib. oppositis. (Spicae in spec. monoicis inferne ♀, superne ♂.) . . . Gunnera. L.
2. — *dioici. Calycis 2 dentati laciniis petaloideis abortientibus.* (Caps. ex Juss. subbaccata, 2 valv., 1-sp.) Misandra. Comm.

CCVI. GARRYACEAE.

Genus unicum: Fl. dioici, in amentis axillar. elongatis intra bracteas decussatas connatas ternati. ♂: Cal. 4-sepalus, sep. linear. patent. Stam. 4, sepalis alterna et breviora, filam. liberis aequal., anth. basifixis introrsis, loc. oppositis longit. dehisc. ♀: Cal. tubo germini adnato, limbo supero 2-lobo, lobis brevissimis setiform. Germ. inferum, 1-loc., ovulis 2 collateral. anatrop. funiculis brevib. apici appensis. Styli 2, calycis dentib. alterni, subulati, basi connati, intus toti stigmatosi. Fr. baccatus, stylis persist. superatus, 1-loc., 2-sp. Sem. pendula, oblonga, testa tenui transverse rugosa, rhaphe elevata laterali ad chalazam apicalem excurrente. Embr. in axi album. carnosi minimus, orthotrop., radic. supera, cotyl. 2 germinatione hypogaeis. (Frut., ligno ezonato, ramulis 4-gonis, fol. oppos. exstip. integerr. penninerv. sempervir., petiolis brevib. basi connatis. — *California.*) . . . . . Garrya. Dougl.

CCVII. CUPULIFERAE.

I. Involucrum fructiferum foliaceum v. membranaceum, foliolis 2-3 plus minus coalitis. Germ. 2-loc., loc. 1-ovulat., ovulis apici septi appensis anatrop. Stylus brevis, stig. 2 elongatis filiform. Nuculae intra involucr. solitariae, ovatae, 1-sp. Sem. pendulum, testa tenuissime membranacea, exalbum., embr. orthotropo, rad. supera. Fl. monoici. ♂: amenta cylindrica lateral. v. term. pendula. Stam. 8-00; anth. 1-loc., sulco longit. demum rima aperto notatae, apice pilosae v. setulosae. (Arb. v. frut., fol. alt. serrat. annuis vernatione inter gemmas perulatas plicatis, stip. membranac. fugacibus.) . . . . .

Tribus I. *CORYLEAE.*

a. ♂: **Stam. 12 v. plura**, basi squamae perigonialis simplicis ebracteatae inserta, squam. imbricatis. ♀: Amenta term., laxa, bracteis parvis decid., involucr. 2-part. 2-1-floris. (Amenta coaetanea. — *Eur., Amer. bor.*) . . . . .

1. *Involucri ♀ foliola indivisa, sessilia, membranacea, basi pilosa, margine connata*, demum utriculum nuculam totam includentem formantia et in strobilum disposita. Calycis limbus superus brevissime tubulosus, indivisus, ciliatus. Nuculae parvae, laeves, apice pilosae. Cotyled. plano-convexae; radic. brevis, exserta. Stam. filamenta ramosa. . . . . . Ostrya. Michel.
2. — *♀ foliola foliacea, petiolata, 3-loba, basi tantum connata*, lobis lateral. minorib.; fructifera laxiuscule racemosa. Cal. limbus superus cupulaeform., denticulatus. Nuculae compressae, costatae, calycis limbo coronatae. Cotyled. carnosae, radic. immersa. Filam. simplicia. . . . . Carpinus. Tourn.

b. ♂: **Stam. 8**, squamae perigoniali 2-lobae (e squamis 2 lateralib. inferne connatis formatae) basi dorso squamae bracteali adnatae inferne inserta, filam. brevissimis simpl. Inflor. ♀ gemmaeform., parva, ramulos terminans, squamis imbricatis, involucri foliolis 2-3 minutis laceris villosis, demum auctis magnis foliaceis basi tubulosa nuculam osseam foventib. Calycis limbus superus minutus, denticulatus. Cotyled. carnoso-oleosae, plano-convexae, rad. immersa. (Flor. praecoces. — *Eur., Amer. bor., Asia temp.*) Corylus Tourn.

II. Involucr. fructif. coriaceum v. lignescens, cupuliforme, e squamulis conformib. pluriserialim imbricatis et plus minus connatis formatum. Nucula 1-sp. Sem. pendulum, testa membranacea tenui, album. 0, embr. orthotrop., cotyl. crassis carnos. plano-convex., rad. supera brevi v. immersa. Fl. monoici. ♂: Amenta gracilia, fl. interrupte glomerulatis; cal. 6-8-fid. Stam. 6-20, calycis basi inserta, filam. filiform. simpl. inaequal., anth. 2-loc. didymis. Inflor. ♀ gemmiform. . . . . .

Tribus II. *QUERCINEAE.*

1. *Nucula coriaceo-lignosa*, ovata v. oblonga, involucro cincta v. plus minus inclusa. Germ. 3-4-loc., ovulis in loc. geminis collateral. apici anguli centralis appensis anatrop. Styl. brevissimus, crassus; stig. 3-4 abbreviata, obtusa, teretiusc. v. compressa, erecta v. patula. Gemmae ♀ ax. v. in rhachi communi sessiles. Cal. limbus superus 6-fid. v. obsolete denticulatus. Amenta ♂ ebracteata; cal. 6-8-part., lobis inaequal. ciliat. subinde bifidis. Stam. 6-10, circa discum glandulosum inserta, anth. loc. subappositis. (Arb. v. frut., fol. alt. integerr. v. lobat. v. dent. decid. v. sempervir., stip. petiolar. 2 minutis fugac., inflor. term. v. in axill. super. plerumque coaetan. — *Eur., Asia, Afr. bor., Amer.*) . . . . . Quercus. L.
2. *Nux ossea, rugosa*, involucri squamis lignescentib. in gyrum connatis inclusa et conferruminata. Germ. 3-loc., loc. 1?-ovul., ov. ex apice loc. pendulo anatropo. Styl. brevis, crassus; stig. 3. punctiformia. Gemmae ♀ ovatae, in rhachi communi sessiles. Cal. limb. superus minutissimus. ♂ Glomeruli bracteati. Cal. cupuliform., 6-fid. Stam. 12-20, anth. loc. oppositis ex apice connectivi pendulis. (Arb., fol. alt. integerr. perenn., ament. term. v. ax., ♀ supra ♂ sitis. — *Java.*) . . . . . Lithocarpus. Blume.
3. *Nux ossea, maxima, pro parte cupulae immersa, basi semi-5-loc-*, 1-sp., apice depresso medio subtomentoso. Sem. inversum, cotyl. maximis lobis 5 in loculos immersis, rad. supera. — Caet. ign. (*China.*) Synaedris. Lindl. †

III. Involucr. fructif. coriaceum, capsuliforme, echinatum, demum 3-4-valve. Nuculae 1-sp., calycis limbo piloso superatae, involucro omnino inclusae, epicarpio coriaceo endocarpio villoso v. fibroso. Sem. pendul., testa membranacea. Album. 0. Embr. orthotrop, cotyl. crassis plicatis arcte cohaerent. saepe inaequalib., radic. supera immersa v. subexserta. Ovula in loc. germ. solitar., ex apice anguli centr. pendula, anatropa. Inflor. ♀ gemmaeform., subglobosa, bracteis 00 linear. inaequal. cum involucro campanulato v. urceolato 3-5-lobo 1-3-floro connatis. Cal. limb. superus 4-8-fidus. ♂: Stam. 8-15; filam. basi calycis circa discum glandulosum inserta, filiform., simpl.; anth. 2-loc., loc. oppositis. (Arb. v. frut., fol. alt. integerr. v. undulat. v. serrat., fl. coaetan.) . . . . .

Tribus III *FAGINEAE.*

1. ♂: *Capitula longe pedunculata*, pendula, squamis bracteal. minutis decid. Cal. campanulat., 5-6-fid. Stam. 8-12, anth. loc. connectivo excurrente sejunctis. Gemmae ♀ in ramulis terminales. Germ. 3-loc. Styli 3 filiform., stig. lateral. rimulaeform. Nuculae acute triquetrae. — (*Eur., Amer. bor. et austr. extratrop., Nov. Zeeland.*). . . . . Fagus. Tourn.
2. ♂: *Spicae graciles, erectae, bracteolatae*, flor. plerumque glomerulatis. Cal. profunde 5-6-part. Stam. 8-15, anth. incumbent. Gemmae ♀ v. ☿ axillar., subsolitar. Stam. 5-12, saepissime abortiva, minima. Germ. 3-6-loc. Styl. brevissimus, crassus, stig. 3-6 setiform. patent. Nuc. ovato-trigonae. (*Eur. austr., Amer. bor., Asia med. et austr.*) . . . . . Castanea. Tourn.

CCVIII.? FORESTIEREAE.

Amenta gemmiformia axillaria, e squamulis membranaceis decussatim imbricatis, per anthesin saepius deciduis, exterioribus minoribus vacuis. Cal. 4-sepalus, sep. minutis sub anthesi deciduis. Stam. summo pedicello imposita, filam. subulat. v. filiform.; anth. basifixae, oblongae, 2-loc., loc. oppos. longit. dehisc. Germ. ovoid., 2-loc., ovulis in quoque loc. 2 collateral. apici septi appensis anatropis. Styl. term., cylindricus, stig. term. capitato obsolete bilobo. (Frut., fol. oppos. coriac. penninerv.)

1\. *Flor. dioici*, ♂ *inter imas amenti squamas* 3-6 *fasciculati, pedicellati. Stam.* 2-4, filam. longiusculis, anth. oblong. Germinis rudiment. ovatum, stylo filiformi stamina subaequante, stig. subcapitato. Fl. ♀: inter intimas amenti squamas 1-2 (raro plures) pedicellati. Cal. sepalis 2 oppositis minorib. v. interdum deficientibus. Stigma depresso-capitatum. Bacca coriacea, ovata, subinaequilatera, abortu 1-loc., 1-sp. Sem. e septo parieti applicato pendulum, oblong., testa coriacea longit. sulcata rhaphe lineari et chalaza apicali notata. Embr. in axi album. dense carnosi orthotropus, cotyl. oblong. planis, radic. longiuscula supera. (Rami saepe spinesc.; fol. glabra, integerr. v. obiter serrata. — *Amer. bor. calidior.*) . . . . Forestiera. Poir.

2\. — ☿. *Sepala dentiform., inaequalia. Stam.* 7 (nunc 6 v. 8?), filam. glabr., anth. elongatis. Germ. sessile. Stig. crassum. Fr. . . . . (Fol. serotina, supra, subtus pubesc., amenta saepe fasciculata. — *Mexico.*) Piptolepis. Benth.

CCIX.? SCEPACEAE.

A. Flor. dioici, ♂ amentacei. Cal. 4-5-sepalus, sep. membranaceis minimis aestiv. imbricatis. Stam. libera; filam. brevissima; anth. 2-loc., loc. appositis longit. dehisc. Fl. ♀ in racemis axillar. brevibus. Cal. 4-6-sep., sep. biseriatis. Germ. liberum, 2-loc., loc. 2-ovulat.; ovula collateralia, e septi apice pendula, lamina conductrice e placenta late prominente micropylem superam velante. (Arb.; fol. alt. petiolata, coriacea, integerr., stipulata. — *Ind. or.*) . . . .

1\. ♂: *Cal.* 4-*sepalus. Stam.* 4. ♀: Cal. 6-sep., sep. integris v. interiorib. 3-lobis. Ovula singulatim placentae lamina praedita, basi villis e fundo loculi surgentibus immersa. Stigm. 4 sessil., fimbriata. Fr. . . . . (Stipulae membranaceae; fol. juniora gemmas velantia.) . . . . Scepa. Lindl.

2\. - — 5-*sepalus. Stam.* 5. ♀: Cal. 4-6-sep. Ovula geminatim placentae lamina praedita. Stig. 2 sessil., emarginata, integra. Caps. subglobosa, 2-loc., 4-valv., endocarpio tenui rigido a sarcocarpio friabili secedente, loc. 2-1-sp. Sem. arillo succulento involuta. Embr. in axi album. carnosi orthotropus, viridis, cotyl. planiusculis obovat., rad. umbilico proxima supera. (Stip. falcatae, ciliatae.) . . . . . . Lepidostachys. Wall.

B. Flor. monoici? dioici?, ♂ in amentis sessilibus. Cal. 2-sepalus. Stam. 5, monadelpha, anth. oblong. basi acutis. Fl. ♀ fasciculati, gemmacei. Cal. 5-part. Germ. liberum, 2-loc.; ovula in loc. 2, collateralia, appensa, basi attenuata et post foecundationem dilatata. Stigm. 2 sessilia, setacea. Fr. membranaceus, compressus, 2-alatus, 2-loc., ... (Arb., fol. alt. petiolat. integerr. — *Ind. or.*) . . . . Hymenocardia. Wall.

CCX. PUTRANJIVEAE.

Flor. dioici. Drupa baccata, 1-sp. Sem. inversum. Embr. in axi album. carnosi orthotropus, radic. supera.

1\. *Fl.* ♂ *in axillis folior. glomerato-capitati. Cal.* 4-5-*sep., sep. parvis inaequalib. Stam.* 3; filam. filiform., exserta, 2 v. omnia inter se connata, tertio libero; anth. extrorsae, magnae, subglobosae, 2-loc., loc. appositis longit. dehisc. Fl. ♀ in axillis folior. solitar., longe pedunculati. Cal. 5-sep., sep. subaequalib. apice incisis. Germ. ovato-oblong., 3-loc.; ovula in loc. 2, collateralia, ex apice anguli centr. pendula, anatropa. Styli 3, filiform, stig. foliaceo-dilatatis subpeltatis. Cotyled. foliaceae, late ovatae. (Arb., ligno duro albido, fol. alt. petiolat. oblongo-lanceol. serrulat. glabr., stip. minutis villosis. — *Ind. or.*) . . . . Putranjiva. Wall.

2\. *Fl. amentacei. Cal.* 2-4-*sep. Stam.* 4. . . . Germ. . . . . Styli 2. Cotyled. ellipt., plano-convexae, rad. elongata crassa. (Arbusc., fol. oppos. lanceolat. integerr. aveniis. — *Japonia.*) . . . . Nageja. Gaertn. †

CCXI. BALSAMIFLUAE.

Genus unicum: Amenta unisexualia, monoica, involucro 4-phyllo caduco cincta, ♂ conica v. subglobosa, ♀ subglobosa e squamulis minutis germina cingentib. inter se coalitis demum increscentibus. Cal. et cor. 0. ♂: Antherae plurimae, subsessiles, axi communi insertae. ♀: Germ. 2-loc., ovulis plurimis septo affixis amphitrop. Styli 2, subulati. Caps. obcordato-bilobae, 2-loc, in strobili speciem coalitae, inter stylos dehiscentes. Sem. pauca, peltata. Embr. in axi album. parci cartilaginei rectus, cotyl. foliaceis, rad. supera. (Arb., fol. alt. integr. v. lobatis glanduloso-serratis, stip. ad basin petioli 2, amentis in racemis term. pendulis. — *Amer. bor., Asia.*) . . . . Liquidambar. L.

CCXII. PLATANEAE.

Genus unicum: Flor. monoici, ♂ et ♀ in diversis ramulis super receptacula globosa term. et lateralia dense conferti. Cal. et cor. 0. ♂: Stamina plurima, squamis subclavatis (stam. steril.) mixta, filam. breviss., anth. 2-loc., loc. oblong. connectivo subclavato peltato-truncato subapposite adnatis contiguis longit. dehisc. ♀: Ovaria plurima, 1-loc., obconica, squamulis (ovar. steril.) mixta, ovulo 1 v. 2 superpositis parieti styligerae appensis orthotrop. Styl. sublateral., elongato-subulatus, apice hinc stigmatosus. Nuculae coriaceae, basi pilis articulatis prurientib. papposae, 1-sp. Sem. pendulum, testa tenui membranacea. Embr. in axi album. parci carnosi antitropus, cotyl. ellipt. planiusc., radic. longa cylindr. infera. (Arb. v. frut., succo aqueo, fol. alt. palmatilobis, exstip. — *Asia occid., Amer. bor.*) . . . . Platanus. L.

CCXIII. LACISTEMEAE.

Flores amentacei, bracteis 1-floris concavis coriaceis, bracteolis membranaceis. Cal. minutus, subregular. 4-part., lobis erect. acutis saepe ciliato-serratis. Cor. 0. Stam. 1 hypogyn., anticum, filam. complanato apice 2-fido 2-antherifero, anth. 1-loc. transverse subverticaliter dehisc. Styli 2-3 connati v. liberi brevissimi v. subnulli. Stigm. 2-3, subulata, reflexo-patentia. (Arb. v. frut. distiche ramosi, fol. alt. coriac. sempervir. simpl. integerr. v. obiter serratis, stip. membranac. decid., ament. axillar. — *Amer. trop.*)

1\. *Flor.* ☿, *bracteolis* 2 *lateralib. Discus hypogyn. carnosus. Germ.* 1-*loc.*, (septis incompletis), ovulis 00 e placentis parietal. 2-3 pendulis anatrop. Stigm. 2-3. Caps. 1-loc., abortu 3-1-sp., 3-valv., valv. medio placentiferis. Sem. ex apice placentae pendula, testa crustacea, rhaphe longitudinali in arillum semen obvolvente tumente. Embr. in axi album. carnosi orthotrop., cotyl. foliaceis, radic. supera. (Amenta fasciculato-aggregata.) . . . . Lacistema. Sw.

2\. — *abortu polygamo-monoici, bracteolis* 4 *verticillatis. Disc. hypog.* 0. *Germ.* 3-*loc.*, ... Stigm. 3. Caps. baccata, 3-loc., 3-1-sp. Sem. . . . . Synzygantherа. R. et P.

CCXIV. ANTIDESMEAE.

Flor. dioici, regular., in spicas axillar. amentiformes dispositi. Cal. 2-5-part. Cor. 0. ♂: Stam. 5-2, anth. 2-loc. ♀: Germ. liberum, ovoid., 1-2-loc. Sem. pendula, albuminosa, embr. radic. supera.

a. Germ. 2-loc. Stigm. 2 brevissima. Fr. bacciform., 2-loc., loc. 1-sp. Cal. 2-sepalus. Stam. 2, sepalis alterna, anth. 2-lobis, lobis apice reflexis, loc. verticaliter dehisc. (Arb., fol. alt. membranaceis dentat., stip. caducis, petiolis interdum basi glanduliferis, flor. secus spicam capitellatis, bract. 2 lateral. crassis tertia media foliacea. — *Nepal.*) . . . . Falconeria. Royle.

b. — **1-loc.**, (in ♀ rudimentarium), ovulis 2 ex apice pendulis collateral. anatrop. Stigma sessile 3-00-radiatum. Drupa 1-sp., putamine intus spinulis albumen crassum carnosum penetrantibus muricato. Embr. axilis, cotyl. magnis foliaceis, radic. brevi.

1\. ♂: *Stam. calycis lobis opposita*, disco annulari inserta, filam. filiform., anth. loc. divaricato-patent. ♀: Germ. basi disco annulari cinctum. Drupa stigmate coronata. (Arb. v. frut. haud lactescentes, fol. alt. coriac. integerr. v. angulato-dentat., stip. caducis, spicis ax. — *Ind. or., ins. Mascaren.*) . . . . . . Antidesma.

{ α. Cal. 3-part. Stam. 2-3. Stigma 3- radiatum. . . . . *Stilago*, L. }
{ β. — 5-fidus. — 5. — 5- radiatum. . . . . *Antidesma*, L. }

2\. ♂: *Stam.* 4 *calycis lobis alterna* et aequilonga; filam. basi dilatato-complanata; anth. term. subrotundae, loc. appositis longit. dehisc. Cal. 4-part., patens. ♀: Stigma multiradiatum. Drupa putamine fragili. Cal. 4-5-part. (Frut. lactescens, caule tenui scandente, fol. alt. integr. v. remote dentat. exstip.?, spicis supraaxillar., fl. ♂ bractea laterali, ♀ spicato-capitatis bracteolatis. — *Ind. or.*) . . . . Pyrenacantha. Hook.

CCXV. SALICINEAE.

Flor. dioici, amentacei, bracteati. Cal. verus et cor. 0. ♂: Stam. 2-00, anth. basifix. 2-loc. longit. dehisc. Germinis rudim. 0. ♀: Germ. 1-loc.; ovula in placentis prope basin parietalib. plurima, anatropa. Styl. brevissimus, stig. 2 bilobis. Caps. 1-loc., 2-valv., valv. prope basin medio seminiferis. Sem. 00, erecta, comosa. Album. 0. Embr. orthotrop., radic. infera. (Arb. v. frut., fol. alt. integerr. v. serrat. v. angulato-dentat. stipulat., amentis sessil. v. pedunculat. praecocib. v. coaetaneis).

1. *Amenti bracteae indivisae. Torus glandulaeform.* ♂: Stam. 2-3-5, filam. liberis v. basi cohaerent., rarius in columnam connatis. (Habitus varius; stip. foliac. persist. aut squamaceae decid.; gemmae 1-squamatae. — *Reg. temp. et frigidae fere totius orbis.*) . . . . Salix. TOURN.
2. — *bracteae fimbriato-laciniatae. Torus urceolaris* (calyciform.) oblique truncatus, antice productior. ♂: Stam. 8-12-00, libera. ♀: Stigm. elongata, 2-part. (Arb. saepe pyramidatae, stip. squamaceis decid., gemmis imbricato-squamatis balsamiferis. — *Eur., Amer. et Asia bor.*) . . . . Populus. TOURN.

CCXVI. CELTIDEAE.

A. Embryo homotropus, radicula supera. Sem. pendulum, arcuatum. Drupa 1-sp. Germ. ovoid., 1-loc., ovulo 1 parieti prope apicem appenso amphitropo, micropyle supera. Flor. polygami, ☿ v. germinis abortu ♂. Cal. 5-part. v. 5-sep., lobis v. sepalis aequalib. concavis aestiv. imbricatis. Stam. 5, calycis lobis opposita, filam. teretiusc., anth. introrsis 2-loc. longit. dehisc. (Stipulae deciduae).

1. *Stigmata 2 terminalia, elongato-acuminata*, patent. v. recurva, glanduloso-pubesc. Drupa carnosa, laevis. Cotyled. foliaceae, conduplicatae, apice emarginatae, albumen centrale subgelatinosum includentes; radic. incumbens, crassiuscula. Cal. 5-sepalus, demum decid. Stam. apice incurva, demum rectiuscula, anth. cordato-acuminatis. (Arb., fol. alt. nervos. serrat., fl. ax. solitar. pedicellat. — *Hemisphaer. bor.*) . . . . Celtis. TOURN.
2. — 2, *sublateralia, brevia*, incurvata, deinde patula. Drupa carnosula, inaequilatera, hinc 1-costata. Embr. in axi albuminis tenuis, falcatus, cotyl. crassiusc. planis, radic. elongata Cal. 5-sep., persist. Anth. connectivo cum filam. articulato extrorsum refractae. (Arb. v. frut., fol. alt. subtrinerv. integr. v. serrat. saepe basi inaequal. et scabris, fl. ax. cymoso-paniculat. — *Asia et Amer. austr.*) . . . Sponia. COMM.
3. *Styli 2 term., bifidi, lobis stigmatosis.* Drupa baccata. Embr. . . . . Cal. 5-part., decid. Stam. elastice prosilientia. (Arb., ramis aculeis axillar. armatis, fol. alt. basi aequalib. 3-nerv. integerr., racemis ax. ramosis. — *Amer. trop.*) . . . . Momisia. DUMORT.

B. Embryo homotropus, curvatus, albumen farinaceum involvens, radic. infera crassiuscula, cotyl. foliaceis ovato-oblong. Sem. globosum, hippocrepicum, testa membranacea. Drupa subglobosa, parce carnosa, putam. crustaceo. Germ. ovat., 1-loc., ovulo 1 . . . . Stigm. 3, linearia, indivisa, revoluta. Fl. polygamo-dioici, minuti. Cal. 2-bracteolatus, membranaceus, 5-part., lobis aequal. concav. imbricatis. Stam. 5, imo calyci inserta, lobis oppos., filam. filiform. brevib., anth. ovatis. (Frut., fol. alt. exstip. penninerv. integr. nitidis, racemis ax. et term. — *Ins. Canar.*). . . . . ?Bosea. L.

CCXVII. CANNABINEAE.

Flor. dioici. ♂: Cal. 5-sepalus, sep. subaequalib. aestiv. imbricatis demum patent. Stam. 5, sepalis opposita, filam. brevib. filiform., anth. term. magnis oblong. 4-sulc. 2-loc., loc. oppositis longit. dehisc. Germ. rudim. 0. ♀: Cal. urceolatus, tenuissime membranaceus, germen amplectens. Germ. 1-loc., ovulo pendulo campylotropo. Stigm. 2 elongata, filiformi-subulata, pubesc. Caryops. indehisc. Sem. erect., testa tenuissime membranacea, endopleura tumida albumen mentiente. Album. 0. Embr. heterotrop., radic. supera, cotyl. incumbent. (Fol. palmatiloba, summa et primordial. indivisa; stip. membranac. persist.; inflor. ax., ♂ racemoso-paniculata. — Plantae perutiles, longe lateque cultae.)

1. ♀: *Fl. glomerato-spicati, 1-bracteati.* Cal. complicato-convolutus, basi ventricosa germen includens. Germ. subglobosum. Styl. term., brevis. Caryops. 2-valv. Sem. uncinatum, umbilico colorato. Embr. arcuatus, cotyl. dorso convex., radic. elongata umbilico opposita. ♂: Anth. pendulae, muticae. (Hba annua, erecta, fol. infer. oppos., superior. alt., digitato-5-9-part., lobis inciso-serrat. — *Asia med.*) . . . . . Cannabis. TOURN.
2. — *amentacei, strobiliform., bracteis foliaceis plurifariam imbricatis 2-floris.* Cal. squamiform., hyalinus, obsolete denticulatus, demum increscens. Germ. ovat., subcompressum. Stig. subsessilia. Achaen. bracteis strobili abscondita, resinoso-glandulosa. Embr. spiralis, cotyl. linear., radic. peripherica. ♂: Anth. erectae, connectivo excurrente apiculatae. (Hba perenn., volubil., hispida, fol. oppos. cordat. 3-5-lob. serrat. — *Eur., Amer. bor.*) . . . . Humulus. L.

CCXVIII. URTICACEAE.

A. Stamina 4-5, calycis lobis opposita; anth. introrsae, dorso affixae, 2-loc., loc. oppositis; filam. primum inflexa, deinde elastice dissilientia, demum patentia v. recurva.

I. Calyx ♀ 2-5-sepalus v. 2-5-partitus (raro subnullus, cfr. Elatostemma), ♂ regularis 4-5-part. v. 4-5-sepalus.

A. Achaenia compressa, anguste membranacco-alata, tuberculata, oblique ovata. Flor. monoici. ♂: Cal. 4-part. Stam. 4. Rudim. pistilli. ♀: Cal. lobis inaequalib. (Hb. v. suffrut., fol. alt. serrat. v. crenat. — *Oceania.*).

1. ♀: *Cal. 4-fid. Germ. . . . Achaen. stylo sublaterali inflexo rostratum.* ♂: Cal. lobis concav. patent. Filam. basi petaloideo-dilatata, apice filiformi primum inflexo. (Fol. longe petiolata, tuberculoso-aspera, racemis ax. paniculat.; fl. ♀ glomerati, ♂ in apice ramulor. receptaculis ramosis carnoso-grumosis impositi, bracteis decid. interstincti.) . . . . Schychowskya. ENDL.
2. — *2-4-part. Stigma elongatum, filiforme, villosum.* (Flor. racemosi v. spicati ax. v. term.) Fleurya. GAUD.

B. Achaenia aptera. Stigma terminale, sessile.

a. **Stigma elongatum, filiforme v. subulatum, indivisum**, plerumque villosum. Achaen. oblique ovatum. Flor. monoici. (Habitus Urticarum, fol. alterna. — *Amer., Ind. or.*)

1. ♂: *Cal. 4-part. Stam.* 4. Pistilli rudim. obovato-clavatum. ♀: Cal. 4-part., lobis inaequal. 3 inferne connatis, 4to libero. Stig. longissimum. Achaen. lenticulari-compressum, laeve. . . Girardinia. GAUD.
2. — *5-part. Stam.* 5. Pistilli rudim. globosum. ♀: Cal. 4-lobus, lobis interior. 2 multo majorib. foliaceis. Achaen. compressiusculum, subtuberculatum. . . . . Laportea. GAUD.

b. **Stigma ad basin usque laciniato-multipartitum v. penicillatum**, v. capitato-villosum.

1. ♀: *Cal. 4-sepalus (rarius 3-4-part,) sep. cruciatim oppos. erectis, interior. persist. interdum baccatis*, exter. minorib. interdum abortivis. Achaen. ovoid., plus minus compressum, laeve, nudum v. calyce carnoso cinctum. Flor. monoici, raro dioici. Cal. 4-5-part., lobis aequal. aestiv. valvatis, sub anthesi patent. Stam. 4-5. (Hb. v. suffrut., pilis urentib., fol. inciso-serratis, fl. in panic. v. racemis v. spicis ax., raro glomerato-capitat. — *Totius orbis incolae.*) . . . . Urtica. TOURN.
   - α. Folia opposita. ♂: Pistilli rudim. cupuliforme. ♀: Achaen. rectum, sepalis 2 interiorib. maximis foliaceis immutatis inclusum. . . . . . *Urtica*, GAUD.
   - β. — alterna. ♂: Pistilli rudim. globoso-clavatum. ♀: Achaen. obliquum, calycis lobis interiorib. plerumque baccatis inclusum. . . . . . *Urera*. GAUD.
2. — *2-3-4-sepalus, sep. inaequal. saepe minutis v. nullis. Achaen. ellipt., bracteolis involuta*, receptaculo carnoso insidentia. Flor. monoici, rarius dioici, in capitulis sexu distinctis bracteato-involucratis in receptaculo plano subcarnoso pedicellati v. subsessiles. ♂: Cal. 4-5-part., lobis aequal. concav. patent. Stam. 4-5. Pistilli rudim. (Hb. v. suffrut., fol. alt. obliquis stipulat. tuberculoso-asperis, capit. ax. sessil. v. breve pedunc. — *Oceania, ins. Asiae trop. et Mascaren.*) . . . . Elatostemma. FORST.
   - α. Involucr. rudimentarium. Fl. ♀ bractea cucullato-concava stipati. Cal. abortivus. (Fol. integerrima, flor. ♂ et ♀ in eadem axilla sessiles, ♂ corymbosi, ♀ capitati.) . . . . . . *Sciophila*, GAUD.
   - β. — plus minus perfectum. Fl. ♀ 2-3-bracteolati. (Fol. grosse dentata.) . . . . . . *Elatostemma*, GAUD
3. — *3-lobus, lobo uno maximo cucullato mutico, 2 lateralib. minorib. planis.* Stam. steril. 3, squamiform., calycis lobis oppos., inflexa. Achaen. calyce carnosulo inclusum, laeve v. tuberculosum. Fl. monoici, ♂ et ♀ in eadem panicula, bracteati. ♂: Cal. 4-part., lob. aequal. concav. patent. Stam. 4, filam. transverse rugosis. (Hbae, fol. opp., caet. Elatostemmatis. — *Reg. subtrop. tot. orbis.*) . . . . Pilea. LINDL.
4. — *5-part., lobis fornicato-concavis erecto-patent. sub apice mucronato-aristatis.* Stam. steril. 5, lineari-squamiform., calycis lobis oppos., inflexa. Achaen. nudum, tuberculos. Fl. dioici? ♂ . . . . . (Hb., fol. alt. serrat. basi obliquis glabris; fl. ♀ ax., in receptaculo carnoso pedicellato-glomerati, bractea minuta stipati. — *Ins. Molucc., Marian.*) . . . . Pellionia. GAUD.

II. Calyx ♀ ventricoso-tubulosus, ore 4-5-dentato; etc. (v. pag. sequ.)

URTICACEAE.

(Continuat.)

A. II. Calyx ♀ ventricoso-tubulosus, ore 4-5-dentato; ♂ 4-5-part., lobis concav. patent.

† — - ***germini arcte cohaerens***, ore libero plerumque 3-dentato. Styl. cylindricus, stig. elongato undique villoso. Fl. monoici in spicis axillar. fasciculati, fascic. 1-sexual. involucro inaequali 4-phyllo cinctis. ♂: Cal. 4-part., lobis aequal. aestiv. valvatis. Stam. 4, filam. basi petaloideo-dilatatis. (Frut., fol. opp. v. interdum ternatis, bilobis v. indivis., serrat., stip. decid., spicis infer. ♂, superiorib. ♀ v. rarius androgynis. — *Japonia.*) . . . . Splitgerbera. Mrq.

†† — - ***liber*** (nec germini adhaerens).

A. Flor. **exinvolucrati**, dioici, rarissime monoici, ♂ spicati v. glomerato-spicati, ♀ in axillis conferti. ♂: Cal. 4-5-fid., lobis aequal. Stam. 4-5, filam. subulatis. Germinis rudim. ♀: Cal. sub-4-dent. Germ. sessile v. brevissime stipitatum. Stig. term., elongato-lineare, 1-laterale, villosum, persist. Achaen. ellipt. v. depresso-conicum, apiculatum, laeve v. tuberculatum. (Arbusc. v. suffrut. — *Reg. trop. tot. orb., Amer. bor.*) . . . . Boehmeria. Jacq.

1. Cal. fructifer siccus. Achaen. ellipt. Fol. opposita. Succus aqueus. Fl. ♀ ax., glomerati. *(America)* . . . . . . *Boehmeria*, Gaud.
2. — fructifer siccus. Achaen. ellipt. Fol. alterna. Succ. aqueus. Fl. ♀ in receptaculo axillari carnoso conferti. . . . . . *Procris*, Comm.
3. — fructifer baccatus. Achaen. depresso-conicum. Fol. alt. Succus lacteus. Fl. ♀ ax. glomerati. *(Oceania)* . . . . . . *Neraudia*, Gaud.

B. — **involucro 3-00-partito cincti.** ♂: Cal. lobis subaequalib. Filam. filiform., transverse rugosa. ♀: Germ. sessile. Caryopsis calyce persistente cincta v. inclusa.

a. Flor. monoici (raro dioici, cfr. Pouzolzia), **plures ♂ et ♀ involucro communi cincti,** fasciculati v. cymosi. ♂: Cal. 4-5-part. Stam. 4-5. Germinis rudim. stipitatum, ovulo inani foetum. ♀: Cal. nervosus, persist., ore 4-dent., dent. 2 alternis plerumque minorib. v. obsoletis. Caryops. calyce immutato v. arido v. carnosulo cincta. — (Hbae v. suffrut.) — *Reg. trop. et temp. fere tot. orbis.*). . . . . Parietaria. Tourn.

α. **Involucr. polyphyllum** (rarius in *Freirea* 3-phyll.).
1. *Stylus filiform., stig. capitato-villoso. Cal. ♀ subteres, 4-dent.* (Fol. alterna). *Parietaria*, Gaud.
2. — *brevis, stig. capitato-villoso. Cal. ♀ tubulos., 4-part.,* demum chartaceus. (Fol. alt.) . . . . . . *Freirea*, Gaud.
3. *Stigma lineare, elongatum, hinc villosum.* Cal. ♀ 4-dent. (dent. 2 minimis) fructifer sulcato-angulatus v. complanato-2-alatus, inferne cristatus, gibbus v. aequalis. (Fol. alt., rarius oppos.; fl. monoici v. saepius dioici.) . . . . . . *Pouzolzia*, Gaud.
4. — *subsessile, capitato-villosum.* Cal. edentulus? fructifer complanato-4-alatus, alis 2 inferiorib. obsoletis. Flor. intra involucrum 2 ♀ inferne cohaerentes, ♂ racemosi. (Fol. alt.) . . . . . . *Rousselia*, Gaud.

β. **Involucr. sub-3-flor., 5-fidum, lobis 2 alternis majorib. alaeformibus.** Cal. ♀ angulatus, 4-dent. Styl. brevis, stig. capitato-villoso. (Fol. alt.) . . . . . . *Thaumuria*, Gaud.

γ. — **campanulatum, 2-3-flor., 6-fidum, lobis 3 alternis angustiorib.** Cal. ♀ ovalis, 4-lobus. Stigma lineare, elongatum, hinc villosum. (Fol. alt.) . . . . . . *Gesnouinia*, Gaud.

b. — dioici, solitarii, singuli involucro 3-fido cincti. ♂: Cal. 4-part. Stam. 4. Germinis rudim. basi lanatum. ♀: Involucr. ventricoso-tubulos., 3-alatum, 3-fid. Cal. ore 4-lobo demum contracto. Styl. term., filiform., brevis, stig. capitato-oblongo hinc villoso. (Hbulae, fol. alt. stipulat. integr. oblique rotundat. — *Region. mediterraneae.*) . . . . Soleirolia. Gaud.

III. Flor. ♀ receptaculo axillari carnoso immersi. Cal. 3-dentat., dent. emersis receptaculi verrucas simulantib. Germ. immersum. Stigm. 2, elongata. Bacca demum emersa, stigmatib. coronata, 1-sp. . . . . Fl. dioici, axillar.; ♂ spicati. cal. campanulat., 3-fid. Stam. 3, aestiv. induplicata, elastice prosilientia. Germ. sterile villosum. (Frut. scandens, fol. alt. serrat. apice 3-dent. — *Ins. Philippin.*) . . . . Malaisia. Blanco.

B. Stamen 1; filam. filiforme, transverse rugosum, elastice prosiliens; **anth. extrorsa,** dorso affixa, 2-loc., loc. appositis. Flor. androgyni, in receptaculo lanato involucro subcampanulato 5-6-fido cincto sessiles, ♀ centrales, ♂ peripherici. ♂: Cal. 1-phyll., canaliculato-concavus, apice galeatus. ♀: Cal. ventricoso-tubulosus, basi lanatus, ore integerrimo. Styl. term., brevis, stig. lineari 1-laterali hinc villoso. Utric. membranaceus, calyce persist. inclusus. (Hbae subpungentes, fol. alt. stipulat. serrat., involucr. ax. confertis sessil. — *Arab., Aegypt.*) . . . . Forskolea. L.

CCXIX. BATIDEAE.

Genus unicum: Flor. dioici. Amenta axillar., solitar., breve pedunculata, ovato- v. conico-oblonga, obtusa, compacta, squamis 1-floris 4-fariam imbricatis, in ♂ subrotundis obtusis basi convexis margine concavis, in ♀ cordato-subrotundis acuminatis planiusculis remotis flore multo breviorib. persist. ♂: Cal. 1-phyll., spathaceus, subrotundus, obtusus, compressus, decumbens, squama paulo brevior. Stam. 4, squama duplo longiora, filam. subulat. patulis, anth. oblong. didymis incumbent. ♀: Cal. 0? Germ. amento carnoso accretum, subovatum, acutum. Stigma sessile, magnum, 2-lobum, capitato-subrotundum, villosum. Baccae succulentae, 1-loc., in syncarpium oblong. obtusum coalitae. Sem. 4, triangular., acuminata. Embr. . . . . (Frut. littoral., salsus, diffuso-procumbens, ramis oppos., jun. 4-gonis, fol. oppos. sessil. oblong. succulentis, amentis viridib., fruct. flavis. — *Amer. trop.*) . . . . Batis. P. Br.

CCXX. ARTOCARPEAE.

I. Flores ♂ capitati, in receptaculo plano v. convexo v. globoso dense congesti (rarius subspicati, cfr. Artocarpus, Conocephalus,), ♀ etiam capitati v. rarius subsolitarii.

A. Achaenia (?) membrana alaeformi cincta, intra loculos syncarpii baccati apice strangulati radiatim 12-14-locularis plurima, villosa. Sem. exalbum. Cotyled. planae, ellipt.; radic. brevissima, infera? Fl. monoici; ♂ in receptaculo planiusculo lobato-ramoso sessiles, dense capitati, capit. paniculatis. Cal. 4-part., lobis ovat. concav. Stam. 4-3, filam. plus minus monadelphis, anth. term. 2-loc. Pistilli rudim. 0. Fl. ♀ . . . . (Arb., fol. alt. digitat., foliolis 6 lanceolat. inaequalib. serrat., stip. spathiform. — *Afr. trop.*) . . . . Myrianthus. Pal. B.

B. Fructus apteri.

I. Stigma setaceo-multifidum (cfr. Brosimum). Nux sublignosa, calyce persistente tecta. Flor. dioici, dense congesti, sessiles.

1. *Stylus filiform., stig. penicillato.* Nux ovato-ellipt. subcompressa. Fl. squamis bracteiform. interstincti. Cal. tubulosus, subinteger., ♂ patens, ♀ ore coarctatus. ♂: Stamen 1. Pistilli rudim. nullum. (Arb., fol. digitat., foliolis integerr.; stip. calyptriform., maximae, coriaceae, integrae; capit. ♂ subglobosa, paniculata, ♀ oblonga, crassa. — *Afr. trop. occid.*) . . . . Musanga. Chr. Smith.
2. — *subnullus, stig. oblique peltato penicillato.* Nux elliptica, inclusa, intra calycem pulpa gelatinosa tenuissima obvoluta. Albumen tenuissimum. Cotyl. subfoliaceae, plano-convexae. Cal. ventricoso-urceolatus, ebracteolat., ore coarctato brevissime 4-dentato. ♂: Cal. tubuloso-clavatus, bracteolis 3-4 aequilongis cinctus, ore minute 2-dent. Stam. 2, monadelpha, anth. extrors. cordat. 2-loc. connivent. (Arb., jun. parasitice scandentes, fol. alt. simpl. integerr. v. crenat., stip. spathiform., capit. axillar., ♂ paniculat., ♀ solitar. longe pedunc. — *Amer. trop.*) . . . . Coussapoa. Aubl.

II. Stigmata 2, v. stigma bilobum (cfr. Artocarpus; lobis rarissime multifidis, cfr. Brosimum).

A. Flor. ♂ et ♀ calyce instructi.

a. Flor. exinvolucrati.

1. *Flor. dioici ♂ . . . . ., ♀ in receptaculo coriaceo extus squamoso margine dentato primum concavo, demum pileiformi-convexo, multi, sessiles.* Cal. tubulosus, 4-dent. Stylus term., cylindr., stig. bilobo. Fr. calyce baccato tectus, 1-sp. . . . . . (Arb., fol. alt. simpl. serrat. coriac., stip. spathaeform. caducis, capit. ♀ ax. solitar. breve pedunc. hemisphaer. — *Guiana.*). . . . . Perebea. Aubl.
2. — *dioici. ♂: Cal. 4-part. Stam. 4, filam. longis. Rudim. pistilli. ♀: Cal. tubulos., sub-4-fid.* Styl. brevis, semibifidus. Drupae calyce baccato inclusae, congestae, irregulariter angulatae, nucleo rugoso 1-sp. Sem. exalbum., testa fragili, cotyl. maximis contortuplicat., rad. brevi supera. (Frut. scandens, fol. alt. cordat. integerr., fl. ♀ in receptac. globosis, ♂ in capitulis spicato-paniculat. — *Java.*) . . . . ? Gynocephalium. Blume.
3. — *androgyni; receptaculum globosum vertice gerens fl. ♂ numerosos, intus fovens fl. ♀ unicum.* ♂: Cal. 3-4-fid. Stam. 3, filam. superne dilatatis, anth. dorso adnatis 2-loc. ♀: Germ. intra receptac. apice pervium nidulans. Styl. exsertus, bifid., verrucis stigmatosis lacinias spiraliter circumdantib. Drupa receptaculo carnoso florib. ♂ persist. coronato inclusa, 1-sp. Sem. pendulum, globos., testa coriacea, umbilico magno orbiculari. Embr. exalbum., cot. carnos. hemisphaeric., radic. . . . . (Arb., fol. alt. oblong. acuminat. integerr. penninerv., capit. ax. solitar. nutant. parvis. — *Amer. trop.*) . . . . Trymatococcus. Poepp.

b. Flor. involucro polyphyllo plurifariam imbricato cincti, dioici. (v. pag. sequ.)

ARTOCARPEAE.

(Continuat.)

I. *B.* II. *A.*

b. Flor. involucro polyphyllo plurifariam imbricato cincti, dioici. ♂: Involucr. multiflorum, receptaculum planum v. convexum subtus concavum cingens, fl. dense confertis sessil. Cal. tubulosus, 2-4-fid., lobis erect. connivent. Stam. 2-4, calycis lobis oppos., filam. fusiformi-cylindr., anth. introrsa. ovat. incumbent. 2-loc. ♀: Invol. 1-florum. Cal. tubulos., e basi ventricosa in collum angustum attenuatus, ore obsolete 4-dent. Styl. term., bifidus, crurib. elongat. filiform. apice stigmatosis. Drupa calyce baccato inclusa, involucro stipata. Sem. pendulum, exalbum., cotyl. magnis carnosis plano-convex. laevib. v. rugosis, rad. breviss. supera. (Arb., fol. alt. oblong. nervos. dent. v. integerr., stip. lanceolat. decid., pedunc. ax. subfasciculat. indivis. — *Peruvia.*) . . . . Olmedia. R. et P.

B. Flor. ♀ (aut etiam ♂) ***calyce destituti***, subsolitarii, involucro urceolato persist. cincti. Styl. term. bifidus, cruribus filiform. stigmatosis. Sem. exalbum., cotyled. carnosis, rad. brevissima. (Arb. v. frut., fol. alt. stipulat. integerr. v. repand. v. serrat., pedunc. ax. v. lateral. subsolitar.)

1. *Flor. monoici.* ♂: Involucr. 00-flor. et receptac. Olmediae. Cal. 3-4-sepalus, sep. subspathulatis apice conniventib. Stam. 3-4, sepalis oppos., filam. subnullis, anth. extrors., 2-loc., loc. appositis. ♀: Involucr. 1-flor., germini adnatum, apice multifidum. Drupa ex involucro baccato formata, 1-sp. Sem. pendulum, embr. orthotropo, cotyl. maximis plano-convex. laevib., rad. supera. (Fol. inaequilatere cordata; pedunc. simpl. v. subramosi. — *Archipel. Ind. or., Nov. Holl.*) . . . . Antiaris. Lesch.

2. — *dioici*; ♂ super receptac. globosum squamis peltatis tectum congesti. Cal. nullus. Stam. solitaria, inter squamas recept. erumpentia, filam. brevib., anth. term. peltato-orbiculat. toto margine dehisc. ♀: Involucr. 2 flor., squamulis peltatis v. setis obsitum. Germ. inter se et cum invol. coalescentia, ovulo parietali peltato orthotropo. Styli crura integra v. multifida. Bacca subsicca, composita, involucris muricata v. echinata. Sem. subglobos., testa tenuissima membranacea, umbilico ventrali lato. Embr. antitrop., cotyl. inaequalib. crassissimis, radic. umbilico e diametro opposita, super cotyledonum dorsum incurva. (Pedunc. simpl. — *Amer. trop.*) . . . . Brosimum. Sw.

III. Stigma 1 indivisum (raro bifidum, cfr. Artocarpus).

1. *Syncarpium baccatum subglobosum, calycum apicibus liberis pyramidatis muricatum,* conflatum ex utriculis innumeris calycibus carnoso-incrassatis inclusis, ex parte sterilib. dense conferruminatis. Utric. membranacei, styli vestigio laterali notati, longit. rupti. Sem. parietale, umbilico ventrali affixum, ovatum. Embr. exalbum., umbilico transversus, cotyl. maximis crassis inaequal., radic. breviss. supera cotyledonum dorso incumbente. Fl. monoici, ♂ supra receptac. clavatum dense congesti, amentiform., ebracteolati. Cal. 2-3-part., lobis erect. subinaequal. Stam. 1, filam. lineari complanato, anth. term. 2-loc., loc. oppos. Fl. ♀ supra receptac. sphaeroid. dense capitato-congesti, concrescentes. Cal. tubuloso-cylindr., limbo pyramidato indiviso, ore pervio. Germ. liberum, stylo laterali elongato-filiformi exserto, stig. term. indiviso v. bifido. (Arb., fol. alt. integerr. v. pinnatilob., stip. coriac. spathaeform. decid., pedunc. ax. v. lateral., fr. edul. — *Asia et Oceania trop., hic et alibi cult.*) . . . . Artocarpus. Forst.

2. — *subglobos., extus granulatum, achaen. ovatis acuminatis* circa receptac. centrale crassum nidulantibus. Caet. ign. (Arb., fol. oppos. 3-lobis, stip. decid., fr. aurantiiform. edul. — *Guiana.*) . . . . Bagassa. Aubl. †

3. *Achaenia calycib. subbaccatis excrescentib. tecta,* compressiuscula, dense congesta. Sem. erectum, testa subchartacea. Embr. rectus, album. tenuissimo demum evanido, cotyl. subfoliac. plano-convex., rad. brevi supera. Fl. dioici, dense capitato-spicati, capit. ax. v. lateral. corymboso-paniculat. Cal. tubulos., 3-4-fid., demum 4-part. ♂: Stam. 3-4, filam. inclusis carnosis, anth. exsert. introrsa. cordat. 2-loc. Pistilli rudim. obconic. Styl. subulat., hinc piloso-stigmatosus. (Frut. scandent., fol. alt. v. subrepandis. — *Ind. or.*) . . . . Conocephalus. Blume.

II. Flor. ♂ et ♀ spicati aut racemosi v. corymbosi.

A. Flor. dioici.

I. Flor. ♀ exinvolucrati.

1. ♂: *Cal. turbinato-angulatus, apice 2-dentatus, rima transversa hians. Stam.* 2, filam. filiform. brevib. exsertis, anth. oblong. 4-gon. 2-loc. Pistilli rudim. 0. ♀: Cal. campanulat., ore contracto 2-dent. v. subintegro. Stam. steril. 2, calycis lobis alterna. Germ. 1-loc., ovulo . . . . . Stig. term., subsessile, capitatum. Achaen. calyce persist. tectum, 1-sp. Sem. . . . . (Arb., ramis nodosis fistulosis, fol. alt. peltat. lobat., stip. spathaeform., spicis umbellato-fasciculatis, ♀ pauciorib., basi bractea spathaeformi stipatis, fl. densissimis sessil. ebracteolat. — *Amer. trop.*) . . Cecropia. Loefl.

2. - — *profunde 4-part., lobis biserialib. Stam.* 2, brevia, anth. loc. rotundis. Pistilli rudim. centrale. ♀ . . . . . (Frut., fol. alt. oblong. acuminat. integerr., spicis ♂ ax. confertis pedunculat., fl. densiss. sessil. — *Java.*) . . . . Aporosa. Blume.

3. - — *4-part. Stam. 4, filam. ima basi connatis, anth. subglobos. 4-loc.* ♀: Cal. tubulos., e basi ovata in collum attenuatus, ore punctiformi pervio integerrimo. Germ. 1-loc. Stig. sessile, exsertum, 3-lob., lobis rotundatis. Caps. calyce baccato inclusa, coriacea, 2-valv., valv. altera plana seminifera. Sem. mediae parieti affixum, testa coriacea. Embr. exalbum., cotyl. convexo-concavis, rad. umbilico oblique contraria incurva. (Arb., trunco fistuloso, ramis nodosis, fol alt. 3-lob. v. palmat., stip. spathaeform. decid., pedunc. ax. geminis corymboso-multiflor., fl. ebracteolat., fruct. vinosis edulib. — *Amer. trop.*) . . . . Pourouma. Aubl.

4. - — *4-sepalus, sep. ovat. patent. Stam. 4, sepalis oppos. et longiora, filam. filiform., anth. 2-loc.* introrsa. ovatis. ♀: Cal. 4-sep. Germ. 1-loc. Styl. term., subexcentricus, brevis, stig. bifido. Drupa 1-sp. Sem. globos., pendulum., exalbum., cotyl. crassis carnosis inaequal., rad. brevi supera inflexa. (Arb., fol. alt. integr., spicis ax. laxiflor. — *Asia et Amer. trop.*) . . . . Trophis. P. Br.

II. Flor. ♀ singuli involucro ovato-tubuloso obscure 5-dentato apice hinc fisso cincti. Cal. nullus. Germ. liberum, 1-loc. Styl. term., bifidus, lobis intus stigmatosis. Bacca ex involucro demum accrescente, stylo coronata, 1-sp. Sem. pendulum. Embr. exalbum., rectus, cot. altera minima, rad. brevissima supera umbilico proxima. ♂ . . . . . (Arb., fol. alt. simpl. serrat., fl. ♀ ax. racemosis. — *Brasil.*) . . . . Sorocea. St. Hil.

B. Flor. monoici. Cal. 6-part., lobis reflexis apice villosiusculis. ♂: Anth. 6, sessiles, calycis lobis adnatae. ♀: Antherae steriles. Ovaria plura, receptaculo convexo imposita, 1-loc., 1-ovul. Stigma sessile, punctiforme. Baccae plures, glandulis pellucidis tectae. Sem. subtriquetrum, testa subcoriacea, ... (Hba aphylla, tenerrima, carnosa, scapo simpl. erecto, stipulis alt. ovatis, fl. racemosis nutant., superiorib. ♂. — *Java.*) . . . . ?Sciaphila. Blume.

III. Flores subsolitarii.

1. — *dioici.* ♂ . . . . . ♀: Cal. tubulosus, irregulariter 4-dentatus, hinc fissus, caducus. Germ. obliquum, stig. laterali sessili longissimo hinc papilloso-fimbriato. Caps.? hispida. (Frut., fol. alt. subcordat. serrat.? villoso-tomentosis, fl. term. pedunculat., bracteis foliaceis glandulosis. — *Bengalia.*) . . . Bruea. Gaud.

2. — *monoici*, ♂ et ♀ in eodem ramo alterni, axillar., ♂ 2-3 pedicellati, ♀ solitar. sessiles Cal. (involucrum?) hemisphaericus, gamophyllus, squamis ovat. acut. imbricatis, in ♀ paulo latiorib. et crassiorib. demum expansis. ♂: Stam. plurima, calycis parieti interiori inserta; filam. filiform., exter. sensim longiora; anth. subrotundae. ♀: Germ. plurima (15-20) ovata. Styli 2, rarius 3, divergentes, persist., apicibus revolutis stigmatosi. Drupae 15-20, basi connatae, obsolete 3-angulares, apice excavatae, nuce ovata 1-loc. foetae. Sem. . . . . (Arb. lactesc., fol. alt. cordato-oblong. subserrat. villosis, stip. membranaceis. — *Mexico.*) . . . . ?Castilloa. Cerv.

CCXXI. MOREAE.

*I. Flores **faciei internae receptaculi carnosi globosi v. pyriformis*** (basi squamoso-bracteati, ore squamulis clausi) ***inserti,*** conferti, pedicellati, minimi, dioici v. superiores ♂, reliqui ♀. ♂: Cal. 3-part. Stam. 3, lobis oppos., filam. capillar., anth. introrsa. 2-loc. incumb. ♀: Cal. 5-fid. Germ. 1-loc., gynophoro brevi sublateraliter impositum, ovulo 1 parieti styligerae appenso. Styl. lateral., gynophoro continuus, filiform., stig. breve 2-fido. Utriculi membranacei exaridi, calycis reliquiis stipati, receptaculo succulento insidentes v. immersi. Sem. parietale, uncinatum, testa dura fragili, embr. in centro album. carnosi homotropus uncinatus, cot. incumbent., rad. umbilico contigua supera elongata. (Arb. v. frut. scandent., lactesc., fol. alt. integr. v. lobat., stip. magnis spathaeform. decid. v. persist., receptac. ax solitar. v. confertis, raro term. racemos. — *Reg. trop. et subtrop. tot. orbis.*) . . . . Ficus. Tourn.

II. — ***faciei externae*** (superiori) ***receptaculi plani v. concavi v. subconvexi inserti.***

1. — *alveolis superficialibus membranaceo-marginatis laceris immersi, ♂ et ♀ mixti. Cal. nullus.* ♂: Stam. 2 v. plura, filam. filiform., anth. 2-loc. globoso-didymis. ♀: Germ. in alveolo solitarium, breve stipitatum, 1-loc., ovulo 1 parieti styligerae appenso. Styl. lateral., filiform, stig. bifido Utriculi receptaculo subsucculento inclusi, demum circumscissi. Sem. et embr. Fici. (Hbae acaules v. caulesc, fol. radical. v. alt. integr. v. palmatim v. pinnatim lobatis, recept. scapum terminante subrotundo v. angulato-lobato rarius lineari — *Amer. trop.*) . . . . Dorstenia. Plum.

2. — *♂ et ♀ in eodem receptaculo orbiculari margine ramoso-laciniato. Cal. fructifer membranaceus.* Germ. obliquum. Stig. bifidum, lobo altero minuto. Caet. ign. (Hbae, fol. alt. indivis. crenat. v. serrat., inflor. ax. — *Japon., Archipel. Ind. or.*) . . . . Fatoua. Gaud. †

III. — ***♂ amentaceo-spicati v. racemosi, ♀ capitati,*** rarius subsolitarii. (v. pag. seq.)

MOREAE.
(Continuat.)

III. Flores ♂ amentaceo-spicati v. racemosi, ♀ capitati, rarius subsolitarii.

a. — ♀ in facie externa receptaculi carnosi v. fungosi sphaeroidei dense conferti. ♂: Cal. 4-part., lobis ovatis imbricatis demum patentib. Stam. 4, lobis oppos., filam. filiform. elasticis, anth. introrWs. 2-loc. dorso affix. Rudim. pistilli. (Arb. v. frut. lactesc., fol. alt., stip. decid., inflor. axillar.)

1. *Fl. monoici, ♂ dense spicati,* filam. transverse rugosis. ♀: Cal. 4-sepalus, sep. ovat. concav. oppos., exter. majorib. Germ. sessile, ovat., 2-loc., loc. altero minore, ovulis solitar. septo prope apicem appensis. Stigm. 2, term., elongato-filiform., intus villosa. Achaen. membranaceum v. subcarnos., 1-loc., 1-sp., calyce immutato stipatum v. eodem carnoso inclusum. Sem. et embr. Fici. (Fol. lobata v. indivisa, inflor. solitar., spicae ♂ elongatae, capit. ♀ ovata v. subglobosa, fr. interdum edules. — *Reg. trop. et subtrop. tot. orb.*) . . . . Morus. Tourn.

2. — *dioici, ♂ dense spicati bracteati,* cal. lobis acuminat. Fl. ♀ in recept. globoso squamis pilosis (flor. abortivis) dense intermixti, cal. urceolato 3-4-dentato. Germ. ovat., gynophoro clavato demum elongato oblique impositum, 1-loc., ovulo 1 parietali. Styl. excentricus, filiform., hinc stigmatosus. Achaen. subcarnoso-gelatinosum, gynophoro baccato basi calyce cincto longe exserto elevatum ejusque marginibus inaequaliter productis inclusum. Sem. pendulum, testa tenuissime membranacea, caet. Fici. (Fol. jun. 3-5-loba, adulta indivisa. — *Japon., Archipel. Ind., Oceania austr.*) . . Broussonetia. Vent.

3. — *dioici, ♂ racemosi.* ♀: Cal. 4-sepalus, sep. oppos. oblong. cucullato-concavis, exter. majoribus. Germ. sessile, lenticulari-compressum, 1-loc., ovulo 1 mediae parieti affixo incurvo, micropyle supera. Styl. term., bifidus, crure altero nano v. abortivo, altero elongato longe exserto intus stigmatoso. Achaen. 1-sp., calycib. baccatis invicem coalescentib. inclusa. Sem. . . . . (Lignum croceum; spinae infraaxillares; fol. integerr.; syncarpia globosa aurantiaca tessellata, sapida. — *Amer. bor.*) Maclura. Nutt.

b. Flores dioici, rarius polygami, ♀ subsolitarii; ♂ spicato-amentacei. Cal 4-sepal., 2-bracteolatus. Stam. 4, sepalis oppos., filam. elongatis, anth. . . . . ♀: Cal 4-sep., persist., demum increscens. Germ. stipitatum, 1-loc., ovulo parieti styligerae appenso. Styl. lateral., persist., profunde bifidus, lobis filiform. stigmatosis. Bacca calyce stipata, 1-sp. Sem. parietale, orbiculat., compressum, testa crustacea. Embr. in axi album. carnosi curvatus, cotyl. crassiusc. contortuplicatis inaequalib., rad. supera. (Arb. lactesc., trunco saepe spinoso, fol. alt. oblong. serrulat., stip. subulat. decid. — *Ind. or.*) . . . . Epicarpurus. Blume.

CCXXII. ULMACEAE.

Flor. ⚥ v. interdum (saltem in Planera) abortu polygami. Cal. membranaceus, turbinato-campanulatus. Stam. calycis lobis opposita exserta, filam. filiform., anth. introrWs. 2-loc. dorso affix. longit. dehisc. Germ. ovoideum, ovulis anatrop. Styli 2, divaricato-patent., intus stigmatosi. Fr. indehisc., 1-sp. Sem. inversum. Embr. exalbum., orthotropus, radic. supera. (Arb. v. frut., fol. alt. serrat. scabriusc., fl. fasciculat.)

1. *Germen 1-loc.,* ovulo 1 apici loculi appenso. Caps. coriacea, laevis v. squamulosa, 1-loc. Cal. 4-5-fidus. Stam. 4-5. (Florum fasciculi inferiores ♂, superiores ⚥ v. rarius ♀. — *Amer. bor., Graecia, reg. Caspica.*) Planera. Gmel.

2. — *2-loc.,* compressum, loc. 1-ovul., ovulis apici septi appensis. Samara obcordata v. subrotunda, toto ambitu membranaceo-alata, 1-sp. Cal. 4-5- v. 8-fidus. Stam. 4-5 v. 8. (Flor. praecoces. — *Reg. temp. hemisphaer. boreal.*) . . . . Ulmus Tourn.

CCXXIII. BETULACEAE.

Flor. monoici, amentacei. ♂: Amenti squamae peltatae, subtus 3-florae. Stam. 4, filam. brevissimis, anth. basifix. longit. dehisc. ♀: Amenti squamae imbricatae. Ovaria sub quavis squamula 2-3, sessilia, 2-loc., loc. 1-ovul., ovulis e sept. apice pendulis anatropis. Stigm. term., sessil., 2, filiform., elongata, patula. Nuculae cum bracteis in strobilum coalitae, abortu 1-loc. 1-sp. Sem. pendulum, testa tenuissime membranacea, embr. exalbum. orthotropo, cotyled. foliac. planiusc., rad. brevi exserta supera. (Arb. v. frut., fol. alt. indivis. dent. v. serrat. annuis vernatione plicatis, stip. liberis caducis, amentis term et lateral., ♂ cylindr. elongatis).

1. ♀: *Squamae amenti 3-lobae, membranaceae, demum scariosae.* Cal. nullus. Ovaria 3. Nuculae lenticulares, utrinque alatae, samaroideae. ♂: Amenti squamae 2-bracteolatae. Cal. monophyllus, squamaeform. Anth. oblongae, 1-loc. (Gemmae perulatae; amenta ♂ nuda, ♀ perulato-squamata. — *Eur., Asia, Amer. bor. et antract.*) . . . . Betula. Tourn.

2. - — *amenti carnosae, indivisae, demum lignescentes.* Cal. 4-sepalus, sep. squamaeform. basi cum amento connatis. Ovaria 2. Nuculae lignosae, compresso-angulatae, apterae. ♂: Amenti squamae 5-bracteolatae. Cal. 4-part. Stam. calycis lobis basi inserta, anth. ovat. 2-loc. (Gemmae pedicellatae, squama unica tectae, amenta hyeme exserta, ♂ elongata cum ♀ brevib. ovatis v. oblongis in racemum digesta. — (*Reg. temp. hemisphaer. bor., summa juga Amer. trop.*) . . . . Alnus. Tourn.

CCXXIV. MYRICEAE.

Flor. in amentis ax. v. term. simpl. v. racemoso-paniculatis monoic. v. dioicis (rarius androgynis, inferne ♀, superne ♂) ♀ ovatis v. cylindr., ♂ filiformib., inter bracteas concavas (initio imbricatas) solitarii, sessiles. ♂: Bracteolae 2 utrumque latus squamae floriferae stipantes, interdum deficientes. Stam. 2-8, nonnulla saepe abortiva; filam. brevia, filiform., saepe inaequal., libera v. basi in stipitem brevem connata; anth. basifixae, extrorsae, 2-loc., subrotundo-didymae, longit. dehisc. ♀: Squamulae hypogynae (bracteolae) 2-6. Germ. 1, subglobos. v. lenticulari-compressum, 1-loc., basi squamulis adnatum, ovulo 1, e basi erecto orthotropo. Styl. brevissimus, stig. 2 elongat. subulat. v. lanceolat. papillos. patulis. Drupa sicca, squamis hypog. auctis tecta, 1-sp. Sem. erect., testa tenuissime membranacea. Embr. exalbum., antitrop., cotyl. carnos. plano-convex., radic. umbilico e diametro opposita supera. (Frut. v. arbusc. resinosae, fol. alt. simpl. dentat. v incis. v. integerr. resinoso-punctatis, stip. 0 v. decid. — *Eur., Ind. or., Afr. austr., Amer.*) . . . . Myrica. L.

{1. Squamae hypogynae peltatae. Fl. ♂ 2-andri. . . . . *Clarisia, R. et Pav.*}
{2. — — sessiles, intus nudae. Fl. ♂ 4-8-andri. . . . . *Gale, Tourn.*}
{3. — — basi intus glandula auctae. Fl. ♂ 6-andri. . . . . *Comptonia, Banks.*}

CCXXV. CASUARINEAE.

Flor. monoici v. dioici, ♂ in spicas e supremis vaginis erumpentes, ♀ in capitula term. dispositi, singuli basi bractea parva persist. muniti, 2-bracteolati. ♂: Cal. 2-sepalus, rigide membranaceus, sepalis antice et postice positis bracteolis alternis et minorib., initio ab iis inclusis, apice calyptratim cohaerentib., demum a stamine increscente dejectis. Stam. 1, centrale; filam. primo brevissimum, mox elongato-filiforme, basi incrassatum; anth. incumb., 2-loc., longit. dehisc. ♀: Bracteolae 2 naviculares, primo patentes, deinde invicem concrescentes clausae et germen recondentes, demum iterum apertae. Cal. nullus. Germ. sessile, lenticulari-compressum, 1-loc., ovulo 1 apici appenso anatropo. Styl. term. brevissimus, stig. 2 elongato-filiform. Fr. e bracteis bracteolisque in strobilum connatis. Caryops. compressae, ala membranacea terminatae. Sem. pendulum. Embr. exalbum., orthotrop., cotyl. planis, radic. breviss. supera. (Arb., rarius frut., habitu Equiseti, ramis ramulisque verticillatis nodoso-articulatis sulcato-striatis aphyllis, vaginis brevib. 00-dentatis nodos arcte cingentibus. — *Nov. Holl., Oceania, Ind. or., ins. Mascaren.*) . . . . Casuarina. Rumph.

CONIFERAE. *(Classis.)*

† **Embryo dicotyledoneus,** sc. cotyled. 2 v. plures discretae, oppositae v. verticillatae.

A. Flor. ♂ calyce membranaceo tubuloso demum apice transverse bivalvi praediti. Antherarum loculi apice poro oblongo dehiscentes. ♀: Ovarium sessile, 1-loc., apice pervium; ovulum 1, e basi erectum, orthotropum, sub anthesi apicem suum attenuato-styliformem perforatum ex ovarii ore exserens. Fr. subdrupacei. Sem. erect.; embr. antitropus, radic. cylindr. supera; album. carnosum, copiosum. GNETACEAE.

B. — - et ♀ calyce destituti. Stam. 00, amenti axi undique inserta, subhorizontalia. ♀: Ovula nuda! squamae (sc. ovario semper aperto) inserta, rarius disco cupuliformi pervio cincta, apice perforata, orthotropa (raro anatropa). Sem. nuda, nucamentacea v. alata, embr. in axi albuminis antitrop., raro orthotrop., radic. cylindr.

I. Flor. ♀ amentacei. Fructus strobilaceus, rarius drupaceus. Stam. ebracteata.

a. Ovula erecta. Stamina peltiformia, nuda; filam. brevissima, crassa, in connectivum squamaeforme excentrice peltatum margine superiore angustius producta; anth. loculi 5-12, connectivi margini inferiori subtus adnati, ovati v. oblongi, paralleli, discreti, longit. dehisc. Amenta ♀ brevia, squamis ovuligeris paucis ebracteatis (raro bracteatis, cfr. Cryptomeria). Album. carnosum, parcum. Embr. radic. supera. CUPRESSINEAE.

b. — inversa. Stamina 00, non peltiformia; filam. brevissima, crassiuscula, superne in connectivum squamaeforme lacerum erectum v. inflexum producta; anth. 2-00-loc., longit. v. raro transverse dehisc. Amenta ♀ saepe demum elongata, squamis ovuligeris multis plerumque bractea adnata (rarius libera) stipatis. Album. carnoso-oleosum. Embr. radic. infera. . . . . ABIETINEAE.

II. Flor. ♀ solitarii v. subsolitarii (nec vere amentacei), ovulo solitario, disco cupuliformi cincto (rarius nudo, cfr. Torreya). Fr. subdrupaceus, i. e formatus e disco cupuliformi carnoso, plus minus incrassato, semen nucamentaceum erectum apterum cingente, squama ovuligera (ovario) nulla. Album. farinaceo-carnosum, copiosum. Embr. 2-cotyledoneus, radic. supera, raro infera. . . . . . TAXINEAE.

†† **Embryo pseudomonocotyledoneus,** sc. cotyl. 2 inferne distinctae, apice concretae. (Habitus Palmarum.) . . . . CYCADEAE.

CCXXVI. GNETACEAE.

1. *Flor.* ♀ *in pedicellis axillaribus terminales gemini*, involucro communi 2-phyllo bracteis decussatim oppositis cincto stipati. Ovaria 2, libera, contigua. Galbulus basi squamosus, conflatus ex involucri squamis carnoso-incrassatis et carpidiis 2 coriaceis dorso convexis ventre planis. Sem. testa tenui membranacea. Embr. axilis, cotyl. 2 oblongis. ♂: Amenta ovoidea, bracteis 4-fariam imbricatis, axillis 1-flor. Cal. compressus. Stam. 1-8; filam. in columnam apice ramosam coalita, anth. term., 2-4-loc. (Frut. v. arbusc., ramis gracilib. subfasciculat. articulatis, fol. minutis squamaeform. ad articulos oppositis basi in vaginam connatis, fl. dioic. v. in diversis ramis monoicis. — *Reg. temperatae utriusque hemisphaer.*) . . . . Ephedra. TOURN.
2. — *spicati aut? subsolitarii, nudi, involucro proprio destituti.* Ovar. 1, sessile, ovuli apice styliformi longe exserto. Drupa baccata, 1-sp. Sem. testa coriacea. Embr. in apice albuminis, cotyled. in corpus ovatum apice 2-dentatum coalitis. Amenta ♂ et ♀ cylindr., articulata, interrupte verticilligera, verticillis singulis involucro abbreviato cupulaeformi cinctis, flor. paleis fasciculatis subarticulatis immersis. ♂: Cal. clavato-prismaticus. Stam. 1, filam. apice bifido v. indiviso, anth. didyma, loc. contiguis v. in filamenti cruribus sejunctis. (Frut. sarmentosi v. arb., ramis geniculato-nodosis, fol. oppos. exstip. ovat. penninerv. integerr. amentis ax. et term. dioicis v. ♂ et ♀ in iisdem verticillis. — *Asia et Amer. trop.*) . . . . Gnetum. L.

CCXXVII. CUPRESSINEAE.

A. ***Fruct. drupaceus, involucro carnoso apice umbilicato basi squamoso. Sem. 3-1, ossea, aptera,*** subtriquetra, erecta, inferne foveolis resiniferis instructa. Embr. axilis, cotyled. 2 oblong. (Fl. dioici, rarius in diversis ramis monoici. ♂: Amenta ax. v. subterm., globosa, minuta. Stam. 00, axi undique inserta, imbricata; anth. loc. 3 v. 6, longit. dehisc. ♀: Amenta ax., ovata, basi imbricato-bracteata. Ovula 3-1, lagenaeformia, involucro e squamis 3-6 basi coalitis formato cincta. (Arb. v. frut., fol. lineari-lanceolat. acut. saepe minutis squamaeform., gemmis nudis. — *Eur., Asia et Afr. temp., Amer. bor.*) . . . Juniperus. L.

B. — ***strobilaceus, e squamis lignescentibus formatus.*** Sem. erecta. Embr. . . . . . .

I. Semina utroque margine late alata. Strobilus subglobosus, squamis 4-6 sub apice mucronatis, arcte conniventibus. Receptaculum terminale brevissimum, depressum. Sem. testa membranacea.

1. ♀: *Squamae* 4-6 *receptaculum cingentes, biseriatim oppositae v. ternatim verticillatae*, paribus s. verticillis forma et ovulorum numero inter se diversis. Ovula ad basin cujusque squamae 3 v. 9. Strobilus demum in valvas 4-6 dehiscens. Fl. in diversis ramis monoici. ♂: Amenta term., ovoidea Stam. 00, laxe imbricata; anth. loc. 2-5 filamenti stipiti infra peltam inserti, longit. bivalv. (Arbusc. cupressiform., ramis articulat. striat., fol. oppos. v. ternatim verticillat. minutis squamaeform. basi articulat. striatis, gemmis nudis. — *Afr. mediterran., Nov. Holl. extratrop.*) . . . . . . Callitris. VENT.
2. — 4, *conformes, valvato-verticillatae*, singulae basi ovula 5-10, 1-2-seriata gerentes, in fructu apice subconnatae, demum basi dehiscentes. Sem. abortu pauca. Fl. monoici? ♂ . . . . . (Arb., fol. alt. lineari-lanceolatis imbricatis. — *Afr. austr. extratrop.*) . . . . Parolinia. ENDL.

II. Semina utroque margine anguste alata. Embr. axilis, cotyled. 2-3 oblong. obtusis. Strobili squamae 4-fariam imbricatae. Fl. in diversis ramis monoici; amenta term. v. lateral., ♂ ovoid. v. oblonga parvula. Stam. 00, laxe imbricata, anth. loc. 2-4 peltae margini inferiori subtus insertis.

1. ♀: *Amenta ovoidea, depressiuscula, parvula, squamis patulis, singulis ad basin ovula 2 lageniformia gerentib.*, fructiferis sub apice retorto mucronatis primo clausis, mox patulis, 2-sp. Sem. testa ossea v. membranacea. ♂: Anth. 4-loc., loc. longit. dehisc. (Arb. sempervir., ramis compressis, fol. minutis dense multifariam imbricatis, gemmis nudis. — *Asia et Amer. trop.*) Thuya. TOURN.
2. — *subglobosa, squamis peltatis, singulis basi ovula 00 biseriata lageniform. gerentib.*, fructiferis centro mucronatis, primo arcte contiguis, demum sejunctis, 00-sp. Sem. in stipite squamarum erecta, angulata. ♂: Anth. 2-4-loc., loc. longit. bivalvibus. (Arb. lugubr., ramis pyramidato-erectis, fol. et gemmis Thujae. — *Region. Mediterran. oriental.*) . . . . Cupressus. TOURN.

III. Semina angulata, aptera v. vix alata. Fl. monoici. ♂: Amenta in spicam term. disposita.

1. *Amenta* ♀ *globosa, in inferiorib. ramulis solitaria.* Strobili globosi, squarrosi, squamis e pericarpio 3-6-dentato et bractea lanceolata acuminata inferne coalitis conflatis. Sem. 4 v. 6, compresso-angulata, vix alata. ♂: Squamae antheriferae (filamenta) rotundatae, adpresse imbricatae, sessiles; anth. loc. 5 connati, basi squamarum omnino adnati, antice foramine amplo dehisc. (Arb. sempervir., fol. 5-fariis subulat. verticaliter compressis. — *Japonia*) . . . . Cryptomeria. DON.
2. — ♀ *ovata, ad basin spicae* ♂ *gemina*, squamis 00 axi insertis imbricatis acutis apice recurvato-patulis, singulis basi 2-ovulatis, Strobilus subglobos., squamis subpeltatis angulatis. Sem. irregulariter angulata, testa lignosa. Cotyled. 6-9, lineares. Fl. monoici. ♂: Stam. pauca, versus apicem axeos basi nudae inserta, filam. squamaeform. remotiusculis, anth. loc. 2-5 margini inferiori peltae subtus insertis longit. bivalv. (Arb., ramis saepe pendulis, fol. linear. membranac. caducis in ramulis alternantib. distichis. — *Amer. bor.*) . . . . Taxodium. RICH.

CCXXVIII. ABIETINEAE.

I. Ovula sub quavis squama 3.

1. *Semina* 2-3, *compressa, margine altero alato.* Embr. . . . . Strobili squamae indefinitae, lanceolatae, acutae, regione seminifera incrassata. ♂: Amenta solitaria, capitata, multiflora, laxa. Squamae antheriferae longe unguiculatae, subfastigiatae, anth. loc. 2 distant. divaricato-patent. bivalv. (Arbusc. sempervir., facie Lycopodior., fol. imbricat., ament. term. solitar. sessil. monoic.? — *Ins. Diemen.*) . . . . Arthrotaxis. DON.
2. — 3 *collateralia, utrinque in alam membranaceam angustam producta*, testa coriacea. Cotyled. 2 obtusae. Flor. in diversis ramis monoici. Amenta term., ovoidea. ♂: Anth. loculi 3, liberi, cylindr. e basi connectivi latissimi squamaeformis penduli. ♀: Amenti squamae dense imbricatae, acuminatae, in fructu induratae et bracteis adnatis demum coriaceo-lignosis velatae. Strobili ovati. (Arb., ramis cylindr., fol. alt. confertis lineari-lanceolat. rigid. subspinesc. — *China.*) . . . . Cunninghamia. R. BR.

II. Ovula sub quavis squama 2 collateralia. Squamae imbricatae, bracteae adnatae v. liberae, demum plus minus lignescentes, basi plerumque pro seminum receptione excavatae. Sem. gemina, nuculiform., testa lignosa v. coriacea, basi hinc in alam membranaceam producta. Cotyled. 3-12, lineares. Amenta monoica, solitar. v. conferta, ♂ saepe spicata. Anth. 2-loc., loc. appositis connectivo squamulaeformi superatis. (Arb. saepius excelsae, pyramidatae. — *Hemisphaer. boreal.*) . . . . Pinus. L.

a. Amenta ♀ term. 1-3, bracteis mox evanescentibus. Strobili squamae demum divergent., persist. basi excavatae. Sem. testa lignosa. Antherar. loculi longit. dehisc. (Fol. vernatio curvativa).

1. *Strobilus conicus, squamis apice incrassato angulatis.* Sem. ala decidua. (Fol. sempervir., fasciculata, fascic. vagina scariosa cinctis, gemmis perulatis; amenta ♂ in spicam term. disposita.) . . . . *Pinus*, LINK.
2. *oblongus, squamis apice haud incrassato laevibus.* Sem. ala persistens. (Fol. binatim connata, nec fasciculata, vaginula nulla; amenta ♂ term. v. lateral. sparsa.) . . . . *Picea*, LINK.

b. Amenta ♀ ax. v. lateral., bracteis persistent., squamis apice attenuatis. Sem. ala persist.

1. *Strobilus ovatus*, squamis basi excavatis. Amenta ♀ basi scariosa, bracteis coloratis; ♂ gemmiformia lateralia, squamis in urceolum persist. coalitis cincta. Anth. loc. longit. dehisc. (Fol. acerosa, annua, e gemmis tandem in ramulos excrescentib. fasciculatim orta.) . . . . *Larix*, TOURN.
2. — *oblongus*, squamis demum ab axi solutis basi haud excavatis. Amenta ♂ ax., versus apicem ramor. aggregata, ♀ sparsa. Anth. loc. transverse laceri. (Fol. perenn., solitar., sparsa v. disticha.) . . . . *Abies*, TOURN.

III. Ovula sub quavis squama solitaria. Strobili term. ovoid. v. subglobosi, squamis dense imbricatis coriaceis v. sublignosis, demum ab axi solutis. Sem. testa coriac. v. sublignosa. Fl. dioici. ♂: Stam. imbricata; anth. loc. e basi connectivi biseriatim penduli, cylindrici, longit. dehisc.

1. *Semen cum squama concretum, apterum.* Cotyled. 2-4, linear., obtusae. Amenta term., ♂ ovato-cylindrica. Stam. filam. compressa, connectivo squamaeformi recurvato-lanceolato, anth. loc. 12-20, subcohaerent. ♀: Squamae bracteae adnatae, apice recurvato-lanceolatae, ovulo adnatae. (Arb. excelsae, pyramidatae, ramis verticillat. patulis, fol. sessil. lanceolat. v. subulat. rigid. dense imbricat. — *Australia, Chile, Brasil.*) . . . Araucaria. JUSS.
2. — *liberum, utrinque in alam membranaceam productum*, ala altera latissima, altera angusta. Cotyl. 2, obtusae. Amenta ♀ term., squamis ebracteatis; ♂ extraaxillaria. Anth. loc. 8-15, liberi, connectivo crasso cuneato. (Arb. excelsae, fol. spars. oblongo-lanceolat. integerr. coriac. striatis. — *Asia trop, Nov Zeeland.*) . . . . Dammara. RUMPH.

CCXXIX. TAXINEAE.

I. Flor. ♀ et ♂ amentacei basi bracteis imbricatis cincti; amenta ♀ subglobosa v. ovata. Embryo antitropus, radic. supera.

*a. **Amenta dioica, ax., ♀ gemmiformia, 1-flora,*** ovulo in centro sessili orthotropo. ♂: Amenta ax., subglobosa v. ovoid., squamis interiorib. majoribus. Stam. ad apicem axeos conferta, anth. loculis connectivo squamaeformi subtus insertis longit. dehisc. (Arb. v. frut., fol. linear. v. lanceolat. rigidis).

1. *Stam.* 6-14, *filam. brevissimis, anth. loc.* 3-8 *connectivo peltato sublobato subtus adnatis.* ♀: Discus cupuliformis ovulum cingens obsoletus, demum increscens carnosus semen osseum laxe involvens, apice ostiolo orbiculari apertus. Album. laeve. Cotyled. 2 brevissimae. (Fol. sparsa, sempervir., vernatione adpressa; gemmae ax. sessil. imbricato-bracteatae. — *Hemisphaer. bor.*) . . . . Taxus. TOURN.

2. — 00, *filam. conspicuis, anth. loc. e connectivi dimidiato-subpeltati margine exteriore pendulis* oblongis liberis. ♀: Discus hypogyn. nullus. Sem. ovatum, nudum, basi squamis siccis haud grandefactis bracteatum, testa crassa carnoso-coriacea intus fibrosa, endopleura crustacea dura. Album. ruminatum. Cotyl. connatae, sub germinatione disjunctae lineares. (Ram. patent., ramulis distiche furcatis; fol. disticha, mucronato-pungentia; amenta basi squamis siccis 4-fariam imbricato-bracteata, ♂ primo subglobosa, demum elongata, rhachi nuda. — *Florida.*) . . . . Torreya. ARN.

*b. **Amenta monoica, in diversis ramulis terminalia, ♀ apice sub-3-flora,*** flore medio abortivo. Discus cupuliform. carnosus, ovulum centrale orthotropum sessile cingens, apice semper pervius. Sem. osseum. Embr. parvus, albumine subfarinaceo inclusus, cotyl. 2 brevissimis. ♂: Amenta spicaeform. Stam. 00, filam. brevissimis, anth. loc. 2 connectivo squamulaeformi lacero-adnatis longit. dehisc. (Arb. elatae, phyllodiis rhomboideis flabellato-venosis apice dentato-laceris. — *Nov. Holl.*) . . Phyllocladus. RICH.

II. Flor. dioici, ♀ in pedunculis ax. simpl. v. fasciculatim ramosis terminales. Discus cupuliform. e pedunculi apice incrassato, basin ovuli centralis sessilis orthotropi cingens, demum carnosus. Sem. osseum, embr. antitropo, cotyl. 2 elongatis linear., radic. supera. ♂: Amenta ax., filiform., pedunculata, nuda. Stam. 00, filam. brevib., anth. loc. 2 e connectivo squamulaeformi lacero pendulis demum divaricato-patent. longit. dehisc. (Arb., ramis divaricat., phyllodiis alt. v. subfasciculat. longe petiolat. cuneato-rhomboid. 2-fid. v. flabellato lobat. venosis. — *Japon.*) . . . . Salisburya. SM.

III. — dioici, ♀ axillar., solitar., ebracteati, breve pedicellati. Disc. hypogyn. calyciformis, carnosus, solidus, apice inaequaliter 3-lobus, lobo postico ovulum sessile anatropum gerente, rhaphe lata demum carnosa et seminis testam osseam abscondente, chalaza apicali rostelliformi, micropyle infera. Fr. disco incrassato subdrupaceus. Embr. orthotrop., in apice album. farinacei inclusus, cotyl. 2 brevib., radic. infera umbilico basilari contigua. ♂: Amenta term., aggregata, filiform., nuda. Anth. 00, secus axin sessiles, reniformi-2-loc., valvula semicirculari a basi ad apicem dehisc. (Arb. sempervir., fol. sparsis lanceolat. v. linear. integerr. — *Amer., Afr. austr., Ind. or., Nov. Zeeland.*) . . . . Podocarpus. L'HER.

IV. — dioici, term., ♀ solitarii in ramuli folio ultimo subcymbiformi sessiles, ex ejus apice semiinversi. Ovulum in fundo disci cupuliformis apice aperti sessile, orthotrop. Sem. disco carnoso inclusum, testa ossea. Embr. in axi album. farinosi antitrop., cotyl. 2 brevib., rad. supera. ♂: Amenta ovoid., basi imbricato-bracteata. Stam. 00, imbricata, filam. brevissimis, anth. loc. 2 connectivi ovato-lanceolati basi transverse adnatis rima dehisc. (Arb. sempervir., ramis saepe pendulis, fol. cruciatim oppositis minutis acerosis, gemmis nudis. — *Ind. or., Nov. Zeeland.*) . . . . Dacrydium. SOL.

CCXXX. CYCADEAE.

Flor. dioici, ♂ et ♀ nudi, in strobilos v. conos term. digesti. ♂: Stam. (antherae v. folia pollinifera auct.) squamiformia v. peltiformia, juxta rhachin communem undique inserta, patentia, complanata, facie inferiore antherarum loculos (pollen auct.) saepe innumeros discretos v. binatim-quaternatim cohaerentes demum 2-valves gerente. ♀: Ovaria (fol. ovuligera) aperta, ovulis nudis v. foveolis immersis apice attenuato perviis, orthotropis. Sem. ossea, ovoid. v. subglobosa; embr. in axi album. carnosi inversus orthotrop.; radic. in funiculum longum subspiralem producta; cotyl. 2 inaequal., basi distinctae plumulam conicam includentes, apice inter se coalitae, germinatione hypogeae. (Arb. v. arbusc. facie Palmarum, trunco cylindr. v. subgloboso folior. reliquiis squamato-cicatrisato, medulla ampla strato ligneo unico radiis medullarib. percurso et strato libri unico cincto inclusa; frondes coriaceae, pinnatisectae, vernatione plerumque circinatim involutae.)

a. ♀: ***Squamae ovuligerae laxiuscule imbricatae, elongato-spathulatae, planae, crenatae,*** ovulis in crenaturis solitar. sessil. erectis. Coni maturi squamae patent. v. reflexae. Sem. epidermide carnosula cincta. Embr. saepe multiplex, radic. supera. ♂: Strobilus sessilis. Stam. oblongo-cuneata, apice sursum flexa subtus undique antherifera, connectivo plus minus obliterato. (Frond. pinnae subdecurrentes 1-nerviae rhachique vernatione circinatae. — *Oceania, Nov. Holl. et Asia trop., Madagasc.*) . . . . Cycas. L.

b. - — ***ovuligerae in conos pedunculatos dense congestae, attenuato-stipitatae, apice peltato-dilatatae,*** ovulis sub quaque pelta 2 inversis. ♂: Strobili pedunculati. (Frond. pinnae multinerviae.)

1. ♂: *Squamae antheriferae oblongo-cuneatae, apice incrassato obtusae v. acuminatae,* acumine sursum flexo, connectivo plus minus distincto. ♀: Squamae peltatae rhomboideae, in syncarpium laxiuscule coalitae. Sem. saepius ovarii processu fungoso cupuliformi (arillo?) excepta. Embr. radic. respectu rhacheos communis centripeta. (Frondis pinnae lata basi sessiles, apice saepe spinoso-dentatae, pinnis rhachique rectis, illis imbricatis faciebus sibi invicem adplicitis. — *Afr. austr. subtrop., Nov. Holl. extratrop.*) . . . . Encephalartos. LEHM.

2. - — *antheriferae ovoideae, basi in stipitem attenuatae, apice incrassato peltiformi subbilobae,* lobis subtus loculos polliniferos gerentibus. ♀: Squamae peltatae 6-gonae, maturae subdiscretae. Sem. Cycadis, embr. Encephalarti. (Frondis pinnae basi calloso-constrictae, vernatione rectae, imbricatae, faciebus sibi invicem haud adplicitae, rhachis circinata. — *Amer. trop.*) . . . . Zamia. (L.) LEHM.

MONOCOTYLEDONEAE.

SPADICIFLORAE. *(Classis.)*

Conspectus ordinum.

A. Embryo in foveola ad peripheriam albuminis cartilaginei locatus. Fr. drupaceus v. baccaceus, 3-1-loc., saepius abortu 1-sp. Germ. conflatum ex ovariis 3-1 distinctis v. saepius connatis 1- raro 2-ovulatis. Perianthium perfectum, 2-seriale (rarius 1-seriale, cfr. Thrinax), seriebus 3-meris, interiore (corolla) ab exteriore (calyce) plerumque textura parum diversa. (Stirpes pulchrae arboreae, raro frut. v. herb.?, trunco s. caudice simplicissimo, rarissime dichotomo v. parte hypogaea caespitoso-ramoso, tereti, interdum ventricoso, foliorum basibus persist. horizontaliter squamoso-annulato, e gemma fere semper unica terminali frondescente; fol. alt. petiolo basi vaginante, lamina pinnatim v. palmatim laciniata, rarius simpliciter fissa; spadix alaris plerumque spathis 1 v. plurib. pedunculo adnatis completis v. incompletis inclusus v. tectus v. ad ramificationes stipatus; flor. abortu dioici v. monoici v. polygami raro ☿) . . . . PALMAE.

B. — albumine inclusus, axilis v. basilaris (v. pag. sequ.)

SPADICIFLORAE.

(Continuat.)

B. Embryo albumine inclusus, axilis v. basilaris (raro exalbuminosus cfr. Aroideae). Perianthium nullum v. imperfectum squamaceum.

I. Cotyledon integra (nec rimula exarata). Antherae rimis longitudinalib. dehiscentes.

a. Embryo minutus, in basi albuminis carnosi v. cornei inclusus, radicula infera umbilico proxima. Stirpes caudice saepius arborescente stricto, rarius debili decumbente v. subnullo, fol. conferte alternis pinnatis v. palmatifidis v. indivisis, flor. supra spadices simpl. v. ramosos spatha 1-∞-phylla stipatos dense confertis monoic. v. dioic. polygamis) . . . . PANDANACEAE.

b. — *axilis, albumine copioso carnoso parum brevior, radic. incrassata supera,* fructus verticem spectante. (Hbae aquat. v. paludosae, rhizomate crasso repente, caulib. annuis cylindr. enodib. farctis simpl. v. ramosis, fol. alt. linear. integr. basi vaginant. parallele nervoso-lineatis, flor. monoic. in spicam nunc continuam per intervalla spathis foliaceis caducis stipatam, nunc interruptam dispositis sessil., superior. ♂, infer. ♀.) . . . . TYPHACEAE.

II. Cotyledon hinc rimula longitudinali brevi plumulam 2-3-phyllam excipiente exsculpta. Antherae apice poris v. rimulis transversis (raro longitudinalib.) dehiscentes, extrorsae. (Hbae, rarius suffrut., fol. radical. v. alt., petiolo basi vaginante, lamina plerumque palminervia saepe maxima cordata v. hastata v. peltata indivisa v. palmatim pedatimve lobata, scapis radical. v. ax. simpl., spadice term. indiviso basi spatha simplici persist. v. decidua plerumque colorata varie convoluta stipato v. huic adnato, nunc ubique nunc interrupte florigero apice saepius sterili nudo, flor. plerumque monoicis, inferiorib. cujusque spadicis ♀ a superiorib. ♂ genitalib. rudimentariis interstinctis.) . . . . AROIDEAE.

CCXXXI. PALMAE.

A. Bacca loricata, i. e. squamulis corneis arcte imbricatis primo erectis dein resupinato-recurvatis tessellato-corticata. Germ. 3-2-loc., conflatum ex ovariis 3 (raro 2) ab initio connatis. Ovula in loculis solitaria, 1-2 plerumque abortientia. (Frondis pinnatae aut palmatae pinnae reduplicatae; spadices ramosi, spathis plerumque plurib.; fl. dioic. v. monoici, rarius polygami, sessil., saepius bracteis circumcirca clausis bracteolisque perfoliatis spathaceo-unitis quasi amentacei.) . . . . **Tribus I.** *LEPIDOCARYINAE.*

I. Frondes pinnatae. Germ. 3-loc. . . . . Subtribus I. CALAMEAE.

A. Flor. dioici v. polygamo-dioici. Spathae plures. ♂: Cal. 3-fid. (rarius in Calamo 3-dentatus). Stam. 6, filam. basi connatis. ♀: Cor. 3-part. v. 3-petala. Stig. 3, sessil. v. subsessil. Albumen corneum.

1. *Bacca intus carnosa, sub-1-loc.,* 1-2-3-*sp.* Album. aequabile, fossa centrali a vertice ad medium pertingente testae substantia repleta exsculptum. Embr. basilaris. Fl. dioici, spathis partialib. primum clausis singula amenta obvolventib. Fl. ♂ per paria dispositi, intra bracteas spathaceo-connatas bracteolis barbatis muniti. Cor. tubulosa, 3-fida. Anth. lineares. Fl. ♀ solitarii intra bracteam et bracteolas 2 naviculari-connatas. Cal. 3-part. Stam. 6 steril., in cupulam connata. (Palma acaulis, fol. magnis congestis, petiolis rhachidibusque subtus aculeis palmatis horridis, spathis basilarib. apice apertis, partialib. primum completis clausis demum laceris persist., fl. rubent. — *Ind. or.*) . . . . Zalacca. Reinw.

2. — 1-*sp. Albumen superficie laevigatum et ruminatum v. pustulatum et aequabile.* Embr. subbasilaris. Fl. dioici v. polygamo-dioici, spathis incompletis vaginantib., amentis spathellulatis. ♂: Cor. 3-part. v. fere 3-petala. Anth. sagittatae. Pistilli rudiment. ♀: Cal. et cor. maris. Stam. 6 rudimentaria in urceolum connata. (Caudices saepe caespitosi, longi, debiles et super arb. v. frut. vagantes, fol. alt. remotis, rhachi laxa saepe aphylla in acumen cirrhiforme v. rectum funiforme excurrente spad. apice saepe sterili funiformi, fl. in ultimis ramulis distichis parvis roseis v. virentibus. — *Ind. or., Afr. trop.*) . . . . Calamus. L.

3. — 1-*loc.,* 1-*sp. Album. aequabile.* Embr. basilaris. Fl. dioici, in spadice elongato in spicam simpl. v. ramosam dispositi, sub spathis incompletis squamaeformib. coriaceis dimidiatis distiche imbricatis reconditi. ♂: Cor. 3-part. Filam. subulata; anth. linear., fere basifixae. Pistilli rudim. nullum. ♀: Cal. et cor. maris. Stam. steril. in cupulam hypogynam coalita. Germ. loc. 1-2 saepe effoetis. Stig. subulata. (Habitus Calami, frondis rhachi spinis palmatis armata, fl. flavesc. — *Java.*) . . . . Plectocomia. Mart.

B. Flor. monoici (rarius polygami, cfr. Ceratolobus), ♂ et ♀ in eodem spadice. Cal. 3-dentatus v. 3-fid. ♂: Cor. 3-part. v. 3-petala. Anth. lineares. ♀: Bacca abortu 1-loc., 1-sp. Albumen ruminatum.

a. Flor. polygamo-monoici, in eodem spadice spatha completa siliquaeformi ancipite longe pedunculata cincto, ♂ et ☿ solitarii spathellato-bracteati, ♂ breve pedicellati, ☿ sessiles. Stam. 6, filam. subulata, cum corollae basi (in ☿ altius) confluentia; anth. basifixae (in ☿ effoetae?). Germen in ♂ rudimentarium. ☿: Stig. 3 sessil., subulata. Embr. basilaris? Caudices sarmentoso-scandent.; folior. alt. vaginae longae dense aculeatae, pinnae cuneato-rhombeae, antice crenato-dentatae subtus flavesc.; pedunc. longi, frondi intus adnati, spatha demum irregulariter rumpente. — *Java.*) . . . . Ceratolobus. Mart.

b. — ***monoici,*** ♂ absque germinis rudimento. Stam. in ♀ sterilia in cupulam hypogynam connata.

1. *Spadix paniculatus, spathis pluribus completis vaginatus,* sub ramis spathellatus, flor. solitar. sparsis spathellulatis. Cal. campanulat. 3-dentat. Cor. 3-part. ♂: Stam. 6; filam. basi coalita; anth. basifixae. ♀: Stam. 6 ananthera. Styl. brevissimus, stig. 3 subulat. recurvis. Embr. subbasilaris. (Habitus Calami. — *Java.*) . . . . Daemonorops. Blume.

2. — *ramosus, absque spatha communi pluribus incompletis vaginatus,* floribus bractea squamaeformi distinctis et bracteola cupulari cinctis. Cal. 3-fid. Stigm. 3, subulata, demum connata. Embr. dorsalis. (Caudex crassus v. crassiusculus, petiolis saepe longe spinosis et pinnis margine spinulosis, spathis tubulosis antice apertis, fl. rubello-flavesc. v. fuscesc.) . . . . Sagus. Rumph.

α. Amenta teretia, bracteolis dense villoso-barbatis. Cal. 3-fid. Cor. 3-part. ♂: Stam. 6, filam. subulat. basi connatis, anth. dorso affixis. ♀: Staminum urceolus anantherus dentat. (Spadix distiche ramosus et vaginatus. — *Archip. Ind. or.*) . . . . *Metroxylon,* Rottb.

β. — *compressa,* disticha. Cal. campanulat., truncat., 3-denticulat. ♂: Cor. 3-petala. Stam. 6 v. 12, filam. subliberis compressis, basi dilatat., anth. erect. ♀: Cor. campanulato-infundibuliformis, semi-3-fida. Stam. urceolus 6-dentat., anth. effoetis sagittatis. (*Afr. et Amer. trop.*) . . . . *Raphia,* Commers.

II. Frondes flabelliformes. . . . . Subtribus II. MAURITIEAE.

a. Bacca ovoidea (mediocris) fungosa 3-4-sperma, cortice squamis quadratis tessellato, nucleis duris. Spadix pluries ramosus, spatha duplici? basilari hinc fissa. Caet. ign. (Caud. humilis, gracilis, obsolete annulatus, fol. palmato-flabellat., lobis 3-4-fidis plicatis petiolo margine spinoso. — *Ind. or.*) . . . . Pholidocarpus. Blume.

b. — parce carnosa, 1-sp., tessellato-corticata. Sem. rhaphe unilaterali v. semicirculari, chalaza verticali mammillaeformi rostrata. Album. aequabile, osseum. Embr. lateralis. Fl. polygamo-dioici, in spadice distiche et articulatim ramoso intra squamas amentorum spathellati, coriaceo-membranacei, spatha communi nulla, partialib. plurib. incompletis. Stam. in ♂ et ☿ 6. Germinis rudiment. in ♂ nullum. (*Amer. trop.*)

1. *Amenta teretia.* ♂: Cal. cyathiform. 3-denticulat. Cor. 3-petala. Stam. filam. planiuscula; anth. linear., erectae. ☿: Cal. campanulat., 3-dent. v. 3-fid. Cor. semi-3-fida, lobis lanceolat. erectis. Stam. filam. complanata, subpyramidalia; anth. ovatae, basi subbilobae. Germ. 3-loc. Embr. subbasilaris, radic. rhaphen spectante. (Truncus elatus v. mediocr., laevigat., saepe spinis conicis horridus; fol. flabelliformi-pinnatifida; spadices saepe perennant., fl. rubello-fuscis, fr. strobiliform. nitidis.) . . . . Mauritia. Linn. fil.

2. — *compressa.* Cal. campanulat., sub 3-gonus, ore truncato obiter 3-dentato. ♂: Cor. 3-petala, pet. lanceolat. acut. erectis. Stam. inclusa, filam. crassiusc., anth. oblong. dorso adnatis. ☿: Cor. basi subcampanulata, 3-part., lobis lanceol. acut. erect. Filam. compresso-plana; anth. parvae, oblongae, dorso adnatae. Germ. loculis 2 rudimentariis 1-loculare. Stig. 3 linear., erecta, basi connata. Embr. radic. a rhaphe aversa. (Trunc. humilis, tenuis, strict. v. flexuosus obiter annulatus; fol. flabelliform., irregulariter fissa, margine spinulosa; fl. rubelli.) . . . . Lepidocaryum. Mart.

B. Bacca v. drupa nuda (saltem non tessellato-corticata). (v. pag. sequ.)

PALMAE.
(Continuat.)

A.

B. Bacca v. drupa nuda (saltem non tessellato-corticata).

I. Pericarpium ovariorum abortientium a formatione loculi fertilis exclusum.

A. Flor. monoici (rarius dioici v. polygami, cfr. Seaforthia). Germ. conflatum ex ovariis 3 (raro 2) primitus connatis, 3-2-loculare, raro ovario unico 1-loc. Ovula in loculis solitaria, raro 2, erecta v. lateraliter appensa, in loc. 1-2 saepe deficientia. Fr. 3-loc., 3-lob., v. abortu 2-1-loc., baccatus v. tenuiter drupaceus, loculorum endocarpiis distinctis. (Frons pinnata v. pinnato-fissa, rarius 2-pinnata, pinnis reduplicatis; spathae plerumque plures.) . . . . **Tribus II.** *ARECINAE.*

† Fruct. 1-spermus.

I. Flor. dioici (raro monoici, cfr. Hyophorbe). Corollae aestiv. valvata. ♂: Stam. 6. Rudiment. germinis. ♀: Germ. 3-loc. Stig. 3 sessilia. Bacca 1-sp. Albumen aequabile, corneum v. cartilagineum. (Caudex arundinaceus, annulatus, pinnae planae v. leviter reduplicatae; spathae membranaceae; fl. albidi v. flavo-viresc.)

1. *Flor. dioici, in spadice parce ramoso sessiles, ebracteati, spathis plurib. compressis membranaceis persist.* Cal. cupularis, 3-lobus. Cor. 3-petala, pet. rotundatis connivent. ♂: Stam. e fundo calycis, filam. teret. brevib., anth. lineari-oblong. ♀: Stam. rudiment. nulla. Embr. lateralis. (Fol. term. lateral., pinnata v. pinnato-fissa; spadices demum rubri, spathis demum apice perfossis, fr. parv. subglobos. — *Amer. trop. continent.*) . . . . Chamaedorea. Willd.

2. — *dioici, in spadice simpliciter ramoso spathis plurib. basilarib. apice apertis cincto sessiles ebracteati.* Cal. cupularis, 3-dentat. ♂: Cor. 3-petala, pet. carnosulis late ovatis. Stam. e fundo corollae. filam. filiform. anth oblong. basifix. ♀: Cor. rotato-campanulata, tubo brevi, limbi 3-fidi lobis ovat. acutiusc. Stam. rudim. 6. Stigm. deltoidea. Bacca parce carnosa olivaeform. Embr. supra basin dorsalis. (Caudex tener, fol. term. pinnat., pinnis inerm., spadicib. infra comam verticillatis. — *Peruvia.*) . . . . Morenia. R. et P.

3. — *in spadice simpliciter ramoso basi spatha unica? cincto dioici v. pauci ♂ femineis interjecti,* subebracteati. Cal. 3-gono-campanulatus, 3-lobus. Cor. 3-fida, lobis ovato-oblong. ♂: Stam. e fundo corollae, filam. subulat. basi leviter cohaerent., anth. ovat. dorso affix. ♀: Stam. rudiment. cupulare, 6-fidum. Bacca fibroso-carnosa, olivaeform. Embr. verticalis. (Fol. term., pinnata, pinnis longis acutis, spad. infra frond. nascentib. — *Ins. Borbon.*) . . . . Hyophorbe. Gaertn.

II. Flor. monoici; spadices unisexuales, simpliciter ramosi, spathis plurib. basilar. coriaceis tubulosis apice apertis persist., fl. sessil. vix bracteat. (albis). Cal. membranaceus, 3-fid. (in ♀ campanulatus, 3-dent.). Cor. 3-petala, pet. carnosulis ovali-oblong. ♂: Stam. 6 (Hyophorbes), anth. linear. Rudim. pistilli. ♀: Stam. rudim. nulla. Germ. 3-loc. Stig. 3, sessil., acuta, revoluta. Bacca 1-sp., parce carnosa. Album. aequabile, cartilagin. Embr. basilaris. (Habitus Moreniae. — *Andes Novo-Granat.*) . . . . Kunthia. Humb. et B.

III. — monoici (raro polygami, v. Seaforthia) ***♂ et ♀ (v. ⚥) in eodem spadice.***

A. Corolla in ♂ et ♀ 3-petala, aestiv. valvata. ♂ Stam. 6, petalorum basi inserta. Pistilli rudim. ♀: Stam. rudim. nulla. Germ. 3-loc., loc. 2 minorib. v. minimis. Stig. sessil. Bacca flavo-viresc., 1-sp. Album. aequabile, corneum v. cartilagin. Embr. prope basin lateralis. — (*Brasil.*)

1. *Spadix simpliciter ramosus, spathis 2 membranaceis, interiore plerumque incompleta;* fl. ebracteati; ♂ plerumque 2 ad basin cujusque ♀. Cal. in ♂ cupular. 3-fid., in ♀ 3-part. Pet. in ♂ lanceolata, in ♀ ovata concava. Filam. filiform., libera? Anth. breves, lineari-oblongae. (Caudex arundinaceus, humilis, annulatus; fol. term. v. lateral. pinnato-fissa, pinnis planiusculis; spad. infra folior. vaginas nascentes, fl. pallidis, fr. olivaeform.) . . Hyospathe. Mart.

2. — *paniculato-ramosissimus, spathis universali et partialib. destitutus;* fl. in ramorum foveis sessiles bracteati et bracteolati. Cal. 3-sepalus, sep. in ♂ oval. imbricat., in ♀ late ovatis. Pet. ovata. Stam. inclusa; filam. complanata, basi connata; anth. ovatae, 2-lobae, erectae. Germ. turbinato-subtrigonum. Stig. brevissima, patent. Bacca drupaeform., compresso-globosa, sarcocarpii fibris ramosis lignescentib. (Caudex mediocr., extus fibrilloso-reticulat.; fol. term., pinnata, inerm., pinn. reduplicatis; spad. dense ferrugineo-tomentosus, fl. minimis rubellis caducis.) . . . . Leopoldinia. Mart.

B. Corollae aestivatio in ♀ convoluto-imbricata, in ♂ valvata (cfr. Pinanga).

a. Germen 3-loculare, raro 2-loc. (in ♂ rudimentarium). Stig. 3-2 sessil. v. subsessilia.

α. Calyx 3-phyllus, aestiv. imbricata. Cor. 3-petala. ♂: Stam. fundo corollae (v. in Euterpe toro?) inserta, filam. subulatis basi cohaerent. v. rarius liberis. (Flor. in spadice ramoso sessiles, bracteati et bracteolati, ♂ superiores v. inferne bini femineos singulos stipantes, bract. saepe inconspicuis.)

1. ♂: *Sepala ovata, carinato-concava. Pet. ovata v. lanceolata, erecta. Stam. 6, anth. subsagittato-linear. basifixis.* ♀: Stam. rudim. nulla. Germ. 3-loc., loc. 2 minimis. Stig. 3. Bacca globosa, stigmatib. excentricis coronata, grumoso-fibrosa, endocarpio tenui membranaceo cum nucleo connato. Album. ruminatum. Embr. basilar. v. subbasilaris. (Palmae sylvicolae, gregariae, elatae, caud. gracili annulato laevigato; fol. term. pectinato-pinnata; spad. infra frond. nascentes granuloso- v. furfuraceo-tomentosi, spathis subcoriac., fl. lutesc. v. roseis. — *Brasil.*) . . . . Euterpe. Mart.

2. ♂: *Sepala late ovata, demum coalescentia. Pet. oblongo-lanceolata. Stam. 6-9-12, anth. linear. dorso affixis.* ♀: Stam. rudimentaria in cupulam 6-dentatam connata. Germ. 3-loc. Stig. 3 conniventia. Drupa baccata, oval., sarcocarpio fibroso, putam. crustaceo tenui. Album. aequabile, corneum. Embr. basilaris. (Caud. gracilis, procerus, annulat.; fol. term. pectinato-pinnata, pinnis apice inaequaliter bifidis; spatha interior sublignosa, apice demum aperta; fl. pallidi. — *Amer. trop.*) . . . . Oreodoxa. Willd.

3. ♂: *Sepala suborbicularia. Pet. ovata, acuta. Stam. 6, anth. subglobosis.* Pistilli rudim. vix conspicuum, ♀: Stam. rudim. nulla. Germ. 2-3-loc. Stigm. 2-3, subsessil. Bacca fibrosa. Album. ruminatum, corneum. Embr. dorsalis. (Palmulae arundinaceae, tenerae, fol. pinnat., pinnis saepe cohaerent. tarde fissis v. summis confluentib.; spad. tenues, spath. membranac. apice apertis, fl. parv., bract. inconspicuis. — *Madagasc.*) . . . . Dypsis. Noronh.

β. Calyx in ♂ 3-partitus, aestiv. valvata (saltem non imbricata); in ♀ 3-phyll., aestiv. convoluta, lobis in ♂ et ♀ carinatis. Germ. 3-loc., loc. 2 steril. saepius minimis. Stig. 3, sessil. Album. ruminatum (cfr. Oenocarpus). Embr. basilaris. (Caud. plerumque elatus, annulat., fol. pinnat. term., spad. plerumque infra frondes nascent. ramosis, fl. in ramor. scrobiculis sessilib., bract. obsoletis cum rhachi coalitis.)

1. *Spatha duplex, lignescens, interior incompleta.* Fl. ♂ 2 femineos stipantes v. antice solitarii. ♂: Stam. 6 e fundo floris, filam. subulat. liberis v. basi confluentib., anth. lineari-sagittat. dorso affix. ♀: Stam. rudim. nulla. Bacca oval., stigmatib. excentricis coronata, grumoso-fibrosa, endocarp. carnoso cum nucleo connato. Album. ruminat. v. radiatum. (Fol. pinnis subcrispis; spad. simpliciter v. fastigiato-ramosissimus, fusco-tomentos.; fl. ochroleuci. — *Amer. trop.*) . . . . Oenocarpus. Mart.

2. — *duplex, utraque completa,* membranacea v. fibroso-coriacea. Fl. ♀ solitarii in alis dilatatis ramorum antice tantum florib. ♂ obsessorum. ♂: Stam. 6-9, filam. subulat. ima basi cohaerent., anth. linear. basifixis. ♀ Stam. rudimentaria. Germ. plerumque 3-lobum. Stig. discreta. Bacca fibrosa, oval., rarius globosa. (Caudex interdum arundinaceus, petiolisque inerm. v. aculeat., spad. simpliciter ramos. v. ramosiss. — *Asia praecipue insularis trop. et subtrop., Nov. Holl.*) . . . . Areca. L.

3. — *triplex, coriacea, demum decidua, interior incompleta.* Fl. ♂ bini femineos singulos stipantes. ♂: Stam. 6, filam. crassiusculis liberis, anth. sagittat. basifix. ♀: Stam. rudimentar. Stig. arcte conniventia. Bacca grumosa, globosa, parva. (Caudex gracil., aculeat., fol. pectinato-pinnatisect., segm. reduplicatis, spad. inferne duplicato- superne simpliciter ramoso, fl. luteis. — *Archipel. Ind. or.*) . . . . Oncosperma. Blum.

4. — *simplex, completa, compressa, anceps, decidua,* partiales nullae. Fl. ♂ 2 decidui femineos singulos (majores) stipantes. ♂: Petala sepalis multo longiora, acuminata. Stam. 6, filam. . . . ., anth. sagittat. Germ. parvum (sterile?) stylis 3 linearibus superatum. ♀: Petala sepalis subaequalia, rotundata. Stam. rudim. nulla. Germ. . . . . . Stig. 3 . . . . Bacca globosa pulposa (parva) nucleo 1-sp., rhaphe laterali incrassata, areola basilari parva. Album. ruminat., solidum. Embr. basilar. (Habitus Arecae; trunc. aculeat. — *Sumatra.*) . . . . Keppleria. Nob.

b. Germen 1-loculare, etc. (v. pag. sequ.)

PALMAE.

(Continuat.)

B.*I.*A.†*III.*B.

b. Germen 1-loculare, 1-ovulat. Bacca fibrosa, ellipsoidea, parva. Embryo basilaris v. subbasilar. ♀: Cal. 3-phyll. et cor. 3-petala aestiv. convoluta.

1. *Fl. monoici, in eodem spad. simpliciter ramoso v. simplici spatha duplici* (interiore saepe incompleta) *cincto*, in scrobiculis sessiles, bracteis obsoletis cum rhachi coalescentib., bini ♂ femineos singulos stipantes. ♂: Cal. 3-part., lobis subcarinatis haud imbricatis. Cor. 3-petala, aestiv. subvalvata. Stam. 6-15, filam. brevib. distinctis in torum carnosulum confluentib., anth. linear. basifix. Germ. rudimentar. v. nullum. ♀: Cal. et cor. conformes. Stam. rudim. v. nulla. Styl. 0 v. brevis, stig. 3 vix distinctis saepe confluentib. Album. ruminatum. (Caud. arundinaceus, saepe humilis, annulat., laevigat.; fol. term. pinnatisecta v. fissa, pinnis plicat., summis apice truncato dentat.; spad. infra fol. solitarii, spath. membranac. v. coriac. caducis, fl. distichis pallidis, ♂ multo majorib. — *Ins. Molucc.*) . . . . Pinanga. Rumph.
2. — *monoici in eodem spad. fasciculato-ramoso spatha triplici* (interiore incompleta) *cincto* (caet. Pinangae). ♂: Cal. 3-part., lobis carinat. haud imbricatis. Cor. 3-pet., aest. valvata. Stam. 6, filam. breviss. basi connatis (anth. Pinangae). ♀: Cal. et cor. dissimiles. Stam. rudim. nulla. Styl. brevissimus, stig. 3 distinctis. Bacca parce fibrosa. Album. aequabile. (Caud. elatus, annulat., laevigat.; fol. term. pectinato-pinnatisecta, segm. reduplicat. apice subbifidis; spad. infra frond. solitar. v. verticillati, duplicato-ramosi, ramis undique florigeris, spathis coriac., fl. Pinangae. — *Archipel. Ind. or.*) . . . . . . Kentia. Blume.
3. — *polygamo-monoici, in spad. ramoso spathis plurib. incompletis stipato sessiles, bracteolati,* ♂ superiores et inferne bini femineos singulos stipantes. ♂: Cal. 3-sepalus, sep. ovat. imbricatis. Cor. 3-fida, lobis oblong. aestiv. valvatis. Stam. plurima e fundo corollae, filam. liberis filiform., anth. linear. subsagittatis. Germ. rudim. ♀: Cal. et cor. maris, aest. imbricato-convoluta. Stam. rudim. nulla. Styl. term. brevissimus, stig. 3 patent. Bacca grumoso-fibrosa. Album. ruminatum, raro subaequabile. (Palmae inermes, procerae, rarius mediocr. v. arundinaceae, caud. annulato, fol. pinnat., pinn. reduplicat. saepe connexis et plicatis apice dentat. v. erosis, spad. infra frond. lateral. simpl. v. duplicato-ramosis, fl. virid. — *Australia, Ind. or. praecipue insularis.*) . Seaforthia. R. Br.

†† Fructus 2-3-spermus (raro 1-sp., v. Iriartea, Caryota). Flor. monoici. ♂: Cor. 3-petala aestiv. valvata. ♀: Stam. rudimenta nulla. Stigm. sessilia. Album. cartilagineum, corneum v. subosseum.

a. ***♂: Stam. 6, filam. liberis brevib., anth. linear. Cal. incrassatus, subcylindricus, 3-denticulatus.*** Pistilli rudim. nullum. ♀: Cal. urceolatus, 3-fid. Cor. 3-petala. Germ. 2- rarius 3-loc., stig. 2-3 connatis. Bacca 2-3-sp. Sem. hinc convexa, inde plana. Album aequabile. Embr. extra medium dorsalis. (Caudex subterran., fol. pinnat., pinnis cuneatis praemorsis, spad. simpliciter ramosis androgynis spathis plurib. basilarib. incompletis cinctis, fl. sessil. bracteat. parvis ochroleucis, ♀ inferne inter ♂ plurimos 2-bracteolatis. — *Ind. or.*) . . . . Harina. Hamilt.

b. - — **12-00** (cfr. Iriartea). ***Calyx in ♂ et ♀ 3-phyllus.***

α. **Spadices androgyni,** spathis pluribus imbricatis membranaceis v. coriaceis, interiorib. completis clausis cylindricis, exteriorib. incompletis apice apertis, flor. dense confertis (ochroleucis), bract. et bracteolis obsoletis. Sepala in ♂ ovata concava, in ♀ orbicularia imbricato-convoluta. Pet. ♂ ovata erecta, in ♀ sepalis conformia. Stam. 12-50, rarissime 6, fundo corollae inserta, filam. breviss. teret. basi confluent., anth. 4-gonis. Germ. in ♂ rudimentar., in ♀ 3-loc., loc. 2 effoetis. Stig. 3 Bacca 1-sp., endocarpio fibroso-gelatinoso. Album. aequabile. Embr. basilaris. (Caudex saepius radicib. epigaeis pyramidato-conniventib. sustentus, elatus, annulat. inermis, medio saepe tumidus; fol. pinnata, pinn. subdeltoid. apice truncat. dentat. v. erosis; spadices infra frond. sessiles tomentosi. — *Amer. trop.*) . Iriartea. R. et P.

β. — **unisexuales.**

1. ♀: *Cal. aestiv. . . . . Cor. urceolata, 3-fida.* Germ. 2-loc., stig. 2 acutis. Bacca 2-loc., 2-sp. (Sem., album. et embr. Harinae.) ♂: Sepala margine imbricata. Stam. plurima, filam. filiform. liberis, anth. linear. (Caudex gracilis, annulat., inerm., fol. simpliciter pinnat., pinn. cuneat. sublobat. erosodent. 1-plurinerv., spathis basilar. incompletis, fl. sessil. bracteolatis, feminei rudimento inter 2 masculos. — *Java, Nova Guinea.*) . . . . Orania. Blume.
2. - — *3-phylli et cor. 3-petalae aestiv. imbricato-convolutiva.* Germ. 3-loc., stig. 3 depressis connatis. Bacca 3-1-sp., subglobosa. Sem. Oraniae. Album. ruminatum. Embr. dorsalis. ♂: Sepala ovata, imbricata. Pet. oblonga. Stam. plurima, filam. breviss. basi in urceolum connatis, anth. oblong. acutis. (Caud. annulat., fol. bipinnatis, pinn. dimidiato-flabelliform. v. cuneatis antice praemorso-denticulat. v. fissis; spad. infra frond. nasc., simpliciter ramosus, spathis nonnullis basilar. completis, fl. sessil. bracteolatis coriac. viresc. v. carneis. — *Ind. or.*) . . . . Caryota. L.
3. - — *3-phyll., aest. convolutivo-imbricata.* Germ. 3-loc., stig. 3 conicis basi connatis. Drupa globosa, 2-3-pyrena, pyr. 3-gonis. Album. aequabile. Embr. dorsalis. ♂: Cal. et cor. Caryotae. Stam. plurima, filam. filiform. liberis, anth. linear. cuspidat. (Caud. crassus, irregulariter annulat., squamat v. fibroso-reticulatus; fol. term., concinne pinnata, pinnis reduplicat. basi auriculatis; spad. axillar., simpliciter ramosi, basi spathis nonnullis completis decid., ♂ plures, ♀ unicus term., fl. bract. et bracteolat. sessil. majusc. viresc. — *Asia trop.*) . . . . Arenga. Labill.

IV. Flor. ☿ in spadice ramoso geminatim sessiles. Spatha 1-phylla. Cal. et cor. 3-part., sepalis et petalis similib. scariosis subrotundis cuspidatis imbricatis. Stam. 6 hypogyna, libera, anth. erectis sagittatis. Germ. 3-loc.?, loc. 1-ovulat., (duobus abortivis?) Styl. crassus, 3-fid., lobis reflexis. Drupa globosa, carnosa, stylo coronata, 1-sp. . . . . (Caudex gracilis, medioer., aculeat. v. inerm.?, frond. pinnat. — *Amer. trop.*) . Aiphanes. Willd.†

Tribus III.
BORASSINAE.
Subtribus I.
GEONOMEAE.

B. Flor. dioici (raro monoici v. polygami, cfr. Pinnatifrondes). Germ. ex ovar. 3 (rarius 2. v. 4.) primitus connatis conflatum, 2-4-loc., loc. 1-ovulat., ov. adscend., v. resupinatis. Drupa, rarius bacca, lobata v. indivisa. Album. aequabile. Stam. hypogyna. (Flor. spadicis foveolis squamarum bractealium coalitione formatis immersi, sub anthesi emergentes, quasi amentacei ♂ textura fere glumacea.)

I. Frondes pinnatae, rarius integrae (cfr. Manicaria). Flor. monoici, rarius polygami, v. in *Geonomate* interdum dioici. ♂: Cor. 3-petala. ♀: Germ. 3-loc. Embr. basilar. v. subbasilaris.

a. Stam. 6-9 (in ♀ ananthera). Germ. in ♂ rudimentarium. (Caudex arundinaceus v. in *Geonomate* rarius nullus, annulatus; fol. pinnata v. pinnato-fissa; fl. parvi rubelli v. straminei; baccae sphaeroid., 1-sp.)

1. *Cal. 3-phyll., v. 3-dentat. Cor. 3-petala.* ♂: ***Stam. 6 libera, anth. linear.*** ♀: Stig. 3 sessilia. Bacca stigmatib. excentricis subbasilarib. coronata, fibroso-lignosa, 1-sp., endocarpio papyraceo, nucleo sulcato. Album. solidum. (Frondis pinnae reduplicatae; spad. infra frond. nascens, colorat., ramosus, unisexual., rarius fl. ♀ solitario masculos comitante; spathae 1-2 v. plures? basilares, membranac., interior completa longitudinaliter aperta; fl. ♂ alternatim distichi; ♀ subsolitar. — *Ind. or.*) . . . Bentinckia. Berry.
2. — *3-phyll., aestiv. convoluta. Cor. 3-pet., pet. aestiv. convolutis.* ♂: ***Stam. 6-9 filam. subulat., basi cohaerent.***, anth. linear. dorso affix. ♀: Stam. rudimentaria. Ovar. 1-loc., basi rudimentariis 2 stipatum. Stig. sessile, simplex. ☿: Stam. 6-9, anth. ovato-oblong. Ovar. simplex, stig. 3 conniventib. Bacca olivaeform., 1-sp. . . . . . (Fol. subterm., pinnatisecta, segment. subtrapezoid. antice eroso-dent.; spad. ax., simplicissimi, spathis 2 membranac. completis tubulosis apice demum perforatis cincti; fl. polygamo-monoici, viresc., bracteolati, foveis margine bracteiformi elevato transverse 2-valvi immersi. — *Ind. or.*) . . . . Iguanura Blume.
3. — *3-phyll., sep. et pet. 3 aestiv. convolutis.* ♂: ***Stam. 6; filam. complanata, basi juncta;*** anth. oblongae, basifixae. ♀: Stam. rudimentaria. Ovar. 1-loc., ovulo 1 ex apice pendulo. Stig. 3 sessil., divergent. Fr. . . . . . (Caud. elatus, gracilis, fol. term. pinnatisect., segm. reduplicat. saepe apice bifidis; spad. infra frond. nascent., corymboso-ramosissimi, spathis 2? completis? cincti, tomentosi, fl. e foveolis rhacheos emergentib., ♂ geminis singulos ♀ stipantib. — *Molucc.*) . . . . . Cyrtostachys. Blume.
4. — *3-phyll., foliol. carinato-concavis.* ♂: ***Cor. 3-pet., pet. planis. Stam. 6, filam. basi in cylindrum connata,*** apice libera; anth. loc. divaricatis. ♀: Cor. gamopetala, 3-fida. Stam. steril. in urceolum 6-dent. connata. Styl. basilaris, stig. 3 revolutis. Bacca 1-sp., carne tenui. Album. corneum. Embr. interdum sublateralis. (Fol. term. v. lateral., initio integra, mox irregulariter pinnato-fissa; spad. ax., spicati v. paniculati unisexual. v. androgyni; spathae 2, exter. concava, inter. compressa v. fusiform., fl. stramineis v. purpurasc. — *Amer. trop.*) . . . . Geonoma. Willd.

b. Stam. 24-30 (in ♀ 12 rudimentaria), filam. filiform., anth. lineari-subsagittat. erectis. ♂: Cal. 3-sepal., sep. ovat. v. subrotund. scariosis imbricat. Cor. 3-pet., pet. coriaceis oblong. s. sublanceolat. ♀: Cal. et cor. maris. Germ. turbinat., 3-gonum. sulcat. v. angulat. Stig. 3 sessil., ovato-3-angularia, demum patentia. Drupa magna 3-cocca, rarius abortu 2-1-cocca, cortice suberoso, putaminib. crustaceis extus fibroso-reticulatis basi oblique foratis. Album. corneum, centro cavum. (Caud. grossus., inerm.; fol. term., oblonga, integra, persist.; spad. axillar., ramosi, fuscotomentosi, androgyni; spatha simpl., fusiform., fibroso-reticulata demum irregulariter rupta; fl. bracteati, majusc., roseo-lutesc., infimi ♀ — *Amer. trop.*) . . . . Manicaria. Gaertn.

c. — ***plurima (in ♀ absque vestigio deficientia),*** filam. subulata, basi in discum carnosum confluentia; anth. linear., incumbentes. Fl polygami, ♂ ♀ et ☿ in eodem spadice simplicissimo spatha simpl. incompleta cincto sub bracteis squamaeform. rhacheos foveolis immersi, ♂ 2 femineos v. ☿ singulos stipantes. Cal. 3-sepal., sep. cucullatis arcte convolutis. Pet. 3 aestiv. valvata. ☿: Germ. superum in stylum brevem attenuatum, stig. 3 coalescent. Bacca exsucca, subglobosa, grumosa, 1-sp. ♀: Germ. incomplete 3-loc. Stig. simplex, sessile. (Habitus fere Manicariae, sed fol. pinnata et spad. simpliciss. — *Ind. or.*) . . . . Calyptrocalyx. Blume.

II. Frondes palmato-flabelliformes. (v. pag. sequ.)

PALMAE.

(Continuat.)

B. *I.* **B.** *I.*

II. ***Frondes palmato-flabelliformes.*** Flor. dioici, in spadice spathis incompletis vaginato. — Subtribus II. LATANIEAE.

a. ♂: **Stam. 15-00;** filam. basi coalita. Stig. sessilia. Drupae. Album. corneum v. cartilagin. (Caudex annulat., fol. term., spadicib. axillar. ramosis, amentis masc. cylindricis e coalitione squamarum, fl. flavesc.)

1. *Flor. ♂ in amenti foveis solitarii. Cal. 3-phyll. et cor. 3-pet.*, marginib. imbricatis. Stam. 15-16-30-32, anth. lineari-sagittat. fere basifixis. ♀: Cal. et cor. maris (?) Germ. 3-loc., stig. 3 brevissimis. Drupa sphaeroid., 3-pyrena, pyr. extus ramoso-rugosis. Embr. dorsalis. (Spad. ♂ distiche ramosi vaginato-squamati, ramulis e sinu squamarum alterne ortis apice digitatim v. pedatim amentiferis, amentis ♀ pauciflor.? — *Ind. or., ins. Mascaren.*) . . . . . Latania. Commers.

2. — - *in amenti foveis biseriatim aggregati, bracteati. Cal. et cor. profunde 3-part.* Stam. 24-36, anth. linear. obtusis. ♀: Fl. intra amenti squamas subsolitarii. Cal. 3-phyll. et cor. 3-pet., aestiv. convoluto-imbricata. Stam. rudim. nulla. Germ. 3- rarius 2- v. 4-loc. Stig. 2-4, pyramidato-conniventia. Drupa maxima, fibrosa, 1- rarius 2-3-pyrena, pyr. ossea fibris adhaerentib. capillata, 2-loba didyma v. interdum 3-loba. Embr. in loborum conjugatione basilaris. (Caudex crassus, procerus. — *Ins. Sechell.*) . . . . . Lodoicea. Labill.

b. ♂: **Stam. 6;** anth. sagittatae. Embryo verticalis. (Caud. annulati, spad. axillar., fl. rubesc. v. flavesc.)

1. ♂: *Cal. 3-fid. Cor. 3-part. Stam. filam. ima basi coalita.* ♀: Cal. 3-phyll. et cor. 6-9-petala, aestiv. arcte imbricato-convoluta. Stam. steril. 6-9, filam. basi connatis, anth. effoetis. Germ. et stig. Lodoiceae. Drupa magna, 3-pyrena, pyr. fibrosis obcordatis apice poro pertusis. Album. demum cavum. (Habitus, inflor. et amenta ♂ et ♀ omnino Lodoiceae; petioli spinoso-serrati; spad. ♂ ramosi, ♀ saepe subsimpl., fl. ♂ parv. — *Ind. or., Afr. trop.*) . . . . . Borassus. L.

2. - — *3-part. Cor. 3-petala. Stam. libera*; anth. basifixae. Germ. rudim. nullum. ♀: Cal. 3-phyll. et cor. 3-pet., marginib. imbricatis. Stam. rudim. 6. Germ. 3- rarius 2-loc., stig. 3-2. Drupa pruinosa, 3-2-loba v. abortu simplex, fibrosa, putamine ligneo. Album. cavum. Caud. mediocr., dichotome ramosus!; fol. in caudice jun. v. terminalia, saepe filis inter lacinias pendulis; spad. inter frond. nascentes, distiche ramosi, ramis ♂ amenta subterna gerentib., ♀ plerumque pauciorib. — *Aegypt., Afr. trop. orient., Madagasc.?*). . . . . Hyphaene. Gaertn.

C. Flor. ☿ (rarius abortu polygami, v. Copernicia, Chamaerops, Trithrinax, Rhapis, v. dioici, cfr. Phoenix). Germ. conflatum ex ovariis 3 (raro 1) primitus distinctis demum saepe coalescentib., uno alterove saepe haud evoluto. Ovula in loc. solitaria, erecta, lateral. v. resupinata. Fr. triplex v. duplex, raro simplex, aut 3-2-lobus, baccaceus, rarius drupaceus. (Caud. inerm.; fol. pinnae induplicatae.) . . . . . **Tribus IV.** ***CORYPHINAE.***

A. Frondes flabelliformes. Flor. in spadicibus ramosis spathis pluribus cinctis sessiles v. subsessiles, bracteati. . . . . . Subtribus I. SABALINAE.

I. ***Corolla campanulata, 3-fida*** (cfr. Rhaphis ♀). Cal. cupularis. Stam. 6, filam. basi connatis corollae adnatis. Spathae plures incompletae vaginantes; flor. parvi.

1. *Flor. ☿ v. polygami* (monoici?) *Cal. 3-denticulatus.* Stam. filam. in cupulam connata; anth. cordato-ovatae. Ovar. 3 plus minus connata. Styl. brevis, stig. capitato. Bacca abortu 1, ellipt., 1-sp. Album. aequabile, medio cavum. Embr. subbasilaris (Caud. mediocr. superne squarros., fol. saepe inter pinnas filigeris, spad. axillar. villosulis, spathis vagis, flor. viresc. — *Amer. trop.* . . . . . Copernicia. Mart.

2. — *polygamo-dioici. Cal. 3-fid.* ♂: Stam. filam. filiformi-triquetra, alterna profundius distincta crassiora; anth. ovatae, extrorsae. ☿: Cor. 3-petala? Stam. 6. Ovar. 3 distincta . . . . Bacca 1, ... sem. . . . . . (Caud. humiles, arundinacei, fibrillis reticulati, fol. term. et sublateral. palmatifidis, lobis in margine et plicis aculeato-denticulat., spad. ax., fl. rufis v. flavesc. — *China, Japon.*) . . . . . Rhaphis. Linn. fil.

II. ***Corolla 3-partita.*** Flor. ☿. Spathae plures incompletae. Embryo dorsalis. Caudex plerumque mediocr. v. humilis, folior. pinnae saepius filis interjectis distinctae et apice bifidae).

1. *Cal. 3-fid. Stam.* 6, *filam. in discum hypogyn. connatis*, anth. cordato-oblong. Ovar. 3, intus cohaerentia. Styli coalescent., stig. connatis v. discretis. Bacca plerumque 1, 1-sp. Album. medio cavum, testae radio horizontali ruminatum. (Caud. squamat., fol. pinnato-flabelliform., spathis basilar. — *Nov. Holl., Asia trop.*) . . . . . Livistona. R. Br.

2. — *campanulat., 3-dentatus. Stam.* 6, *filam. in cupulam subrepandam connatis*, apice brevissime liberis, anth. sagittatis. Ovar. 3, basi et apice leviter cohaerentia. Styl. 3-gonus, stig. 3-dentato. Drupa abortu 1, putamine tenui 1-sp. Album. corneum, parte ventrali spongiosa v. farinacea ruminata. (Caud. subarundinaceus, fol. term. palmato-flabelliform., spad. alterne ramoso plerumque hirsuto, fl. saepe sericeis subpedicellat. — *Asia trop.*) . . . . . Licuala. Rumph.

3. — *3-sepalus, sep. margine imbricatis. Stam.* 6, *filam. in cupulam hypogyn. connatis*, anth. cordato-ovatis. Ovar. 3 arcte connata. Styli prismatico-connati, stig. simplici. Bacca 1, rarius 2-3. Album. a basi ad verticem strato testae perfossum. (Fol. palmato-flabelliform. petiolis aculeat.; spathae basilar.; fl. parvi viresc. — *Andes Peruv.*) Brahea. Mart.

III. ***Corolla 3-petala.***

α. **Styli manifesti, connati v. discreti. Albumen aequabile.** Calyx cupularis. Stam. 6 hypogyna. Spadices spathis plurib. incompletis cincti.

1. *Fl. ☿. Cal. 3-denticulatus. Cor. aestiv. valvata. Stam. filam. basi dilatata cohaerentia; anth. ovatae.* Ovar. 3 cohaerentia. Styli subulati, coalescentes, stig. simpl. Bacca plerumque unica, ovoid. v. globosa, 1-sp. Embr. verticalis. (Caud. procerus, annulat., fol. term. palmato-flabelliform., lacin. apice fissis, spad. saepius term. amplissimo, spathis vagis vaginantibus., fl. parv. viresc. — *Asia trop.*) . . . . . Corypha. L.

2. — ☿. *Cal. 3-fidus. Filam. sublibera; anth. cordato-ovatae.* Ovar. 3 initio discreta, demum coalescentia. Styl. 3-gonus, stig. capitato. Bacca simplex v. profunde lobata, duplex v. triplex. Embr. dorsalis. (Caudex mediocr. v. brevis, gemma laterali deorsum crescens, rhizoma squamatum epigaeum v. partim hypogaeum simulans, spad. infra frond. nascentib., spathis vaginantib., fl. parv. albid. v. viresc. — *Mexico, Antill., Amer. bor. temp.*) Sabal. Adans.

3. — ☿ *v. abortu polygami. Cal. 3-fid. Petala margine imbricata. Stam. filam. subulata, libera v. basi subconnata; anth. lineares.* Ovar. 3 discreta. Styli subulati, stig. simplicibus. Bacca abortu plerumque unica, 1-sp. Album. aequabile? Embr. prope verticem dorsalis. (Caud. mediocr., fol. term. palmato-flabelliform., spad. expanso ramosissimo basi spathis coriac. stipato, fl. parv. — *Brasil.*) . . . . . Trithrinax. Mart.

β. **Stigmata 3 subsessilia,** subulata. Baccae (sicut ovaria) 3, rarius plures v. abortu pauciores, discretae, olivaeform. 1-sp. Album. ruminatum. Embr. dorsalis. Fl. polygamo-dioici, ♂ et ☿ in eadem v. diversa stirpe, in spadice ramoso spathis 2 v. 4 (interiore completa) cincto dense conferti, sessiles, bracteati. Cal. 3-part. Stam. 6-9, filam. basi (in ☿ in cupulam) connatis, anth. oblong. v. ovat. (Caud. elatus v. humilis v. subnullus, petiolis saepe spinos., fl. flavesc. parv. — *Japon., Ind. or., reg. mediterran., Amer. bor., Mexico.*) . . . . . Chamaerops. L.

IV. ***Corolla nulla.*** Calyx profunde 6-fidus. Stam. 6-12, filam. subulat. basi connatis, anth. erect. oblong. utrinque bifidis. Germ. ex ovar. unico 1-ovulato. Styl. sursum in stigma concavum tubuloso-ampliatus. Bacca parva, globosa, 1-sp., carne tenui. Album. aequabile v. subruminatum. Embr. subvertical. v. dorsalis. (Caud. mediocr. tenuis, fol. palmato-flabelliform., vaginis petiolarib. reticuliform.; fl. ☿ in spadice alterne et duplicato-ramoso spathis plurib. incompletis cincto breve pedicellati, bracteati, minimi. — *Antill.*) . . . . . Thrinax. Linn. fil.

B. Frondes pinnatae. Flor. dioici, in spadice ramoso spatha simplici cincto sessiles. Cal. urceolatus, 3-dentatus. Cor. 3-petala, aestiv. in ♂ valvata, in ♀ imbricata. ♂: Stam. 6 v. 3, filam. breviss. v. subnullis, anth. linear. ♀: Ovaria 3 discreta, conivent., unico maturescente. Stigm. 3 sessilia, uncinata. Bacca drupaeform., carnosa, 1-sp. Sem. hinc sulco longitudinali exaratum. Album. corneum, testa radio sulcum intrante simplici v. lobato reticulato-ruminatum. Embr. dorsal. v. subbasilaris. (Caud. mediocr., annulat., spad. axillar., spatha ancipiti sublignosa, flor. ochroleuc., fr. edul. — *Ind. or., Asia occ., Afr. bor.*) . . . Subtribus II. PHOENICINAE. Phoenix. L.

II. ***Pericarpium ovariorum abortientium in putamine loc. fertilis inclusum.***

(v. pag. sequ.)

PALMAE.

(Continuat.)

B. I.

II. *Pericarpium ovariorum abortientium in putamine loculi fertilis inclusum.*

Ovaria 3, rarius 2 v. 4 v. 6, primitus coalita in germen 2-6-loc., loc. 1-ovulat., ov. erect. v. resupinatis. Fr. drupaceus, 1-pyrenus, 1-loc., rarius 3-loc., sarcocarp. fibroso, endocarpio osseo v. lapideo loculos abortivos includente. Sem. testae vasis reticulatis cum endocarpio plus minus cohaerens. Album. aequabile (cfr. Cocos) oleosum. Stam. hypogyna, filam. basi confluentib. Flor. diclin., saepius ochroleuci. Frondes pinnatae, pinnis reduplicatis. (Patria fere omnium *Amer. trop.*) . . . . **Tribus V. *COCOINAE.***

A. Aculeatae, caudice, petiolis et spadicibus aculeis armatis. Fl. ♂ et ♀ in eodem spadice.

I. Spadix spatha duplici cinctus, exteriore breviore apice aperta, interiore coriacea v. lignescente demum ventre fissa. Flor. sessil., bracteolati. Embryo intra porum apicalis.

a. Cor. in ♂ et ♀ 3-petala. Cal. 3-phyll. ♂: Stam. 6. Rudiment. pistilli. ♀: Stam. abortiva in urceolum membranaceum sub-6-dentatum connata. (Germ. 3-loc.? Stig. 3 sessilia. Drupa 1-sp. Embr. . . . . (Frond. pinnae cuneatae, apice truncatae erosae; spad. simpliciter ramosi.) . Martinezia. R. et P.

b. — in ♂ 3-petala; in ☿ gamopetala, urceolaris v. cylindrica, ore truncato integerr. v. obiter 3-denticulato. ♂: Cal. membranac., lobis carinatis. Pet. ovata, calyce crassiora. Anth. linear., erectae. ♀: Cal. ore truncato obiter 3-denticulato v. integerr. Germ. 3-loc., loc. 2 rudimentar. Stig. 3 acuta, revoluta. Drupa ovata v. subglobosa, 1-sp., putam. versus apicem 3-poroso. Album. corneum. (Fol. per totum caudicem saepius arundinaceum sparsa; spathae armatae).

1. *♀: Cal. cupularis, et cor. basi pervia. Germ. ovat. Styl. brevis, stig. exsertis.* Drupa carne tenera, putam. tenui. ♂: Cal. 3-angular. v. obiter 3-fid., lobis acutiusc. Pet. subacuta. Stam. 6 e fundo floris, filam. filiform. (Caud. debilis, gracilis, interdum scandens, fol. remote pinnatis, pinn. margine noduloso-inaequalib. rhachi in cirrhum longum producta; spad. ax. solitar. simpliciter ramosi, spatha exter. coriacea, int. cylindrica; fl. ♀ inferiores solitar.) . . . . Desmoncus. MART.

2. — *urceolar. v. annuliform. Germ. ovat. v. prismatico- 3-gonum. Stig. sessil.*, initio pyramidato-conniventia. Drupa gelatinoso-pulposa, cortice coriaceo, putam. osseo. ♂: Cal. tener., 3-part. v. 3-fid., lobis sublanceolat. Pet. striata, planiuscula. Stam. 6-9-12, e toro basilari crassiusculo, filam. subulat. basi saepe petalis adnatis, anth. subsagittat. (Caud. interdum inermis, fol. pinnis pectinat. v. sparsis v. connexis, spad. lateral. et term. simpl. v. simpliciter ramosis, spathis exter. membranaceis, inter. fusiform., fl. ♀ praecipue inferiorib. masculis plurib. teneriorib. interspersis.) . . . . . . Bactris. JACQ.

c. Cor. in ♂ et ♀ gamopetala, in ♂ subglobosa profunde 3-part., lobis suborbicular. v. obovatis, in ♀ subcampanulata v. turbinata, ore truncato. ♂: Cal. planiusculus, 3-angular., angulis tenere membranaceis subacutis. Stam. abortu 6, per paria corollae lobis opposita, filam. subulat., anth. lineari-oblong. incumbent. Pistilli rudim. ♀: Cal. annuliform., membranaceus, obiter 3-denticulat., basi pervius. Germ. subglobos., loc. 2 rudimentar. Stig. 3 sessil. Drupa ovata, fibroso-carnosa, 1-sp., carne crassa amylacea (eduli), putam. osseo vertice 3-poroso. Album. cartilagin. (Caud. elatus, annulat., fol. term., pinnis linear. approximat. aculeato-ciliat., spad. simpliciter ramosis fusco-tomentos., spatha ext. brevi cylindr. apice bifida, int. fusiformi, fl. subcarnos., ♀ inter ♂ sparsis, bracteol. minutis.) . . . . Guilielma. MART.

II. Spadix spatha simplici lignescente armata cinctus, simpliciter ramosus; flor. ♂ in superiore ramorum parte densi in alveolis sessiles. ♂: Stam. inclusa, anth. linear. subsagittat. Pistilli rudim. ♀: Germ. ovat. Drupa ovata v. subglobosa, 1-sp.

1. *Cal. 3-sepalus, sep. in ♂ parvis ovatis, in ♀ subrotund.* Cor. 3-petala, in ♂ prismatico-cylindr., pet. lanceolato-oblong., in ♀ ovatis aestiv. imbricatis. ♂: Stam. 6, filam. compressis. ♀: Germ. 3-loc., hirsutum, cupula annulari 6-dentata cinctum, stylo brevi, stig. 3 lanceolatis revolutis. Drupa epicarpio cartilagineo, mesocarp. mucilaginoso-fibroso, putam. crasso-lenticulari laterib. 3-poroso, poris 2 coecis. Album. durum. Embr. intra porum lateralis. (Caud. procerus, saepe medio ventricosus, fol. subcrispatis, spad. ax. persist. spatha lanceolata inclusis, fl. ♀ in inferiore ramorum parte remotiusculis.) . . . . Acrocomia. MART.

2. — *in ♂ 3-part. v. 3-fidus, lobis 3-angular. acutis, in ♀ urceolatus obiter 3-dent. subsiccus.* Cor. gamopetala, in ♂ 3-part., lobis oblongo-lanceolat. erect. membranaceis v. basi subcarnosis; in ♀ urceolata, carnosa, ore contracto subtridentato demum irregulariter 3-fido, intus basi in annulum membranaceum elevata et (sicut calyx) foramine rotundo pervia. ♂: Stam. abortu 6, per paria petalis opposita, raro plura; filam. filiform., anth. incumbent. ♀: Germ. 3-loc., loc. 2 rudimentariis, stylo conico, stig. 3 in corpus conicum v. lobatum flocoso-gelatinosum confluentibus. Drupa valide fibroso-carnosa, putam. osseo vertice 3-poroso. Album. corneum, medio cavum. Embr. intra porum apicalis. (Caud. mediocr., annulatus, rarius subnullus, fol. term., pinnis linear. approximatis aculeato-ciliatis subtus plerumque argenteo-albidis, spad. ax. persist. saepe albo-tomentosis spatha fusiformi ventre aperta diu persist. inclusis, fl. ♀ infra spiculas ♂ in rhachi v. pedunculi parte dilatata solitariis, perigon ♀ persist. saepe spinuloso.) . . . . Astrocaryum. G. F. W. MEY.

3. — *3-fidus, lob. acutis. Cor. 3-petala, pet. acuminatis. Flor. ☿.* Stam. 6, erecta, filam. subulat., anth. subrotundatis. Germ. globos. Styl. stamina aequans, stig. 3-fido. Drupa farinoso-carnosa, globosa, putam. duro vertice? 3-poroso. Sem. . . . . . (Caud. erect., subcylindr., annulis aculeatis, frond. pinnis 4-jugis oppositis cuneat. praemorsis subtus albido-pubesc., petiolo aculeato, flor. albis. — *Caracas.*) . . . . Aiphanes. WILLD. †

B. Inermes (aculeis in caudice, foliis, spadicib. spathisque nullis). Flor. monoici.

I. Spadices androgyni (rarius unisexuales, cfr. Maximiliana, Jubaea). Cal. in ♂ et ♀ 3-phyllus et cor. 3-petala.

a. Spadices spatha duplici cincti, exteriore breviore teneriore apice aperta, interiore lignescente ventre demum fissa. ♂: Petala erecto-conniventia. Stam. filam. subulata; anth. lineari-subsagittatae, erectae. Germ. rudim. minutum. ♀: Germ. 3-loc., loc. 2 rudimentariis. Stig. 3 sessilia, 3-gona, pyramidato-conniventia. Drupa 1-sp., fibrosa. Album. cartilagineum. Embr. intra porum basilaris. (Caudex saepe nullus v. humilis annulat.).

1. *♂: Sepala anguste lanceolata, carinata, ima basi connata, Pet. ovata, subcarinata, erecta v. conniventia.* Stam. 6-12 v. indefinita, inaequilonga. Fl. ♀ coriacei, striati. Sepala ovata, carinata, imbricato-convoluta. Pet. ovata, carinata, integerr. v. repando-dentata. Germ. globoso- 3-gonum. Stig. demum subpatentia. Drupa ovata v. obovata, carne eduli, putam. lapideo basi 3-poroso. (Petioli breves, basi vaginante fibroso-panniformi demum lacera; pinnae angustae, firmae, interrupte aggregatae, interdum crispae, subtus argenteae v. glaucae; spad. simplices, antice floriferi, spatha exteriore intra frondium basin latente membranacea v. coriacea, inter. lignosa clavata v. cylindr., mucronata, dorso sulcata; flor. quincunciatim dispositi, majusculi, ♂ in superiore parte solitarii sessiles, in inferiore super femineos verrucis callosis hemisphaericis impositi, bracteis flores 2 ♂ saepe femineo interstinctos cingentib. favoso-connatis.) . . . . Diplothemium MART.

2. — *membranacea, 3-angularia. Petala subcarnosa, lanceolata, carinato-cristata.* Stam. 6, subaequilonga. ♀: Sepala ovata, carinata, margine imbricata, petalis oblongis imbricatis breviora. Germ. ovato-globos. Drupa oblonga, subsicca, putamine osseo 3-poroso. Album. medio cavum. (Frond. term., laxiusc.; spad. ax., parce simpliciter ramosi, spathis dorso sulcatis, interiore fusiformi demum lanceolata; flor. sessil., bracteolati, ♂ in superiore parte plures, in inferiore femineos 2 stipantes.) . . . . Syagrus. MART.

b. Spadices spatha simplici cincti, ramosi.

α. **♂: Stam. 6;** filam. subulata. Germ. rudim. minut. (v. in Coco interdum nullum). ♀: Sepala et pet. conform., ovata v. subrotunda, imbricato-convoluta. Germ. 3-loc., loc. 2 rudimentar. Drupa sicca, fibrosa, putam. osseo basi 3-poroso. Album. amygdalinum v. cartilagin., plerumque medio cavum. Embr. intra porum basilaris. (Caud. saepe excelsus, annulat., laevigat. v. squamat., fol. term., petiol. saepe spinoso-serrat., pinnis saepius aggregat. interdum crispis, spad. ax. simpliciter ramosis, spatha lignosa oblonga v. fusiformi v. clavata, demum ventre aperta lanceolata, fl. bracteat.).

1. *Spad. omnes androgyni*, fl. superiorib. ♂, inferiorib. frequentiorib. ♀. ♂: Sepala lanceolata, carinata, basi saepe connata. Pet. membranacea v. subcarnosa, erecta v. connivent. Stam. e toro basilari, subaequilonga, anth. lineari-subsagittat. erect. ♀: Pet. membranacea, plerumque calyce inclusa. Germ. ovat. v. depresso-globos. Styl. 0 v. brevissimus, stig. 3 pyramidato-triquetr. connivent. demum revolutis. Drupa ovata v. ellipt. v. ovato- 3-gona (saepe maxima) mesocarp. crasso Album. aequabile v. obsolete radiatum. (Spad. sessil., rhachi scrobiculata, spatha mucronata dorso sulcata. — *Reg. trop. totius? orbis.*) . . . . Cocos. L.

2. — *in eadem stirpe alii androgyni, alii masculi*, fl. dense compactis. ♂: Sep. membranacea, ovato-triangular. Pet. lanceolata, subcoriacea. Stam. imae corollae inserta; anth. linear., dorso adnatae. ♀: Cor. calyce membranaceo parum longior. Germ. cupula membranacea cinctum, ovato-conicum. Styl. brevis, teres, stig. 3 revoluto-patent. intus glanduloso-viscosis. Drupa ovata. Album. aequabile. (Spathae crassae, persist., sulcatae, longe rostratae.) . . . . Maximiliana. MART.

β. **♂: Stam. 10-00,** anth. linear. (v. pag. sequ.)

PALMAE.

(Continuat.)

B.*II*.B.I.*b*.*α*.

β. ♂: **Stam. 10-00,** anth. linear.

1. *Flor. in spadice simpliciter ramoso androgyno sessiles*, bracteati, ♂ superiores, ♀ versus ramorum basin pauciores. ♂: Cal. 3-phyll. v. 3-part. Pet. membranacea v. subcarnosa, oblongo-lanceol., erecta. Stam. 10-24, e toro basilari conferta; filam. subulata, subinaequilonga; anth. erect. ♀: Sepala ovata, imbricato-convoluta, petalis inclusis similia. Germ. 3- raro 4-5- rarissime 2-loc. Drupa ovata v. ellipt., subrostrata, fibroso-lignosa, putam. lapideo 2-5-loc., loc. basi porosis. Album. subsolidum, amygdalino-oleosum. Embr. intra fossam basilaris. (Palmae procerae v. mediocr. v. acaules, caud. crassiusc. cicatrisato, fol. term. amplis, spad. ax. — *Amer. trop.*) . . . . Attalea. H.B.K.

2. — *in spadice ramoso androgyno?*, ♂ *paniculato-pedicellati.* ♂: Cal. 3-part., lobis lineari-lanceolatis. Pet. ovata, acuta, concava. Stam. plurima, imae corollae inserta; filam. filiform., libera, brevia. ♀: Cal. et cor. maris. Germ. 3-loc., loc. 2. rudimentariis. Stig. 3 patula. Drupa obovata, fibrosa, 1-sp., putam. vertice 3-poroso. Album. medio cavum. Embr. intra porum verticalis. (Caud. excels., crassus, squamatus. — *Chile.*) . . . . Jubaea. H.B.K.

II. Spadices unisexuales (cfr. Orbignya) **monoici,** simpliciter ramosi. ♀: Cal. 3-sepalus. Drupa putamine vertice 3-poroso.

1. ♂: *Sepala 3 papyraceo-arida, sep. linear. v. lanceolatis. Pet. 3 membranacea, lanceol., erecto-connivent. Stam.* 6, inclusa; filam. in urceolum apice 6-fidum connata; anth. ovatae v. oblongae, patentes. Germ. rudim. ♀: Sep. membranacea, ovata, imbricato-convoluta. Cor. membranacea, 3-6-petala, pet. ovat. v. oblong. imbricato-convolutis. Stam. rudim. nulla. Germ. ovat. v. subcylindr., 3-loc., loc. 2 effoetis. Stig. 3 magna, uncinato-patent. Drupa angulato-ovata, 1-sp., sarcocarp. fibroso fungoso-oleoso. Album. corneum. Embr. prope verticem lateralis. Caud. mediocr., crassus, erect. v. decumb., squamat. v. cicatrisat., petiolis margine spinoso-serratis, spad. dense corymboso-ramosis tomentos. spathis 2, completis demum fibroso-laceris cinctis, exteriore compressa ab interiore lanceolata apice perforata, flor. e rhacheos foveolis emergentib., ♂ dense imbricatis, ♀ laxius sparsis. — *Amer. et Afr. trop.*) . . . . Elaeis. Jacq.

2. - — *? Cor. 2-3-petala, pet. dentatis. Stam. 12; anth. spiraliter contortae.* ♀: Cor. 3-petala. Germ. conicum. Stig. 3, sessil., 2-fida. Drupa 3-loc., loc. 1-sp. Sem. . . . . . (Caud. elatus, fol. erectiusc., spad. spatha simplici completa profunde sulcata demum ventre aperta cincto, ♂ simpliciter ramoso, fl. ♂ in ramis disticlie sessilib. v. etiam spadici ♀ admixtis? — *Amer. austr.*) . . . . Orbignya. Mart.

CCXXXII. PANDANACEAE.

A. Frondes flabellatim partitae aut pinnatae. Flor. plerumque perigonio instructi. . . . . Tribus I. *CYCLANTHEAE.*

I. Flor. perigonio praediti (rarius ♀ nudi, cfr. Nipa).

1. *Flor. monoici, in spadicib. unisexual. cylindricis pannoso-villosis areolatis densi, spatha 2-phylla* coriacea hispida rumpente. Perigon. basi bracteolis 4-5 squamaeform. munitum, 3-4-phyllum. foliol. cartilagin. linear. acuminat. aestiv. valvatis. ♂: Stam. 12 v. 16, perigonii foliolis basi quaternatim inserta, filam. filiform. breviss.; anth. oblongo-linear., connectivo setiformi apiculatae, loc. oppos. 2-locellatis longit. dehisc. valvulis coriaceis demum patentib. 4-alatae. Germ. sessile, inverse pyramidatum, obsolete 5-gonum, villos., 1-loc., ovulo 1 prope basin parietali adscend. anatropo, rhaphe crassa carnosa. Styl. e latere ovuligero prope basin ortus, rectus, ovarii longitudine, stig. 3 anguste lanceolatis semipatent. irregulariter convolutis. Bacca coriacea, villosa, 1-loc, 1-sp. Sem. e basi placentae parietalis erect., obovat., testa membranacea, rhaphe arilliformi carnosa. . . . . (Planta palmiform.. rhizomate 4-5-pedali pyramidato, caudice mediocri gracili stricto obsolete annulato, jun. ubique, adulto solo apice frondescente, fol. pinnat., pinnis alt. planis cuneatis praemorsis. spad. infra frond. verticillatis ♂ et ♀ mixtis, pedunc. vaginis coriaceis remotis, suprema maxima cyathiformi integra v. dentata. — *Peruvia.*) . . . . ? Wettinia. Poepp.

2. — *monoici, spadices cylindricos androgynos dense obtegentes, spathae 3-4-phyllae foliolis imbricatis;* ♂ 4 aggregati femineos solitarios stipantes. ♂: Perigon. obverse pyramidatum, basi carnosum, limbi brevissimi multifidi lobis 2-seriatis aestiv. imbricatis. Stam. plurima, perigonii parietib. inserta, filam. breviss. linear., anth. linear. 2-loc., loc. oppos. longit. dehisc. ♀: Perigon. germini cubico adnatum, limbo supero 4-fido persist., lobi staminodiis 4 filiform. longis decid. oppositi et basi adnati. Germ. inferum, 1-loc., placentis 4 parietal., ovulis 00 horizontal. anatropis. Stig. sessile, cruciform. Baccae 4-gonae, perigonii limbo superatae, 1-loc., 00-sp., perigoniis demum carnosis superne inter se connatae Sem. oblongo-cylindr., adscend., testa coriacea, rhaphe arilliformi, strophiola magna carnosa. Embr. in basi album. cornei, radic. umbilico proxima. (Plantae caulesc., raro acaules; caul. plerumque lignesc. scandent., radiculis arborum cortici adhaerentes, fol. coriac. 2- v. rarius flabellato- 3-5-part., spad. ax. v. radical. pedunculat., spathis membranac. albis v. roseis, fl. ♂ caducissimis. — *Amer. trop.*) . . . . Carludovica. R. et P.

3. — *monoici in spadice androgyno ramoso spatha cincto,* ♂ *lateralib. amentiform.,* ♀ *superiorib. capitatis.* ♂: Perigon. 1-bracteat., 6-phyll., foliol. linear. reflexis. Stam. 3, filam. in columnam connatis, anth. 6 extrorsis 2-loc., connectivo excurrente. ♀: Perigon. nullum. Ovaria plurima, in capitulum compacta, oblique truncata, glabra, 1-loc.? Stig. 3 sessilia. Drupae fibrosae, in capitulum magnum aggregatae, irregulares, 1-loc., 1-sp. Sem. osseum. Embr. basilaris. (Caud. humilis, fol. term. pinnat. inerm., pinnis aceroso-dentat., fl. ♂ minutis. — *Ind. or.*) . . . . Nipa. Thunb.

4. — *polygamo-dioici,* ☿ *v. abortu* ♂, *spadices simpl. clavatos dense obsedentes, spatha 1-phylla.* Perigon. urceolatum, obsolete multidentat. Stam. plurima. Ovaria . . . . Styl. 5-6-fidus. Drupae aggregatae, muricato-angulatae, 4-loc., loc. 1-sp. Album. osseum. (Pl. palmiform., acaules v. caulesc., fol. pinnat. longis, spad. subterm. confertis. — *Peruvia.*) . . . . Phytelephas. R. et P.

II. Flor. nudi (perigonio destituti) monoici, spiraliter spadicem ambientes, seriebus ♂ cum ♀ alternantibus, spathae 4-phyllae foliolis imbricatis. ♂: Stam. plurima, receptaculis florum ♀ multiseriatim circumposita, filam. filiform. brevissimis, anth. oblongo-linear. 4-loc. longit. dehisc. ♀: Ovar. plurima, intra laminam duplicem spadicem ambientem basi conniventem apice patulam biseriatim sessilia, 1-loc., coalescentia, ovulis 00 e placenta parietali adscendentibus anatropis. Styl. brevis, stig. spathulato. Fr. carnosus, spiralis, septis evanidis 1-loc., 00-sp., placentis cristaeform. Sem. compressa, rhaphe arilliformi cincta, funic. brevib. . . . . (Plantae acaules, fol. radical. longe petiolat. bifidis, pedunc. brevi, spathis integr. v. bilob. decid. — *Amer. trop.*) . . . . Cyclanthus. Poit.

B. Folia simplicia, indivisa, lineari-lanceolata, longa, saepius margine cartilagineo spinosa. Flor. nudi (perigon. nullo). ♂: Stam. plurima, filam. filiform., anth. 2-loc. ♀: Spadix simplex. Ovar. plurima, 1-loc., in phalanges connata (rarius in *Pandano* libera), placentis parietal., ovulis adscend. anatrop. Stig. sessilia, distincta. Sem. erecta, testa membranacea. Embr. in basi album. dense carnosi minutus, orthotrop., radic. umbilico proxima infera. (Caudex arboreus, saepius radicans v. scandens; spadices conferti spathis 1-00-phyllis saepius coloratis persist. v. deciduis stipati.) . . . . Tribus II. *PANDANEAE.*

1. *Flor. abortu polygami.* ♂: *Spadix simplex, typhoideus.* ♀: *Ovaria staminib. effoetis stipata.* Ovula 00, in placentis 3 parietalib. linearib. 2-3-seriata, funiculis brevib. Bacca carnosulae, 00-sp., ex ovariis 00 connatis conflatae, 00-loc. v. septis evanidis 1-loc. Sem. parietal., funic. brevib., rhaphe laterali carnosa strophiolaeformi. (*Oceania trop., ins. Norfolk, Nov. Zeeland.*) . . . . Freycinetia. Gaud.

2. — *dioici.* ♂: *Spadix compositus, thyrsoideus.* ♀: Ovar. dense conferta, ovulo 1 subbasilari. Drupae fibrosae, in phalanges connatae, 1-loc., putam. osseo. Sem. 1 e basi placentae erect., rhaphe filiformi obsoleta. (Folia 3-fariam imbricata. — *Asia et Oceania trop.*) . . . . Pandanus. Linn. fil.

CCXXXIII. TYPHACEAE.

(Flor. monoici, superiores ♂, infer. ♀. Perigon. nullum. ♂: Stam. plurima, anth. oblong. basifix. 2-loc. longit. dehisc. ♀: Ovar. plurima, 1-loc., ovulo 1 ex apice loculi pendulo anatropo. Styl. simpl., ovario continuus, stig. unilaterali linguaeformi. Fr. subdrupaceus, endocarpio lignoso basi cum testa cohaerente. Sem. inversum, situm erectum mentiens. Embr. cylindricus, in axi albuminis carnosi, extremitate radiculari supera. (Hbae paludosae v. aquat, fol. arundinaceis.)

1. *Spica term. simpl., compacta, continua, cylindr. v. clavata*, saepe spathis caducissimis sparse interstincta. ♂: Stam. e superiore rhacheos parte pullulantia, setis stipata, filam. capillar. simpl. v. apice breviter 2-3-fidis, anth. loc. bilocellatis. (♀: Ovaria inmediatim infra flor. ♂ e rhacheos tuberculis minutis orta, setis 00 subclavatis (ovar. abortivis) stipata, primum sessilia, demum stipite setigero elevata. Fr. minutus, epicarpio membranaceo demum hinc fisso. (Culmus enodis simpl. — *Reg. temp. et subfrigid. totius orbis.*) . . . . . . Typha. Tourn.

2. — *term., simpl. v. ramosa, interrupta, fl. in capitula sessilia discreta dense congestis* in receptaculo hemisphaer. sessilib.; capit. bracteis foliaceis interstincta, super. ♂, infer. ♀. ♂: Stam. squamis membranaceis difformib. (stam. steril.) intermixta, filam. brevissimis, anth. loc. indivisis. ♀: Ovar. sessilia, libera v. geminatim connata, singula squamis 3 imbricatis (perigonio?) cincta. Drupa 1-2-loc., epicarp. spongioso. (Caul. simpl. v. ramosus. — *Totius fere orbis incolae.*) Sparganium. Tourn.

CCXXXIV. AROIDEAE.

A. Flores hermaphroditi . . . . *Subordo I.* CALLACEAE.

I. Flores perigonio praediti. Stam. definita, perigonii lobis numero aequalia et opposita.

A. Spatha phyllodinea (e phyllodio cum pedunculo connato formata) continua, haud convoluta. Spadix totus floribus tectus. Sem. inversa. Embr. in axi albuminis antitropus, radic. infera. . **Tribus I.** *ACOROIDEAE.*

1. *Spatha minuta, carinata, acuta. Spadices term. et lateral., pedunculati, graciles*, saepe subfasciculati. Perigon. 4-phyll. Stam. 4, perigonii foliolis basi inserta, filam. latis complanat., anth. term. oblongo-didymis 2-loc. Ovar. 1-loc., ovulo 1 ex apice loculi pendulo orthotrop. Stig. sessile, subcapitatum. Bacca nuda, 1-sp. (coerulea). Embr. radic. incrassata. (Hbae, tuberib. radical. fusiform. fasciculatis, fol. radical. gramineis nervosis, scapo ancipite nudo. — *Nov. Holl.*) . . . . Gymnostachys. R. Br.

2. — *elongata, compressa. Spadices lateral., sessiles, solitar., elongato-conici, firmi.* Perigon. 6-phyll. Stam. 6, perigonii foliolis basi inserta, filam. linear. complanat., anth. term. globoso-didymis 2-loc. Ovar. 2-3-loc., ovulis 00 ex apice axeos pendulis orthotrop. Stig. sessile, punctiform. Bacca perigonio persistente stipata, 1-loc., 1-3-sp., rubra. (Hba paludosa, rhizomate repente aromatico, fol. ensiform. basi triquetris, scapo semicylindr. apice in spatham producto. — *Ind. or., Eur., Amer. bor.*) . . . . . . Acorus. L.

B. Spatha foliacea v. colorata, rarius nulla. (Hbae acaules v. subacaul., rarius caulesc. v. scandentes, fol. spiratim alternis, vaginis stipular. petiolo adnatis v. oppositifoliis.) . . . . **Tribus II.** *ORONTIACEAE.*

I. Spatha nulla. Spadix conicus, scapo cylindrico apice incrassato continuus. Perigon. 6-phyll., foliol. fornicato-concavis. Stam. 6, hypogyna, filam. latis planis, anth. term. 2-loc., loc. divaricat. transverse dehisc. Ovar. 1-loc., ovulo 1 basilari transverso excentrice amphitropo. Stig. minutum, obtuse conicum. Utriculus 1-sp. Album. nullum. (Hba aquat., fol. ovat. natant. parallele nervos. — *Amer. bor.*) Subtribus I. ORONTIEAE. Orontium L.

II. — colorata, cucullata v. conchiformis, persistens. Baccae 1-3-sp. Sem. exalbuminosa. Subtribus II. DRACONTIEAE.

1. *Spadix pedunculatus, subglobosus*, spatha subsessili acuminata. Perigon. 4-phyll., demum baccatum. Stam. 4, filam. linear. complanat. inclusis, anth. 2-loc., loc. parallel. Ovar. 1-loc., 1-ovulat. Styl. 4-gono-pyramidalis, stig. term. minuto. Baccae coadunatae, 1-loc., 1-sp. (Hbae subaquat., subacaules, fol. integr., petiolis vaginatis, flor. odore alliaceo. — *Amer. et Asia bor.*) Symplocarpus. Salisb.

2. — *subsessilis, cylindricus*, spatha radicali subsessili. Perigon. 5-8-fid. Stam. 5-8, perigonii lobis basi inserta, filam. lineari-subulat. exsertis, anth. 2-loc., loc. transversis. Germ. 3-loc., loc. 1-ovulat., ovulis axeos apici appensis. Styl. subulat., elongatus, stig. term. 3-gono. Baccae distinctae, 1-3-sp. (Hbae acaules, rhizomate tuberoso placentiformi sobolifero, fol. radical. subsolitar. pedato-decompositis longe petiolat., flor. foetidissimis. — *Amer. trop.*) Dracontium. L.

III. Spatha foliacea, persistens. Stam. 4, rarius 5-8, filam. linear. complanatis, anth. 2-loc. Stigma sessile. . . . . Subtribus III. POTHOINAE.

a. Semina exalbuminosa. Perigonium 4-phyllum. Stam. 4. Ovar. 1-loc. Ovula campylotropa. (*Ind. or.*).

1. *Spatha brevis, reflexa. Spadix stipitatus, subglobosus*, erect. v. reflexus. Stigma umbilicatum. Ovula 1-3 basilaria. Bacca 1-2-sp. (Plantae scandentes flagellis longis tenacissimis ex arboribus dependentes, fol. integris, petiolis basi vaginatis apice dilatatis, pedunc. ax. solitar.) . . . . Pothos. (P.) Schott.

2. — *elongata, hians, demum reclusa. Spad. sessilis, cylindricus, abbreviatus.* Stigma subtruncatum. Ovulum 1, ex apice loculi pendulum. Baccae muricatae, 1-loc., 1-sp. (Hbae subacaules, erectae v. repentes, undique aculeis curvis horridae, fol. pinnatifid., petiol. basi vaginatis.) . . . . Lasia. Lour.

b. Semina albuminosa. Germ. 2-3-loc. Ovula in loculis gemina, collateralia, ex apice axeos pendula. (*Amer. trop*).

1. *Spadix pedicellatus, abbreviatus. Perigon. 5-8-phyllum.* Stam. 5-8. Germ. 3-loc., stig. 3-lobo. Bacca 3-loc., loc. 1-2-sp. (Hbae acaules, fol. oblong. v. sagittat. integris, petiol. longe vaginatis apice geniculatis, spad. suaveolentib.) . . . . Spathiphyllum. Schott.

2. — *subsessilis, cylindricus, spatha abbreviata reflexa. Perigon. 4-phyll.* Stam. 4. Germ. 2-loc., stig. oblongo, ovulis anatrop. Bacca 2-loc., loc. 1-2-sp. Embr. in axi album. parce carnosi orthotropus, radic. supera. (Hbae subacaul., erectae v. scandent., fol. palmat. v. subintegr., petiolis apice tumidis, vaginis stipularib. in pl. florifera cum petiolo alternantib. persist.) . . . . Anthurium. Schott.

II. Flores nudi (perigonio nullo) totum spadicem obtegentes, infimi aut summi unisexuales. Stam. singula ovaria numero subindefinito circumdantia, anth. term. 2-loc. longit. dehisc. Germ. 1-2-loc. ovulis basilar. v. subbasilar. erectis v. adscendent.) . . . . **Tribus III.** *CALLEAE.*

1. *Spatha hians* (flavesc. v. sordide purpurea) *demum expansa decidua. Spadix sessilis, basi ♀, superne ☿.* Stam. filam. cuneata, compressa; anth. loc. divaricatis adnatis. *Ovar. 1-loc.*, stig. sessili oblongo. Ovula 1-2, campylotropa. Baccae 1-sp. Sem. uncinatum, exalbum. Embr. hippocrepic., homotropus. (Hbae scandent., fol. perforat. v. laciniat. pinnatifid., vaginis stipular. oppositifol. decid. v. stuppose decompositis. — *Ind. or*) . . . . Scindapsus. Schott.

2. — *hians* (albido-flava) *demum decidua. Spad. sessil., basi ♀, superne ☿.* Stam. filam. linear., complanata; anth. ovatae, loc. oppositis. *Germ. 2-loc.* (Ovula in loc. 2 in septi basi subcollateralia, anatropa. Styl. brevissimus, stig. capitato. Baccae inter se connatae, epicarpium demum abjicientes, ... (Hbae scandent., fol. ovato-oblong. perforat. v. integr., vagina petiolari dilatata laxiuscula. — *Amer. trop.*) . . . . Monstera. Adans.

3. — *cucullata, decid.? Spad. brevissime pudunculatus, undique pistillis et stam. crebriorib. intermixtis obsitus*, oblongo-cylindr., obtusus. Stam. libera; filam. brevia dilatata; anth. 2-loc., loc. collateral. apice late hiantib. *Germ. sessil.. 2-loc.*, turbinata, angulata, vertice dilatata et plana, loc. 2-ovul. Ovula septo affixa, collateral., adscend., anatropa, funic. brevissimis. Stig. simplex, centrale, sessile, obtus. Fr. . . . . (Caul. lignos., ramos.; fol. lanceol. v. oblonga, penninerv. integerr. subcoriac.; petioli breves, subalati; spathae ax. et term. bractea stipatae. — *Brasil. merid.*) . . . . Heteropsis. Kth.

4. — *explanata* (intus alba) *persistens. Spadix stipitatus, inferne ☿, superne ♀.* Stam. 00; filam. filiform. apice compresso dilatata; anth. didymae, loc. oppos. filamenti apici adnatis. Ovar. 1-loc., placenta basilari, ovulis 00 extrorsum anatropis. Stig. sessile, disciforme. Baccae discretae, 1-loc., oligospermae. Sem. sessilia, testa crasse coriacea costata nigro-punctata, hinc rhaphe valida umbilicum basilarem cum chalaza apicali jungente percursa. Embr. in axi album. carnoso-cornei ipso parum longioris orthotropus, radic. infera umbilicum attingente. (Hbae palustr. caule repente v. natante, fol. cordat. integr., vagina petiolari apice soluta ligulaeformi. — *Eur., Amer. bor.*) . . . . Calla. (L.) Schott.

B. Flor. diclines, nudi (v. pag. sequ.)

AROIDEAE.

(Continuat.)

A.

B. Flor. diclines, nudi (perigon. nullum, stamina haud ovariis circumposita.) . . . . . — Subordo II. ARACEAE.

I. Spadix manifestus liber, rarius ex parte spathae adnatus.

A. Spadix aut totus genitalibus (saepius ex parte sterilibus v. rudimentariis) *tectus, aut apice nudus* (rarissime medio nudus, cfr. Pinellia, Caladieae).

I. Spadix continuo-androgynus (raro interruptus), appendice sterili nulla (raro filiformi, cfr. Pinellia). Antherae plurimae (rarius 3-4) connectivo dilatato immersae v. adnatae, saepius connatae. Ovaria plurima, libera. Baccae 1-loc. (Hbae plerumque acaules, vaginis petiolarib. elongatis, stipularib. nullis.) . . . . . — **Tribus IV.** *ANAPOREAE.*

a. Spadix totus liber, appendice sterili nulla. Antherae plurimae, sessiles. . . . . — Subtribus I. RICHARDIEAE.

1. *Ovar. imperfecte 3-locularia, conferta, staminodiis truncato-clavatis stipata, placentis 3 parietalib. axin attingentib.*, ovulis paucis superpositis gelatinosis e funiculis longiusculis anatrope pendulis. Styl. brevis, stig. subconvexo glanduloso. Baccae oligosp. Sem. oblonga, inversa, funiculis longiusc. testae crasse carnosae arcte adpressis, umbilico tuberculiformi. Embr. in axi album. dimidio longioris antitropus, radic. incrassata umbilico e diametro opposita infera. Spatha basi convoluta, limbo expanso marcescente (maximo, albo). Anth. liberae, 2-loc., loc. connectivo late cuneato superne in discum convexum glandulosum expanso prope marginem 2-poroso adnatis oppositis vertice poro dehiscentib. (Fol. radical. longe petiolata, subhastato-cordata, scapo centrali subtrigono. — *Afr. austr.*) . . . . . Richardia. Kth.

2. — *3-loc., ovulis 00 e loculor. angulo centrali adscendent. anatropis.* Stig. sessile, concav., 3-fidum. Baccae . . . . Spatha hians, demum reclusa. Stam. rudimentaria cum ovariis mixta. Anth. 00, sessiles, ... (Hba subcaulesc., fol. cordat. v. sagittat., pedunc. brevib., spatha aromatica. — *Ind. or.*) . . . . . Homalonema. Schott.

3. — *1-loc., cum staminib. rudimentar. mixta, ovulo 1 basilari orthotropo.* Stig. sessile, late discoideum. Baccae 1-loc., 1-sp. Sem. exalbum. Embr. semini conformis, solidus, ad extremitatem radicularem squamulis nonnullis munitus. Spatha hians alba, suaveolens demum clausa. Anth. liberae, 4-loc., loc. connectivo cuneato superne in discum repandum expanso immersis per paria oppositis infra verticem poro dehiscentib. (Hba erecta, fol. oblong., petiolis fere ad apicem usque vaginantib., pedunc. brevissimis. — *Ind. or.*) . . . . . Aglaonema. Schott.

b. Spadix inferne v. rarius totus spathae adnatus. Ovaria 1-loc., ovulo 1 orthotropo. Bacca 1-loc., 1-sp. . . . . . — Subtribus II. SPATHICARPEAE.

1. *Spadix continuo-androgynus, totus spathae lineari-lanceolatae involutae adnatus, flor. 3-seriatis, serie media ♂, lateralib. ♀.* Stam. 00, singulorum antherae 6-8 connectivo peltato stipitato subtus adnatae, ovatae, 1-loc., medio poro dehiscentes. Ovaria staminodiis lentiformib. mixta, ovulo basilari sessili. Styl. subclavatus, stig. capitato. Sem. . . . (Hba, fol. radicali solitario hastato- 3-lobo, scapo gracili erecto. — *Amer. austr.*) . . . . . . Spathicarpa. Hook.

2. — *continuo-androgynus, inferne ☿ spathae convolutae adnatus, superne ♂ liber, appendice sterili nulla.* Stam. 00; anth. 3-4 connectivo truncato verticillatim adnatae, oblongae, 2-loc., loc. parallelis apice poro communi dehisc. Ovaria singula staminodiis 3 clavatis basi subconnatis cincta, ovulo prope basin parietali e funiculo brevi adscendente. Stig. sessile, discoideum. Sem. subglobos., testa coriac. crassiusc., umbilico lato basilari. Embr. in axi album. antitropus, radic. umbilico e diametro opposita supera. (Truncus crassiusc., e folior. vaginis conflatus, erect. v. basi procumb.; fol. ovato-oblonga, nervosa, saepe picta, demum remota; pedunc. brevis, demum recurvus; spatha viridis. — *Antill.*) . . . . . . Dieffenbachia. Schott.

3. — *interrupte androgynus, parte infer. feminea spathae adnata* a mascula interstitio nudo et stricturae spathae processu septiformi libero sejuncta, appendice sterili filiformi longe exserta, genitalib. rudimentar. nullis aut ♂ v. ♀ effoetis. Spatha inferne convoluto-tubulosa, supra basin constricta, superne fornicata. Anth. 00, conferte sessiles, areolatim connatae, didymae, loc. oppos. longit. dehisc. Ovar. in spadicis parte antica conferte sessilia, ovulo basilari. Styl. term., filiform. v. conicus, cum stig. parvo subpeltato persistens. Sem. e funiculo crasso erectum. Embr. in vertice album. duri superne infundibuliformi-excavati antitropus, radic. umbilico oppos. supera. (Hbae, tubere radicali depresso-globoso, fol. solitar. v. fasciculat. integr. ternatisect., petiolis longis scapoque radicali bulbilliferis supra basin squamis membranac. velatis, spatha viridi inferne sordide violacea. — *Ind. or.*) Pinellia. Ten.

II. Spadix interrupte androgynus, appendice terminali nuda plerumque nulla, totus liber (cfr. Philodendron, Syngonium.) . . . . . — **Tribus V.** *CALADIEAE.*

† ***Spadix continuo-androgynus, appendice sterili nulla.*** Spatha basi convoluta, recta, demum reclusa, tota persist. . . . . . — Subtribus I. PHILODENDREAE.

Genitalia sterilia infra stamina sita. Anth. liberae, 2-7 per areolas dispositae, 2-loc., loc. intra connectivum delitescentib. apice apertis. Ovar. 00, conferta, libera, 5-15-loc., loc. sub-3-ovulat., ovulis ex angulo centrali adscend. orthotrop. Styl. breviss. v. 0, stig. truncato v. capitato v. convexo-discoid. crenato v. radiato-lobato. Baccae discretae, 00-sp. (Caul. herbac. scandens v. subarboresc., fol. remotis maximis saepe lobato-laceris, vaginis petiolar. brevissimis, stipularib. oppositifol. elongat. decid., spatha alba, flava v. rubra. — *Amer. trop.*) . . . . . Philodendron. Schott.

†† — ***interrupte androgynus*** (cfr. Syngonium) medio saepe denudatus. Spathae tubus persistens. Antherae plurimae (raro 4-5) connectivo truncato verticillatim adnatae (raro 2 unilaterales, v. Culcasia) discretae, apice poris v. rimulis dehisc. . . . . . — Subtribus II. COLOCASIEAE.

a. Spadix appendice sterili destitutus.

α. Antherae 2 ex eodem puncto, sessiles. Genitalia rudimentar. nulla. Spatha recta hians, abbreviata (sordide albo-fuscescens). Ovar. 00, conferta, libera, 1-loc., ovulo 1 basilari sessili. Stig. capitatum. Baccae . . . . (Hba, fol. ovato-lanceolat., vaginis petiolar. longis scapum aequantib. — *Afr. trop.*) . . . . . Culcasia. Pal. Beauv. †

β. — 4-5 connectivo truncato angulato adnatae, 2-loc., loc. in angulis salientib. oppositis apice poris dehisc. Spatha basi convoluta recta (sordide flavovirens). Genital. rudim. infra stamina rarissima. Ovar. 00, 1-loc., omnino invicem connata, ovulis solitar. basilar. sessil. orthotrop. Stig. sessil., distincta, albo-glutinosa. Baccae 00, concretae, 1-sp. . . . . (Hbae scandent., fol. pedatilobis, pedunc. brevib. nudis. — *Amer. trop.*) Syngonium. Schott.

γ. — plurimae, connectivis conoideis truncatis verticillatim adnatae, 2-loc., loc. contiguis apice rimulis transversis dehisc. Ovar. 00, conferta, stylis crassissimis placentaeformibus inter se cohaerentia, 3-4-loc. Ovula in loc. plurima medio axi inserta. Bacca . . . . . Spatha basi convoluta, recta. Spadix infra stamina genitalib. rudimentar. 00 obsitus.

1. *Ovaria sub-3-locularia, ovulis adscendent. Stig. minutum,* orbiculare, flavo-glutinosum. (Hbae rhizomate tuberoso, fol. simultaneis pedatilobis, pedunc. elongat. nudis, spatha viridi. — *Brasil.*) . . . . . Acontias. Schott.

2. — *sub-4-loc., ovulis horizontal. Stig. latum,* depressum, lobatum, flavo-glutinos. (Hbae, rhizomate caulescente erecto, fol. simultan. sagittat., pedunc. subsolitar. vaginat., spatha flavesc. — *Antill.*) . . . . . Xanthosoma. Schott.

δ. Antherae 6 v. 00, connectivis truncatis verticillatim adnatae, 1-loc., apice poro dehisc. Ovar. 00, conferta, libera, 2-3-loc. Ovula orthotropa. (Hbae rhizomate tuberoso).

1. *Spatha convoluta, recta* (albida). Spadix infra stamina genitalia rudimentar. gerens Anth. plurimae, connectivis clavatis. Ovar. 2-loc., loc. 2-4-ovulat.; ovula funiculis brevib. septis affixa, adscendent. Stig. term., sessile, discoid. Baccae 1-2-loc., oligospermae. Sem. angulata, testa coriac. crassiusc., umbil. basilari lato. Embr. in axi album. antitropus, rad. umbilico oppos. supera. (Fol. simultanea, hastata, peltata; scapi elongati ebracteat. — *Amer. trop.*) . . . . . Caladium. (Vent.) Schott.

2. — *tota convoluta, supra basin clausam* (viridem) *ovatam circa spadicis medium constricta et refracta* antice fissa (flavida) inferne hians, supra spadicis apicem iterum constricta et genuflexa acumine longissimo convoluto-clauso caudata. Spadix liber, brevis, infra stam. et ovaria genitalib. rudimentar. obsitus. Anth. 6, connectivo crasso peltato-6-lobo breviter stipitato. Ovaria 1-loc., columna centrali medio interrupta instructa; ovula 00 conferta, funiculis longiusculis infra columnae centralis basin scutellaeformem superstitem affixa, erecta, circa ejusdem apicem e loculi apice pendulum conniventia. Stigma sessile, umbilicato-depressum. Bacca . . . . . (Hba habitu Caladii, rhizomate stolonifero, fol. praecoc. peltat. cordat., spath. longe pedunculatis. — *Ind. or.?*) . . Gonatanthus. Lk. Kl. et O.

3. — *basi convoluta* (lutea) *limbo refracto expanso.* Spadix abbreviatus infra ovar. et stamina genitalib. rudimentar. obsitus. Anth. Caladii. Ovar. septis incompletis apice connatis sub-3-loc., loc. 00-ovulat.; ovula funiculis brevib. septis affixa horizontalia. Styl. brevissimus, attenuatus, stig. capitato sicco. Baccae . . . . . (Rami elongati, aphylli, bulbilliferi; fol. serotina, peltat.; pedunc. brevis bracteat. — *Ind. or.*) . . . . . Remusatia. Schott.

b. Spadix appendice sterili terminatus. (v. p. sequ.)

AROIDEAE.

(Continuat.)

B.I.A.II.††a.

b. Spadix appendice sterili terminatus. Ovar. plurima, libera, 1-loc., 5-6-ovulata. Styl. brevissimus, stig. subcapitato. Baccae . . . . (Hbae, rhizomate tuberoso v. caulesc., fol. simultaneis).

1. *Spadix infra stamina genitalib. rudimentariis obsitus, appendice sterili brevissima, nuda.* Spatha elongata, undulata (viridis) apice recurva. Anth. 00, abbreviatae, connectivis clavatis truncatis verticillatim adnatae, 1-loc., apice poro dehisc. Ovaria sparsa.... Baccae 1-sp. (Fol. sagittata; scapus ax. solitar. elongatus. — *Amer. bor.*) . . . . . Peltandra. RAF.

2. — *infra v. etiam supra stamina genitalib. rudimentariis obsitus, append. sterili clavata v. acuminata.* Spatha recta v. cucullata, interdum undulata (flavesc. v. glaucesc.). Anth. 00, connectivis conoideis truncatis sessilib. v. substipitatis verticillatim adnatae, 2-loc., loc. contiguis apice poro communi dehisc. Ovar. conferta. Ovula e placentis 3 parietalib. prope basin erecta, orthotropa. (Fol. peltata; pedunc. ax. solitar. v. subfasciculati, abbreviati, vaginati. — *Ind. or.*) . . . . . Colocasia. RAY.

III. Spadix continuo-androgynus (rarius interruptus, cfr. Euaroideae) apice sterilis et plerumque nudus. Antherae plerumque liberae, loc. turgidis connectivo majoribus. Ovar. libera. Sem. plerumque subglobosa (cfr. Dracunculus), testa coriacea (cfr. Arisaema), hilo basilari lato. Embr. in axi albuminis antitropus (cfr. Amorphophallus), radic. hilo e diametro opposita supera. . . . . **Tribus VI. *DRACUNCULINAE.***

a. Antherae congestae, substipitatae, distinctae, filam. brevissimo. *Genital. rudimentar. nulla.* Ovar. plurima, ovulis in loc. solitar. basilar. Spadix liber, inferne continuo-androgyn. Spatha basi convoluta. (Hbae, tubere radicali, fol. bipinnatifido-compos. v. decompositis. — *Ind. or.*) . . . . . Subtribus I. PYTHONIEAE.

1. *Antherae 2-loc., apice poris 2 dehisc., loc. appositis. Ovar. 2-3-4-loc.,* ovulis anatropis. Styl. distinct. v. nullus, stig. capitato-indiviso v. depresso emarginato-lobato. Sem. solitar. v. pauca, exalbum. Embr. orthotrop., extremitate radiculari gemmulis nonnullis minutis germinantib. instructa. Spatha limbo plano patente. Spad. append. sterili elongata laevigata, v. depresso-dilatata granuloso-verrucosa. (Fol. serotina, subsolitar.; scapus brevis.) . Amorphophallus. BLUME.

2. — *4-loc., apice poris 4 dehisc. loc. 2-lateralib. Ovar. 1-loc.,* ovulo e funic. brevi erecto orthotropo. Styl. subulatus, stig. valvato-3-lobo. Bacca 1-sp. Sem.... Spatha reticulata, limbo fornicato. Spad. inclusus, apice nudo obtusus corrugato-tuberculosus. (Fol. simultanea; scapus erectus longiusc. basi vaginatus.) . . . . . Pythonium. SCHOTT.

b. Antherae congestae, subsessiles, interdum connatae. *Genital. rudimentaria infra v. etiam supra stamina sita* (raro subnulla). Ovar. plurima, 1-loc., ovulis orthotrop. . . . . . Subtribus II. EUAROIDEAE.

α. **Ovaria 2-8-ovulata.** Stigma term., sessile, depresso-hemisphaericum. Baccae oligo- v. 1-sp.

1. *Antherae in phalanges connatae, loc. 2-lateralib. apice rimula brevi subobliqua dehisc.* Ovula 3-7, parietalia, infimo basifixo, caet. subhorizontalib. Sem. interdum angulata, testa crassa, hilo fungoso. Spatha basi convoluta, limbo plano patente (colorato). Spad. apice subclavato nudus, infra et supra stam. genitalib. rudimentariis obsitus. (Hbae acaul., tubere radicali subgloboso, fol. pedatipartit., scapo erecto. — *Eur. austr.*) . . . . . Dracunculus. TOURN.

2. — *distinctae, 2-loc., loc. apice poro dehisc.* Ovula 3-8 basilaria, erecta. Sem..... Spatha basi convoluta, margine crenata. Spad. apice nudo subulatus, genitalib. rudimentar. infra et supra stam. confertis. (Hba humilis, acaulis, rad. tuberosa, fol. cordato-hastat. longe petiolat., scapo solitar. — *Ind. or.*) . . . . . Theriophonum. BLUME

3. — *distinctae, loc. oppositis rima brevi subobliqua dehisc. Ovula 2, basilar.,* e funiculis brevib. erecta. Sem. .... Spatha (maculata) basi tubulosa, limbo plano patente. Spad. apice nudo subclavatus, genital. rudimentar. infra stamina sparsis. (Hbae, tubere radicali globoso maximo carnoso, fol. serotino pedatim 00-lobo, scapo breviss. subsolitar. basi squamoso. — *Ind. or.*) . . . . . Sauromatum. SCHOTT.

4. — *distinctae v. connatae, loc. bilateral. rima brevi dehisc. Ovula 2-6, parietalia,* superposita, horizontal. Stigma subexcentricum. Sem. horizontal. v. suberecta, funiculis brevissimis affixa. Embr. subobliquus. Spatha basi convoluta (concolor v. discolor). Spad. apice nudo clavatus, genital. rudim. supra v. etiam infra stam. confertis v. raris. (Hbae acaul., rhizom. tuberoso, fol. cordat. v. hastat., scapo petiolor. basi vaginato. — *Eur., Amer. bor., Asia occid.*) . . . . . Arum. (L.) SCHOTT.

β. **Ovaria 1-ovulata,** ovulo basilari. Baccae 1-sp. (Hbae acaul., rhizom. tuberoso, petiol. longis basi vaginant.).

1. *Spadix apice subulato nudus, genital. rudimentariis infra stam. confertis.* Spatha concolor, basi convoluta. Anth. distinctae, loc. oppos. longit. dehisc. Ovulum e funiculo longiusculo erectum. Stigma term., sessile, depresso-hemisphaeric. Sem. sessile, testa crassa, rugoso-papillosa. Embr. rectus, albumine dimidio brevior. (Habitus *Ari*; fol. interdum integerr.; scapus longe exsertus. — *Ind. or.*) . . . . . Typhonium. SCHOTT.

2. — *apice nudo longe exsertus, genital. rudimentar. supra v. etiam infra stam. raris. subuliformibus.* Spatha basi tubulosa, limbo plano patente (extus viresc., intus plerumque cum spadicis apice atropurpurea). Anth. sessiles, loc. oppos. rima v. poro dehisc. Ovulum sessile. Styl. distinctus, stig. subcapitato. (Fol. lineari-lanceol. v. ovata. Caet. Ari. — *Reg. mediterran., Syria.*) . . . . . Biarum. SCHOTT.

c. Antherae filamentis laxiuscule dispositis discretis suffultae. Ovar. 1-loc. Ovula 2-00, in funiculis brevib. e placenta basilari erecta, orthotrop. Stigma capitato-peltat., v. depresso-hemisphaer. . . . . . Subtribus III. ARISAREAE.

1. *Spadix inferne unisexualis, superne genitalib. rudimentariis interdum plane deficientib. tectus,* apice exserto v. incluso nudus. Spatha basi convoluta, limbo fornicato v. subplano. Anth. in filamentis verticillatae, loc. discretis v. appositis rima subtransversali v. poro dehisc. Ovaria plurima. Ovula 2-6, rarius plura. Styl. brevis v. subnullus. Baccae 1- oligospermae. Sem. testa coriac. v. v. membranacea. (Hb. acaul. v. petiolis basi vaginantib. cum scapo centrali concretis caulesc., rhizom. tuberoso, fol. peltatim pedatim v. palmatim lobatis v. rarissime indivisis, lobis sessil. v. petiolat. serrulat. v. integerr. — *Amer. bor., Asia trop. et temp.*) . . . . . Arisaema. MART.

2. — *inferne continuo-androgynus, genital. rudiment. nullis,* superne nudus. Spatha basi tubulosa, limbo fornicato. Filam. conoidea; anth. hemisphaer., transverse irregulariter semibivalves. Ovaria pauca, unilateralia, ovulis plurimis. Styl. distinctus Baccae 2-8-sp. Sem. elevato-striata, testa coriac. crassiusc. (Hba, rhizom. tuberoso v. ramoso repente, fol. cordat. v. hastat., petiolis longis basi vaginant., scapo solitar., spatha livide purpur. — *Reg. mediterran.*) . . . . . Arisarum. TOURN.

B. Spadix interrupte androgynus, medio nudus, inferne ♀, apice ♂. Stam. 00, libera, anth. 2-loc. Ovaria 6 v. plura, circa spadicis basin verticillata, in germ. 6-pluriloc. connata, ovulis in loculor. angulo centrali plurib. orthotropis. Styli 6 v. plures. Bacca pluriloc. (Hbae subacaules, rhizom. tuberoso stolonifero; scapi e petiolor. basi vaginante orti breves v. subnulli.) . . . . . **Tribus VII. *CRYPTOCORYNEAE.***

1. *Spatha longe tubulosa, limbo subfornicato. Spadix liber,* apice exsertus. Stam. conferta, filam. brevib., anth. 4-gonis longit. dehisc. Ovar. superne disco demum perforato velata, ovulis adscendent. Styli e basi geniculata erecti, stig. capitatis Sem.... (Fol. hastata; spatha subsessil. basi squamis cincta, sordide violac. persist.; fr. hypogaeus. — *Senegamb.*) . . . Stylochaeton. LEPR.

2. — *basi breviter tubulosa plica tubum claudente cum spadicis vertice connata transverse bilocularis,* limbo elongato. Spadix inclusus. Anth. conferte sessiles, deplanatae, vertice 2-porosae. Styli radiatim divergentes, stig. discoideis extrorsum sublateralib. Ovula subhorizontalia. Bacca umbilicata. Sem. funiculo brevi affixa, umbilico basilari, testa fungosa. Embr. in axi album. antitropus, radic. umbilico e diametro opposita. (Pl. paludosae, fol. subbifariam dispositis oblong. integerr., spatha intus transverse plicata, limbo marcescente, tubo cum fructu maturo deciduo. — *Ind. or.*) . . . . . Cryptocoryne. FISCH.

II. Spadix indistinctus, cum spatha connatus (v. pag. sequ.)

AROIDEAE.

(Continuat.)

B.I.

II. Spadix indistinctus, cum spatha connatus, interrupte androgynus, basi ♀, apice libero ♂. Ovar. unicum, 00-ovulat., ov. orthotrop. Styl. term. Bacca 1-loc., 00-sp. . — **Tribus VIII.** *PISTIACEAE.*

1. *Spatha basi convoluta, superne cucullata, spadice adnato longitudinaliter 2-loculata.* Spad. complanatus, appendicula libera terminatus, basi antice ♀, superne postice ♂. Anth. 10, transverse 2-seriatae, longit. 2-valves. Styl. longiusculus, stig. discoideo. Ovula funiculis longiusculis placentae basilari deplanatae inserta erecta. Sem. 00, striata. (Hbae, rhizom. tuberoso ramoso stolonifero, fol. congestis oblong. integerr., petiolis basi tubuloso-vaginant., scapo centrali. — *Eur. mediterran.*) . . . . Ambrosinia. Bass.

2. — *basi tubulosa spadici connata, limbo patente processu spadicem superne involucrante aucto.* Anth. 3-8, spadicis apici libero incrassato adnatae, subglobosae, sulco transverso dehisc. Ovar. spadicis basi adnatae oblique insidens, ovulis e placenta prope basin parietali subhorizontalibus. Styl. crassus, stig. subcyathiformi. Sem. 00 v. abortu pauca, subcylindr., testa coriacea crassa, umbilico basilari funiculo brevissimo patelliformi suffulto. Embr. minutus, in apice album. inclusus, rad. supera. (Hbae aquat., natantes, flagelliferae, rad. fibrosis, fol. sessil. rosaceo-expansis retuso-obovat. integerr. subtus radicato-cristatis, spad. ax. solitar. breve pedunc. — *Reg. trop. tot. orbis.*) . . . . Pistia. L.

III. Spadix subnullus (axi sc. haud evoluta). Spatha urceolata, membranacea, staminum evolutione irregulariter fissa. Fl. monoici. ♂: Stam. 1, filam. filiform., anth. 2-loc., loc. subglobosis apice contiguis basi remotis 2-locellatis rima longit. laterali dehisc. ♀: Ovar. 1-loc., stylo continuo, stig. expanso-infundibuliformi. Sem. testa coriaceo-carnosa, endosperm. membranaceo, endostomio indurato (operculo in germinatione embryotego). Embr. in axi album. carnosi rectus; gemmula deorsum (radiculam) spectans, in rima laterali. (Hbulae natantes v. submersae, rad. 1 v. plurib. v. nullis calyptra terminatis; axis in punctum contractus cum foliis in frondem confluens; frons singula lenticularis planta completa, ex rima 1 basilari v. 2 lateralib. prolifera, bulbillis autumno demersis, vere emersis. — *Reg. temp. et frig. tot. orbis.*) . . . . — **Tribus IX.** *LEMNACEAE.*

1. *Flor.* ♂ 2, *filam. inferne angustatis.* ♀: *Ovar. 2-ovulatum,* ov. erect. anatropis. Caet. ign. — (Hba polyrhiza, fronde palminerv. planiusc. polymorpha, jun. superne et inferne stipula membranacea aucta.) . . . . Spirodela. Schleid.

2. — ♂ 2, *filam. recurvis, medio dilatatis.* ♀: *Ovar. 2-00-ovulat.,* ov. erect. anatrop. Styl. elongat., recurvus. Caps. membranacea, circumscissa. Sem. 2-00, erecta album. parcissimo, embr. ovato, plumula maxima, radic. infera. (Axis s. spadix brevissimus sed discernendus; frons solitar., exstip., rimis 2 basilarib. hiant. adulta subtus vesiculoso-convexa, flor. in rima laterali.) . . . . Telmatophace. Schleid.

3. — ♂ 2, *altero praecociore, filam. filiform. recurvis.* ♀: *Ovar. 1-ovulat.,* ovulo erecto horizontali-hemianatropo. Styl. elongat., recurv. Utriculus 1-sp., indehisc. Sem. basilare, horizontale, embr. conico, radic. vaga. (Axis interdum discretus; frond. 3-plurib. congregatis, integris v. apice repando-dentatis, rimis 2 basilar. hiant., rima laterali florifera.) . . . . Lemna. (L.) Schleid.

4. — ♂ 1, *filam. brevi crassiusculo.* ♀: *Ovar. 1-ovulat.,* ov. erecto atropo. Styl. brevis. Utric. 1-sp. Sem. erect., embr. turbinato, radic. supera. (Frondes arhizae, geminatim oppositae, oval., tenuissimae, rima basilari unica hiantes, rimae labio inferiore producto appenso hyalino, flor. e pagina superiore erumpentes.) . . . . Wolffia. Hork.

HELOBIAE. *(Classis.)*

Conspectus ordinum.

A. Germen superum.

I. Perianthium nullum v. rudimentarium, rarius perfectum 3-4- v. 6-phyll. (cfr. Potamogeteae). Stam. 1, rarius 2 v. 4, v. plura; anth. 1-2- v. 4-loc. Ovaria 2 v. 4 (rarius 1) contigua sed discreta, 1-loc., 1- rarius 2-3-ovulata. Fr. 1-loc., 1-sp. Sem. exalb., testa tenuissima membranacea. Flor. ☿, rarius monoici v. dioici, nunc solitar. v. in axillis aggregati, nunc spadici libero v. spathae adnato inserti, nunc spicati. (Hbae aquat., caule plerumque ramoso radicante, fol. simpl. planis, petiolis basi amplexicaul. v. vaginant., stipulis intrapetiolarib. membranaceis vaginant.) . . . . NAJADEAE.

II. Perianthium perfectum (rarissime nullum, cfr. Alismaceae). Stam. 6-00 (rarissime 1, cfr. Alismaceae Juncagineae). Ovaria 3-6-00, libera v. connata, 1-locularia. (Fr. capsular., dehisc. v. indehisc. Embr. exalbuminos., radic. infera v. raro centripeta).

a. Ovaria ovulo 1 basilari aut duobus collateralibus suturae insertis foeta. Flor. ☿ v. monoici, raro dioici. . . . . ALISMACEAE.

b. — *00-ovulata; ovula placentae parietali reticulato-ramosae affixa,* erecta. Caps. 00-sp. Fl. ☿, regular. Perigon. exterius (calyx) 3-phyll., persist.; interius (corolla) 3-phyll. petaloid., aestiv. imbricatum, saepius decid. Stam. libera; anth. linear., basifixae. . . . . BUTOMEAE.

B. Germen inferum,

1-loc., aut placentis parietalib. septiformibus perfecte aut imperfecte pluriloculare, ovulis 00 adscend. anatropis. Fr. submersus, coriaceo-carnosus, indehisc., demum maceratione dissolutus. Sem. echinulata, umbilico basilari nudo rhaphe filiformi cum chalaza terminali acuminata juncto Album. 0. Embr. orthotrop., rad. umbilicum attingente infera, gemmula plerumque conspicua laterali. . . . . HYDROCHARIDEAE.

CCXXXV. NAJADEAE.

I. Flores solitarii v. in axillis foliorum aggregati. Ovaria sessil., dorso convexa, 1-ovulata. . . . . — **Tribus I.** *ZANNICHELLIEAE.*

A. Perianthii rudimentum nullum.

1. *Flor. dioici, solitarii, in pedicello folii vagina incluso demum exserto elongato.* ♂: Antherae 2, oppositae, 2-loc., dorso invicem connatae, loc. linear. apice et basi distinctis longit. dehisc.; pollen confervoideum. ♀: Ovar. 2, ventre plana, ovulo pendulo campylotropo. Styl. ovario continuus, filiform., stig. 2 subulatis. Caps. 2 approximatae, compressae, membranaceae, 2-valv. Sem. uncinatum. Embr. homotrop., macropodus, radic. incrassata extremitati cotyledonari acuminatae parallela. (Hba caule sarmentoso radicante articulato, fol. ad articulos congestis linear. obtus. integerr. — *Aestuaria maris mediterran.*) . . . . Cymodocea. Korn.

2. — *dioici,* ♂ *in axillis folior. solitarii, sessiles.* Stam 1, filam. elongato, anth. 2 dorso adglutinatis bilobis, altera paulo minore et demissius inserta; pollen in massam viscidam conglomeratum. ♀: . . . . (Hbula facie Zannichelliae, fol. subfiliform. apice truncato 3-dentatis, stipula intrapetiolari nulla. — *Aestuaria ins. Madagasc.*) . . . . Halodule. Endl.

3. — *polygamo-monoici,* ♂ *et* ☿ *in diversis axillis solitarii, sessiles,* stipula intrapetiolari membranacea fulti. ♂: Stam. 1, filam. filiformi, anth. 2-loc., loc. discretis connectivo excurrenti utrinque adnatis oblong. basi sagittato-divergentib.; pollen subglobosum. ☿: Stam. 1, laterale. Ovar. 4, facie contigua, basi cupula communi membranacea brevi cincta, ovulo pendulo orthotropo. Styli continui, breves, stig. peltato-disciform. introrsum sublateralibus. Nuculae 4 coriaceae, oblongae, dorso dentatae v. undulatae. Embr. antitrop., macropodus, extremitate cotyledonari circinatim inflexa supra radiculam inferam incrassatam prona. (Hbae, fol. subfiliform. approximato-alternis v. subfasciculat., stip. latis. — *Fossae et rivuli Europa et Amer. bor.*) . . . . . . Zannichellia. Micheli.

B. Perianthium in ♀ nullum, in ♂ calycinum cyathiforme 3-dent. Fl. monoici, axillar., ♂ pauci infra ♀ solitarii pedicellum filiform. terminantes. Anthera 1, sessilis, linear., incurva, 1-loc., rima longit. dehisc., valvis divaricato-patent. demum a connectivo persist. crasso solutis. Fl. ♀ in apice pedunculi brevis terni, approximatim alterni, singuli bractea foliacea subtensi. Ovar. compressiuscula, subfusiform. Styli filiform., longiusc. Caps. compressa, alato-marginata, 2-valv., valv. inaequalib. epicarpio membranaceo demum fatiscente connexis. (Habitus, stigmata, ovula, sem. et embr. Zannichelliae. — *Lagunae marit. Gall. austr.*) . . . . Althenia. Petit.

C. Perianthium in ♂ et ♀ rudimentarium simplex. (v. pag. sequ.)

NAJADEAE.
(Continuat.)

I. *B.*

C. Perianthium in ♂ et ♀ rudimentarium simplex, sc. tunica cellulosa tubulosa, medio ventricosa, apice pervia et denticulata, antheram includens, ovario adnata. Fl. monoici, ax., glomerati. ♂: Anth. evalvis, in filamentum crassiusculum basi attenuata; pollen globosum. Ovar. oblong. ovulo e basi erecto anatropo. Styli 2-3, ovario continui, subulati, introrsum stigmatosi. Nucula ellipt., tunica cellulosa tecta. Embr. orthotrop., macropodus, radic. infera. (Hbae submersae, simpl. v. ramosae, fol. oppos. et jun. in ax. fasciculatis, linear. basi dilatatis serrulat. v. integr. — *Eur., Amer. bor.*) . . . . Caulinia. Willd.

D. Perianth. rudimentar. in ♀ nullum, in ♂ duplex: tunica exterior calyptraeform., hinc fissa, apice 2-cuspidata; interior demum pedicellata apice 4-fida. Fl. dioici, ax., subsolitar. ♂: Anthera 1, sessil., 4-gona, abrupte apiculata, 4-loc. ♀: Nucula epicarpio membranaceo secedente, (Caet. omnia et habitus Cauliniae. Fol. alterna. — *Europa.*) . . . . Najas (L.) Willd.

Tribus II. *ZOSTEREAE.*

II. Flor. spadici spatha cincto v. stipato inserti. Ovar. 1-ovulata. (Hbae pleraeque marinae).

a. Flor. ☿. *Perianth. nullum.* Anth. extrorsae, 2-loc., loc. discretis rima longit. dehisc. Embr. macropodus.

1. *Spadices plures intra spatham foliaceam 2-valvem congesti*, singuli spathilla bivalvi cincti 3-6-flori, flor. inferior. alternis, summo terminali. Stam. 4 hypogyna; anth. filamentis dilatatis aristatis basi extus affixae, loc. linear.; pollen confervoideum. Ovar. 1, ovulo parietali amphitropo, micropyle infera. Stigma term., subsessile, villosum. Caps. baccata, sem. longit. adnato. Embr. radic. infera, cotyled. elongata inflexo-curvata rima laterali recepta. (Hba submersa, ramosa, radicans, fol. in ramor. apice congestis linear. obtus. serrulat. v. integr., scapo subterm. linear. crassiusc. — *Aestuaria maris mediterran. et Indici.*) . . . . Posidonia. Koen.

2. — *solitarii, axillar., primum folii vagina inclusi, mox exserti*, filiform.; flor. 2 v. plures, alt., sessiles. Stam. 2, oppos.; filam. breviss., squamuliform.; anth. magnae, medio dorso affixae, loc. parallelis facile secedentib.; poll. reniformi-3-lobum. Ovar. 4 libera, facie contigua, dorso carinata, primum sessil., demum stipitata, ovulo pendulo campylotropo. Stig. term., sessil., peltata, umbilicata. Drupae 4 v. abortu 3-1, longiuscule stipitatae, subcompressae gibbosae. Sem. pendul., uncinatum, crurib. inaequalib. Embr. homotrop., cotyl. acuminata supra radic. incrassatam superam prona. (Hba, caule filiformi ramoso, fol. lineari-setaceis basi fornicato-vaginant. — *Aestuar. Eur. et Amer. bor.*) . . . . Ruppia. L.

b. Flor. monoici, nudi. Spatha e folii parte infima vaginante hinc longit. fissa, superne in laminam linearem foliis similem producta. Spadix membranaceus, compresso-planus, dorso nudus, antice stamina et ovaria alterne 2-seriata saepiusque appendices e margine inflexos (genital. steril.?) gerens. Anth. oblongae, filamento brevissimo obsoleto peltatim affixae, 1-loc., rima longit. dehisc.; pollen confervoid. Ovar. antheris oblique opposita, dorso prope apicem affixa, ovulo orthotropo ex ovarii puncto insertionis pendulo. Styl. continuus, subulat., persist., apice furcato-bifidus. Utriculi membranacei, penduli, irregulariter rumpentes. Sem. pendul., subglobos., longit. striatum. Embr. Posidoniae. (Hba radicans, fol. linear. obtus. integerr. — — *Aestuar. maris atlant. et Ind.*) . . . . Zostera. L.

c. — dioici? nudi. ♂ . . . . . . ♀: Spatha pedunculum oppositifol. terminans, lata, canaliculata, incurva superne in laminam elongatam acuminatam producta. Spadix inclusus, antice flor. 1-seriatos imbricatos, margine utrinque squamas oblongas subimbricatas gerens. Ovar. sessil., ovato-subglobosa, stylo brevi crasso, stig. capitato. Caet. ign. (Hba, rad. nodosa et fibrosa, caul. brevib., fol. gramineis subcoriac. integerr. nervos. — *Amer. bor.-occid.*) . . . . Phyllospadix. Hook.

d. — dioici, ♀ . . . . ♂: *Perianth. 3-phyll.*, foliolis ovato-oblong. obtusis. Anth. 9, sessiles, perianthio breviores, conniventes, ... Spatha scapum terminans, 1-phylla, bifida, lobis oblong. obtusis. (Hbae, fol. in apice caudicis congestis linear. serrulato-ciliat. integerr., scapo term. — *Mare rubr. et Mexican.*) . . . . Thalassia. Sol.

Tribus III. *POTAMOGETEAE.*

III. Flor. spicati, ☿. Spatha nulla v. decidua. Perianth. perfectum, 3-4- v. 6-phyllum. Ovar. 3-4 v. 6, sessil., libera, ventre contigua, dorso convexa, 3-1-ovulata. (Hbae stagnal. v. fluviatil.) . . . .

1. *Perianth. coloratum, 3-phyllum*, foliolis squamaeform. Stam. 6, inaequalia; filam. subulata, inferne dilatata; anth. 2-loc., basifixae. Ovar. 3, lagenaeform., ovulis 3 e basi adscend. anatropis. Styl. term., simpl., intus stigmatosus. Nuculae coriaceae, abortu 2-1-sp. Sem. erect., testa membranac. v. subspongiosa longit. plicata. Embr. orthotrop., cotyled. crassa juxta radiculam inferam 2-auriculata fissa et plumulam adpressam exserens. (Hbae acaul., rhizomate tuberoso eduli, fol. oblong. nervos. saepe fenestratis, scapo apice 2-3-stachyo, spicis sessil. brevib., juniorib. approximatis spatha membranacea rostrata basi circumscissa caylptratis, fl. parv. odoratis. — *Afr. trop.*) . . . Ouvirandra. Pet.-Th.

5. — *clausa, basi subconnata, lateral. ungui longe producto columnae oblique adnatis calcar obtusum simulantibus,* supremo subfornicato. Pet. minora. Lab. liberum, concav., indivis., basi appendiculat. v. margine elevato cinctum, ungui columnae longe producto affixum. Col. nana. Anth. dorsalis, 2-loc., loc. sub-4-locellat. Poll. 8 v. abortu subinde pauciora, clavata, basi attenuata glandulae longae absque caudicula vera affixa? (Epiphytae, caulesc., fol. distich. plerumque membranaceis, pedunc. spicato-00-fl. rarius solitar. — *Java.*) . . . . . . Appendicula. BLUME.

6. — *clausa, basi connata, lateralia cum columnae ungue in calcar longum basi didymum producta* supra medium inter se connata. Lab. inclusum, unguiculat., integerr., cum columnae pede elastice articulatum. Col. nana, rostello subulato erecto. Anth. fere dorsalis, 2-loc. Poll. 4 sterilibus aliquot intermixta, ope caudiculae tenuis brevis glandulae hamatae affixa. (Hbula epiphyta subramosa, fol. linear. cuspidat., pedunc. term. subsolitar. pauciflor., fl. parv. bracteolat. albidis. — *Java*). Cryptoglottis. BLUME.

II. Pollinia 6, sc. 3 in quovis antherae loculo, 2 inferiora collateralia, tertio superiore, omnia apice acuto affixa corpusculo septiformi loculum longit. bipartienti et cum eo deciduo. Anth. 2-loc., stigmati bilobo parallela. Col. brevissima. Sep. et pet. subaequal., erectiuscula; sep. lateral. cum columnae pede connata, basi in calcar sacciforme magnum obtusum producta. Lab. e basi calcaris ortum, unguiculatum, lamina superne indivisa, basi biseta. (Hbula epiphyta, ramosa, fol. distichis, racemis term. — *Java.*) . . . . . . Hexameria. R. BR.

III. — 4 (quandoque in unum connata, cfr. Bolbophyllum, Cirrhopetalum, Monomeria, — in paucis ignota, v. Metachilum).

A. Petala (praeter labellum) *duo.*

I. Sepalum posticum liberum.

A. Labell. cum margine pedis columnae connatum, ventricosum, integrum, intus appendiculatum. Col. stigmate prominente apice membranaceo bilobo. Anth. 2-loc., dorsal. Poll. . . . . . Sep. conniventia subaequilonga, lateral. cum columnae basi elongata connata. Pet. nana. (Hb. epiphytae, caul. pendul. teret. distiche folios., fl. spicat. lateral. et term. parv., caps. reflexis. — *Ind. or.*) . . . . . . Metachilum. LINDL.

B. — liberum v. nonnisi cum basi producta (nec margine) ***columnae connatum.***

† Labell. sessile, cucullatum (saepius 3-lob. et membranaceum, plerumque cum col. pede articulat.). Sep. lateralia majora obliqua cum columnae pede connata. Col. semiteres. Anth. 2-loc. Poll. 4 collateral., per paria cohaerentia. (Hbae epiphytae caulesc. v. pseudobulbosae.)

1. *Sepala et pet. membranacea,* erecta v. patent., supremo petalis minore v. rarius majore. *Lab. anticum,* interdum cum columnae pede connatum, 3-lob. v. indivis., saepius membranaceum, interdum appendiculatum. (Fol. plana, saepius venosa; fl. solitar. v. fascic. v. racemosi, speciosi; alabastra teretia. — *Asia et Australia trop. et temp., ? Sierra Leone.*) . . . Dendrobium. SW.

2. — *carnosa,* erecta, acuta. Pet. minora. *Lab. posticum, 3-lobum.* Col. brevis. Poll. aequalia. (Fol. plana, leviter nervosa; fl. paniculati, parvi; alabastra 3-gona. — *Amer. et Afr. trop., ins. Mascaren.*) . . . . . . Polystachya. HOOK.

3. — *carnosa,* erecta. Pet. minora. *Lab. posticum, indivis. v. 3-lob., limbo cristato,* calloso v. nudo. Anth. sessil., apice interdum membranacea. (Fol. disticha, equitant., ancipitia; fl. subsolitar., e paleis membranac. erumpentes, saepe herbacei. — *Ind. or.*) . . . . Aporum. BLUME.

†† Labell. unguiculatum, planum (saepius integerr. et carnosum).

a. Labell. petalis majus et difforme.

1. *Sepala reflexa, subaequalia;* lateralia cum columnae basi producta, in calcar breve obtus. connata. Pet. minora, reflexa. Lab. ecalcarat., medio dilatatum, concavum, cum ungue columnae basi connatum et continuum, limbo elongato emarginato-spathulato recto supra columnam fornicato. (Anth. columnae denti dorsali inserta, 2-loc., convexa. Poll. 2 bipartibilia, stigmatis margini ligulato adhaerentia. (Hb. epiphyta, ... *Java.*) . . . . . . Macrostomium. BLUME.

2. — *erecta, subaequal.,* acuminata; lateral. cum columnae pede connata et basi obliqua. Pet. nana (raro sepalis subaequal.). Lab. cum columnae pede articulatum, saepius integrum et posticum. Col. nana, antice 2-dentata v. 2-cornis. Anth. 1-2-loc. Poll. nunc 4 libera inaequalia, nunc in unum connata, nunc per paria cohaerentia, altero cujusque paris minimo lobuliformi. (Hb. epiphytae, rhizom. repente pseudo-bulbifero, fol. coriac. aveniis, racemis radical. — *Afr. et Asia trop. et subtrop., Oceania.*) . . . . . . Bolbophyllum. THOUARS.

3. — *ringentia, inaequalia;* lateral. acuminata, valde obliqua, columnae basi productae adnata, supremo multo longiora. Pet. nana, apiculata. Lab. cum columnae basi articulatum, integrum. Col. minuta, basi longe producta, apice cornubus 2 petaloideis aucta. Anth. 2-loc. Poll. 4, per paria connata, quorum 2 interiora multo minora, lamelliformia. (Habitus Bolbophylli, pseudobulbis 1-phyllis, fl. racemos. v. in apice scapi umbellatis. — *Ind. or.*) . . . . . . Cirrhopetalum. LINDL.

b. Labell. petalis conformibus erectis aequale, minimum, indivis., in columnam pronum et cum ejus basi producta articulatum, ad latera leviter semidentatum. Col. nana, semiteres marginata, libera. Anth. 2-loc., apice in membranam petaloid. cuneatam emarginatam producta. Poll. 4, interiorib. 2 minorib. Sep. aequal, ovata, patent., basi connata, a columnae pede fere libera. (Hbulae pseudobulbis caespitosis 1-phyllis, fol. parv. coriac. aveniis, scapis erect. brevib. 1-flor., fl. majusc. viridi-fuscis 3-angular. — *Ind. or.*) . . . . . . Trias. LINDL.

II. Sepalum posticum lateralibus, columnae adnatis, majus et alte connatum, omnia erecta. Pet. nana. Lab. nanum, integerr. cum columnae basi elastice articulatum. Col. nana, marginata, disciform., in germinis apicem prona, basi vix producta. Anth. obsolete 2-loc. Poll. 4 libera, aequal., per paria cohaerentia. (Habitus, fol., inflor. Bolbophylli; racemi rhachis dilatato-compressa. — *Sierra Leone.*) . . . . . . Megaclinium. LINDL.

B. Petala (praeter labellum) ***nulla.*** Sep. inaequal., ringentia, lateral. a dorsali valde distantia, interstitio denticulato, basi invicem et cum columnae pede connata, intus barbata. Lab. cum col. pede articulatum, incumbens, ovat. 3-lob., disco lamellis 4 parallelis notato, lobis lateralib. antrorsum falcatis apice 2-dentatis. Col. semiteres, basi longe producta, apice minute 2-cornis. Anth. cristata, 1-loc. Poll. 4, in unum cohaerentia. Habitus fere Bolbophylli. — *Nepal.*) . . . . . . Monomeria. LINDL.

IV. Pollinia 2 aut unum bipartibile. (v. pag. sequ.)

ORCHIDEAE.

Tribus II. *EPIDENDREAE.*

(Continuat.)

B. III.

IV. Pollinia 2 (cfr. Macrolepis, Lyraea) aut unum bipartibile.

A. Labell. cum columna articulatum, integrum aut 3-lobum.

I. Petala multifida, laciniis carnosis clavatis appendiciformib. Lab. sepalis 3 patentib. brevius, integrum, margine revolutum, glanduloso-tumidum, cum columnae (simplicis) ungue incurvo articulatione irritabili unitum. Anth. semi-biloc. Poll. 2, ovata. (Hba epiphyta, caul. scandent. vaginat., pseudob. 4-gonis 1-phyllis, fol. oval. supra convex. subtus concavis, pedunc. lateral. 1-flor. — *Java.*) . . . . Epicrianthes. BLUME.

II. — indivisa. Labelli limbus indivisus. Anth. 2-loc.

1. *Labell. calcaratum, calcare ventricoso,* limbo nano. Sep. libera, aequalia, petalis paulo minorib. conformia. Col. minima, germini continua, libera. Anth. stipitata, apice membranacea. Poll. libera, in loculis solitaria, medio foveata. (Hba epidendra aphylla? caulesc., radicib. 00 intricatis, spicis 00 adscendent. filiform., fl. exiguis. — *Madagasc.*) . . . . Microcoelia. LINDL.
2. — *ecalcaratum, concav., intus membranaceo-cristatum,* columnae ungui elastice adhaerens, adscend., limbo patente. Sep. erecta, subringentia, petalis angustiora. Col. superne incurva. Anth. convexa, antice 2-fida. Poll. 2, angulata, compressa. (Hb. terrestr., rhizom. repente, bulb. 0, caule apice 1-phyllo, fol. membranac. nervoso plano, scapo basi vaginato apice racemoso-00-floro bracteato. — *Java.*) . . . . Diglyphis. BLUME.
3. — *ecalcaratum, limbo carnoso subtus tuberculato.* Sep. erecta, dorsali petalis subaequali, lateralib. majorib. obliquis cum columnae basi longe producta connatis. Col. semiteres, clinandrio marginato. Anth. columnae denti dorsali insidens, convexa. Poll. 2 haud partibilia. (Hbae epiphytae, caulesc., fol. equitant. ensiform. basi vaginatis rigidis v. carnos., fl. intrafoliaceis sessil. subcapitat. paleis cinctis. — *Ind. or.*) . . . . Oxystophyllum. BLUME.
4. — *ecalcarat., erect., oblongo-lineare, anceps, carnosum, basi dilatata subconcavum utrinque lobulis 2 subobsoletis auctum.* Sep. et pet. membranacea, conform.; sep. e basi lata acuminata, lateralia paulo majora cum columnae pede connata; pet. nana. Col. basi longe producta, elongata, semiteres, apice antrorsum 2-cornis. Poll. 2? . . . (Hba epiphyta, habitu fere Bolbophylli, scapo laterali tereti elongato, fl. spicatis, bract. coriac. basi lobis amplexicaulib. — *Ins. Vani-Kovo.*) . . . . Macrolepis. RICH.

B. Labell. cum columna continuum, 2-lobum.

1. *Poll. 2 ovata, libera.* Col. recumbens, 2-cornis. Anth. semi- 2-loc., columnam postice terminans. Sep. erecta, lateralia basi connata, petalis majora. Lab. basi angustatum, columnae ungui junctum, adscendens, limbo semilunato margine revoluto et verrucoso. (Hba epiphyta; caules vaginis scariosis imbricati; fol. coriacea, oval., supra convexa, subtus concava; pedunc. lateral., solitar., fl. capitat. violac. — *Java.*) . . . . Cochlia. BLUME.
2. — *2 in unum connata.* Col. nana, in germine recumbens. Anth. . . . . Sep. connivent., inaequal., lateralia inter se et cum columnae basi producta connata. Pet. nana, spathulata. Lab. alte 2-lobum. (Hba habitu Bolbophylli. — *Ins. Mascaren.*) . . . . Lyraea. LINDL.

Tribus II. *EPIDENDREAE.*

I. Pollinia 2, ovato-globosa, caudiculis elasticis affixa. Anth. 2-loc. Col. obtusa, tortuosa, aptera. Sep. petalis conformia patent. v. reflexa, lateralia inferne in calcar obtusum connata et labelli ungui adnata. Lab. ecalcarat., ungue brevi, limbo plano semilunato basi intus 2-calloso columnam amplectente. (Hba terrestr., rhizom. repente annulato, fol. radical. petiolat. membranac. nervos., scapis simpl. elongat., fl. racemos. nutant. — *Java.*) . . . . Collabium. BLUME.

II. — 4.

A. Labell. cum columna connatum.

I. Caudiculae 4 (cfr. Pesomeria, Physinga). **Columna elongata.**

1. *Sepala patula, colorata, lateralia basi producta labello adnata.* Pet. paulo minora patula. Lab. basi gibbosum, limbo ovato basi calloso. Col. . . . . Anth. 4-loc. Poll. 4 olivaceo-purpurea, filis replicatis. (Hba epiphyta, caule 1-phyllo, fol. coriac. lentiginoso, pedunc. elongato capillari arcte vaginato apice florifero, fl. parv. purpur., lobis acutis, labelli limbo basi albo. — *Amer. trop.*) Hartwegia. LINDL.
2. — *patula, carnosa, subaequal., libera, sponte decidua.* Pet. conform., basi columnae adnata, persist. Lab. posticum, basi gibbosum, limbo indiviso convoluto. Col. clavata, semiteres, clinandrio dentato. Poll. 4 cuneata, caudic. . . . ? (Hba terrestr., rad. crassis fibrosis, caule 4-gono, fol. membranac. plicatis, racemo laterali simplici, bract. caducis. — *Ins. Mascaren.*) . Pesomeria. LINDL.
3. — *patent., subaequal., inter se et a col. v. lab. libera.* Pet. patent. v. reflexa, sepalis aequal. v. angustiora, rarius latiora. Lab. anticum v. postic., cum marginib. columnae omnino v. ex parte connatum, limbo indiviso v. lobato, disco saepe calloso costato v. tuberculato, nunc productum in calcar germini accretum et cuniculum formans. Col. elongata, clinandrio marginato saepius fimbriato. Anth. carnosa, 2-4-loc. Poll. 4, caudic. 4 replicatis. (Hbae epiphytae, caule nunc apice v. basi pseudobulboso, nunc elongato apice folioso; fol. carnos. v. raro venoso-striatis, pedunc. term. v. lateral.; fl. spicat. v. racemos. v. paniculat. — *Amer. trop.*) . . . . Epidendrum. (L.) LINDL.
4. — *conniventia, libera, lateral. paulo longiora,* supremo concavo petalis conformi et subaequali. Lab. cum cyatho e columnae lateribus membranaceo-dilatatis formato articulatum, sublobatum, basi 2-lamellatum, sepalis lateralib. multo longius, dependens. Col. erecta, clinandr. cucullato antheram obsolete 4-loc. semitegente. Poll. 4 pyriform., solida, apice materie pulverea cohaerentia. (Hba epiphyta, ramosa, ebulbis, fol. angust. striat., racemis ax., fl. majusc. — *Peruvia.*) . . . . Diothonea. LINDL.

II. Caudiculae 2 (cfr. Physinga). **Col.** (an etiam in Plocoglottide?) **nana.** Lab. indivis.

1. *Labell. membranaceum,* unguiculat., columnae basi adnatum. Col. 2-cornis. Anth. 2-loc. Poll. 4 per paria caudiculis 2 replicatis adnata. Sep. et pet. subaequal., herbacea, patent., labello minora. (Hba epiphyta, rhizom. repente annulato pseudo-bulbifero, fol. coriac., pedunc. term. 1-fl. vaginato. — *Antill.. Mexico.*) . . . . Dinema. LINDL.
2. — *carnosum, tuberculat., sacco vesicaeformi basi auctum,* cum columnae basi connatum. Col. carnosa, 2-loba, ima basi antherifera. Poll. 4, filis 2 geminatis (discretis?) pulvereis adnata. Stigma parvum, aream madidam 2-dentatam supra faucem vesicae formans. Sep. membranacea, aequal., basi inter se in cupulam connata petalisque (minorib.) oblique adnata. (Caul. prostrat., anceps, brevis, dense distiche folios.; fol. crassa, amplexicaul., striata, purpurasc.; pedunc. term., prostrat., filiform. ramosus, vaginis purpurasc. carinatis striatis arcte vestitus, ramis apice pauciflor., fl. parv. subpurpurasc. — *Amer. trop.*) . . . . Physinga. LINDL.
3. — *basi utrinque cum plicis membranaceis inflexis columnae connatum,* limbo convexo patente demum erecto. Col. erecta, superne libera, ... Anth. 2-loc. Poll. 4 rotunda, caudic. 2 longis crassiusculis replicatis. Fl. ringentes. Sep. petalis apice incurvis majora, lateral. sub labello inferne connata. (Hba terrestr., fol. in petiolo tumido solitar. plicatis, scapo radicali erecto 00-fl., fl. pedicellat. bracteolatis. — *Java.*) . . . . Plocoglottis. BLUME.

B. Labell. liberum v. columnae vix adnatum (cfr. Drymoda, Broughtonia).

I. Labell. ecalcaratum.

a. Labell. explanatum.

1. *Labell. unguiculatum, cum col. articulatum, rectum, indivis.,* saepe petalis conforme. Sep. conniventia, petalis subaequalia, libera v. lateralia basi subinde paulo dilatata et invicem connata. Col. clavata, semiteres, 2-3-cornis. Anth. 4-loc. Poll. 4 collateral., caudic. ligulatis replicatis. (Hbulae epiphytae caule nunc tereti distiche folioso nunc pseudobulboso apice tantum folioso, fl. parv. alb v. purp. — *Antill., Peruv.*) . . . . Isochilus. R. BR.
2. — *posticum, membranac., ungue concavo cum basi producta sepalor. lateralium articulato adscendente, lamina refracta lineari subsagittata subemarginato-truncata.* Sep. membranacea, petalis multo latiora, lateral. paulo majora basi in saccum connata. Col. semiteres, germini continua. Anth. 2-loc. Poll. 4 collateral, caudic. reflexis. (Hb. epiphyta, caule erecto simpl. filiformi tereti, fol. secundis linear canaliculat, racem. term. pauciflor. bracteat., fl. parv. — *Mexico.*) . . . . Ponera. LINDL.
3. — *columnae adpressum, planum, integerr.,* nudum, cuneatum cum apiculo. Sep. et pet. aequal., membranacea, libera, patentissima. Col. petaloidea. Anth. carnosa, 4-loc., septorum marginibus membranaceis. Poll. 4, caudic. 4 per paria connatis reflexis. (Hb. epiphyta, caul. fusiform. carnos., fol. angust. membranac. nervos., pedunc. term., long. squamat. gracil. apice racemos., fl. magn. roseis nutant. — *Mexico.*) . . . . Barkeria. KN. et WESTC.
4. — *cum columnae pede articulatum, convexum, 3-lob.,* lobo medio deflexo. Sep. valde inaequal., lateral. cum pede longissimo columnae connata, sessil., subrhomboidea, acuminata, postico libero erecto multo majora. Pet. nana, libera. Col. nana semiteres, auricula longa petaloidea utrinque porrecta, basi in pedem longissimum linearem canaliculatum producta. Anth. term. cristata 2-loc. Poll. 4, accumbentia, glandulae carnosae grumosae globosae separabili adnascentia. (Hbula aphylla?, scapis radical. vaginatis 1-floris. — *Ind. or.*) . Drymoda. LINDL.

b. Labell. cucullatum, columnam involvens. (v. pag. sequ.)

ORCHIDEAE.

Tribus II. *EPIDENDREAE.*

(Continuat.)

B.II.B.I.*a*.

b. Labell. cucullatum, columnam involvens. Col. clavata, semiteres. Anth. 4-loc., septis membranaceo-marginatis. Poll. 4, collateral., caudic. 4 replicatis v. revolutis. (Hbae epiphytae, pseudobulbosae, fol. coriaceis saepe geminatim nascentib., inflor. term. — *Amer. trop.*).

1. *Labell. posticum*, apice 3-lob., basi callosum. Sep. et pet. subaequal., conniventia, angusta. Col. libera, labello parallela. (Panicula multifl., fl. herbaceis basi purpurascent.) . . . . Encyclia. Hook.

2. — *anticum*, 3-lob. v. indivisum. Sep. aequal., patent., membranac. v. carnosa. Col. elongata, marginata, cum lab. articulata. Anth. carnosa. (Pedunc. plerumque 1-flori; fl. ampli speciosi, saepe e spatha magna erumpentes.) . . . . Cattleya. Lindl.

c. Labell. cucullat. columnam involvens, 3-lob., lineis disci elevatis v. cristatis, rarius (in *Panisca*) integerr. ecristatum. Col. erecta, libera, margine alata, apice dilatata, nunc cucullata, stig. 2-labiato. Anth. 2-loc., septo medio non partibili, infra apicem columnae inserta. Poll. 4 libera, incumbent., nunc basi materie granulosa cohaerentia. Sep. conniventia v. patent., libera, aequal., petaloid. Pet. conform. aut linearia. (Hb. pseudobulbosae, supra arb. v. rupes cresc., rhizom. crasso squamoso v. obsoleto, fol. coriac. venos. interdum costat. v. plicatis, racem. radical. v. term. basi bract. corneis squamatis, fl. specios. saepe odor. — *Ind. or., China.*) . . . . Coelogyne. Lindl.

II. Labell. basi columnae adnatum, in calcar lineare mellifluum germini adnatum decurrens, superne adscendens, indivisum. Sep. angusta, patent., lateral. basi obliqua cum labelli basi connata et decurrentia. Pet. latiora. Col. brevis, crassa, apice dilatata. Anth. poll. et caud. Cattleyae. (Hb. epiphyt., pseudobulb., fol. carnos., pedunc. term. multifloro. — *Antill.*) Broughtonia. R. Br.

III. Pollinia 6, incumbentia, superiora 2 compresso-pyriform. obliqua, infer. 4 tenuiora inaequalia, 2 anteriora duplo minora. Sep. patent., linear., petalis subaequalia. Lab. posticum, columnae parallelum, 3-lob., lobis lateralib. minorib. circa columnam convolutis, intermedio oblongo marginib. reflexis. Col. brevis, crassa, semiteres. Anth. . . . . (Hba caul. brevib. teret. squamato-vaginatis, fol. teretiusc., scapo term. racemoso- 3-fl. — *Brasil.*) . . . . Leptotes. Lindl.

IV. — 8 (raro plura, cfr. Brassavola, aut nonnulla obsoleta, cfr. Ceratium, Ipsea, Tetramicra).

A. Labell. calcaratum (cfr. Phajus), calcare libero v. rarius germini adnato (cfr. Ania).

I. Labell. integrum v. leviter 3-lob. Sepala patentia. Columna erecta.

1. *Sepala lateralia basi in gibber connata. Pet. multo angustiora.* Lab. cum columnae basi producta articulatum (?) concav., indivis., calcare brevi. Anth. . . . Poll. pyriform., manipulis glutinosis colligata. (Hba epiphyta, ebulbis, fol. coriac., scapo ax.? v. radical.?, fl. parv. dense spicatis. — *Mexico.*) . . . . Arpophyllum. Llav. †

2. — *libera, petalis conformib. subaequalia.* Lab. saepius cucullatum, columnae basi adnatum, calcarat., integr. v. 3-lob., saepius supra carinatum lamellatum v. cristatum. Col. germini continua, semiteres, elongata, marginata. Anth. 8-loc. Poll. subaequalia. (Hb. terrestr. acaul. v. caulesc., fol. latis plicatis, pedunc. radical. v. term. 1-00-flor., fl. amplis specios. — *Ind. or., China.*) Phajus. Lour.

II. Labell. profunde 3-lobum, planum. Columna alata. (Fol. plicato-nervosa. — *Ind. or.*)

1. *Sepala patentia, subaequal.*, lateral. basi calcari adnata, supremo cum petalis (latiorib., membranaceis) parallelo recurvo. Lab. breve et obtuse calcarat., disco cristato. Col. brevis, clavata. Anth. membranacea, 2-loc. Poll. 8 aequalia. (Hba terrestr., caule tenui laxe vaginato, fol. petiolat. cordato-oblong., scapo term., fl. parv.) . . . . Cytheris. Lindl.

2. — *et petala lineari-lanceolata aequalia, conniventia.* Lab. cum columnae basi (nunc producta) in calcar v. saccum connatum, medio lamellatum. Col. erecta, elongata. Anth. 6-8-loc. Poll. 8, aut aequalia, aut 4 minora. (Hb. epiphytae, rhizom. repente, fol. membranac. solitar., scapis multiflor.) . . . . Ania. Lindl.

B. Labell. ecalcaratum (rarius basi productum in calcar germini adnatum, cfr. Tetramicra), interdum cucullatum v. basi saccatum (cfr. Apaturia, Ipsea).

I. Labell. 3-lobum (raro integrum, cfr. Trichotosia, Acanthephippium, Arundina).

A. Labell. unguiculatum.

1. *Labell. cum columnae basi longe producta elastice articulatum*, limbo 3-lobo v. indiviso complicato disco lamellato. Anth. carnosa, 2-loc. Poll. 8 sessil., inaequal. Perianth. ventricosum; sep. adglutinata lateral. columnae ungui adnata, dorsali cum petalis spathulatis fornicato. (Hb. terrestr. subcaulesc., caule inferne bulboso vaginato, fol. plicatis, pedunc. vaginato pauciflor., fl. specios. — *Ind. or.*) . . . . Acanthephippium. Blume.

2. — *ungui columnae basi longius productae basi adnatum*, limbo sublobato v. integerr. Anth. 2-loc., loc. 4-partitis. Poll. 8, ope materiei elasticae pulvereae cohaerentia. Sep. pubesc., lateral. columnae ungui adnata calcar mentientia. Pet. conform., glabra. (Hbae epiphytae, pubesc., caul. simpl., fol. sessil. coriac. v. subcarnos., pedunc. oppositifol. solitar. pauciflor., fl. bracteat. — *Java.*) . . . . Trichotosia. Blume.

3. — *cum columnae basi plus minus producta articulatum, basi ventricosum*, carnosum, apice 3-lob., disco cristato. Col. teres, clavata, arcuata, clinandr. alato. Anth. 4-8-loc., Poll. 8. Sep. patula, pubesc., lateral. nunc majora basi obliqua. Pet. angustiora, patent. (Hb. terrestr., aphyllae, scapis vaginis scariosis filamentosis vestitis, fl. racemos. pendulis, bract. membranac. — *Ind. or., China.*) . . . . Apaturia. Lindl.

4. — *columnae parallelum, ungue brevi saccato cum columnae basi producta articulatum*, concavum (nec convolutum) 3-lobum, lamellatum. Anth. membranacea, 2-loc., basi intus tuberculis 2 carnosis aucta. Poll. 8, quorum 4 minora, caudiculis pulvereis colligata. Sep. explanata, pubesc., aequal., lateral. basi obliqua cum columnae pede in saccum connata. Pet. subaequalia. (Hba terrestr., rad. carnosa subbiloba laterib. fibrosa, fol. serotin. ensiform. plicatis, scapo simpl. vaginato, fl. term. solitar. specioso. — *Zeylon.*) . . Ipsea. Lindl.

B. Labell. sessile (cfr. Schomburgkia).

a. Labelli 3-lobi lobus intermedius sessilis.

1. *Sepala subringentia, lateralia columnae ungui oblique inserta erecto-patentia.* Pet. breviora, erecto-conniventia. Lab. cum columnae ungue articulatum, adscendens, concavum, intus cristatum, limbo semi- 3-lobo undulato fornicato. Anth. 4-loc. Poll. 8, quorum 4 obsoleta, caudiculis elasticis colligata. Caps. siliquaeform. (Habitus Trichotosiae; fl. spicati bracteat. — *Java.*) . . . . Cylindrolobus. Blume.

2. — *patula, lineari-lanceolata, aequal., basi paululum connata.* Pet. conform. *Lab. anticum, columnae continuum*, circa eam convolutum, 3-lob. v. integr., medio cristatum v. lineis nonnullis elevatis notatum. Col. recta, basi non producta, semiteres, clavata. Anth. 4-loc. Poll. 8 aequalia. (Hbae terrestr., caulesc., fol. distich. ensiform. plicatis, fl. racemos. purpur. specios. — *Ind. or.*) . . . . Arundina. Blume.

3. — *patentia, aequalia, petalis patent. v. conniventib. subaequalia. Lab. anticum, cucullatum, cum columna articulatum*, nunc basi saccatum, 3-lob., disco saepius lamellato v. tuberculato. Col. elongata, semiteres. Anth. carnosa 8-loc. Poll. 8 aequalia, caudiculis 4 pulvereis cohaerentia. (Hb. subterrestr., fol. ensiform. plicat., scapis 00-flor., fl. racemos. saepe speciosis. — *Asia et Amer. trop. et temp., ins. Mascaren.*) . . . . Bletia. R. et Pav.

4. — *explanata, lanceolata, aequalia, petalis carnosis explanatis paulo difformibus minora. Lab. posticum*, circa columnam convolutum, 3-part., lamellatum. Col. carnosa, aptera, antice canaliculata. Anth. . . . Poll. 8, caudic. elasticis. (Hb. epiphytae, rhizom. pseudobulbifero, fol. carnos., scapis term. pauci- v. multiflor., fl. specios. odorat. — *Mexico*) Laelia. Lindl.

5. — *et pet. patentia, conform., libera, basi aequalia.* Lab. membranac., anticum, subunguiculatum?, cucullat., 3-lob., basi cum columnae margine connatum, disco intruso-tumido, lamellato-lineato. Col. semiteres, labello parallela, marginata. Anth. hemisphaer., 2-loc.? Poll. 8. (Habitus fere *Laeliae*; rhizom. annulatum; scapi vaginat., fl. racemos. specios. — *Guiana.*) . . . . Schomburgkia. Lindl.

b. Labelli 3-lobi lobus intermedius unguiculatus (cfr. Tetramicra). Sep. patentia, aequal. v. subaequal.

1. *Anth. 8-loc., loc. 4 minoribus. Poll. 8, quorum 4 minima*, caudiculis 4 cohaerentia. Sep. et pet. subaequalia, lineari-oblonga. Lab. columnae parallelum, explanatum, 3-part., lobo medio subunguiculato disco lineato, calcare germini adnato. Col. alata, in labellum prona. (Hab. fere Bletiae, scapo longo squamoso apice racemoso; fol. brevia, linear., carnosa, recurva. — *Antill.*) . . . . Tetramicra. Lindl.

2. — *2-loc. Poll. 8, ... Sep. libera. Pet. paulo latiora*, magis membranacea, patent. v. conniventia. Lab. cum basi col. articulatum, nunc saccatum, 3-part., lobo medio unguiculato basi tuberculato v. cristato saepius utrinque 1-dentato. Col. alata v. petaloidea. (Hbae terrestr., cormis subterran., fol. ensiform. plicat., fl. lutesc.? racemos. v. subsolitar. — *Ind. or.*) . . . . Spathoglottis. Blume.

II. Labell. indivisum (v. pag. sequ.)

ORCHIDEAE.

Tribus II. *EPIDENDREAE.*

(Continuat.)

B.IV.B.

II. Labell. indivisum (rarius sub-3-lobum, cfr. Brassavola).

a. Sepala fere tota connata in tubum basi antice gibbosum ad faucem contractum apice breve 3-fidum. Pet. libera, paulo minora. Lab. liberum, cum columnae basi producta continuum, indivis. Col. semiteres, clinandr. 4-dentato. Anth. 2-loc. Poll. 8, paribus 4 glandulae communi affixa. (Hb. terrestr., pseudobulb. aggregatis, fol. subcoriac. striat., spica secunda, fl. majusc. sanguin. — *Ind. or.*) . . . . Cryptochilus. WALL.

b. — ringentia, acuminatissima, lateralia labello supposita columnae ungui adnata. Pet. conformia. Lab. cum columna articulatum, sepalis minus, indivis., acuminat., intus lineatum. Col. semiteres, basi producta. Anth. subcarnosa, incomplete 8-loc. Poll. 8, ope materiei pulvereae elasticae cohaerentia. (Hb. terrestr., glabra, caul. radicant., fol. longe petiolat. membranac. plicat., petiol. basi bulboso-tumidis, scapo laterali spicato-multifloro. — *Java.*) . . . . Mitopetalum. BLUME.

c. — erecto-patentia, lateralia subtus connata. Pet. paulo angustiora. Lab. parvum, patens, integr., irritabile, cum columnae pede incurvo calloso elastice articulatum, disco calloso. Col. incurva, libera, clavata. Anth. 2-loc., loc. 4-locellatis. Poll. 8, compressiusc., caudic. elasticis connata. (Hb. epiphyta, caul. radiciform. pseudobulbiferis, fol. rigid. lanceol. oblique retusis, scapis term. spicato-00-flor. — *Java.*) . . . . Tylostylis. BLUME.

d. — libera, patent., petalis conformia et subaequal. (Hbae epiphytae plerumque 1-phyllae. — *Amer. trop.*)

1. *Anth. 4-loc., septis marginatis, loc. semi-2-part.* Poll. 8 subaequalia, nonnullis parvis interjectis. Sep. et pet. acuminata. Lab. cucullatum, columnam involvens, indivis. v. leviter 3-lobum, limbo saepe undulato v. dentato-ciliato. Col. clavata, marginata, clinandrio postice 3-dentato, stigmate infundibulari. (Fol. carnosa, supra canaliculata; fl. term., magni, speciosi.) . . . . Brassavola. R. BR.

2. — *term., 8-loc., cardine crasso.* Poll. 8, antice et postice parallela, caudic. 2 pulvereis. Sep. petalis paulo latiora. Lab. basi cum columna connatum, cucullat., linguaeforme, integrum, medio crista transversa simplici. (Col. apice utrinque alata, alis integris supra labelli cristam conniventibus. (Hbula ebulbis, racemis ax. effusis pauciflor., flor. majusc.) . . . Sophronitis. LINDL.

Tribus III. *VANDEAE.*

I. Pollinia 8.

A. Labellum liberum.

I. Labell. ecalcaratum.

a. Labell. indivisum. Perianthium clausum. (Hbae epiphytae. — *Java.*)

1. *Labell. saccatum, columnam amplectens.* Col. brevis carnosa, superne dilatata. Anth. truncata, 2-loc., loc. sub-2-locellatis. Poll. ovata, compressa, in glandula sessilia. Sep. lateralia dorsali latiora, carinata, labello subposita. Pet. angustiora. (Caules simpl., elongati; fol. coriac., angusta, oblique emarginata; fl. term., dense capitati, paleaceo-bracteati.) . . . . . Glomera. BLUME.

2. — *concavum, columnae parallelum.* Col. semiteres, rostello elongato cornuto. Anth. dorsal., rostrata, 2-loc. Poll. subglobosa, caudic. longa filiformi, gland. hamata. Sep. basi connata, petalis majora. (Fol. subcarnosa, saepius pseudobulbis imposita; fl. in scapo radicali spicati.) . . . . Thelasis. BLUME.

3. — *subinclusum, ungue longo incurvo, limbo concavo crasso.* Col. brevis, basi longe producta, libera. Anth. 2-loc., loc. 4-partitis. Poll. in glandula sessilia. Sep. basi connata, lateralia basi producta calcar breve obtusum mentientia, dorsali petalis subaequalia. (Caul. brevissimi, ebulb.; pedunc. ad basin folii nascent. 1-flori, paleis cincti.) . . . . . . Ceratostylis. BLUME.

b. Labell. 3-lobum, patulum, venis basi callosis. Col. marginata, canaliculata, mutica, rostello laminato convexo. Anth. opercularis, subrotunda, glabra. Poll. in laminam luteam confusa, 4 exteriora tenuia 4 interiora crassiora abscondentia. Sep. basi paulo producta, lateralia columnae pedi producto adnata, calcar simulantia. Pet. conform., libera. (Hb. epiphyt., caul. depauperat. pendulis, fol. nervos. basi vaginantib., racemis lateral. multiflor. — *Amer. trop.*) Chysis. LINDL.

II. Labell. calcaratum, indivisum, limbo inferne tumido. Sep. et pet. erecto-patent., subaequal., libera. Col. erecta, semiteres. Anth. 2-loc., loc. sub-4-locellatis. Poll. obovata, caudic. filiformi brevi, gland. minuta. (Hba terrestr., caul. basi tumidis, fol. membranac. nervos., pedunc. lateral. paucifl., fl. albis. — *Java.*) . . . . Limatodes. BLUME.

B. Labell. cum columna connatum. Perianth. explanatum.

1. *Pollinia basi valde attenuata, quaternatim glandulae 2-partibili adhaerentia.* Col. brevis, rostello saepius rostrato. Sep. subaequal., libera v. lateralia labello paulo adnata. Lab. cum col. continuum, lobatum v. integr., calcarat. v. muticum, disco lamellato v. tuberculato. (Hbae terrestr., fol. latis plicatis, scapis erect. multiflor., fl. alb. v. lilacin. v. raro luteis. — *Ind. or., Japon., ins. Mascaren.*) . . . . Calanthe. R. BR.

2. — *elongata, cuneata, sessilia.* Col. semiteres, erecta. Anth. 2-loc., loc. 2-partitis. Sep. lata, aequalia, lateral. labello subposita. Pet. linearia. Lab. saccatum, medio constrictum, limbo libero truncato indiviso. (Hb. epiphyta, caulesc., fol. linear. acuminat., fl. term. capitat. bracteis paleaceis cinctis. — *Java.*) . . . . Agrostophyllum. BLUME.

II. Pollinia 6, (?) apice materie granulosa cohaerentia.

Anth. erecta, e columnae latere postico brevissime stipitata, superne in acumen 3-angulare producta, 2-loc., loc. discretis. Col. brevis, sub-4-angular., ad latera laminis membranaceis subquadratis appendiculata. Sep. et pet. erecta, libera, subaequal., sep. ovato-3-angularia, pet. ovato-lanceolata angustiora. Lab. conforme, erect., concav., integrum. (Hba epiphyta, rad. fasciculat. filiform., caule brevissimo, fol. distich. membranac. angustis scapis ax., fl. spicat. — *Molucc.*) . . . . Oxyanthera. BRONGN.

III. — 2, integra v. sulcata v. 2-loba, aut 4 discreta (raro sterilibus pluribus aucta, cfr. Aëranthus, Oeonia).

A. Caudicula unica, interdum bifida (cfr. Acanthoglossum, Burlingtonia, Mystacidium, Trichocentrum), rarissime nulla (cfr. Alamania).

I. Labell. basi calcaratum, cornutum v. saccatum (cfr. Zygostates, Burlingtonia).

A. Labell. cum columna alte connatum (rarissime liberum, cfr. Lissochilus).

a. Pollinia 4, obovata. (Hbae epiphytae. — *Java*)

1. *Lab. basi saccatum, limbo abbreviato fornicato.* Col. nana, aptera, obtusa. Anth. semi-2-loc. Poll. basi foveata. Sep. linear., petalis conformia, lateralia labello adnata. (Hbula caul. simpl. compress., fol. equitant. rigid. scalpelliform., pedunc. ax. pauciflor.) . . . . Microsaccus. BLUME.

2. — *basi ventricosum, limbo reflexo-patente 2-lobo intus 2-calloso.* Col. utrinque membranaceo-marginata, superne libera. (Anth. infraapicalis, 2-loc., rostello emarginato incumbens. Poll. glandulae hamatae affixa. (Hb. pseudobulbosa, pedunc. 00-flor., fl. distichis bracteat.) Acanthoglossum. BL.

b. Pollinia 2.

1. *Lab. cum columnae marginib. connatum, saccatum, utroque margine cornutum, limbo indiviso* carnoso, callo saccum subclaudente. Sep. et pet. explanata, patent., sep. lateral. labello subposita. Col. erecta, basi 1-cornis. Anth. 2-loc. Poll. globosa, biloba, caudic. lineari, gland. parva hamata v. peltata. (Hb. epiphyt. radicant. subramosae, fol. coriac. v. carnosis, pedunc. lateral. v. oppositifol. breviss. 1-pauciflor. — *Java.*) . . . . Trichoglottis. BL.

2. — *cum col. connatum, basi in calcar cum columnae basi productum, 3-lobum.* Perianth. ringens; sep. superius erectum, lateralia connata columnae basi productae adnata, saccata, porrecta. Pet. revoluta, sepalis majora magisque membranacea, basi valde obliqua et columnae productae adnata. Anth. antice truncata. Poll. pyriform., in caudic. linearem deflexa. (Hba epiphyta, ... — *Brasil.*) . . . . Chaenanthe. LINDL.

3. — *cum columnae basi connatum, rarius liberum, saccat., concav., integr. v. 3-lobum.* Perianth. explanat.; sep. parva, herbacea, reflexa v. patent., libera. Pet. maxima, alaeform., patent., explanata. Col. erecta, brevis, semiteres. Anth. 2-loc., cristata. Poll. postice 2-loba, caudic. lineari brevi, gland. 3-angulari. (Hba terrestr. acaul. pseudobulbosa, fol. striat. v. plicat., racemis term., fl. specios. — *Afr., Arab., Brasil.*) . . . . Lissochilus. R. BR.

B. Labell. liberum, columnae basi saepius longe productae affixum. (v. pag. sequ)

ORCHIDEAE.

Tribus III. *VANDEAE.*

(Continuat.)

III.A.*I.*

B. Labell. liberum, columnae basi saepius longe productae affixum.

1. *Lab. cornutum v. brevius calcaratum, sessile, 3-lob. v. indivis.*, venis cristatis barbatis v. laevib. Col. semiteres, marginala. Anth. 1-2-loc. Poll. 2, postice 2-loba, v. cava, caudic. lineari brevi, gland. transversa. Sep. et pet. explanata, adscendent., subaequal., libera v. cum columnae ungue plus minus producto connata. (Hb. terrestr. pseudobulb., fol. membranac. longis plicat. v. 00-costat., scapis 00-flor. — *Ind. or., Afr.*) . . . . . . Eulophia. R. Br.

2. — *infundibuliforme, calcarat., sessile, indivis.*, intus laeve, margine nunc fimbriato. Col. erecta, membranaceo-alata, clinandrio declivi. Anth. galeaeformis, crista recurva cum clinandrii dorso cardinata. Poll. 2, postice excavata, caudic. brevi, cum gland. elongata basi divergenti-biloba articulata. Sep. et pet. patent. v. connivent., saepius adscend.?, libera. (Hb. terrestr., fol. plicat., scapis radical. v. racemis term. — *Afr. trop. occ., Guiana.*) . . . . . . Galeandra. Lindl.

3. — *saccat. v. calcarat., cum columnae ungue articulatum, 3-lob.*, lobis lateral. nanis, medio cucullato v. subulato v. abbreviato-tumido v. subfornicato. Col. brevis, aptera, in germen recumbens. Anth. 2-loc. Poll. 2, postice sulcata, caudic. lata v. filiformi, gland. peltata subrotunda. Perianth. patens v. clausum; sep. lateral. basi saepius obliqua, cum columnae ungue producto connata. (Hbae epiphytae, caul. radicant. subsimpl., fol. distich. coriac. v. subcarnos., fl. racemos. v. spicatis. — *Ind. or.*) . . . . . . Aërides. Lour.

4. — *unguiculatum, cum basi columnae continuum, saccatum, utrinque cornutum.* Col. arcuata, semiteres, compressa, apice truncata, rostello longissimo, gynizo applanato exsucco. Anth. membranacea, incumbens, subbiloba. Poll. 2 elongata, compressa, caudic. elongata subspathulata, gland. ovali. Sep. patent., membranac., aequal., libera. Pet. multo angustiora, spathulata, columnae parallela, carnosa. (Hb. epiphyta, pseudobulb. 4-gonis 1-phyll., fol. coriac. 5-nerv., racemis radical. squamos. filiform. pendulis 00-flor. atropurpur., fl. carnos. flavis, lab. apice purpureo. — *Brasil.*) . . . . . . Scleropteris. Scheidw.

C. Labell. liberum v. cum columna parum connatum, sessile.

A. Sepala omnia libera (raro inter se v. cum lab. paulo connata, cfr. Ionopsis, Taeniophyllum).

† **Labell. basi saccatum** (nec calcaratum, rarius leviter cornutum et tunc carnosissimum, sepalis aequale v. majus, — cfr. Vanda, Diplocentrum).

a. Labell. cum columna continuum, integrum rarius lobatum.

1. *Lab. cucullato-ventricosum, sessile, versus basin saccatum.* Col. brevis, erecta, semiteres. Anth. 2-labiata. Poll. 2, postice biloba, caudic. brevissima, gland. transversa. Sep. et pet. subaequal., connivent., subsecunda. (Hbae terrestr. tuberosae, fol. plicat., racemis apice recurvis. — *Ind. or., Nov. Holl.*) . . . . . . Geodorum. Jacks.

2. — *saccatum v. obconico-calcaratum, subtrilob., lobo medio carnoso.* Col. libera, crassa, abbreviata, rostello obtuso. Anth. 2-loc. Poll. oblique biloba, caudic. lineari, gland. subrotunda. Sep. et pet. subaequal., patent., explanata. (Hbae epiphytae caulesc., fol. distich coriac., spicis oppositifol., fl. specios. — *Ind. or., China.*) . . . . . . Vanda. R. Br.

3. — *magnum, 2-3-lobum, basi saccato-concavum.* Col. arcuata, aptera, interne canaliculata. Anth. 2-loc., decid. Poll. 2, caudic. lamelliformi. Sep. et pet. conniventia, sep. subovata, pet. minora oblonga. (Epiphyt., caul. simpl. foliato, fol. carnos. cum vagina articulatis, spic. lateral. — *Ins. Marian.*) . . . . . . Luisia. Gaudich.

b. Labell. cum columna articulatum.

1. *Lab. nanum, elastice articulat., medio saccatum, 3-lob., lobo medio carnoso.* Col. abbreviata, erecta, aptera. Anth. 2-loc. Poll. 2 biloba, gland. subtriangulari peltata. Sep. et pet. explanata, patent., linear., subaequal. v. lateralia majora. (Hba epiphyta, caule radicante ramoso alte scandente, fol. coriac., fl. paniculat. specios. — *Ind. or., Japon.*) . . . . . . Renanthera. Lour.

2. — *indivisum, 2-calcaratum*, calc. brevib. obconic. incurvis. Col. minuta, semiteres, rostello obtuso. Poll. 2?, caudicula subulata, gland. maxima concava. Perianth. subclausum; sepalum supremum lateralib. paulo obliquis multo petalisque paululum minus. (Epiphyta caulesc., fol. carnos. complicat. recurv., racemis paniculat. recurv., fl. minutis. — *Ind. or.*) . . . . . . Diplocentrum. Lindl.

3. — *cymbiforme, patens, membranaceum, basi intus cornutum v. dentatum.* Col. teres, antice excavata, basi utrinque brachio lineari patentissimo apice globoso sepala aequante, rostello longissimo subulato arcuato. Anth. rostrata, 1-loc. Poll. 2, caudic. subulata, gland. minima. Sep. et pet. membranacea; sep. reflexa, petalis patulis dilatatis fimbriatis multo minora. (Hba epiphyta, acaul., racemis pendulis, fl. parv. viridi-luteis. — *Brasil.*) . . . . . . Zygostates. Lindl.

c. Labell. basi saccatum, ungue 2-calloso columnae parallelo, lamina reflexo-patente 2-loba explanata. Col. erecta, semiteres, aptera, rostello rostrato. Anth. 1-loc., rostrata. Poll. 2 postice sulcata, caudic. lineari inclusa, gland. obovata. Perianth. clausum. Sep. petalis conform., labello multo minora, lateralia basi approximata cum basi labelli connata. — (Epiphytae acaul., fol. coriac., scapis vaginat., fl. paniculat. parv. pallid. — *Amer. trop.*) . . . . . . Ionopsis. H. B. K.

†† **Labell. calcaratum** (rarius saccatum, cfr. Ceratochilus).

a. Columna mutica.

α. Labellum plus minus columnae adnatum.

1. *Lab. indivisum, basi columnae accretum, calcare apice saepius in laminam petaloid. producto. Col. erecta, semiteres, rostello subulato.* Anth. semibiloc. Poll. 2 subglobosa, caudic. elongata, gland. minuta. Perianth. explanat., patens. Sep. petalis aequalia, lateral. saepius majora. (Epiphytae caulesc., fol. coriac., distich. apice saepe obliquis, fl. ax. racemos. v. solitar. — *Ind. or., ins. Mascaren.*) . . . . . . Saccolabium. Blume.

2. — *indivisum* (Saccolabii) *calcare inappendiculato. Col. erecta, nana, rostello ovato.* Anth. semibivalvis. Poll. 4, caudic. capillari, gland. exigua. Sep. connivent., basi connata, lateralia labello adnata. (Hbulae epiphyt. acaul., fol. fasciculat. linear. planis fasciolat., fl. spicat. bracteolat. minut. — *Java.*) . . . . . . Taeniophyllum. Bl.

3. — *columnae basi accretum, limbo 3-dentato, calcare dente clauso.* Col. erecta, semiteres. Anth. semibiloc. Poll. 2 biloba, subglobosa, caudic. filiformi, gland. minuto hamata. Sep. et pet. patent., linear., subaequal., anteriora labello subposita. (Epiphyt, caul. radicant., fol. distich. rigid. subcarnos., spicis oppositifol. subramos. — *Ind. or.*) . . . . . . Cleisostoma. Bl.

4. — *cum col. connatum, parvum, fauce 2-glandulosum, limbo 3-fido v. integro*, calcare v. sacco compresso. Col. nana. Anth. 2-loc. Poll. 2 globosa, biloba, caudic. filiformi, gland. hamata. Perianth. patens; sep. 2 lateral. labello subposita; pet. angustiora. (Hbulae epiphyt., caul. subsimpl., fol. distich. linear. subtriquetr., pedunc. solitar. — *Ind. or.*) . . . . . . Ceratochilus. Bl.

β. Labell. liberum cum columna continuum. Anth. 2-loc.

1. *Labell. cornutum, cornu dente clauso, 3-lobum.* lobis lateral. erectis, medio difformi utrinque calloso in ligulam bifidam patentem producto. Col. semiteres, aptera. Poll. 2 bipartibilia, caudic. filiformi medio articulata, gland. arcuata dilatata. Sep. et pet. subaequal., explanata, patent. (Epiphyta caulesc., fol. distich. angust. rigid., spica oppositifol. — *Java.*) Echioglossum. Bl.

2. — *nanum, 3-lobum, calcare longo.* Col. labello aequalis, erecta, marginata. Poll. 2 bipartita, caudic. lineari, gland. parva transversa. Sep. et pet. patent., conform. obovata; pet. angustiora. (Hb. terrestr., pseudobulb. caespitos. 1-phyll., fol. plicat., fl. racemos. ebracteat.? — *Amer. bor.*) . . . . . . Anthericlis. Raf.

3. — *sessile, carnosum indivis.*, petalis multo latius, calcare recto cornuto subcylindraceo sepalis multo longiore, rarius obconico. Col. nana, subteres, raro elongata semiteres. Anth. truncata. Poll. 2 bipartibil., caud. brevi angusta, gland. 3-angulari. Sep. et pet. subaequal., patent., libera. (Epiphytae caulesc., fol. coriac. ligulat. apice obliquis, fol. solitar. v. racemos. alb. v. citrin. v. herbaceis. — *Ins. Mascaren, ? Antill.*) . . . . . . Angraecum. Thouars.

γ. Labell. liberum, cum columna articulatum. Anth. 2-loc. Col. semiteres.

1. *Labell. sessile, nudum v. basi bilamellatum, lamina lobata cucullata v. complicata* v. *concava*, calcare curvo saepe obconico. Col. saepe elongata. Poll. 2 postice sulcata, caud. angusta, gland. minuta. Perianth. patens. v. connivens v. ringens, subaequale, haud secundum. (Epiphytae caulesc. v. acaules, nunc pseudobulbosae, fol. coriac. v. raro membranac. nunquam plicatis, fl. saepe minutis. — *Ind. or., China, ins. Mascaren., Afr. austr., Brasil.*) . . . . . . Oeceoclades. Lindl.

2. — *carnosum, 3-lobum, calcare brevi intus semibiloculari.* Col. erecta. Poll. 2 postice lobata, caudic. et gland. variis. Sep. et pet. subaequal., explanata. (Epiphytae caulesc., fol. distichis plan. v. teretib., racemis v. spicis oppositifol. simpl. v. paniculat., fl. specios. — *China.*) . . . . . . Sarcanthus. Lindl.

b. Columna nana, semiteres, apice truncato ciliato-fimbriata. (v. pag. sequ.)

ORCHIDEAE.

Tribus III. *VANDEAE.*

(Continuat.)

III.A.*I.*C.*A.*††.

b. Columna nana, semiteres, apice truncato ciliato-fimbriata. Anth. postica, 2-loc., pilosa. Poll. 2, integra, caudic. bifida, gland. ovali convexa. Sep. et pet. subaequal., libera, subpatent. Lab. erect., integrum, disco callosum, basi cum columnae marginib. connatum, calcare elongato. (Hba epiphyta, ebulbis, fol. radical. basi incrassata concavis, pedunc. radical. breviss. 1-flor., fl. magnis specios. — *Peruvia.*) . . . . Trichocentrum. Poepp. et Endl.

c. — semiteres, aptera, basi 2-cornis (quasi antice 2-cirrhosa), rostello cornuto. Anth. semibiloc., cornuta. Poll. 2 bipartibilia, globosa, caudic. filiformi, gland. parva hamata. Perianth. clausum. Lab. sepalis et pet. multo majus, calcarat. v. saccatum, basi columnae accretum, limbo obsolete 3-lobo. (Epiphytae, caul. subramos. teret., fol. carnos. linear. v. subulat., spicis simpl. v. ramos. — *Java.*) . . . . Schoenorchis. Bl.

B. Sepala lateralia connata, labello subposita. Anth. 1-loc. (Hbae epiphytae pseudobulbosae. — *Amer. trop.*)

1. *Perianth. convolutum, obliquum,* membranaceum; sep. et pet. unguiculata, aequilonga; sep. lateralia basi saccata; pet. paulo latiora. Lab. majus, unguiculat., apice dilatat. 2-lob., basi brevissime calcarat. v. aequale, ungue columnae parallelo canaliculato lamellato. Col. teres, longe clavata, apice interdum appendicib. 2 coloratis (staminodiis) aucta, clinandrio retrorsum declivi, stigmate utrinque cornuto. Poll. 2, caudic. refracta apice dilatato-bifida glandulae naviculari affixa. (Pseudobulbi basi foliati, apice 1-2-phylli; fl. racemosi speciosi.) . . . . Burlingtonia. Lindl.

2. — *cylindraceum;* sep. et pet. linear., aequilonga; sep. basi gibbosa. Lab. oblong., integr., muticum, columnae parallelum, basi excavatum 2-callosum. Col. linearis, semiteres, erecta, apice utrinque auriculata. Poll. 2 postice excavata, caudic. lineari, gland. minuta. (Fol. teretia, maculosa; panic. capillaris.) . . . . Quekettia. Lindl.

3. — *patens, subaequale.* Lab. unguiculat., integr., basi cornutum, medio callosum, ungue cum col. parallelo. Col. teres, apice barbata. Anth. carnosa, clinandr. nudo retrorsum declivi. Poll. 2 postice excavata, caudic. elastica. (Fol. coriac. v. membranac., plicata; spicae secundae, fl. specios.) . . . . Rodriguezia. R. et Pav.

II. Labell. ecalcaratum (raro saccatum, cfr. Maxillaria, Ornithidium, Acropsis, Micropera).

A. Labell. cum columna connatum.

1. *Perianth. ringens, sep. supremo fornicato, lateralib. labello subpositis et cum eo basi connatis.* Pet. libera, sepalis lateralib. conformia et subparallela. Lab. carnos., indivis. Col. ad utrumque marginem clinandrii alata. Anth. 2-loc., rostrata. Poll. 4 collateralia, in gland. ovata sessilia, compressa. (Epiphyta caulesc., caespitosa, humilis, fol. distich. approximat. vaginant. coriac., fl. subterm. sessil. solitar. discolor. — *Brasil.*) . . . . Nanodes. Lindl.

2. — *patens, aequale, sep. supremo cum petalis basi connato, lateralib. liberis.* Lab. oblong., concav., cum col. semiconnat. et parallel., obsolete 4-lobum. Col. semiteres, marginata. Anth. . . . . Poll. 2 pyriform., postice sulcata, caudic. plana cuneata, gland. parva. (Epiphyt. caulesc. pseudobulbosae, fol. subcoriac., spicis radical. brevib., fl. mediocr. — *Panama, Columbia.*) . . . . Aspasia. Lindl.

3. — *clausum, sep. et pet. liberis aequalib.* Lab. cucullatum, disco callosum, cum columnae basi connatum et parallel. Col. teretiusc., rostello brevissimo. Anth. 2-loc. Poll. 2 bipartibilia, in gland. 3-angulari parva sessilia, lobis incumbentib. (Epiphyta, caul. ramos., pseudobulbis axillarib., fol. subcoriac., racemis ax. sessil. effusis. — *Antill.*) . . . . Ornithidium. Salisb.

4. — *patulum, 4-phyll., sep. et pet. subaequalib.* Lab. cum basi columnae in tubum connatum, limbo patente cordato cristato. Col. erecta, cornubus 2 porrectis apice glandulosis. Anth. 2-loc., intra clinandr. fornicatum abscondita. Poll. 2 fusiform., caudic. filiformi, gland. subrotunda parva. (Epiphyt. pseudobulb., fol. angust., panic. radical. — *Java.*) . . . . Acriopsis. Blume.

5. — *globosum, sep. supremo cum petalis conformib. basi connato, lateralib. labello subpositis invicem connatis.* Lab. posticum, cum col. parallelum et basi levissime connatum, conc., integr., acutum. Col. teres, clavata, stigmate longitudinali. Anth. 1-loc., carnosa. Poll. 2, basi discreta, solida, caudic. maxima oblonga, gland. parva ovali. (Epiphyta parva, acaul., fol. distich. falcatis, scap. paniculat., fl. aggregat. minut. — *Ind. occ.*) . . . . . . Trizeuxis. Lindl.

B. Labell. liberum, sessile v. subsessile (raro columnae basi adnatum, cfr. Cymbidium, Miltonia, aut unguiculatum, cfr. Cyclosia, Cyrtochilum, Grammatophyllum, Phymatidium, Acropera).

A. Sepala lateralia plus minus inter se aut cum labello petalisve connata.

† *Perianth. connivens.* Col. semiteres. Poll. 2 postice fissa v. biloba.

1. *Labell. erect., medio articulatum,* parte superiore obovata truncata medio pulvinata, inferiore biloba columnae continua. Col. erecta, basi magna dilatata. Anth. ecristata, 2-loc. Poll. gland. sessilis, nuda, rostellum involvens. Perianth. globosum; sep. basi subconnata, concava, labello connata, petalis conformib. paulo majora. (Hba subterrestr., pseudobulb., fol. plicatis, scapis radical. plicat. 00-fl., fl. specios. — *Panama.*) . . . . Peristeria. Hook.

2. — *cum col. basi continuum,* planum, nudum, 3-fid., breve unguiculatum. Col. elongata, tortuosa, antice concava, apice longe apiculata. Anth. incomplete 2-loc., term., apiculata. Poll. ovata, caud. plana demum elastice contractili, gland. cartilaginea globoso-subcompressa. Perianth. incurvo-ovatum, membranac.; sep. basi inter se connata, petalis aequal., lateralia labello subposita ejusque ungui adnata. (Epiphyta, ramis dense oppositis carnoso-incrassat. subfusiform. lacero-vaginat., fol. distich. basi vaginant., scap. subradical., fl. racemos. secundis adscend. — *Mexico.*) . . . . Cyclosia. Klotzsch.

†† *Perianth. patens v. semipatens.*

a. Sepala lateralia obliqua v. basi producta, calcar referentia.

sepala petala et labellum petaloidea, forma et directione consimilia, patula. Lab. ecalcaratum. Anth. intramarginalis. (Hb. terrestr., glabr., rad. fasciculat. bulbiferis, caule 1-phyllo vaginato, fl. laxe spicatis specios. coerul., rarius alb. v. carneis v. flavis.) . . . Subtribus VI. THELYMITRIDEAE.

1. *Labell. sessile. Col. 2-fida, clinandr. petaloideo cucullato apice 3-fido,* lobis lateral. penicillatis v. barbatis rarius nudis, intermedio demissius antherifero. Anth. mutica v. mucronata, 2-loc., loc. 2-locellatis. Poll. 4, stigmatis glandulae affixa. Stig. omnino liberum. (*Australia, Java.*) . . . . . Thelymitra. Forst.

2. — *unguiculatum, ungue canaliculato, marginib. callosis e columnae basi productis,* lamina integra basi processubus filiformib. fasciculatis aucta. Col. nana, petaloideo-marginata, clinandr. excavato integro. Anth. mutica. Poll. 2, biloba. Stigma obcordatum. (*Nov. Holl. austr. et occid.*) . Epiblema. R. Br.

Tribus VII. *CYPRIPEDIEAE.*

Perianth. patens; sep. lateralia labello subposita, connata v. libera; pet. libera, saepe angustiora. Lab. inflato-saccatum, margine inflexo utrinque auriculato. Col. nana. Stam. 3, centrali sterili dilatato inflexo, lateralib. 2 fertilibus; anth. sub stam. sterili latentes, subrotundae, 2-loc., poll. pulticeo-granuloso. Styl. subliber, teres; stig. term., disciforme, deltoid., columnae faciem infra antheras occupans. (Hb. terrestr., rad. fibros., caul. foliosis v. subaphyll., fol. plicat. v. coriac., fl. specios. solitar. v. racemos. v. paniculat. — *Eur., Asia et Amer. bor. et trop.*) . . . . . Cypripedium. L.

CCXLIII. APOSTASIEAE.

1. *Stam. 3 v. 2, tertio sterili perianthii foliolo extimo antico opposito quandoque deficiente,* reliquis 2 antheriferis ante foliola interiora lateralia positis; filam. stylo inserta; anth. 2-loc. Germ. 3-loc., loc. in angulo centrali 00-ovulatis. Styl. simplex, stig. obsolete 3-lobo. Caps. 3-loc., 00-sp. Perianth. superum, corollinum, foliol. 6 aequalib. (Hbae, caul. gracilib. foliosis, racemis ax. et term. nutant. — *Ind. or., Nov. Guinea.*) . . . . . Apostasia. Blume.

2. — *3 aeque fertilia.* Stigma 3-gonum. Perianthii foliolum intimum posticum (labellum) difforme. Caet. Apostasiae. (Hb. caule simpl. radicante, fol. late lanceolat., nervoso-plicatis, racemo term. puberulo, pedicell. brevib., fl. 1-bract. flavesc. — *Java.*) . . . . . Neuwiedia. Blume.

SCITAMINEAE. *(Classis.)*

A. Stamen unicum fertile. Perianthium epigynum, irregulare, duplex; exterius (calyx) 3-merum; interius (corolla) 6-merum, coloratum, biseriale, seriei interioris laciniae (stamina steril. petaloidea s. staminodia externa Lestib.) heteromorphae, tertia majore labelliformi saepius 2-3-loba (synema, Lestib.) lateralib. interdum deficientibus. Germ. inferum, 3- v. abortu 2-1-loc. Styl. 1, filiform., basi glandulis epigynis 2 v. plurib. (stylodiis, Lestib.) liberis v. in vaginulam connatis auctus. Sem. albuminosa. Embr. axilis, rad. infera v. centripeta.

I. Stamen fertile petalo exteriori postico insertum. Anthera 2-loc. Sem. saepe arillata. Vitellus carnosus basi pro exsertione radiculae perforatus. Embr. orthotropus. . . . . ZINGIBERACEAE.

II. — fertile petalo interiori laterali insertum. Anth. 1-loc., loc. altero abortivo. Sem. exarillata, embr. orthotropo aut uncinato, vitello nullo. . . . . CANNACEAE.

B. Stam. fertilia 6 v. saepius 5 (sexto postico plerumque abortivo, reliquorum pluribus interdum castratis) perianthii laciniis opposita iisque basi v. germinis apici inserta; filam. libera; anth. introrsae, 2-loc. Perianth. epigyn., simplex, corollinum, 6-merum, biseriale, irregulare, lacinia exteriore antica saepe maxima, interiorum saepe minorum lacinia postica minima labelliformi. Germ. 3-loc. Sem. saepe arillata; embr. axili orthotropo, rad. brevi albumen perforante et umbilicum attingente infera v. centripeta, vitello nullo. . . . . MUSACEAE.

CCXLIV. ZINGIBERACEAE.

A. Germen septis incompletis 1-loculare. (Hbae rhizocarpicae, inflor. term. laxiflora).

Tribus I. *GLOBBEAE.*

I. Calyx laxe tubulosus, 3-fidus v. subtruncatus, limbo erecto. Corollae tubus gracilis, limbi laciniae exteriores subaequales, interiores variae, labell. basi cum filamento tubulatum. Filam. elongato-lineare, carinatum, ultra antheram haud productum. Germ. 00-ovulat., placent. 3 parietal., ovulis adscend. anatropis. Styl. filiform., inter antherae loculos transiens, stig. infundibuliformi. Caps. 00-sp., 3-valv., valv. medio seminiferis. Sem. arillata. (Hbae annuae, humiles, fol. distichis membranac. lanceolat., vaginis fissis, inflor. term. laxe fasciculata v. racemosa v. spicata. — *Asia trop.*) . . . . Globba. L.

- α. **Antherae exappendiculatae.**
  - 1. Labellum patens v. adscendens, complicatum, genitalia includens, 3-lobum, lobo medio productiore emarginato. Pet. interiora lateralia minuta, inclusa. . *Calimbium*, Juss.
  - 2. — deflexum, pendulum, explanatum, 2-fidum. Pet. reflexa, subaequalia, dorsale exterius concavum. Genitalia longe exserta. . . . . *Globba*, Lestib.
- β. **Antherae appendicibus dorsalibus lateraliter auriculatae.**
  - 1. *Petala interiora lateralia filamenti basi adnata* (quasi supra corollae orificium obliquum orta) longe exserta, anguste linearia; exteriora breviora, lata, dorsali concavo. Labell. deflexum, explanatum, utrinque 2-fid. . . . . *Mantisia*, Curt.
  - 2. — *interiora lateralia libera.* (Caet. Globbae.) . . . . *Colebrookia*, Roxb.
- γ. **Antherae basi calcaratae.** (Caet. Globbae.) . . . . *Ceratanthera*, Horn.

II. — tubulosus, apice constrictus, limbi brevissimi lobis 3 reflexis. Corollae tubus brevis, limbi laciniae exteriores aequales, lineares, apice cucullatae, erecto-patentes, interiores laterales minimae denticuliformes, labell. majus suborbiculatum, complicatum, apice emarginatum, crispum. Filam. lineare; anth. loculi arcuatim convergentes. Germ. spongiosum, ovulo 1 e basi erecto. Styl. Globbae, stig. carnoso 3-gono cucullato. Fr..... (Hba caulesc., fol. ovali-lanceolat., ligula 2-loba, racemo term. brevi simpl. — *China.*) . . . . Monocystis. Lindl.

B. Germen 3-loculare. Ovula in loculor. angulo centrali 00, horizontal., anatropa. Caps. loculicido-3-valv. (raro indehisc, cfr. Alpinia, Gastrochilus, Monolophus, Cenolophon). Sem. arillata.

I. Herbae rhizocarpicae, radicib. carnosis tuberosis, caul. annuis, folior. vaginis fissis, inflor. term. (cfr. Zingiber) *dense spicata.* . . . .

Tribus II. *ZINGIBEREAE.*

a. Corollae laciniae interiores laterales nullae, exteriores aequales, labell. 3-lobum, tubus brevis. Calyx tubulosus, hinc fissus. Filam. supra antheram muticam in rostrum simplex incurvatum productum. Styl. filiform., filamento obvolutus, stig. infundibuliformi. Caps. subbaccata, loculicido-3-valvis. Sem. 00, in pulpa nidulantia. (Rhizoma articulat., repens; fol. disticha, membranac.; spicae strobiliform. radical. v. rarius term. solitar., bract. imbricat. 1-flor. — *Asia trop.*) . . . . Zingiber. Gaertn.

b. — — interiores laterales breves, postice conniventes, exteriores laterales angustae patentes, postica fornicata erecta, labell. majus 2-lob., tubus sursum dilatatus. Cal. tubulos. Filam. brevissimum, carinatum, anth. term. incurva basi 2-calcarata. Styl. filiform., stig. sphaeroid. perforato. (Rad. fasciculato-tuberosa, caul. erect. folios., spica subcapitata bracteata. — *Nepal.*) . . . . Roscoea. Sm.

c. — — inter. laterales exterioribus conformes v. subaequales; labell. majus, patens v. recurvatum. Cal. tubulosus 3-dentat. Styl. filiform. (*Asia trop.*)

1. *Filamentum petaloideo-dilatatum,* carinatum, apice 3-lob., lobo medio anthera 2-calcarata terminato. Stig. capitatum. (Hbae acaul., rad. palmato-tuberosis perenn., fol. herbaceis, scapo simpl. laterali v. centrali, spica simpl. erecta comosa inferne bracteis saccatis subimbricata, flor. flavesc. 3-5 intra singulas bract. bracteolatis.) . . . . Curcuma. L.
2. — *nudum, breve, conicum,* antice pro recipiendo stylo canaliculatum, ultra antheram basi brevissime 2-denticulatam in lobum obsoletum obtusum productum. Stig. infundibuliforme. Caps. membranacea. Sem. arillo magno stellatim lacero suffulta. Corollae tubus longissimus, gracilis, limbi subbilabiati lobi subaequal., labell. sessile. (Hba erecta, glauca, rhizom. simpl. ovoid., rad. tuberculiferis, fol. ovato-lanceol., caul. superne aphyll., spica term. cylindr. haud comosa, bract. saccat. 3-4-flor., fl. albis.) . . . . Hitchenia. Wall.

d. Corollae lacin. inter. laterales exterioribus (angustis, aequalib.) *multo majores,* exteriorum dorsali fornicata, lateralib. patentibus; labell. planum. Cal. tubulos., hinc fissus. Filam. breve carinatum, stylum recipiens, supra anth. muticam in cristam bifidam expansum. Styl. filiform., stig. urceolato ciliato. (Habitus *Curcumae*; bract. saepius bifariam imbricatae, rarius saccatae. — *Asia trop.*) . . . . Kaempferia. L.

- 1. Antherae appendix term. 3-loba. (Acaules.) . . . . *Trilophus*, Lestib.
- 2. — — — 2-loba. (Acaules.) . . . . *Kaempferia*, Lestib.
- 3. — — — indivisa. (Caulescentes) v. in Alpinieis. . . . *Monolophus*, Wall.

II. Herbae caulibus perennibus, foliorum vaginis fissis.

A. Inflor. radicalis spicata, rarius terminalis dense bracteata (cfr. Hedychium, Diracodes.) . . . .

Tribus III. *AMOMEAE.*

I. Corollae laciniae interiores laterales exterioribus (angustis, aequalib.) *conformes, paulo breviores,* labell. majus, tubus elongatus gracilis. Cal. tubulos., 3-dentat. Filam. filiforme; anth. term., incumbens, nuda, sagittata v. utrinque emarginata. Styl. filiform., stigm. infundibuliformi. (Rhizoma horizontale, articulato-tuberos., caul. erect., fol. subsessil. distich., spica term. strobilacea, bract. spathaceis imbricat., fl. fasciculat. bracteolat. — *Asia trop.*) . . . . Hedychium. Koen.

- α. Labellum bifidum. . . . . *Hedychium*, Lestib.
- β. — indivisum. . . . . *Gamochilus*, Lestib.

II. — — inter. laterales minimae, denticuliformes, exteriorum laterales postica angustiores,, labell. maximum explanatum, tubus elongatus filiformis. Cal. tubulos., 3-dentat. Filam. complanatum. Styl. filiform., inter antherae muticae loculos transiens, stig. infundibuliformi. (Rhizoma repens, articulat., fol. bifariis, spicis radical. imbricat. — *Asia trop.*)

1. *Filament. supra antherae loculos lateraliter adnatos haud productum,* indivisum, truncato-emarginatum. (Spicae densius v. laxius bracteatae.) . . . . Elettaria. Rheed.
2. — *ultra antheram in lobulum brevissimum integerr. rotundatum productum.* (Spicae dense bracteatae, e rhizomate plerumque epigaeo repente nascentes.) . . . . Donacodes. Blume.

III. Corollae lacin. inter. laterales nullae, exteriores laterales postica angustiores; tubus brevis. Cal. tubulos., apice 3-fid. v. 3-dent. Anthera mutica, filamenti processu superata. (Styl. stig. et habitus *Elettariae.*)

1. *Labell. angustum, indivisum.* Filam. petaloideum, apice supra antheram producto 2-lobum. (Spica term., bracteis lineari-lanceolatis dense cincta. — *Ins. Molucc.*) . . . . Diracodes. Blume.
2. — *maximum, explanatum.* Filam. complanatum, lateribus apiceque ultra anth. productum, lobulis 2 auctum, lobo term. bifido. Caps. saepius baccata, 3-valv. (Spicae radical., laxe imbricatae. — *Asia, Afr. et? Amer. trop.*) . . . . Amomum. L.

B. Inflor. caulem v. scapum terminans, laxe racemosa v. paniculata (rarius radicalis v. spicata, cfr. Alpinia, Gastrochilus, Monolophus.) . . . .

Tribus IV. *ALPINIEAE.*

I. Corollae laciniae interiores laterales minimae, denticuliformes (v. in Alpinia interdum nullae). Stylus filiform., inter antherae loculos transiens.

a. Corollae lacin. inter. laterales inter se liberae.

1. Filam. ultra antheram muticam haud productum. Stigma capitato-3-gonum. Cal. tubulos., laxus. Cor. tubus brevis, limbi laciniae exteriores aequales, erectiusculae.)
   - α. *Caps. loculicido-3-valv.* Sem. pauca. Cal. 3-dentat. Cor. lacin. exterior. subconvolutae; labell. erectum, filamentum amplectens. Filam. brevissimum, complanat.; anth. loculi laterales. (Rhizoma repens; fol. disticha; inflor. scapum radicalem v. caulem terminans plerumque laxe racemosa; flor. singuli saepe involucro calyciformi infero fulti. — *Amer. trop.*) . Renealmia.
   - β. — *baccata, indehisc.* Sem. plurima v. pauca. Cal. apice rumpens. Labell. magnum, explanatum, integr. v. 2-3-lobum. Anth. emarginata. (Rhizom. horizontale, crassum, tuberos.; caul. plures; fol. bifaria, lanceol., vagina ligulata; inflor. caulem terminans, paniculata v. racemosa v. spicata. — *Asia trop.*) . . . . Alpinia. L.
2. Filam. ultra antheram in lobulum brevissimum rotundatum integr. v. 2-lobum productum. (v. pag. sequ.)

ZINGIBERACEAE.

(Continuat.)

B. *II*.**B.** *I*.**a.**

2. Filam. ultra antheram in lobulum brevissimum rotundatum integr. v. 2-lobum productum, lineare; anth. mutica, loc. marginal. Stig. infundibuliforme. Caps. crustacea, loculicido-3-valv., 00-sp. Cal. tubulos., apice 2-3-dentatus. Cor. tubus brevis, limbi lacin. exter. laterales patentes, postica major erecta; labell. majus, patens. (Habitus *Alpiniae*. — *Asia trop., Nov. Holl. extratrop. oriental.*) . . . . Hellenia. Willd.

3. — ultra anth. muticam in lobulum brevissimum obtusum productum, lineare. Stig. infundibuliforme. Caps. lineari-lanceolata, compressa, 2-loc., ..., loc. 1-sp. Sem. e basi loculi erecta, linear. Cal. tubulos., hinc fissus. Cor. tub. brevis, limbi lacin. ext. aequales, laterales revolutae, postica erecta fornicata; labell. erect., apice patens, 3-lobum. Caul. erect.; fol. disticha; racemus term., simpl., pendulus, fl. distant. bracteatis. — *Ins. Philippin.*) . . . . Kolowratia. Presl.

4. — ultra anth. in cristam cucullatam subrotundam obsolete 4-dentatam productum, compressum. Stig. . . . . Caps. 3-loc., ... Cal. . . . . Cor. tubus . . . ., limbi lacin. exter. . . . .; labell. maximum, concavum. (Habitus *Alpiniae*; caul. maximi; fol. subtus villosa; racemus term. — *Ins. Celebes.*) . . . . Cenolophon. Blume. †

b. Corollae lacin. interiores laterales brevissimae inter se connatae in squamulam filamentum postice stipantem; exteriores patentes, aequales; labell. majus, indivis., dependens; tubus elongatus, filiform. Cal. tubulos., apice bifid. Filam. brevissimum, truncatum, ultra antherae loculos apice divergentes haud productum. Stig. infundibuliforme. Caps. loculicido-3-valv., 00-sp. (Caul. erect., folios., fol. in vagina ligulata sessil. oblong. acuminatis, panic. term. sessili basi bracteata. — *Ins. Philippin.*) . . . . Leptosolena. Presl.

II. Corollae lacin. interiores laterales exterioribus (inter se aequalibus) *latiores;* tubus elongatus, filiformis. Cal. tubulos., hinc fissus. Filam. lineare, anth. mutica. Caps. . . . . . (*Ind. or.*)

1. *Labell. maximum, saccatum;* corollae lacin. exter. patentes, interiores basi cum filamento in tubum connatae. Filam. ultra antherae loculos connectivo longiores haud productum. Stig. capitato-convexum. (Hb. acaul. v. caulesc.; rad. repens v. fibroso-ramosa, tuberib. fasciculatis; spica radicalis v. term. imbricata, fl. nutant.) . . . . Gastrochilus. Wall.

2. — *bifidum;* cor. lacin. ext. angustae, laterales erectae, postica deflexa, interiores patentes. Filam. complanatum, ultra anth. in ligulam reflexam indivisam obtusam productum. Stig. infundibuliforme. (Hba caulesc., rad. simpl. fibrosa, fol. oblong. petiolat., spica term. spatha nervosa basi involuta.) . . . . Monolophus. Wall.

III. Herbae caulib. perennibus, foliorum vaginis integris supra limbi subcarnosi insertionem in ochream oblique truncatam (nec fissam) productis. Inflor. term., raro radical., dense spicata, imbricatim bracteata. (Rad. tuberosae, repentes. — *Reg. trop. totius orbis, praecipue Asiae.*) . . . . **Tribus V.** *COSTEAE.*

Cal. tubulos., 3-fid. Cor. tubus infundibuliform., limbi lacin. ext. aequales conniventes, interiores laterales nullae; labell. maximum, campanulatum, dorso fissum. Filam. petaloideum, ultra antheram intramarginalem productum. Styl. *Alpiniae*, stig. 2-lamellato basi corniculis 2 aucto. Caps. loculicido-3-valv., 00-sp. . . . . Costus. L.

{ 1. Labelli lobi lati, membranacei. Filam. ultra anth. parum productum. . . . . *Costus*, Lestib. }
{ 2. — — brevissimi, crassi, emarginati. Filam. ultra anth. longe productum. *Jacuanga*, Lestib. }

CCXLV. CANNACEAE.

A. Ovula in germinis loculis plurima, horizontalia, anatropa, angulo centrali affixa. Caps. 3-loc., loculicido-3-valvis, 00-sp. Embr. axilis, orthotrop., radic. albumen perforante. Cal. 3-phyllus. Corollae limbus exterior 3-partitus, interior bilabiatus.) . . . **Tribus I.** *CANNEAE.*

1. *Filament. petaloideum,* anthera marginali. Styl. petaloid., stig. lineari, margini adnato. Caps. membranacea, papilloso-muricata. Sem. subglobosa, dura; embr. cylindr., cotyl. apice subinflexa. Corollae labium superius 2-3-part. v. abortu nullum, inferius indivisum. (Hbae perenn., paludosae, caul. simpl., fol. petiolat. late ovat. v. oblong., spica term. laxa bracteata. — *Amer. et Asia trop. et subtrop.*) . . . . Canna. L.

2. — *subulatum,* corollae labii inferioris 3-fidi lobo medio margine adnatum, anth. ovata compressa. Styl. crassus, 3-gonus, deflexus, longitudinaliter fissus, stig. 2-labiato. Sem. angulata, ... Corollae labium superius bifidum, inferiore brevius. (Hba caule apice 1-phyllo, racemis lateral. solitar., bract. altern. 3-phyllis 2-floris dense imbricatis. — *Amer. trop.*) . . . . . . Myrosma. Linn. fil.

B. Ovula in germinis loculis solitaria, basilaria, campylotropa. Fr. 3-1-sp. . . . . **Tribus II.** *MARANTEAE.*

I. Caps. 3-loc., 3-sp., loculicido-3-valv. (rarius abortu 1-loc. 1-sp.). Embryo rectus, excentricus, rad. umbilicum attingente, lectuli embryonalis crure altero vacuo. Cal. 3-phyll. Cor. 6-partita. (Hbae fol. longe petiolatis.)

1. *Filam. petaloid.,* anth. lineari adnata. Styl. petaloid., stig. 3-gono. Sem. uncinato-oblong., umbilico basilari foveato, testa coriacea, album. farinoso. Corollae lacin. exter. lanceolatae, inter. obtusae, labell. concavum hinc dente auctum. (Hbae saepe excelsae, fol. radical. maximis, spicis term. imbricato-bracteat. — *Amer. trop.*) . . . . Calathea. G. F. W. Mey.

2. — *breve, corollae lobo interiori laterali insertum, anth. terminali.* Styl. superne uncinatus, stig. incurvo subinfundibuliformi. Sem. uncinata, album. corneo. Cor. lacin. exter. subaequales, interiores laterales majores inter se subinaequales, labell. minus 2-lobum. (Hb. perenn., rad. repente, caule nullo v. apice 1-00-phyllo, inflor. radical. v. term. spicato-capitata v. laxe capitata v. paniculata. — *Amer. et Asia trop.*) . . . . Phrynium. Willd.

II. Fruct. 1-loc., 1-sp., indehisc. Sem. uncinato-subglobosum, album. corneo. Embr. homotrop., uncinatus, rad. umbilicum attingente. Cal. 3-phyll. Cor. 6-part.; lacin. exter. subaequales.

1. *Bacca* 1-*sp.* Sem. testa dura, rugosa; cotyledon lectuli crure brevior. Corollae lacin. exter. aequales, profundius distinctae, inter. laterales minores, labell. bifidum. Filam. petaloid., bipart., lobo altero margine antherifero, altero stylum involvente. Styl. carnos., incurvus, stig. subtrigono. (Caul. herbac. v. suffrutesc. paniculatus, inflor. term. spicata v. racemosa. — *Amer. et Asia trop.*) . . . . Maranta. Plum.

2. *Caps.* 1-*sp.* Sem. testa crustacea, opaca; cavitates 2 vacuae, embryonis lectulo parallelae. Corollae lacin. inter. lateral. inaequales, altera unguiculata, altera basi processus 2 filiformes gerente; labell. semicirculare cucullatum. Filam. filiformia, corollae laciniae laterali 2-setosae insertum, anth. laterali. Styl. crassus, spiralis, stig. inflexo concavo perforato subbilabiato, labio infer. elongato. (Hbae pruinoso-pulverulentae, scapigerae, fol. petiolat., spica composita, flor. intra spatham 2-valvem plerumque 2 nudis v. bracteolat. — *Amer. trop. et bor. calidior.*) . Thalia. L.

CCXLVI. MUSACEAE.

A. Ovula in loculis solitaria, e basi axeos adscendentia, anatropa. Dehisc. septicida. Perianthii foliola exteriora aequal. basi inter se coalescentia, interiora lateralia subconformia, approximata, genitalia amplectentia, posticum nanum. Stam. 5 basi perianthii adnata, sexto postico abortiente. Styl. filiform., stig. depressiusculo obsolete 6-lobo. Caps. subdrupacea, 3-cocca, coccis osseis 1-loc. indehisc. Sem. basifixa, obovato-subglobosa; embr. axilis, orthotrop. linear., rad. infra. (Hb. petiolis basi vaginant., scapo radicali, spathis pluribus distichis in axilla floriferis. — *Amer. trop.*) . . . . **Tribus I.** *HELICONIEAE.* Heliconia. L.

B. — in loculis plurima. (v. pag. sequ.)

MUSACEAE.
(Continuat.)

A.

B. *Ovula in loculis plurima*, horizontalia, anatropa. Fruct. loculicide dehiscens, rarius indehiscens. . . . . **Tribus II. *URANIEAE.***

I. Semina funiculo in arillum comosum v. stuposum fatiscente affixa. Embr. orthotrop., linear. Caps. 3-loc., 3-valv.

1. *Semina in loculis pluriseriata, obovato-subglobosa, funiculo longiusculo* rigido, arillo hinc semen illinc funiculum obvolvente. Flor. ignoti. (Habitus *Heliconiae*. — *Amer. trop.*) . . . . Phenacospermum. Endl.

2. — *in loc. 2-seriata, subglobosa, funiculo brevi*, testa laevi, embr. axili, radic. centripeta. Styl. filiform., stig. 3-part., lacin. linearib. Perianthii lacin. ext. subaequales, laterales erectae planae, antica porrecta carinata; interiores laterales exteriorib. subconformes, inter se connatae, genitalia amplectentes, acuminatae, medio extus auriculatae; postica nana concava. Stam. *Heliconiae*. (Hbae acaules, habitu et inflor. *Heliconiae*, flor. e spatha term. obliqua erectis. — *Afr. austr.*) . . . . Strelitzia. Banks.

II. Semina depresso-sphaerica, arillo pulposo lacero (azureo) e tuberculo umbilicali involuta et affixa, testa laevi. Embr. orthotrop., axilis, fungiform., altero latere truncatus, rad. centripeta. Caps. lignosa, loculicido-3-valv., loc. 2-seriatim 00-sp. Styl. crassiusculus, stig. infundibuliformi subclavato apice brevissime 6-dentato. Perianth. lacin. ext. aequales, antica carinata; interiores paulo minores, laterales paulo minores aequales exauriculatae genitalia amplectentes, postica subconform. paulo brevior. Stam. 6, omnia perfecta. (Truncus palmiform., e folior. vaginis conflatus; fol. alterne disticha, longe petiolata; pedunc. e summis axillis, flor. spicat. distiche spathaceo-bracteat., flor. in bractear. axillis glomeratis bracteolat. — *Madagasc.*) . . . Ravenala. Adans.

III. — depressiuscule subglobosa, nuda, 2-seriata, in pulpa nidulantia, testa crustacea ad umbilic. impressa. Embr. styl. et stigma Ravenalae. Bacca angulato-oblonga, 3-loc. Perianth. 2-labiat., labio inferiore tubuloso, postice usque ad basin fisso, 5-lobo, superius nanum concavum amplectente. Stam. 5 Heliconiae. (Hbae giganteae, trunco et inflor. Ravenalae; fol. amplissima; flor. ebracteolati, abortu saepe 1-sexual.; semina in pl. culta facile abortientia. — *Reg. trop. et subtrop.*) . . . . Musa. Tourn.

ENSATAE. *(Classis.)*

Conspectus ordinum.

?A. **Sem. exalbuminosa.** Germ. inferum, 1-9-loc. Stam. 6 v. indefinita etc. (***Hydrocharideae.*** V. supra).

B. — **albuminosa.**

I. Stam. 3, rarissime 6, quorum 3 sterilia (cfr. Tecophilaea in Irideis). Germ. inferum, raro semisuperum.

a. Stam. perianthii laciniis exterioribus alterna; anth. introrsae. Germ. 3-1-loc. Perianth. 3- v.-6-fid. BURMANNIACEAE.

b. — — — — opposita; anth. extrorsae. Germ. 3-loc. Caps. fere omnium loculicido-3-valvis. . . . . IRIDEAE.

II. Stam. 6, raro 3 sterilia v. deficientia, aut subindefinita (cfr. Haemodoraceae). Germ. inferum, rarius superum v. semisuperum (cfr. Bromeliaceae, Haemodoraceae). Fr. plerumque capsularis, loculicide 3-valvis, rarissime septicide dehisc. (cfr. Campynema in Amaryllideis et Pitcairnieae in Bromeliaceis).

a. Ovula amphitropa (rarius in Haemodoraceis anatropa) umbilico ventrali.

1. *Embryo albumine cartilagineo v. carnoso multo brevior*, rad. ab umbilico plerumque remota. Stam. 3 v. 6, raro 00. . . . . HAEMODORACEAE.

2. — *albumini molli fere aequilongus*, rad. ab umbil. remota, supera. Stam. 6. . . . HYPOXIDEAE.

b. Ovula anatropa, umbilico basilari. Embryo albumine plerumque multo brevior, rad. umbilicum attingente.

1. *Perianth. totum corollinum.* Stam. fertil. 6, sterilia nunc nulla nunc 6 simpl. bifida libera aut in coronam faucis petaloideam connata. Germ. inferum. (Hbae pleraeque bulbosae acaules scapigerae; scapi 1-fl. v. umbelliferi 2-00-flori, raro paniculato-ramosi.). . . . . AMARYLLIDEAE.

2. — *exterius calycinum* (nobis commoditatis causa calyx v. sepala dicendum), interius corollinum (petala, nob.), utrumque 3-lobum. Pet. saepius basi intus squamigera. Germ. inferum aut superum. (Stirpes herbaceae acaules, raro suffrut., rad. fibrosis, fol. plerumque ad scapi basin congestis angustis canaliculatis saepius rigidis spinoso-serratis, flor. spicat. v. racemos. rarius paniculat., saepe dense imbricato-bracteat.) . . . . BROMELIACEAE.

CCXLVII. BURMANNIACEAE.

A. Perianthii limbus 3-fidus. Stam. lobis perianthii alterna. Styl. 3-gonus v. 3-sulcus, stig. 3 dilatata. Caps. 00-sp. Sem. minima. (Hbulae aphyllae. — *Java.*)

1. *Germen 1-loc., placentis 3 parietal.* Caps. 1-loc., apice irregulariter debiscens. Sem. striata. Perianthii tubus teres. (Facies Burmanniae; scapus ramosus, squamosus; flor. spicati, secundi.) . Gymnosiphon. Blume.

2. — *3-loc., placent. 3 central.* semibifidis perianthii angulis oppositis. Stigm. cum staminibus cohaerentia. Caps. 3-loc., valvis 3 loculicidis fenestratim aperta. Sem. arillo membranaceo setiformi inclusa. Perianthii tubus triqueter. (Hbula albida, subcarnosa, in arborum putrid. radicib. parasitica, rad. carnoso-fibrosis tuberibus intermixtis, caule subsimpl. squamis paucis alternis vestito superne corymboso-2-5-floro.) . . . . Gonyanthes. Blume.

B. Perianthii limbus 6-fidus.

I. **Germ. 3-loc.; plac. 3 central. bilobae,** perianthii angulis oppositae. Styl. filiform.; stig. 3, globosa v. dilatata v. 2-loba. Caps. 3-loc., 00-sp., apice incomplete loculicido-3-valv. Sem. minuta, fusiform., striatula. Perianthii tubus teres v. 3-alatus. Stam. 3, lobis interiorib. opposita. (Hbulae fol. radical. confertis gramineis, caulinis nullis v. minutis, scapis apice 1-2-flor. v. capitulum v. spicam 2-fidam 00-floram gerentibus. — *Reg. calidiores Amer., Afr., Asiae et Austral.*) . . . . Burmannia. L.

II. — **1-loc., placent. 3 parietal.** Caps. 1-loc., 00-sp. Sem. minuta, ovoid. v. scobiform., testa reticulata.

a. *Stam. 3, filam. brevissimis indivisis;* antherarum loculi disjuncti transverse dehiscentes.

1. *Caps. aptera, 6-nervis, inter nervos irregulariter rumpens*, placent. bifidis. Sem. testa subadpressa. Styl. inclusus, apice 3-fidus, lobis divergent. incrassatis, stig. crassiusculis. Perianth. tubuloso-campanulatum, limbi lobis 3 exteriorib. amplis late ovatis, interiorib. 3 parvis angustis. Filam. antice antherifera, postice in membranam latam semiorbicularem producta. (Hbae habitu fere Burmanniae, racemo term. laxo 3-5-fl. — *Amer. bor.*) . . . . Apteria. Nutt.

2. — *apice 3-valv., valvis medio placentiferis.* Sem. testa laxa, nucleo multo longior, diaphana. Styl. simpl., stig. 3. Perianth. tubulos., limbi lobis 3 alternis minorib. (Hb. rad. fibrosa squamata, caule erecto subflexuoso subsimpl., fol. bracteiform. adpressis, cyma term. dichotoma, fl. purpurasc. — *Brasil.*) . . . . Dictyostega. Miers.

3. — *hinc angulo unico superne dehisc.* Sem. testa nucleum vix excedens. Germ. gibboso-trigonum; stig. 3-loba, gibboso-rotundata, cornubus 2 subulatis erectis instructa. (Perianth. et habitus Dictyostegae; inflor. dichotome spicata pauciflora, fl. flavesc.-albid. cum pedicellis breviss. apice geniculatis. — *Brasil.*) . . . . Cymbocarpa. Miers.

b. *Stam. 3, fauci adnata; filam. e sacculis perianthii orta, complanata, bifurcata*, cruribus singulis antheriferis alatis. Germ. turbinatum. Styl. stamina aequans; stig. 3 recurvata, apice glandulifera. Caps. apice fissuris 3 dehisc. Sem. testa nucleum vix excedens. Perianth. subinfundibuliforme, fauce turgida intus sacculis 3 aucta, limbi lobis acutis aestiv. induplicatis, alternis brevioribus. (Hb. subdichotomae, habitu fere Dictyostegae, fl. term. solitar. majusc. ebract. purpurasc. — *Brasil.*) . . . . Stemoptera. Miers.

CCXLVIII. IRIDEAE.

I. Stamina 3, imo perianthio inserta, tertio castrato, fertilibus 2 sub perianthii lobo interiore postico conniventibus, anth. . . . Perianth. corollin., laciniis interiorib. minorib., postica fornicata dissimili. Stigma 3-partitum, 2-labiatum. Caps. oblonga, 3-gona; sem. in loc. 1-seriata, plano-depressa. (Hba glabra, perenn., rad. fibrosa, caul. simpl. foliato, spatha communi foliacea 2-valvi, partialib. inclusis confertis scarios., fl. pedunc. alb. intus pict. — *Ins. Diemen.*) . . . . . Diplarrhena. LABILL.

II. — 3, omnia antherifera, sterilia nulla.

A. Stam. alte monadelpha, sc. filamentis ad antheras usque in tubum coalita (rarius basi tantum connata, cfr. Sisyrinchium, Alophia).

I. Perianthii laciniae interiores exterioribus inaequales v. dissimiles. Ovula in loc. 2-seriata. Caps. loculicido-3-valv. Perianth. corollinum.

a. Stigmata 3 indivisa, laminaeformia, subcucullato-concava. Styl. capillaris, stamina superans, apice saepius incrassatus. Caps. membranacea, prismat., loculicido-3-valv. Sem. oblongo-angulata. Perianth. corollin., hypocraterimorph., tubo longo gracili, limbi lobis inter. minutis. Tubus stam. fauci insertus, brevis, anth. ovatis, loc. marginal. (Hbae perenn., rad. fibros., caule subsimpl. v. nullo, scapo radicali v. term. simpl. ebract., inflor. *Diplarrhenae*, fl. coerul. specios. fugac. — *Nov. Holl.*) . . . . . Patersonia. R. BR.

b. — 3 bipartita, lobis filiform. integris. Caps. membranacea.

1. *Staminum tubus brevis,* filam. interdum superne liberis; anth. basifixae, loc. marginalib., connect. medio angustato superne dilatato. Styl. tenuis v. triqueter, superne sensim incrassatus; stig. lobis subulatis. (Perianth. et habitus fere *Cypellae*. — *Mexico, Texas.*) . . . . . Alophia. HERB.

2. — *tubus longe exsertus,* anth. loc. connectivo antice adnatis. Styl. filiform., stamina aequans. Perianth. patentissimum, tubo breviss., limbi lobis inter. minorib. subpanduraeformibus. Stam. tubus longe exsertus, perianthii tubo continuus. (Hb. bulbo tunicato, fol. bifariis plicato-nervos., caule apice paucifloro, fl. ampl. specios. rubr. maculat. spatha 2-valvi cinctis. — *Mexico.*) . . Tigridia. JUSS.

c. Stigmata 3, petaloideo-dilatata, bifida. Stylus filiform. Caps. coriacea, 3-gona. Anth. basifixae. (Rhizoma tuberos.).

1. *Styl. stamina aequans; stig. conniventia, lobis penicillato-multifidis.* Sem. baccata, ovoidea. Perianth. patens v. reflex., tubo brevi, limbi lobis ext. latiorib. Stam. tub. exsertus, imo perianthio insertus, anth. ovato-didymis. (Hb. glaucesc., caule simpl. v. ramoso imbricatim ramoso, fol. nervos., fl. aggregat. caducis, spathis plurivalv. — *Afr. austr.*) . . . . . Ferraria. L.

2. — *brevis, stig. antheris opposita, lobis indivisis.* Perianth. rotatum, 6-part., lobis exteriorib. basi unguiculato-angustatis saepe barbatis, interiorib. multo minorib. subulatis v. 3-cuspidatis. Stam. tub. disco epigyno insertus, anth. oblong. (Caul. ramos., teres, paucifol., flor. intra spathas 2-phyllas herbaceas solitar. pedicellat. — *Afr. austr.*) . . . . . Vieusseuxia. LA ROCH.

d. Stigmata 3, tripartita, lobis lateralib. erecto-patent. linear. v. filiform., intermedio nano antherae opposito. Styl. filiform. Staminum tubus longus imo perianthio insertus; anth. basifixae, loc. marginalib. (Hbae habitu fere *Tigridiae*, fl. term. e pedunc. gracili pendulis flav. v. igneis basi pictis. — *Mexico.*)

1. *Perianthii lobi basi imbricato-convoluti, exteriores reflexi, inter. minimi.* Stam. tub. longe exsertus, stylum aequans, anth. linear. Stigmatis lobus intermedius extrorsum patens, corniform. Caps. papyracea, apice breviter libero 3-valvis. Sem. subglobosa, punctata. (Hba bulbosa, pedunc. fructif. erectis.) . . . . . Rigidella. LINDL.

2. — *lobi campanulato-conniventes, subaequales,* mucronati, exteriores cuneati; interiores cordati, unguiculati, supra unguem zona 3-angulari melliflua fasciati. Stigmatis lobi lateral. linear. convoluti. Fr. . . . . (Caul. 1-phyll.; spatha foliacea, cucullata, 3-5-flora; fl. fugac.) . Hydrotaenia. LINDL.

II. Perianthii laciniae interiores exterioribus subaequales et consimiles. Anth. basifixae, sagittatae. Caps. membranacea.

1. *Stigmata 3 lamellaria, convoluto-cucullata, fimbriata.* Caps. 3-sulco-3-gona. Sem. globosa, 2-seriata. Perianth. infundibuliforme, tubo tereti gracili, limbi 6-part. lobis aequalib. cuneato-oblongis, exteriorib. basi foveola nectarifera praeditis. Stam. tub. brevis, fauci insertus. (Hbulae tuberoso-bulbosae, habitu *Croci*. — *Afr. austr.*) . . . . . Galaxia. THUNB.

2. — *3 indivisa, involuto-filiform., acuta,* antheris alterna. Styl. brevis. Caps. obovato-clavata v. subglobosa. Sem. subglobosa v. angulata, 2-pluriseriata. Perianth. 6-part., lobis subaequal. patent. v. basi in tubum conniventib., alternis v. omnib. saepe mucronatis. Stam. imo perianthio inserta; filam. tota v. basi tantum in tubum connata. (Hb. rad. plerumque fibrosa, caule saepius ramoso ancipiti, fol. bifariis, inflor. fere *Diplarrhenae*, fl. parv. fugaciss. — *Amer. temp. et trop., Nov. Holl.*) . . . . . Sisyrinchium. L.

B. Stamina vel tota libera vel basi tantum breviter monadelpha (cfr. Sisyrinchium).

I. Perianthii laciniae interiores exterioribus subaequales et consimiles (rarius inaequal., cfr. Aristea).

A. Stam. epigyna, subsecunda, filam. subulat., anth. oblong. basifix. Styl. clavatus, apice 3-fid., stig. 3 petaloideo-dilatatis. Caps. coriac., apice 3-valv., valv. demum a columna centrali solutis. Sem. 2-seriata, globosa. Perianth. corollin., rotat., 6-part., lobis aequalib. basi unguiculato-angustatis. (Hb. rhizom. carnoso stolonifero, caule flexuoso dichotome paniculato, fol. bifariis nervos., fl. laxe aggregat. specios. flav. v. rubr. maculat. — *Ind. or., China, Jap.*) . . . . . Pardanthus. KER.

B. — perigyna, sc. perianthii tubo v. fauci inserta.

† *Antherae immobiles, basifixae.*

a. Stigma 3-dentatum v. brevissime 3-fidum. Styl. filiform. exsertus. Caps. cartilaginea, ovato-3-gona, 3-valv. Sem. 2-seriata, angulata. Perianth. corollin., superum v. semisuperum, tubulos., limbi 6-fidi lobis aequal. patent. v. conniventib. Stam. fauci inserta, inclusa, filam. brevissimis, anth. sagittat. (Suffrut., rad. tuberosa, caudice erecto lignesc. ancipiti cicatrisato, basi saepe stolonifero, folior. nervosor. coma terminato, scapo laxe folioso simpl. v. corymboso-paniculato rarius subnullo, spathis 2-phyll. 1-flor. — *Afr. austr.*) . . . . . Witsenia. THUNB.

b. Stigmata 3, subcapitata v. cucullato-dilatata. Styl. erect., subclavatus. Caps. membranacea, oblongo-prismatica, loc. 2-00-sp. Sem. 1-seriata, compressa. Perianth. corollin., 6-part., lobis patentissimis aequalib. v. interiorib. multo majorib. Stam. imo perianthio inserta, inclusa, erecta v. subsecunda, filam. subulat., anth. oblong. (Rad. tuberosa; caul. herbac. v. lignesc., anceps, saepius ramos.; fol. equitant.; spathae fasciculatae 2-phyllae, scariosae v. rarius herbaceae; perianth. demum tortum marcesc. — *Afr. austr.*) . . . . . Aristea. SOLAND.

c. — 3 linearia, conduplicato-canaliculata, indivisa. Styl. et filam. filiform.

1. *Perianth. infundibuliforme, tubo elongato angusto,* limbi erecto-patent. lobis interiorib. paulo minorib. Stam. fauci inserta, erecta, inclusa, anth. sagittat. Styl. erect., elongat.; stig. carnosa, cuneata, apice truncato denticulata. Caps. membranac., 3-gona, 3-valv. Sem. 2-seriata, subglobosa. (Hb. acaul., bulbo tunicato v. fibroso-reticulato, fol. linear., fl. subsolitar. erect. specios., fr. hypogaeo. — *Eur., Asia med., Afr. bor.*) . . . . . Crocus. TOURN.

2. — *infundibuliforme, tubo brevi,* limbi ampli erecto-patent. lobis subaequalib. basi poro nectarifero praeditis. Stam. tubo inserta, erecta, inclusa, anth. linear. Styl. declinatus; stig. cuneata, margine subfimbriata. Caps. membranac., prismatico-3-gona, 3-valv., 00-sp. Sem. 2-seriata. (Hb. bulbo fere Croci, fol. linear. v. setaceis v. lanceol. saepe nervos., caule simpl. v. ramoso, spica secundiflora saepe flexuosa, spathis 2-phyll., 1-flor., fl. majusc. — *Afr. austr., Abyssin.*) . . . . . Geissorhiza. KER.

3. — *patens, tubo subnullo,* lobis aequalib. cuspidatis. Stam. imis laciniis inserta, subsecunda, anth. oblong. connivent. Styl. adscendens; stig. recurva. Caps. chartacea, turbinato-subglobosa, 3-loba. Sem. pauca, subglobosa. (Hb. bulboso-tuberosae, caule tereti paniculato, fol. ensat. infra ramos ternatis, panic. laxa, ramis capillar., fl. subsecundis parv., spath. 2-valv. 1-fl. — *Afr. austr.*) . . . . . Diasia. DC.

d. Stigmata 3 linearia, conduplicato-canaliculata, bifida. (v. pag. sequ.)

IRIDEAE.

(Continuat.)

II.B.I.B.†

d. Stigmata 3 linearia, conduplicato-canaliculata, bifida. Styl. filiform. Anth. oblongae. Caps. membranacea, 3-valv., 00-sp. Sem. in loc. 2-seriata, angulata v. subglobosa.

1. *Perianth. infundibuliforme, tubo brevi, spatha 2-valvi velato,* limbi lobis aequalib. patent. Stam. erecta, inclusa. Stigmatis lobi breves, recurvi. Caps. gibboso-subtriloba. (Hbulae tuberos. habitu fere *Croci*; fol. sub-4-gono-filiform.; flos solitar., in spatha sessilis. — *Reg. mediterran., Afr. austr.*) . . . . Trichonema. KER.

2. — *hypocraterimorphum, tubo filiformi triquetro nudo ad faucem constricto, limbi lobis patent. oblong. cuneatis, posticis 3 approximatis.* Stam. fauci inserta, subsecunda. Stig. anguste linearia. Caps. ovato-subglobosa, papilloso-aspera, apice dehisc. (Hb. tuberos., fol. bifariis, caule subjunceo tereti paniculato-multifl., fl. spicat. subsecundis, spathis brevib. 2-phyll. herbaceis. — *Afr. austr.*) . . . . Anomatheca. KER.

3. — *infundibuliforme, tubo filiformi-triquetro nudo, fauce constricta, limbo regulari,* lobis aequal. erect. v. patent. Stam. fauci inserta, erecta v. subsecunda. Stig. et caps. Trichonematis. (Hb. tuberos., caule simpl. v. ramosiss. triquetro v. ancipiti, fol. canaliculatis v. gladiat. nervos. saepe rigidis margineque scabris, caulinis decurrentib., spica term. solitar. saepe in fasciculum contracta, spath. 2-valv. herbac. — *Afr. austr.*) . . . . Ovieda. SPR.

†† ***Antherae versatiles, supra basin affixae;*** filam. et styl. filiform. Caps. 3-valv. (Hbae bulboso-tuberosae, fl. spicatis, spatha 2-valvi.)

a. Ovula pendula (cfr. Montbretia). Stigm. 3 indivisa v. 2-fida. Stam. infra faucem inserta. (Caps. 00-sp. Perianthii limbus saepissime plus minus irregularis 2-labiatus.)

1. *Caps. cartilaginea, elongata, subteres,* apice 3-valv. Sem. 2-seriata, pendula, deorsum imbricata, polyedra, antice v. undique membranaceo-marginata. Stig. linear., conduplicata, 2-part., lobis filiform. Perianth. breviter tubulos., fauce saepe plicata, limbo subregulari v. 2-labiato. Stam. erecta v. subsecunda. (Fol. collateral. angustissima v. late ensata; spicae laxae grandifl. v. densae parviflorae, spathis rigid. — *Afr. austr.*) . . . . Watsonia. MILL.

2. — *membranacea, sub-3-gono-oblonga.* Sem. pluriseriata, pendula, compresso-plana, alata, rarius subglobosa. Stig. petaloideo-dilatata, indivisa, plana. Perianth. irregulare, tubo brevi v. elongato, cylindr. v. infundibuliformi, limbi bilabiati lobis inaequalib. Stam. erecta v. subsecunda, inclusa v. exserta. (Fol. disticha, equitant., spica simpl., fl. secundis saepe nutant., spatha persist. — *Eur. med. et austr., Afr. bor. et austr.*) . . . . Gladiolus. TOURN.

3. — *coriacea, subclavata, 3-gibba.* Sem. 2-seriata, subglobosa. . . . Stig. anguste ligularia, complicata, integra breve 2-loba. Perianth. subcampanulat. v. tubulos., limbo regulari v. 2-labiato, lobis basi callosis. Stam. subsesunda. (Fol. collateral. ensata; caul. junceus, teres, simpl. ramos., gracilis; fl. saepius resupinati. — *Afr. austr.*) . . . . Montbretia. DC.

b. Ovula horizontalia, 2-seriata. Stig. 3 indivisa, linear., conduplicata. Stam. fauci, rarius tubo inserta. Caps. 3-valv. Perianth. infundibuliforme v. hypocraterimorph., limbo regulari, rarius in *Babiana* subbilabiato. (Hbae. — *Afr. austr*)

1. *Caps. coriacea, subovata.* Sem. pauca, baccata, globosa. Stig. cuneato-ligularia. Perianthii tubus brevis ad faucem dilatatus, limbo regul. v. subbilabiato. Stam. erecta v. subsecunda. (Hb. saepius villosae, fol. bifar. ensat. plicato-nervos., caule simpl. v. ramoso, spica laxa subsecunda v. dense bifaria, spatha interiore 2-part., fl. majusc. specios. saepe suaveolent.) . . . . Babiana. KER.

2. — *3-gona, torulosa.* Sem. 00, polyedra. Stig. elongata, anguste linear., reclinata. Perianthii limbus tubum aequans, regular., patens. (Fol. collateral., ensata; fl. laxe spicati, vespere expansi suaveolentes, interdiu clausi inodori, spatha exteriore floris tubum aequante v. superante.) . . . . Hesperantha. KER

3. — *membranacea, ovato-subglobosa, 3-gibba.* Sem. 00, subglobosa. Stig. anguste linear., recurva. Perianthii tubus gracilis, limbi lobis aequal. patent. Stam. filam. abbreviata. (Fol. collateral. ensata; caul. teres, gracil., simpl. v. ramos.; fl. remote spicati majusc. spatha 2-valvi cincti.) . . . . Ixia. (L.) KER.

4. — *membranacea, obsolete 3-gona, subtorulosa.* Sem. 00, subglobosa. Stig. carinata, recurva. Perianth. tubus brevis, gracilis, limbi ampli lobis stellato-patent. subaequal. (Fol. ensata, nervosa; caul. simpl. v. paniculat.; fl. spicati speciosi ampli; spathae 2-valv., membranac., aristato-lacerae, 1-fl.) . . . . Sparaxis. KER.

II. Perianthii laciniae interiores exterioribus forma et magnitudine dissimiles.

A. Stigm. 3 indivisa, staminibus alterna. Styl. brevissimus. Caps. membranacea, obovato-clavata, loculicido-3-valv. Sem. 00, 2-seriata, adscendentia, angulata. Perianthii limb. patens. (Hbae, fol. nervos. gramineis v. ensiform.).

1. *Stigm. involuto-filiform., acuta.* Perianthii lacin. exteriores subherbaceae, interiores majores basi saepius angustato-unguiculatae. Stam. imo perianthio inserta, filam. liberis v. basi connatis apice patent., anth. ovat. dorso supra basin affixis. (Rhizoma repens v. rad. fibrosa; caul. subteres, simpl. v. subramos., inflor. subpaniculata, fascic. alternis umbellat., spathis persist., fl. albis. — *Reg. extratrop. hemisphaer. austral.*) . . . . Libertia. SPRENG.

2. — *petaloideo-dilatata, erecta v. patent.* Perianth. corollin., tubo brevissimo, limbi lobis interiorib. multo minorib. Stam. tubo inserta, libera, anth. oblong. basifixis. (Rad. bulbosa; caul. simpl.; racemus v. spica term. brevis, spathis imbricat. elongat. — *Amer. trop. et subtrop.*) . . . . Cipura. AUBL.

B. Stigm. 3, 2-3-fida, staminibus opposita. Ovula in loculis 2-seriata, horizontal. Perianth. corollinum.

a. *Perianthii lacin. omnes patentes, interiores minores* post anthesin convolutae, tubus brevissimus. Stam. tubo inserta, libera; anth. basifixae, oblongae. Styl. triqueter, gracilis; stig. petaloideo-dilatata, 2-3-fida. Caps. membranacea, obtuse 3-gona. Sem. 00, angulata. (Hbae rhizom. repente v. tuberoso-bulboso, fol. bifariis ensat., infl. term., spath. elongat. — *Afr. austr.*) . . . . Moraea. L.

b. — *lacin. exteriores patentes v. saepius recurvae, interiores erectae,* tubus brevis v. subnull. Stam. perianthii laciniis exteriorib. basi inserta; anth. oblongae, basifixae.

1. *Stigmata dilatata 3-fida, erecta, basi confluentia et transverse appendiculata.* Styl. brevis, filiform. Caps. membranac., oblongo-prismatica, 3-valv. Sem. 00, angulata. Perianthii lacin. basi concavae, exteriores majores, inter. minutae convolutae apice patentes. Stam. basi brevissime monadelpha, anth. loc. connectivum marginantib. (Hbae tuberosae, perenn., caule erecto folioso ramoso, fol. plicato-nervos., fl. laxe paniculat. magnis specios., spathis 2-phyll. 1-flor. — *Amer. trop. et austr. subtrop.*) . . . . Cypella. HERB.

2. — *petaloideo-dilatata, plica transversa 2-labiata,* supra carinata, subtus canaliculata. Styl. triqueter, basi saepe cum perianthii tubo connatus. Caps. coriacea, 3- v. 6-gona, apice 3-valv. Sem. 00, compresso-plana, marginata. Perianthii lacin. ext. basi barbatae v. rarius nudae, interiores erectae saepe minores, interdum minimae v. subnullae. (Hbae perenn., rhizom. horizontali v. rarius bulboso, fol. ensat. v. gramineis v. raro 4-gonis, caule tereti v. ancipiti simpl. v. ramoso, fl. spicat. v. subsolitar. magnis specios., spath. 1-00-fl. — *Reg. temp. hemisphaer. boreal.*) . . . . Iris. L.

3. — *trifida, lacin. recurvis, intermedia minore.* Styl. filiform. Caps. . . . Perianthii lacin. exter. triangular., acutae, inter. aequilongae apice rotundatae. Stam. filam. basi conniventia, apice dilatata reflexa, anth. . . . . (Hbulae fol. radical. angulat., scapo apice fasciculatim multifloro. — *Amer. austr. trop. et subtrop.*) . . . . Herbertia. SWEET.

III. Stam. 6, perianthii fauci inserta, lobis opposita, ima basi coalita, inclusa, quorum 3 ananthera subpetaloidea lanceolata; fertilium filam. subulata; anth. dorso affixae, versatiles, basi antice calcaratae. Perianth. semisuperum, campanulat., decid., tubo brevissimo, limbi regular. 6-part. lobis ext. mucronatis. Styl. filiform., stig. capitato 3-sulco. Caps. apice libero loculicido-3-valv. Sem. 00, oblonga, 2-seriata. (Hba bulbosa, basi 1-phyll., fol. gramineo, scapo erecto infra apicem 1-3-florum obsolete 2-bracteolato, fl. cyaneo. — *Chile.*) . . . . ? Tecophilaea. BERT.

CCXLIX. AMARYLLIDEAE.

I. Caulescentes, caule folioso, rad. fibrosa v. tuberosa v. bulbosa. Perianth. corollinum, 6-part. Stam. 6, perianthio inserta, libera, sterilia nulla. …

Tribus I. *ALSTROEMERIEAE.*

a. Caps. septicido-3-partibilis, oblonga, 3-sulca, intus dehisc. Sem. 00, 1-seriata, depressa. Styli 3, recurvi; stig. simplicia. Perianth. persist., lacin. ellipt.-lanceolat. aequalib. patent. basi staminigeris. Filam. recurva; anth. cordatae, versatil. (Hba glabra, rad. fascic. fusiform., fol. gramin. semiamplexicaul., fl. paucis term. — *Ins. Diemen.*) … ? Campynema. Labill.

b. — loculicido-3-valvis (rarius indehisc., cfr. Alstroemeria). Styl. 1, filiform. v. 3-gonus. Anth. erectae, basifixae.

1. *Stigm. 3, patentim recurva.* Caps. oblonga, basi angustata, 00-striata. Sem. ovali-oblonga. Perianth. subcampanulato-patens, lacin. exteriorib. angustiorib. mucronulatis ima basi staminigeris. Stam. inclusa; filam. subulata, alterna breviora; anth. oblongae, demum revolutae. (Hb. bulbosa, fol. radical. anguste linear., caule flexuoso paucifolio, spathis ax. 1-flor. et term. 00-phyll. 00-flor. — *Asia occ. et bor.*) … Ixiolirion. Fisch.

2. — *3-fidum, lobis replicatis.* Caps. oblong. v. globosa, 3-6-costata, interdum baccata indehisc. Sem. in loc. plura, subglobosa, horizontal. Perianthii foliola nunc tubuloso-connivent., nunc subbilabiatim patentia, interiora angustiora, 2 basi subtorulosa. Stam. imo perianthio inserta. Anth. ovales. (Caul. folios., erect.; fol. ovata v. angusta; fl. term. umbellati, raro solitar., pulchri. — *Amer. trop. et austr. temp.*) … Alstroemeria. L.
{ *α. Caulis non scandens.* Perianth. subbilabiat., lobis inaequal. Genital. declinata. . *Alstroemeria, Mirb.*
{ *β. — scandens v. volubil.* Perianth. subregular. Genital. erecta. … *Bomarea, Mirb.*

3. — *3-gonum.* Styl. 3-sulcus. Caps. turbinato-ovata. Sem. 2-seriata, plano-reniform. Perianth. infundibuliforme, decid., lobis 3 interiorib. basi latiorib. et staminigeris. Filam. subulata; anth. 4-gonae, longae, basi excavata extinctoriiformi affixae. (Hb., rad. fasciculat., caule excelso tereti folioso, fol. radical. late ensiform., caulinis multo minorib., capit. term. e spicis pauciflor. suboppositis confertis composito, fl. alt. puniceis, bract. semivaginant. et pedunc. coloratis. — *Nov. Holl.*). Doryanthes. Corr.

II. Acaules, scapigerae, radice bulbosa. …

Tribus II. *AMARYLLEAE.*

A. Stamina sterilia nulla (cfr. Chlidanthus, Lycoris).

I. Stamina disco epigyno inserta (cfr. Lapiedra, Strumaria).

1. *Perianth. campanulatum, lobis ext. semipatent. concavis, interiorib. erect. breviorib. obcordato-cuneiform.* Filam. brevissima; anth. paulo supra basin affixae, erectae, convergent., sagittatae, sub-4-gonae, prope apicem acuminato-rostratum poris 2 oblongis dehisc. Styl. rect. filiform., stig. simpl. acuto. Caps. carnosa, demum loculicido-3-valv. Sem. 00, subglobosa, 2-seriata. (Fol. angusta, plicata v. carinata; scapus sub-1-flor.; spatha 1-phylla hinc fissa, fl. pedunc. alb. — *Eur., Caucas.*) … Galanthus. L.

2. — *subcampanulat., lacin. subaequal. semipatent. ovat. apice incrassatis.* Anth. erostres, obtusae, rimis marginalib. ad basin fere usque dehisc. Styl. filiform. v. clavat. Sem. pauca. (Caet. et habitus *Galanthi*; pedunc. saepe 2-00-fl. — *Eur., reg. mediterran.*) … Leucojum. L.

3. — *patens.* Filam. erecta; anth. sagittatae, incumbentes. Caet. ign. (Hba, fol. angustis fascia longitudinali alba notatis, scapo ancipiti, spatha 2-3-phylla, umbella sub-8-fl., fl. albid. marcesc. — *Iberia*) … Lapiedra. Lag. †

4. — *stellatim patens,* tubo nullo v. brevissimo, lacin. subaequal. Filam. subulata, libera aut inter se v. cum styli basi dilatata inferne connata; anth. oblong., versatil. Styl. rectus, infra medium strumoso-incrassatus sulcato- v. alato-triqueter; stig. 3 brevia, acuta, recurva. Caps. membranacea, subgloboso-turbinata, loculicido-3-valv. Sem. in loc. pauca subglobosa v. subcompressa. (Fol. linear. plana v. filiform.; umbella term. 00-fl.; spatha foliacea. — *Afr. austr.*) … Strumaria. Jacq.

II. Stam. perianthii tubo v. fauci inserta.

A. Antherae basi affixae, v. adnatae, erectae, immobiles, sagittato-ovatae. Filam. brevissima. Styl. filiform., rectus. Caps. loculicido-3-valv. (Fol. et inflor. *Strumariae*).

4. — 6, *hypogyna; filam. utrinque angustata,* anth. Dianellae. Germ. 4-loc. Ovula.... Styl. 4-sulcus, stig. obtuso. Bacca subglobosa, 3-4-sulca, 3-4-loc. Sem. 00, parva, testa...., umbil. strophiolato. Perianth. patens, lobis subaequal. apice pubesc. (Suffrut. ramosi, rad. fibros., fol. distich. gramin. nervoso-striat., pedunc. ax. et term. ramos., pedicell. subfasciculat. basi 1-bract. apice articulat., fl. coerul. — *Ins. Molucc.*) . . . . . Rhuacophila. Blume.

5. — 6, *hypogyna; filam. breviss. basi connata v. distincta;* anth. Dianellae. Germ. 3-loc. Ovula amphitropa. Stig. 3-gonum. Caps. baccata, subglobosa, loculicido-3-valv. Sem. plura, angulato-subglobosa, crustacea, atra, umbil. ventrali. Embr. excentric., subcurvatus, rad. infera. Perianth. patens, lobis interiorib. fimbriatis. (Suffrut. volub., fol. ellipt. v. angustis nervos., pedicell. ax. et term. aggregatis medio articulat., caps. flavis. — *Nov. Holl. trop.*) . . . . . Eustrephus. R. Br.

‡‡ Ovula in loculis solitaria v. bina (raro plura, v. Geitonoplesium, Callixene). Germ. 3-loc. Perianth. corollin., decid.

α. Stam. 6, hypogyna; filam. brevissima, plana, basi submonadelpha; anth. basifixae, 4-gonae. Perianth. 6-phyll., aequale, patens. Ovula in loc. 2 superposita, amphitropa. Styl. triqueter, stig. 3-gono. Bacca 3-loc., loc. 2-1-sp. Sem. subreniform., testa membranacea... (Suffrut. ramosissimi, super arborum truncos radicantes, fol. alt. nervos., pedunc. ax. solitar. articulat., pedicell. umbellat., fl. albido-lutesc. purpureo-punctat. — *Chile, Peruvia.*) . . . . . Luzuriaga. R. et P.

β. — 6, perianthii laciniis basi inserta. Perianth. patens, aequale. Bacca globosa pulposa.

1. *Anth.* 6 *basifixae, sagittatae. Filam. filiform., glabra, apice curvato-conniventia.* Perianth. 6-part., glabr. Ovula pauca, amphitropa. Styl. filiform., 3-sulcus, stig. simpl. Bacca 3-1-sp. Sem. subglobos., testa coriac. atra, umbil. ventrali nudo. Embr. subexcentr., curvat., rad. infera. (Suffrut. volub. habitu *Eustrephi*, fl. ax. et term. cymos. v. umbellat., pedicell. apice articulatis, baccis nigris. — *Nov. Holl.*) . . . . . Geitonoplesium. Cunn.

2. — 6 *ovatae, incumbentes; filam. basi dilatata, libera.* Perianth. 6-part., lobis aequilongis, interiorib. 3 basi 2-glandulosis. Ovula in loc. pauca, amphitropa. Styl. crassus, 3-sulcus, stig. obsolete 3-lobo. Bacca 3-loc., loc. sub-3-sp. Sem. subglobosa, testa membranac. tenui nucleo adnata, umbil. ventrali punctiformi. Embr. excentric., semitransversus. (Suffrut. ramosus, basi nodosus aphyll. squamat., superne foliatus, fol. alt. semiamplexicaul. ellipt. nervos. coriac. margine incrassat., fl. term. solitar., pedicello brevi basi 2-4-squamato. — *Terra Magellan.*) . . . . . Callixene. Commers.

3. — 4 v. 6 *ovatae, incumbent.; filam. filiform.* Perianth. 4- v. 6-part. Germ. 2-3-loc. Ovula in loc. 2-1 horizont., orthotropa. Styl. brevis, crassus, stig. obsolete 2-3-lobo. Bacca 2-1-sp. Sem. Polygonati. (Hbae fol. alt. sessil. v. petiolat. ovat. v. cordat. nervos., racemo term. — *Eur., Asia et Amer. bor.*) . . . . . Smilacina. Desf.

{ * *Flor.* 4-*meri*, perianth. 4-part., stam. 4. . . . . . *Majanthemum*, Moench.
{ ** — 6-*meri*, — 6-part., — 6. . . . . . *Smilacina*, Desf.

γ. Stam. 6, medio perianthii tubo inserta; filam. filiform., inclusa; anth. basifixae, subsagittatae. Perianth. infundibulari-tubulos., limbo breviter 6-fido erecto. Ovula in loc. 2 superpos., horizontal., orthotropa. Styl. 3-gono-filiform., stig. obtuso 3-gono. Bacca globosa, 3-loc., 2-1-sp. Sem. subglobosa, testa membranac. albida cum nucleo conferruminata, umbil. basilari lato. Embr. antitrop., minutus, rad. centrifuga. (Hb. rhizom. repente, fol. alt. v. verticillat. saepe latis amplexicaul., pedunc. ax. solitar. 1-2-fl. v. racemos., flor. nutant. inodor. — *Eur., Asia et Amer. bor.*) . . Polygonatum. Tourn.

δ. — 6, imo perianthii tubo inserta (subhypogyna). Perianth. campanulat., limbo brevi 6-fido patente. Styl. brevis crassus. Sem. globosa v. angulata. Caet. omn. Polygonati. (Hba acaul., fol. radical. 2 ellipt. nervos., scapo simpl., fl. racemos. subsecundis nutant. albis suaveolent., pedicell. basi 1-bract. — *Eur., Asia et Amer. bor.*) . . . . . Convallaria. (L.) Desf.

b. Stigma manifeste 3-lobum (v. pag. sequ.)

LILIACEAE.

B.II.*B*.II.*A*.† (Continuat.)

b. Stigma manifeste 3-lobum. Germ. 3-loc. Perianth. corollinum.

α. Ovula in loculis 00, subhorizontal., anatropa. Bacca subglobosa, 3-loc.

1. *Perianth.* 6-*phyll., patens, aequale, decid. Stam.* 6 *hypogyna,* filam. filiform., anth. ovat. basifix. Styl. brevis crassus, stig. 3 filiform. revolutis. Ovula 2-seriata. Sem. Streptopodis (flavida). Embr. albumine longior, rad. centripeta. (Hba rad. repente nodosa, caule inferne simpl. aphyllo erecto stipulis semi-vaginantib. remote tecto, superne porrecto v. diviso foliato, fol. distich. sessil. angustis baseos torsione resupinatis, pedunc. ax. et term. ebract. haud articulat., fl. alb., baccis pendulis coerul. — *Ins. Diemen.*) . . . . Drymophila. R. Br.

2. — *campanulatum, limbo* 6-*fido patente. Stam.* 6, *fauci inserta;* filam. subulata; anth. versatiles basi bifidae. Ovula 00, ... Styl. filiform., stig. 3-lobo. Sem. in loc. plura v. abortu solitaria, testa . . . ., umbil. strophiolato. Embr. axil., rad. centripeta. (Caul. frutesc., interdum elatus, fol. term. congestis angust. nervoso-striat. longis, panic. term., fl. spicat. v. racemos. basi 2-bracteolat. cum pedicello articulatis. — *Reg. trop. et subtrop. totius orbis.*) . . Cordyline. Commers.

β. Ovula in loculis 1-2 (cfr. Dracaena).

1. *Stam.* 6, *imo perianthio inserta; filam. medio incrassata; anth. versatil., basi bifidae.* Perianth. 6-part., aequale, lobis subrevolutis. Germ. stipitatum. Ovula . . . . Styl. angulatus, stig. 3-fido. Bacca globosa, 6-sulca 3-loc., loc. 1-sp. Sem. . . . . (Arb. magnae, trunco crasso molli dichotome ramoso, fol. in apice ramor. confertis saepe ensiform. apice spinesc., panic. term. bracteata, pedicell. articulatis. — *Ind. or., ins. Canar.*) . . . . Dracaena. Vand.

2. — 6, *perianthii lobis basi inserta; filam. subulata; anth. peltatae.* Perianth. 6-part., campanulato-connivens, aequale, apice patens. Ovula in loc. 2 superposita, amphitropa. Styl. brevis, 3-sulcus, stig. 3-lobo. Bacca globosa, 3-loc., loc. 2-sp. Sem. angulato-subglobosa, testa coriacea atra, umbil. ventrali punctiformi nudo. Embr. excentr., subcurvat., albumine longior., rad. vaga. (Hb. v. suffrut., ramis saepe spinesc., fol. squamiform. et axillar. fasciculatis subacerosis, fl. ax. solitar. v. racemosis abortu saepe dioicis, pedicell. articulat. — *Eur., Asia, Afr. et Nov. Holl. temp. et subtrop.*) . . . . Asparagus. L.

3. — 6, *perianthii foliolis basi inserta; filam. subulata, libera; anth. sagittatae, basifixae.* Perianth. 6-phyll., patens, aequale, decid. Ovula in loc. solitaria, anguli interioris apici affixa, amphitropa. Styl. brevissimus, stig. 3 crassiusc. patent. Bacca 1-2-loc., 1-2-sp. Sem. globosa, testa membranacea albida cum nucleo conferruminata, umbil. basilari magno colorato. Embr. excentr., subtransversus, rad. vaga. (Suffrut. volub., caule saepe aculeato, ramis inerm., fol. oppos. v. alt. v. verticillat. cordat. 3-nerv. reticulato-venos., petiolis tortis haud cirrhosis, racemis ax. et term. simpl. v. ramos., pedicell. ebract. haud articulat. — *Nov. Holl., Nov. Zeeland.*) . . . . Ripogonum. Forst.

4. — 6, *perianthii foliolis basi inserta; anth. erectae, adnatae.* Perianth. 6-phyll., campanulat., aequale, decid., fol. basi foveatis v. saccatis. Ovula in loc. 2, e placentae apice pendula, ... Stig. 3 brevissima, recurvata. Bacca 3-loc., loc. 1-2-sp. (rubra). Sem. . . . (Hbae, pube ramosa, rhizom. multicipiti, fol. sessil. dilatat., inflor. term. umbellata. — *Amer. bor.*) . . . . Prosartes. Don.

†† Flores dioici. Perianth. corollin., 6-phyll., patens. Germ. 3-loc. Styl. brevissimus. Bacca globosa. Sem. Ripogoni. Embr. antitropus minutus, in extremitate albuminis cornei umbilico opposita inclusus. (Suffrut. sempervirentes, pedicellis haud articulat.)

1. *Stam.* 6, *perianthii foliolis basi inserta; filam. filiform., libera;* anth. linear., basifixae. Perianth. decid., fol. ext. latiorib. Ovula in loc. solitaria, anguli apici affixa, orthotropa. Stig. 3 crassiusc., patent. Bacca 1-3-loc., 1-3-sp. Embr. radic. centrifuga. (Rad. tuberosa v. fibrosa; caulis scandens saepius aculeatus; fol. alt., cordata v. hastata, saepe 3-5-nerv., reticulato-venosa; stip. intrapetiolar. cirrhiferae; fl. umbellati v. capitati, raro corymbosi v. subsolitar. — *Reg. temp. et trop. totius orbis.*) . . . . Smilax. Tourn.

2. — 3 *v.* 6, *in cylindrum ventricosum connata;* anth. cylindri apici adnatae, reniform., loc. divaricatis (in fl. ♀ nullae). Perianth. persist., fol. inter paulo minora. Germ. (in fl. ♂ effoetum) 3-loc. Ovula in loc. 2 collateralia, amphitropa. Stig. obtuse capitatum. Bacca 1-loc., sub-1-sp. Embr. radic. infera. (Caul. erecti, inerm.; folia squamiform.; ramuli foliiform., margine v. medio floriferi, v. steril., v. racemi axillares; pedicelli aggregati squamoso-bracteati. — *Reg. Mediterran.*) . . . . Ruscus. Tourn.

B. Herbae acaules, glabrae, rhizomate annulato v. folior. basibus cicatrisato, fol. bifariis, raro solitar., oblongo-lanceolat., plerumque petiolatis nervoso-striatis, scapo e folior. vaginis exserto, fl. dense spicat. v. solitar. Flor. ☿. Perianth. corollin., gamophyll. Stam. tubo inserta. Ovula in loc. 2, amphitropa. Stigma radiato-3-4-lobum. **Tribus III.** ***ASPIDISTREAE.***

1. *Flor. dense spicati. Perianth. truncato-subglobos., ore brevissime* 6-*fido, lobis incurvis.* Filam. 6 brevissima, adnata; anth. subglobosae, loc. connectivum antice marginantibus. Germ. subglobos., 3-loc. v. septis incompletis 1-loc., ov. superpositis. Stig. sessile, 3-fid. Bacca 1-sp. Sem. subglobos., testa membranacea, umbil. laterali. Embr. in axi album. cornei umbilico parallelus, rad. supera. (Rhizoma repens; fol. basi vaginantia; fl. in rhacheos excavationib. sessiles, bractea squamacea fulti, sordide viresc. demum lutesc. — *Japonia.*) . . Rohdea. Roth.

2. — *dense spicati. Perianth. campanulat.,* 6-3-*fid., lobis patent.* Filam. 6-8, adnata v. libera; anth. dorso affixae. Germ. minutum, subcylindr., 3-4-loc., ovulis subcollateral. Styl. germini continuus, crassus, stig. deplanato 3-4-lob. Fr. . . . . (Rhizoma crassum, tuberos.; fl. sordide violacei, 1-bract. — *Ind. or.*) . . . . Tupistra. Ker.

3. — *solitarii.* Filam. 6-8, tubo adnata. Ovula superposita. Styl. brevis, stig. maximo discoideo perianthii faucem claudente. Fr. . . . Caet. Tupistrae. (Rhizoma soboliferum; fol. vaginata; pedunc. squamoso-bracteati; fl. sordide purp. — *China, Japon.*) . . . . . . Aspidistra. Ker.

III. Styli 3-5 distincti (raro in *Trillio* basi connati). Sem. testa coriacea. Stam. imo perianthio inserta, filam. filiform. v. subulatis. . . . . **Tribus IV.** ***PARIDEAE.***

a. **Ovula in loc. 2, superposita, amphitropa.** Germ. stipitatum, 3-loc. Styli 3 contigui, stricti, intus stigmatosi. Caet. omn. Asparagi. (Suffrut. volub., fol. petiol. subcordato-oblong. nervosis, flor. 2-3 ex axilla squamulae, pedicell. nutant. medio articulatis. — *Afr. austr.*) . Myrsiphyllum. W.

b. — **in loc. plurima, 2-seriata, adscendentia, anatropa.** Styli divergentes, stig. obsoletis. (Hbae caule annuo simpl., fol. subsessil. verticillat. ovat. ellipt. v. lanceol. membranac. nervos., fl. term.)

1. *Perianth. subcorollin., aequale, decid.,* 6-*part.,* lobis revolutis. Anth. lineares, incumbentes. Styli 3 subulati, divaricati. Bacca 3-loc., loc. 5-6-sp. Sem. angulata, ... (Rhizoma repens, nodoso-tuberosum; folior. verticilli plures, plerumque 6-phylli; pedicelli term. plures, umbellati, ebracteati, haud articulati; fl. parvi, cernui. — *Amer. bor.*) . . . . Medeola. Gron.

2. — *subherbaceum,* 8-10-*phyll., persist.,* fol. patent. v. reflexis. Filam. basi dilatata inter se cohaerentia; anth. linear., loc. marginalib. Germ. 4-5-loc. Styli 4-5-liberi. Bacca 4-5-loc. Sem. 00, obovata, fuscescentia, umbil. basilari rhaphe filiformi cum chalaza term. conjuncta. Embr. minutus, in album. carnoso prope umbilicum inclusus, rad. centripeta. (Rhizoma repens; folior. verticill. unicus plerumque 4-folius, pedicello term. solitar. 1-fl. nudo. — *Eur., Asia med. et bor.*)

α. **Anth. subterminales, connectivo haud superatae.** Perianthii foliola interiora nulla. . . . Demidovia. Hoffm.

β. — **connectivo in acumen longum rectum producto superatae.** Perianthii fol. interiora multo angustiora. . . . . Paris. L.

3. *Perianth.* 6-*phyll., patens v. reflex. v. erecto-connivens, persist. fol.* 3 *inter. petaloideis,* exteriorib. 3 minorib. calycinis. Filam. libera; anth. Paridis, acumine brevi. Germ. 3-loc. Styli 3 liberi v. raro basi connati, patent., recurvi. Bacca 3-loc. Caet. Paridis. (Folior. verticill. unicus 3-phyll., flore term. saepe sessili majusc. albo v. purpur., pedicello nudo. — *Amer. bor., Asia arctica, Himalaya.*) . . . . Trillium. Mill.

CCLV.? TACCACEAE.

1. *Stigma orbiculatum, radiato-6-lobum,* lobis emarginatis. Styl. brevis, crassus, 3-sulcus. *Germ. inferum, 1-loc.,* placent. parietal. Ovula 00, horizontal. anatropa. Bacca 1-loc. 00-sp. Sem. ovata, angulata, testa coriacea striata. Embr. minutus, in basi album. carnosi umbilico proximus. Perianth. corollinum, limbo supero 6-part. subaequali patente persist. Stam. 6 laciniar. basi inserta; filam. lata superne cucullata v. concava; anth. cucullo intus adnatae, introrsae, loc. discretis parallelis. (Hbae rad. tuberosa, fol. petiolatis palmat. pinnatifidis venosis, scapo simpl. nudo, umbella term. simpl., involucro foliaceo sub-4-phyllo, fl. pedicellatis ☿, pedicellis sterilib. filiformib. intermixtis. — *Asia et Oceania trop.*) . . . . Tacca. Rumph.

2. — *capitato-3-lobum,* lobis emarginat. *Germ. placentis 3 parietal. 2-lobis axin fere atingentib. subtriloculare.* Ovula 00, amphitropa. Bacca semitrilocularis. Sem. 00, lunata. Embr. minutus, in basi album. carnosi ab umbil. remotus. Perianthii limbus superus 6-part., lobis interiorib. reflexis persist. Anth. loc. erecti. (Caet. et habitus omnino *Taccae,* sed folia ovato-oblonga integerr. — *Ind. or.*) . . . . Ataccia. Presl.

CCLVI. DIOSCOREACEAE.

a. Bacca 3-locularis (v. in *Tamo* interdum septis evanescentib. 1-loc.). Sem. subglobosa. Styl. brevis 3-fidus; stig. emarginato-biloba, reflexa. Stam. 6 perianthii lobis basi inserta; anth. subglobosae. (Hbae v. suffrut. volubiles, rad. tuberosa, fol. cordat. venosis petiolat.)

1. *Flor.* ☿, basi 2-bracteolati. Perianth. pilosum, subcampanulat., tubo 6-gono basi germini adnato superne dilatato, limbo parvo 6-fido reflexo, lobis subulatis. Filam. brevissima. Germ. semisuperum, 6-sulc., 3-loc. Stigm. oblonga. Bacca oblonga, 3-loc., 00-sp. Tuber magnum, edule, farinos.; spicae term. laxae. — *Cochinchina*) . . . . Oncus. Lour.
2. — *dioici*, ebracteolati. Perianth. subcorollin., tubo oblongo tereti, limbo brevi patente 6-part. Filam. filiform. Germ. totum inferum, 3-loc. Ovula in loc. 2 superposita, pendula, anatropa. Stig. ligulata. Bacca 3-1-loc., loc. 2-1-sp. Sem. pendula. Embr. minutus, intra album. dense carnos. prope umbilic. inclusus. (Petioli basi saepe 2-glandulosi; racemi ax. simpl., ♂ elongati graciles laxi. — *Eur., Asia temp.*) . . . . Tamus. L.

b. Caps. membranacea, alata.

1. *Caps. alato-triquetra, secus alarum marginem loculicido-3-valvis*, loc. compressis 2-sp. Sem. compressa, membranaceo-alata. Embr. minut., in album. cartilaginei cavitate prope umbil. inclusus. Fl. dioici. Perianth. herbaceum, tubo 3-alato, limbo parvo 6-part. persist. Styli 3 distincti, stig. obsoletis. (Caet. et habitus *Tami*. Fol. alt., raro oppos., interdum palmatifida. Tuber in una specie Capensi (*Testudinaria*, Salisb.) caeteroquin congeneri maximum, epigaeum, suberoso-lignos., sphaeroid., areolato-tuberculatum. — *Reg. trop., subtrop. et temp. totius orbis.*) . . . . Dioscorea. Plum.
2. — *abortu 1-loc.*, loculo fertili compresso 1-sp. indehisc. in alam producto, sterilib. 2 nerviformibus. Sem. subcompressum, apterum. Germ. 3-loc., loc. 2 minorib. Ovula in loc. solitaria, anatropa. Styli approximati. Perianthii limbus subcampanulatus. (Caet. et habitus omnino *Dioscoreae*; flor. ax. spicati. — *Antill.*) . . . . Rajania. L.

CCLVII. OPHIOPOGONEAE.

a. Germ. inferum v. semiinferum, 3-loc., loc. 2-ovulatis. Styl. 1, trigonus. Bacca 1-loc., 1-sp. v. semina ovario mox rupto nude maturescentia. Fl. ☿. Perianth. corollin., limbo supero 6-part. rotato. (Hbae scapigerae, rhizom. repente, fol. angustis basi vaginant., fl. racemos. bracteat. — *Ind. or.*)

1. *Stam.* 6, *perianthii basi inserta; filam. brevissima, inferne dilatata;* anth. basifixae, sagittatae, mucronatae. Ovula basilaria. Styl. pyramidatus, stig. brevissime 3-fido. (Scapus anceps, racemo subsecundo.) Ophiopogon. Ait.
2. — 6; *filam. subnulla; anth. coronae faucis subtus adnatae.* Perianthii faux corona annulari constricta aucta. Ovula collateralia, basifixa. Styl. crassus, stig. radiato-3-fido. Sem. 1-3. (Fol. radical. longe petiolata, plicato-nervosa; scapi simpl. erecti, fl. virid., bract. sub-3-flor.) . . . . Peliosanthes. Andr.

b. Ovaria 3 supera?, monostyla, subcoalita, 1-loc., 4-ovulata. Ovula basi affixa,.... Stig. simplicia. Baccae plures (?) 1-sp., perianthio corollino 6-partito cinctae,...... Stam. 6 in urceolum denticulatum connata; anth. introrsum adnatae. (Hba acaul., habitu quodammodo *Peliosanthidis* et *Eucomidis*; rad. fibrosa; fol. longe petiolata; scapus simpl., apice subimbricatim bracteatus, bract. 1-flor., fl. pedicellat. viresc. — *Java.*) . . . . ? Bulbospermum. Blume.

CCLVIII. MELANTHACEAE.

I. Perianthii foliola longe unguiculata, petaloidea, unguibus in tubum gracilem conniventib. v. saepe cohaerentibus. Stam. 6; filam. subulata v. filiform., perianthii foliolis inserta v. adnata. Styli filiform., elongati. Flor. ☿. . . . . **Tribus I. *COLCHICEAE.***

a. Herbae acaules, bulbosae, pedicellis hypogaeis 1-floris, fol. linear. v. lanceolatis saepe serotinis. Filam. fauci v. supra perianthii ungues inserta. Anth. incumb. v. versatiles, introrsae.

1. *Stylus indivisus, stig. simpl. Germ. 1-loc., ovulis ad suturam parietalib.* Fr.... Perianth. hypocraterimorphum, tubo elongato, limbi patent. 6-part. lobis subaequalib. Filam. alterna breviora. (Fol. acuta, basi vaginantia; spatha radicalis, fl. aggregatis. — *Oriens.*) . . . . Monocaryum. R. Br.
2. — *3-fidus v.* (in *Merendera*) *styli 3 discreti, stig. simpl. Germ. 3-loc.* Ovula in loc. 00-seriata, anatropa. Caps. septicido-3-partibilis, apice introrsum dehisc. Sem. ovoid. *Perianthii ungues longi distincti*, limbi laciniae ad faucem cohaerentes utrinque in denticulum deorsum productae (sagittatae) erecto-patentes. Filam. alterna breviora. (Hbae habitu *Colchici*. — *Eur. austr. et oriental.*) . . . . Bulbocodium. L.
3. *Styli* 3 *distincti, stig. subclavatis. Germ. 3-loc.* Ovula in loc. 2- v. 4-seriata, orthotropa. Caps. Bulbocodii. Sem. 00, subglobosa, testa rugosa ad umbil. ventralem incrassata. Embr. minutus, in album. carnosi extremit. ab umbilico remota inclusus. *Perianthii ungues in tubum longum connati*, limbi semipatuli lacin. aequal. basi edentulae intus nudae v. (in *Hermodactylo*, R. Br.) 2-cristatae. Filam. aequalia. (Flor. subsolitar. — *Eur., region. Mediterran.*) Colchicum. Tourn.

b. Herbae subacaules, rad. fasciculata carnosa. Perianth. Colchici, limbo patente. Filam. subaequalia, fere ad faucem usque tubo adnata; anth. linear., basi affixae. Germ. 3-loc. Styl. 3-fidus, stig. lamellato-dilatatis. Caps. membranacea, haud inflata, subglobosa, loc. 5-6-sp..... Sem. in loc 2-seriata, subglobosa,.... (Flor. in centro folior. 6-8 subsessil., spathis angustis bracteati. — *Mexico, Amer. bor. occid.*) . . . . Weldenia. Schult.

II. Perianthii foliola sessilia v. subsessilia, libera (raro in tubum brevem connata, cfr. Wurmbea) patentia. . . . . **Tribus II. *VERATREAE.***

A. Perianth. 6-phyllum, foliola basi glandulis v. foveolis nectariferis praedita (cfr. Anguillaria). Stam. 6.

I. Caps. loculicido-3-valv., valvis medio septiferis, placentis septa marginantib. Styli 3 centrales, stig. obtusis. Perianthii foliola petaloidea, subunguiculata, patentia v. reflexa, decidua, basi infra nectarium staminigera. Anth. 2-loc., extrorsae. (Hbae bulbosae, caule flexuoso foliato.)

1. *Perianthii ungues vittati v. 2-glandulosi.* Styli recurvi. Sem. 00, subglobosa. (Fol. graminea, basi vaginantia; spica term. simpl. — *Ind. or., Nov. Holl.*) . . . . Anguillaria. R. Br.
2. — *foliola supra unguem foveola nectarifera instructa.* Styli subulati. Sem. angulato-subglobosa. Embr. antitropus, umbilico transversus, rad. angulo umbilico opposito proxima. (Caul. flexuos.; fol. ovato-lanceol., acuminata, undulata; fl. racemoso-corymbosi. — *Afr. austr.*) . . . . . Ornithoglossum. Salisb.

II. Caps. septicido-3-partibilis, loculis angulo interiore seminifero dehiscentib.

a. Perianth. deciduum, fol. subunguiculatis supra unguem staminigerum nectariferis. Anth. extrorsae.

1. *Perianthii foliola basi punctis 2 nectariferis praedita,* erecto-patentia. Anth.... Styli 3 subulati,..... (Hbae acaul., bulbosae, fol. angustis congestis, scapis hypogaeis, fl. inter folia latentib. — *Afr. bor.*) Erythrostictus. Schltdl.
2. — *foliola basi foveola nectarifera praedita.* Anth. peltatae. Ovula in loc. 2-seriata. Styli 3 loculis continui, stig. acutis. Sem. 00,.. (Hb. rad. e fibris crassis fasciculata, caule simpl., fol. linear vaginant., fl. umbellat. albis, pedicell. basi 1-bract. — *Nov. Holl.*) . . . . Burchardia. R. Br.

b. Perianth. persistens, foliolis patent. basi 2-glandulosis. Anth. cordatae v. reniform., sinu affixae, vix extrorsae (loc. apice connatis et confluentib.) post dehiscentiam clypeolatae. Caps. ovoid. subtriloba. (Hbae rad. subbulbosa v. rhizom. repente, fol. gramineis v. raro latiorib., fl. racemos. bracteat. albid. v. viresc. — *Amer. bor.*)

1. *Sem. oblonga, aptera v. rarius apice obsolete membranaceo-apiculata.* Caps. subcoriacea, superne dehisc., loc. 6-8-sp. Styli graciles, stig. simpl. v. subcapitatis. Fl. ☿. Perianthii fol. exunguiculata, staminibus subaequilonga, basi subconnata, gland. nectariferis saepe connatis. Filam. hypogyna, basi dilatata. (Racemi paniculati v. subsimpl.) . . . . Zygadenus. Mx.
2. — *compressa, late membranaceo-alata.* Caps. membranacea, loc. 4-10-sp. Styli breves, subulati, stig. simpl. minutis. Fl. plerumque (germinis abortu) polygami. Perianthii fol. discreta, unguib. brevib. staminigeris. (Panicula pyramidata.) . . . . Leimanthium. W.

B. Perianth. 6-phyll., foliolis basi saccatis v. cucullatis deciduis, petaloid. Anth. 2-loc., extrorsae. Caps. 3-loc., 3-partibilis, loc. apice introrsum dehisc., sem. 00 in angulo centrali 2-seriatis. (Hb. bulbosae, fol. linear v. lanceol. v. subovatis, fl. spicat. — *Afr. austr.*)

1. *Styli 3 filiform., centrales.* Caps. 3-cornis. Sem. aptera, 3-angularia. Perianthii foliola basi subcucullata v. supra unguem staminigerum 2-saccata, cucullis siccis v. nectariferis. (Fol. vaginantia, saepe ciliata, plana v. raro canaliculato-triquetra.) . . . . Melanthium. (L.) Schltdl.
2. — 3 *conici, loculis continui.* Perianthii foliola supra unguem convoluto-cucullata. Stam. cucullo nectarifero inserta. (Fol. basi cucullata; spica abbreviata, intra bract. foliaceas recondita.) . Androcymbium. W

C. Perianth. basi glandulis foveisve nectariferis destitutum. (v. pag. sequ.)

MELANTHACEAE.

(Continuat.)

II.

C. Perianthium glandulis foveisve nectariferis destitutum.

I. Stamina 6; anth. extrorsae. Flor. exinvolucrati s. ecalyculati.

a. Caps. septicido-3-partibilis (cfr. Ledebouria).

α. Stam. perianthii laciniis basi inserta. Perianth. corollinum, foliolis sessilib.

1. *Perianth. 6-phyll., patens, decid.* Stigm. 3, germinis angulos terminantia, patenti-recurva. Caps. elongata, cylindr., apice introrsum dehisc. Sem. in loc. 00, biseriata, subcompressa, 4-gona, angulo inferiore affixa. (Hba bulbosa, fol. angustis basi vaginant., fl. spicatis. — *Afr. austr.*) . . . . **Baeometra.** SALISB.

2. — *6-phyll., decid., fol. campanulato-connivent. apice patentib.* Germ. substipitat. Ovula . . . . . Styl. central., simpl., stig. obsolete 3-lobo. Caps. 3-loc., 3-part., loc. 2 saepe abortientib. Sem. in loc. solitaria, subglobosa. (Hb. bulbosa, fol. radical. lato-lanceol. basi vaginant., scapis simpl., racemo term. — *Ind. or.*) . . . . **Ledebouria.** ROTH.

3. — *campanulat., persist., tubo brevi, limbo 6-fido patulo.* Germ. 00-ovulatum. Styli 3, conici, loculis continui, subulati, persist. Caps. 3-cornis, perianthio tunicata, 3-loc., 3-part. Sem. . . . (Hbae bulbosae, fol. angust. basi vaginant., fl. spicat. — *Afr. austr.*) . . **Wurmbea.** THUNB.

4. — *6-phyll. v. 6-part., fol. vix ima basi connatis patent. v. semierectis persist.* Stam. perianthio breviora; anth. reniformi-subglobosae (loc. apice connatis et confluent.) post dehisc. clypeolatae. Styli 3 breves subulati, stig. simpl. minutis. Caps. ovato-3-loba, 3-cornis, turgida, 3-part., loc. intus superne dehisc. 4-10-sp. Sem. compressa, margine membranaceo apice hinc in alam obliquam latam producto. Embr. linear., in basi album. carnosi, rad. umbilico proxima. (Hb. rad. repent., fol. ovat. v. lanceol. nervos., panic. term., fl. racemos. ovarii abortu saepe polygamis alb. viresc. v. atropurpur. — *Eur., Amer. bor. et trop.*) **Veratrum.** TOURN.

β. Stam. hypogyna, cum perianthii foliolis inserta. Perianth., stigmata et caps. Veratri. (Hbae, rad. bulbosa v. subbulbosa v. carnosa. — *Amer. bor.*)

1. *Perianth. corollinum, patentissimum.* Filam. plerumque capillaria, perianthio aequalia v. longiora; anth. Veratri. Ovaria 3 (v. abortu pauciora) intus plus minus connata, pauciovulata, stylis filiform. v. subulatis terminata. Sem. in loc. 4-1, linear. compressa utrinque membranacea v. apice alata, aut teretia oblonga, testa laxa demum carnosa. (Scapus foliatus, fol. gramineis inferne confertiorib. vaginant.; racemus simpl. v. compos., pedicell. saepe longis, fl. albidis ☿.) . . . . **Amianthium.** A. GRAY.

2. — *herbaceum, fol. suberectis. Filam. subulata,* perianthio demum duplo longiora; anth. (Veratri) magnae. Ovar. 3, angulo interiore connata, 6-8-ovulata, stylis brevib. sensim apiculata. Caps. . . . (Scapus aphyllus, gracilis; fol. graminea, arida; spica gracilis, fl. ☿ parv. arcte sessil.) . . . . **Schoenocaulon.** A. GRAY.

3. — *corollin., patens. Filam. plana* (basi haud dilatata) perianthio demum longiora; *anth. 2-loc.,* subrotundae, basi 2-fidae, sinu affixae. Germ. stigmatib. 3 lineari-elongatis coronatum. Caps. submembranacea, fere obcordata 3-cocca, aut ovoid. 3-sulca. Sem. in loc. 00, linear. v. oblonga, utrinque membranaceo-appendiculata v. alata. (Hb. rad. carnosa v. praemorsa, scapo aphyllo v. inferne foliato, fol. angustis v. infimis dilatatis, racemo term. spicato denso, fl. albid. v. purpurasc. ☿ v. abortu polygamis v. dioic.). . . . . **Helonias.** (L.) A. GRAY.

b. Caps. loculicido-3-valvis, sphaeroideo-subtriloba, coriacea. Sem. in loc. 2, collateralia, e basi erecta, oblonga, subcompressa, testa membranacea apice plus minus producta. Fl. ☿. Perianth. corollin., 6-phyll., fol. sessil. stamina aequantib. v. brevorib. patent. persist., interiorib. majorib. Stam. 6 hypogyna; filam. basi dilatata contigua; anth. 2-loc. extrorsae, ovoid. utrinque emarginatae, basi sinu affixae. Germ. 3-loc., loc. 2-ovulat. Styli 3, lineari-filiform., revoluti, intus stigmatosi. (Hbae rad. fibros., caule foliato basi subbulboso, fol. lineari-subulat. aridis infimis caespitoso-congestis, racemo term. simpl., pedicell. filiform., fl. specios. albis. — *Amer. bor.*). . . . . **Xerophyllum.** MX.

II. Stam. 6, perianthii foliolis basi inserta eaque aequantia; filam. filiform.; ***anth. introrsae v. innatae,*** 2-loc., cordato-subrotundae, sinu affixae. ***Flor. involucro 3-phyllo v. 3-fido remotiusculo persist. calyculati,*** ☿. Perianth. corollin., 6-phyll., persist., fol. sessil. plus minus patent. Germ. 3-lob. Styli brevissimi, stig. simpl. v. subcapitatis. Caps. submembranac. v. coriacea 3-lobo-ovoid., 3-partibilis, loc. gibbosis 00-sp. intus dehisc. apice demum dorso fissis. Sem. oblonga subarcuata ecaudata v. angulata utrinque subulato-caudata. (Hbae rad. fibros., caul. scapiform., fol. gramin., fl. term. racemos. v. spicat. alb. viresc. v. rubesc. — *Eur., Amer. bor., Andes Peruv.*) . . . . . **Tofieldia.** HUDS.

III. — ***9-12, hypogyna;*** filam. subulata; ***anth. introrsae, 2-loc.,*** linear., basi bifidae, sinu affixae, versatiles. Fl. ☿. Perianth. corollin., 6-phyll., fol. sessil. basi subconnatis patent. filamenta superantib. Germ. 3-lob., loc. pluriovulat. Styli 3 breves subulati, stig. simpl. Caps. coriac., ovato-3-loba, lobis dorso carinatis intus dehisc. 00-sp. Sem. oblonga, apice setaceo-caudata. (Hb. junciform., caul. e rhizomate caespitosis gracil., fol. gramin. acutis aridis basi vaginant., racemo term. simpl. paucifloro, bract. spathaceis, pedicell. 2-bracteolat., fl. albid. v. subcroceis. — *Carolina.*) . . . . **Pleea.** MX.

CCLIX. JUNCACEAE.

I. Fructus capsularis (raro baccaceus, cfr. Xerotideae).

A. Germen 3-loculare (rarius 1-loc., v. Luzula).

I. Ovula anatropa, erecta v. adscendentia. Caps. loculicido-3-valvis.

A. Perianth. 6-phyll., persist., foliolis aequalib. scarioso-glumaceis, rarius interiorib. subpetaloideis. (Hbae pleraeque paludosae v. hygrophilae.) . . . . ***Subordo I.*** JUNCEAE.

a. Stylus term., conicus, stig. obtuso. Ovula in loc. 00, septorum basi incrassatae funiculis longis affixa. Caps. acuminata, apice dehisc., 00-sp. Sem. apice setaceo-caudata. Embr. intra album. carnosum prope umbil. inclusus, minutus, rad. infera. Perianth. colorat., subcorollin., fol. basi subconnatis patent. Stam. 3 hypogyna et 3 alterna petalorum basi inserta; filam. subulata, barbata; anth. 2-loc., oblongae, dorso supra basin affixae. (Fol. graminea, vaginant.; racemus term. simpl.; fl. flavi. — *Eur., Amer. bor.*) . . . . **Narthecium.** MOEHR.

b. — *brevis, stig. 3 filiform. villos. v. plumosis.* Ovula funiculis brevib. affixa.

α. Germ. 3-loc. Ovula in loc. angulo centrali plurima. Caps. 00-sp. Anth. Narthecii.

1. *Stam. 6, perianthii foliolis basi inserta, aut 3 foliolis exteriorib. opposita.* Caps. 3-loc. v. septis retractis basi reunitis sub-1-loc., valv. medio septiferis, v. septis (in *Cephaloxide*) axi adhaerentib. columellam 3-alatam sistentib. Sem. testa nucleo conformis, v. utrinque laxata interdum elongata. Embr. Narthecii. Perianthii fol. 3 exteriora carinata. (Rad. v. rhizom. saepius repens; culmi saepe caespitosi rigidi foliati v. nudi; fol. graminea plana verticalia v. teretia pungentia v. nodoso-septata, fl. term. v. lateral. paniculati v. corymbosi v. subumbellato-glomerati v. remote spicati v. subcapitati 2-bract. — *Reg. temp. et frigidae tot. orbis.*) . . . . **Juncus.** (L.) DC.

2. — 6 *hypogyna, perianthii foliolis opposita.* Caps. 3-loc., valv. medio septiferis, septis basi 2-lamellatis medio seminiferis. Sem. adscend., testa pubesc. fragili ambitu relaxata. Embr. albuminis farinosi basi semiimmersus. Perianthii exterioris fol. 2 opposita carinata, tertio plano incluso. (Culm. folios.; fol. ensiform. plana serrata; fl. paniculati; bract. ochreaeform. latae. — *Afr. austr.*) . . . . **Prionium.** E. MEY.

β. Germ. 1-loc. Ovula 3 basilaria, erecta, funic. crassiusculis. Caps. 1-loc., 3-valv., 3-sp. Sem. erecta, testa utrinque incrassata relaxata. Embr. Junci. Perianthii fol. omnia plana. Stam. Narthecii, filam. nudis. (Fol. radical. graminea, plana, pilosa, saepe serrulata, vaginis clausis ore pilosis, panic. corymbiform., ramis filiform. saepe semiverticillatis, fl. 2-bract. — *Distrib. geogr. Junci.*) . . . . **Luzula.** (DESV.) DC.

B. Perianth. patens, decid.?, interius gamophyll., corollinum, limbo 3-fido; exterius 3-phyll. v. 3-part., 00-bracteolatum. Stam. 6 corollae tubo brevissimo inserta, lobis opposita, inclusa; filam. brevia, dilatata; anth. basifixae, 4-gonae, 2-loc., loc. parallel. lateral. 2-locellatis longit. dehisc., locellis posticis apice productiorib. facile confluentib. saepe effoetis appendiciform. (Hb. acaul., fol. angust. planis subcoriac., petiol. vaginant., scapo nudo, inflor. term. solitar.) . . . . ***Subordo II.*** RAPATEACEAE.

1. *Flor. ☿ intra involucr. 2-phyll. foliaceum fasciculati v. capitato-congesti,* invol. foliolis e basi late ovata longe attenuato-caudatis. Perianth. exterius glumaceum. Germ. breviter stipitat., 3-loc., loc. basi 1-ovulatis. Styl. term., 3-gono-filiform., apice subclavatus, stig. 3 in spiram convolutis (stig. 1 hyalino punctiformi? ex Kth.). Caps. 3-loc., 3-valv., valv. medio septiferis. — (*Guiana, Brasil.*) . . . . **Rapatea.** AUBL.

2. — *☿ dense spicati, spica nervo medio spathae foliaceae multo longioris adnata* cylindr.-oblonga. Perianth. utrumque petaloid. Anth. subsessil. elongato-linear. Germ. sessile. Styl. term., filiform., stig. simpl. Fr. . . . . (Rhizoma crassum; scapi sulcato-angulati. — *Guiana.*). . . . . **Spathanthus.** DESV.

II. Ovula amphitropa. (v. pag. sequ.)

JUNCACEAE.

(Continuat.)

I. *A.*

Subordo III. XEROTIDEAE.

II. Ovula amphitropa, in loculorum angulo centrali solitaria. Germ. 3-loc. .

1. *Flor. dioici. Perianth. subcoloratum, 6-phyll.*, fol. in ♂ omnib. v. interiorib. basi cohaerentib., in ♀ persist. Stam. 6 perianthio inserta (in ♀ effoeta); anth. peltatae. Germ. in ♂ rudimentarium. Ovula prope basin affixa. Styli 3 basi connati, breves, stig. subcapitatis. Caps. cartilaginea v. subbaccata, 3-loc., 3-valv., valv. medio septiferis, cortice demum ab endocarpio solubili. Sem. peltata, testa laxiuscula, interdum arilliformi. Embr. in basi album. cartilaginei rectus. (Hbae rigidae, rad. fibros., caule nullo v. breviss. interdum ramoso folioso, fol. gramineis planis v. canaliculat. v. filiform. basi scariosa semivaginant. apice subinde dentatis, fl. in apice caulis v. scapi paniculat. v. spicat. v. racemos. v. capitat., bract. scarios. imbricatis. — *Nov. Holl.*) . . . — Xerotes. R. Br.
2. — ☿? *Perianth. 6-part., colorat., persist.*, lobis interiorib. majorib. teneriorib. Stam. 6 disco hypogyno 3-gono perianthii lobis interiorib. basi subadhaerenti extrorsum inserta; filam. filiform.; anth. 2-loc., medio dorso affixae. Germ. sessile. Stig. 3, sessil., patent. obtusa. Bacca stigmatib. coronata, 3-loc., 3-sp. Sem. peltata?.... (Hba paludosa, anthelminthica, fol. radical. late lanceolat., scapo paniculato, bract. foliac., fl. spicat. minut. 2-bract. — *Java.*) . . . . . — Susum. Blume.

B. Germen 1-loculare (rarius 3-loc., cfr. Kingia). ***Ovula basilaria v. subbasilaria, anatropa.*** Utriculus 1-sp., perianthio cinctus v. inclusus. Album. carnosum. (*Nov. Holland.*)

Subordo IV. KINGIACEAE.

I. Antherae 2-loc., longitudinaliter dehisc., filam. 6 imo perianthio inserta. (Flor. globoso-capitati.)

1. *Antherae basifixae; filam. filiformia. Germ. 3-loc., loc. prope basin 1-ovul.* Styl. 3-gonus, stig. 3 denticuliform. Sem. obovat., testa membranacea. Embr. albuminis basi semiimmersus, subglobos., rostello acutiusculo. Perianth. glumaceum, 6-part., persist. (Habitus *Xanthorrhoeae*; trunc. arboresc., simpl., erect., cicatrisat.; fol. term., conferta, linear., subtriquetra, patula; pedunc. term., demum lateral., divaricati v. deflexi, bracteis vaginantib. tecti, capitulo denso terminati, flor. 3-bract.) — Kingia. R. Br.
2. — *incumbentes; filam. apice incrassata. Germ. 1-loc., basi 3-ovulatum.* Styl. subulat., stig. simpl. Sem. subglobos., testa simplicissima connata, chalaza apicali obsoleta. Perianth. interius 3-phyll., fol. semipetaloid. oblongo-spathulatis; exterius tubulos., 3-fidum, tubo persist. demum indurato fructum includent. (Suffrut., caule simpl. foliato setis reversis denticulatis tecto, fol. gramineis mucronat. margine denticulato-scabris, infimis confertis, caulinis sparsis, capit. term. solitar. bracteis subulat. patulis involucrato, fl. sessil. bracteolis paleac. intermixtis.) . . . . — Dasypogon. R. Br.

Subordo V. CALECTASIEAE.

II. Antherae basifixae, conniventes, 2-loc., apice poris 2 dehisc., filam. 6 filiform., fauci inserta. Perianth. hypocraterimorphum, tubo persist. demum indurato utriculum includente, limbo patente petaloideo 6-partito. Styl. filiform. Sem. pyriform., chalaza apicali incrassata. Caet. Dasypogonis. (Suffrut., ramis dense folios., fol. acerosis basi vaginant., fl. subterm. solitar. coerul., tubo folior. vagina incluso, limbi lobis exterior. disco pubesc.) . . . . — Calectasia. R. Br.

Subordo VI. ASTELIEAE.

II. Bacca 1-3-loc.

Stigm. 3 sessilia. Flor. dioici v. abortu polygamo-dioici. . . . . .

1. *Bacca polysperma*, ... Germ. 3-loc. v. septis incompletis 1-loc., placentis 3 parietal. 00-ovulat. Stigm. obtusa. Perianth. semiglumaceum, 6-part., persist., extus sericeum. Stam. 6 imo perianthio inserta. (Hbae habitu fere *Tillandsiae*, saepe in arborum truncis crescentes, rad. fibrosa, caule nullo v. brevi, fol. angust. ensiform. imbricat. villos. basi sericeo-lanatis, fl. racemos. v. paniculat. raro subsolitar., pedicell. haud articulat. 1-bract. — *Ins. Diemen, Nov. Zeeland., Sandvic., Amer. antarctica.*) . . . . . . — Astelia. Banks et Sol.
2. — *globosa, 1-sperma.* . . . . Germ. 3-loc., loc. 1-ovul. . . . Stigm. plana. Perianth. 6-part., persist. Flor. ♂ ignoti. (Suffrut., rad. fibros., caule simpl. procumb., fol. lanceolat. 3-fariam approximatis, jun. subtus tomentos., petiol. elongatis carinat. vaginant., spicis paniculat. term. subtomentos. — *Java.*) — Hanguana. Blume.

Subordo VII. FLAGELLARIEAE.

III. Drupa pisiformis, stigmatib. coronata, 1-sperma,

epicarpio carnoso ab endocarpio osseo solubili. Sem. subglobos., testa membranacea tenui, umbil. basilari, chalaza term. late orbiculari. Embr. albuminis farinacei foveolae basilari semiimmersus, lenticularis, minutus, radic. infera. Germ. sessile, 3-loc. Ovula in loculor. basi solitaria, sessil., anatropa. Stigm. 3 sessil., filiform., patula. . . . .

Fl. ☿ v. abortu 1-sexual. Perianth. colorat., persist., 6-part., lacin. interior. majorib. Stam. 6 hypogyna; filam. filiform., libera; anth. oblongae, medio dorso affixae, 2-loc., longit. dehisc. (Hbae sarmentosae, caule folior. vaginis clausis velato, fol. lanceolat. nervos. cirrho spirali terminatis, panic. term., fl. bracteolat. parv. — *Ind. or., Nov. Holl.*) . . . — Flagellaria. L.

CCLX. PHILYDREAE.

1. *Capsula 3-loc., 00-sp.; placentae septorum angulo interiori adnatae, bilobae, recurvae*, facie exteriore seminiferae. Sem. horizontal. spiraliter striata, apice pileolata, testa coriacea, umbil. excavato. Embr. in axi album. carnosi, rad. umbilico proxima? Germ. sessile, 3-loc. Ovula horizontal., anatropa? Styl. simplex, stig. capitato. Perianth. 2-phyll., corollin., marcesc. Stam. 3 basi connata, perianthii foliolo antico inserta, lateralia sterilia petaloidea, intermedium monantherum, anth. loculis spiralibus. (Hbae paludosae lanuginosae, rad. fibroso-fasciculat., caule simpl. erecto foliato, fol. subcellulosis basi vaginant. spars., radical. ensiform. equitant., spica term. simpl. v. subramosa, bract. spathaceis, fl. ☿ flavis lanatis. — *Nov. Holl., China austr.*) . . . . — Philydrum. Banks.
2. — *3-loc., 00-sp.; placentae central. filiform. demum liberae.* Sem. laevia, apice nudo. Anthera reniform. Caet. omn. et habitus *Philydri.* (Hbula glabra. — *Nov. Holl. austr.*) . . . . — Hetaeria. Endl.

ENANTIOBLASTAE. *(Classis.)*

Conspectus ordinum.

A. Perianthium duplex, interius tenerius v. corollinum, exterius calycinum v. glumaceum v. etiam corollinum.

I. Perianthium utrumque 3-phyllum, foliolis distinctis. Sem. testa membranacea, rugosa v. scrobiculata. Embr. antitropus, infra papillam umbilico oppositam albumini adplicitus.

- *a. Germen 3-loculare.* Ovula in loc. angulo centrali 2-00 in placentis nerviformib. sepalis oppositis 2-seriata. Stam. 6 hypogyna, nonnulla saepe sterilia v. difformia. . . . . . . — COMMELINACEAE.
- *b.* — *1-loculare*, placentis 3 parietalibus pauciovulatis cum sepalis alternantibus. Stam. 3. . . — MAYACEAE.

II. Perianth. interius gamophyllum, 3-fid. v. 3-part. (rarius in fl. ♀ 3-phyll. v. in fila solutum, cfr. Eriocauleae). Stam. perianthii interioris tubo inserta, plerumque sterilia. Embryonis situs praecedentium. (Flor. capitati.)

- *a. Flor.* ☿, regulares. Stam. 3 v. 6, tubo inserta, filam. liberis filiform., anth. extrorsis term. 2-loc. longit. dehisc. Germ. 1-3-loc. Ovula in loc. 00, horizontalia. . . . . — XYRIDEAE.
- *b.* — *unisexuales*, monoici (rarius dioici?). Stam. 2-6, filam. subulat., aestiv. introrsum flexis, anth. introrsis, 2-loc. longit. dehisc. Germ. 2-3-loc. Ovula in loc. solitar., pendula. . — ERIOCAULEAE.

B. Perianth. totum glumaceum. Ovula in loc. solitaria, anguli centralis apici appensa, orthotropa, micropyle germinis basin spectante. Sem. pendula, testa coriacea duriuscula. Embr. antitropus lenticularis, albuminis extremitati umbilico oppositae adplicitus.

- I. Glumae 4-6. Stam. 2-3. Germ. 2-3-loc., rarius 1-loc. . . . . — RESTIACEAE.
- II. — 2-1. — 1-2. Ovar. 1-2-plura discreta, 1-loc. . . . . — CENTROLEPIDEAE.

CCLXI. COMMELINACEAE.

Tribus I. *TRADESCANTIEAE.*

A. Stamina 6 omnia perfecta, fertilia. . . . .

I. Filamenta apice in connectivum laminaeforme dilatata.

1. *Antherarum loculi connectivi petaloidei cordati lobis basilaribus transverse affixi;* filamenta hypogyna, spiralia, glabra. Ovula pauca, horizontal. Stylus simpl., stig. capitato papilloso. Fr.... Sepala 3 herbaceo-paleacea, imbricata. Pet. libera 3 paleacea, diaphana, inclusa. (Hba habitu *Sansevierae*, scapo apice ramoso, fol. in bractear. axillis conferte fasciculatis fragrant, fasciculis alternis in spicam interruptam dispositis. — *Mexico.*) . . . . — Spironema. Lindl.
2. — *loculi paralleli, connectivum marginantes;* filam. hypogyna barbata, rarius glabra. Ovula in loc. numerosa. Styl. filiform. glaber, stig. obtuso 3-gono v. suborbiculato-dilatato sub-3-lobo. Caps. loculicido-2-3-valv., valv. medio septiferis. Sem. pauca peltata, subquadrata. Sepala 3 herbacea, persist., demum conniventia. Pet. 3 libera, sessil., colorata, persist. (Hbae saepius caulesc., fol. ovat. v. lanceol., fl. ax. v. term. umbellat. v. racemos. nudis v. involucratis. — *Amer., Afr. et Asia trop. et temp.*) . . . . — Tradescantia. L.
3. — *loculi divaricati, connectivum reniforme marginantes;* filam. corollae tubo inserta, barbata. Ovula in loculis 2 collateraliter affixa, altero pendulo, altero erecto. Styl. apice incrassatus, pilosus, stig. excavato. Caps. loculicido-3-valv., valv. medio septiferis, loc. 2-1-sp. Sem. subpeltata, angulata. Sep. 3 basi connata, persist., demum connivent. Pet. 3 tenera, unguibus in tubum connata, caduca. (Hbae saepius pubesc. v. lanatae, habitu *Commelinae*, inflor. spathaceo-bracteata. — *Asia trop.*) . . . . — Cyanotis. Don.
4. — *loculi divaricati, connectivi subhorizontalis crura marginantes;* filam. barbata. Ovula in loc. pauca. Styl. declinatus, glaber, stig. subcapitato-3-lobo. Caps. perianthio baccante tecta, 3-valv., valv. medio septiferis. Sem. pauca, peltata, ovata, compressa. Calyx *Cyanotidis.* Pet. 3 libera, sessil., persist., demum baccantia. (Hbae caulesc., fol. oblong., vaginis laxis, pedunc. oppositifol. medio geniculatis, umbellis congestis, bract. 2 involucrantibus. — *Amer. et Asia trop.*) . . . . — Campelia. Rich.

II. Filamenta apice haud dilatata. (v. pag. sequ.)

RESTIACEAE.

(Continuat.)

III.B.*II*.a.

5. *Calyx 6-sepalus, glumaceus, aequalis, basi nudus.* ♂: *Stam.* 3; anth. 1-loc., peltatae. ♀: Germ.... Styl. 2-3-partit., deciduus. Nux ossea, calva, 1-sp., calyce breviore basi cincta. (Habitus *Restionis*; culmi ramosi; fl. ♂ amentacei, ♀ in spica imbricata solitarii term. — *Nov. Holl.?, Afr. austr.*) . . . . Hypolaena. R. Br.

b. Discus hypogynus conspicuus, margine plerumque elevato repando v. crenato cinctus. Styl. crassus ad discum usque 2-partitus, aut elongatus semibifidus. Nux dura, 1-sp. (*Afr. Austr.*)

1. *Spiculae ♂ et ♀ conformes*, arcte imbricatae, squamis in ♂ plerisque florigeris, in ♀ inferiorib. omnibus vacuis, terminali angustiore sola fertili 1-flora. ♂: Cal. subchartaceus, 6-part., lobis lanceolat. omnib. planis. Stam. 3, anth. 1-loc. incumbent. ♀: Cal. floris stipitem cingens, membranaceus, 6-part., cum fructu increscens. Disc. hypog. latus, orbiculat., planus. Styl. hirsutus. Nux ossea, obtusa. (Vaginae rigidae, coloratae, apice saepe processu auctae; spiculae in apice culmi aphylli paucinodis approximatae, alternae, squamis rigidis acutis v. aristatis.) . . . . Hypodiscus. Nees.

2. — *♂ et ♀ dissimiles*, squamis chartaceis (in ♂ tenuiorib. v. membranaceis) undique imbricatae; ♂ minores, paniculatae, squamis omnib. florigeris; ♀ majores, paucae, spicatae, squamis longis rigidulis, infer. plerisque sterilib., summarum paucis saepe pistillum abortivum minutum bifidum foventibus. ♂: Sepala 6 membranacea v. chartacea, lanceolata, subaequal. Stam. 3, anth. 1-loc. oblongo-linear. Flos ♀ terminal., sessilis. Cal. parv., membranac., demum evanescens, truncatus, plicatus, lobulatus, aut 6-sepalus, sep. subaequalib. mucronatis parvis. Disc. hypog sessilis, v. pateriform., extus rugosus, v. cylindricus, laevis, apice plicatus. Styl. 1 semibifidus, decid., v. 2 discreti recti bifidi, cruribus introrsum hirsutis demum contortis. Nux laevis, teres, vertice umbilicata, basi ope disci persistentis papillis truncatis spongioso-echinulata. (Bracteae spicarum rigidulae, in ♀ diutius persist.) . . . . . . Leucoploeus. Nees.

III. Stylus brevis, deciduus; stig. 2 elongata, introrsum plumoso-villosa. Germ. sessile, 2-loc., loc. altero minore vacuo. Disc. hypog. nullus. Nux stipitata, dura, 1-sp. Flos ♀ in apice spicae undique imbricatae solitarius. Sepala 6 biseriata, squamulaeform., persist. Stam. rudim. nulla. Spicae ♂ multiflorae, undique imbricatae; flor. compressi, singuli squama bracteali fulti. Sep. 6 inaequalia; exteriora lateralia paulo breviora, carinata, aptera, antico planiusculo dimidio longiora. Stam. 3 libera; anth. 1-loc., dorso supra basin affixae, antice longit. dehisc. Pistilli rudim. nullum. (Rhizoma repens, squamatum; culmi simpl., tenues, rigidi; vaginae remotae, arctae, mucronatae; spicae ♂ cylindr., 3-6 in apice caulis subspicatim approximatae, vaginis decid. distinctae, patulae; ♀ 1-2 term., v. 6-7 spicatim approximatae, vaginis spathaeform. longiorib. stipatae. — *Afr. Austr.*) . . . . Boeckhia. Kth.

CCLXVI. CENTROLEPIDEAE.

A. **Stamen unicum, anticum.** Ovaria discreta. Utriculi longitudinaliter dehiscentes. (Hbae caespitosae, rad. fasciculato-fibrosis, fol. radical. filiform. v. setaceis basi semivaginant., scapis indivisis, spicis term. — *Nov. Holl.*)

1. *Spiculae distichae, squamis (glumis) 1-floris*, antica mucronata, posticam (paleam) muticam includens, in florib. infimis saepe vacua longior et spathellaeformis. Ovar. 1, sessile, stylo filiformi, stig. simpl. Utric. latere dehisc. Semen compressum. (Scapi nudi; glumae coriaceae, hispidae.) Aphelia. R. Br.

2. — *1-pauciflorae*, spathae 2-valvis squama (gluma) anteriore posticam suboppositam breviorem amplectente. *Bracteolae (paleae) nullae.* Ovaria 6-18 axi communi adnata, unilateralia. Styli 6-18, simpl., basi connati, stig. barbato-plumosis. Utric. latere dehisc. Sem. teretia. (Scapi filiform.) . . . . Alepyrum. R. Br.

3. — *multiflora capituliformis*, spathae 2-valvis squamis (glumis) approximato-alternis; *flor. singuli bracteolis 2 (paleis) stipati.* Ovaria 2-12, axi communi undique adnata v. subsecunda. Styli 2-12 simpl., liberi v. basi connati, stig. barbatis. Utric. extus dehisc. Sem. teretia. (Scapi filiform., nudi; spicae raro pauciflorae; glumae aristatae v. muticae.) . . . . Centrolepis. Labill.

B. **Stamina duo,** invicem et bracteis opposita, exserta, libera, filam. filiform., anth. peltat. 2-loc. (ex Endl. 1-loc.), loc. marginal. longit. dehisc. Germ. 2-loc., stipitatum, ovulis in loc. solitar. apici appensis orthotrop. Utriculi 2 dorso longit. dehisc., primum faciebus cohaerentes (in capsulam emarginato-bilobam septo contrarie compressam, loculicido-bivalvem, septo demum fisso) mox soluti. Sem. teretia. Flos term. solitar. (adjecto interdum altero ad ovarium effoetum redacto), bracteis 2 spathaeform., inferiore longiore superiorem amplectente. (Hbula caespitosa, muscoidea, glabra, caul. erect. superne ramosis dense folios., fol. arcte imbricat. subulato-triquetris basi dilatata vaginant., ligula integra. — *Ins. Macloviana*) . . . . Gaimardia. Gaud.

GLUMACEAE. *(Classis.)*

Conspectus ordinum et tribuum.

A. **Embryo albuminis basi inclusus. Pericarpium semini haud adnatum.** Ovulum basilare anatropum. — Herbae, caulibus plerumque enodibus, saepe 3-gonis; foliorum vagina integra, ligula nulla. . . . . CYPERACEAE.

I. **Spiculae ☿,** rarius polygamae aut androgynae.

A. — multiflorae (raro 5-1-florae, cfr. Mariscus, Courtoisia, Kyllingia). Squamae distiche imbricatae (cfr. Remirea), omnes florigerae aequales v. paucae inferiorum vacuae. Flor. ☿, raro polygami (cfr. Kyllingia). Perianthii vestigium (excepto Leptoschoeno) nullum. . . Tribus I. *CYPEREAE.*

B. — multiflorae (rarius pauciflorae, cfr. Eleocharis, Scirpus, Isolepis, Androcoma, Melancranis). Squamae undique imbricatae (raro distichae, cfr. Abildgaardia, Androtrichum), aequales, inferiorum paucae saepius vacuae.

1. *Flores perianthio nullo aut rudimentario, i. e. setis capillis squamulisve cincti.* . . . . Tribus II. *SCIRPEAE.*

2. — *perianthio nullo, sed squamis propriis 1-6 minoribus et tenuioribus involuti* (cfr. Platylepis). Spicae ☿? an potius androgynae, flore unico ♀ centrali, lateralibus 1-∞ ♂ monandris? . . . . Tribus III. *HYPOLYTREAE.*

4. — *hypog. nullus.* Fr. . . . Spicae ax. et term., multiflorae, fasciculatae, inaequaliter pedunculatae, inferiores 4-6 cujusque ramuli ♂, superiores 4-1 ♀. Squamae undique imbricatae, convexae, singulae includentes spicam minorem ad florem 1 ♂ squamulis 2 involutum reductam. (Suffruticosa, caespitosa, ramosissima, ramulis fasciculatis, inferne dense foliosis, fol. linear. rigid. recurvo-patent., vaginis persist. — *Brasil.*) . . . . Fintelmannia. Kth.

III. Stamen 1 (cfr. supra Scleria, Cylindropus). Spicae androgynae, squamis undique imbricatis.

1. *Stylus 3-fidus. Ovar. sessile, conicum, basi disco cinctum.* Fr. . . . Squamae subcarinato-convexae, inferiores spicam ♂ minorem paucifloram stipantes, super. vacuae, summae florem ♀ solitarium sessilem nudum cingentes. (Culmi 3-goni, foliosi; fol. plana, 3-nerv., rigidula; pedunc. ax. et term. simpl. et pauciflori v. cymoso-ramosissimi polystachyi. — *Brasil.*) . . . . Becquerelia. Brongn.

2. — *profunde 3-fid. Ovar. pyriforme.* Fr. . . . Spicae multiflorae; fl. exteriores ♂, singuli squama fulti; centralis ♀, nudus, interdum duplex. Squamae subhyalinae, linear., acutae, 1-nerv., decid.; exter. majores, coriac., vacuae; receptaculo conico. Anthera linear., appendice longissima hispidula. (Culmi compressi, basi foliati; fol. equitant., recta; spica solitar., folio culmum terminante fulta, oblonga. — *Afr. austr.*) . . . . Chrysithrix. Linn. fil.

3. — *2-3-fidus. Ovar. ovatum.* Fr. . . . Squamae membranaceae, exter. ♂. Spicae *Chrysithrichis.* (Pl. paludosae, repentes, facie fere *Junci conglomerati.* — *Nov. Holl.*) . . . . Chorizandra. R. Br.

4. — *2-fidus. Achaen. obovatum, lenticulari-compress., styli basi persist. rostratum.* Spica composita, oblonga, teres, arcte imbricata. Squamae singulae spiculam minorem androgyno-multifloram obtegentes, infimae vacuae; spicularum flos centralis ♀ nudus; laterales 3-6 ♂, squamis 12-16 propriis lanceolatis distincti et involuti, quarum 2 extimae oppositae carinatae. (Culm. simpl., teres, septulato-subarticulatus, basi vaginatus, vaginis aphyllis, spica infra apicem subulatum solitaria. — *Madagasc., Ind. or., Nov. Holl.*) . . . . Lepironia. Rich.

IV. Stamina 12 v. plura. Spiculae sub-1-florae, squamis undique imbricatis, plurimis vacuis. Nux cylindracea, crustacea, nucleo laevi. (Pl. paludosae, elatiores, culmo folioso v. nudo, spiculis turbinatis squarrosis ax. et term. paniculatis aut lateralib. subsolitariis, squamis aristatis v. muticis extus nigricantib. — *Nov. Holl.*) . . . . Evandra. R. Br.

B. Perianth. 6-partitum, cartilagineum, post lapsum nucis (crustaceae) persistens.

Glumae 2 spathaceae, deciduae, includentes flosculum 1, squama interiore 1 v. nulla. Stam. 3. Styl. 1, decid., stigm. 3. (Hbula caespites densos amplos convexos formans; fol. stricta, linear., nervosa, imbricata; scapi ax., breves, compressi, 1-flori. — *Ins. Diemen et Maclovian.*) . . . . Oreobolus. R. Br.

Tribus VI. *ELYNEAE.*

1. *Spiculae monoicae; ♂ 00 terminales subcapitato-fasciculatae, ♀ axillares, subsolitariae*, distantes, folii vagina (colorata) fere inclusae. *Squamae distichae*, chartaceo-membranaceae, in ♂ 4-5, infima sola sterili, in ♀ 6-7 deorsum decrescentes, extrema sola fertili. Stam. 3, anth. erect. elongat. longe cuspidatis. Styl. elongatus, basi bulboso-incrassatus, profunde 3-fidus, ramis longis tortis hispidulis. Achaen. utriculare, inflatum, subtrigono-rotundum, venulosum, styli basi persist. continua crassa 3-sulca rostratum. (Culmi compressi, foliosi; fol. filiformi-3-gona, scaberrima. — *Afr. austr.*) . . . . Aulacorhynchus. Nees.

2. — *undique imbricatae, 1-florae*, pedicellatae, fasciculatae, spicatae v. paniculatae. Squama (gluma 1-valvis) 1, antica. Paleae 2 (valvulae perianthii) rhachi parallelae, superiore (postica) inferiorem minorem amplectente v. interdum deficiente. Stam. 2-3. Styl. 2-3-fidus. Achaen. longe rostratum. (Hbulae habitu *Caricis.* — *Himalaya, Brasil.*) . . . . Trilepis. Nees.

3. — *1-florae, in spicas paniculatas congestae, infimae ♀, reliquae ♂.* Squamae 3 acutae, breves, intima aristata. Paleae 2 oblongae, muticae, glumis longiores. Stam. 10; filam. subnulla receptaculo paleolis paleas aequantib. obsito inserta; anth. cauda discolore acuta terminatae. Ovar. 3-gonum; stigm. 3 sessilia, filiform. Achaen. . . . . (Culmi triquetri, foliosi; fol. subulata, aspera, pilosa. — *Cochinchina.*) . . . . Diaphora. Lour.

4. — *2-florae, flore superiore* (postico) *♀ sessili, inferiore* (antico) *⚥ brevissime stipitato.* Squama (bractea s. gluma communi) antica. ♂: Palea 1, glumae contigua; stam. 3. ♀: Palea 1, rhachi contigua, florem ♂ amplectens. Styl. 2-3-fid. Achaen. chartaceum, 3-gon., mucronatum. (Habitus *Caricis*; spica term. composita, linearis. — *Alp. Europae med. et region. arct.*) . . . . Elyna. Schrad.

5. — *polygamae, distiche spicatae; inferiores androgynae v. abortu ♀, suprema ⚥ multiflora*, androgynarum flore postico ♀, anticis ⚥ pedicellatis abortu saepe ad pedicellum subuliformem redactis. Gluma 1 antica. Palea 1 postica, bicarinata, pedicellum floris ♂ amplectens. Spiculae ♂: flor. undique imbricati, 1-paleati. Stam. 3. (Caet. *Elynae.* — Spicae compositae in apice culmi spicato-congestae. — *Montes Europae, Caucas.*) . . . . Kobresia. Willd.

Tribus VII. *CARICINEAE.*

1. *Achaen. lenticulare v. plano-convex., v. 3-gonum, utriculo aucto tectum.* Spicae androgynae v. monoicae, rarius dioicae, ⚥ simplices, ♀ saepe subcompositae. Squamae undique imbricatae, 1-florae. Stam. 3. Squama altera pistillum amplectens axi contigua, 2-carinata, utriculum referens (nectarium, auct., perianthium, R. Br., perigynium, Nees.) Styl. 2-3-fid., stig. elongat. exsertis. (Hbae saepius caespitosae v. repentes; culmi saepe 3-goni, raro ramosi; fol. graminea, margine carinaque saepius scabra; spicae term. et ax., solitar. v. varie aggregatae, spicatae v. capitatae v. paniculatae. — *Totus fere orbis.*) Carex. Micheli.

2. — *plano-convex. v. 3-gonum, utriculo aucto tunicatum, arista hamata exserta.* Spica term., solitar., erecta, superne ♂ simplex, inferne ♀ subcompos. Pistillum intra utriculum ad basin dorsi arista hamata (rudimento axeos s. rhacheolae) suffultum. (Caet. omnia *Caricis.* — *Afr. et Amer. austr., Antill., Oceania, Ind. or.*) . . . . Uncinia. Pers.

3. — *3-gonum, styli basi rostratum, utriculo indurato? lageniformi tectum.* Spiculae in spicas compositas dispositae, terminali cujusque rami masculo, lateralib. androgynis v. interdum ad florem ♀ basilarem et rhacheolae rudimentum stipitiforme redactis, subdistichae, sessiles, bractea fultae; ♂ pluriflorae, squamis undique imbricatis carinato-concavis 3-andris; androgynarum flos infimus ♀, reliqui ♂. Squama ♀ bracteae opposita, rhachi communi contigua, 2-carinata, pistillum et rhacheolae basin amplectens, marginibus antice plus minus connatis utriculum 3-gonum persist. formans. Styl. 3-fid. (Culmi 3-goni, foliosi; fol. carinato-plana; spicae ax. et term. longe pedunculatae. — *Afr. austr.*) . . . . Schoenoxiphium. Nees.

CCLXVIII. GRAMINEAE.

Tribus I. *ORYZEAE.*

A. Stigmata 2, plumosa.

I. Stamina 6 (raro 3-1, cfr. Leersia, Ehrharta, Hygroryza, v. 6-11, cfr. Luziola).

A. Spiculae 1-florae, ☿ (raro 2-florae polygamae, cfr. Potamophila).

a. Glumae nullae. (Spicae paniculatae, spiculis subsecundis, pedicellis apice v. medio articulatis).

1. *Paleae* 2 *chartaceae, compresso-carinatae, muticae,* clausae, subaequilongae, inferior multo latior. Squam. 2, membranaceae, glabrae. Stam. 3 v. 6, raro 1. Styli 2 term., stigm. pilis ramosis. Caryops. compressa, libera, glabra, paleis tardius cohaerentib. tecta. (Fol. plana; spiculae imbricatae, compressae, saepius ciliatae. — *Amer. bor. et trop., Afr. austr., Nov. Holl., Ind. or., Eur.*) . . . . Leersia. SOLAND.

2. — 2 *compresso-carinatae, brevissime stipitatae, muticae, obtuse mucronatae; inferior 5-nervis,* nervo medio marginalibusque denticulato-ciliatis; superior paulo brevior. 3-nervis, carina denticulato-ciliata. Squamulae 2 carnosae, acinaciformes. Stam. 6. Ovar. sessile. Stigm. longa. (Culmi basi repentes; panicula nutans, spicis paucis subsecundis, spiculis in pedicelli curvati apice cyathiformi solitariis articulatis. — *Ind. or.*) . . . . Blepharochloa. ENDL.

3. — 2 *vix compressae, sessiles, pedicello continuae; inferior major 5-nervis, recte aristata,* nervis denticulato-ciliatis; superior mutica, acuminata, 3-nerv., carina denticulato-scabra. Squam. 2 magnae, extus gibbo-carnosae, glabrae v. apice ciliatae. Stam. 6, filam. longe exsertis. Ovar. sessile. Styli 2. Caryops. . . . (Culmi natantes, caespitosi, radicant., vaginis cellulosis tumidis, fol. cordato-lanceolat. apice cucullatis rigidis, panic. erecta, spiculis ramis adpressis, pedicellis clavatis infra medium annulo rubro constrictis. — *Ind. or.* Potamochloa. GRIFF.

b. Glumae 2. Spiculae cum pedicello articulatae.

1. *Palea* 1, *tenerrima, apice denticulata.* Glumae subaequales, inferior caudato-setigera, superior acuta. Squam. nullae. Stam. 3. Styl. 1, stig. 2, pilis ramosis. Caryops. stipitata, subcompressa, mucronata. (Fol. basi rotundata; racemi approximati subfastigiati. — *Ind. or.*) . . . Hygroryza. NEES.

2. *Paleae* 2, *chartaceo-coriaceae,* compresso-carinatae, clausae, subaequilongae; inferior multo latior, *apice plerumque aristata, arista recta basi subarticulata.* Glumae parvae, membranaceae, subconcavae, muticae. Squam. 2 subcarnosae, glabrae. Stam. 6. Styli 2 term, stigm. pilis ramosis. Caryops. oblonga, compresso-4-gona, glabra, laevis, paleis persist. arcte tecta, libera. (Fol. plana; spic. racemoso-paniculatae, cum pedicello articulatae, compressae, hispidae. — *Ind. or., Afr., Amer.*) . . . . Oryza. L.

3. — 2 *membranaceo-chartaceae* naviculares, compressae, clausae, subaequilongae, *inferior* multo latior, *mutica.* Stigm. pili simpl.? Caet. Oryzae. (Culmi erecti, simpl., vaginis solutis ligulae loco nodoso-incrassatis, ligula parva adpressa, panic. term. patula, spic. sparsis cum pedicello articulatis. — *Afr. austr., Madagasc.*) . . . . Maltebrunia. KTH.

4. — *membranaceae, concavae, muticae,* inferior 5-nervia, super. 3-nervia saepe longior. Glumae minutae, tenue membranaceae, muticae, concavae. Squam. 2 acutatae, ovarium aequantes, glabrae. Stam. 6. Styli 2 term., stig. pilis bifidis v. subdichotomis. Caryops. libera, glabra. (Culmi caespitosi, subramosi, fol. subinvoluta, ligula longa lacera, panic. erecta effusa; spic. cum pedic. articulatae, polygamae, saepe monoicae, superiores nunc ☿ 1-florae, cum v. absque fl. inferiore neutro 1-paleaceo, nunc ♂; inferiores 1-2-fl. ♀, stam. effoetis, fl. sessil. 2-paleaceis. — *Nov. Holl.*) . . . . Potamophila. R. BR.

B. Spiculae 1-florae, 1-sexuales, monoicae.

a. Paleae 2, membranaceae, concavae, nervosae.

1. *Spiculae ♂ et ♀ in eadem panicula, illae inferiores. Glumae in ♂ nullae,* in ♀ rudimentum cupuliforme orbiculat. membranaceum. Paleae subaequales, inferior superiorem involvens, in ♂ acutato-mucronata 5-nervia, in ♀ 3-nervia arista longissima recta haud articulata terminata. Stam. 6 (in ♀ rudimentaria). (Squam. 2 subcarnosae, glabrae. Ovar. sessile, glabr. (in ♂ rudim. minutum). Styli 2 breves, divaricati, stig. penicillatis, pilis simpl. Caryops. elongat-cylindr., sulco notata, stylo rostrata, paleis involuta, libera, laevis. (Gram. aquat., fol. planis, spic. racemosis. — *Amer. bor.*) . . . . Hydropyrum. LINK.

2. — *♂ et ♀ in eadem panicula, illae inferiores. Glumae in ♀ nullae,* in ♂ minutissimae in unam orbicularem connatae, membranaceae. Paleae 2 carinatae, inferior acutato-mucronata, in ♂ 5-nervia, in ♀ 7-nervia arista recta continua terminata; superior 3-nervia, acuta, in ♂ brevior, in ♀ subaequalis sub-3-carinata. Squam. 2 integrae, hyalinae, glabrae, in ♀ subcultriformes. Stam. 6, (in ♀ nulla). Pistilli rudim. in ♂ nullum. ♀: Stylus term., stig. elongato 2-fido plumoso, pilis simpl. Caryops. stipitata, lenticularisubcompressa, crustacea, laevis, glabra, libera. (Rad. repens; culmi erecti; fol. canaliculata; panic. magna patens. — *Amer. bor., Antill., Ind. or.*) . . . . Zizania. LINN.

3. — *♂ et ♀ in distinctis paniculis, illae multo majores. Glumae nullae.* Paleae 2 subaequales, muticae. Stam. 6-11. Squam. 2 (in ♂ 3, interiore minima), hyalinae, glabrae. Pistilli rudim. nullum. ♀: Styli 2 term., stig. villoso-plumosis, pilis simpl.? Caryops. subcrustacea, paleis clausis tecta, libera, laevis, glabra. (Culmi caespitosi, ramosi, natant. v. repentes; fol. plana; panic. ♂ term., ♀ 1-3 axillar. breviores. — *Amer. trop.*) . . . . Luziola. JUSS.

b. Paleae nullae. Spic. ♂ et ♀ in eadem panicula. Glumae 2 muticae. ♂: Stam. 6. ♀: Styli 2, stig. plumos. Caryops. globosa, libera. (Culmi caespitosi; fol. plana; panic. term. — *Brasil.*) . . . . . . Arrozia. SCHRAD.

C. Spiculae 3-florae, compressae; flor. approximati, infer. 2 neutri 1-paleacei coriacei carinati mutici v. mucronati v. aristati; terminalis ☿, glumis 2 membranac. muticis, paleis 2 carinatis, inferiore subcoriacea compressa mutica, superiore angustiore. Stam. 6, rarius 3. Styli 2 term. (interdum basi connati?), stig. plumos., pilis simpl. longis. Squam. 2, membranac., 2-lobae, glabrae v. ciliatae. Caryops. *Leersiae.* (Culmi saepe ramosi; fol. plana; spic. racemoso-paniculatae. — *Afr. austr., ins. S. Helen. et Mascaren.*) . . . . Ehrharta. THUNB.

II. Stamina 4. Spiculae 3-florae, flor. 2 infer. neutris 1-paleaceis, terminali ☿ 2-paleaceo. Glumae 2 parvae, concavae. Fl. neutri inaequales, inferiore breviore. Squam. 2, laterales. Stig. plumosa. (*Nov. Holl.*)

1. *Paleae flor. neutr. ovato-ellipt., truncato-rotundatae, carinato-concavae, 7-nerv., rigidae.* ☿: Palea inferior ovato-oblonga emarginata, navicular., rigida, 7-nerv., superior parum brevior et angustior, 1-nervia. Ovar. glabr., laterib. compressum. Styli 2. Squam. late ovatae, membranac., glabrae. Caryops. . . . (Culmi simpl. v. ramosi; fol. plana; spica racemosa, aequal.). . . . . . . Tetrarrhena. R. BR.

2. — *flor. neutr. lanceolato-linear., aristatae, 5-sulcatae, subcoriaceae.* Glumae minutae, a florib. remotae, muticae, carinatae, subaequales. Fl. ☿ neutris brevior; palea infer. compresso-carinata, acuminata, membranacea; superior triplo brevior, linear., hyalina, canaliculato-subcarinata, 1-nerv. Stig. 2 sessilia, pilis longis simpl. Caryops. linear., compressa, glabra, libera, paleis tecta. (Culm. filiform.; fol. plana, brevia; ligula incisa, spiculae racemosae cum pedicello haud articulatae.) . . . . Microlaena. R. BR.

III. Stamina 2. . . . (Gramen indescriptum, *Microlaenae* affine. — *Nov. Zeeland.*) . . . . Diplax. SOLAND. †

B. Stigmata 3, pilosa. Stylus term. Caryops. palea exteriore obtecta. Spiculae 1-florae, monoicae, paniculatae. Glumae 2 membranaceae, paleis minores. Paleae 2, in ♂ membranaceae Stam. 6, in ♀ nulla. (Gram. elata, fol. petiolat. plan. latis nervoso-striat., panic. term., ramis spiciform.)

1. *Squamulae in ♂ 2 glabrae, integrae,* in ♀ nullae. Spiculae geminae, altera majore ♀ sessili, altera pedicellata parva. Glumae muticae, inaequales. ♂: Palea inferior 3-nerv., subcarinata, acuta, superior 2-nerv. Ovarii rudim. minutum. ♀: Glumae concavae, muticae. Paleae muticae, inferior indurato-coriacea, superiorem 2-nerviam angustam involvens. (Styl. longissimus; stig. papilloso-pilosa. Caryops. linear., cylindr., acutata, intus sulco profundo notata, palea exter. laxe inclusa. — *Amer. trop.*) . . . . Pharus. P. BR.

2. — *in ♂ et ♀ nullae.* ♂: Palea exterior ovata, concava, interior linear. plana. ♀: Palea exter. ventricoso-subglobosa, apice angustata, demum aucta chartacea inflata; interior linear. minuta. Stigm. villosa. — (*Nov. Holl., Molucc.*) . . . . Leptaspis. R. BR.

GRAMINEAE.

(Continuat.)

Tribus II. *PHALARIDEAE.*

A. Stamina 3 (rarissime 2, v. Crypsis).

I. Stylus 1, longus, term., stig. indiviso glabro plano-convexo basi hinc infundibuliformi. Caryops. substipitata, oblonga, plano-convexa v. subangulata, rostrata, in fundo coriaceo duro palearum locata. Spiculae 1-florae, 2-3 inferne in tubum carnosum 2-3-locularem extus sericeo-villosum connatae, pedunculo communi brevi suffultae, folio spathaeformi involutae, glumis et squam. nullis, genitalib. exsertis. Paleae 2 membranaceae; inferiores (exteriores) rigidae, acutae, inferne carnosae et inter se connatae; superiores longiores, hyalinae, 2-carinatae, inferne dorso inter se connatae et exteriorib. adnatae, marginib. liberis inflexis. (Culmi caespitosi, simpl., farcti, vaginis inferiorib. aphyllis; fol tereti-subulata, ligula elongata, spatha term. solitar. — *Eur. austr., Afr. bor.*) . . . . Lygeum. L.

II. Stigmata 2 plumosa v. pubescentia (raro 3, v. Coix). **Spiculae discretae** (raro basi connatae, v. Hilaria, Hexarrhena).

A. Flores omnes unisexuales, monoici (interdum nonnulli neutri).

I. Spiculae ♂ 2-3-florae, ♀ 1-florae. Glumae et paleae 2. Squamulae nullae. Styli 2 term., basi connati, elongati. (Fol. plana, ligula laciniata, spica term., rhachi flexuosa haud articulata, spiculis scabris ternatis, anteriorib. 2 ♂, postica ♀. — *Mexico.*)

1. *Glumae indurato-coriaceae, inaequilaterae;* in ♂ carinatae, inferior brevior, bifida, breviter aristata, superior mucronulata; in ♀ aequales, suboppositae, naviculari-carinatae, bifidae, inter lobos aristatae. Paleae rotundato-emarginatae; in ♂ membranaceae, inferior brevior carinata, superior 2-carinata; in ♀ chartaceae, compresso-carinatae, superne angustatae et membranaceae, inferior brevior latior 3-nervia, superior superne 2-carinata Stam. 3 (in ♀ rudim. minuta). Stigm. elongata, exserta, pubesc. Caryops. sessilis, paleis inclusa, libera, glabra, compressa. (Gram. repens, ramosum; spiculae ternatim inferne connatae.) . . . . Hilaria. H. B. K.

2. — *inferne connatae* (in ♀ ventricosae) *3-fidae*, lacin. subulat. v. lanceolatis in ♂ valde inaequalib. Paleae membranaceae, diaphanae, subconformes, in ♂ nervosae muticae; inferior in ♀ navicularis, lenticularis, spathulato-acuminata 3-nerv., superiorem minorem 1-nerv. includens. Stig. penicilliform. Fr. . . . (Culmi caespitosi, basi ramosi, compressi, nodis pilosis; fol. scabra; spica cylindr., rhachi triquetra.) . . . . Hexarrhena. Presl.

II. Spiculae 3-4-florae, flore infimo ♀ solitaria, a superiorib. ♂ valde remoto, summo tabescente. Glumae 2 subaequilongae, membranac., clausae, muticae, 3-lobae, reticulatae, infer. 7-, super. 3-nervia. Paleae 2, herbaceae v. membranac.; infer. concava, in ♀ 4-loba 9-nerv., in ♀ emarginata 5-nerv.; superior 2-carinata, in ♀ paulo longior. ♂: Squam. 2 collaterales, subcuneatae, glabrae. ♀: Squam. et stam. 0. Styl. 1, stig. 2 elongat. plumos., pilis simpl. Caryops. sessil., libera, oblonga, subcompressa, laevis, glabra. (Culmi caespit., basi repent. ramosi, geniculati; fol. petiol., ovata, plana, 00-nerv., lig. subnulla; panic. patens, depauperata, spic. longe pedicellat. lanceolat. virid. — *Mexico.*) . . . . Despretzia. Kth.

III. Spiculae ♂ et ♀ biflorae.

a. — **involucro proprio destitutae.**

1. — *♂ racemosae in paniculam term. dispositae, ♀ in spicam ax. sessilem crassam cylindricam vaginis aphyllis involutam congestae.* ♂: Flos uterque perfectus, sessil., 2-paleaceus. Glumae subaequales, herbaceae, muticae, infer. 3-, super. 2-nervia. Squam. 2 collaterales, carnosae, cuneatae, oblique truncatae, glabrae. ♀: Flos inferior neuter, 2-paleac.; superior ♀, 2-3-paleac. Glumae 2 subcarnosae, latae, ciliatae, inferior subbiloba. Paleae subcarnosae, muticae, glabrae. Squam. et stam. 0. Styl. term. compressus, apice 2-fid. et pubesc., lobis subulat. exsertis. Caryops. subreniform., gluma et paleis cincta. (Pl. annua, culmo crasso, medulla farcto, fol. latis planis, lig. ciliata brevi, spiculis ♀ multiseriatis, seriebus per paria approximatis. — *Paraguay, Chile.*) . . . . Zea. L.

2. — *in spicas collectae; spicae term. ♂, axillares androgynae, inferne ♀*, rhachi articulata. ♂: Glumae et squam. 2. Paleae 0? ♀: Flos. inferior neuter, 1-paleaceus; superior ♀: Glumae 2, infer. cartilaginea, alata, nervosa, rhachin angustam amplectens, superior laevis acuminata. Paleae 2. Squam. 0. Stigm. longissima, colorata. (Fol. plana, margine scabra, lig. Zeae; articuli ♀ spicae androgynae spicula neutra 1-valvi herbacea articulum amplectente stipati. — *Java.*) . . . . Polytoca. R. Br.

b. — **singulae v. saltem inferiores involucro proprio inclusae,** in spicas term. 2-3 androgynas fasciculatas dispositae, superiores ♂, infer. 1-2 ♀. Paleae membranaceae. — (*Ind. or.*)

1. *Spicae singulae involucro 1-phyllo foliaceo inclusae*, constantes spiculis 1-2 inferiorib. ♀ sessilib., et superiore ♂ pedicellata. ♂: Glumae 2 herbaceae, subaequales, nervosae. Paleae 2. ♀: Flos infer. neuter, 1-paleac.; super. ♀, paleis 2 angustis acutis. Glumae 2, inferior pedicellum ♂ amplectens, inferne cartilaginea, margine altero equitans, superiore compressa, semiherbacea, nervosa; superior herbacea, acuminata. Styl. bifidus, stig. hispidula. (Culm. geniculat., ramos.; fol. plana, lig. brevi ciliata.) . . . . Scleracline. R. Br.

2. — *polystachyae, rhachi haud articulata, spiculis 3 infimis solis involucro inclusis,* media sessili ♀, lateralib. neutris pedicellatis minutis v. ad pedicellum fistulosum redactis. Involucr. lapideum, nitidum, ovatum, clausum, apice perforatum, rhachi libera et stigmatib. exsertis. Spiculae ♂ plurimae, a ♀ distantes imbricato-spicatae v. subpaniculatae, sessiles, flore utroque sessili. Glumae muticae subaequales, infer. planiuscula, marginib. carinato-alatis, super. 3-gono-concava. Paleae 2 tenerae, muticae, super. 2-carinata. Squam. 2 carnosae, truncatae, glabrae. ♀: Flos infer. neuter, 1-paleac.; super. ♀, paleis 2 subcarnos., superiore 2-nerv. Glumae 2 concavae, carnosae, muticae; super. dorso carinata. Squam. 0 Stam. effoeta, minuta. Styl. term. brevis, stig. 2 longis, pilosis, pilis simpl. Caryops. sessil., subrotunda, rostrata, glabra, libera, intus sulco profundo exarata. (Culmi ramosi, medulla farcti; fol. plana.) . . . . Coix. Linn.

B. Flores omnes ☿ (rarius summi neutri, cfr. Phleum, Fingerhuthia).

I. Spiculae 1-florae (subinde cum rudim. floris alterius, cfr. Phleum).

a. Squamulae hypogynae nullae. Styli 2, term. (interdum in Alopecuro basi connati), stigm. longis. Glumae 2 muticae, carinatae, subaequales. Paleae membranaceae. Caryops. libera, laevis, glabra.

1. *Palea* 1, *inferne 5-nervia, apice biloba, dorso infra medium aristata,* marginib. a basi ultra medium connata, arista palea brevior. Spiculae complures, fasciculatae, involucro membranaceo subcampanulato cinctae. Glumae membranaceae, inferne connatae, flore breviores. Stam. 3. Styli breves, stig. linear. pubesc. Caryops. lenticularis, oblique obovata. (Culmi caespitosi; vaginae ventricosae; pedunc. 1-2 term. apice incrassati. — *Graecia, Asia minor.*) . . . . Cornucopiae. L.

2. *Paleae* 2, *subaequal., muticae*, inferior compressa, carina ciliata, super. 2-1-nervia. Spiculae in paniculas spici- v. capituliformes folio fultas arcte congestae, flore sessili imberbi. Glumae compressae, paleae inferiori conformes, inferior minor. Stam. 3, raro 2. Styli longi; stig. plumosa, pilis denticulatis. Caryops. pericarp. laxo. (*Eur. austr., Afr. et Amer. bor., Asia occ. et bor.*) . . . . Crypsis. Ait.

3. *Palea* (*inferior*) *compressa, marginib. inferne connata, dorso infra medium aristata*, rarius mutica; superior nulla. Spiculae in spicas cylindricas arcte congestae. Glumae naviculares, inferne connatae, flore longiores aut breviores. Stam. 3. Stigm. pubescenti-plumosa. Caryops. lenticular., oblique ellipt., glumis induratis tecta. — *Totus fere orbis.*) . . . . Alopecurus. L.

b. Squamulae hypogynae 2 (cfr. Mibora).

1. *Squam.* 2 *minutissimae glabrae* (interdum nullae?). *Styli 2, term., stig. longis pubesc.* Caryops. obovato-ellipt., compressa, laevis, glabra, paleis tecta. Glumae 2 muticae, oblongae, rotundato-truncatae, 1-nerv., carinatae, flore sessili longiores; inferior brevior. Paleae 2 tenerae, villosae; infer. lata, 5-nerv., truncata, superiorem sub-2-nerviam involvens. (Culmi caespitosi, pusilli, simpl.; fol. complicata, obtusa; spica linearis subsecunda, rhachi continua. — *Eur.*) . . . . Mibora. Adans.

2. — 2, *ovario breviores. Styli 2, stig. plumosis.* Caryops. ellipt., a dorso et ventre compress., glabra, paleis tecta. Glumae 2 minutae, subaequal., truncatae, muticae. Pal. 2 subaequales, inferior 3-nerv. longe aristata superiorem breve aristatam amplectens. (Culmi ramosi; fol. plana, lata, vaginis tumidis; spicae linear. cylindr. — *Abyssin.*) . . . . Beckera. Fresen.

3. — 2 *collaterales, ovario longiores, lanceolatae, acuminatissimae. Styli 2 basi connati,* stig. plumosis. Fr.... Glumae 2 chartaceae, naviculares, submucronatae, angulato-3-costatae, carina hispidulae, florem aequantes, superior longior flori adnata. Pal. 2; inferior chartacea, compressa, acuta, infra medium aristata, superior minor et tenuior, arista subtortili supra geniculata et flexuosa. (Rad. repens; culmi caespit., filiform., simpl.; fol. radical. praelonga, involuto-setacea, scabriusc., superiora brevissima, lig. 2-loba; panic. subsimpl., erecta, subsecunda paucifl. — *Camtschatka.*) . . . . Limnas. Trin.

4. — 2, *lobulo auctae, glabrae Styli 2, term.; stig. plumosa, pilis simpl. v. dentat. v. ramosis.* Caryops. paleis tecta, libera, oblique ovata v. ellipt., subteres, glabra. Glumae 2 membranac., naviculari-carinatae, florem superantes, aristatae v. muticae. Pal. 2 tenerae, glumis breviores; infer. truncata, mutica, mucronata v. dorso aristata; super. 2-carinata, basi saepe rudimento floris alterius stipitiformi aucta. (Panic. spiciform., cylindr., oblongae v. ellipt. — *Eur., Asia, Afr., Amer. bor.*) . . . . Phleum. L.

II. Spiculae 2-3-florae (v. pag. sequ.).

GRAMINEAE.

Tribus II. *PHALARIDEAE.*

(Continuat.)

A. II. *B.*

II. Spiculae 2-florae (raro 3-florae), flore utroque ☿ perfecto v. summo interdum imperfecto.

1. *Squam. hypog.* 2, *acutatae, bifidae, glabrae.* Styli 2, term., breves; stig. plumosa, elongata, pilis subdentatis. Caryops. libera, semiteres, oblonga, glabra. Spiculae in spicas 1-laterales dispositae, sessil., lenticulares; flor. sessil., conform., mutici, basi imberbes. Glumae 2 aequales, obovatae, compresso-naviculares. Pal. 2, infer. ovata, acutata, in flore infer. mucronata, concava, 3-nerv., superiorem bifidam superne 2-nerviam amplectens. (Fol. plana; lig. elongata; spicae in apice culmi alternae, sessiles, interrupte spicatae. — *Eur. austr., Asia occ et bor., Amer. bor.*) . . . . **Beckmannia.** Host.

2. — *breves, subquadratae, truncatae, repando-dentatae*, membranac., glabrae. Styli 2 breves, basi contigui; stig. brevi-plumosa, pilis dentatis. Ovar. lanceolat., glabr., apice papilliformi. Fr. . . . Spiculae in racemum term. dispositae. Glumae 2 aequales, subcartilagineae, basi callosae, compressae, cultriform., nervis 5-7 immersis. Pal. 2, membranaceae, ciliatae; infer. oblonga, navicular., mutica v. submucronulata, sub-3-nerv., superior minor, linear., 2-dentata, 2-nerv. (Habitus *Ischaemi.* — *Afr. austr.*) . . . . **Chondrolaena.** Nees.

3. — 2 *obcordatae, membranaceae. Stam.* 3 *ovarii stipiti longo inserta;* anth. apice barbatae. Styli 2 longi, basi contigui; stig. brevi-villosula. Ovar. obconic., glabr. Fr. . . . Spiculae $1\frac{1}{2}$-3-florae (flore summo sterili) in spicam term. oblongam (*Laguri* aemulam) dense congestae. (Glumae 2, aequal., setaceo-caudatae, carinatae, 1-nerv., membranac. Pal. 2, rigidulo-chartaceae; infer. longior., carinata, sursum 5-7-nerv., seta v. cauda terminata; superior naviculari-compressa, obtuse 2-dentata, 2-nerv., dorso canaliculata. — *Afr. austr.*) . . **Fingerhuthia.** Nees.

C. ***Flores polygamo-monoici, inferiores ☿ v. neutri, superior ♂ v. ☿.*** Glumae 2 membranaceae, carinato-naviculares, florem superantes. Pal. 2 membranac., carinato-naviculares. Stam. 3. Squam. 2 glabrae. Styli 2 term.; stig. plumosa, pilis simpl. papillosis (rarius in *Holco* apice bifidis). Caryops. glabra, libera. (Gram. planifolia. — *Totus fere orbis.*)

1. *Spiculae* 3-*florae; flor.* 2 *infer. minuti, squamiform.; summus fertilis* ☿. Glumae muticae subaequal., carina saepius alata. Pal. conform., muticae; infer. major, superiorem involvens. Styli longi. Squam. minutae. Caryops. oblonga, compressa, paleis demum cariaceis tecta. (Panic. term. coarctata, spiciform., rarius diffusa.) . . . . **Phalaris.** L.

2. — 2-*florae; flor. inter se et a glumis remoti; infer.* ☿, *muticus; superior aristatus* ♂, *rarius* ☿. (Pal. subaequal., superior 2-carinata, inferior in flore superiore sub apice aristata. Ovar. pyriforme. Styli brevissimi. Squam. plerumque lobulo laterali auctae. (Paniculae laxe ramosae; spiculae nonnunquam 3-florae, flor. basi callosis.) . . . . **Holcus.** L.

B. Stamina 2 (rarius in fl. ♂ 3, v. Hierochloa, Ataxia). Caryops. libera, glabra.

I. Spiculae 3-florae, flore summo ☿, 2-andro.

1. *Flor.* 2 *inferiores* ♂ 3-*andri, plerumque aristati, summus* ☿ *submuticus.* Glumae 2 subaequal., membranac., carinatae. Pal. 2, inferior carinata; superior 2-carinata, in ☿ 1-carinata. Styli 2; stig. plumosa, pilis fasciculato-ramosis. Squam. 2 elongatae, lobulo laterali auctae, glabrae. Caryops. paleis tecta, oblique oblonga, leviter compressa. (Panic. diffusa v. coarctata. — *Eur., Asia bor., Amer. bor. et austr. Nov. Holl., N. Zeeland.*) . . . . **Hierochloa.** Gmel.

2. *Flos infer.* ♂, *bipaleaceus; intermedius neuter,* 1-*paleac., uterque dorso aristatus, summus* ☿, palea super. 1-nervia. Glumae 2 inaequales. (Habitus *Anthoxanthi.* — *Java.*) . . . . **Ataxia.** R. Br.

3. *Flor.* 2 *infer. neutri,* 1-*paleac., dorso aristati; summus minor,* ☿, 2-*paleac., muticus.* Glumae 2, carinatae; inferior dimidio brevior, 1-nerv.; superior flores superans, 3-nerv. Fl. neutri: Paleae membranac., concav., in fl. neutr. emarginatae dorso sericeo-hirsuto aristatae, (arista torta), in ☿ muticae, glabrae, inferior subrotunda superiorem 1-nerviam involvens. Styli 2, term., parum distantes; stig. longa, dense distiche plumosa, pilis simpl. Squam. 0. Caryops. sessil., paleis arcte tecta, ovato-oblonga, vix compressa, laevis. (Gram. odorata; fol. plana, lig. elongata; panic. term. spiciformis. — *Eur., Asia, Amer. bor.*) . . . . **Anthoxanthum.** L.

II. Spicul. 1-florae, in paniculam subspiciformem congestae. Flos sessil., imberbis. Glumae 2 (potius nullae?, flor. 2 infer. neutri 1-paleac.?) carinatae, apice bifido aristatae, infer. paulo brevior. Pal. 2 herbaceae, carinatae; infer. bifida, aristata, sub-5-nerv.; super. 1-nerv., acutato-mucronata. Stam. 2, alterum exterius, alt. interius. Styli 2 term.; stig. penicilliform., pilis simpl. elongat. Squam. 4, membranac., glabrae, 2 exter. in filam. breve productae. Ovar. compress. Fr. . . . (Gram. caespitosa, fol. setaceis. — *Antill.*) . . . . **Reynaudia.** Kth.

Tribus III. *PANICEAE.*

A. Spiculae 2-florae (raro 1-fl.) involucro proprio multifido v. 00-seto praeditae, flore superiore ☿, infer. ♂ v. neutro (rarius etiam ☿).

I. Squamulae hypogynae nullae (rarius in Penniseto 2 minutissimae).

a. Stigmata 2, plumosa, pilis simpl. plerumque denticulatis. Stam. 3.

1. *Involucr. multifidum, extus setosum, demum induratum et cum spiculis deciduum.* Glumae et paleae 2 membranac., inaequal. Pal. concavae, in ☿ subcoriac., inferior superiorem amplectens, in fl. ♂ v. neutro saepe unica. Styli 2 term., elongati, basi connati. Caryops. paleis inclusa, libera, subcompressa, glabra. (Spiculae 2-fl., in spicam term. congestae, sessil., rhachi haud articulata. — *Amer., Asia, Afr., Austral. trop. et temp.*) . . . . **Cenchrus.** (L.) Kth.

2. — *pectinato-setosum, basi floriferum.* Glumae hyalinae, subaequal., aristato-setosae. Pal. coriaceae, infer. longissime aristata, super. acuta. (Spiculae 1-florae in capitulum subunilaterale involucratum congestae, barbatae, violaceae. — *Oriens.*) . . . . **Pterium.** Desv. †

3. — *dimidiatum, multisetum, persist. (setis inaequalib. scabris),* spiculas 1-2 bifloras fovens; flor. inaequales, super. ☿, infer. ♂ v. ☿. Glumae subhyalinae, brevissimae, inaequal. Pal. 2, infer. concava herbacea, super. tenuior 4-nervia. Anth. apice barbulatae. Ovar. glabr., ad styli basin intus cuspidatum. Styl. term., elongat., stig. bifido. (Spiculae in spicam term, oblong. cylindr. congestae. — *Ind. or., Afr. austr.*) . . . . **Penicillaria.** Sw.

4. — *setosum, cum spiculis deciduum* (setis interiorib. inferne plumosis) spiculas 1-plures bifloras fovens; fl. super. ☿; infer. ♂ v. neuter, rarius ☿, 2-1-paleac., membranac. Glumae 2 (v. inferioris abortu interdum 1) membranac., concavae, inaequal. ☿: Paleae plus minus coriaceae, concavae, infer. superiorem amplectens. Styli 2 term., elongati, saepe inferne connati. Squam. exiguae, saepius nullae. Caryops. subcompressa, glabra, paleis coriaceis inclusa, libera. (Spicae term. cylindr., rhachi haud articulata. — *Amer., Asia, Afr. trop. et temp.*) . . . . **Pennisetum.** (Rich.) Pal. B.

b. Stigmata 3, simplicia; styl. 1. Ovar. . . . Stam. (ex Nees) 6-5, monadelpha, apice libera, anth. linear. Spiculae 1-florae, solitar., lineari-lanceolatae, subteretes, spicatae, axi communi caduceiformi adpressae. Involucr. coriac., duplex, exterioris squamae 4-6 abbreviatae apice inaequaliter dentatae, interioris 2-3 elongatae forma spiculae, extima in caudam longam capillarem attenuata. Glumae 2 lanceolatae, subcoriac. Pal. 2 angustiores, infer. subcoriac., super. hyalina. (*Brasil.*) . . . . **Lepideilema.** Trin.

II. Squam. hypog. 2, collaterales, plus minus carnosae, truncato-obtusatae, glabrae. Styli 2, term., elongati (raro in *Gymnothr.* basi connati); stig. plumosa, pilis simpl. Ovar. glabr. Spiculae 2-fl., flore super. ☿, infer. ♂ v. neutro 2-1-paleaceo. Glumae 2 membranac., inaequal., concavae, muticae. Paleae floris ☿ coriaceae, concavae, sterilis membranaceae. Stam. 3.

1. *Involucr. unilaterale, persistens, setosum.* Paleae muticae, inferior superiorem parinerviam amplectens. Caryops. compressa, paleis inclusa, libera, glabra. (Paniculae diffusae v. saepe confertae spiciformes, rhachi haud articulata. — *Totus fere orbis.*) . . . . **Setaria.** Pal. B.

2. — *multisetum, cum spicula (solitaria) deciduum.* Paleae plerumque muticae. Squam. integrae v. irregulariter bilobae. Caryops. . . . (Spicae term., 1-3 cylindricae, rhachi continua. — *Afr., Asia et Amer. trop. et temp.*) . . . . **Gymnothrix.** Pal. B.

B. Spiculae involucro proprio destitutae (v. pag. sequ.).

GRAMINEAE.

Trib. III. *PANICEAE.*

(Continuat.)

B. Spiculae involucro proprio destitutae (cfr. Chamaerhaphis).

I. Flores polygamo-dioici. Spiculae 2-florae, ♂ et androgynae in distinctis plantis, hae ad basin rhacheos longae subulato-aristaeformis solitariae, illae spicatae. ♂: Flor. subaequales. Glumae 2 membranaceae, canaliculatae, superior paulo longior. Paleae 2 membranac., inferior oblonga, canaliculata; super. 2-carinata, carinis ciliatis. Stam. 3. Squam. 2 carnosae, integrae, glabrae. Androgynae flos infer. ♂ v. neuter, 1-2-paleac., membranac.; superior ☿, 2-paleac. Glumae ovatae, concavae, subaequales. ☿: Paleae coriac., oblongae, concavae, infer. superiorem 2-nerv. amplectens. Stam. 3, filam. longiss. Styli 2 term., basi connati?, longissimi; stig. plumosa, elongata, pilis simpl. Squam. 2 carnosae. Caryops. paleis inclusa, libera, oblonga, compressa, glabra. (Gram. litoral., repent., suffrutesc., ramosa; spicae ♂ pedunculatae, umbellato-congestae, rhachi apice nuda pungente haud articulata, spiculis sessil. basi articulatis; ♀ fasciculato-capitatae. — *Nov. Holl., Ind. or.*) . . . . Spinifex. L.

II. — omnes unisexuales monoici (interdum neutris mixti), ♂ et ♀ in eadem, rarius in diversa inflorescentia, ☿ nulli. Caryops. glabra, paleis inclusa, libera (cfr. Strephium).

1. *Styli* 2 *(3 ex Br.); stig. plumosa, pilis simpl. Squam. in ♂ et ♀ 2 collaterales, membranac.*, obtusatae, glabrae. Spic. 2-florae, ad basin arista longa persist. (involucro 1-seto?) praeditae, spicatae v. racemosae. Flor. 2-paleac., mutici, infer. ♂, super. minor ♀. Glumae 2, infer. minuta, super. florem ♂ aequans membranacea. Pal. in ♂ membranaceae, in ♀ chartaceae concavae, demum cartilagineae, infer. superiorem 2-nerv. amplectens. Stam. 3; in ♀ 2 anth. effoetis difform. (Fol. plana. — *Nov. Holl.*) . . . . Chamaerhaphis. R. Br.
2. *Stigm.* 2, *term., subsessilia, plumosa, pilis simpl. v. bifidis denticulatis. Squam.* 2 *carnosae*, glabrae, in ♂ truncato-sub-3-lobae, in ♀ truncato-2-lobae. Caryops. oblonga, subteres. Spic. 2-florae (fl. super. ♂ v. ♀, infer. neutro 1-paleaceo, glumae simillimo), ♀ radicales, pedunc. longis fasciculat., fructiferis subterraneis; ♂ term., racemoso-paniculatae, cum pedicello continuae. Gluma 1 (inferior nulla) membranac., concava, mutica, in ♀ multinervia, paleis vix brevior. Paleae 2 subaequales, coriac. v. chartaceae, glumae conformes (in ♀ acutatae) infer. superiorem 2-nerv. amplectens. Stam. 3 (in ♀ effoeta). Pistill. in ♂ effoetum. (Culmi caespit., fol. et vagin. pilosis. — *Amer. bor.*) . . . . Amphicarpum. Raf.
3. *Stylus* 1; *stig.* 2 *pilosa, pilis ramosis pubescentib. Squam. in ♂ et ♀* 3, *subcarnosae*, glabrae. Spiculae ♂ et ♀ in eadem panicula, cum pedicello articulatae; ♂ 1-florae; ♀ terminales, 2-fl., flore infer. neutro 1-paleaceo glumae simili. Glumae membranac., concavae, acuminato-aristatae; inferior in ♀ deficiens, superior in ♀ 2-nervia. Paleae in ♂ nullae, in ♀ 2 coriaceae, gluma breviores, infer. concava superiorem parinerviam arcte involvens. Stam. 3, in ♀ nulla. (Fol. lata, plana, nervosa; panic. term., rarius ax. et depauperatae. — *Amer. trop., Cochinch.*) . . . . Olyra. L.
4. — 1, *longissimus, capillaris, planus, apice exsertus.* . . . Caryops. glumis induratis arcte inclusa. Squam. . . . ? Spiculae 1-florae, ♂ in panicula term. subgeminae, ♀ in spicis lateralib. simpl. cylindr. articulatis dense involutis. Glumae 2; in ♀ coriaceae; exter. oblique obovata, truncata, clausa, marginib. antice apertis interiorem minorem amplectens. Pal. 2 tenuiores, gluma minore inclusae. Stam. 3. (*Mexico.*) . . . . Euchlaena. Schrad.
5. — 1; *Stigm.* 2. . . . *Squam. nullae?* Caryops. oval., paleis persist. corticata. Spic. 1-florae, muticae, racemosae, racemis axillarib., inferiorib. ♀, super. ♂. Glumae 2, acuminatae, in ♂ angustae, in ♀ latiores. Paleae in ♂ nullae, in ♀ 2 cartilagineae. (Culmi caespitosi; fol. disticha; racemi pauciflori. — *Brasil.*) . . . . Strephium. Schrad.

III. Flores aut omnes ☿, aut polygamo-monoici.

A. Spiculae 2-florae (cfr. Latipes), flore superiore plerumque ☿, inferiore ♂ v. neutro.

† Squamulae hypogynae 2, (cfr. Berchtoldia), rarius unica (cfr. Melinis).

I. Glumae nullae. Flos inferior neuter, 1-paleaceus; superior ☿, paleis 2 nitidis, membranac., lanceolat., infer. 3-nerv. acutato-subulata superiorem (in fl. neutro deficientem) obsolete 2-nerv. involvente. Stam. 2. Styli 2 term., stig. aspergilliform., pilis simpl. Squam. 2 bilobae, glabrae. Caryops. paleis inclusa, oblonga, subcompressa, libera, glabra. (Gram. ramos., repens; spicae quaternae v. quinae, spiculis unilateral. rhachi haud articulata. — *Brasil.*) . . . . Reimaria. Fluegge.

II. Gluma unica, superior; inferior obsoleta v. plerumque nulla. Caryops. paleis plerumque induratis inclusa, libera, glabra.

1. *Gluma membranac., florib. brevior, ovato-oblonga, concava, inferior nulla.* Spiculae 2-florae; spicularum 1-2 inferiorum cujusque spicae flos superior (exterior) ☿, inferior ♂, in spic. superiorib. uterque ♂. Paleae 2 subaequales, in ☿ chartaceae, muticae, infer. concava superiorem 2-nerv. amplectens; in ♂ membranaceae, infer. ovata acuta, superiorem 2-carinatam amplectens. Stam. 3. Squam. 2 carnosae, truncato-subemarginatae, glabrae. Ovar. inter stylos 2 term. in acumen productum; stig. dense plumosa, pilis longis simpl. Caryops. ellipt., compressa, laevis. (Culmi repent., ramosi; spiculae paucae in spicam term. brevem secundam vagina aphylla diu velatam congestae, rhachi haud articulata basi geniculata fruct. involvente. — *Australia, Madagasc.*) . . . . Thouarea. Pers.
2. — *membranac., villosa, mucronata v. infra apicem bifidum setigera; inferior minima v. in annulum villosum hinc lobulatum deliquescens.* Spiculae laxe paniculatae, 2-florae, fl. infer. ♂ v. subneutro, super. minore ☿. Paleae in ♂ glumae similes, superiore minore 2-dentata; in ☿ chartaceae, inferiore emarginulata. Stam. 3. Squam. exiguae, anguste obconicae. Styl. . . . (Pedicelli apice articulati. — *Afr. austr., Abyssin.*) . . . . Tricholaena. Schrad.
3. — *flori inferiori similis, inferior exigua v. plerumque abortiens.* Spic. 2-fl., basi articulatae, in spicas paniculatas dispositae, rhachi haud articulata; fl. super. ☿ 2-paleac., infer. neutro 1-paleac. v. rarius ♂ 2-pal. Pal. coriaceae, inferior mucronata v. mutica. Stam. et squam. fere *Thouareae*. Styli 2 distincti; stig. penicilliform., pilis denticulat. interdum bifidis. Caryops. cum paleis decidua, ellipt., compressa, laevis. — (*Amer., Afr., Asia et Austral. trop. et temp.*) . . . . Eriochloa. H. B. K.
4. — *mutica, membranac., concava (inferior abortiens).* Spic. 2-fl., cum pedicello haud articulatae, diffuse paniculatae; fl. infer. neutro 1-paleac. glumae simili, super. ☿ 2-paleaceo. Pal. subcoriac., muticae; infer. concava, superiorem 2-nerv. amplectens. Stam. 3. Squam. 2 ovarium superantes, carnosae, subintegrae, glabrae. Styli 2 term. brevissimi; stig. plumosa, pilis distichis denticulat. bifidis. Caryops. oblonga, subcompressa, laevis. — (*Eur., Amer., Asia, ins. Mascaren.*) . . . . Milium. L.
5. — *florem neutrum aequans (inferior exigua v. plerumque nulla).* Spic. 2-fl., cum pedicello articulatae, in spicam secundam haud articulatam dispositae, tardius deciduae; fl. infer. neutro 1-paleac. membranac. mutico, super. ☿ bipaleac. Pal. stam. et caryops. *Milii.* Styli 2 term., liberi; stig. aspergilliform., pilis subsimpl. denticulat. Squam. 2 carnosae, integrae, truncatae v. dolabriform., glabrae, ovario breviores. — (*Reg. trop. et subtrop. totius orbis*). . . . . Paspalum. L.

III. Glumae 2 perfectae, inaequales, raro subaequales (cfr. Isachne) v. inferior minima (cfr. Stenotaphrum, Melinis, Rhynchelytrum, Thrasya).

A. Stamina 3 (rarissime 2, cfr. Thrasya).

a. Flos inferior cujusque spiculae neuter (raro ♂, cfr. Panicum, Oplismenus, Isachne.)

‡ **Glumae aristatae, v. setaceo-acuminatae** (raro in Oplismeno muticae).

1. *Styli* 2, *term., basi connati, longi; stig. plumosa, pilis simpl. Squam.* 2 *hyalinae, minutae*, truncatae, glabrae. Caryops. *Milii.* Spiculae in spicas term. dispositae, 6-8 fasciculatae, 2-florae, 3-5 minores steriles. Glumae lanceolato-subulatae, subplanae, rigidae, exterior brevior coriaceo-indurata. Pal. 2 rigidae, acutatae, concavae, in ☿ subaequales; exterior in fl. neutro maxima ovata, pungens, multinervia, margine undulata, inferne florem ☿ dimidio breviorem amplectens, interior minuta membranacea; inferior in ☿ superiorem 2-nerv. amplectens. Filam. longissima. (Culmi ramosi; spicae term., conjugatae, rhachi dilatata membranacea articulata, articulis basi intus dente lacero auctis. — *Ind. or.*) . . . . Trachys. Pers.
2. — 2, *term., elongati; stig. aspergilliform. . . . Squam.* . . . Caryops. oblonga, cylindr., apice 2-cornuta, scutello magno instructa. Spic. in panic. contractam subsecundam dispositae, subsolitar., 2-fl., flore inf. neutro 1-paleac., super. ☿. Glumae lanceolatae, arista longa recta term., inferior paulo major basi convoluta stipitiform. barbata. Pal. aristato-mucronatae, in fl. neutro glumis conform.; inferior in ☿ ovalis, cartilaginea, superiorem minorem obtusam superne denticulatam involvens. (Culm. simpl.; vaginae compressae; rhachis haud articulata. — *Mexico.*) . . . . Berchtoldia. Presl.
3. — 2 *term., elongati, stig. plumosa, pilis simpl. Squam.* 2 *carnosae*, collateral., truncatae, glabrae Caryops. *Eriochloae.* Spic. in spicas racemosas v. paniculatas dispositae, 2-fl., flore infer. ♂ v. neutro 1-2-paleac., super. ☿. Glumae 2 membranac., inaequal., concavae v. carinatae, plerumque aristatae. Pal. in fl. ♂ v. neutro membranac., infer. aristata; in ☿ coriaceae, infer. concava, mucronato-acuminata, superiorem parinerviam amplectens. (Rhachis haud articulata. — *Totus fere orbis.*) . . . . Oplismenus. Pal. B.

‡‡ **Glumae muticae** (v. pag. sequ.).

GRAMINEAE.

Tribus III. *PANICEAE.*

(Continuat.)

B.III.*A.*†III.*A.a.*

‡‡ **Glumae muticae.** Stam. 3.

1. *Squam.* 1 (an 2 connatae?), *carnosa, flabellato-truncata, minuta, glabra.* Styli 2 term., stig. penicilliform., pilis simpl. denticulat. Caryops. . . . Panicula contracta, spiculis cum pedicello articulatis, 2-fl., flore inf. neutro 1-paleac., super. ☿. Glumae membranac., muticae, infer. minuta. Pal. membranac., in ☿ subaequal., concavae, muticae, nitidae, infer. biloba; in fl. neutro apice bifida aristata. — (Gram. repens, ramos. — *Brasil.*) . . . . Melinis. Pal. B.

2. — 2 *subtrilobae, glabrae, lobo medio longiore acuto.* Styli 2 liberi, stig. Melinis. Caryops. *Panici.* Spiculae in spicas geminatas v. racemosas (rhachi saepe setuligera) dispositae, 2-fl., fl. infer. neutro 1-paleac. membranac. mutico, super. ☿. Glumae 2 membranac., inaequal., concav., muticae. Pal. 2 subcoriac., concavae, infer. mucronato-aristata — (*Asia et Amer. trop., N. Holl., ins. Mascaren.*) . . . . Urochloa. P. B.

3. — 2 *truncatae, subdenticulatae.* Styli 2, stig. plumos. Fr. . . . Spiculae racemoso-paniculatae, 2-fl., fl. infer. ♂ v. neutro, super. ☿ basi piloso, pilis 2-fasciculatis. Glumae 2, carinatae; exterior acuta, 3-nerv., scabriusc., flore sterili brevior; interior lanceolata, subacuta, laevis, flore fertili longior. Pal. 2 puberulae (in ♂ laeves), exterior lanceolata, obtusiuscula, in fl. neutro subtrinervia, in ☿ aristata, arista fusca geniculata torta glumam longe superante; interior minor, in fl. neutro intra exteriorem recondita acuta, in ☿ obtusa subbifida implexa. (Culmi geniculis, folior. basi et vaginarum ore pilosis. — *Nepal.*) . . . . Acratherum. Link. †

4. — 2 *carnosae, glabrae, exteriores, truncatae* (connatae?). Styli 2, term., liberi; stig. aspergilliform., pilis simpl. Fr. . . . Spic. paniculatae, 2-fl., fl. infer. ♂ v. neutro, super. ☿, utroque herbaceo 2-paleac. mutico. Glumae 2 ovatae, acutatae, concavae. Pal. superior in fl neutro 2-carinata, infer. dimidio longior, glumae superiori similis; in ☿ coriaceae, ovato-oblongae, acutatae, involuto-concavae, super. 2-nervia, infer. major, basi utrinque squamula magna subcarnosa oblique oblonga obtusa glabra in pedicellum decurrente aucta. (Fol. lata, plana, multinervia. — *Amer. austr.*) . . . . Ichnanthus. P. B.

5. — 2 *carnosae, dolabriform. v. truncato-2-3-lobae, collateral., glabrae.* Styli 2 term. elongati; stig. *Melinis.* Caryops. paleis arcte inclusa, libera, subcompressa, glabra. Spic. paniculatae v. spicatae (rhachi haud articulata), 2-fl., fl. infer. ♂ v. neutro 1-2-paleac., membranac., mutico, super. ☿. Glumae 2 *Urochloae.* Pal. coriac., subaequal., concavae, muticae, infer. superiorem parinerviam amplectens. — (*Totus orbis.*) . . . . Panicum. (L.) Kth.

6. — 2 *carnosae, externae, collateral., truncatae, glabrae.* Ovar. inter stylos acutatum. Spic. 2-fl., in spicam compressam dispositae, nunc geminae (altera pedicellata tabescente), nunc 4-6 fertiles biseriatim spicatae; fl. sessil., 2-paleacei, infer. ♂, sup. ☿. Glumae 2 membranac., infer. minuta. Pal. coriac., infer. concava superiorem 2-carinatam amplectens. (Caet. *Panici.* — *Asia, Amer. et Afr. trop. et temp.*) . . . . Stenotaphrum. Trin.

b. Flos inferior cujusque spiculae ♂, superior ☿.

1. *Glumae* 2, *superior ventricosa, bidentata, inter dentes aristata; inferior minima.* Pal. 2, superior in ♂ binervis, canaliculata, inferior glumae super. conformis. Stam. 3. Squam. 2 acute bifidae. Ovar. sessile, in styl. rostriformem attenuatum, stig. elongat. plumos. Caryops. paleis induratis inclusa, compressa. (Spiculae paniculatae. — *Afr. austr.*) . . . . Rhynchelytrum. Nees.

2. — 2 *inaequales, membranac., muticae, inferior minor v. interdum abortiens.* Pal. 2 subchartaceae, in ☿ oblongae concavae, muticae; infer. in ♂ bipartita, lobis concav. carinatis, carinis setoso-ciliatis interdum sub apice setoso-aristatis; in ☿ superiorem amplectens; superior in ♂ integra, oblonga. Squam. 2 carnosae, glabrae, in ♂ lobato-truncatae, in ☿ integrae, collaterales. Stam. 3, in ☿ rarius 2. Styli et stig. *Ichnanthi.* Caryops. oblonga, plano-convexa, paleis inclusa, libera. (Spiculae in spicam solitar. collectae, 1-lateral., rhachi membranac. complicata ciliata; flor. ♂ sursum spectantes, majores. — *Amer. austr.*) . . . . Thrasya. H. B. K.

3. — 2 *inaequal., subulato-acuminatae.* Pal. 2, in ☿ coriaceae subaequales, infer. convexa acuminato-aristata (in ♂ subulata), superior mucronata, basi utrinque auriculata (in ♂ tenuior, bifida, lobis acuminatis antrorsum auriculatis) genitalia amplectens. Squam. 2 membranaceae, breves, antice contiguae, rotundatae, repandae. Stam. 3. Styli 2; stig. plumosa. Fr. . . . (Racemi digitati, spiculis geminis cum rudim. tertiae abortientis. — *Afr. austr.*) . . . . Bluffia. Nees.

4. — 2 *coriaceo-induratae, naviculares, inaequales, extus papilloso-piliferae,* in plerisque superior echinato-glochidata. Pal. in ☿ coriaceae, concavae, muticae, infer. superiorem 2-nerv. amplectens. Squam. 2 plus minus carnosae, truncato-2-3-lobae v. rotundatae, collateral., externae, glabrae. Styl. et stig. *Bluffiae.* Caryops. *Thrasyae.* (Spic. racemosae aut in spicam term. solitar. unilateralem basi geniculato-inflexam dispositae, 2-fl., fl super. ☿ demum basi articulato. — *Brasil.*) Echinolaena. Desv.

c. Flos inferior cujusque spiculae ♂ v. ☿, superior ♀ v. rarius ☿, uterque coriaceus. Glumae 2 subaequales, concavae, rotundato-muticae. Pal. 2, concavae, muticae, infer. superiorem 2-nerv. amplectens. Squam. *Stenotaphri.* Stam. 3 (in ♀ rudim. minuta v. nulla). Styli 2 term.; stig. plumosa. Caryops. paleis induratis inclusa, glabra. (Spiculae paniculatae, cum pedicello haud articulatae. — *Nov. Holl., Ind. or., ins. Mascaren. et Mariann., Amer. trop.*) . . . . Isachne. R. Br.

B. Stamina 2. Squam. 2 exiguae, rotundatae, integerr. Styli 2, basi coaliti; stig. ciliata. Fr. . . . Spic. racemoso-paniculatae (ramis filiform.) minutae, 2-fl., fl. inf. neutro 1-paleac., glabro, sup. ☿ 2-paleac. Glumae 2, florib. breviores, muticae, infer. minor. Pal. membranac., muticae, infer. in ☿ 3-nerv., longe ciliata; super. minor, angusta. (Culmi elati, fol. latis rigidis. — *Ind. or.*) . . . . . Thysanolaena. Nees.

IV. Glumae 2 subaequales (exter. vix minor), coriaceae, acutae, nervosae, hispidae, demum induratae. Spic. in spicam ovatam solitar. congestae, 2-fl., fl. 2-paleac., exter. neutro, inter. ☿. Pal. in ☿ subhyalinae, exterior glumae floris neutr. subsimilis. Squam. 2. . . . Stam. 3. Styli 2; stig. plumosa. Caryops. libera, e paleis membranac. decidua. (Culmi ad genicul. sericeo-barbati; fol. brevia. — *Nov. Holl.*) . . . . Neurachne. R. Br.

†† **Squamulae hypogynae nullae.** Spiculae 2-florae, quaternae basi connatae (2 plerumque steril., ad glumas redactae), in spicam term. solitar. congestae, rhachi communi haud articulata, fasciculorum pedicellis brevib. basi articulatis. Flos inferior sterilis, 1-paleac., membranac., superiorem ☿ 2-paleac. amplectens. Glumae 2 valde inaequales, inferior coriacea, flores superans, oblonga, acutata, planiusc., multinerv.; superior brevior, membranac., lanceolato-subulata, carinata. Pal. chartaceae, concavae, subaequales. Stam. 3. Styli 2 term., elongati, basi connati; stig. plumosa, pilis simpl. Caryops. *Panici.* (Gram. ramosum. — *Amer. trop.*) . Anthephora. Schreb.

B. Spiculae 1-florae. Stam. 3 (cfr. Holboellia). Styli 2 term., liberi, stig. plumos. v. pilos., pilis simpl.

1. *Glumae nullae.* Spiculae monoicae v. polygamae, in racemum term. lineari-cylindr. erectum multiflorum congestae, rhachi stricta, pedicell. sursum incrassatis utrinque ciliatis basi geniculata articulatis. Pal. 2 lateraliter compressae, minute elevato-punctatae, acute carinatae, cristis cartilagineo-membranaceis diaphanis pectinato-ciliatis auctae (ciliis apice uncinatis); exterior basi globosa, galeaeform., 2-cristata; interior multo minor, sub apice dente valido instructa, subtus 1-cristata. Squam. . . . Stam. . . . Fr. paleis induratis nigresc. tectus, oblong., subacuminat., basi superne gibbus, inferne depressus. (Gram. annuum, subcaespitos., fol. angustis flexuos. undulat. scabris margine subcartilagineis. — *Ind. or.*) . . . . Holboellia. Wall.

2. — 2, *superior (exterior) subcartilaginea, concava, extus echinata;* infer. tenera, minuta, plana. Spic. in racemum term. haud articulatum dispositae, 2-5 pedicello communi brevi suffultae, superiores minores plerumque steriles. Pal. 2 subchartaceae, oblongae, acutae, concavae, infer. superiorem breviorem 2-nerv. amplectens. Squam. 2 hyalinae, subsecuriformes, glabrae. Caryops. *Panici.* — (*Eur., Asia, Afr. et Amer. temp. et trop.*) . . . . Lappago. Schreb.

3. — 1, *superior* (exterior in una, interior in altera spicula fertili cujusque rami) *coriacea, canaliculata, acuminata, extus tuberculato-echinata; inferior nulla.* Spic. 4 per paria pedicello communi brevi complanato insidentes; altera cujusque paris tabescens ad glumam redacta, glumam inferiorem deficientem alterius spiculae supplens. Pal. 2, gluma breviores, infer. ovata, naviculari-carinata, membranac., ciliata, nitida, interdum sub apice mucronata; superior dimidio brevior, lanceolata, hyalina. Squam. 2 subhyalinae, truncato-bilobae, glabrae. Caryops. *Panici.* (Racemi term., solitar., haud articulati, ramis demum deflexis. — *Senegal.*) . . . . Latipes. Kth.

GRAMINEAE.

(Continuat.)

Tribus IV. *STIPACEAE.*

Spiculae omnium 1-florae, ☿. Glumae 2 membranaceae, muticae (cfr. Eriocoma, Aristida, Dichelachne). Paleae 2 membranaceae v. coriaceae (cfr. Oryzopsis, Piptatherum, Eriocoma), inferior apice aristata.

A. Paleae inferioris arista simplex, indivisa.

I. *Arista basi articulata* (cfr. Greenia).

A. Squamulae hypogynae 2 (cfr. Greenia). Glumae subaequales. (*Amer. bor.*)

1. *Glumae coriaceae, flore paulo longiores.* Palea infer. sub apice aristata, arista demum spiraliter torta. Squam. . . . (Panicula multiflora.) . . . . Greenia. Nutt.

2. — *flore breviter stipitato paulo breviores.* Pal. coriaceae, subaequilongae, infer. convexa, marginib. involuta, arista term. decidua; superior 2-nervia. Squam. lanceolato-cultriformes, apice ciliatae. Anth. apice integro pilosae. Ovar. brevistipitatum, apice puberulum. Fr. . . . (Panic. depauperata, spiculis haud articulatis.) . . . . Oryzopsis. Mich.

B. Squamulae hypogynae 3 (cfr. Streptachne, Eriocoma).

1. *Arista decidua, haud torta. Paleae subcoriaceae, inferior convexa,* superiorem involvens, apice aristata; super. 2-nervia. Glumae subaequales, persist. Squam. membranac., glabrae, interior minor forma diversa. Anth. apice bilobo saepe barbulatae. Ovar. stipitat., glabr. Styli term., breves; stig. intus plumosa. Caryops. paleis inclusa (libera) cum iis decid., ellipt., glabra, interdum intus sulco notata. (Panic. diffusae, spiculis cum pedicello haud articulatis. — *Eur. austr., Afr. bor., Asia occ. et bor.*) . . . . Piptatherum. Pal. B.

2. — *brevis, haud torta. Pal. coriaceae, villosae,* infer. apice aristata, super. brevior 2-nerv. Glumae subaequal., inflato-gibbae, apice coarctato cuspidatae, florem superantes. Squam. . . . Anth. apice bilobo barbulatae. Styli 2 basi connati. Caryops. subglobosa. (Fol. involuta; spic. paniculatae, fl. sessili. — *Amer. bor.*) . . . . Eriocoma. Nutt.

3. — *torta. Pal. coriaceae, cylindraceo-involutae;* superior plerumque multo brevior, 2-nerv. Glumae subaequal., florem superantes, canaliculatae. Squam. carnosae v. membranac., integrae, ovarii stipiti inferne adnatae, glabrae, interior saepe dissimilis. Stam. 3, rarius pauciora. Anth. et styli *Piptatheri.* Caryops. paleis involuta, libera, subteres, glabra. (Fol. saepe involuta; spic. paniculatae, flore stipitato. — *Totus fere orbis.*) . . . . Stipa. L.

4. — *torta, longissima. Pal. extus sericeo-hirsutae;* infer. 5-nerv., involuta, bifida, inter lobos aristata; super. 2-nerv., 2-cuspidata. Glumae aequal., florem superantes, lanceolatae, acutato-subulatae, 3-nerv., concavae. Squam. integrae, glabrae, cum filamentis inferne ovarii stipiti adnatae, exteriores subcarnosae, inter. membranacea. Anth. *Eriocomae.* Ovar. glabr., apice bifidum. Styli brevissimi, stig. intus plumosa. Fr. . . . (Fol. convoluta; panic. conferta v. divaricata, fl. stipitatis. — *Eur. austr., Afr. bor.*) . . . . Macrochloa. Kth.

II. *Arista basi haud articulata.*

1. — *terminalis, inferne tortilis.* Pal. inferior cylindraceo-involuta, superiorem muticam includens. Glumae laxae. Squam. . . . Fr. . . . (Facies *Aristidae.* — *Nov. Holl.*) . . . . Streptachne. R. Br.

2. — *vix torta, medio subgeniculata.* Pal. sericeo-pilosae; infer. subcarinata, extus hirsuta, superiorem breviorem 3-nerv. involvens, apice bifido inter lobos aristata. Glumae florem superantes, inferior paulo major. Squam. 3, membranac., subcultriform., glabrae, inferne cum filamentis ovarii stipiti adnatae, interior dissimilis lanceolata. Anth. lobis terminalib. barbulatae, basilarib. submucronatae. Ovar., styli et stig. *Macrochloae.* Caryops. paleis inclusa, fusiform., subteres, laevis, glabra, intus sulco obsoleto notata. (Fol. plana; panic. diffusa, fl. brevistipitatis. — *Eur., Afr., Sibir.*) . . . . Lasiagrostis. Link.

3. — *subtorta, medio curva.* Pal. infer. scabra, apice bifido inter lobos aristata; superior brevior, tenerrima, linear., apice 2-dentata, dent. inciso-denticulatis. Glumae florem aequantes, acuminatae, infer. paulo minor. Squam. 3 subfalcatae, interior conformis tenerior. Anth. loc. utrinque distincti, obtusi imberbes. Ovar. sessile. Styli distincti. Caryops. fusiform., inter paleas libera. (Fol. convoluta; panic. coarctata; flor. stipitulo brevi barbato suffulti. — *Ins. Norfolk.*) . . . . Dichelachne. Endl.

B. Arista 3-partita v. 3-fida.

Palea inferior firmior, convoluta, superior brevior mutica. Caryops. paleis involuta, libera, subteres, glabra. (Spic. racemosae v. paniculatae, flor. stipite plerumque calloso suffultis; fol. plerumque involuta, saepe filiform.)

1. *Glumae inaequales,* plerumque muticae, inferior saepissime brevior. Palea infer. coriacea, arista 3-part. v. 3-fida, basi interdum articulata; superior squamulas vix superans. Squam. 2, raro 3 (interiore obsoleta v. nulla), integrae, glabrae, cum filamentis ovarii stipiti adnatae. Stam. 3, rarius 1. Styli breves. — (*Reg. trop. et temp. totius orbis, excl. Europa.*) . . . . Aristida. L.

2. — *aequales,* flore longiores, muticae, 3-nerv., carinatae. Pal. infer. chartaceo-membranacea (demum subindurata) emarginato-biloba, inter lobos aristata, arista 3-fida articulata decid., dente intermedio apice plumoso; inferior obtusa. Squam. 2 magnae, membranac., spathulato-cochleariformes. Stam. . . . Styli . . . (*Afr. austr., ? Aegypt.*) . . . . Stipagrostis. Nees.

Tribus V. *AGROSTIDEAE.*

A. Spiculae involucro proprio destitutae.

I. *Glumae nullae.* Paleae 2 membranaceae; inferior ovata, 1-nerv., carinata, acuminato-aristata, arista brevi; super. dimidio brevior, 2-nerv., 2-carinata, 2-fida, lobis acutis, nervis superne divergentib. Squam. nullae? Stam. 2, anth. oblong. utrinque bifidis. Stigm. 2 sessil., elongata, denticulata. Caryops. sessil., inferne paleis tecta, oblonga, subteres, acuta, glabra. (Gram. pumilum, caespitos., culmis filiform., vaginis inflatis, fol. canaliculat., lig. elongata, spic. fasciculat. subpaniculatis. — *Bohemia.*) . . . . Coleanthus. Seid.

II. — **2** (raro 1, cfr. Phippsia).

A. *Glumae dorso inermes.*

† Flos basi imberbis.

I. *Glumae muticae, interdum mucronulatae* (cfr. Colpodium, Cinna, Sporobolus, Gastridium) nec vere aristatae.

a. Stigmata 2 sessilia v. subsessilia. Caryops. libera, glabra. Squam. 2 integrae v. subintegrae, glabrae. Pal. et glumae membranaceae.

1. *Glumae 2 nanae, inaequales, concavae; inferior minor, enervia, interdum evanescens,* super. obsolete 1-nervia. Pal. 2 muticae, glabrae; infer. concava, sub-3-nerv., subacuta; super. brevior, 3-4-dentata, subbicarinata, 2-nerv., nervis superne divergentib. Squam. 2 minutae. Stam. 1-3, anth. ellipt. Stig. 2 term., sessil., pilosiuscula. Caryops. ovali-oblonga, teres, exsulca. (Gram. aquat., pumilum, caespitos.; fol. plana; inflor. *Coleanthi*, spic. cum pedicello continuis. — *Reg. arcticae.*) . . . . Phippsia. Trin.

2. — *2, florem multo superantes, lanceolatae, clausae, basi ventricosae;* infer. paulo longior. Pal. 2 tenues; infer. infra apicem truncato-dentatum aristata v. mutica, superiorem 2-nerv. 2-carinatam amplectens. Squam. ovarium superantes. Stam. 3. Stig. 2 term., subsessil., plumosa. Caryops. obovato-ellipt., intus sulco notata, paleis tecta. (Fol. plana; panic. spiciform. coarctata. — *Eur. austr., Afr. bor., Chile.*) . . . . Gastridium. Pal. B.

3. — *2 subaequales, carinatae, florem plerumque longe superantes.* Pal. inferior dorso aristata, rarius mutica; superior 2-carinata, interdum minuta, saepe deficiens (*Trichodium*, Mx.), basi nonnunquam pedicello subulato floris abortivi instructa. Stam. 1-3. Stig. *Gastridii.* (Panic. diffusa, rarius contracta. — *Totus orbis.*) . . . . Agrostis. (L.) Kth.

4. — *carinatae, flore breviores.* Pal. 2, basi (semper?) pilis cinctae; infer. acutata, interdum apice v. sub apice mucronato-subaristata; super. 2-nerv. (nervis approximatis), basi saepe pedicello floris abortivi instructa. (Caet. et inflor. *Agrostidis.* — *Amer. bor. et trop., Nov. Holl., N. Zeeland.*) . . . . Cinna. L.

b. Styli 2, terminales; stig. plumosa.

1. *Glumae 2 subaequales, flore paulo breviores, enerviae, ovatae, obtusae, integerr., convexae.* Pal. 2 ovatae, convexae; infer. superiorem basi amplectens, integerr., nervo medio sub apice in aristam rectam excurrente; super. 2-nerv., obtusissima, genitalia involvens. Squam. 2 collateral., sublobatae, glabrae. Stam. 3. Ovar. ovat., glabr., apice emarginatum. Fr. . . . (Panic. contracta, spiciform. — *Mexico.*) . . . . Epicampes. Presl.

2. — *2 acutatae, subcarinato-concavae; superior paulo major, flore brevior.* Pal. 2, concavae, apice hyalinae; infer. carinata, 3-nerv., rotundato-emarginata, interdum dorso mucronato-subaristata; super. paulo brevior, apice rotundata, dorso 2-nerv. Squam. 2, lateral., integrae v. semibifidae, superne angustatae, hyalinae, ovarium oblong. glabrum aequantes. Stam. 3. Styli brevissimi, stig. pilis densis integr. v. 2-3-fidis papillosis. Fr. . . . (Fol. plana; lig. folio latior; panic. coarctata, ramis semiverticillatis, spic. cum pedicello continuis, flore sessili cum v. absque rudim. setuliformi floris superioris. — *Reg. arctica, Altai, Caucas., Afr. austr.*) . . . . Colpodium. Trin.

3. — *2 inaequales, carinatae, interdum mucronulatae; infer. minor.* Pal. 2 imberbes; infer. mutica, subacuta, glumas superans; super. 2-carinata. Squam. 2 glabrae. Stam. 2-3. Stig. pilis simpl., Caryops. decid., pericarp. laxo solubili hyalino. (Panic. diffusae v. spicato-confertae, spiculis saepius minutis. — *Reg. trop. et temp. fere totius orbis.*) . . . . Sporobolus. R. Br.

4. — *2 inaequal., interior in partes 2 omnino discretas divisa.* Caryops. a laterib. valde compressa. Caet. *Sporoboli.* (Fol. brevia, lata; panic. patens, ramis vere verticillatis. — *Abyssin., Cap. b. sp.*) Triachyrum. Hochst.

II *Glumae aristatae* (v. pag. sequ.).

GRAMINEAE.

Tribus V. *AGROSTIDEAE.*

(Continuat.)

A.*II.A.*†

II. Glumae 2, altera v utraque aristata. Stig. plumosa, pilis denticulatis simpl.

1. — *flore breviores, inferior 2-3-, superior 1-aristata.* Pal. 2, infer. apice aristata, super. 2-nervia. Squam. 2 truncatae. Styli 2 term. (Culmi ramosi; spicae term., rhachi inarticulata, spiculis geminis, altera ☿ pedicellata, altera minore simili ♂ v. neutra subsessili, flore sessili. — *Mexico, Brasil. austr.*) . . . . . Lycurus. H. B. K.

2. — *flore breviores, apice bifidae, subaequales.* Pal. 2, infer. 3-nerv., apice 3-aristata (arista media longiore) superior 2-nerv., apice 2-aristata. Squam. 2 subbilobae. Styli 2 term., stig. pilis atroviolaceis. (Culmi caespit., ramosi; spicae secundae, rhachi inarticulata, spiculis geminis v. ternis, lateral. saepius tabescent. ♂, flore brevipedicellato. — *Amer. trop.*) Aegopogon. Willd.

3. — *florem superantes, subaequales, infer. apice aristata.* Pal. 2 tenue membranaceae, muticae, infer. superiorem triplo breviorem involvens. Squam. 2 integrae, ovarium superantes. Fr. . . . (Culmi caespit.; panicula simpl.; spic. geminae v. ternae, fl. sessili. — *Hispan., Lusitan.*) . . . . . Chaeturus. Link.

4. — *florem multo superantes, subaequal., carinatae, aristatae.* Pal. 2 tenues, infer. sub apice truncato-denticulato saepissime aristata, super. 2-carinata. Squam. 2 subcarnosae, falcatae, glabrae, ovarium superantes. Stig. 2 subterm., subsessilia. Caryops. obovato-ellipt. (Panic. ramosissimae v. contractae spiciform., fl. sessili. — *Reg. temp. et trop. totius fere orbis.*) . . . . . Polypogon. Desf.

†† Flos sessilis, basi barbatus. Glumae 2 inaequales, paleis plerumque breviores, muticae v. breviter aristatae. Pal. 2 herbaceae, demum paulo induratae, infer. apice aristata v. mutica; super. 2-carinata. Squam. 2 integrae, glabrae. Stam. 3; filam. ovarii stipiti basi adnata. Styli 2 term.; stig. plumosa, pilis simpl. Caryops. paleis tecta, libera, glabra. (Culmi caespit., saepe ramosi; panic. simpl. v. ramosae; spiculae cum pedicello haud articulatae. — *Amer. bor. et trop., Nov. Holl.*) . . . Muehlenbergia. Schreb.

B. Glumae 2 oblongo-lanceolatae, in nervo v. carina dorsali spinulosae, basi constrictae v. clausae, superne patulae. Pal. 2; infer. ovata, superior multo minor. Caryops. oblonga, paleis tecta, libera, glabra. (Culmi simpl.; fol. plana, nervosa v. sulcata, lig. exserta; flor. sessil., imberbes, glumis dimidio breviores.)

1. *Styli* 2 *basi contigui; stig. aspergilliformia.* Caryops. styli basi coronata. Glumae apice subulato-aristatae, dorso rotundatae 1-nerv., nervo spinuloso-hispido; infer. paulo major. Palea infer. herbaceo-chartacea, 3-nerv., apice 3-fido-mucronata, dorso aristata, arista recta scabra; superior plana, lanceolata, apice 2-denticulata. Squam. . . . Stam. . . . (Panic. erecta, contracta, subspiciform., ramis semiverticillatis, pedicell. clavatis. — *Peruvia.*) . . . . . Nowodworskya. Presl.

2. *Stigm.* 2 *term., subsessilia, plumosa?* Caryops. dorso convexa, ventre subplano sulco obsoleto notata. Glumae acutato-mucronatae, membranac., persist., carinatae, carina pectinato-spinulosa. Pal. tenues, hyalinae, concavae, glabrae; infer. sub apice truncato-4-dentato aristata, arista caduca; super. enervia, apice truncata v. irregulariter 2-dentata. Squam. 2 membranac., subcultriform., glabrae, ovarium superantes. Stam. 3. (Panic. interrupte glomerata, spiculis fasciculato-conglom. cum pedicello continuis. — *Chile.*) . . . . . Chaetotropis. Kth.

B. Spiculae 2-4, involucro 8-19-seto obvallatae, flore glumas superante basi pilis cincto. Glumae 2 subaequal., diaphanae, glabrae, 1-nerv., carinatae, apice bifidae, inter lobos aristatae. Pal. 2 integerrimae; infer. ovata, 3-nerv. (nervis scabris), apice longe aristata; super. 2-nervia. Squam. . . . Stam. 3. Pistill. . . . (Culm. basi radicans, ramos.; fol. linear. scabra, lig. brevi truncata; panic. spicaeform. interrupta, spiculis glomerato-congestis. — *Panama.*) . . . . . Pereilema. Presl.

Tribus VI. *ARUNDINACEAE.*

I. Spiculae 1-florae, paniculatae, flore ☿ basi barbato. Glumae et paleae 2, membranaceae.

a. Flos sessilis, basi pilis longis cinctus, glumis multo brevior. Glumae canaliculatae, acutatae v. subulatae, subaequales v. inferior longior. Pal. inferior dorso v. apice aristata, raro mutica; super. 2-nervia. Stam. 3. Stig. 2 term., subsessilia, pilis simpl. denticulatis hyalinis. Squam. 2 integrae, glabrae. (*Europa, Asia occ. et bor., Amer., Afr. austr., Nov. Zeeland.*) . . . . . Calamagrostis. Adans.

b. — *pedicellatus.* Glumae aequales, muticae. Pal. super. mutica; inferior apice 5-aristata, arista media dissimili tortili. Stig. 2 sessil., villosa. (*Nov. Holl.*) . . . . . Pentapogon. R. Br.

II. Spiculae 2-florae, flore infer. ☿ basi barbato, superiore ad pedicellum plumosum redacto. Glumae 2 subaequales, membranac. v. subcoriaceae, lanceolatae, acutae, muticae, florem plerumque superantes. Pal. 2, superior 2-carinata. Squam. 2 glabrae. Stam. 3. Styli 2 term., breves, stig. plumos. Caryops. glabra, libera.

a. Flos ☿ sessilis. Palea infer. dorso aristata, arista tortili. Squam. basi hinc lobulo plus minus conspicuo auctae. Stigm. pilis simpl.? denticulat. (Panic. laxa, spiculis racemosis. — *Europa, Amer., Asia occ. et bor., Nov. Holl., Nov. Zeeland.*) . . . . . Deyeuxia. Clar.

b. — *☿ breviter pedicellatus. Pal. subcoriaceae; infer. ovato-lanceolata, sub apice bifido mucronulata v. breviter aristata,* carinata, 5-nerv. Squam. lanceolatae, acuminatae, ovarium superantes. Stigm. pilis hyalinis denticulat. simpl. v. 2-3-fidis. (Culmi repentes; fol. convoluta; panicula term. coarctata spicaeform., glumae paleis similes. — *Eur. et Amer. bor.*) . . . . . Ammophila. Host.

III. Spiculae 2-5-florae, flor. ☿, summo saepius tabescente. Glumae et pal. 2, membranaceae; palea superior brevior, 2-carinata. Stam. 3. Styli 2 term.; stig. plumosa, pilis denticulatis.

1. *Palea inferior apice bifida, inter lobos subulatos brevissime aristata,* extus cum rhachi pilis longis sericeis obsita. Squam. ovario breviores, dentatae, carnosae, glabrae. Styli elongati, stig. pilis simpl. v. rarius bifidis. Caryops. libera, glabra. (Culmi elati, interdum frutesc.; fol. plana; panic. diffusa; spic. 2-5-florae, flor. distichis distant., summo tabescente; glumae flores aequantes, inter se remotae, subaequales, canaliculato-carinatae. — *Reg. trop. et temp. totius fere orbis.*) . . . . . Arundo. (L.) Kth.

2. — *infer. acutata, canaliculata, superiorem involvens,* inferne pilosa. Squam. ovarium superantes, lanceolatae, acutae, integrae, superne ciliatae. Styli brevissimi, stig. pilis ramosis. Caryops. libera, linear., subteres, intus sulco notata, opaca, apice hirsuta. (Culmi elati; fol. involuta, subulata; panic. ramosissima, laxa v. coarctata, spic. 2-4-fl., rhachi articulata pilosa; glumae florib. breviores, ovato-lanceol., subulatae, canaliculatae, superior paulo longior, interdum in florem ☿ transformata. — *Africa boreal.*) Ampelodesmos. Link.

3. — *infer. lanceolato-oblonga, acutiuscula, concava;* superioris carinae ciliato-scabrae. Squam. ovario breviores, semi-ovatae, acutae, hinc dentatae, glabrae. Styli brevissimi, stig. pilis simpl.? Caryops. . . . (Fol. plana, scabra, lig. elongata; panic. simplex, spic. 3-5-flor. compressis, flor. distichis distant. imberb., basi tantum rhacheos pilis involucratis, summo saepe minutissimo; glumae oblongae, acutae, carinatae, superior major. — *Amer. bor.*) . . . . . Graphephorum. Desv.

IV. Spiculae unisexuales v. androgynae (polygamae) **monoicae, 2-6-florae,** laxe paniculatae. Glumae et paleae 2 membranaceae; glumae carinatae, acutae, florib. plerumque breviores, superior major; palea inferior longe subulato-acuminata. Squam. 2 glabrae. Stam. 3. Styli 2 term., elongati; stig. plumosa v. aspergilliform., pilis simpl. v. bifid. v. ramosis. Caryops. libera.

1. *Spiculae* 3-6-*fl.; flor. distichi, distantes, imberbes, inferior ♂, reliqui ☿,* rhachi longe sericeo-pilosa. Glumae inaequales, superior interdum in florem ♂ 1-andrum v. neutrum squamulis 2 instructum mutata. Pal. infer. longissima, super. 2-carinata. (Culmi elati; fol. plana. — *Totus fere orbis.*) Phragmites. Trin.

2. — *2-3-fl., geminatae, abortu 1-sexuales; inferiores ramulorum omnes ♂, superiorum parium una v. utraque ♀ (v. nonnullae neutrae 1-paleaceae).* Glumae subaequales, patent., 1-nerv. Pal. basi hirsutae, convolutae, infer. 5-7-nerv., super. obtusa. Squam. subbilobae v. repandae. (Culmi ramosi; fol. lata v. angusta demum complicata, lig. subnulla. — *Ind. or.*) . . . . . Amphidonax. Nees.

V. Spiculae unisexuales, dioicae, ♂ et ♀ in distinctis plantis, 2-florae, flore altero sessili, altero pedicellato. Glumae et paleae 2 membranaceae (in ♀ hyalinae). ♂: Glumae inaequal., lanceolatae, carinatae. Pal. infer. acutato-submucronata, 1-nerv., concava, imberbis, super. brevior. Squam. 2 minutae, crassiusc., collateral., glabrae. Stam. 2. ♀: Glumae canaliculatae, flores superantes, super. triplo longior apice angustata. Pal. infer. angustato-subulata, extus longe pilosa; super. parva, carinis pectinato-ciliatis. Squam. membranac., ovario dimidio breviores, integrae, subciliatae. Stam. 2 effoeta. Styli 2 term.; stig. plumosa, pilis simpl. denticulatis. Fr. . . . (Culmi elati, caespit.; fol. longissima, spinoso-serrulata; panic. diffusa. — *Amer. trop.*) . . . . . Gynerium. Humb., Bonpl.

GRAMINEAE.

(Continuat.)

Tribus VII. *PAPPOPHOREAE.*

A. Spiculae 1-florae, ☿, in spicas (nonnunquam capituliformes) congestae, florib. extimis saepius sterilibus involucrum simulantibus. Glumae et paleae 2, membranaceae; palea infer. 3-, superior 2-aristata. Squam. 2 glabrae. Stam. 3. Fr. . . . (*Nov. Holl.*)

1. *Glumae aristatae*, laxae. Paleae infer. arista media dissimilis, tortilis. . . . . Diplopogon. R. Br.

2. — *muticae*, concavae, infer. brevior. Pal. infer. 3-, superior 2-fida, laciniis lanceolatis arista recta scabra terminatis, aristis subaequalib. Styli 2 term., interdum basi connati; stig. pilosa, pilis simpl. Squam. subdentatae. (Gram. repent., caespit., fol. setaceis.) . . . . Amphipogon. R. Br.

B. Spiculae 2-00-florae. Glumae et paleae 2 membranaceae. Styli 2 term.; stig. plumosa, pilis simpl. denticulat.

a. Stigmata 2 plumosa. Palea superior 2-carinata. Caryops. libera, glabra, paleis tecta.

1. *Spiculae 2-4-florae, flore infimo ☿, superiorib. sterilib. tabescentibus.* Glumae flores superantes, concavae, muticae, inferior brevior. Pal. infer. subelliptica, concava, 9-13-aristata, aristis cum palea continuis subulatis rectis; pal. super. longior. Squam. 2 glabrae, truncatae. Stam. 3, rarius 2. (Paniculae coarctatae, spiciform. — *Amer. et Afr. austr., Arab., Persia, N. Holl.*) . . . . . Pappophorum. Schreb.

2. — *3-00-florae, florib. distichis, inferiorib.* 1-2-00 ☿, *reliquis ♂ v. neutris.* Glumae aequales, muticae. Pal. super. mutica, infer. apice 3-fida, lacin. subulato-aristatis longissimis rectis, media longiore. Squam. 2 obovato-cuneatae, glabrae. Stam. 3. Fr. . . . (Spiculae in paniculam coarctatam v. rarius effusam congestae. — *Nov. Holl., Afr.*) . . . . Triraphis. R. Br.

3. — *6-9-florae, flor. distant. distichis, summo tabescente.* Glumae concavae, multinerviae, apice 3-lobae, lobis acutato-mucronatis; super. paulo minor, apice interdum acutata integra. Pal. super. apice bifida, lobis acuto-mucronatis; infer. concava, 5-fida, sub-11-aristata, aristis continuis rectis scabris inaequalib., tribus majoribus. Squam. 2 membranac., subdolabriform., integrae, glabrae. Stam. 3. Caryops. oblonga, subteres, exsulca, laevis. (Culmi ramosi; fol. plana; panicula diffusa, spic. subracemosis. — *Peruvia.*) . . . . Cottaea. Kth.

b. Stigmata 2 sessilia, subulata, simplicia, tota minutissime puberula, longa. Caryops. et squam. *Cottaeae.* Spiculae 2-florae (2-4-fl.?), flore superiore pedicellato saepe tabescente v. ad pedicellum redacto. Glumae carinatae, infer. apice 2-aristata, super. paulo longior 1-aristata, aristis subulatis interdum evanescentibus. Pal. infer. 5-nerv., apice 5-fida, superior 2-fida; lacin. lanceolato-subulatae rigidae divaricatae; limbus interior membranaceus. Stam. 3. Ovar. obovat., apice pilosiusculum. (Culmi caespit., simpl.; fol. plana; spic. in capitulum term. globosum congestae. — *Reg. mediterran.*) . Echinaria. Desf.

C. Spiculae ternae, laterales inferiores sessiles 2-florae, media stipitata 4-flora, flor. omnib. ☿. Spic. laterales: Glumae 2 lineari-lanceol., subcarinatae, setoso-hispidae; infer. major, colorata. Flor. aequales. Pal. 2, infer. ovata, apice bifida, inter lobos et ad utrumque marginem aristata, aristis plumosis; pal. super. multo minor, ovato-lanceol., obtusa, 2-nerv., nervis marginalib. sub apice in mucronem brevem divergentem excurrentib. Stam. 3. Ovar. emarginato-obovat. Styli 2 liberi, stig. plumos. Fr. . . . Spic. intermedia: Glumae 2 oppositae, infer. flore brevior, lanceolata apice bifido aristata; super. dimidio brevior, obovata, apice emarginato aristata, aristis plumosis. Flor. geminatim superpositi. Pal. infer. ovata, 4-fida, inter lacin. aristata, aristis 3 plumosis; pal. super. et genitalia ut in spiculis lateralib. (Culmi caespit., diffusi, radicant., ramosi; fol. linear., scabra, superiora canaliculata, vagin. ore piloso; spiculae 4-5 in spicas term. et ax. collectae. — *Mexico.*) . . . . Cathestecum. Presl.

Tribus VIII. *CHLORIDEAE.*

A. Spiculae ternatae, 1-florae, basi villis involucratae, laterales ♂, media ☿. Glumae 2, in ☿ subaequales, cuneatae, emarginato-bilobae, 5-aristatae; in ♂ integrae, infer. mutica, super. paulo major medio dorso aristata. Pal. 2, in ♂ muticae; infer. in ☿ apice truncato aristata, super. 2-nerv. apice bifido mutica. Squam. . . . Stam. 3. Styli 2 term., stig. plumos. Ovar. sessile. . . . (Fol. angustissima; spica term. simpl. — *Amer. bor.*) . . . . Pleurhaphis. Torr.

B. — exinvolucratae, in qualibet spica homogamae.

I. Spiculae 1-2-florae (rarius 00-florae, cfr. Eleusine); flor. omnes ☿ (superiore interdum rudimentario, cfr. Cynodon). Spiculae in spicas unilaterales dispositae, sessiles. Glumae et paleae 2, membranaceae. Caryops. libera, glabra.

1. *Glumae carinatae, muticae, superior (exterior) multo major, florem superans.* Pal. muticae; infer. compresso-carinata; super. longior, navicularis, dorso 2-nervia. Squam. 2 hyalinae, glabrae, v. in plerisque nullae? Stam. 3. Styli 2 term. connati, longi, interdum apice discreti; stig. plumosa, pilis simpl. denticulatis. Caryops. paleis tecta, compresso-teres. (Gram. litoral., rigida, caespit., repentia; spicae racemosae, rhachi apice subulata, spiculis arcte imbricato-biseriatis compressis 1-fl., fl. sessili imberbi. — *Eur., Amer., Afr. austr., Java, ins. Tristan d'Acunha.*) . . . . Spartina. Schreb.

2. — *carinatae, muticae, floribus breviores; inferior interior.* Pal. muticae, infer. carinata, super. 2-carinata. Squam. 2 emarginato-bilobae, glabrae. Stam. 3. Styli 2 term. discreti, stig. plumos., pilis simpl. (Fol. plana; spicae digitato-fasciculatae, rarius subsolitar., spiculis 2-00-floris, flor. distichis. — *Totus fere orbis, excl. Europa.*) . . . . Eleusine. Gaertn.

3. — *subaequales, carinatae, acutato-subulatae, florem duplo superantes persist.*; superior exterior. Pal. infer. concava, sub apice longe aristata; super. canaliculata, dorso ciliata. Squam. 2 minutae. Genital. . . . Caryops. subfusiform., subcompressa. (Culmi simpl., fol. involuto-filiform., lig. brevissima; spicae 1-3 term., sessil., rhachi complanata haud articulata, spiculis 2-seriatis 1-flor., flore sessili basi barbato. — *Senegalia.*) . . . . Schoenefeldia. Kth.

4. — *subaequales, oblongae, acutiusculae, muticae, paleis longiores; inferior (interior) subcarinata.* Pal. tenues, hyalinae, extus dense pilosae; infer. concava, 3-nerv., late ovata, truncata, membranaceo-submucronata; super. 2-carinata. Squam. 2 membranac., paleae superiori semiadnatae, glabrae. Stam. 2-3. Styli et stig. *Eleusines.* Fr. . . . (Gram. pusill., caespitos.; fol. complicato-falcata, striata; spica term. solitar., falcata, rhachi non articulata, spiculis imbricato-subbiseriatis 1-fl., flore sessili. — *Amer. et Afr. trop. et austr., Ind. or., Nov. Holl.*) . . . . Microchloa. R. Br.

II. Spiculae 4-5-florae; flor. 1-2 infimi steriles, tertius ☿, terminal. 1-2 neutri tabescentes mutici. Glumae 2, membranac.; infer. (interior) multo brevior, mutica, persist.; super. versus medium tuberculo aristato v. nudo instructa, arista horizontaliter divaricata. Pal. 2 membranaceae (superiore in fl. sterilib. saepe deficiente), infer. 3-gono-carinata, sub apice mucronata v. aristata, margine dense ciliata; super. longior, 2-carinata. Squam. 2 glabrae. Stam. 3. Styli 2 term., stig. elongat. remote plumos., pilis simpl. Ovar. glabr. . . . (Gram. gracilia, spica solitar. subfalcata, spiculis imbricato-biseriatis. — *Amer. bor. et trop., Afr. trop. et austr.*) . . . . Ctenium. Panz.

III. — 2-00-florae; flor. inferiores ☿, superiores neutri v. tabescentes.

A. Glumae muticae (cfr. Diplachne, Chloris).

I. Stylus 2-partitus; stigm. aspergilliformia. Fr. . . . Spiculae 4-florae, flor. distantib., summo abortivo. Glumae 2 membranac., acutatae. Pal. 2 inaequales; infer. profunde bifida, inter lacinias subulatas longe aristata; super. integra, reflexa, extus pilosa. (Squam. . . . Stam. 3. (Spiculae alternae, racemosae. — *Amer. bor.*) . . . . Triplasis. Pal. B.

II. Styli 2 discreti, term.; stig. plumosa v. penicilliform., pilis simpl. denticulat. Ovar. stipitatum.

1. *Glumae inaequales, superior apice mucronulata.* Pal. inferior 3-nerv., ad latera (saltem inferne) sericea v. pubesc., saepe denticulo laterali praedita, apice bifido inter lacinias setigera. Squam. apice hinc dentatae. Styli approximati. Caryops. libera, haud sulcata. (Racemus compositus, ramis simpl. virgatis, spic. pluriflor., rhachilla articulata. — *Amer., Ind. or., Afr. austr.*) . . . . Diplachne. Pal. B.

2. — *carinatae, muticae*, membranac., florib. plerumque breviores, inferior interior. Pal. 2 membranac.; infer. 3-nerv., carinata, apice mucronata v. aristata v. mutica; super. brevior, 2-carinata; arista recta, haud articulata. Squam. 2 membranac., glabrae. Stam. 3. Caryops. oblonga, glabra. (Fol. plana; racemi simpl.; spiculae 1-laterales, sessiles, distichae, 2-00-florae. — *Amer., Afr. et Asia trop. et temp.*) . . . . Leptochloa. Pal. B.

III. Styli 2 discreti. Ovar. sessile (v. pag. sequ.).

GRAMINEAE.

Tribus VIII. *CHLORIDEAE.*

(Continuat.)

B. III. *A.*

III. Styli 2 discreti; stigm. plumosa, pilis simpl. (cfr. Polyodon). Ovarium sessile. Caryops. libera, glabra. Squam. 2 glabrae. Glumae 2 muticae (cfr. *Chloris*) carinatae et paleae 2, membranaceae; palea superior 2-carinata. Stam. 3. (Spiculae in spicis unilaterales, sessiles v. subsessil.)

1. *Palea inferior 5-dentata (in fl. sterili 7-dentata), dentibus alternis aristatis.* Spicae racemosae, distichae, breves, rhachi apice bifido nuda, spiculis 2-floris, flore ☿ sessili, altero sterili pedicellato. Genital. et squam. . . . (Culm. ramosus; fol. plana. — *Quito.*) . . . . **Polyodon.** H. B. K.

2. *Paleae subcoriaceae, infer. 3-fida, laciniis in flore inferiore subulatis, in superiore subulato-aristatis.* Gluma super. (exterior) major, floribus brevior. (Culmi ramosi, diffusi; fol. plana; spicae racemosae, abbreviatae, rhachi apice subulato libera, spiculis altern. 2-3-fl., flore term. tabescente 3-aristato v. ad pedicellum subulatum redacto. — *Amer. bor. et trop., ins. Philippin.*) . . . . . **Eutriana.** Trin.

3. — 2, *infer. carinata, acuta, mutica, interdum sub apice mucronulata.* Glumae parum inaequales, superior exterior. Squam. carnosae, connatae (semper?). — (Culmi repent., ramosi, diffusi; fol. plana; spicae digitatae v. geminatae v. racemosae, spic. sub-biflor., flore super. sterili omnino *Eutrianae*, rarius nullo. — *Totus fere orbis.*) . . . . **Cynodon.** Rich.

4. — 2; *infer. obovata, carinata, dorso et margine dense ciliata;* super. vix brevior. Gluma exter. (super.) spiculam aequans; inter. (inferior) triplo brevior, persist. Caryops. compressa. (Fol. complicato-falcata, rigida; spica term., solitar., longa, spiculis imbricato-biseriatis 4-fl., flore infer. ☿, superiorib. tabesc. glabris. — *Afr. austr.*) . . . . **Harpechloa.** Kth.

5. — 2; *infer. 3-nerv., 3-gono-carinata, sub apice aristata, margine dorsoque ciliata;* superior vix brevior; arista recta, non articulata, rarissime abortiens. Glumae persist., acutatae, muticae, rarissime superior (exterior) v. utraque mucronato-aristata. Squam. integrae. Caryops. elongata, 3-gona. (Culmi simpl. v. ramosi; fol. plana; spicae term. digitatae, raro geminatae v. solitar., spiculis 2-8-fl., fl. distichis, infer. 1-3 ☿ sub apice aristatis v. mucronatis, super. neutris aristat. v. muticis. — *Reg. trop. et temp. totius fere orbis.*) . . . . **Chloris.** Sw.

B. Gluma altera v. utraque aristata v. subulato-acuminata.

I. Spicae digitato-fasciculatae (rarissime in *Dactyloctenio* solitariae), spiculis 1-lateral. sessil., flore summo sterili v. tabesc. Glumae et pal. 2 membranac.; palea infer. carinata, mucronata; superior 2-carinata. Squam. 2 glabrae. Stam. 3. Styli 2 term. Caryops. libera. (Culmi repent., diffusi, saepiss. ramosi; fol. plana.)

1. *Spiculae 2-florae. Glumae persist., super. (exterior) major apice emarginato-bilobo mucronato-aristata.* Pal. inferior sub apice mucronata. Stigm. penicilliform., pilis simpl. Fr. . . . (Culmi compressi. — *Amer. trop. et temp., Afr. austr.*) . . . . **Eustachys.** Desv.

2. — *2-multiflorae, flor. distichis. Glumae compressae, florib. breviores; super. (exterior) aristata.* Pal. infer. navicularis, acutato-mucronata; super. brevior. Squam. truncato-2-3-lobae. Stigm. plumosa, pilis dentato-ramosis. Caryops. glabra. — *Reg. trop. et temp. totius fere orbis, excl. Europa.*) . . . . **Dactyloctenium.** Willd.

II. Spicae in racemum v. paniculam simplicem dispositae, alternae; spiculae subsessil., remotae, alternae, rhachi parallelae, 2-fl., flore infer. ☿ sessili basi barbato, super. minuto tabescente pedicellato aristata. Glumae flores superantes, lanceolato-subulatae, carinatae, subaequal. v. inferior brevior. Pal. 2 membranac., subaequilongae; infer. cylindraceo-involuta, sub apice 2-lobo aristata; super. 2-carinata; arista recta. Squam. 2 truncato-bilobae, glabrae. Stam. 3. Styli 2 term.; stig. penicilliform., pilis simpl. dentat. Caryops. libera, glabra, subcylindr., haud sulcata. — *Amer. bor. et austr.*) . . . . **Gymnopogon.** Pal. B.

III. — solitariae (raro geminae, cfr. Polyschistis, v. paucae distantes, cfr. Chondrosium).

1. *Paleae 2, acuminatae, muticae.* Glumae 2; infer. basi aristata, arista ad medium usque glumae adnata. Squam. . . . Stam. 3. Styli 2, stig. subplumos. Caryops. palea superiore inclusa, libera. (Culm. ramos.; fol. plana; spiculae alt., pedicellatae, distant., distichae, 2-fl., fl. altero ☿, altero neutro 3-aristato. — *Mexico.*) . . . . **Triaena.** H. B. K.

2. — 2; *infer. herbacea, oblongo-lanceol., concava, 3-nerv., apice 3-fida, lacin. subulatis;* super. lanceolata, 2-carinata, apice 2-fida. Glumae 1-nerviae, carinatae, ovato-lanceol., acuminato-subulatae; super. longior, rhachi contigua. Squam. 2 carnosae; subdolabriform., glabrae. Stam. . . . Ovar. elongat., subteres, glabr. Styli 2 term., stig. plumos., pilis simpl. Fr. . . . (Culm. ramosiss., fol. involuto-setacea, rigida, vagin. ore barbato; spica simpl., rhachi haud articulata, spiculis alt. sessil. distich.? (v. secundis?) distant. cum rhachi articulatis 2-fl., fl. infer. ☿ sessili, super. breve pedicellato tabesc. ad aristas 3 longas rectas scabras redacto. — *Antill.*) . . . . **Triathera.** Desv.

3. — 2 *membranaceae; infer. 3-nerv., carinato-concava, 3-fida, lacin. lateralib. subulato-subaristatis breviorib., intermedia sub apice bifido aristata,* aristis rectis haud articulatis (interdum abortientib.), palea super. 2-carinata. Glumae 2, carinatae, acutato-subulatae, membranac., superior (exter.) longior. Squam. 2 glabrae. Stam. 3. Styli 2 term., elongati; stig. pubesc. v. penicilliform. v. plumosa. Caryops. libera? glabra. (Gram. caespit.; fol. plana; spicae subfalcatae, solitar., rarius 2-5 distantes, geniculatae, spiculis 1-lateral. sessil. imbricato-biseriatis 2-flor., flor. *Triatherae*, superiore interdum duplici. — *Amer. trop., ins. Philippin.*) . . . . **Chondrosium.** Desv.

4. — 2, *ovatae; infer. mutica, apice 2-fida, lobis obtusis; super. minor, 2-carinata, integra, truncata, acuminata.* Glumae in ☿ 2; infer. late ovata, 5-dentata, dentib. 3 mediis aristatis; super. multo minor, integra, acuta, mutica. Squam. . . . Stam. . . . Styli 2, stig. villosis. Caryops. subrotunda, compressa. (Culm. repens; fol. plana; spica term., rhachi triquetra haud articulata; spiculae 12-16 secundae, alternae, 3-fl., flos infer. ☿; super. 2 neutri abortivi pedicellati, gluma utrique communi carinata, basi angustissima, 3-loba, lobo medio 3-fido, lacin. aristatis. — *Mexico.*) . . . . **Opizia.** Presl.

5. — 2; *inferior in ☿ ovata, apice 3-fida, lacin. lateralib. subulato-aristatis, media longiore apice bifida inter lobos aristata* (in fl. neutro angustior, 5-fida, lacin. subulato-aristatis); super. in ☿ linearis, plana, in fl. neutro bicarinata. Glumae 2; infer. flore brevior, 4-partita, lacin. lineari-subulatis pilosis; super. paulo longior, linear., acuta. Squam. . . . Stam. 3. Styli 2, stig. pilosis. Ovar. ovat., apice emarginat., glabr. Fr. . . . (Culmi caespit., alterne canaliculati; fol. margine scabra; vagin. ore pilosis, lig. breviss.; spicae ex ultima vagina 2-1, arcuatae, rhachi angustissima, spiculis secundis alt. sessil. 2-fl., flore inf. ☿, super. neutro pedicello piloso fulto. — *Ins. Philippin.*) . . . . **Polyschistis.** Presl.

IV. Spiculae 3-fl., flore infimo ☿ sessili, medio ♂ pedicellato, summo sterili aristaeformi. Glumae 2; infer. ex aristis 5 basi subconnatis conflata; super. 2-dentata, aristata. Pal. 2; infer. in ♂ 7-, in ☿ 5-dentata, dentib. exteriorib. intermedioque aristatis. Squam. . . . Stam. 3. Styli 2, stig. penicilliform. Caryops. palea superiore inclusa, libera. (Culm. ramos.; fol. plana; spica term. solitar., spiculis alt. distant. sessil. — *Mexico.*) . . . . **Pentarrhaphis.** H. B. K.

Tribus IX. *AVENACEAE.*

A. Ovarium sessile.

I. Styli nulli v. subnulli (brevissimi).

A. Glumae 2 aristatae v. subulatae, membranaceae, flores superantes. Spiculae 2-1-florae, flore infer. ☿ breviter pedicellato basi barbato, super. ad aristam v. pedicellum subulatum redacto v. rarius nullo. Pal. 2 membranac.; infer. infra apicem bifidum aristata, arista subgeniculata; super. brevior, 2-carinata. Squam. 2 glabrae. Stam. 3. Stigm. 2 sessil., term. Ovar. glabrum.

1. *Glumae lanceolato-lineares, canaliculatae, subaequales, plumosae, subulato-aristatae.* Pal. infer. concava, apice 2-aristata. Squam. carnosae, integrae v. apice lobatae. Stigm. undique pilosa, pilis simpl. brevib. spinuloso-dentatis. Caryops. libera, oblonga, glabra. (Fol. plana; panic. coarctata, spicaeform. ovata v. oblonga cylindr. — *Eur. austr. et occid., Asia.*) . . . . **Lagurus** L.

2. — *lanceolatae, apice subulatae, carinatae, inaequilaterae.* Pal. infer. 5-nerv., tereti-involuta, apice 2-setosa. Squam. emarginato-bilobae. Stigm. plumosa. Fr. . . . (Panic. contracta, spiculis plerumque 2-flor. — *Aegypt., Syria.*) . . . . **Trisetaria.** Forsk.

B. Glumae muticae.

I. Spiculae subtriflorae, flore infer. ♂, superiore ☿, tertio abortivo filiformi. Glumae 2 membranac., concavae, super. longiore flores aequante. Pal. 2 herbaceae, infer. concava aristata, super. 2-carinata; arista in ♂ supra basin prodiens, longa, inferne torta; in ☿ sub apice nascens, multo brevior. Squam. 2 longae, lanceolato-linear., integrae, glabrae. Ovar. pyriforme, apice pilosum (in ♂ effoetum). Stigm. 2 term., sessil., villoso-plumosa (in ♂ nulla), pilis simpl. argute serrulatis. Caryops. adnata? (Fol. plana; panic. diffusa, ramis basi bolboso-incrassatis. — *Europa.*) . . . . **Arrhenatherum.** Pal. B.

II. — *2-∞-florae, flor. omnib. ☿ aut superiorib. abortivis* (v. pag. sequ.).

GRAMINEAE.

Tribus IX. *AVENACEAE.*

(Continuat.)

A. I. B.

II. Spiculae 2-00-florae, florib. omnib. ☿ aut superiorib. neutris v. abortientibus.

a. Palea inferior aristata (cfr. Aira); superior 2-carinata, utraque herbacea v. membranacea. Squam. 2 glabrae. Stam. 3.

1. *Palea inferior apice plerumque bicuspidata, supra basin aristata, arista torta;* super. mutica. Glumae tenues. Squam. plerumque bifidae, magnae. Stigm. 2 sessil., distant., villoso-plumosa, pilis simpl. Caryops. paleis tecta (superiori adhaerens?), elongata, subteres, apice pilosa, intus sulco notata. (Fol. plana, rarius involuto-setacea; spiculae paniculatae v. racemosae v. spicatae 3-00-fl., flor. remotis, summo tabescente. — *Totus fere orbis.*) . . . . Avena. (L.) Kth.

2. — *infer. integra, supra basin aristata; arista recta, medio articulata et barbata, apice clavulata;* pal. super. mutica, apice 3-loba. Glumae subaequal., carinatae, flores superantes. Squam. bifidae. Stigm. 2 subsessil., term., plumosa. Caryops. paleis adhaerens? glabra. (Culmi caespit., panic. ramosa, spiculis pedicellat. 2-3-fl., fl. ☿. — *Eur., Afr. bor.*) . . Corynephorus. Pal. B.

3. — *infer. apice 2-cuspidata, dorso aristata, arista tortili.* Glumae carinatae. Squam. integrae v. lobatae. Stig. 2 sessil., villoso-plumosa, pilis argute denticulat. simpl. v. bifidis. Caryops. libera, exsulca, glabra. (Culmi simpl. v. ramosi; fol. plana; panic. spicato-confertae, rarius diffusae, spiculis 2-4-flor. — *Eur., Asia, Afr., Amer.*) . . . . Trisetum. (Pers.) Kth.

4. — *infer. apice bifida, dorso aristata (rarissime mutica) arista inferne torta.* Glumae carinatae magnae. Squam. acutatae, interdum lobulo laterali auctae. Stig. 2 sessil., subterm., plumosa, pilis simpl. denticulat. Caryops. glabra. (Culmi caespit., simpl.; fol. involuto-setacea v. plana; panic. diffusae, raro coarctatae, spiculis cum pedicello haud articulatis 2-fl., flor. subaequalib. — *Totus fere orbis.*) . . . . Aira. (L.) Kth.

5. — *infer. apice truncato-4-dentata, supra basin breviter aristata;* super. subaequilonga, apice bifida. Glumae subaequales, carinatae, spicula breviores. Squam. integrae. Stig. 2 subsessil., plumosa. Caryops. libera, glabra. (Panicula ramosa, spiculis 2-3-floris. — *Hemisphaer. bor., Mexico, Peruvia.*) . . . . Deschampsia. Pal. B.

b. Paleae 2 muticae, subaequales, inferior latior concava. Glumae 2 subaequales. Stam. 3. Stigm. 2 subsessil., plumosa. Ovar. glabrum. (Spiculae cum pedicello haud articulatae.)

1. *Squam. 2 membranaceae, hyalinae, ovario breviores, apice eroso-dentatae.* Fr. . . . Spic. 2-3-florae, flor. distant., terminali saepe setuliformi clavato. Glumae spiculam aequantes, scariosae, concavae. Pal. scariosae, basi barbatae; infer. ovata, 3-nerv.; super. 2-nerv. (Fol. plana; panic. coarctata, purpurascenti-varia, flor. separatim solubilib. — *Amer. arct.*) . . Dupontia. R. Br.

2. — *2 ovarium superantes, falcato-lanceolatae, integrae, glabrae.* Caryops. paleis tecta (adhaerens?), subrotunda, laevis, glabra, dorso convexa, ventre plana. Spic. 2-fl., flore utroque fertili. Glumae navicular., membranac., flores superantes; infer. subtriloba, concava, extus pilosa; super. subplana, 2-carinata. (Culmi ramosi; fol. involuta v. plana; panic. contracta v. diffusa, pedicell. apice incrassatis. — *Eur. et Afr. austr.*) . . . . Airopsis. Desv.

II. Styli 2 elongati (cfr. Trichopteryx, Chaetobromus, Triodia), term.; stig. plumosa. Caryops. libera, glabra. Glumae et pal. 2 herbac. v. membranac.

a. Spiculae 2-fl., flore inferiore ♂ v. neutro sessili mutico, super. ☿ pedicellato basi barbato. Glumae lanceolatae, muticae, 3-nerv., canaliculatae; super. paulo longior, flores superans. Pal. infer. in ♂ glumis simillima; super. brevior, 2-nerv.; infer. in ☿ subcoriac., apice bifida, inter lobos longe aristata, superiorem subaequalem sulcato-2-nerviam involvens, arista inferne torta basi articulata. Squam. 2 carnosae, subintegrae, glabrae. Stam. 2 (in ☿ saepe 3), anth. longis linear. utrinque bifid. Pistilli rudim. in ♂ lineare v. nullum. Styli glabri, stig. pilis simpl. subedentulis. Caryops. paleis corticata, oblonga, intus sulcata. (Culmi simpl.; fol. rigida, plana v. convoluta; panic. simpl., spiculis solitar. (*Loudetia*, Hochst.) v. ternis, media saepe macriore v. effoeta. — *Amer. trop., Afr.*) . . . . Tristachya. Nees.

b. — 2-fl.; flor. sessil., valde inaequal.; infer. ☿, muticus; super. ♀, aristatus. Glumae et pal. 2, inaequal., concavae; pal. infer. in ☿ apice rotundato mutica, in ♀ apice aristata, superiorem arcte involvens, arista torta geniculata. Squam. 2 cuneato-dolabriform., glabrae. Stam. 3 (in ♀ nulla). Stig. pilis simpl. Caryops. ellipt., utrinque rotundata, compressa, laevis. (Culmi ramosi; fol. plana, sulcato-striata; panic. ramosa, spiculis basi articulatis. — *Ind. or., ? Afr. austr.*) . . Brandtia. Kth.

c. — 3-fl.; flor. sessil.; infer. ♂, muticus; super. ☿, aristatus; summus rudimentarius. Glumae 2 florib. majores, muticae, infer. minor. Pal. in ♂ muticae; in ☿ bifidae, lacin. setigeris, interjecta arista basi complanata torta. Squam. 2 obconicae, emarginatae. Stam. 3. Styli term., stigm. . . . Fr. . . . (Culmi gracil., compressi, inferne ramosi; panic. contracta, pedicell. apice barbatis haud articulat. — *Afr. austr.*) . . . . Trichopteryx. Nees.

d. — 2-pluriflorae; flor. infimi sessil., neutri (cfr. Chaetobromus), super. ☿; summus tabescens.

1. *Spiculae 2-pluriflorae, flore infer. sessili saepe difformi, aut omnibus sexu diversis.* Glumae flores superantes, dorso multinerviae. Pal. infer. obsolete 9-nerv., plerumque bifida, lacin. integris setigeris, arista interjecta basi plana torta apice recurva. Squam. 2 obconicae, complicatae, glabrae. Stam. . . . Styli breves, distant., basi membrana conjuncti. Caryops. depress. (Habitus et inflor, fere Trichopterygis. — *Afr. austr.*) . . . . Chaetobromus. Nees.

2. — *subsexflorae, fl. infer. 2 neutri 1-paleacei, super. ☿ similes, summus tabescens.* Glumae a florib. remotae, valde inaequales, persist.; infer. lanceolata, concava, 3-nerv., mutica, spicula paulo brevior; super. minuta subulata. Pal. infer. concava, 3-nerv., apice 4-fida, dorso aristata, lobis interiorib. lanceolato-subulatis mucronato-aristatis, exteriorib. majorib. alaeform. ovato-oblongis, arista dorsali divaricata; palea super. diaphana, acuta, 2-nerv., 2-carinata. Squam. 2 membranac., subfalcatae, glabrae. Stam. 3. Caryops. obovato-ellipt., intus planiusc., laevis. (Gram. repent.; fol. disticha; spicae term., solitar., basi folio spathaeformi involutae, spiculis turbinat., flor. arcte imbricat. — *Ind. or.*) . . . . Pomereulla. Linn. fil.

e. Spiculae 2-00-florae, flor. omnib. (?) ☿. Glumae 2 aequal. v. subaequales, muticae. Spiculae paniculatae.

1. *Spiculae 2-florae.* Pal. barbatae; infer. concava, arista simpl. terminata v. mutica; super. 2-carinata. Squam. 2 subcarnosae, glabrae, integrae v. emarginato-bilobae. Stam. 3. Stig. pilis simpl denticulat. Caryops. exsulca. — (*Nov. Holl., Molucc., Afr. austr.*) . . . . Eriachne. R. Br.

2. — *multiflorae.* Pal. infer. 3-dentata, dent. subaequal., medio stricto. Squam. 2. . . . (Gram. rigidula, habitu Poae v. Festucae. — *Nov. Holl.*) . . . . Triodia. R. Br.

B. Ovarium stipitatum.

a. Styli 2 term., stig. plumos. Caryops. libera, glabra. Glumae 2 membranac., carinatae v. subcarinatae, muticae. Pal. 2 membranac.; infer. concava, apice bifida, inter lacinias aristata; super. 2-carinata. Squam. 2 plerumque glabrae.

1. *Palea infer. subcoriacea, 9-nerv., inferne barbata, lobis muticis v. subulato-aristatis;* arista intermedia inferne complanata et torta, interdum brevissima, recta. Glumae subaequal., flores aequantes v. superantes. Squam. subcarnosae, integrae, raro apice pilosae. Stam. 3. Styli saepe breves, stig. pilis simpl. v. ramosis. Caryops. ellipt.-oblonga compressa, laevis. (Gram. caespit.; spiculae racemosae v. paniculatae, 2-00-fl., fl. distich., summo plerumque tabesc. — *Totus fere orbis.*) . . . . Danthonia. DC.

2. — *infer. apice 3-aristata, arista media longa inferne complanata et torta,* lateralib. rectiusculis; super. brevior. Glumae acutato-subulatae, flores duplo superantes, persist.; infer. paulo brevior. Squam. membranac., subcuneato-dolabriform., apice 2-3-lobae. Stam. 3. Ovar. foecundum disco crasso coronatum. Styli elongati, stig. pilis simpl. denticulat. Caryops. paleis arcte tecta, crustacea, ellipt., truncata, subteres, basi intus sulco notata. (Rami breves steriles; fol. rigida, involuta; panic. term., ramis subfasciculatis; spic. 3-fl., fl. infer. sessili, super. pedicellato, summo rudimentar. stipitiformi. — *Afr. austr.*) . . . . Pentameris. Pal. B.

3. — *infer. 3-nerv., lacin. muticis, arista intermedia brevi subulata complanata recta.* Glumae inaequales, spicula plerumque breviores. Squam. membranac., apice truncato-rotundatae. Stam. 1-3. Caryops. oblonga, teres, glabra. (Gram. pleraque repent.; fol. carinata v. convoluta; spiculae racemosae v. panic., multifl., flor. distich., summo tabesc. — *Amer. bor. et trop., Arab., Afr. austr.*) . . . . Uralepis. Nutt.

b. Stigmata 2 term., sessilia, longa, plumosa, pilis simpl. 3-fid. v. ramosis. Ovar. subpyriforme, compressum, superne pilosum. Fr. . . . Squam. 3 aequilongae, glabrae, laterales cultriform. inferne carnosae, postica oblonga concava 1-nerv. Spic. 1-fl., fl. pedicellato cum rudim. floris superioris. Glumae membranac., subaequal., flores superantes, 9-nerv. Pal. subcoriac.; infer. oblonga, involuta, sericea, apice 3-aristata, arista media longa inferne torta; super. longior, dorso sulco exarata, apice bifida. Stam. 3. (Facies *Avenae*; culmi simpl.; fol. involuta; panic. effusa. — *Nov. Holl.*) . . . . Anisopogon. R. Br.

GRAMINEAE.

(Continuat.)

Tribus X. *FESTUCACEAE.*

A. Gramina herbacea. Squamulae hypogynae 2 (nunquam 3). Stam. 3, raro 2-1, nunquam 6. Styli v. stigm. 2 (rarissime 3). . . . . Subtribus I. BROMEAE.

I. Spiculae steriles fertilibus intermixtae, paniculas confertas saepe spicaeformes formantes. Glumae 2 lanceolatae et pal. 2 membranaceae; pal. super. 2-carinata. Squam. glabrae. Stam. 3. Styli 2 term., breves. Caryops. glabra.

1. *Palea infer. cylindraceo-involuta, infra apicem bifidum aristata.* Glumae a florib. remotae, subulatae, subaequales. Squam. minutae. Stigm. elongata, puberula. Caryops. paleae superiori adhaerens, oblonga, complanata. (Spic. fertiles 2-fl., flor. remotis, altero ☿, altero rudimentario arista suffulto; steriles crebriores, 5-8-florae, flor. distant. 1-paleac., pal. obovato-subrotundis muticis concav., glumis ut in ☿. — *Region. mediterran.*) . . . . Lamarckia. MOENCH.

2. — *infer. apice mucronata v. aristata, super. bifida.* Glumae 1-nerv., carinatae; breve aristatae. Squam. subintegrae. Stigm. plumosa, pilis simpl. denticulat. (Panic. secundae; spiculae 2-5-fl., distichae; steriles pectiniformes e solis glumis formatae. — *Eur., Asia, Afr., Amer. austr.*) . . . . . . Cynosurus. L.

II. Spiculae omnes fertiles, homogamae, flor. omnibus ☿. (cfr. Elytrophorus).

A. Stamen 1. Ovar. stipitatum. Styli et stig. *Lamarckiae.* Caryops. libera, elongata, subteres, glabra. Glumae spicula breviores, carinatae, apice subulato-aristatae, subaequales. Pal. infer. carinata, 3-nerv., apice subulato-aristata; super. dimidio brevior, apice 3-loba, carinis 2 alatis. (Panic. conferta, glomerato-spicata, spiculis 3-7-fl. interdum steril.?, flor. distich. imberbib. — *Ind. or., Senegal.*) . . . . Elytrophorus. PAL. B.

B. Stamina 3 (rarissime 2-1, cfr. Poa, Chascolytrum, Festuca, Glyceria).

A. Ovarium sessile (cfr. Catabrosa, Wangenheimia).

I. Stigmata 2 sessilia v. subsessilia, distantia, plumosa. — (*Totius fere orbis incolae.*)

1. *Paleae* 2, *exterior basi pilosa, sub apice arista recta, ad utrumque marginem versus medium arista extrorsum vergente instructa.* Spicula sub-8-flora. Glumae 2, aristatae, inferior foveae rhacheos immersa. Squam. . . . Stam. 3. Stig. 2 plumosa. Fr. . . . (Facies fere Festucae Myuri. — *Ind. or.*) . . . . Tripogon. ROEM. et SCH. †

2. *Palea infer. sub apice aristata* (rarissime mutica), *dorso convexa, apice saepe usque ad aristam fissa;* super. 2-carinata, carinis pectinato-ciliatis. Glumae inaequales, plerumque carinatae. *Squam. integrae*, glabrae. Stam. 3. Stigm. 2 extus infra apicem inserta, pilis elongat. simpl. denticulat. Caryops. paleae superiori adnata, linear., plano-convexa, linea prominente notata, apice villosa. (Panic. diffusae v. confertae, spic. 3-00-flor., rhachi fructifera articulata, flor. distichis.) . . . . Bromus. L.

3. — *infer. apice acuto mucronata v. plerumque aristata, dorso subobtusa. Squam. apice 2-fidae,* acutatae. Stam. 3, rarius 2-1. Stigm. pilis simpl., rarius bifid., dentat. Caryops. glabra. (Caet. omn. *Bromi.*) . . . . Festuca (L.) KTH.

4. — *infer. 3-nerv., 3-gono-carinata, apice truncato-rotundata*; super. aequal., 2-nerv., concavo-bicarinata, apice subtrilobo-rotundata; utraque oblonga. Glumae flore breviores, parvae, concavae, coloratae; infer. oblonga, 1-nerv., super. subobovata, 3-nerv., apice grosse crenata v. eroso-dentata. Squam. carnosae, ovario dimidio breviores, subtruncatae v. bifidae glabrae. Stam. 3. Stigm. pilis bifid. crenatis. Caryops. paleis tecta, libera, substipitata, oblique oblonga, vix compressa, opaca glabra. (Panic. diffusa, ramis verticillat.; spic. 2-rarius 3-5-fl.; flor. basi articulati, decid., aequal., infer. sessil., super. pedicellat.) Catabrosa. PAL. B.

II. Styli 2 (raro 3) conspicui.

† **Squamulae hypogynae 2 connatae,** truncatae (rarius in Glyceria apice liberae). Spiculae racemosae v. paniculatae, multiflorae, rhachi articulata, flor. ☿. Glumae 2 membranaceae.

1. *Glumae flosculis breviores, obsolete* 1-3-*nerv. Pal. infer.* chartaceo-rigida, plurinerv., *apice membranaceo bifida,* inter lobos praemorso-dentatos setam rectam exserens; super. plano-complicata, apice emarginata, laterib. medio dentato-laceris apicem versus serratis. Stam. 3. Styli 2 breves; stig. parva, plumulosa. Ovar. oblongo-lineare, glabr. . . . — (*Amer. bor.*) . . . . Lophochlaena. NEES.

2. — *subovatae, obtusae, concavae; infer. brevior.* Pal. membranac., rigidulae; *infer.* ovato-ellipt., *rotundato-obtusa v. subtriloba,* 7-nerv., concava; super. 2-carinata. Squam. carnosae, glabrae. Stam. 3, rarius 2. Styli 2 term. elongati, divaricati; stig. plumosa, pilis dichotomis denticulat. Caryops. libera, oblonga, glabra. — (*Totus fere orbis., excl.? Afr.*) Glyceria. R. BR.

†† **Squamulae hypogynae 2 discretae.**

a. Palea inferior aut utraque aristata v. mucronata (rarius mutica, cfr. Koeleria, Schismus).

α. Glumae muticae (rarius mucronatae, cfr. Sesleria).

1. *Palea infer. carinata, aristato-mucronata, interdum* 3-5-*dentata*, dent. mucronatis; super. 2-carinata, apice bifida. Glumae inaequales, interdum mucronatae. Squam. integrae v. 2-5-fidae. Stam. 3. Styli breves; stig. longa, plumosa, pilis simpl. Caryops. libera, oblonga, plano-convexa, glabra, raro apice pilosa. (Spicae globosae v. oblongae v. linear., confertae, rhachi haud articulata, spiculis 2-6-flor. distichis. — *Eur. Asia occ., Afr. et Amer. bor.*) Sesleria. ARD.

2. — *inf. obovato-oblonga, obtusissima, concava,* 5-7-*nerv., sub apice scarioso mucronulata;* super. aequalis, profunde emarginata, 2-carinata, 2-nerv., nervo utroque 2-aristato, aristis superpositis subulatis, superiorib. 2 brevissimis. Glumae abbreviatae; infer. ovata, super. longior obovata. Squam. brevissimae, truncatae. Stam. 3. Styli term.; stig. laxe plumosa, pilis denticulat. Caryops. libera, compressa, glabra, ventre leviter canaliculata. (Racemus simpl., spiculis nitentib. purpur. multiflor. cylindr., flor. distant. — *Amer. arct.*) . Pleuropogon. R. BR.

3. — *infer. cymbaliform., cordato-subrotunda, subcoriacea, apice mucronato-aristata;* super. dimidio brevior, subplana, margine utroque carinata. Glumae navicular., inaequal. Squam. membranac., emarginato-bilobae, glabrae. Stam. 3, raro 1. Styli et stig. *Sesleriae.* Caryops. suborbicular., compressa, dorso-convexa, ventre plana, laevis, glabra. (Panic. simpl. v. ramosa; spiculae subrotundo-ellipt., 8-12-fl., rhachi articulata, flor. distichoimbricat. — *Amer. austr., Mexico.*) . . . . Chascolytrum. DESV.

4. — *infer. obovata, concava,* 9-*nerv., apice bifida, mucronata v. mutica,* margine dorsoque ciliata; super. subaequal., subspathulata, acuta, 2-nerv. Glumae subaequal., ovato-oblongae, subacutae, concavae, spicula paulo breviores, infer. 4-7-nerv., super. 3-5-nerv. Squam. hyalinae, subtruncato-dolabriform., glabrae, apice 1-2-pilosae. Stam. 3. Styli term., elongati; stig. pilosa, pilis simpl. sparsis subcrenulatis. Caryops. paleis inclusa, libera, obovata, subcompressa, laevis, nitida, glabra. (Panic. simpl. coarctata; spiculae 5-7-fl, fl. distich. distant. — *Eur. et Afr. austr.*) . . . . Schismus. PAL. B.

5. — *infer. acuta, apice v. infra apicem breve aristata v. mutica*; super. 2-carinata, apice bifida. Glumae carinatae, inaequal. Squam. inaequal., plerumque 2-3-fidae, glabrae. Stam. 3. Styli et stig. *Festucae.* Caryops. libera. (Panic. confertae, spiciform., spiculis 2-7-flor. distichis. — *Eur., Asia, Afr., Amer. bor.*) . . . . Koeleria. PERS.

β. Glumae mucronato-aristatae, inaequal., carinatae, subinaequilaterae; super. interdum minor, tenuior, concava, enerv. Pal. infer. 5-nerv., carinata, mucronato-aristata, carina ciliata; super. 2-carinata. Squam. bifidae, glabrae. Stam. 3. Styli term., breves; stig. *Festucae.* Caryops. glabra. (Panic. coarctata, secunda, spic. glomerat. 2-7-flor. — *Eur., Asia, Afr., Amer. bor.*) . . . . Dactylis. L.

b. Palea utraque mutica, membranacea; super. 2-carinata, plerumque minor. Glumae muticae. Squam. integrae v. saepius bilobae, glabrae. Stam. 3 (raro in *Poa* pauciora). Styli 2 term., plerumque breves; stig. plumosa.

1. *Spiculae 2-florae* (ex Link 4-fl.). Glumae subunilaterales, carinatae, flores superantes, infer. inaequilatera. Pal. infer. subacuta, 1-nerv., subcarinato-concava. Ovar. substipitatum, glabr.... (Spicae solitar., spiculis 1-lateral. imbricat., rhachi haud articulata. — *Hispania.*) . . . . Wangenheimia. MOENCH.

2. — 2-00-*florae, distichae.* Pal. infer. carinata, rarius dorso concava et subcoriacea. Stigm. pilis simpl. argute denticulat. Caryops. libera v. rarissime paleae superiori adhaerens, glabra. (Spic. racemosae v. paniculatae, rarius spicatae. — *Totus orbis.*) . . . . Poa. (L.) KTH.

3. — *multifl., flor. imbricato-distichis, rhachi tardius articulata.* Glumae subrotundae, compresso-concavae, ventricosae. Pal. infer. glumis conformis, cordato-rotunda; super. multo minor. Stigm. pilis ramosis serrato-dent. Caryops. libera v. paleae super. adnata, compressa, glabra. (Panic. simpl. v. ramosae plerumque diffusae. — *Totus fere orbis.*) . . . . Briza. L.

B. Ovarium stipitatum (v. pag. sequ.).

GRAMINEAE.

Tribus X. FESTUCACEAE. Subtribus I. *BROMEAE.*

A.*II*.B. (Continuat.)

B. Ovarium stipitatum, glabrum. Styli 2 term., distantes; stig. plumosa. Glumae 5-nerv. et pal. 2 herbaceae. Stam. 3 ovarii stipiti apice inserta. (Habitus et inflor. fere *Dactylidis*. — *Afr. austr.*)

1. *Spiculae* 3-4-*florae; flor. distichi, basi callosi; rhachis articulata.* Glumae flores superantes, concavae, subaequal., extus papilloso-hispidae. Pal. infer. 9-nerv., concava, acuta v. mucronata; super. brevior, 2-carinata. Squam. 2 dolabriform., integrae, glabrae v. apice subciliatae. Stig. pilis simpl. Caryops. libera. Lasiochloa. Kth.

2. — *multiflorae, homogamae. Glumae et pal. in caudam setaceam flexuosam excurrentes;* pal. infer. 7-9-nerv., basi hirta, super. complicata 2-dentula. Squam. obconicae, 2-dent., glabrae. Caryops. hinc depressa scutello a basi ad medium pertingente, stipite brevi. (Spica term. ovata, a geniculo supremo cum folio bracteali cadens.) . . . . Urochlaena. Nees.

***III. Spiculae 2-florae; flore infer.* ☿*, sessili; superiore* ♀**, pedicellato, minore. Glumae 2 subaequal., subrotundae, ventricoso-concavae. Pal. 2 subaequal., muticae, ovatae v. subrotundae; infer. concava, obtusiusc., in ☿ ventricosa; super. 2-carinata, in ☿ enervia. Squam. 2 hyalinae, truncato-subbilobae. Stam. 3. Styli 2, stig. plumos. Caryops. libera, subfusiform., subteres, glabra. (Gram. tenella, ramosa, panic. angusta, spiculis parv. — *Nov. Holl.*) . . . . Coelachne. R. Br.

IV.* — *2-00-florae; flos infer.* ☿*, summus* ♂ *v. neuter v. tabescens (cfr. Molinia). Glumae muticae (cfr. Eatonia).

A. Stamina 3 (cfr. Anthochloa).

a. Palea inferior supra basin utrinque falcato-alata, medio concava, apice bifido breve aristata; super. dimidio brevior, plana, bicarinata, carinis ciliatis, apice diaphano subspathulato. Glumae obovato-oblongae, concavae, margine subhyalinae, spicula breviores; infer. 3-nerv.; super. paulo major, 5-nerv. Squam. 2 carnosae, lobulo laterali auctae, glabrae. Styli 2 term. brevissimi, stig. pilos. elongat., pilis simpl. denticulat. Caryops. libera, 3-gona, glabra. (Culmi simpl.; fol. rigida, complicata; panic. simpl. depauperata, spic. multifl., distich. imbricat., summo tabesc., rhachi articulata. — *Amer. austr.*) . . . . Calotheca. (Pal. B.) Kth.

b. — infer. aptera, aristata, arista recta; super. 2-nervia. Spic. multiflorae, flore inf. ☿.

1. *Palea infer. 3-nerv., carinata, apice 2-loba, inter. lacin. aristata*, arista haud articulata; super. 2-carinata, mutica. Glumae spicula breviores, carinatae, inaequal. v. subaequales. Squam. 2 subcarnosae, subcuneatae, emarginato-subbilobae, glabrae. Ovar. stipitatum. Styli 2 term., breves; stig. plumosa, pilis simpl. Caryops. libera, subfusiform., laevis, glabra, decid. (Panic. coarctata; flor. distichi, distant., superiores tabesc. ♂ v. neutri, longius aristati. — *Nov. Holl.*) . . . Ectrosia. R. Br.

2. — *infer. ovato-oblonga, 7-nerv., arista brevi rigida terminata;* in ☿ convoluta, glumis longior; super. angusta, obtusa, 2-nerv., in flor. super. abbreviata v. subabortiva; aristae penicillatae et (apice spiculae incurvato) radiantes. Glumae obtusae 5-7-nerv., exter. brevior. Squam. 2 membranac., breves, truncatae, venosae. Styli 2 filiform., . . . Ovar. acuminat., glabr. (Panic. ramis distant.; spiculae sessil., subunilateral., flor. superiorib. neutris. — *Amboina.*) . . . . Lophatherum. Brongn.

c. Palea inferior aptera, mutica (cfr. *Molinia*).

1. *Palea inferior convexa, superiorem 2-carinatam vix breviorem involvens, obtusa*, interdum subaristato-mucronata. Glumae inaequal., florib. contiguis breviores. Squam. 2 dolabriform., glabrae. Styli 2, stig. plumos., pilis simpl. denticulat. Caryops. libera, subfusiform. glabra. (Nodi vaginis tecti; panic. contractae v. diffusae, purpurasc., spic. 2-5-fl., flore summo saepe tabesc., rhachi tardius articulata. — *Eur., Altai.*) . . . . Molinia. Moench.

2. — *infer. concava; super. 2-carinata.* Glumae concavae, inaequal. Squam. 2 carnosae, glabrae, interdum connatae. Styli 2, stig. plumos., pilis ramos. denticulat. Caryops. libera, glabra. (Panic. simpl. v. ramosae, spic. 3-5-fl., flor. 2-3 super. tabesc. — *Totus fere orbis.*) . . . . Melica. (L.) Kth.

3. — *infer. maxima, subrotunda; super. minor bifida, laciniis bifidis.* Glumae 2, infer. paulo minor. Squam. 2 acutae. Stam. . . . Styli 2 term.; stig. maxima, plumosa. Ovar. . . . (Panic. racemulosae, rarius fasciculat. pauciflor., spic. 4-fl., flor. summis abortiv. — *Andes Peruv.*) . Anthochloa. Nees.

4. — *ovato-oblonga, apice rotundata, compresso-carinata, 1-nerv.;* super. brevior, bicarinata, emarginato-biloba. Glumae subaequilongae, carinatae, flore parum breviores; infer. lineari-lanceolata, acuta, 1-nerv.; super. obovata, obtusa, navicular., 3-nerv. Squam. 2 membranac., truncatae. Stam. . . . Pistill. . . . Caryops. palea inferiore inclusa, lineari-oblonga, compressa, styli basi subulata mucronata. (Panic. contracta; spic. subracemosae, basi articulatae, subbiflorae, flore super. ad pedicellum redacto. — *Amer. bor.*) . . . . Eatonia. Raf.

B. Stamina 2. Stigm. plumosa. Glumae 2 muticae. Pal. infer. mucronato-acuminata; super. 2-carinata, plerumque brevior. Caryops. libera, glabra.

1. *Squam.* 2 *subcarnosae, sinuato-emarginatae, glabrae.* Styli 2 term., stig. pilis bifid. v. ramosis. Caryops. subcompressa, stipitata. Glumae carinatae, parum inaequal. Pal. herbaceae; infer. ovato-oblonga, carinata, in flore super. versus marginem superne retrorsum setoso-tuberculata. (Panic. diffusa, ramis subsimpl.; spic. racemosae, 3-4-fl., compressae, fl. remotis, summo rudimentario. — *Ind. or., Oceania.*) . . . . Centotheca. Desv.

2. — 2 *subdolabriformes, glabrae.* Styli 2 term., breves. Caryops. paleis clausis tecta, compressa, laevis, opaca. Glumae carinatae, subaequal. Pal. herbac.; infer. carinata; super. naviculari-compressa, dorso inferne rhachillae adnata. (Culmi simpl.; fol. plana, petiolata; panic. term., laxa; spic. basi articulatae, compressae, 3-fl., fl. remotis, summo tabesc. — *Guiana, Brasil.*) . . . Orthoclada. Pal. B.

3. — 2 *subrhomboideae, membranac., ciliatae.* Stigm. 2 sessil., term. Caryops. stipitata, coriaceo-indurata, apice emarginata. Glumae inaeq., infer. brevior. Pal. infer. ovata, dorso convexa, coriacea, superne 3-nerv., marginib. membranac. (Panic. simpl., spic. 8-9-fl., flor. term. 1-2 steril. — *Amer. bor.*) . . . . Diarrhena. Raf.

***V. Spiculae multiflorae; flores 2 v. plures inferiores steriles, 1-paleacei; super.* ☿.** Glumae carinatae. Pal. infer. carinata; super. alato-bicarinata, alis interdum superne solutis divergentib. Squam. 2 glabrae. Styli 2 breves, stig. plumos., pilis simpl. Caryops. libera, glabra.

1. *Paleae subchartaceae; infer. 3-5-nerv., sub apice interdum mucronata;* super. subaequalis, subacuta, laterib. inflexo-compressa. Glumae 1-nerv. Squam. crassiusc., late obconicae, truncatae. Stam. 3. Ovar. stipitat., depress., glabr. . . . (Spica composita secunda, spiculis distiche imbricatis sessil. — *Afr. austr.*) . . . . Tetrachne. Nees.

2. — *membranaceae; infer. compressa.* Squam. bifidae v. sublobatae. Stam. 1 v. 3. Stig. elongata. (Fol. latiuscula; panic. laxa, spic. pedicellat. compressis. — *Amer. bor., Ind. or.*) . . . . . Uniola. L.

B. Gramina (omnia?) frutescentia v. arborescentia.

Squamulae hypogynae 3 (raro nullae). Stam. 6 v. 3. Styli v. stigm. 3. . . . . Subtribus II. BAMBUSEAE.

I. Stamina 3.

A. Styli 3 term., brevissimi; stig. plumosa, pilis longis simpl. v. subramosis. Caryops. libera, decid., subarcuato-ovoid., obtusa, subteres, stigmatum rudimento acuminata, glabra, dorso sulco notata. Spiculae ☿ et ♂ racemosae v. paniculatae, 2-12-fl., flor. imbricato-distichis distant., rhachi articulata. Glumae 2 parvae, membranac., concavae, muticae; super. multo longior. Pal. 2 herbac., infer. ovata, acutato-mucronata, concava, 00-nerv., super. 2-carinata. Squam. 3 membranac., ovario longiores, integrae, acutae, subciliatae. (Rami fasciculato-semiverticillati. — *Amer. bor., Brasil.*) . . . . Arundinaria. Michx.

B. — 2, plerumque discreti; stig. pilosa v. plumosa. Ovar. glabr. . . . Spic. racemosae v. paniculatae, multifl., flor. infer. 1-2 neutris 1-paleaceis, reliquis ☿ longe pedicellatis articulatim decid., summo tabescente. Glumae et pal. in ☿ 2. Squam. 3. — *Amer. trop.*) . . . Arthrostylidium. Rupr.

C. Stylus term., 2-3-fidus, elongatus (v. pag. sequ.)

GRAMINEAE.

Tribus X. FESTUCACEAE. Subtribus II. *BAMBUSEAE.*

(Continuat.)

B. *I.* (Triandrae.)

C. Stylus term., elongatus, 2-3-fidus; stig. longa, spiraliter torta, laeviuscula v. retrorsum spinulosa? Ovar. lineare, in stylum attenuatum, subcompress., glabr. v. apice barbatum. Fr.... Spiculae racemosae, 3-5-florae, flore term. tabescente. Glumae subcoriac., acutatae, involutae; infer. dimidio brevior. Pal. coriac., aequilongae, involutae, tereti-subcompressae; infer. 7-nerv., apice aristata; super. angustior, 2-carinata, bifida. Squam. 3 membranaceae, lanceolatae, acutatae, glabrae. (Culmi simpl. — *Carolina, Guiana.*) . . . . Streptogyna. Pal. B.

D. Styli 2 term. discreti v. in stylum brevem crassum bifidum connati. Ovar. glabrum. Squamulae 3 membranaceae, integrae, ciliatae (rarius in *Chusquea* glabrae).

a. **Spiculae 3-florae; flor. disticho-imbricati, infer. 2 unipaleacei neutri, term. 2-paleac. ☿.** Glumae 2 parvae, concavae. Styli 2 breves v. brevissimi. Caryops. libera, glabra (Panic. term. ramosae. — *Amer. austr.*)

1. *Glumae membranaceae, carinatae, muticae.* Pal. membranac., subaequales; infer. subcarinato-concava, acutato-mucronata; super. parinervia, superne sulcato-bicarinata, emarginato-bifida. Squam. tertia minor. Stigm. intus plumosa, pilis ramosis. Caryops. angusta, compressa (Culmi per arborum truncos adscendentes, ramosi; panic. diffusa.) . . . . Chusquea. Kunth.

2. — *coriaceae, subrotundo-ovatae, acuminatae.* Pal. coriaceae, ovato-ellipt., concavae; infer. acuta, superiorem obsolete 2-nerviam involvens. Squam. subrotundae, inferne multinerviae. Styli reflexi, stig. subplumos. Caryops. subcompressa? (Culmi simpl.; panic. longa, contracta, spiculis cum pedicello continuis ovatis subcompressis.) . . . . Neurolepis. Nob.

b. **Spiculae unilaterales, 2-florae; flos infer. ☿, superiorem longius pedicellatum tabescentem exiguum sulco dorsali recipiens.** Gluma infer. parva, subulata; super. lanceolato-oblonga, acutato-subulata. Pal. aequilongae; infer. ovato-ellipt., acutata, involuta; super. dorso bicarinata. Styli 2 (ex Nees 1 crassus, bulbosus, 2-fid.); stig. intus piloso-plumosa. Ovar. sessile, . . . (Habitus et inflor. fere *Bambusae.* — *Brasil.*) . . . . Merostachys. Spr.

II. Stamina 6 (raro in *Lepideilemate* 5).

A. Squamulae hypogynae 3 (cfr. Guadua, Lepideilema).

I. Stylus subnullus; stig. 3 term., subsessil., intus plumosa. Caryops. glabra, stylo ovato-conico indurato terminata. Spiculae paniculatae, oblongae, compressae, distichae, pauciflorae, flor. infer. neutris 1-paleac. gradatim minorib. glumis similib., summo ☿ 2-paleaceo basi flore tabescente pedicellato aucto. Glumae coriac., parvae, muticae. Pal. subcoriac., subaequal., carinato-navicular., muticae; super. dorso sulcato-bicarinata. Squam. integrae, ciliatae. (Habitus *Bambusae.* — *Ins. Borbon., Madagasc., Afr. austr., Java.*) . . . . Nastus. Juss.

II. — term. conspicuus, 2-3-fidus.

1. *Spiculae multiflorae; fl. disticho-imbricati, inferiorum nonnulli neutri 1-paleacei glumis similes, reliqui 2-paleacei omnes ☿, aut unicus ☿ et caet. ♂.* Glumae 2 parvae, concavae, muticae. Pal. subcoriac.; infer. concava, apice acute mucronata v. subulata; super. angusta, 2-carinata. Squam. integrae, ciliatae. Styl. longus, pubesc., apice 2-3-fid., stig. plumos. Caryops. paleis inclusa, libera, apice pubesc. (Culmi caespitosi, elati, e nodis ramosissimi, interdum spinosi; spicae paniculatae, spiculis verticillat. — *Ind. or., Afr. austr., ins. Mascar.*) Bambusa. Schreb.

2. — *multifl., cylindricae, arcuatae, flor. infimis et summo imperfectis, pedicellis crassis.* Pal. super. lata, inferiorem subaequans. Squam. 3, duabus interdum connatis, raro hebetatae. Styl. brevis, profunde 3-part. Caryops. oval., styli basi bulbosa coronata. (Caet., habitus et inflor. *Bambusae.* — *Amer. trop*) . . . . Guadua. H. B. K.

3. — 3-4-*plurifl., spatha involucratae, fasciculatae, flor. distichis, infer. ♂ v. neutris 1-paleac.* Pal. 2 acutatae, muticae. Glumae et squam. ignotae. Styl. 1 term.; stig. 3 villosa. Fr. magnus, carnosus, ovatus, acuminat., glaber. (Culmi inerm., inflor. Bambusae. — *Ind. or.*) Beesha. Rheed.

4? — 1-*florae, bracteatae.* Glumae 3 inaequal., infer. arista longa apice tortili terminata; super. 2 minores, muticae. Pal. 3 aequal., muticae. Squam. . . . . (ex Kunth nullae). Stam. 6 v. 5, monadelpha. (Gram. herbac.?, spica solitar. — *Brasil.* — Caet. v. supra in *Paniceis.*) ? Lepideilema. Trin.

B. Squamulae nullae. Styl. 1 longus, stig. 3 brevib. pubesc. Fr. . . . Spiculae 1-florae, teretiusculae, glomerato-spicatae, inferne compositae, interjectis inter glumas pedicellis sterilib. Glumae aequinerviae; inferiores alternatim minores; superiores 3-4 majores, circumvolutae, suprema sola fertili. Pal. nullae. Anth. linear. erectae. (Spicae term., glomerulis distant., spiculis spathis scariosis interstinctis. — *Java.*) . . . . Schizostachyum. Nees.

Tribus XI. *HORDEACEAE.*

I. Glumae 2 perfectae (rarius 1, cfr. Lolium), **oppositae v. suboppositae** (rarius subsecundae, cfr. Elymus, Hordeum). Stam. 3.

A. Spiculae in rhacheos communis geniculis solitariae. Pal. 2 herbaceae, super. 2-carinata. Stigm. 2 plumosa, pilis simpl. argute dentatis.

a. Spiculae rhachi contrariae, distichae, multiflorae, flor. distichis sessil., basi imberb. Glumae subaequales, muticae, lanceolatae, canaliculatae; inferior (interior, rhachi contigua) in spiculis lateralib. saepissime deficiens. Palea infer. concava, mutica v. sub apice aristata. Squam. 2 carnosae, acutae, integrae v. bilobae, glabrae. Styli 2 brevissimi, sub apice inserti; stig. longa. Caryops. paleae superiori adhaerens, glabra. (Spicae term., rhachi haud articulata. — *Totus fere orbis.*) . Lolium. L.

b. — rhachi parallelae, 2-00-fl., rhachi fructifera plerumque articulata, flor. distichis. Glumae et pal. 2 herbaceae; glumae subaequal., muticae v. aristatae. Squam. 2 plerumque integrae et ciliatae. Ovar. pyriforme, apice pilosum. Stigm. 2 subsessil., term.

1. *Spiculae 3-multiflorae.* Palea infer. mutica v. apice mucronata v. aristata, superioris carinae plus minus aculeato-ciliatae. Glumae subaequales. Caryops. libera v. paleis adnata, dorso convexa, ventre concavo linea prominente notata. (Spiculae spicatae, raro racemosae, rhachi communi rarissime ramosa. — *Totus fere orbis.*) . . . . Triticum. L.

2. — *2-florae, cum rudim. floris tertii term.* Glumae carinatae. Pal. infer. carinata, inaequilatera, latere exteriore latiore firmiore; super. brevior. Caryops. libera. (Spicae term. — *Eur., Asia occ.*) Secale. L.

B. Spiculae in rhacheos communis geniculis geminae v. plures. Glumae 2 herbaceae, subsecundae, inaequilaterae, rigidae. Pal. 2 herbaceae, infer. concava, super. 2-carinata. Squam. 2, integrae v. lobulo laterali auctae, ciliatae v. pilosae, rarius glabrae. Stigm. 2 sessil., subterminal., plumosa. Caryops. paleis adhaerens (rarius in *Hordeo* libera) intus sulco notata, vertice pilosa. (Spica term. solitar., rarissime ramosa. — *Eur., Amer., Asia et Afr. temp*)

1. *Spiculae geminae-senae, 2-7-florae, flore summo tabescente.* Glumae inaequal., muticae v. aristatae. Pal. infer. aristata, rarius mutica. Ovar. stipitatum. . . . . Elymus. L.

2. — *ternae (laterales plerumque tabescentes) 2-florae, flore super. ad rudiment. subulatum redacto.* Glumae lanceolato-linear., subulato-aristatae, planiusculae, paleis contrariae, anticae. Pal. infer. (antica) aristata. (Rhachis demum saepe aristata.) . . . . Hordeum. L.

II. Glumae 2 perfectae, collaterales, anticae. Spicae rhachis (fructifera saltem) articulata.

1. *Spiculae in spica terminali 5-6 verticillatae, 1-florae, muticae*, exteriorib. 4-5 pedicellatis ♂, centrali ♀ sessili. Glumae in ♂ lanceolatae, in ♀ carinato-naviculares subaequal. Pal. 2 subcoriaceae; infer. in ♂ concava, 3-nerv., super. 4-6-nerv. Squam. in ♂ 4, anteriores 2 apice ciliatae; in ♀ 3 integrae, apice acuto ciliatae. Stam. 18-40. Stig. 2 sessil., plumosa. Caryops. glumis et pal. tecta, glabra. (Fol. lata, subpetiolata. — *Brasil, Guiana.*) . . . . Pariana. Aubl.

2. — *in spica term. solitarie distantes, disticho-alternae, sessiles, rhachi parallelae, 3-5-florae*, flore term. tabescente. Glumae indurato-coriaceae, subaequal., concavae, truncato-2-4-dentatae, dentib. subulato-aristatis, rarius 1-2 lateralib. v. omnib. muticis. Pal. 2 herbaceae; infer. glumis similis; super. 2-carinata. Squam. 2 integrae, apice pilosae. Stam. 3. Stig. et caryops. (libera) *Hordei.* — (*Eur. austr., Oriens, Afr. bor.*) Aegilops. L.

3. — *in spica term. geminatim disticho-alternae, subsessil., rhachi oblique parallelae, 3-4-florae*; flor. infer. 1-2 steriles, glumis similes, summus tabescens. Glumae 2 profunde bifidae, lacin. 2-3-fidis longe setaceis (tertia minima). Pal. infer. chartacea, ex apice 2-dentato longe setigera; super. minor, integra, marginib. inflexis, angulis ciliatis. Squam. lanceolatae, integrae, ciliatae. Stam. 3. Styli 2 distant., stig. plumos. Ovar. apice hirsutum. (Spica squarrosa, aristis longis. — *Amer. bor.*) . . . . Polyantherix. Nees.

III. Gluma unica, truncata, 2-dentata, latere inflexa. Pal. 2, exterior sub apice longissime aristata, interior brevior angusta, acuta, mutica. (Caet. fere *Aegilopis*, spica term. simpl. solitar., spiculis 1-floris. — *Graecia, Aegypt.*) . . . . Crithodium. Link.

IV. Glumae nullae, s. ad rudimenta 2 denticuliformia (altero interdum setigero) redactae. Spiculae in spicae term. rhachi haud articulata distichae, geminatim distantes, supra callum bidenticulatum articulatae, 3-fl., flor. distant., summo tabesc. Pal. 2 herbac., infer. canaliculata, aristata, superiorem bicarinatam involvens. Squam. 2 membranac., lobulo auctae, subciliolatae. Stam. 3. Stig. 2 term., sessil., plumosa. Caryops. *Elymi.* — (*Oriens., Amer. bor.*) . . . . Gymnostichum. Schreb.

GRAMINEAE.

(Continuat.)

Tribus XII. *ROTTBOELLIACEAE.*

I. Glumae nullae. Spiculae 1-florae. Pal. 2, lanceolatae; infer. trigono-carinata, 3-nerv., apice subulato-subaristata, rigida, marginib. membranaceis superiorem minorem 2-carinatam amplectens. Squam. nullae. Stam. 3. Styl. 1, term., stig. longo lineari 1-nerv. pubesc. Caryops. paleae superiori adhaerens?, linear., subteres, glabra. (Gram. caespitos., rigid., fol. subulat., spica term. gracili secunda, spiculis solitar. alt. — *Eur., Asia.*) . . . . . **Nardus. L.**

II. Gluma unica; inferior (interior) deficiens. Spica subteres, articulata. Squam. 2 glabrae.

1. *Spiculae 2-florae, 1-2 in quovis spicae articulo, altera pedicellata tabescente saepius deficiente,* flore infer. ☿ sessili, super. tabescente minuto saepe ad pedicellum redacto. Gluma minuta, membranac., ovata, mutica. Pal. 2 membranac.; infer. 1-nerv., apice aristata, superiorem longiorem 2-carinatam involvens. Squam. 2 membranac., bifidae. Stam. 1. Stig. 2 sessil., term., distant., pubesc. Caryops. stipitata, paleae superiori adhaerens, linear., 3-gona, glabra. (Culmi caespit., simpl., fol. et spica filiform. — *Eur. austr.*) **Psilurus. Trin.**

2. — *2-florae, excavationib. rhacheos immersae;* flor. inclusi, infer. ☿, super. ♂. Gluma coriacea, aristata, transverse rugosa. Pal. ovatae, aristatae. Squam. . . . Stam. 3. Caet. ign. (Culm. subcaespitos.; fol. involuto-setacea; spica term. solitar. — *Antill.*) . . . . . **Rhytachne. Desv. †**

3. — *3-florae,* in quovis spicae articulo 2 oppositae, septo perforato; flor. inclusi, mutici, infer. 2 neutri 1-paleac., summo ☿ 2-paleac. Gluma coriacea, oblique oblonga. Pal. elliptico-oblongae, in ☿ hyalinae, infer. concava. Squam. carnosae, truncatae. Stam. 3. Styli 2 term., stig. plumos. Ovar. glabr. . . . (Habitus Rottboelliae? — *Ind. or.*) . . . . . **Mnesithea. Kth.**

III. Glumae 2 (cfr. Lepturus, Rottboellia).

A. Squamulae hypogynae 2 (cfr. Manisuris).

I. Flores alii ♂ v. neutri v. abortivi 1-paleacei (cfr. Rottboellia), alii ☿ 2-paleacei.

a. Spiculae 2-florae, flore inferiore (rhachi contiguo) ☿, *super.* (exteriore) *tabescente* pedicellato v. ad rudimentum lineare redacto, rarius completo inferiori simillimo, interjecto interdum tertii rudimento. Glumae coriaceae, subaequal., acutato-subulatae, in spicula term. semper, in lateralib. rarius oppositae et tunc rhachi contrariae, anticae, collaterales, inferior (interior) saepe deficiens. Pal. membranac., muticae, glumis breviores; infer. (rhachi contigua) superiorem 2-nerv. involvens. Squam. 2 integrae, glabrae. Stam. 3. Styli 2 term. v. subnulli, stig. plumos. Caryops. libera, glabra. (Culmi ramosi; fol. angusta plana; spicae term. solitar. graciles, teretes, spiculis in quoque articulo solitariis. — *Eur., Afr., Asia occ., Austral, Amer. bor.*) . . . . . **Lepturus. R. Br.**

b. — *2-florae, flore infer. ♂ v. neutro v. rudimentario, superiore ☿.* Squam. 2 glabrae. Stam. 3 (cfr. Ratzeburgia). Styli 2 term., stig. plumos. Ovar. glabr. (cfr. Vossia).

α. Spiculae in quovis rhacheos articulo geminae, altera sessili fertili, altera pedicellata.

1. *Glumae inaequales, rhachi parallelae, oblongae, acutatae.* Squam. truncatae. Spicae semiarticulatae, subcompressae, spiculis 2-seriatis, utraque fertili, altera (sessili) per glumam superiorem rhachi adglutinata, alterius pedicello rhachi adnato glumis liberis. Flor. inclusi, hyalini, mutici. Fr. . . . (Gram. ramosa, ramulis subfasciculat. apice 1-stachyis, spicis subulat. — *Nov. Holl., Afr. temp., Ind. or., Amer. bor., Hispania.*) . . . . . **Hemarthria. R. Br.**

2. — *dissimiles, exter. chartaceo-cartilaginea, plana, cuspidata;* interior chartacea, mutica, carinato-naviculari. Squam. cuneatae, dentatae. Spicae compressae, articulatae, rhachi flexuosa excavata, spiculae pedicellatae flosculo utroque saepius ♂. Pal. floris infer. 2-, superioris 3-nerviae. Fr. . . . (Gram. procerum, fluitans. — *Ind. or.*) . . . . . **Vossia. Wall. et Griff.**

3. — *subaequilongae; exter. (inferior) concava, coriac.;* inter. (super.) carinato-navicular., submembranac. (raro deficiens). Pal. membranac. v. hyalinae; infer. concava; super. plerumque 2-carinata. Squam. carnosae, oblique truncatae. Fr. . . . Spica teres, articulata; spicula altera rhachi immersa; altera tabescens, pedicello rhachi adnato v. libero. Flor. inclusi, infer. (exter.) ♂ v. neutro 1-2-paleaceo. (Gram. saepe exaltata, fol. planis. — *Ind. or., Austral., Afr. et Amer. bor., Bithynia.*) . . . . . **Rottboellia. (Linn. fil.) Kth.**

β. Spiculae 3 in quovis spicae articulo; laterales fertiles, aequal., sessiles, per glumas interiores contiguae; intermedia tabescens, pedicellata. Spica linearis, articulata, spiculis parallele compressa, rhachi spiculis contrarie geniculato-flexuosa. Gluma infer. (exter.) coriac., dorso subconvexa, reticulato-scrobiculata, apice membranaceo producto biloba, margine argute dentata; super. vix brevior, subplana. Flos infer. neuter, super. ☿. Pal. subhyalinae, muticae; super. minuta, 3-loba. Squam. triangulari-dolabriformes, repando-bilobae. Stam. . . . Fr. . . . (Culmi procumb., stoloniferi simpl.; fol. rigida, saepe complicata. — *Ind. or.*) . . . . . **Ratzeburgia. Kth.**

II. Flores omnes 1-paleacei, mutici. Spica teres, articulata; spicula in quovis articulo unica, rhachi immersa, 2-fl., flor. inclusis membranac., exter. ♂ v. neutro. Gluma exter. cartilaginea, inter. membranac. concava. Caet. ign. (Culmi erecti, ramosi; spicae graciles, breves, subfasciculatae, spathis foliaceis semiinclusae. — *Ind. or., Nov. Holl.*) . . . . . **Ophiurus. (Gaertn.) R. Br.**

III. — omnes 2-paleacei (cfr. Manisuris). Glumae muticae. Stam. 3. Ovar. glabrum.

1. *Spicae solitariae, compressae, bifariae, haud articulatae;* rhachis compressa, flexuosa; spiculae marginis excavationib. immersae, solitar., sessil., alternae, 1-fl., cum rudim. minuto piloso floris superioris. Gluma infer. (inter.) minuta, ovata, tenuis; super. (exter.) flore longior, lanceolata, subconvexa, coriacea. Pal. membranaceae, subaequilongae, muticae; infer. (rhachin spectans) carinato-navicularis; super. 2-carinata. Squam. subcuneatae, glabrae. Styli 2 term., stig. subpenicilliform. Fr. . . . (Gram. pusillum, culm. superne fasciculato-ramosis, fol. setaceis. — *Ind. or.*) . . . . . **Oropetium. Trin.**

2. — *solitar. v. ternae, articulatae, superne ♂, inferne ♀;* spiculae rhachi immersae, 2-florae; ♂ in quoque articulo geminae eoque longiores, collaterales; ♀ solitariae, longitudine articuli, flore infer. (exter.) neutro, super. (inter.) ♀. Glumae coriac.; infer. (exter.) concava; super. navicularis. Pal. hyalinae, muticae, infer. concava, super. 2-carinata. Squam. subcarnosae, truncato-bilobae, glabrae. Stylus term., stig. partito longo dense villoso, pilis simpl. Ovar. sessile. (Fol. plana. — *Amer. bor. et trop.*) . . . . . **Tripsacum. L.**

3. — *in ramulis solitariae, articulatae, secundae, basi folio spathaeformi involutae;* spiculae in articulis geminae, 1-florae, infer. ☿, super. ♂? v. neutra, glumis subaequalib., paleis nullis. ☿: Gluma infer. coriacea, subrotunda, saccato-concava; super. minor, membranac., subplana. Pal. glumis multo minores, tenuissime membranac. Squam. . . . Styli 2 term., liberi, stig. plumos. Caryops. paleis glumisque tecta. . . . (Culmi ramosi, fol. planis. — *Amer., Afr. et Asia trop. et temp.*) . . . . . **Manisuris. L.**

4? — *racemosae, rhachi continua, spiculis geminis 2-fl., flore utroque ☿ mutico.* (Caet. v. supra in *Phalarideis.* — *Afr. austr.*) . . . . . **Chondrolaena. Nees.**

B? Squamulae hypogynae nullae. Spiculae binae-quaternae vaginis summis alternis spathaceis inclusae abbreviatae, 2-fl., flore utroque 2-paleaceo, exter. ♂ 3-andro, interiore ♀. Glumae 2 inaequales, florib. breviores, rhacheos excavationi parallelae et semiimmersae; exter. minor. Pal. membranac., subulatae, muticae. Styli 2 basi connati. Caryops. palea interiore chartacea inclusa, libera, oblonga, subteres, styli basi mucronata, glabra. (Gram. juncea, arida, glabra, fol. subulatis. — *Nov. Holl.*) . . . . . **Xerochloa. R. Br.**

Tribus XIII. *ANDROPOGONEAE.*

A. Spiculae 1-florae.

I. — hermaphroditae. Styli 2 term. Caryops. libera, glabra. Stam. 3 (cfr. Haplachne).

A. Gluma 1 (superior) carinato-complicata, mutica v. mucronato-aristulata, coriacea, marginib. connata, superne aperta; inferior deficiens. Pal. 2 membranac., muticae; inferior (glumae opposita) ovato-oblonga, carinato-complicata, 1-nerv.; super. brevior, carinata, enerv., interdum deficiens. Squam. nullae. Stam. 3; 2 paleae superiori, tertio inferiori antepositis. Styli elongati, stig. plumos. Caryops. glabra? (Fol. disticha; spica racemosa, non articulata, spiculis imbricat., fl. sessili. — *Ind. or., Nov. Holl., ins. Mascaren.*) . . . . . **Zoysia. Willd.**

B. Glumae 2. Squamulae 2 glabrae (cfr. Haplachne).

1. *Glumae subcoriaceae, acutato-subulatae; infer. brevior, subcarinata, inaequilatera;* super. involuta, laterib. subcompressa. Pal. hyalinae; infer. ovata, subcarinata, 1-nerv., glabra; super. triplo brevior. Squam. 2 truncatae. Stig. penicilliform., pilis parum ramosis. Fr. . . . (Gram. caespit., rigid., spica simpl., rhachi 3-gona, pedicell. basi articulat., fl. sessili minuto. — *Amer. calid.*) . . . . . **Leptothrium. Kth.**

2. — *subaequales, longe aristatae.* Pal. 2 hyalinae, minutae, muticae. Squam. 2 integrae. Styli 2 inferne connati, stig. plumos. Caryops. glumis inclusa, cylindr. (Spiculae in spicis breviter pedicellatae. — *Ind. or., Japon., Nov Holl., Afr. austr.*) . . . . . **Perotis. Ait.**

3. — *cartilagineae, carinatae, compressae, mucronatae, carina pilosa;* infer. (super.?) paulo minor. Pal. infer. (glumae minori contigua) glumis brevior, diaphana, bifida, 1-nerv., nervo in aristam fractam tortilem excedente; super. nulla. Squam. . . . Stam. 2 (v. 3?). Styli 2, stig. aspergilliform. Fr. . . . (Fol. plana; spicae circ. 5 fasciculato-congestae, rhachi flexuosa haud articulata, spiculis alt. solitar. sessil. distich. ☿ — *Ins. Marian.*) . . . . . **Haplachne. Presl.**

4. — *subcoriaceae, subaequales, ellipt., muticae,* aureo-pilosae. Pal. 2 hyalinae, ellipt., muticae, ciliatae; infer. obtusa, glumis brevior; super. dimidio brevior, acuta. Squam. 2 truncatae. Stig. penicilliform. Caryops. subrotunda, acuta. (Culmi caespit.; fol. plana; panic. coarctata, ramis articulat.; spiculae term. ternae, caet. geminae, altera sessili, altera pedicellata. — *Amer. trop.*) . . . . . **Eriochrysis. Pal. B.**

II. Spiculae unisexuales (v. pag. sequ.).

GRAMINEAE.

Tribus XIII. *ANDROPOGONEAE.*

(Continuat.)

A.

II. Spiculae 1-florae, geminatae, altera sessilis ♀, altera pedicellata ♂ pilis longis obvallata. Glumae 2, acutae v. acuminatae; super. ovata, arista longa recta terminata; infer. in ♀ cartilaginea, obovata, in ♂ ovato-lanceolata. Palea (in ♂ nulla?) in ♀ unica, glumae superiori opposita, ovato-lanceolata, bifida, aristata, arista fracta haud tortili. Squam. et stam. . . . Styli 2 basi approximati, stig. aspergilliform. Ovar. oblongo-cylindr. . . . (Culmi caespit., ramosi; spicae term. et lateral. solitar., rhachi articulata. — *Mexico.*) . . . . Pogonopsis. Presl.

B. Spiculae 2-florae (cfr. Eulalia, Pogonatherum, Dimeria).

I. Squamulae hypogynae nullae. Spiculae in rhachi communi articulata geminatae, altera sessili, altera pedicellata. Glumae 2 membranaceae. Pal. hyalinae. Styli 2 term., saepius longi; stig. plumosa. Caryops. libera, glabra.

1. *Glumae inaequales; infer. concava, mutica; super. carinato-concava, sub apice longe aristata.* Flos infer. muticus (raro aristatus nunc ♂ 2-paleaceus, nunc neuter 1-paleac. v. plane obliteratus; superior aristatus 2-paleac. in spic. sessilib. ☿, in pedicellatis ♀, staminib. effoetis. Pal. glumis breviores, inferior in fl. ☿ sub apice longe aristata. Stam. 1-2. Ovar. sessile. Stig. pilis simpl. Caryops. paleis inclusa, oblique oblonga, subcompressa, laevis. (Gram. caespit., ramosa; spicae solitar.; spiculae 2-1-fl. — *Ind. or.*) . . . . Pogonatherum. Pal. B.
2. — *subcoriaceae, muticae; infer. concava, superiorem naviculari-carinatam involvens.* Spiculae conformes, subbifl., flore infer. plane abortivo, super. ☿ 2-paleaceo. Paleae 2, infer. (glumae superiori contigua) longe aristata. Stam. 3. Caryops. glumis induratis et pal. tecta, ellipt. (Gram. repens, fol. plan., spicis fasciculato-digitat., spiculis aureo-pilosis basi articulat. — *Afr. austr., ins. Mascaren*) . . . . Eulalia. Kth.
3. — *subaequales, muticae, extus sericeo-villosae.* Spiculae omnes fertiles, 2-fl., basi articulatae, flore infer. 1-paleac. Pal. in ☿ 2 minutae, muticae. Stam. 2. Fr. . . . (Panic. contracta, spiciform., cylindr. — *Eur. austr., Afr., Ind. or., Chile.*) . . . . Imperata. Cyr.

II. Squam. hypog. unica, lata. Spicae term. et ax., subfasciculato-confertae, spiculis alt. rhachi articulatae adpressis, flore altero ☿, altero neutro ad aristam tortilem redacto. Glumae 2 florib. longiores, ad nervos v. carinam hispidae; infer. subherbacea, 5-nerv.; super. paulo longior, chartacea, carinata, cuspidata. Pal. 2 aequales, subhyalinae, acutae. Stam. 2. Styl. . . . Caryops. tecta, libera, cylindr. (Culm. prostrat., radicans, ramosiss.; fol. brevia, lanceol., basi cordato-amplexicaul., scabra. — *Japon.*) . . . . Pleuroplitis. Trin.

III. Squamulae hypogynae 2 (raro connatae, cfr. Saccharum). Spicularum flos inferior ♂ v. neuter, superior ☿ (raro ♀ v. Xerochloa).

I. Flores ☿ (v. ♀) 2-paleacei, ♂ v. neutri 1-paleacei (raro 2-paleacei cfr. Hologamium, Perobachne).

A. Glumae (saltem flor. ☿) muticae (cfr. Andropogon).

† Palea inferior v. utraque mutica. Styli 2 elongati, stig. plumos. Ovar. glabr. Fr. . . .

1. *Spiculae geminatae, omnes fertiles, conformes,* basi articulatae et pilis longis sericeis cinctae, altera sessili, altera pedicellata. Glumae 2 membranaceae. Pal. hyalinae, in ☿ minutae, inaequales. Squam. 2 apice obsolete 2-3-lobae, liberae v. rarius in tubulum connatae. Stam. 3, rarius 1. Stig. pilis simpl., denticulatis. (Gram. alta, panicula term. ramosa. — *Asia, Afr. et Amer. trop. et subtrop.*) . . . . Saccharum. (L.) Kth.
2. — *spicatae, dissimiles;* inferiores 4 sessiles, ♂ geminatim approximatae subverticillatae, involucrum 4-valve referentes; superiores 5-7 geminatae (v. terminales ternae) distantes, una cujusque jugi sessili ☿, reliquis ♂. Glumae 2 coriaceae, convolutae; exter. multinervia, in ♂ planiuscula, saepius hirta; interior in ♂ 3-nervia. Pal. inaequal., infer. in ☿ 3-nerv., super. subenerv. Squam. truncatae v. emarginatae. Stam. 3. (Habitus *Anthistiriae.* — *Ins. Sundaic., Molucc., Philippin.*) . . . . Androscepia. Brongn.

†† Palea inferior v. utraque (saltem in fl. ☿) aristata.

a. Spiculae omnes fertiles, flore inferiore neutro. Paleae glumis breviores, hyalinae, inferior in ☿ aristata. Squam. 2 glabrae. Styli 2, stig. plumos. Caryops. libera, glabra.

1. *Spiculae omnes sessiles, 1-2-florae, in rhachi persistente haud articulata spicatae,* alternae, bifariae. Glumae subaequales, coriaceae, basi barbatae; exterior latior, crassa. Pal. exter. in ☿ carinata, apice bifido aristata; inter. minuta; arista torta. Stam. 2-3. Caryops. gluma exteriore inclusa, cylindrica. (Culmi tenelli, superne aphylli; fol. brevia, pilosa; spica duplex. — *Nov. Holl., Ind. or.*) . . . . Dimeria. R. Br.
2. — *in rhachi articulata remote solitariae, 2-fl., basi stipite subulato praeditae.* Glumae inaequales, concavae. Pal. infer. floris ☿ basi aristata. Squam. subdolabriformes. Stam. 2. Caryops. subfusiform., laevis. (Culmi ramosi, ramis fasciculat., spicigeris elongatis, spicis 2-3 alt. gracil. — *Patria?*) . . . . Lucaea. Kth.
3. — *basi articulatae, geminatae, altera sessili, altera pedicellata.* Glumae membranac., subaequales. Stam. 3 v. 2. Styli elongati. (Panicula ramosa; spic. pilis longis sericeis cinctae v. obsitae. — *Reg. trop. et temp. totius fere orbis.*) . . . . Erianthus. Mich.

b. Spiculae aliae fertiles ☿, aliae steriles ♂ v. neutrae. Squam. 2 truncatae, plerumque glabrae. Stam. 3. Styli 2 term.; stig. plumosa v. villosa. Caryops. libera, glabra.

1. — *septenae, centrales 3 a periphericis 4 neutris plerumque sessilib. quasi involucratae;* laterales 2 pedicellatae ♂ v. neutrae, intermedia fertili plerumque sessili, flore infer. neutro, super. ☿. Glumae 2 tardius induratae, infer. superiorem involvens. Pal. breviores, hyalinae, infer. in ☿ in aristam longam tortam desinens. Squam. erosae. (Gram. ramosa; fol. super. spathaeform.; spicularum fasciculi paniculati. — *Reg. trop. et temp. totius orbis, excl. Europa.*) . . . . Anthistiria. L.
2. — *geminae (terminales ternae), 1-2 tabescentes, steril., muticae* (raro in gluma aristatae) et una fertilis 2-fl., flore inf. neutro, super. ☿ v. raro ♀. Caet. Anthistiriae. (Spicae solitar. v. conjugatae v. fasciculatae v. racemosae v. paniculatae, rhachi plerumque articulata. — *Reg. trop. et temp. totius orbis.*) . . . . Andropogon. (L.) Kth.
3. — *geminae, altera pedicellata neutra, altera sessili fertili sesquiflora,* flore infer. neutro, super. ☿. Glumae 2 subaequal., acutae v. bidentatae; infer. plana, 2-6-nerv.; super. complicata, a dorso implicata, interdum apice setacea. Pal. breviores (in fl. neutr. muticae); infer. acuminata, apice minute 2-dentata, dorso prope basin setam medio geniculatam tortam exserens; super. exigua, lineari-subulata, 2-dentata, interdum deficiens. Squam. latae. (Habitus Pleuroplitis, spica parce dichotoma, rhachi articulata ad genicul. plus minus barbata; spiculae steriles sub-1-glumes, gluma plana acuta nervosa cum rudimento minuto glumae et flosculi alterius — *Ind. or.*) . . . . Batratherum. Nees.

B. Glumae (saltem flor. ☿) aristatae v. setigerae v. mucronato-acutissimae. Stam. 3.

1. *Spiculae in rhachi angusta compressa articulata ciliata geminatae, spicatae, 4-fariae, subconform.;* altera pedicellata, subsetigera, flore utroque ♂ 2-paleac.; altera sessil., flore infer. sessili ♂ mutico (2-pal.?) super. ♀. Glumae 2, nervosae; infer. herbacea, plana, attenuata, bifida, in spic. ♀ 8-nerv., in spic. ♂ latior, 5-7-nerv.; super. subchartacea, carinata, in ♀ stipitata apice setigera. Pal. membranac., subaequal., in spic. ♂ muticae, in ♀ ciliatae; inferior floris ♀ carinata, ex apice bifido setam validam laevem exserens. Squam. 2 crassae, 3-gonae, obconicae, truncatae. Styli graciles, basi juncti, stig. laxe penicilliform. Caryops. libera. . . . (Culmi duri, graciles; fol. plana, rigidula, basi calloso-plicata; spica solitar. — *Ind. or.*) . . . . Hologamium. Nees.
2. — *paniculatae, in rhachi haud articulata secundae, fasciculatae,* externe et infra 4 verticillatae ♂, vaginis coloratis fasciculos supremos ambientibus, centrales 3 in rhachilla alternae, infer. ☿ basi setis cincta. Glumae membranaceae, lanceolatae v. linear., acutae; in ♂ unica (inferior) mucronato-acutissima, extus tuberculoso-setosa in ☿ dorso setosa, super. paulo minor, pilosa. Pal. 2, hyalinae; infer. angusta, acutissima, glumis brevior, marginibus inflexis superiorem amplectens. Squam. 2. . . . Stig. elongata, plumosa. Fr. . . . (Habitus *Anthistiriae;* spiculae centrales superiores ♂ exteriorib. conformes. — *Ins. Philippin.*) . . . . Perobachne. Presl.
3. — *spicatae, in rhachi articulata geminae, terminales ternae,* una fertili sessili, 1-2 sterilib. difformib. pedicellatis, fertilis flore infer. neutro 1-paleac., super. ☿ 2-pal. Glumae 2 inaequal., subcoriaceae; in spic. steril. aristatae, infer. subfalcata 00-nerv.; in spic. fertil. inferior angusta mutica, super. compresso-navicularis, sub apice longe aristata. Pal. minores, hyalinae, in spic. steril. muticae; in fl. ☿ inferior sub apice bifido longe aristata. Squam. 2 oblique truncatae, glabrae. Styli 2 term., stig. plumos. Caryops. breve stipitata, paleis et glum. tecta, libera, subtrigona, laevis, glabra. (Culmi ramosi; fol. plana, lig. longissima; spicae term., solitar., vagina aphylla suffultae. — *Amer. trop.*) . . . . Diectomis. Pal. B.

II. Flores omnes (♂ et ♀) 1-paleacei (v. pag. sequ.).

GRAMINEAE.

Tribus XIII. *ANDROPOGONEAE.*

B.III. (Continuat.)

II. Flores omnes (♂ et ♀) 1-paleacei. Stam. 3. Styli 2 term., stig. plumos. v. aspergilliform.

1. *Spiculae in spica term. solitaria geminae; altera pedicellata steril. tabescens, altera fertil.* 2-*fl.*, flore infer. neutro, super. ☿. Glumae 2; infer. (exterior) subcoriacea, apice bifida, subinde 2-aristata; super. membranacea, mutica. Pal. breviores, hyalinae, muticae, superior nulla. Squam. 2 truncatae, glabrae. Caryops. libera, glabra. (Gram. ramosa, terebinthinam redolentia. — *Amer. trop. et subtrop., Senegal., Afr. austr.*) . . . . Elionurus. WILLD.

2. — *in spicis term. fasciculatis geminae, 2-florae, conformes, altera sessili, altera pedicellata*, flore super. ☿, infer. neutro. Glumae 2 submembranac., acutae, infer. dorso canaliculata 4-nerv., super. carinata 3-nerv. Palea membranac., in fl. neutro mutica; in ☿ linear., canaliculata, seta longa capillari superne subcirrhosa (haud genuflexa) terminata. Squam. 2 ovario breviores, membranac., obconicae, truncatae, plicatae. Styli graciles, basi conjuncti; stig. villosa. Caryops. libera, lanceol., acuta. (Habitus *Panicorum* e sect. *Digitaria*. Spicae laxae, rhachi ad articulos barbulata. — *Ind. or.*) . . . . Leptatherum. NEES.

3. — *in spicarum term. solitar. v. fasciculatarum rhachi angusta barbulata geminatae, 4-fariae, conformes*, seriebus 2 contiguis ♂ v. neutris muticis; et 2 sessilib. 2-floris, fl. infer. neutro, super. ☿. Glumae 2; infer. herbac. v. submembranac., in spic. ♂ 3-nerv. margine inflexa, in ☿ multinerv. apice 3-dent. v. integra; superior 3-nerv., in spic. ♂ submembranacea, laterib. inflexa, in ☿ chartacea, carinata. Pal. membranac., ciliata, in spic. ♂ lanceolata, sursum subdilatata, 3-dentata; in ☿ subacuta, anguste linear., seta flexuosa basi torta terminata. Squam. crassiusc., magnae, coloratae, obconicae, emarginatae, ventre convexae, dorso canaliculatae, angulis acutis subbicornib. Styli basi contigui. Caryops. stylorum basi 2-mucronulata, basi angustata. (Gram. repent., ramosa, nodis barbatis. — *Ind. or., Afr. austr.*) . . . . Lepeocercis. TRIN.

III. Flores omnes (♂ et ☿ v. ♀) 2-paleacei. Squam. 2 truncatae v. sublobatae, glabrae, (raro nullae, v. Apocopsis). Stam. 3. Styli 2 term., stigm. plumos. Caryops. libera, glabra.

1. *Spiculae paniculatae, cum pedicello articulatae, basi pilis mollib. cinctae, omnes conform.* 2-*fl.*, flore infer. ♂?, super. ☿. Glumae 2 coriaceo-chartaceae; infer. subulata; super. carinato-navicular., apice bifido breviter aristata. Pal. hyalinae, muticae, infer. in ♂ chartacea. Caryops. compressa? . . . (Culmi caespit., simpl.; fol. plana, 00-nerv., molliter pilosa; panic. simpl. — *Brasil.*) . . . . Arthropogon. NEES.

2. — *in spicis geminatis v. bifidis geminae, basi longiuscule barbulatae, muticae, dispares*, altera rudimentaria pedicellari ciliata, altera polygama, sessili, fl. infer. ♂, super. ☿. Glumae 2 chartaceae, laeves, oval., apice denticulatae; infer. lata, plana 8-9-nerv., basi colorata; super. marginib. inflexa, 5-nerv. Pal. 2, membranac., muticae, apice truncatae denticulatae, in ♂ aequales, in ☿ inferior firmior, longior, colorata. Squam. in ☿ nullae, in ♂ minimae denticuliform. acutae v. o. Ovar. lanceolat., in stylum simpl. mox bifidum transiens, stig. longis linear. brevi-villosis. (Gram. tenerum, gracile, ramos., fol. plan., spicar. rhachi 3-gona hirsuta. — *Ind. or.*) . . . . Apocopsis. NEES.

3. — *in spicis solitar. v. geminis v. digitato-fasciculat. v. paniculatis articulatis geminae*; altera pedicellata, plerumque tabescens; altera sessil., 2-fl., flore infer. ♂ (rarius neutro) super. ☿. Glumae 2 coriac., muticae, rarius aristatae. Pal. breviores, diaphanae, infer. in ☿ aristata, arista interdum vix exserta. Caryops. glumis induratis paleisque tecta. (Habitus *Andropogonis*. — *Reg. trop. et temp. orbis fere totius.*) . . . . Ischaemum. L.

4. — *ternae, ramulos paniculatos terminantes, spatha bracteiformi suffultae*; laterales pedicellatae, tabesc.; media sessil., 2-fl., flore infer. ♂, super. ☿. Glumae 2 membranac., muticae; infer. lanceolata, subcanaliculata, apice bifida; super. carinato-navicular. Pal. breviores, hyalinae, infer. in ☿ bifida aristata. (Culmi ramosissimi. — *Ind. or., Afr.*) Apluda. L.

5? — *geminatim-quaternatim vaginis term. spathaceis inclusae*, 2-fl., flore interiore ♀, exter. ♂. Pal. muticae. Squam. nullae. Styli basi connati. (Caet. v. supra in Rottboelliaceis. — *Nov. Holl.*) . . . . Xerochloa. R. BR.

IV. Flores spicularum neutrarum epaleacei, 1-glumes.

Spicae term. breves, bracteis 4 glumaeformib. inaequalib. concavis disticho-imbricatis (aliis mucronatis v. aristatis, aliis muticis emarginat. v. 2-partitis) involutae; 2 neutrae pedicellatae; 2 sessiles ☿ dimorphae; inferior glumis 2 ovato-lanceol., bifido-dentatis, paleis 2, inferiore ad aristam longam fractam tortilem redacta, super. hyalina obtusissima glumis breviore, squam. . . ., stam. . . ., stylis 2 term., stig. plumos. Spicula ☿ superior glum. 2 subaequal., subchartaceis ovatis, inferiore apice arista recta mucronata, pal. 2 muticis glumis dimidio brevioribus, squam. . . ., stam. . . . Caryops. tecta, libera, lineari-oblonga, stylorum (basi coalitorum v. distinctorum) basi coronata. (Culm. erect., simpl., nodis barbatis; fol. plana; spicae geminae, rhachi triquetra subflexuosa haud articulata, spiculis alt. — *Californ.*) . . . . Alloteropsis. PRESL.

C. Spiculae 3-florae.

1. *Spiculae involucro 1-phyllo cartilagineo adpresso inclusae, flor. sessilib., medio ☿, lateralib. ♂.* Glumae 2 cartilagineae, exterior 2-dentata, papilloso-aculeata. Pal. 2 subaequal., exterior in flore ♂ (interiore) arista longa geniculata munita. Stam. 3, in ☿ saepius imperfecta. Stig. 2 subincrassata. Fr. . . . (Habitus *Rottboelliae*? — *Ind. or.*) . . . . Thelepogon. ROTH. †

2. — *paniculatae, flore infer. ♀ sessili, super. 2 ♂ pedicellatis.* Glumae 2, exterior latior concava truncata, inter. carinata. Pal. in ♂ 2 aequal., ovato-oblongae, compressae, muticae; in ♀ unica, oblonga, concava, apice margine dilatato scarioso cincta, arista term. recta. Squam. . . . Stam. 3. Styli 2; stig. villosa. Caryops. sessil., oblonga. (Gram. elatum, fol. latis planis. — *Antill.*) . . . . Zeugites. P. BR.

ACOTYLEDONEAE VASCULARES.

Conspectus ordinum.

A. Sporangia uniformia (cfr. Lycopodium) **sporisque uniformibus foeta.**

I. Sporangia elateribus 2 liberis cruciatis spiraliter circumvoluta. Fructificatio terminal., coniform., etc. . . . . EQUISETACEAE.

II. — *elatere adnato articulato* (rarius nullo) *annulatim cincta.* Fructificatio hypophylla etc. . . . . FILICES.

III. — *elateribus destituta*, nunc 1-locularia subbivalvia, nunc pluriloc. plurivalvia, nunc sparse axillaria, nunc in spicas term. dense imbricato-squamatas congesta, rarius in ramorum apice nudo subsolitaria, etc. . . . . LYCOPODIACEAE.

B. — **aut dimorpha, aut sporis dimorphis foeta,** elateribus destituta. Hbae aquaticae, fructificatione subradicali v. axillari, etc. . . . . RHIZOCARPEAE.

CCLXIX. EQUISETACEAE.

Genus unicum: Fructificatio terminalis, coniformis. Receptacula 00 verticillata, squamiform., peltata, stipitata, disco subpolygono margine subtus indusia 6-7 (sporangia auct.) membranacea, cuculliformia, 1-loc. introrsum longit. dehiscentia polycarpa gerente. Sporangia (sporae auct.) libera, sessilia, subglobosa, singula elateribus 2 filiformib. apice spathulato granulosis medio affixis cruciatis demum elastice dissilientib. spiraliter circumvoluta. Sporae minutae, pulveraceae. (Herbae pleraeque limnophilae, rhizomate subterraneo repente; caul. erecti, rigidi, teret., sulcati, fistulosi, simpl. v. verticillato-ramosi, articulati, ad nodos verticillo foliorum scariosorum in vaginam tubulosam truncatam v. dentatam v. multifidam connatorum cincti, ramis ad vaginarum basin extus nascentibus solidis. — *Totius fere orbis, praecipue region. temp. hemisphaerii bor., incolae.*) Equisetum. L.

CCLXX. FILICES.

A. ANNULATAE, i. e. sporangia singula annulo (elatere, gyromate) transverse noduloso v. striato articulato tota (complete) v. ex parte (incomplete) cincta. Vernatio frondis circinata.

I. Annulus angustus, noduloso-articulatus, verticalis v. rarius transversalis. Sporangia in soro indefinita, pedicellata (raro sessilia, cfr. Ceratopteris, Hymenophylleae). . . . . . — ***Subordo I.* POLYPODIACEAE.**

A. Indusium nullum (raro spurium, e frondis margine revoluto formatum, cfr. Antrophyum, Polypodieae, Monogramma).

I. Sori amorphi, i. e. sporangia per frondis paginam inferiorem (rarius utramque) absque ordine diffusa (cfr. Lomagramma) nec in soros distinctos collecta. *Acrostichum*, L., Endl. — *Reg. trop. et hemisph. austr. temp.*) . . . . — **Tribus I.** *ACROSTICHEAE.*

a. **Venae simplices v. furcatae v. pinnatae, apicibus omnib. liberis (nec anastomosantibus), venulis plerumque parallelis et apice incrassato prope marginem frondis desinentibus. Frons fertilis saepius contracta, a sterili diversa.** . . . . — Polybotrya. HUMB.

1. *Frons simplex*, integra, oblonga v. linear., fertilis margine saepius membranacea. . . . *Elaphoglossum*, SCHOTT.
2. — *pinnata* (sterilis interdum 3-pinnatifida), pinnis petiolatis cum rhachi articulatis, fertilib. linearib. revolutis, margine membranaceo revoluto indusiiformi, venis nunc in serraturas rigidas excurrentib. nunc in marginem incrassatum conniventibus. . . . *Stenochlaena*, J. SM.
3. — *pinnata v. 2-3-pinnata*, pinnis sterilib. incisis v. crenatis, fertilib. plerumque utrinque sporangiferis. *Polybotrya*, J. SM.
4. — *palmatiloba*, rarius (fertilis saltem) integra v. peltata, venis flabellatis. . . . . . *Rhipidopteris*, SCHOTT.

b. **Venae apice confluentes v. venulis transversis anastomosantes et saepe reticulatae** . . — Acrostichum. KAULF.

α. **Venae simpl. v. furcatae, parallelae, nonnisi vena marginali junctae.**

1. *Vena marginalis continua, recta.* (Frons pinnata, laevis, fertilis plerumque dissimilis, contracta, laciniis utrinque sporangiferis.) . . . . *Olfersia*, RADDI.
2. — — — *continua, flexuosa*, emittens venulas liberas intra marginem desinentes. (Frons simpl., angusta, squamosa, sterilis marginata, subplicata, fertilis margo indusiiform.) . . . . *Aconiopteris*, PRESL.

β. **Venae varie ramosae et reticulatim anastomosantes.**

* — u n i f o r m e s, t e n u e s, a p p r o x i m a t a e.

1. *Venarum areolae elongatae, venulis interiorib. nullis.* Frondis pagina inferior tota v. apice saltem sporangifera. (Frons simpl. v. pinnata, laevis v. squamata.) *Acrostichum*, J. SM.
2. — *areolae subaequaliter 6-gonae.* Sporangia quasi in sorum marginalem continuum latum congesta. (Frons pinnata, pinnis basi articulatis, fertilib. contractis — *Ins. Philippin., ? Java.*) . . . . *Lomagramma*, J. SM.
3. — *areolae elongatae, areolas minores venulasque liberas includentes.* Frons apice tantum sporangifera, squamis stellatis conspersa. (Frons coriacea, sterilis sessil.; fertilis cuneata, apice dilatato furcato-2-pluriloba, nervis plurib. subparallelis.) . . . . *Platycerium*, DESV.

** V e n a e c o s t a e f o r m e s r e m o t i u s c u l a e p i n n a t a e (cfr. Gymnopteris) v e n i s i n t e r c o s t a l i b. j u n c t a e.

1. — *intercostales arcuatae v. angulares*, extrorsum venulas liberas v. irregulariter anastomosantes emittentes. (Frons pinnata, laevis, pinnis dentat. v. sinuosis, fertilium margine saepius revoluto indusiiformi.) . . . . *Cyrtogonium*, J. SM.
2. — *intercostales rectae*, venulas divergentes liberas apice clavatas intra areolas 4-angulas emittentes. (Frons coriacea, articulato-pinnata, apice contracto fertilis. — *Ind. or.*) . . . . *Photinopteris*, J. SM.
3. — *composite anastomosantes* (interdum uniformes) inter areolas venulas liberas divergentes varias emittentes. (Frons integra v. pinnata, fertilis subtus tota sporangifera, interdum spiciform., margine indusiiformi.) . . . . . *Gymnopteris*, BERNH.

II. Sori oblongi v. lineares, intramarginales, discreti (demum saepe confluentes) ipsis costis v. venis venulisve impositi v. immersi. . . . . — **Tribus II.** *GRAMMITIDEAE.*

A. Venae simplices v. varie ramosae, omnes apice liberae (nec anastomosantes).

a. Sori semper discreti, inter frondis v. laciniarum costam et marginem obliqui. — *Reg. trop. et temp. totius orbis.*) . . . . — Grammitis. SW.

1. *Venae costaeformes, pinnatae*, venulis parallelis. Sori oblongo-linear., simpl., obliqui. (Frons bipinnatifida; sporangia in soris pauca, interdum echinata.) . . . *Leptogramma*, J. SM.
2. — *simpl. v. furcatae*, interdum in frondis dentes marginales excurrentes (*Xiphopteris*, Klf.). Sori oval. v. oblongi, obliqui, plerumque cruri superiori venae furcatae impositi. (Frons simplex, angusta, integra v. dentata.) . . . . . *Grammitis*, J. SM.

b. Sori demum confluentes v. sub-amorphi, lineares, furcati, obliqui. Venae simpl. v. furcatae v. flabellatae, per totam fere longitud. sporangiferae. (Frons simpl. v. pinnata v. decomposita, subtus saepe pubescens et albo- v. luteo-pulverulenta. — *Reg. trop. et temp. totius orbis.*) . . . . . . — Gymnogramme. DESV.

B. Venae in fronde coriacea obsoletae, furcatae, venulis anastomosantibus. Sori oblongi, demum effusi, interjectis squamis elongatis fere absconditi. (Frons sinuato-pinnatiloba, lobis saepius alternis subdecurrentib. supra nudis subtus dense squamosis. — *Eur., Afr. austr.*) . . . . . . — Ceterach. ADANS.

C. — conspicuae, varie anastomosantes v. reticulatae.

a. Venae pinnato-furcatae, venula inferiore exteriore libera fertili, reliquis angulatim anastomosantibus, areolis elongatis obliquis. Sori oblongo-lineares in seriem costae parallelam dispositi. (Frons pinnata, pinnis sessil. adnatis. — *Chile.*) . . . . — Synamnia. PRESL.

b. — costaeformes, pinnatae, venis intercostalibus angularib. v. arcuatis connexae.

1. *Venulae simpl. v. furcatae, omnes praeter par infimum cujusque costae et ramos suos liberae.* Sori rotundi v. linear., discreti v. per paria confluentes v. subamorphi. (Stipes ebeneus; frons bipinnatifida, saepe gemmifera, fertilis saepe contracta spiciform. — *Ind. or.*) . . . . — Stenosemia. PRESL.
2. — *intercostales omnes anastomosantes fertiles et venula excurrente venae costali parallela* (plerumque sterili) *invicem connexae.* Sori oblongi v. linear., recti, interdum continui. Sporangia echinata. (Frons pinnata, pinnis crenatis. — *Ind. or.*) . . . . — Stegnogramma. BL.
3. — *intercostales anastomosantes, fertiles, venulam liberam sterilem emittentes.* Sori semilunares, venas costales rectas parallelas transverse jungentes, totam fere frondis paginam tegentes, demum invicem contigui. Sporangia interdum echinata. (Frons pinata. — *Reg. trop. et subtrop. tot. orbis.*) . . . . — Meniscium. SCHREB.
4. — *intercostales irregulariter anastomosantes et venulas liberas varia directione emittentes.* Sori linear. v. oblongi venulis liberis insidentes, venis costalibus (saepe vix crassiorib.) paralleli, interdum continui. (Frons simpl., rarius pinnatifida, fertil. interdum subcontracta. — *Ind. or.*) . . . . — Selliguea BORY.

c. Venae uniformes, flexuosae, reticulatim anastomosantes.

1. *Sori superficiales, areolarum lateri elongato insidentes,* linear., obliqui. (Frons simpl. lineari-lanceolata, coriacea. — *Ins. Mascaren., Ind. or.*) . . . . — Loxogramma. PR.
2. — *areolarum venis lateralibus immersi* (raro superficiales) linear., continui v. interrupti, interdum anastomosantes. (Frons simpl., coriacea, cum v. absque costa media; venarum rimae sporangiferae margine indusium spurium obsoletum formantes. — *Reg. trop. et subtrop. tot. orbis.*) . — Antrophyum. KLF.
3. — *superficiales, linear.*, dense reticulatim-anastomosantes, demum confluentes. (Frons simpl., cordata v. palmata v. pinnata, glabra v. villosa, venarum areolis subaequilateris. — *Reg. trop. et temp. totius fere orbis.*) . . . . — Hemionitis. L.

III. Sori rotundi, discreti, nudi, etc. (v. pag. sequ.).

FILICES.

Subordo I. *POLYPODIACEAE.*

(Continuat.)

A. *I.* A.

Tribus III. *POLYPODIEAE.*

III. Sori discreti, rotundi, rarius ovales. Indusium nullum. . . . . . .

† Frons plana, rarius margine demum revoluta (laciniis nunquam cuculliformib.).

A. *Sori papillae frondis insidentes, conferti v. sparsi, pilis stellatis dense velati,* demum saepe confluentes. Venae venulaeque areolatim confluentes, plerumque vix conspicuae. (Frons coriacea, simpl., integerr., subtus incano- v. rufo-tomentosa apice sorifera. — *Asia, Afr., Austral. trop. et subtrop.*) . . . . Niphobolus. Klf.

B. — *paleolis peltatis interspersi v. velati,* venis reticulatis (vix conspicuis) impositi, seriati v. sparsi. (Frons simpl. v. pinnatifida, plerumque coriac., subtus, rarius utrinque paleaceo-squamellosa. — *Reg. trop. et subtrop. totius orbis.*) . . . . Pleopeltis. Humb. et Bonpl.

C. — *nudi* (nec paleis, nec pilis stellatis velati, cfr. Goniophlebium), varie dispositi, 1-pluriseriati, rarius sparsi. (Frons et nervatio polymorpha. — *Totus orbis.*) . . . . Polypodium. L.

a. Venae varie ramosae et inter se anastomosantes v. reticulatae. (Species omnes exoticae).

α. **Sori venulis anastomosantibus (rarius etiam venis primariis) insidentes.**

1. Venae ramosae venulaeque cum oppositis in areolas coeuntes, areolae extrorsum venulas 2-8 apice confluentes et soriferas emittentes. . . . . *Phlebodium, R. Br.*
2. — frondis fertilis (bipinnatifidae, contractae) bifurcatae, cruribus apice in sori subimmersi receptaculum confluentib. (Frons steril. dissimilis, venis costaeform., venulis primariis varie anastomosantibus, secundariis saepe liberis simpl. v. bifid. apice obtusis.) . . . . *Aglaomorpha, Schott.*
3. — pinnatae, parallelae, apice libero obtuso; venulae medio dorso soriferae, superiores cum oppositis arcuatim confluentes, infima superior libera. *Amblia, Pr.*
4. — ramosae, plerumque costaeformes, parallelae v. flexuosae; venulae ramosae, areolatim connexae, ad angulos soriferae, intra areolas venulas liberas steriles (rarius etiam soriferas) emittentes. Sori saepius profunde immersi, frondis paginam superiorem tuberculatam reddentes. Frons fertilis in nonnullis (*Dryostachyum, J. Sm.*) apice contracta. . *Drynaria, Bory.*
5. — pinnatae, saepius costaeform., apice liberae; venulae intercostales infimae cum oppositis acute coeuntes, medio soriferae, ex angulo venulam sterilem liberam saepe clavatam emittentes. . . . . *Goniopteris, Pr.*

β. **Sori nonnisi venulis excurrentibus liberis apice v. medio insidentes.**

1. Venae furcatae v. pinnatae, costaeform.; venulae inferiores 1-2 cum oppositis in angulum acutum coeuntes, ex angulo venulam liberam apice clavato soriferam emittentes. Sori 1-pluriseriati, interdum squamiferi. . . *Goniophlebium, Bl.*
2. — pinnatae, costaeform., parallelae, apice libero clavatae; venulae oppositae in arcus intercostales sinuatos venulas liberas (plerumque 2) soriferas emittentes confluentes. . . . . *Cyrtophlebium, R. Br.*
3. — pinnatae; venulae superiores cum oppositis in arcus et areolas angulatas confluentes, arcubus extrorsum venulam liberam apice clavato soriferam emittentib.; venula prope basin venae primariae antice orta pariter libera apiceque sorifera. Sori in series 2, costae et margini approximatas, dispositi. Frons sterilis in nonnullis (*Pleurogonium, Pr.*) dissimilis. . . . . *Marginaria, Pr.*

b. Venae omnes liberae, nec anastomosantes. (*Polypodium, J. Sm.*)

1. — simplicissimae, apice incrassato 1-sorae. . . . . *Ctenopteris, Bl.*
2. — furcatae, crure superiore (interiore) apice sorifero. . . . . . *Dicranopteris, Bl.*
3. — pinnatae, ramis medio soriferis apice saepius incrassatis. . . . . . *Phegopteris, Pr.*

†† Frondis laciniae margine reflexo subtus quasi cucullatae. Frons saepius coriacea, (fertilis saltem) pinnatifida, laciniis dentatis v. crenatis.

1. *Venae pinnatae, distantes, prominulae, apice 1-sorae;* venulae anastomosantes, immersae, tenuissimae, areolis 6-gonis; secundariae liberae, apice incrassatae, rectae v. hamatae. Sori magni oval., apicibus dentium frondis cartilagineorum immersi. — (*Java.*) . . . . Lecanopteris. Reinw.
2. — *pinnatae, distantes, in apicem dentium frondis dilatatum acutum soriferum excurrentes.* Sori subglobosi frondis margine recurvo (quasi indusio spurio) cincti. (Frons inferne steril. simplex, superne fertil. pinnatifida, sinubus lobis alterius lateris saepe sterilib. — *Java.*) Calymmodon. Pr.
3. — *radiantes, liberae.* Sori 3-5 in unum centralem confluentes. (Frondis lobi imbricati, cordato-reniform, sessil., piligeri, subtus cupuliform, margine indusiiformi. — *Peruvia.*) . . . . Jamesonia. Hook. et Grev.

Tribus IV. *TAENITIDEAE.*

IV. Sori in unum v. plures, marginales v. intramarginales confluentes. Indusium verum nullum. . . . .

A. Sori ipsi frondis costae inserti. (Frons linearis, simplex v. furcata 1-costata, apice fertilis.)

1. *Costa medio sorum unicum linearem continuum v. interruptum gerens.* Venae nullae. (Frons apice fertili concava. — *Antill., ins. Mascaren., Ind. or.*) . . . . Monogramma. Comm.
2. — *utroque latere sorum linearem continuum, demum cum altero confluentem gerens.* Venae simplices, liberae, saepe obsoletae. — (*Amer. trop.*) . . . . Pleurogramma. Pr.

B. Sori laterales, i. e. utrinque inter frondis v. laciniarum costam et marginem medio parallele decurrentes, continui v. interrupti, lineares.

1. *Sori ad utrumque costae latus solitarii.* (Frons pinnata, coriacea; venae uniform., reticulatae, areolis obliquis elongatis soro contrariis. — *Reg. trop. tot. orbis.*) . . . . Taenitis. Sw.
2. — *utrinque 2-3, subimmersi, paralleli.* (Frons simpl., lineari-lanceolata, coriacea; venae immersae, obscurae, uniform., areolis elongatis linearib.; sulcorum soriferorum margines indusiiformes. — *Amer. trop.*) . . . . Polytaenium. Desv.

C. Sori marginales, venulis prope marginem conniventib. v. confluentib. inserti, in sorum unicum continuum (raro interruptum) linearem confluentes. (Frons reticulato-venosa.)

1. *Sori omnes in unum marginalem confluentes.* (Frons coriacea, simpl., rarius furcata v. pinnatifida, saepius apice tantum fertilis, parte fertili plus minus contracta. — *Amer. trop.*) . . . . . . Pteropsis. Desv.
2. — *praeter marginalem continuum alii intramarginales discreti,* venulis recurrentib. liberis inserti, rotundi v. oblongi v. irregulares, oligocarpi. (Frons membranacea, simpl., angusta subrepanda, venarum areolis inaequalib. venulas recurrentes liberas simpl. v. brachiatas emittentib. — *Ind. or.*) . . . . Diblemma. J. Sm.

B. Indusium verum, membranaceum, rarius spurium (frondis margine replicato formatum) herbaceum (cfr. Pterideae).

† Sori indusio plano v. convexo margine affixo v. rarius peltato subjecti.

Tribus V. *PTERIDEAE.*

I. Sori seriati, in unum marginalem v. costalem confluentes, v. discreti et tunc semper frondis v. laciniarum costae v. margini paralleli, lineares v. lunulati. . . . .

A. Sori sulco marginali immersi, in unum linearem continuum (rarius interruptum) confluentes. Indusium duplex, utrumque herbaceum, exterius e frondis margine replicato (cfr. Taeniopteris), interius e sulci margine interiore producto (saepe obsoleto) formatum. Sporangia saepius pilis articulatis clavatis v. glandula? turbinata (sporangio abortivo?) terminatis mixta. (Frons simpl., linear. v. lanceolata, 1-costata, venis parallel., subsimpl., saepe obsoletis. — *Reg. trop. et subtrop. orbis fere totius*) . . . . Vittaria. Sm.

1. Venae apice venulis transversis anastomosantes. Sorus vere marginalis. . . . . *Vittaria, J. Sm.*
2. — — — — — — — submarginalis. . . . . *Taeniopsis, J. Sm.*
3. — ad apicem usque liberae, simpl., parallelae. Sori submarginales; indusium exterius patens, nec replicatum. — (*Afr. trop. oriental.*) . . . . . *Taeniopteris, Hook.*

B. Sori superficiales (nec sulco immersi), v. pag. sequ.

FILICES.

Subordo I. POLYPODIACEAE. Tribus V. *PTERIDEAE.*

(Continuat.)

A. *I.* B. *II.*

B. Sori superficiales (nec sulco immersi), frondis v. laciniarum costae v. margini paralleli (cfr. Allosorus).

a. ***Indusium simplex, continuum, extrorsum hians,*** margine interiore (costam spectante) affixum, exteriore (frondis marginem spectante eique initio contiguo) liberum. Sori marginales, in unum linearem continuum (rarius interruptum) confluentes, rarius discreti, indusiis tunc distinctis. (Frons pinnata v. pinnatifida, v. 2-3-pinnatifida, raro simpl. venis parallel. v. flabellatis. — *Reg. trop. et subtrop. tot. orbis.*) . . . . Lindsaya. DRYAND.

> *α. Frons simplex, lanceolata, medio 1-costata, venis reticulato-anastomosantibus,* venulis intra areolas excurrentibus liberis obtusis plerumque furcatis (*Panama*). . . . . *Dictyoxiphium*, HOOK.
>
> *β. — pinnata v. pinnatifida v. 2-3-pinnatifida, venis anastomosantibus.*
> 1. Costa laciniarum centralis (saepe tenuissima). Laciniae utroque margine soriferae. *Schizoloma*, GAUD.
> 2. — — excentrica, laciniarum margini inferiori sterili approximata. . *Synaphlebium*, J. SM.
>
> *γ. Frons pinnata v. 2-3-pinnatifida* (raro simpl. reniform.), *venis simpl. v. furcatis v. flabellatis liberis.*
> 1. Costa laciniarum excentrica. Sori punctiformes. . . . . *Odontoloma*, J. SM.
> 2. — — — Sori lineares marginem anticum solum occupantes. *Lindsaea*, J. SM.
> 3. — — centralis. Sori lineares utrumque laciniarum marginem occupantes. . . . . *Isoloma*, J. SM.

b. ***Indusium simplex, introrsum hians,*** margine interiore (costam frondis v. laciniae spectante) liberum.

α. **Sori marginales, in unum linearem continuum v. interruptum indusio continuo tectum confluentes.**

1. *Indusium membranaceum, lineare, integrum, subtus soriferum,* reticulato-venosum. (Frons glabra dichotome bipinnata, pinnulis petiolatis cum rhachi ebenea haud articulatis, persist., membranaceis, costa centrali, venis tenuibus in areolas oblongas obliquas coeuntib. — *Guiana.*) . . . . Hewardia. J. SM.
2. — *membranaceum, lineare, integrum, subtus nudum.* — (*Totus fere orbis.*) . . Pteris. L.

> **A.) Frons simplex v. simpliciter v. pluries pinnata v. pinnatifida, foliolis basi haud articulatis,** herbaceis, raro coriaceis, stipite viridi v. fusco, raro ebeneo. . . . . *Pteris*, AGARDH.
> *I.) Venae simpl. v. furcatae v. pinnatae, liberae* v. apice tantum v. rarius arcu basali connexae . . *Pteris*, J. SM.
> *II.) — ramosae, reticulatim anastomosantes,* areolis venulas liberas emittentibus. . . . *Amphiblestra* et *Litobrochia*, PR.
>
> **B.) Frons simpliciter v. 2-3-pinnata, foliolis cum petiolo articulatis deciduis,** coriaceis glabris subtus discolorib., nervis venisque inconspicuis furcatis v. flabellatis liberis margine recurvo in indusium transeunte, stipite ebeneo nitido. . . *Pellaea*, LINK.

3. *Indusium herbaceum e margine laciniarum revoluto formatum.* ***Sori rotundi, v. lineares,*** venulis insidentes, demum confluentes. (Frons 2-3-pinnata v. decomposita, glabra, nuda, herbacea, venis parallelis simpl. v. furcatis liberis; fertilis saepius difformis, lacin. contractis; stipes interdum ramosus scandens. — *Eur., Asia bor., Amer., Afr. austr.*) . . . . Allosorus. BERNH.
4. — *(Allosori) demum explanatum indistinctum.* ***Sori indistincti,*** sporangiis sparsis v. secus marginem pluriseriatis. (Frons pinnata v. 2-3-pinnatifida, supra glabra v. pubescens, subtus squamis paleaceis pilisve dense tecta raro glabra, fertilis sterili conformis. — *Reg. trop. et temp. totius orbis*). . . . . Nothochlaena. R. BR.

β. **Sori marginales discreti subrotundi v. lunulati** (rarius demum confluentes) indusio interrupto v. lobato v. indusiis discretis tecti.

1. *Indus. semiherbaceum, continuum, saepe obsoletum, ex margine frondis revoluto formatum,* crenatum v. lobatum v. lacerum. Sori subrotundi, demum saepe confluentes. (Frons herbacea, pluries pinnatifida, glabra v. pubesc., rarius paleaceo-squamellosa, fertilis a sterili vix diversa, venis furcatis liberis. — *Reg. trop. et temp. tot. orbis.*) . . Cheilanthes. SW.
2. — *intramarginale, membranaceum,* lobatum, lobis vix continuis plerumque emarginato-bilobis. Sori lineares subcontinui. (Frons 3-partita v. pinnata, lobis crenatis, venis furcatis, venulis apice sporangifero confluentib. — *Amer. et Afr. austr.*) . . . . Cassebeera. KLF.
3. — *marginale, membranaceum, interruptum, v. continuum, venosum,* lobis linear. v. lunulatis integris subtus sporangiferis. Sori lineares continui, aut lunulati v. subrotundi contigui v. distantes, in apice dentium frondis siti. (Frons simpl. v. composita, lacin. pinnatim dispositis, plerumque tenere herbaceis, costa saepius pulla, venis furcato-flabellatis liberis, rhachi stipiteque ebeneis nitidis. — *Reg. trop. et temp. tot. orbis.*). . . Adiantum. L.
4. — *marginalia, membranacea, discreta, lunulata.* Sori lunulati, frondis sinus rotundatos occupantes, remoti. (Frons pinnatipartita, lacin. pinnatifidis medio costatis rhachique plerumque hirtis v. paleaceo-squamatis. — *Amer. trop., Ind. or., ins. Mascaren.*) . . Lonchitis. L.

> * Venae pinnatae, liberae, venulis furcatis, superiore in sorum exeunte. . . . . *Hypolepis*, BERNH.
> ** — areolatim anastomosantes, venulis 2-5 versus sorum convergentib. . . . *Lonchitis*, J. SM.

γ. **Sori intramarginales** (a margine frondis distantes ejusque costae approximati aut contigui).

‡ ***Sori discreti oblongi v. lineares.***

1. *Sori semiovales v. oblongi utrinque prope costam 1- v. raro 2-seriati, emersi. Venae parallelae subrectae,* marginem versus liberae, inferne venulis transversis introrsum soriferis connexae et series 1 (raro 2) areolarum obliquarum formantes. Indus. planum. (Frons rigida, pinnatifida v. pinnata, lobis spinuloso-serratis v. incisis; fertilis interdum contracta. — *Nov. Holl., Amer. bor.*) Doodia. R. BR.
2. — *oblongi, utrinque prope costam 1-seriati, foveolae immersi. Venae basi anastomosantes,* apice liberae, areolis 2-seriatis, basalibus angustis costae parallelis, inter singulas pinnas laciniasque solitariis, margine exteriore introrsum soriferis extrorsum venulas plures apice anastomosantes v. liberas emittentibus. Indus. convexum, demum revolutum. (Frons herbacea, pinnata, v. pinnatifida, pinnis pinnatipartitis serratis; fertilis interdum contracta. — *Reg. trop. et temp. orbis fere totius.*) . . . . Woodwardia. SM.
3. — *lineares, ad utrumque costae latus in quavis lacinula solitarii,* supra costam conniventes v. contigui, v. confluentes. Venae simpl., liberae v. apice (prope laciniae marginem) venula transversa sporangifera junctae. Indus. submarginale, convexum. (Frons deltoid. v. bipinnato-decomposita, herbacea; indusia opposita quasi in unum bivalve conniventia. — *Afr. austr., Ind. or.*) Onychium. KLFS.

‡‡ ***Sori ad utrumque costae latus in unum continuum confluentes*** (rarissime discreti contigui v. distantes), totas fere lacinias frondis percurrentes. Indusium membranaceum. Sporae oblongae, laeves. — (*Reg. trop. et temp. tot. fere orbis.*)

1. *Sori lineares et indusia* (plana) *intramarginalia, costae contigua v. subcontigua, a margine frondis semper distantia.* (Frons fertil. et steril. conform., coriac. v. herbacea, pinnata v. pinnatifida, raro bipinnatifida v. simpl., venis furcatis subparallel. liberis, rarius apice venula marginali connexis (*Salpichlaena*, J. *Sm.*) margine plano, rarius revoluto; stipes interdum scandens.) . . . . Blechnum. (L.) WILLD.
2. — *totam fere frondis paginam occupantes,* indusio paulo intra marginem v. ex ipso orto convexo, demum revoluto et lacero. (Frons fertil. contracta, sterilis et nervatio *Blechni.*) . . . Lomaria. WILLD.

‡‡‡ ***Sori ad utrumque costae latus 2 paralleli, laxi, lineares, totam laciniam percurrentes, venis 2 longitudinalibus insidentes,*** demum confluentes, indusio communi membranaceo e margine frondis orto convexo tecti. Sporangia sparsa, brevissime stipitata, annulo lato. Sporae 3-gono-globosae, trifariam concentrice costatae. (Filices annuae, aquaticae; frondes sinuato-1-2-pinnatifidae v. decompositae, venis longitudinalib. remote anastomosantibus; fertiles contractae, lacin. linear. — *Reg. trop. et subtrop. tot. fere orbis.*) . . . . Ceratopteris. BRONGN.

> * Sporangiorum annulus articulatus fere completus. . . . . *Ceratopteris*, HOOK.
> ** — — — basilaris brevissimus. . . . . *Parkeria*, HOOK.

c. ***Indusium duplex, exterius spurium*** (frondis margo revolutus) ***herbaceum continuum,*** soris omnibus cujusque laciniae commune, interius proprium membranaceum soros singulos circumdans v. a latere interiore tegens. Sori rotundi, confluentes, sporangiis pedicellatis, annulo subcompleto, sporis oblong. (Frondes pinnatipartitae, steriles herbaceae planae, fertiles rigidae, contractae.)

1. *Indus. spurium marginib. conniventib. haud coalescens;* propria inter soros septiformia. Venae pinnatae, liberae. — (*Eur., Asia et Amer. bor.*) . . . . Struthiopteris. WILLD.
2. — *spurium marginibus conniventib. in formam baccae subglobosae coalescens,* demum apertum, propria soros involventia lacera. Venae in fronde sterili reticulatae, in fertili liberae. — (*Amer. bor.*) . Onoclea. L.

II. Sori lineares, discreti, costae marginique frondis v. laciniar. obliqui (v. pag. sequ.).

FILICES.

Subordo I. *POLYPODIACEAE.*

(Continuat.)

A.*I*.B.†

Tribus VI. *ASPLENIEAE.*

II. Sori lineares (raro subrotundi, v. Athyrium) ***discreti, costae marginique frondis v. laciniarum obliqui***, raro (si laciniae valde angustae) paralleli (cfr. Acropteris). Indusium laterale.

A. Venae fertiles uno tantum latere sporangiferae.

a. ***Indusia omnia introrsum hiantia*** (i. e. margine libero costam frondis v. laciniarum spectantia. Venae v. venulae latere superiore (s. interiore) sporangiferae.

1. *Indus. planum* (rarius convex.). *Venae omnes liberae*, rarius et nonnisi apice anastomosantes. (Frons pinnata v. bipinnatifida v. subdecomposita, rarius simplex; venae simpl. v. furcatae v. pinnatae, costa saepe obsoleta v. excentrica. — *Totus orbis.*) . . . . Asplenium. (L.) R. Br.

   - α. *Venae venulaeque ubique liberae.* (*Asplenium*, J. Smith.)
     - * Sori lineares, in quaque lacinia plures divergentes, obliqui. Indus. planum. *Asplenium*, Willd.
     - ** — — — — — — margini fere paralleli. Indus. planum. *Acropteris*, Link.
     - *** — — — — — plerumque solitarii. Indus. planum. . . . *Darea*, Willd.
     - ****— abbreviati, subrotundi v. oval. Indus. convexum. . . . . *Athyrium*, Roth.
   - β. *Venae parallelae, apice vena marginali connexae*, caeterum liberae. (Frons simpl.) . . . . *Neottopteris*, J. Sm.
   - γ. — *versus marginem reticulatim anastomosantes* et vena marginali connexae. (Frons pinnata). . . . . *Hemidictyum*, Pr.

2. *Indus. convexum, cylindricum. Venae reticulatim anastomosantes*, venulis marginalibus liberis. (Frons pinnata, pinnis angustis integris. — *Ind. or.*) . . . . Allantodia (R. Br.) J. Sm.

b. ***Indusia alterne introrsum et extrorsum hiantia***, i. e. margine libero alterne introrsum (sursum) et extrorsum (deorsum) spectantia. Sori lineares, per paria approximati et invicem oppositi, altero superiori (interiori) altero inferiori (exteriori) venulae lateri inserto, demum saepius confluentes et quasi indusio communi medio fisso bivalvi praediti. (Frons in statu normali simplex.)

1. *Venae furcatae, venulis liberis sorisque parallelis.* — (*Eur., Amer. et Asia trop. et temp.*) . Scolopendrium. Sm.
2. — *reticulatim anastomosantes.* Sori saepe subdivergentes. — (*Amer. bor. et trop.*) . . Camptosorus. Link.

B. Venae fertiles utroque latere sporangiferae (sori bilaterales), (in *Diplazio* ex parte uno tantum latere soriferae). Indusia e venae medio orta utrinque (extrorsum et introrsum) versa, contigua v. in unum peltatum soros geminos separans connata.

1. *Venae ultra sorum superficialem, anguste linearem continuatae.* (Frons simplex v. pinnata- v. 2-3-pinnatifida. — *Reg. trop. et subtrop. totius orbis.*) . . . . Diplazium. Sw.
   - a. Venae costaeformes, pinnatae, venulis intercostalibus connexae. . . . . . *Callipteris*, Bory.
   - b. — pinnato-furcatae, venulis subparallelis versus apicem anastomosantibus. *Oxygonium*, Pr.
   - c. — furcatae v. pinnatae, omnes venulaeque liberae. . . . . *Diplazium*, J. Sm.
2. *Venae soro brevi oblongo foveolae semiimmerso prope marginem frondis terminatae.* (Frons bipinnata, pinnularum costa excentrica, venae radiantes furcatae, omnes liberae, venula sorifera simplex, steriles furcatae apice clavatae. — *Amer. trop., Ind. or.*) . . . . Didymochlaena. Desv.

Tribus VII. *ASPIDIEAE.*

III. Sori rotundi v. subrotundi, discreti (cfr. Cyclosorus). Indusium saepius orbiculare peltatum v. reniforme. (Totus orbis.) . . . .

A. Indusium planum (raro in Lastraea convexum v. demum concavum) subrotundum peltatum v. reniforme. (Frons pinnata v. bipinn. v. decomposita, raro 3-loba simplex. Truncus interdum arboreus. — *Reg. trop. et temp. totius orbis.*) . . . . Aspidium. Sw.

‡ **Venae v. venulae varie anastomosantes**, nonnullae saepe liberae. (*Exoticae.*)

a. Sori nonnisi anastomosibus insidentes, rotundi, seriati v. sparsi, indusio orbiculari peltato, rarius reniformi. Venae costaeform., composite reticulatae, venulae liberae steriles. . . . . *Aspidium*, J. Sm.

b. — *tam venulis liberis quam ipsis anastomosibus insidentes.*

1. Venae furcatae in areolas inaequales soriferas coeuntes, venulis liberis apice soriferis. (Caet. Aspidii.) . . . . *Sagenia*, Pr.
2. — costaeform. pinnatae, venulae furcatae, medio soriferae, infimae tantum anastomosantes (saepe steriles). Indus. reniforme obsoletum? decid. . . . . *Pleocnemia*, Pr.
3. — venulaeque subaequales flexuosae, a costa inde in areolas obliquas subrhomboideo-oblongas coeuntes, venulis liberis 1-3 intra areolas rectis simplicib., aliis medio v. basi soriferis, aliis sterilib. Indus. orbiculare peltat. *Cyrtomium*, Pr.
4. — pinnatae, subcostaeform., venulae simpl. infra apicem pleraeque soriferae, pleraeque liberae, superiores tantum anastomosantes. Indus. peltatum. . . . . *Phanerophlebia*, Pr.
5. — costaeform., pinnatae, venulis simpl. v. furcatis medio v. basi soriferis, infimis 1-2 cum oppositis coeuntib., caeteris liberis. Sori 1-seriati (in *Cyclosoro*, Link, demum in unum continuum linearem intramarginalem confluentes). Indus. reniform., raro peltat. . . . . *Nephrodium*, Rich.

c. Sori nonnisi venulis liberis infimis apice insidentes. Indus. cordato-subrotund. Venae furcatae, reticulatae, venulae infimae et extimae liberae. (Frons simpl., integerr., fertilis angustata.) . . . . *Fadyenia*, Hook.

‡‡ **Venae venulaeque omnes liberae** (cfr. Oleandra).

1. Sori apici venulae inferioris exterioris insidentes, seriati. Indus. reniforme. Venae furcatae, subparallelae, steriles apice clavatae. (*Exoticae.*) . . *Nephrolepis*, Schott.
2. — venis (simpl. v. furcatis) apice in marginem incrassatum desinentib. parallelis prope basin insidentes, subsparsi. Indus. reniforme, raro peltat. (Frons simpl. — *Exot.*) . . . . *Oleandra*, Cav.
3. — venularum apici v. medio inserti, seriati, interdum demum confluentes. Indus. reniform., laterale. Venae costaeform., pinnatae. Frons fertil. (in *Arthrobotryde*, Wall.) interdum contracta. (*Europ. et exot.*) . . . . *Lastraea*, Bory.
4. — Lastraeae. Indus. orbiculare, peltat. (demum saepe infundibulare), raro excentricum reniforme. Caet. omn. Lastraeae. (Frons saepius rigida, spinuloso-serrata. — *Europ. et exot.*) . . . . *Polystichum*, Roth.

B. Indusium cucullato-inflatum, ovatum v. subrotund., basi affixum, hyalinum, saepe acuminatum v. margine dentato-lacerum. (Sori, nervatio et habitus Lastraeae. — *Totus fere orbis.*) Cystopteris. Bernh.

Tribus VIII. *DICKSONIEAE.*

†† Sori indusio concavo v. bivalvi v. calyciformi impositi v. inclusi.

I. Sporangia pedicellata. Receptaculum punctiforme, obsoletum.

A. Sori cum indusio pedicello e venula emerso libero suffulti, rotundi. Sporangia compresso-ovoidea, annulo subcompleto. Indus. membranaceum. (Frons 2-3-pinnata, venis pinnatis liberis.)

1. *Indus. cupulaeforme, reniformi-subrotundum*, extus hirtellum, medio sulcato-depressum, demum utrinque reflexum, persist., pedicello brevi, receptaculo parvo clavato. (Sori secus laciniarum costam 1-seriati. — *Nepal., Abyssin.*) . . . . Hypodematium. Kze.
2. — *subglobosum, clausum, deinde e vertice 2-3-valve v. irregulariter rumpens*, glabriusculum. Receptac. hemisphaer. (Sori ad basin laciniarum pauci. Venae steriles apice clavato intra marginem desinentes. — *Nepal.*) . . . . Sphaeropteris, Wall.

B. Sori sessiles (v. pag. sequ.).

FILICES.

Subordo I. POLYPODIACEAE. Trib. VIII. *DICKSONIEAE.*

(Continuat.)

A.*I*.B.††*I*.

B. Sori cum indusio sessiles.

a. Indus. globosum, clausum, demum e centro irregulariter rumpens, membranaceum, basi persist. Receptac. punctiforme. Sori rotundi, venulis medio insidentes, in utroque laciniarum latere 1-seriati. (Frons 2-3-pinnatifida, venis simpl. v. furcat. v. pinnat. liberis. — *Amer. et Asia trop. et temp.*) . . . . Diacalpe. Bl.

b. — *patens, pateraeforme v. planum, hyalinum, margine fimbriato-ciliatum.* Sori intramarginales.

1. *Indus. pateraeforme, rotundum. Receptac. punctiforme, obsolet.* Sori rotundi. Venae simpl. v. furcatae v. pinnatae, liberae, venulae apice v. medio soriferae. (Frons 2-3-pinnatifida, plerumque squamosa v. pubesc. — *Reg. temp. et frigidae Eur., Asiae et Amer.*) . . . . Woodsia. R. Br.

2. — *planum, oblongum.* Sori oblongi, utroque latere *receptaculi e media vena emersi cristaeformis glanduliferi* inserti, paralleli, demum in lineam confluentes. Sporae subtrigonae. (Frons bipinnatifida, villosa, subtus in rhachi nervisque praecipue glandulis globosis sessilib. conspersa; venae costaeform., pinnatae, venulis simpl. parallel., infimis in arcum costae parallelum coeuntib., superiorib. liberis fertilib., soris costae marginique obliquis, 1-seriatis, demum in unum continuum linearem intramarginalem confluentib — *Ind. or.*) . . . . Sphaerostephanos. J. Sm.

3. *pateraeforme, subrotundum. Receptac. punctiforme, obsolet.* Sori rotundi, seriati v. sparsi. Sporae sphaeroid., echinulatae. Venae costaeform., composite anastomosantes, anastomosibus soriferis, venulis liberis intra areolas excurrentib. sterilib. (Frons simpl., basi auriculata, v. 3-loba. — *Ins. Trinitat.*) . . . . Hypoderris. R. Br.

c. Indus. patens, pateraeforme subintegrum, herbaceum (textura frondis). Sori marginales, rotundi, ipsos frondis dentes exserte terminantes. Receptac. obsolet. Sporae ovoid. (Frons pinnatipartita, venae costaeform. pinnatae, venulae primariae parallelae, in marginis dentes excurrentes, soro terminatae, secundariae minute reticulatim anastomosantes. — *Ins. Sandvic.*) . . . . Deparia. Hook. et Grev.

d. — *bivalve, rarius cupuliforme, basi tantum affixum,* parte superiore e dente frondis plus minus alterato formata. (Frons pinnata v. 2-3-pinnatifido-decomposita; venae pinnatae v. furcatae, liberae, apice soriferae. — *Reg. trop. et temp. tot. orb.*) Dicksonia. L'Her.

α. Indus. cupuliforme, breve, subcoriaceum, ore integerrimo truncato, persist. Sori submarginales, semiexserti, globosi; receptac. minuto. Sporae 3-gonae. . . . . *Patania, Pr.*

β. — cupuliforme, breve, ore bilabiato, labiis conniventib. concavis, demum patentib., interiore membranaceo semilunari, exter. e frondis dente formato subherbaceo operculiformi. Sori marginales, rotundi, parvi; receptac., punctiforme. Sporae oval. v. subtrigonae. . . . . *Dicksonia, Link.*

γ. — profunde bivalve, demum patens, valvulis plus minus inaequalib., exteriore majore cuculliformi coriacea v. herbacea, interiore concava tenuiore v. herbacea. Sporangia annulo completo v. subcompleto. Sporae subtrigonae.

1. *Receptaculum parvum, convex.* Sori paulo intra marginem siti. . . . . . *Cibotium, Kaulf.*
2. — *conspicuum, subglobosum.* Sori marginales. . . . . *Balantium, Kaulf.*

e. Indus. infundibulare v. breve cupuliforme, frondi adnatum, parte exteriore (indus. spurio s. ipsius frondis margine) herbacea subplana, interiore (indus, vero) membranacea, convexa, ore truncato v. subbilabiato. Sori submarginales, infra marginis incisuras, rarius dentium dorso inserti, venarum venularumve apici insidentes. Sporangia annulo completo v. incompleto. Sporae ovoideae v. subtrigonae. (Frons pinnata v. 2–3-pinnata, saepius decomposita, raro simpl.; venae simpl. v. furcatae v. pinnatae, liberae. — *Reg. trop. et temp. tot. fere orbis.*) . . . . Davallia. Sm.

1. Indus. proprium (interius) nullum? Sori foveolis marginalib. immersi. . . . . *Prosaptia, Pr.*
2. — proprium reniforme, a margine remotiusculum. . . . . *Saccoloma, Kaulf.*
3. — urceolatum v. infundibuliforme, ore truncato. . . . . *Davallia, Link.*

II. Sporangia in receptaculo venae dorso imposito sessilia v. subsessilia, annulo excentrico verticali v. obliquo v. transverso. Sporae 3-gonae v. 3-lobae. Indusium receptaculi (saepe elevati) basi insertum (cfr. Matonia). (Filices saepius arborescentes, fronde pinnata v. 2-3-pinnatifido-decomposita.) . . . . **Tribus IX.** *CYATHEACEAE.*

a. Indusium spurium, herbaceum (e frondis lacinulis margine revolutis formatum) ab initio subglobosum fere clausum, sensim vertice aperto cupuliforme, insertione laterali obliquum. Receptac. globosum, stipitatum. Sporangia 00, subsessil. vertice depressa, annulo excentrico incompleto lato. (Frons coriac, nitida, pinnis inferiorib. totis fertilib., superiorib. sterilib., venis liberis simpl. v. furcatis apice soriferis. — *Ins. Juan Fernandez*). . . Thyrsopteris. Kze.

b. — *(verum) herbaceum, depresso-globosum, peltatum,* vertice umbonato clauso cum receptaculi apice connatum, margine revoluto infra sporangia contracto soluto (initio cum receptaculi basi connato?). Sporangia subsena, sessilia, basi receptaculi columnaris apice dilatati inserta, subglobosa, annulo lato obliquo subtransverso fere completo. (Frons coriacea, subtus glauca, pinnis secundis, lacin. costatis; venae simpl. v. furcatae, superiores liberae, steriles, infimae anastomosantes; sori in centro areolae subrotundae ad basin laciniae infra v. rarius etiam supra costam sitae, venulis sorum versus radiatim convergentibus. — *Penins. Malacca.*) . . . . Matonia. R. Br.

c. — *(verum) scariosum, cupuliforme v. pateraeforme,* sorum cingens (cfr. Cnemidaria), et juniorem includens, truncatum v. lobatum. Sporangia indefinita, sessil. v. subsessil., obovata v. oblique cuneata. (Venae simpl, v. furcatae v. pinnatae. — *Reg. trop. et subtrop. tot. orbis.*) . . . . Cyathea. (Sm.) R. Br.

1. *Venae omnes liberae, in sinu furcaturae soriferae.* Indus. cupuliforme, ore truncato integro v. irregulariter laciniato. Receptac. sphaeroid. v. conic. v. clavatum (in *Disphenia, Pr.*, demum bipartitum). Sporang. sessil. v. subsessil., oblique cuneata, striata, annulo incompleto latiusculo. . . . . *Cyathea, Hook.*
2. — *omnes liberae, medio dorso soriferae.* Indus. 6-part., lobis subaequalib. integris demum patentib. Recept. hemisphaer. Sporang. breve pedicellata, obovata, reticulata, annulo angusto fere completo. *Schizocaenea, J. Sm.*
3. — *pinnatae; venulae medio dorso soriferae,* infimae in arcum venuliferum anastomosantes, superiores liberae. Indus. lacero-multifidum, demum patens (interdum dimidiatum). Recept. parv., hemisphaer. Sporang. sessil., cuneata, subobliqua, reticulata, annulo lato subcompleto. . . . . *Cnemidaria, Pr.*

d. Indusium scariosum, dimidiatum (nec sorum totum cingens), ovato-oblong., lacerum., squamiforme, ad basin interiorem sori situm. Recept. conoid. Sori rotundi, in laciniarum basi solitarii. Sporang. 00, sessil., obovata, reticulata, annulo verticali lato semicompleto. (Venae pinnatae, parce squamuligerae, liberae, venula infima superior dorso inferne sorifera. — *Afr. austr., Amer. trop.*) . . . . Hemitelia. R. Br.

e. — *obsoletum, in lacinias filiformes 00 totum sorum cingentes solutum.* Sori rotundi, secus laciniarum costam utrinque 1-seriati rarius sub-pluriseriati v. sparsi, venarum v. venularum dorso v. bifurcationi inserti, interdum confluentes. Sporangia obovata, reticulata, annulo latiusculo semicompleto v. subcompleto. (Venae simpl. v. furcatae v. pinnatae liberae. — *Reg. trop. et subtrop. tot. orbis.*) . . . . Alsophila. R. Br.

1. Receptac. sessile globos., v. depresso-disciforme. Sporang. breve pedicellata. . . *Trichopteris, Pr.*
2. — — globos. v. conico-cylindr. elevatum. . . . . *Eualsophila, nob.*
3. — punctiforme. Sporangia sessilia. . . . . *Metaxya, Pr.*

III. Sporangia in receptaculo venam terminante sessil. v. subsessilia (v. pag. sequ.).

FILICES.

Subordo I. *POLYPODIACEAE.*

A. *I*. B. †† (Continuat.)

Tribus X. *HYMENOPHYLLEAE.*

III. Sporangia in receptaculo venam terminante (venae continuo) ***columnari sessilia v. subsessilia***, indefinita, reticulata, annulo completo excentrico obliquo v. transverso. Sporae rotundato-trigonae. Indusium cyathiforme, textura frondis, sorum cingens v. includens. (Filices elegantes, caudice repente, fronde tenera, hygroscopia, subpellucida reticulato-venosa, stomatibus destituta, varie laciniata. Sori marginales, laciniis adnati v. exserti. — *Reg. trop. et temp. totius orbis.*)

1. *Receptac. cylindric. v. subclavatum, inclusum, undique sporangiis tectum.* Indus. frondis marginem superans, latere fissum, bivalve, ore irregulariter denticulato v. subintegro. Sporang. subsessil., annulo obliquo, angusto. . . . . Hymenophyllum. Sm.
2. — *filiforme, apice exserto basique saepius sterile.* Indus. sub-intramarginale, indivis., ore truncato subintegro. Sporang. sessil., annulo lato transverso. . . . . Trichomanes. L.
3. — *filiforme, semiexsertum, undique fertile.* Indus. (Trichomanis) extus apice fissum. Sporang. pedicellata, filis clavatis mixta, annulo obliquo lato. — (*Nov. Zeeland.*) . . . . Loxsoma. R. Br.

Tribus XI. *GLEICHENIACEAE.*

II. Annulus latus costatus v. striatus oblique transversus. Sporangia subglobosa, sessilia, reticulata, introrsum longit. dehiscentia. Sporae ovoid. v. obtuse 3-lobo-3-gonae. Indusium spurium aut saepius nullum. (Rhizoma repens; frons coriacea, pinnata v. saepius dichotomo-bipinnata, bifurcatione saepius gemmifera. — *Reg. trop. totius orbis et temp. hemisphaer. austral.*)

1. *Indusium spurium*, ex laciniarum margine revoluto (2-lamellato, ex Hook.) formatum. Sporangia in soris solitariis punctiformib. solitaria v. pauca, subglobosa, pulvere intermixta, annulo striato. (Frons simpliciter pinnata, lacin. subrotundis, venis simpl. liberis. — *Nov. Holl.*) . . . . Platyzoma. R. Br.
2. — *nullum. Sori ad basin laciniarum solitarii*, superficiales v. (in *Calymella*, Pr.) semiimmersi, 1-3-4-capsulares. Sporang. subgibbo-globosa, annulo striato. (Frons dichotoma, venis pinnatis, simpl., inferiorum superiore apice sorifera.) . . . . Gleichenia. Sm.
3. — *nullum. Sori secus laciniarum costam utrinque sub-1-2 seriati*, 3-6-capsulares (rarius indefinite 00-capsulares, *Dicranopteris*, Bernh.) superficiales. Sporang. venulae dorso inserta, subturbinato-globosa, annulo transverso costato. (Habitus *Gleicheniae*; venae pinnatae liberae, v. in *Stichero* Pr. reticulatae.) . . . . Mertensia. Willd.

Tribus XII. *SCHIZAEACEAE.*

III. Annulus spurius completus, sporangii vertici adnatus, e centro radiatim striatus. Sporangia sessilia v. (in Lygodio) brevissime pedicellata, subglobosa v. ovoidea, reticulata, rima longitudinali dehiscentia. Sporae trigono-sphaeroideae v. conicae. (Frons fertil. contracta, venae simpl. v. furcatae, liberae, rarius in Aneimia reticulatae.)

a. Sori singuli indusio vero squamaeformi cucullato, venis transverse adnato tecti, monocarpi, in frondis lacinulis marginalib. angustis alterne biseriati. Sporangia in quoque soro solitaria, pedicello brevissimo e media venula orto transverse imposita. Sporae inermes. (Stipites volubiles; frons composita, conjugata v. pinnata v. palmata, lacin. lobatis v. integris, fertilib. margine quasi spiculigeris. — *Reg. trop. et subtrop. tot. orbis.*) . . . . Lygodium. Sw.

b. — indusio spurio herbaceo (margine frondis revoluto) tecti, amorphi, simplicem sporangiorum seriem subcontinuam marginalem sistentes. Sporae laeves. (Filicula caespitosa; frondes bipinnatae, glabrae v. paleaceo-pilosiusculae, aliae totae v. superne tantum fertiles. — *Afr. austr., ins. Mascaren.*) . . . . Mohria. Sw.

c. — nudi, indusio nullo v. obsoleto. (Frons fertilis dissimilis, longe stipitata. — *Reg. trop. et subtrop. tot. orb.*)

1. *Sporangia secus costam laciniarum linearium utrinque 1-2-seriata*, indusio communi obsoleto spurio (margine inflexo, membranaceo) continuo demum patente praediti. Sporae laeves. (Frondes caespitosae, steriles simpl., linear., v. dichotome flabellato-laciniatae; fertiles resupinatae pinnatae, v. conjugato-bipinnatae, pinnis saepe dimidiatis, lacin. pectinato-oppositis conniventib. intus soriferis et plerumque piligeris.) . . . . Schizaea. Sm.
2. — *in laciniis frondis* (bipinnatae v. decompositae) *ad solam fere costam redactis 2-seriata* (quasi paniculata) omnino nuda. Sporae saepe echinulatae. (Frondes caespitosae 2-3-pinnato-decompositae, aliae totae fertiles aut steriles, aliae inferne fertiles, superne steriles.) Aneimia. Sw.

B. EXANNULATAE,

i. e. annulo sporangia cingente nullo, rarius obsoletissimo (cfr. Osmundaceae), praeditae.

I. Vernatio frondis circinata.

Subordo II. OSMUNDACEAE.

A. Sori nudi, amorphi, aut rotundi v. oblongi mox confluentes. Indus. plane nullum. Sporang. sessil. v. brevissime pedicellata, subglobosa, laxe reticulata, hinc prope verticem annuli lati transversi brevis rudimento striato interdum gibbo praedita, fissura longitudinali (saepius extrorsum) dehiscentia. Sporae ovoideae, medio ventre puncto impressae. (Frondes caespitosae, herbac. v. coriac., bipinnatifidae, venis simpl. v. furcat. v. pinnat. liberis utrinque prominulis.)

1. *Laciniae frondis fertiles contractae*, spicas oblongas dense fructiferas nunc laterales simplices nunc terminales paniculatas referentes. (Frons aut pinnis summis aut mediis tantum fertilis, rarius tota steril. v. fertil. — *Reg. trop. et temp. tot. fere orbis.*) . . . . Osmunda. L.
2. — *fertiles foliaceae, planae* (nec contractae) subtus demum fere totae sporangiis dense tectae. Sori initio discreti, oblongi, mediis venis insidentes, mox confluentes. (Pinnae cum rhachi subarticulatae, pinnulis inferiorib. tantum soriferis. — *Afr. austr., Australia.*) . . . . Todea. Willd.

Subordo III. MARATTIACEAE.

B. Sori distincti, saepius sporangiis connatis quasi multiloculares, medio venarum dorso insidentes, nudi v. indusio tecti. (Frons fertil. haud contracta.)

1. *Sori nudi, sparsi, concavo-hemisphaerici*, e sporangiis 10-20 in orbem concretis, demum rima verticali introrsum apertis formati. Sporae ovoid., laeves. (Frons ampla, subcarnosa, palmatipartita, venis costaeform., pinnatis, venulis reticulatim anastomosantib. — *Java, ins. Philippin.*) . . . Kaulfussia. Bl.
2. — *nudi, oblongi, intra marginem in seriem continuam dispositi*, costae marginique oblique transversi, e sporangiis 2-seriatis, connatis demum discretis emarginato-obovatis rima longit. introrsum dehiscentib., receptaculo lineari fimbriato e vena prominulo utrinque insertis formati. Sporae globosae, laeves. (Caudex demum maximus, depresso-placentiformis; frondes bipinnatae, pinnis elongatis carnoso-coriac. costatis, venis simpl. v. furcat. parallel. liberis. — *Ind. or., Oceania trop.*) . . . . Angiopteris. Hoffm.
3. — *indusio tecti, oblongi v. lineares, sporangiis 2-seriatis connatis multiloculares*, margini costaeque laciniarum obliqui v. transversi. (Frondis rhachis saepius articulata; venae pinnatae, venulis simpl. v. furcat. parallel. liberis; lacin. fertiles saepe minores.)

a. Sori lineares, paralleli, contigui, a costa ad marginem fere usque extensi, totam fere paginam occupantes, singuli indusio membranaceo demum lacero-reflexo cincti. Sporangia oblique ovata, vertice poro rotundo aperta. Sporae subglobosae, echinulatae. (Frons simpl. v. pinnata, rhachi saepe alata. — *Amer. trop.*) . . . . Danaea. Sm.

b. — oblongi, juxta marginem 1-seriati approximati v. distantes, convexi, fissura longitudinali 2-partiti (quasi bivalves), valvis 00-locularib. demum patulis intus planis et serie pororum oblongorum verticalium apertis. Indus. coriac., soro adnatum. Sporae ovoideo-subreniform., subechinulatae. (Frons bipinnata v. subdecomposita. — *Amer. trop., Afr. austr., Ind. or., Austral.*) . . . . Marattia. Sw.

Subordo IV. OPHIOGLOSSEAE.

II. Vernatio frondis stricta (nec circinata).

Sporangia in spicis simpl. v. compositis (fronde contracta) sessilia, subglobosa, coriacea, evasculosa, semibivalvia. Sporae farinaceae. (Frondes e rhizomate v. stipite geminae, biformes, altera sterili foliaceo-expansa venosa simpl. v. laciniata, altera fertil ad rhachin simpl. v. ramosam redacta.)

a. Sporangia in spicam ramosam distiche disposita, discreta, 1-loc., transverse dehisc. Sporae subtrilobo-globosae. (Frons sterilis basi fertilem vaginans, pinnata v. 2-3-pinnatifida, herbac. v. subcarnosa, venis pinnat. v. flabellat. simpl. v. furcat. liberis. — *Hemisphaer. bor. et reg. antarct.*) . . Botrychium. Sw.

b. — in spicam simplicem subcylindricam glomeratim disposita, basi longitudinaliter dehisc., 1-loc., plerumque 3-4 dorso invicem connata et nonnulla solitaria. Sporae ovoid. (Frons steril. palmato- v. pedato-composita. Caet. Botrychii. — *Ind. or., Austral., Amer. trop.*) . . Helminthostachys. Klf.

c. — in spicam simplicem distiche disposita, transverse dehisc. (Frons steril. reticulato-venosa.)

1. *Sporangia 1-locularia.* (Frons steril. indivisa, plerumque ovata; spica solitaria. — *Totus orbis.*) . . . . . Ophioglossum. (L.) Sw.
2. — *incomplete 2-locularia.* (Spicae 2 e basi frondis sterilis linearis indivisae v. apice furcatae. — *Ind. or., Oceania.*) . . . . Ophioderma. Bl.

CCLXXI. LYCOPODIACEAE.

A. Organa fructificationis biformia; alia (*Antheridia*, Spring, *Sporangia*, Link) 1-locularia, vertice bivalvia, brevissime pedicellata, erecta, oblonga, rarius cordato-subglobosa, sporulis innumeris (farinaceis) globosis (semper?) echinulatis repleta; alia (*Oophoridia*, Spring, *Antheridia*, Link) 3-4-lobo-subglobosa, 3-4-cocca, globulos 3-4 continentia, nunc illis aequalia et intermixta, nunc majora et ad basin spicae solitaria. (Folia dimorpha, 4-sticha, rarissime homomorpha polysticha; spicae 4-gonae, bracteis 4-stiche imbricatis. — *Reg. temp. et praecipue trop. totius orbis.*) . . . . Selaginella. Spring.

B. — fructificationis uniformia (oophoridia nulla).

1. *Sporangia* **1-*locularia***, vertice (raro prope basin) rima transversa 2-valvia, sub-sessil., didymo-reniformia v. transverse ovalia; sporis 00 farinaceis globosis, quaternatim in corpuscula 3-gona congestis, facie contigua quadriquetris. (Folia uniformia, aequilatera, raro dimorpha, 8-16- raro 4-fariam disposita; sporangia vel sparse axillaria v. in spicas cylindricas undique imbricato-squamatas disposita. — *Totus orbis.*) . . . . Lycopodium (L.) Spring.

2. — **2-*locularia***, didymo-oblonga, subcompressa, rima verticali loculicide 2-valvia, in folior. axillis solitaria, sessilia. Sporae subreniform., laeves, pellucidae. (Hba. parasit.?, caul. pendulis subsimpl., conferte foliatis, fol. spars. sessil. angust. integris. — *Austral., ? Californ.*) . . . . . Tmesipteris. Bernh.

3. — **3-*loc.***, 3-lobo-subglobosa, e vertice loculicide 3-valvia, secus ramulos sparsa, in axilla folior. rudimentariorum setiformium solitaria, sessil. Sporae Tmesipteridis. (Hba parasit.; caul. dichotome ramosus, erect. v. pendulus, compress. v. subtriqueter, folia praeter rudimenta geminata denticuliformia nulla. — *Reg. trop. et subtrop. orbis fere totius.*) . . . . Psilotum. Sw.

CCLXXII. RHIZOCARPEAE.

I. Herbae submersae, acaules, trunco brevissimo, disciformi, inferne radiculas cavas, e vertice depresso folia dense congesta subulata, stricta, fragilia, canalibus 4 aëreis parallelis transverse septatis percursa, emittente. . . . . *Subordo I.* ISOETEAE.

Sporocarpia foliorum basi dilatatae concavae sub squamula cordiformi et processu membranaceo semilunari immersa et dorso adnata, subrotunda, plano-convexa, tenue membranacea, intus filis transversis e pariete dorsali radiantibus multilocellata; sporangia filis affixa, alia ovata, glabra, quaternatim connata, demum discedentia, granula elliptica hinc linea longit. notata continentia; alia majora, tetraëdro-globosa, crusta granulosa irregulariter secedente obducta, linea annulari inaequaliter bipartita, parte majore superiore e centro radiatim 3-costata, germinatione undique in truncum excrescentia. — (*Europa, Asia, Amer. bor.*) Isoetes. L.

II. — in paludosis repentes, rhizomate filiformi radicante, fronde sparsa stipitata vernatione circinata; sporocarpia capsulaeformia, uniform., subglobosa, frondis stipiti basi v. medio inserta, solitar. v. aggregata, 2-4-locularia, loculis sporangia dimorpha, imperfecta (mascula?) et perfecta (sporis ellipt. v. subglobosis repleta) continentibus. . . *Subordo II.* MARSILEACEAE.

1. ***Sporocarpia ad basin stipitum frondis lamina destitutis subulatis sessilia, 4-loc.;*** placentae in loculis perpendiculares, inferne sporangiis perfectis, superne imperfectis obsitae. — (*Europa.*) . . Pilularia. Vaill.

2. — ***in basi v. supra basin stipitis frondis apice cruciatim 4-foliatae pedicellata*** v. subsessilia 2-loc., loculis transverse plurilocellatis; placentae in locellis horizontales; sporangia perfecta singula imperfectis 2 v. 4 basi stipata. (Frondis foliola natantia, subverticillata, haud articulata. — *Totus fere orbis.*) . . . . Marsilea. L.

III. Herbae natantes, radiciculosae, pinnatim v. radiatim ramosae, fol. alternis simpl. cellulosis astomis, saepe papillosis. Sporocarpia prope foliorum basin sita, dimorpha, alia ♂? (antheridia) 1-2-locularia, corpuscula angulata v. globosa includentia; alia ♀ (sporangia) capsulaeformia, sphaeroidea, pedicellata, aggregata, sporis referta. . . *Subordo III.* SALVINIACEAE.

1. ***Sporocarpia ♂ et ♀ consimilia juxtaposite congregata***, pedicellata, discreta, subglobosa, costata, pilosa, membrana duplici (indusio?) formata, basi intus receptaculo sporifero placentaeformi clavato libero praedita; ♂ globulis cellulosis pedicellatis materia glutinosa refertis, ♀ sporangiis ovoideis (majorib.) pedicellatis foeta, membrana cellulosa sporam solitariam solidam includente demum irregulariter rupta. — (*Hemisphaer. bor., Amer. austr.*) . . . . Salvinia. Mich.

2. — ***♂ et ♀ dissimilia***, tenue membranacea, reticulata; ♂ obovata, discreta v. lateri ♀ adplicita, sessilia, membrana demum circumscissa corpuscula 2-1 oblonga materia grumosa farcta includentia; ♀ ovoidea, sporangia 00 globosa pedicellis longis e basi orta sporis globosis pilosis repleta continentia. (Hbulae pusillae, fere Jungermanniae facie. — *Amer. bor. et austr. Austral.*) . Azolla. Lam.

Classium et ordinum conspectus diagnosticus.

A. Vegetabilia vascularia,
i. e. vasis perfectis (spiralibus, striatis, punctatis, etc.) in caule, ramis et organorum foliaceorum nervis fasciculos formantibus simulque in epidermide partium aëri expositarum stomatibus praedita.

I. DICOTYLEDONEAE,
cotyledonibus 2 oppositis, raro pluribus verticillatis aut coalitione unica; trunco saepe lignoso, plerumque e fibrarum stratis annotinis concentrice annularibus tubum medullarem centralem circumdantibus et cortice vero inclusis composito; foliis alternis, oppos. v. verticillatis, saepe petiolatis v. vere compositis, articulatis v. stipulatis, reticulato-venosis; flore plerumque completo 5-mero, etc.

† DIPLOCHLAMYDEAE,
flore integumento proprio duplici, calyce et corolla, praedito, (raro apetalo).

A. Dialypetalae (s. polypetalae) petalis omnino inter se discretis (raro basi v. apice leviter cohaerentibus, cfr. Anonaceae, Menispermaceae, Polygalinae, Pittosporeae, Tamariscineae, Dipterocarpeae, Ternstroemiaceae, Olacineae, Ampelideae, Leguminosae, Loranthaceae).

I. Hypogynae s. thalamiflorae, petalis et staminib. disco hypogyno, saepe turgido v. in gynophorum elevato insertis, (raro perigynis, cfr. Samydeae, Homalineae, Caryophyllinae, Ternstroemiaceae, Tropaeoleae, Terebinthaceae).

A. Dialycarpae, carpophyllis (ovariis) in singulo flore pluribus (raro solitariis) inter se omnino liberis (raro coalitis). . . . . **Classis I. *POLYCARPICAE.***

a. Stamina petalis alterna aut saepius indefinita; anth. rimis longitudinalib. (raro poris term.) dehisc.

‡ **Flos 5-sepalus, 5-petalus** (raro 3-4-merus v. apetalus). Sem. albuminosa.

1. *Calyx deciduus* (raro persistens), saepe coloratus, interdum irregularis. Ovaria aut numerosa, in receptaculo elevato dense spicata v. capitata, libera, 1-ovulata, demum nucamentacea indehisc.; aut pauca in receptaculo obsoleto verticillata, 00-ovul., demum follicularia ventre dehisc., raro solitar. 1-sp. baccata, v. in caps. pluriloc. connata. (Hbae, pleraeque acres venenatae, raro frut., fol. plerumque alt. et palmatim v. pedatim laciniat.) . . . . RANUNCULACEAE. Tab. p. 1. (Comm. p. 3.)
2. — *persistens* (raro decid.) saepe coriac. inaequalis. Ovar. 00-1, interdum ventre cohaerentia, 1-00-ovul. Fr. follicular., ventre dehisc., v. indehisc., baccatus, 00-1-sp. (Arb. v. frut., rarissime hbae.; fol. plerumque alt., exstip., coriac., indivis., dentat., fl. plerumque flavis.) . . . . . DILLENIACEAE. p. 2. (4.)

‡‡ **Flos 3-merus,** sepalis et pet. 3 v. 6 (raro 2 v. 4, v. pet. 00).

α. ***Folia stipulis membranaceis caducis*** (raro nullis) ***praedita,*** alterna, integerr. v. raro lobata. Sep. et pet. (interdum 00) aestiv. imbricata. Stam. 00. Ovar. 00 (raro pauca) libera v. cohaer., saepius in receptac. elevato spicata, 1-loc., loc. 1-2-v. biseriatim 00-ovulat. Fr. follicular. v. lignoso-capsular., dehisc., v. samaroid., interdum strobilaceus. Sem. saepe funiculo longo appensa. (Arb. v. frut., fl. plerumque solitar. specios.) . . . . MAGNOLIACEAE. p. 3. (5.)

β. — ***exstipulata.***

* Flor. ☿, completi (raro abortu imperfecti) plerumque axillar. v. lateral. solitar. v. fasciculati. Sep. 3, interdum connata. Pet. 6, aestiv. valvata, raro connata v. nulla. Stam. et ovar. 00 (raro pauca) receptac. convexo v. stipitiformi inserta. Fr. multiplex, carpidiis siccis v. carnos. interdum connatis 1-00-sp. (Arb. v. frut.; fol. alt., simpl., integerr., penninerv.) . . . . ANONACEAE. p. 4. (5.)

** — abortu 1-sexuales, incompleti (rarissime perfecti). Sep. plerumque 3-12, imbricata, decid., interdum basi connata. Pet. plerumque 6, imbricata, 2-seriata, v. (praecipue in fl. ♀) nulla, interdum minuta glanduliformia v. connata. Stam. definita v. indefinita, libera v. monadelpha. Ovaria 3-6-9-00, disco elevato insidentia, raro coalita, 1-loc., 1-2-ovulata. (Frut. sarmentosi v. volub., fol. alt.) . . . . MENISPERMACEAE. p. 5. (6.)

1. *Folia simpl., penninerv., integerr. v. denticulata.* Anth. saepe connatae. Carpidia baccata, capitata v. spicata, 1-2-sp. Sem. sublunata, embr. parvus in basi album. copiosi rectus. (Fl. solitar. v. fascic.) . . . . *Schizandraceae.*
2. — *simpl., saepius cordata lobata v. peltata,* nervis palmatis v. peltatis. Anth. discretae, 2- v. 4-loc. Drupae v. baccae 1-sp. Sem. rectum v. hippocrepicum, album. parco v. 0, embr. magno. (Fl. monoici v. dioic., racemosi v. panic.) . . . . *Menispermeae.*
3. — *digitato-composita, 3-2-foliolata.* Stam. 6, filam. in tubum connatis v. liberis; anth. liberae. Carpidia 3-6-9, baccata, v. drupac. v. follicular. 00-1-sp., facie inter. ubique seminifera. Embr. in basi album. copiosi minutus. (Racemi ax.) . . . . *Lardizabaleae.*

b. Stam. petalis numero aequalia (raro dupla) et opposita; filam. complanata, saepe irritabil.; anth. extrorsae, 2-loc., valvulis (raro rimis longit.) dehisc. Flor. ☿, completi (raro nudi), solitar. v. racemosi v. panic. Sep. 3-6-9 (raro 4) 1-3-seriata, imbricata, decid. Pet. 6-9 (raro 0) sepalis opposita, basi saepe glandulosa v. calcarata. Ovar. 1, 1-loc., ovulis parietal. 1-2-seriat., stig. subsessili saepe crasso peltato. Bacca, v. caps. inflata v. siliquaeform., 1-oligosp. Sem. albuminosa. . . . . BERBERIDACEAE.

1. *Embryo axilis, albumen fere aequans,* radic. longa. (Frut., fol. alt. simpl. v. 1-foliolat. v. pinnat. saepius spinuloso-serrat., interdum stipulat.) . . . . *Berberideae.* p. 6. (7.)
2. — *in basi albuminis minutus,* saepe excentr. v. umbilico obliquus, radic. brevi. (Hbae perenn., fol. radical., v. caulin. alt., ternat. v. 2-3-ternat. v. palmatilobis.) . . *Podophylleae.* p. 6. (8.)

B. Syncarpae, ovariis in singulo flore pluribus (raro solitar.) inter se plus minus connatis (raro discretis, cfr. Nymphaeoideae).

I.) Ovaria 2-00, aut tota discreta, aut in germ. pluriloculare et stigmate sessili peltato coronatum connata. **Classis II. *NYMPHAEOIDEAE.***

a. **Herbae aquaticae, fol. natant. planis cordat. v. peltatis.** . . . .

1. *Germina* 00 *disci carnosi, ampli, obconici foveolis immersa, libera,* 1-2-ovul., styl. brevib., stig. parv. subpeltatis. Embr. exalbum., plumula vaginula inclusa. (Caet. et habitus Nymphaeae.) . . . NELUMBONEAE. p. 6. (9.)
2. — 2-00, *disco obsoleto imposita, libera,* verticillata, ovulis 2-3 superpositis pendulis. Fr. follicular., indehisc., 1-3-sp. Embr. ad basin albuminis carnosi nuclei sacculo inclusus. (Fol. natantia peltata integerr., submersa capillaceo-decomposita; pedunc. ax. 1-fl., fl. parv.) . . . . HYDROPELTIDEAE. p. 6. (8.)
3. — 00, *verticillata, inter se et cum disco hypog. connata,* 00-ovulata. Fr. baccatus, 00-sp., interdum inferus. Embr. nuclei sacculo inclusus, albuminis cavitati superficiali semiimmersus. Sepala 4-6, interdum connata. Pet. et stam. 00. (Fol. cordata v. peltata subintegra, natant.; pedunc. 1-fl., fl. natant. saepe ampli.) . . . . NYMPHAEACEAE. p. 6. (9.)

b. **Herbae paludosae, acaul., fol. scyphoideis,** petiolo tubuloso, lamina parva operculiformi, etc. . . . . SARRACENIACEAE. p. 334. (247.)

II.) Ovaria 2-00 connata. Fr. 1-2- v. incomplete 00-loc., indehisc. v. marginicide dehiscens, placentis parietal. cum stigmatibus v. valvulis (saepius deciduis) alternantib., persist., nerviformib. v. septa incompleta formantibus. Sepala et pet. plerumque 2 v. 4, decidua, libera. Stam. 6 (raro 4 v. 12) v. 00; anth. 2-loc., longit. dehisc. (Hb. v. frut., fol. alt.) . . . . **Classis III. *RHOEADEAE.***

a. **Sepala 2, decidua.** Sem. albuminosa. (Hbae v. suffrut., fol. plerumque pinnatifid., exstip.)

1. *Stam.* 00, *libera* (raro pauca). Pet. 4 aequal., plana, libera, aestiv. corrugato-complicata (raro nulla). Caps. siliquaeform. v. sphaeroid., 1- v. incomplete 2-00-loc., 00-sp., etc. (Plantae succo lacteo, croceo v. sanguineo v. rarius aqueo scatentes.) . . . . PAPAVERACEAE. p. 7. (9.)
2. — 6, *diadelpha* (3: 3). Pet. 4, varie gibbo-concava, exteriorum posticum v. utrumque basi calcaratum. Fr. 1-sp. indehisc., v. siliquaeform. 00-sp. etc. (Succus aqueus). . . . . FUMARIACEAE. p. 8. (9.)

b. **Sepala 4-7. Pet. 4** (raro 2-5-8 v. nulla), saepe inaequalia. Sem. exalbuminosa. (Succus aqueus.)

1. *Germ. 2-loc.,* 00-*ovulat.* (raro 3-4-loc.). Siliqua v. silicula 2-valv., raro indehisc. v. articulata. Sep. et pet. 4. Stam. 6 tetradynama (raro 4) etc. (Hbae v. suffrut. saepe acres, fol. exstip. plerumque pinnatifid., sem. oleos.) . . . . CRUCIFERAE. p. 9. (10.)
2. — *1-loc., saepe stipitatum, placentis 2-plurib. parietal.* 00-ovulat. interdum septiform. Caps. 2-valv. v. indehisc., v. bacca. Sem. 00-pauca. Flor. saepe irregul. Sep. 4. Stam. 6-8-00, aequal. v. inaequal. (Hb. v. saepius frut. v. arb.; fol. alt., raro oppos., simpl. integra v. digitata, stip. 2 saepe spinos. v. obsoletis.) . . . . CAPPARIDEAE. p. 17. (15.)
3. — *1-loc., 3-gon. v. 3-6-lobum, vertice hians,* placentis 3-6 parietal. v. in columnam centr. connatis 00-ovul. Caps. v. bacca. Cal. persist., 4-7-part., saepe inaequal. Pet. 4-7, raro 2-0, saepius inaequal., laciniata. Stam. 3-40. (Hb. v. frut., fol. alt. saepius pinnatifid., stip. minut. glanduliform., fl. racemos.) . . . . RESEDACEAE. p. 18. (16.)

III.) Germ. 2-loc. Antherae poris terminalib. dehisc. (v. pag. sequ.).

Conspectus classium et ordinum diagnosticus.

(Continuat.)

(**A.I.†A.I.*B.*** Dicotyledoneae polypetalae hypogynae syncarpae.)

III.) Germen 2-loc., loc. 1-pauciovulatis, ovulis septi apici appensis. Fr. loculicide 2-valv. (rarius indehisc.), loc. 1-sp. Sem. carunculata v. comosa, albuminosa. Stam. 8 (raro 4 v. 10), anth. poro terminali dehisc. Flor. saepe irregular., gamopetali. (Hb. v. frut., fol. exstip., alt., raro oppos. v. verticill.) . . . . **Classis IV. *POLYGALINAE.***

1. *Flor. regular.*, ax., solitar. Cal. 4-5-sep. v. 4-5-part., aestiv. valvata. Stam. 8 v. 10 libera, geminatim petalis (4-5) opposita; anth. 2- v. 4-loc., apice 1-porosae. . . . . . . TREMANDREAE. p. 22. (20.)
2. — *irregular.* (subpapilionacei) racemosi v. spicati v. solitar. Sep. 5 (raro 3 v. 4) inaeq., aestiv. imbricata. Pet. 5 (raro 3-4) plerumque valde inaequal. et in naviculam coalita. Stam. 8 (raro 4) filamentis plerumque in tubum declinatum superne fissum connatis, anth. 1-loc. . . . . POLYGALEAE. p. 23. (20.)

IV.) Germ. 1-loc. v. incomplete 2-5-loc., placentis parietal. nerviform. v. septiformib. Fr. indehisc. v. saepius loculicide dehisc., valvis medio placentiferis. (Cfr. supra, p. 123., *Peponiferarum* sect. prior germine supero.) . . . . **Classis V. *PARIETALES.***

a. Fructus superus. Folia exstipulata.

1. *Calyx 5-sep. v. 5-part., decid.*, aestiv. imbric. Cor. 5-pet. v. 5-part., aest. imbric. Stam. 5, petalis alterna, interdum subsecunda, anth. rimis longit. v. poro term. oblongo dehisc. Caps. v. bacca complete v. incomplete 2-5-loc., placentis septiform. interdum axin attingentib. Sem. 00 v. pauca, albuminosa. (Arb. v. frut., interdum scandent., fol. alt. simpl., fl. ax. v. term. v. oppositifol. solitar. v. racemos. v. cymos. regular.) . . PITTOSPOREAE. p. 66. (47.)
2. — *gamosepalus, tubulos., 4-5-fid., costatus, persist.*, aestiv. subimbricata. Pet. 4-5, intus lamella adnata solubili aucta, aestiv. imbricato-subcontorta, unguib. longis. Stam. 6-5, petalis alt., interdum basi submonadelpha, anth. extrors. 2-loc. longit. dehisc. Caps. calyce inclusa, 1-loc., 2-4-valv., placent. nerviform. Sem. album. (Hb. v. suffrut., fol. oppos. v. verticill. v. alt. simpl. integerr., fl. term. v. alar. solitar. v. cymos. regular.) . . . . FRANKENIACEAE. p. 22. (20.)
3. — *5- (raro 4-) sepalus v. 5-fid., persist.*, aestiv. imbric. Cor. 5-4-pet. v. tubulosa 5-fida. Stam. 5-10-12-00, libera v. monadelpha v. polyadelpha, anth. introrS. 2-loc. longit. dehisc. Caps. 1-5-loc., 2-5-valv., septis completis v. incompl. v. demum evanescentib. Sem. 00 v. subsolitar., album. v. exalb. (Suffrut., frut. v. arb.; fol. alt., saepe minuta conferta carnosula; fl. regular., spicati, rarius solitar. term.) . . . . TAMARISCINEAE. p. 129. (93.)
4. — *nullus v. 2-00-sepalus, sep. interdum 1-lateralib. Cor. 0. Stam.* 1-2-00. Caps. 2-3-loc., 00-sp., septifrage dehisc., valvis placentas in columnam centralem connatas nudantib. Sem. exalbum. (Hb. aquat., fol. alt. integr. v. laciniat., fl. ax. v. term. solitar. v. spicat. v. varie aggregat.) . . . . PODOSTEMEAE. p. 122. (88.)
5. — *5-sep., v. 5-part., persist.*, aestiv. imbric. Pet. 5, marcesc., imbric. Stam. 5 v. 10-20, libera, anth. extrors. 2-loc. longit. v. basi v. apice poro dehisc. Caps. 1-3-loc., 2-3-valv. Sem. 00 v. pauca, albuminosa. (Hb. saepe acaul., v. suffrut.; fol. radical. v. alt., simpl. integra v. pedatifida, aut articulato-1-foliolata, ciliis saepius glanduliferis marginata v. obsita, saepe tactu sensibilia, vernat. circinata.) . . . . . . DROSERACEAE. p. 22. (19.)

b. Fructus superus. Folia stipulis 2 munita (stip. saepe caducis v. obsoletis, cfr. Bixaceae, Samydeae). Sem. albuminosa. Anth. introrsae, 2-loc., plerumque longit. dehisc.

1. *Flor. ☿ irregular., saepe calcarati, rarius regular., plerumque ax. solitar.* Pet. 5, aestiv. convoluta. Stam. 5, petalis alt., raro 00 et pro parte sterilia; anth. connectivo superatae. Styl. 1, persist. Caps. 1-loc., 3-valv. v. indehisc., valv. medio (raro margine) seminiferis. Sem. 00-1, saepe carunculata. (Hb. v. frut., fol. alt., raro oppos., saepius dent. v. incis.) . . . . VIOLARIEAE. p. 20. (18.)
2. — *☿ regular., solitar. term. v. racemosi v. corymbosi.* Sep. 5 inaequal. (exter. 2 minora, rarius deficientia). Pet. 5, aestiv. contorta. Stam. 00, libera. Styl. 1, decid. Caps. 1-loc. v. placentis septiformib. interdum axin attingentib. complete v. incomplete 3-10-loc., 3-10-valv. Sem. 00 v. pauca. (Hb. v. frut., fol. oppos., raro verticill. v. alt., integr.) . . . . CISTINEAE. p. 19. (17.)
3. — *regular., ☿ v. abortu diclines, ax. solitar. v. congesti, rarius term. paniculati.* Cal. 3-5-sep. v. 4-12-part., persist. v. decid., aestiv. imbric. v. subvalvata Pet. aestiv. imbricata v. nulla. Stam. 00, libera, extima saepe steril., anth. interdum poris term. dehisc. Fr. 00-sp. Sem. saepe arillata. (Arb. v. frut., fol. alt. simpl. integerr. v. dentat., stip. petiolar. caducis v. nullis.) . . . . BIXACEAE.
   - *α. Stylus 1, simplex.* Fruct. dehisc. capsular., v. indehisc. . . . . BIXINEAE. p. 19. (17.)
   - *β. — v. stigma multiplex.* Fruct. indehiscens. . . . . FLACOURTIANEAE p. 18. (16.)
4. *Flor. ☿, regular., apetali*, ax. glomerati v. umbellati v. corymbosi, rarius solitar. Cal. persist. 4-5-fid. v. 4-5-part., aestiv. imbric. v. valv. Stam. calycis fundo v. summo tubo inserta, lobis numero aequal. v. dupla-quadrupla, basi monadelpha, alterna interdum sterilia squamiform. Styl. 1 simpl. v. 3-fid. Caps. subcarnosa 1-loc., 3-5-valv. Sem. 00, saepe arillo lacero praedita. (Frut. v. arb., fol. alt. simpl. saepius serrat. et pellucido-lineolat.) . . . . SAMYDEAE. p. 72. (52.)

c. Fruct. semiinferus (rarissime superus) 1-loc., capsular. v. baccat., apice plurivalvis, placent. 2-5. Sem. pauca v. 1, pendula, albuminosa. Styli 2-5 liberi v. basi coaliti. Fl. ☿, apetali?, regular., spicati v. racemosi v. paniculati. Cal. 10-30-fid., patens, lobis 2-seriatis, interiorib. (petalis?) angustiorib. subpetaloideis. Stam. summo calycis tubo inserta, subdefinita, libera, anth. 2-loc. introrS. longit. dehisc. (Arb. v. frut., fol. alt. simpl. integr. v. dent., stip. decid. v. nullis.) . . . . HOMALINEAE. p. 73. (52.)

V.) Germ. 1-loc., placenta centrali libera, rarius pluriloc., loc. in angulo centr. seminiferis. Fr. capsular., raro baccaceus. Stam. definita (cfr. Portulaceae) libera. Flor. nonnunquam apetali. (Hb., raro frut.; fol. oppos., raro verticill. v. alt., simpl., integra, plerumque angusta.) . . . . **Classis VI. *CARYOPHYLLINAE.***

a. Semina albuminosa. Germ. 1-loc., raro perfecte v. basi tantum 2-4-loc.

1. *Fol. opposita (v. verticill.) exstipulata*, saepius basi connata. *Stam. hypogyna*, sepalis numero plerumque dupla, rarius aequal. v. pauciora. Fr. plerumque 1-loc. et apice dentib. 4-10 dehisc. CARYOPHYLLEAE. p. 24. (20.)
2. — *opposita, exstipulata. Stam. perigyna.* Utriculus 1-sp. . . . . SCLERANTHEAE. p. 133. (97.)
3. — *oppos. (raro alterna), stipulis scariosis. Stam. perigyna*, sepalis plerumque numero aequalia. Germ. plerumque 1-ovulat. . . . . PARONYCHIEAE. p. 132. (96.)
4. — *alterna v. subopposita, stip. nullis v. setaceis v. scarios. Stam.* 2-20, *exteriora petalis (dum adsunt) opposita* saepiusque eorum unguibus inserta. Germ. 1-8-loc., basi interdum calyci subadnatum. . . . . PORTULACEAE. p. 130. (94.)

b. Semina exalbuminosa. Caps. 3-5-loc., ad suturas dehisc., 00-sp. Styli 3-5. Stam. hypogyna, 10, raro 3 v. 6 v. 8. (Fol. oppos., stip. interpetiolar. saepius incisis.) . ELATINEAE. p. 131. (95.)

VI.) Germ. pluriloc., loculis in angulo centrali seminiferis (rarius ovaria plura omnino discreta, cfr. Malvaceae, Sterculiaceae, Gruinales, Rutaceae, Terebinthaceae).

A. Stamina indefinita (raro definita, cfr. Sterculiaceae, Buettneriaceae, Tiliaceae, Guttiferae) saepissime monadelpha v. polyadelpha.

a. Calycis aestivatio valvata (rarissime imbricata, cfr. *Hugoniaceae*), corollae convoluta v. contorta, rarius imbricata. (Arb. v. frut., rarius hbae, pube plerumque stellata v. rarius nulla; fol. alt., stipulata, rarissime exstip., plerumque palminervia dentata v. lobata.) . . . . **Classis VII. *COLUMNIFERAE.***

1. *Calyx persistens* (raro decid.). *Stam. 00, monadelpha, anth. 1-loc.* (sterilia nulla). Caps. loculicide dehisc. 00-sp., v. 00-cocca (raro baccacea) cocc. 1-oligosperm. Album. parcum. Embr. arcuatus. . . . . MALVACEAE. p. 26. (22.)
2. — *persist. Stam. definita, alterna saepe steril., libera v. mono- v. polyadelpha, anth. 2-loc.* Sem. album. v. exalb. (Caet. fere Malvacear.) . . . . BUETTNERIACEAE. p. 32. (26.)
3. — *deciduus. Stam.* 00, *alte monadelpha, anth. subbiloc.* Pet. saepe nulla. Fr. plerumque capsular., 00-sp. (Caet. fere Buettneriacear.) . . . . STERCULIACEAE. p. 28. (24.)
4. — *decid. Stam.* 00 (rarissime definita) *libera v. basi mono-polyadelpha, anth. 2-loc.*, loc. rima longit. v. valvula apicali dehisc. Pet. integra, rarius laciniata v. nulla. Fr. saepe lignosus, echinat. v. alatus. Album. carnos., raro 0. . . . . TILIACEAE. p. 36. (28.)

b. Calycis aestivatio imbricata (v. pag. sequ.).

Conspectus classium et ordinum diagnosticus.

(Continuat.)

(A. *I.* + *A.* I. *B.* VI.) *A.*) Dicotyledon. polypetalae, hypogynae, polyandrae, germ. pluriloc., placent. central.) — Tribus VIII. *LAMPROPHYLLAE.*

b. Calycis aestivatio imbricata.

α. Stipulae convolutae, ramulos acumine conico terminantes, deciduae (raro in Chlaenaceis persist. v. nullae?). Flor. completi, regular., ax. v. term., racemosi v. corymbosi v. paniculati. Cal. persist. Cor. aestiv. convolutiva. Stam. 00, raro definita; anth. introrsae, 2-loc., longit. dehisc. Germ. superum, 3-loc.; ovula in loc. 2 collateral. (raro plura) pendula. Styl. 1. Fr. 3-1-loc., indehisc. v. 3-valv. (Fol. alt., v. ad basin ramulor. opposita, integerr.)

1. *Sem. exalbuminosa. Cal. nudus*, 5-sep. *v.* 5-*part.*, lobis 2-3 interdum majorib. demum excrescentib. alaeform. Cor. 5-pet. v. 5-part. Stam. basi interdum per paria connata; anth. connectivo loculos superante cuspidatae. (Arb. succo resinoso, fol. et pedicellis articulat.) . . . . DIPTEROCARPEAE. p. 35. (27.)
2. — *albuminosa. Cal. involucello gamophyllo persist. inclusus*, 3-*sepalus*. Pet. 5, raro 6. Stam. urceolo hypogyno crenato intus inserta, filam. liberis. (Frut. scandent. v. saepius arb., fol. coriac. glabr.; flor. 2 saepe involucro communi demum aucto v. bracteis 2 stipati.) . . . . CHLAENACEAE. p. 35. (27.)

β. Stipulae nullae (rarissime in Ternstroemiaceis geminae).

1. *Folia simplicia, alterna, dentata* (raro oppos. v. palmatiloba v. integerr.). Cal. 3-5-00-sepal. v. partitus, basi interdum germini adnatus. Pet. 3-00, basi interdum connata, aestiv. imbric. v. subcontorta. Stam. pluriseriata, hypogyna v. imo calyci inserta, libera v. ima basi mono-v. polyadelpha, saepe petalis basi adhaerentia. Germ. 2-5-loc. (junius saepe 1-loc.), ovulis 00 v. paucis plerumque pendulis. Caps. loculicide dehisc. v. bacca. Sem. saepe arillata. Album. saepe parcum v. 0. (Arb. v. frut. succo aqueo, infl. varia.) TERNSTROEMIACEAE. p. 40. (29.)
2. — *simpl., opposita, integerr., coriac.* (raro verticill. v. alt. v. dent.). Sep. et pet. saepius quaterna. Sem. aptera. Album. nullum. Embr. rectus, radic. minuta. (Arb. v. frut. succo resinoso flavo. Caet. fere omn. Ternstroemiacearum.) . . . . GUTTIFERAE. p. 42. (31.)
3. — *simpl., alterna, integerr.* (raro subserrata). Fr. plerumque baccatus. Album. 0. Embr. incurvus, radic. longa infera. Caet. fere omn. Guttiferarum. (Arb. v. frut., saepe scandent.; fl. umbellati v. spicati v. racemosi; pedicelli articulati saepius bracteas sacciformes interdum 2-auriculatas equitantes gerentes.) MARCGRAVIACEAE. p. 44. (32.)
4. — *simpl., opposita* (rarius verticill.) *integerr. v. glanduloso-denticulata.* Sem. saepius alata. Album. 0. Embr. rect. v. arcuat., radic. cotyledonib. plerumque longior. caet. fere omn. Guttiferarum. (Hb., frut. v. arb., succo resinoso v. aqueo.) . . . . HYPERICINEAE. p. 44. (33.)
5. — *digitato-3-5-foliolata, opposita*, foliol. coriac. subserratis, etc. . . . RHIZOBOLEAE. p. 43. (32.)

C.) ***Stamina definita***, sepalorum numero aequalia v. dupla v. tripla (raro 00; cfr. Ochnaceae, Terebinthaceae).

a. Germinis loculi v. ovaria sepalis pauciora, 3-2-1 (rarissime 5, cfr. Coriarieae). Fr. saepius alatus, loc. plerumque 1-sp. Sem. exalb., raro albuminosa. Calycis et corollae aestiv. imbricata, raro valvata. (Arb. v. frut. rarissime hbae.) . . . . Classis IX. *MALPIGHINAE.* p. 51. (37.)

b. Germinis loc. v. ovaria sepalis numero aequalia, plerumque 5 (raro plura v. pauciora, cfr. Ampelideae).

* Stam. manifeste monadelpha (raro polyadelpha v. libera, cfr. Olacineae, Aurantiaceae, Ampelideae). Arb. v. frut., raro hbae. . . . . Classis X. *HESPERIDES.*

α. Folia alt., simplicia, penninervia, integerrima, exstipulata. Stam. libera aut basi tantum connata. Sem. albuminosa. Embr. axil., rad. supera.

1. *Petala 5, libera, aestiv. imbricata v. contorto-convolutiva.* Stam. 10, rarius 00, filam. basi in tubum connata, superne interdum polyadelpha, phalangib. cum petalis alternantib., anth. connectivo superatis, etc. . . . HUMIRIACEAE. p. 47. (34.)
2. — 4-6 *(raro nulla) aestiv. valvata*, libera v. staminum ope omnia aut nonnulla geminatim connexa. Stam. 4-6 v. 8-12, libera v. petalis basi adnata, alterna interdum sterilia, etc. . . . . OLACINEAE. p. 45. (33.)

β. Folia alt. pinnatim composita v. lobata, penninerv. exstipulata, (raro 1-foliolata v. digitato-3-5-foliolata, v. simpl., v. subopposita). Corollae aestiv. imbricata v. contorto-convolutiva v. valvata. Stam. petalor. numero dupla, raro 00. (Arb. v. frut., cirrh. 0.)

1. *Stam. filam. in tubum cupuliform. v. saepe elongatum alte connata.* Album. carnosum v. nullum. Fr. saepius capsular., dehisc. etc. . . . MELIOIDEAE. p. 47. (34.)
2. — *filam. libera v. semilibera, v. mono- v. polyadelpha.* Bacca carnosa v. sicca. Album. nullum, etc. (Fol. egregie pellucido-punctata.) . . . AURANTIACEAE. p. 46. (34.)

γ. Folia palminervia, simpl. v. palmatim lobata v. composita, saepe stipulata (raro pinnata v. 2-pinnata). Pet. 4-5, aestiv. valvata, interdum apice calyptratim cohaerentia. Stam. 4-5 petalis opposita. Bacca 2-5-loc., loc. 2-1-sp. (Arb. v. frut., raro hb., plerumque scandent., pedunc. oppositifol. saepius in cirrhos mutatis, fol. alt. v. infimis oppos.) . . . . AMPELIDEAE. p. 51. (36.)

** Stamina libera v. vix ima basi monadelpha (raro polyadelpha, v. Geraniaceae; aut apice cohaerentia, cfr. Balsamineae). Corollae aestiv. imbricata v. convolutiva v. contorta (raro valvata, cfr. Terebinthaceae).

1. *Pet. et stam. hypogyna, disco obsoleto v. vix elevato* (raro calyci) *inserta*, (cfr. Tropaeoleae). Caps. 3-5-loc., (raro carnosa v. achaenia 2-5 discreta) septicide in cocca plura 1-2-sperma secedens; aut 00-sp. loculicide dehisc., valv. elastice dissilientib. aut axi seminiferae adhaerentib. Sem. album. v. exalb. (Hb. v. frut., fol. alt. v. opp., stip. v. exstip., fl. regul. v. irregular.) *Obs.* Ordinib. hujus classis insuper adnumeres *Limnantheas* (tab. p. 135, comm. p. 99.). . . . . Classis XI. *GRUINALES.* (s. Geranioideae.) p. 57. (41.)
2. — *et stam. disco hypogyno conspicuo saepe in gynophorum elevato inserta.* Ovar. 3-5 (raro pauciora v. plura) connata v. (in Zanthoxyleis, Simarubeis et Ochnaceis) discreta, 1-2-ovulata (rarissime 00-ovul., v. Zygophylleae). Fr. 3-5-coccus, raro loculicide dehisc. v. samaroid. v. baccaceus v. drupaceus. Sem. album. v. exalb. (Arb. v. frut.; fol. alt., saepe pinnata, raro stipulata; fl. interdum abortu 1-sexual. v. apetali.) . . . . Classis XII. *RUTACEAE.* (inclus. Ochnaceis.) p. 59., 66. (43., 47.)
3. — *et stam. perigyna*, calycis fundo v. tubo inserta (raro hypogyna, cfr. Amyrideae, Cassuvieae, Juglandeae). Ovar. distincta v. connata, interdum basi calyci adnata (cfr. Juglandeae, Cassuvieae) 1-2-ovul. Fr. plerumque indehisc., siccus, baccatus v. drupaceus. Sem. exalbum., rarius albuminosa. (Frut. v. arb., succo saepe resinoso; fol. alt, exstip., pinnata v. 3-foliolata, rarius simpl. v. stipulata; fl. saepe 1-sexual. apetali.) . . . . Classis XIII. *TEREBINTHACEAE.* p. 74. (53.)

II. Perigynae s. calyciflorae,

petala et stam. calycis tubo v. fauci (raro imo fundo) inserta.

A. Germen* 1** (rarissime in Leguminosis quibusdam plura discreta) ***superum, 1-loc., ovulis 00, raro paucis. Fr. leguminosus, raro subdrupaceus v. samaraeform. Sem. exalbuminosa. Flor. ☿, completi, rarius abortu 1-sexual. v. apetali, plerumque irregular., papilionacei, petalis discretis v. varie connatis. Stam. 10 (raro pauciora) saepe 00, libera aut mono-v. varie diadelpha. (Arb., frut. v. hb., fol. plerumque alt., stipulat., compositis.) . . . . Classis XIV. *LEGUMINOSAE.*

1. Germen ex ovario unico constans, placenta solitar. . . . . . . *Leguminosae verae*, p. 78. (56.)
2. — ex ovariis 3 connatis constans, 1-loc., placentis 3 parietalib. *Moringeae*, p. 78. (56.)

B. Germen ex ovariis pluribus connatis v. rarius discretis constans, etc. (v. pag. sequ.)

Conspectus classium et ordinum diagnosticus.
(Continuat.)

(**A.I.†A.II.** Dicotyledoneae polypetalae perigynae s. calyciflorae).

B. Germen ex ovariis pluribus connatis (raro discretis v. unico) *constans* (cfr. Combretaceae, Frangulaceae, Corniculatae, Umbelliflorae).

I.) Fruct. superus v. inferus, ovariis v. loculis in angulo centrali ovula 00 (rarius 2-1) gerentibus.

A.) Stamina indefinita (petalorum numero tripla v. multipla, rarissime definita). . — **Classis XV. *ROSIFLORAE.***

a. Sem. exalbuminosa, in quoque carpidio 2-1 (rarissime plura, cfr. Spiraeaceae, Pomaceae). Fruct. superus, rarius inferus, carpidiis siccis v. carnosis saepius discretis aut receptaculo impositis aut calycis tubo inclusis.

1. *Folia alterna, stipulata* (raro exstip.) simpl., dentata v. lobata v. varie composita, raro integerr. Cal. 5-, raro 4-fid., aestiv. imbric. v. valvat. Pet. 5 (raro 4 v. 0) aestiv. imbric. Stam. libera. Fr. superus v. inferus, siccus v. baccat. — ROSACEAE. p. 101. (71.)

2. — *opposita, exstipulata*, simpl., penninerv., integerr. Cal. 00-fid., lobis pluriseriatis colorat. imbricat. Cor. 0. Stam. libera v. basi coalita. Achaen. 00, calycis tubo carnoso inclusa, 1-sp. . . . . — CALYCANTHEAE. p. 106. (75.)

b. Sem. albuminosa. Fr. inferus, 00-sp., capsular. lignos. dehisc., v. baccatus. Cal. 4-5-00-fid., aestiv. valvat., rarius integer. v. calyptratus. Pet. 4-5-00, aest. imbric. v. convoluta, raro calyptrata v. 0. Stam. libera v. mono-polyadelpha. — MYRTINEAE. p. 106. (75.)

B.) Stamina definita (petalor. v. sepalor. numero dupla v. aequal., raro pauciora v. indefinita, cfr. Lythrarieae, Combretaceae, Rhizophoreae, Ficoideae).

a. Semina exalbuminosa (raro albuminosa, cfr. Halorageae), in quoque carpidio plura (rarius abortu solitaria, cfr. Onagraceae, Rhizophoreae, Combretaceae). . . . . . . — **Classis XVI. *CALYCANTHEMAE.***

* Calyx gamophyllus, lobis aestivatione valvatis.

1. *Folia opposita v. verticillata, exstip., palmatim 3-9-nerv.* (rarissime penninerv.) saepe crenata v. ciliato-serrulata. Flor. regular. Cal. 3-6-fid. Pet. 3-6, aestiv. contorta. Stam. petalor. numero dupla, alterna saepe minora v. steril., anth. poris term. (rarissime rimis longit.) dehisc. Fr. calycis tubo inclusus, liber v. adnat., capsular. v. baccat., 2-6-loc., 00-sp. . . . . — MELASTOMOIDEAE. p. 111. (79.)

2. — *oppos. v. verticill. (raro alt.) exstip., penninerv., plerumque integerr.* Fl. regular. v. irreg. Cal. 4-12-fid., dent. alternis exteriorib. saepe nanis, tubo basi saepe gibbo v. subcalcarato. Pet. 4-6, aestiv. imbricata, raro 0. Stam. petalor. numero dupla v. tripla, raro aequal. v. 00, anth. longit. dehisc. *Fr. superus*, siccus, 00-sp. . . . . — LYTHRARIEAE. p. 117. (83.)

3. — *alt. (rarius oppos.) exstip., penninerv., saepius dentata v. laciniata.* Fl. regular., raro irreg., plerumque 4-meri. Cal. 4-fid., raro 3-2-fid. Pet. 4 (raro 3-2-0) aestiv. contorta. Stam. 8, raro 4-1, anth. longit. dehisc. *Fr. inferus*, siccus v. baccat., 4-1-*loc.*, 00-1-sp. . . . . — ONAGRACEAE. p. 120. (85.)

4. — *alt. v. oppos., exstip., penninerv., integerr. v. dentata.* Fl. regular., nonnunquam apetali, 4-5-meri. Stam. calycis lobis dupla, raro aequal. v. 00, anth. longit. dehisc. Germ. inferum v. semiinf., 1-loc.; ovula 2-5 ex apice pendula. Fr. 1-loc., coriac. v. drupac. v. membranac., plerumque 1-sp. Embr. radic. supera, cotyl. spiraliter convol. v. plicatis. (Arb. v. frut., fl. plerumque spic. v. racem. v. capit.) — COMBRETACEAE. p. 110. (78.)

5. — *oppos., penninerv., integerr., coriac., stipulis interpetiolarib. utrinque solitar. decid.* Fl. regular. Cal. 4-12-fid. Pet. 4-12, saepe laciniata. Stam. 8-00, saepius geminatim petalis opposita, anth. longit. dehisc. Fr. inferus v. semiinferus, raro superus, saepius coriac., abortu 1-loc. 1-sp. Germ. 3-4-raro 1-loc., loc. 2-6-ovulatis. . . . . — RHIZOPHORACEAE. p. 119. (84.)

** Calyx 5-sepalus v. 5-part., sep. aestiv. imbricatis inaequalib., superiore saepius calcarato. Pet. 1, rarius 2-5, aestiv. convoluta v. imbric. Stam. 1-5, plura plerumque steril. v. rudimentaria, anth. longit. dehisc. Germ. superum, 3-loc., raro inferum 1-loc., loc. 1-00-ovul. Fr. plerumque capsular. (Fol. oppos. v. verticill., raro alt., penninerv., integerr., saepe stipulata.) — VOCHYSIEAE. p. 119. (85.)

b. Semina albuminosa (raro exalbum., cfr. Surianeae). . . . . — **Classis XVII. *CORNICULATAE.***

* Embryo axilis.

1. *Ovaria* 2, *rarius* 3-5, *aut discreta aut inter se et saepius cum calyce connata*, plerumque 00-ovulata. Fr. capsular., septicide dehisc., raro indehisc. etc. (Hbae, raro subcarnosae, v. frut. v. arb.; fol. stip. v. exstip., interdum oppos. v. verticill. v. composita.) . . . . . — SAXIFRAGACEAE. p. 136. (99.)

2. — 5-00, *verticillata, discreta v. connata, a calyce libera*, ovulis 00 biseriatis, raro paucis Styli liberi, angulo dorsali continui subterminal., breves, persist. Caps. pluriloc., loculicide dehisc., v. folliculi plures discreti sutura ventrali dehisc. (Hb. v. frut. carnos., fol. exstip.) — CRASSULACEAE. p. 134. (98.)

3. — 3-5, *discreta v. connata, a calyce libera, singula ex angulo ventrali prope basin stylum exserentia*, 2-ovulata. Achaen. 5, coriac., 1-sp., v. caps. 3-cocca, etc. . . . . . — SURIANEAE. p. 135. (99.)

4. — 4, *in germen 4-gonum 4-loc. liberum coalita*, 00-ovul. Stigma sessile, 4-part. Caps. loculicide dehisc., 00-sp. Fl. 4-meri, 8-andri, etc. . . . . — FRANCOACEAE. p. 135. (99).

** Embryo albuminis lateri applicitus. Germ. superum v. inferum, pluriloc. Pet. 4-00, v. saepe nulla. Stam. saepe indefinita. (Hb. v. frut., fol. carnosis.) — FICOIDEAE. p. 129. (93.)

II.) Fruct. superus v. inferus, 1-loc., placentis parietalib. plurib. 00-ovulatis. Stam. saepe indefinita v. varie connata. Cor. interdum gamopetala aut 0, etc. — **Classis XVIII. *PEPONIFERAE.*** p. 123. (89.)

III.) — superus v. inferus. Germ. 1-3-loc. raro 4-5-loc. loc. 1-2-ovulatis (rarissime 00-ovul.). Flor. regular, nonnunquam apetali. Stam. sepalor. numero aequal. (plerumque 5) raro (in Aquilarineis) dupla. (Arb. v. frut. v. suffrut., fol. plerumque alt. exstip.) . . . . — **Classis XIX. *FRANGULACEAE.***

a. Sem. albuminosa, in loculor basi erecta v. adscendentia, saepe arillata. Embr. radic. infera. Fr. capsular. v. baccaceus v. drupaceus, raro samaroid.

1. *Stamina petalis alterna.* Fruct. superus. . . . . — CELASTRINEAE. p. 67. (48.)

2. — *petalis opposita* (v. sepalis alterna). Fruct. superus v. inferus. . . . . — RHAMNEAE. p. 70. (49.)

b. Sem. albuminosa, pendula. Embr. radic. supera. Fr. inferus v. semiinferus, 2-coccus v. nucamentaceus indehisc. Stam. petalis alterna. . . . . — BRUNIACEAE. p. 72. (52.)

c. — exalbuminosa, pendula. Embr. radic. supera. Fr. superus. Pet. emarginata v. biloba.

1. *Petala* 5 v. 10, *calycis fauci inserta, parva, squamiform., in urceolum subexsertum coalita.* Cal. tubulos. v. urceolat., colorat., 5-fid. persist. Stam. 5 tubo inserta, lobis opposita, v. 10 subbiseriata. Caps. compressa, incomplete 2-loc., 2-valv., valv. medio seminiferis 1-2-sp. . . . . — AQUILARINEAE. p. 73. (53.)

2. — 5, *imo calyci inserta eoque saepe longiora, libera*, glandulis hypogynis 5 opposita. Stam. 5, petalis alterna et cum iis saepe connexa. Cal. 5-sep. v. 5-dent., intus coloratus. Caps. 2-loc., loculicido-bivalv. v. drupa abortu 1-loc., loc. 1-sp. . . . . — CHAILLETIACEAE. p. 73. (53.)

IV.) Fruct. inferus (cfr. Hamamelideae). Germ. 2-1-loc. (rarius 3-5-loc.), ovulis in loculorum apice 1 v. 2 pendulis. Sem. albuminosa. Embr. axilis, radicula supera. — **Classis XX. *UMBELLIFLORAE.***

a. Fol. alterna, simpl., penninerv., integerr. v. sinuato-dentata, stipulis 2 decid. Cal. 4-7-dent. v. truncat. Pet. 0 v. 4-7, aest. valvata, singula saepe apice convoluta. Stam. petalor. numero dupla, alterna (petalis opposita) sterilia squamiform., v. in apetalis indefinita. Styli 2 distincti. Germ. semiinferum, loc. 1-ovul. Caps. demum saepe supera, 2-loc., 2-1-sp., apice septicide dehisc. (Arb. v. frut.; fl. ax. v. term., fasciculati, spicati v. capitati, interdum diclin.) . . . . — HAMAMELIDEAE. p. 153. (109.)

b. — alt., exstipulata, palmatim v. pinnatim composita v. 00-fida, raro simpl. integra, petiolo basi dilatato amplexicauli v. vaginaeformi. Pet. et stam. disci epigyni margini inserta; pet. aestiv. valvata v. subimbric., raro 0. Styli plerumque liberi. Germ loc. 1-ovul. Fr. demum septicide in mericarpia (indehisc.) tot quot styli discedens.

1. *Germ. 2-loc. Styli 2, distincti. Pet. et stam. 5, alternantia.* Fr. plerumque siccus. (Hbae, raro frut. Fl. umbellati v. capitati.) . . . . — UMBELLIFERAE. p. 139. (102.)

2. — 2-15-*loc.* *Styli 2-15 liberi, rarius connati.* Pet. 5 v. 10-00, raro nulla. Stam. petalor. numero aequalia et alterna, rarius dupla. Fr. plerumque carnosus. (Frut. v. arb. raro hbae; fl. umbell v. capit. v. spicati). . . . . — ARALIACEAE. p. 152. (109.)

c. Fol. opposita, rarius alt., exstipulata, simpl., indivisa (cfr. Alangieae). Styl. 1. Germ. loc. 1-ovul. (Arb. v. frut., rarissime hbae, flor. saepius corymbosis).

1. *Pet.* 4, *aestiv. valvata. Stam.* 4, *petalis alterna.* Drupa putamine osseo 2-1-loc., raro 3-loc. (Fol. oppos., raro alt, integerr. v. serrata, penninerv., fl. saepe involucro colorato cincti.) . . . . — CORNEAE. p. 153. (110.)

2. — 5 *v.* 10, *aestiv. convolutiva. Stam. 6-8 petalis alterna et saepe per paria basi cohaerentia, aut 10-40 libera*, anth. liberis v. in tubum cohaerentib. Germ. 1-2-loc. Drupa putam. subosseo 1-loc., 1-2-sp. (Fol. alt., integerr. v. sublobata, nervis palmat. v. pinnatis.) . . . . — ALANGIEAE. p. 153. (110.)

3. — 4, 6 *v.* 8 (*raro* 3 *v.* 0) *aestiv. valvata, libera v. inferne in tubum saepe hinc fissum cohaerentia. Stam. 4-8, petalis opposita iisque inserta.* Germ. 1-loc. Bacca 1-sp. (Frut. parasitici, raro terrestr. arboresc., dichotome ramosi, ramis plerumque articulat. angulatis; fol. oppos., raro verticill. v. alt. v. nulla, plerumque carnosa, nerv. palmat. v. pinnat.) . . . . — LORANTHACEAE. p. 154. (110.)

B. Gamopetalae (s. monopetalae, v. pag. sequ.).

Classium et ordinum conspectus diagnosticus.

(Continuat.)

(A. *I.* †. Dicotyledoneae diplochlamydeae.)

B. Gamopetalae (s. monopetalae), petalis vario gradu inter se connatis, (rarissime discretis, cfr. Campanulinae, Ericineae, Styracinae, Plantagoideae).

A. Fructus inferus, calycis tubo adnatus (cfr. Dipsaceae, Campanulinae).

I. Stamina corollae tubo inserta v. adnata.

a. Semina albuminosa (rarissime exalbuminosa). Fr. 2-00-loc., raro 1-loc., capsular. v. baccat. v. carnosus, loc. 1-00-sp. (Arb. v. frut., raro hbae, fol. oppos. v. verticillat.) . — **Classis XXI.** *RUBIACINAE.*

1. *Folia simpl., integerr.; stipulae interpetiolares.* Cor. 4-6-fida, aestiv. valvata v. rarius contorto-imbricata. Stam. corollae lobis alterna et aequal., rarissime pauciora, plerumque inclusa; anth. saepe sessiles v. subsessil.

α. Semina albuminosa. . . . . RUBIACEAE. p. 156. (112.)

β. — exalbuminosa. . . . . LYGODYSODEACEAE. p. 173. (120.)

2. — *stipulis veris destituta, dentata, lobata v. pinnata,* rarius integerrima, basi interdum appendicib. glandulosis v. ciliarib. praedita. Cor. 5-fida, interdum irregular., aestiv. imbricata. Stam. corollae lobis alt. et aequal. v. pauciora, plerumque exserta. . . . . CAPRIFOLIACEAE. p. 154. (111.)

b. Semina exalbuminosa, rarissime (in *Calycereis*) albuminosa. Fruct. 1-loc., 1-sp., raro 2-3-loc. Calycis dentes demum plerumque in pappum excrescentes. (Hbae, rarius frut., rarissime arb.; fol. alt. v. oppos., exstip., simpl., saepius varie laciniata; fl. plerumque numerosi cymosi v. capitati, saepius irregulares) . . . . — **Classis XXII.** *AGGREGATAE.*

1. *Antherae* (5-1) *discretae. Germ. inferum 3-loc., loculis 2 sterilib.* Ovul. 1, pendulum. Embr. radic. supera. (Fol. oppos.; flor. plerumque corymbosi, raro involucrati.) — VALERIANEAE. p. 173. (120.)

2. — (4 v. 2) *discretae. Germ. 1-loc., calyce inclusum, interdum liberum,* ovulo 1 pendulo. Embr. radic. supera. (Fol. oppos.; flor. in capitula subglobosa v. cylindrica involucro 00-phyllo v. 00-squamato cincta collecti.) . . . . DIPSACEAE. p. 174. (121.)

3. — (5, *raro* 4) *in tubum stylo pervium connatae* (rarissime liberae). Germ. inferum, 1-loc., ovulo erecto subsessili. Embr. radic. infera. (Fol. alt. v. oppos. v. verticill.; flor. capitati; capit. involucrata, raro subnuda, 00-1-flora, saepissime flores dimorphos et polygamos v. 1-sexuales continentia.)

α. Embryo exalbuminosus. . . . . COMPOSITAE. p. 174. (121.)

β. — in axi albuminis carnosi orthotropus. . . . . CALYCEREAE. p. 174. (121.)

II. Stamina calycis tubo v. annulo saepe in discum epigynum expanso inserta, raro hypogyna, 5 v. raro pauciora, libera, rarius cum stylo connata; anth. saepe in tubum stylo pervium cohaerentes. Fr. inferus, rarius superus, plerumque capsular. 2-5-loc. 00-sp. (Hbae, rarius frut. v. arb., succo saepe lacteo; fol. exstip., alt., raro oppos. v. verticill., saepius dent. v. lobata; fl. regular. v irregular., petalis nonnunquam liberis). . . . . — **Classis XXIII.** *CAMPANULINAE.* p. 238. (147.)

B. Fructus superus (rarissime inferus, cfr. Vaccinieae in Ericineis, Gesneriaceae in Labiatifloris, et Petalanthae).

I. Stam. corollae lobis numero aequalia et alterna (rarissime pauciora) **v. saepius dupla; anth. 2-1-loc., saepius poris dehisc. v. bicornes, calcaratae v. varie appendiculatae.** Cor. aestiv. imbricata, rarius valvata, petalis interdum liberis. Germ. 2-10-loc. (raro 1-loc.), loc. 00-ovul., raro 1-ovul. Fr. plerumque capsular., 00-sp, interdum baccat. inferus (cfr. Vaccinieae), placentis central. Embr. intra album. rectus. (Frut., raro arb. v. hbae; fol. exstip., simpl., indivisa, plerumque alt. coriac. sempervir.; fl. regular.) . . . . — **Classis XXIV.** *ERICINEAE.* p. 243. (151.)

II. — corollae lobis (4-8) pauciora (2) et alterna (cfr. Columelliaceae); **anth. introrsae, 2-loc., longit. dehisc.** Cor. aestiv. valvata, rarius contorto-imbricata. Germ. 2-loc., loc. 1-2- (raro 00-) ovulat. Fr. baccat. v. drupac. v. samaroid. v. capsular. Sem. albuminosa. (Arb. v. frut.; fol. oppos., exstip., simpl., v. composita; flor. regular., abortu interdum apetali v. 1-sexual.) . . . . — **Classis XXV.** *LIGUSTRINAE.* p. 254. (164.)

III. — corollae lobis numero aequalia (4-5) et opposita v. alterna (raro unicum); anth. 2-loc., longit. dehisc. Cor. aestiv. imbricata, pet. interdum liberis. Germ. 1-loc., raro 2-loc., placenta basilari raro septiformi, loc. 1-ovul., rarius 2-00-ovulatis. Fr. siccus, dehisc. v. indehisc., raro bacca. Sem. albuminosa, raro exalb. (Hb., rarius frut.; fol. exstip., simpl., radical. v. alt., raro oppos., interdum pinnatiloba; fl. regular., spicati v. capit. v. paniculati.) . . . . — **Classis XXVI.** *PLANTAGOIDEAE.* p. 315. (226.)

IV. — corollae lobis numero aequalia et opposita, interdum cum sterilib. totidem alternantia; anth. 2-loc., longit. dehisc. *Germ. 1-loc.* (raro semiinferum), *placenta centrali libera* brevi v. columnaeformi 00-ovulata, raro 1-ovul. Sem. albuminosa. — **Classis XXVII.** *PETALANTHAE.*

1. *Caps. 00-sp., rarius oligosperma,* valvulis v. dentib. dehisc. v. circumscissa. (Hbae v. suffruticuli; fol. exstip., saepius radical., caulina alt. v. oppos. v. verticill.; fl. ax. v. term., solitar. v. umbellati v. spicati) . . . . PRIMULACEAE. p. 254. (162.)

2. *Drupa v. bacca, 1-sp., raro pleiosperma.* (Arb. v. frut.; fol. exstip., alt. v. oppos. v. verticill., coriac., plerumque serrata; inflor. varia; flor. saepius glanduloso-punctati.) . . . . . MYRSINEAE. p. 252. (161.)

V. Stam. corollae lobis numero aequalia et alterna (raro pauciora) v. dupla-quadrupla; anth. 2-loc. (raro 1-loc.) longit. dehisc. Germ. pluriloc., placentis centralib., rarius ovaria 2 discreta.

a. Flores regulares (rarissime irregulares, cfr. Tubiflorae).

α. **Ovula in germinis loculis definita** (1 v. 2, raro 4 v. indefinita, cfr. Styraceae). Bacca v. drupa, abortu interdum 1-loc. Sem. albuminosa, rarius exalbum. Stam. corollae lobis saepe dupla-quadrupla (alternis tunc saepius sterilib.), filam. interdum monadelphis. (Arb. v. frut.; fol. exstip., alt., raro oppos., coriac.; inflor. varia, fl. regular., abortu interdum imperfecti, pet. nonnunquam liberis, cfr. Aquifoliaceae.) . . . — **Classis XXVIII.** *STYRACINAE.* p. 249. (157.)

β. — **in germinis loculis indefinita** (raro definita).

1. *Corollae aestivatio contorta, rarius valvata.* Germ. 2-loc.; aut ovaria 2 discreta, stylis stigmate communi peltato terminatis. Sem. album. v. exalbuminosa. Stam. corollae lobis numero aequal. v. rarissime pauciora; anth. 2-loc., polline granuloso v. in massas ceraceas coacto. (Arb., frut. v. hbae, succo saepe lacteo; fol. simpl., oppos. v. verticill., exstip., rarissime alt. v. stipulata; infl. saepius cymosa v. umbellata.) . . . . — **Classis XXIX.** *CONTORTAE.* p. 257. (166.)

2. — *aestiv. imbricata.* Germ. 2-pluriloc., raro 1-loc., v. germ. plura discreta. Fr. plerumque capsular. Sem. albuminosa. Stam. corollae lobis nunquam plura, plerumque 5. Cor. rarissime irregular. (cfr. Echieae in Borragineis). (Hbae, frut. v. arb.; fol. exstip., alt., raro oppos., simpl., integra v. lobata, v. pinnatipartita). . . . . — **Classis XXX.** *TUBIFLORAE.* p. 257. (178.)

b. Flor. bilabiati, ringentes v. personati (rarissime subregulares). Cor. saepissime bilabiato-5-fida, aestiv. imbricata v. valvata. Stam. lobis alterna, perfecta plerumque 4 didynama (rarius 2), quinto postico saepissime sterili rudimentario v. penitus deficiente; anth. 2- v. 1-loc., interdum cohaerentes. Caps. 2-loc., 2-valv., 00-sp., rarius 1- v. pluriloc. v. baccacea, v. drupacea, v. 1-sp.; aut nuculae 4 discretae 1-sp. Sem. albuminosa, v. exalb. (Hb. v. frut., rarius arb.; fol. exstip., oppos. v. verticill., rarius alt., simpl. v. compos.) . . . . — **Classis XXXI.** *LABIATIFLORAE.* p. 281. (190.)

†† **MONOCHLAMYDEAE** (v. pag. sequ.).

Classium et ordinum conspectus diagnosticus.

(Continuat.)

(*A. I.* Dicotyledoneae, contin.)

✝✝ **MONOCHLAMYDEAE,** flores perianthio s. integumento simplici (rarissime duplici, cfr. Daphnoideae, Tricoccae) praediti, aut ejus loco bractea stipati v. immo penitus nudi.

A. Flores perianthio v. calyce vero (raro etiam corolla) ***praediti,*** (rarissime nudi v. mere bractea stipati, cfr. Tricoccae, Juliflorae).

I. Folia exstipulata, raro (in Polygoneis) stipulis in ochream (interdum 2-partitam) connatis aut (in Serpentariis) stipula oppositifolia praedita.

a. Antherae introrsae (rarius intimae extrorsae, cfr. Laurineae). Stam. perianthii lobis numero aequalia et alterna v. oppos., raro pauciora v. plura, interdum sterilibus aucta v. monadelpha. Sem. album. v. exalb.

1. *Ovula in basi loculor. sessilia erecta, aut funiculo e basi orto suspensa*, plerumque solitaria. Germ. superum (rarissime in Chenopodiaceis semiinferum), 1-loc., raro pluriloc.; loc. plerumque 1-ovulat. Fr. interdum dehisc. (Hbae v. suffrut., raro frut. v. arbusc.) — **Classis XXXII.** *OLERACEAE.* p. 316. (227.)

2. — *loculorum apici v. lateri v. placentae centrali liberae appensa, v. prope basin ex angulo centrali adscendentia v. erecta* (raro ex ipsa basi erecta, cfr. Monimiaceae, Penaeaceae). Germ. superum v. inferum, 1-pluriloc., v. ovaria plura discreta, ovulis plerumque solitar. Fr. plerumque indehisc., saepius baccat. v. drupaceus. Anth. interdum 4-loc. et valvulis dehisc. (Arb. v. frut., rarissime hbae, flor. interdum petaliferis.) — **Classis XXXIII.** *DAPHNOIDEAE.* p. 323. (235.)

b. Antherae extrorsae. Stam. 6-00, aut styli basi adnata interdum polyadelpha, aut in diclinib. (Nepentheis) monadelpha. Germ. inferum v. superum, 3-6-loc., loc. 00-ovul. Fr. dehisc. v. indehisc. Sem. album. etc. . . . . — **Classis XXXIV.** *SERPENTARIAE.* p. 333. (246.)

II. Folia stipulata (rarius exstipulata, cfr. Empetreae, Euphorbiaceae, Juliflorae). Flor. plerumque diclines, nonnunquam nudi. (Arb. v. frut., rarius hbae, succo saepe lacteo.)

a. Germ. 3-loc., rarius pluriloc., rarissime 2-1-loc.; aut superum, loc. 1-ovul.; aut inferum, loc. 00-ovulat. Fr. 2-3-coccus, rarius capsular. v. carnos. Sem. albuminosa. Fl. interdum petaliferi. Stam. definita v. indefin. . . . . — **Classis XXXV.** *TRICOCCAE.* p. 336. (248.)

b. — 1-2-*loc.* (rarissime 2-3-loc., cfr. Putranjiveae, Lacistemeae), ovulis solitar. (rarissime 2-00, cfr. Antidesmeae, Plataneae, Balsamifluae, Salicineae). Fr. admodum varius. Sem. album. v. exalb. Flor. saepius amentacei. Stam. 1-5, raro 00. (Huc? Ceratophylleae, tab. p. 122, comm. p. 87.) . . . . — **Classis XXXVI.** *JULIFLORAE.* p. 345. (256.)

B. Flores nudi, perianthio qualicunque destituti, immo saepius ebracteati.

1. *Germ. clausa,* 1-loc. 1-ovulata, rarius 3-5-loc., loc. 2-8-ovul. Sem. albuminosa. Flor. ☿ v. diclines, plerumque spicati. (Hb. v. frut., raro arb., saepius aromat. v. acres; fol. alt. v. oppos. v. verticill., plana, simpl., saepe palminerv., interdum stipulata, petiolo plerumque vaginante v. amplexicauli.) . . . . — **Classis XXXVII.** *PIPERINAE.* p. 334. (247.)

2. — *aperta, squamiformia v. apice pervia v. nulla* (cfr. Taxineae), 1-2-pluriovulata. Fr. plerumque compositus strobilaceus. Sem. albuminosa. Flor. diclines, amentacei v. strobilacei. (Arb. v. frut., fol. exstip. nunc acerosis, saepe e vaginula fasciculatim ortis, interdum dilatatis planis, nunc pinnatipartitis) . . . . — **Classis XXXVIII.** *CONIFERAE.* p. 351. (263.)

II. MONOCOTYLEDONEAE, trunco raro lignoso, medulla et cortice veris destituto, annulis fibrarum concentricis nullis; foliis alternis, rarissime oppositis v. verticillatis, vix unquam compositis v. stipulatis, petiolo nullo v. vaginante, nervis palmatis v. parallelis, rarissime reticulatis; flore plerumque 3-mero, integumento plerumque simplici (perigonio) calycino v. corollino v. glumaceo 1-pluriseriali; stamina 1-6, rarissime plura v. indefinita.

A. Stirpes parasiticae, aphyllae, aliarum stirpium radicibus v. rhizomati innascentes, acaules v. caule scapiformi squamato v. nudo praeditae, etc. . . . . — **Classis XXXIX.** *RHIZANTHEAE.* p. 366. (274.)

B. Stirpes terrestres, foliatae (rarissime parasiticae aphyllae, cfr. Orchideae, Aroideae.)

✝ **Fores perigonio vero corollino** (colorato) **v. calycino** (viridi) **3-6-00-phyllo v. partito praediti,** nonnunquam nudi.

A. Embryo aut albumine inclusus (cfr. Palmae) ***aut exalbuminosus.***

I. Embryo albuminosus, axilis v. excentricus (in Palmis peripheriae approximatus). Germ. superum 1-pluriloc., loc. 1-2- raro 00-ovulatis. Fr. saepius baccatus v. drupaceus. Flor. plerumque diclines, perigonio saepius rudimentario v. nullo, saepissime in spicam v. spadicem v. paniculam dispositi, inflor. junior spatha foliacea v. membranacea saepe colorata involuta. (Habitus diversissimus.) . . . . — **Classis XL.** *SPADICIFLORAE.* p. 353. (264.)

II. — exalbuminosus. Germina 1-3-00 discreta v. vix angulo centrali cohaerentia 1-loc., 1-2-ovulata, aut in germen inferum pluriloc. 00-ovulatum connata. Fl. plerumque diclin., saepe nudi. (Hbae aquat. v. palustr., habitu vario.) . . . . — **Classis XLI.** *HELOBIAE.* p. 363. (271.)

III. — exalbuminosus. Germ. inferum, 00-ovulatum, nunc 1-loc., placentis 3-parietal. nerviform., nunc 3-loc., placentis centralib. Fr. plerumque capsular. 3-valv., valvis medio placenta v. septa gerentib. basi apiceque cohaerentibus. Fl. irregulares, plerumque speciosi. Stam. 3, stylo adnata, 2 v. 1 saepissime steril. v. rudimentar.; pollen in massas ceraceas coactum, raro granulosum. (Hbae terrestr. v. epiphytae, interdum epirhizo-parasiticae.) . . . — **Classis XLII.** *GYNANDRAE.* p. 367. (275.)

IV. — albumine inclusus (plerumque axilis, rarissime in Ensatis et Coronariis nonnullis exalbuminosus). Germ. 3-loc. (rarissime 1-2- v. pluriloc.), loc. in angulo centrali 00-ovulatis (raro pauci- v. 1-ovul.).

a. Flor. irregulares. Stamen 1, *rarissime* 6, pluribus plerumque sterilibus. Germen inferum., 1-3-loc., ovulis basilar. solitar. aut central. 00 horizontal. . . . . — **Classis XLIII.** *SCITAMINEAE.* p. 387. (290.)

b. — *regulares* (rarissime subirregulares). *Stam. fertilia* 6 *v.* 3, rarissime 5 v. 4-1, accedentibus interdum pluribus petaliformib. (Hbae saepe bulbosae, raro frut. v. arb.)

1. **Germen inferum.** . . . . — **Classis XLIV.** *ENSATAE.* p. 390. (292.)

2. — superum. . . . . — **Classis XLV.** *CORONARIAE.* p. 397. (300.)

B. Embryo extrarius albumini adplicitus, in seminis extremitate hilo opposita situs, parvus. Ovar. 1 v. plura supera, libera v. connata. Flor. interdum glumacei diclines. Stam. 1-6, nonnulla saepe steril. (Hb., raro suffrut., habitu plerumque gramineo.) . . . . . . — **Classis XLVI.** *ENANTIOBLASTAE.* p. 406. (310.)

✝✝ **Flores glumacei,** perianthio e foliolis paleaceis v. squamiform. 1-6, plerumque 2-seriatis et invicem oppositis inaequalib. composito. Stam. 3, raro plura v. pauciora. Ovar. 1, liberum, 1-loc., stigm. 3, raro 2-1, ovulo 1 basilari erecto. Sem. albuminos. (Habitus gramineus.) . . — **Classis XLVII.** *GLUMACEAE.* p. 409. (313.)

III. ACOTYLEDONEAE p. 429. (329.).

B. Vegetabilia cellularia, vasis perfectis destituta (ex opere nostro exclusa).

PLANTARUM
VASCULARIUM GENERA

SECUNDUM ORDINES NATURALES DIGESTA

EORUMQUE

DIFFERENTIAE ET AFFINITATES

TABULIS DIAGNOSTICIS EXPOSITAE

AUCTORE

CAROLO FRIDERICO MEISNER

MED. ET CHIR. DOCTORE, IN UNIVERSITATE LITTERARUM BASILEENSI BOTANICES PROF. P. O. HORTIQUE PRAEFECTO, ACADEMIAE CAESAREAE LEOPOLDINO-CAROLINAE NATURAE CURIOSORUM, ACAD. REGIAE SCIENT. NAT. MADRITENSIS, SOCIET. HIST. NAT. PARISIENS., LIPSIENS., HELVET., BASILEENS., CAES. MEDICAE VILNENS., REG. BOTANICAE RATISBON., EDINENS., MEDICO-BOT. LONDINENS., BOTAN. ET AGRONOM. ULTRAJECTINAE MEMBRO ORD. V. HONORARIO.

PARS ALTERA.

COMMENTARIUS, EXHIBENS, PRAETER ADNOTATIONES ET EXPLICATIONES VARIAS, GENERUM SYNONYMA LIBRORUMQUE INDICATIONEM, QUIBUS DESCRIPTIONES FUSIORES ET ICONES NEC NON SPECIERUM NOVARUM DIAGNOSES SUPPEDITANTUR.

LIPSIAE,

LIBRARIA WEIDMANNIA.

1836—1843.

COMMENTARIUS.

MEMORANDA.

Quoties in sequentibus paginis cel. Candolli (DC.), Bartlingii (Bartl.) atque Lindleyi (Lindl.) nomina, nulla addita citatione peculiari, leguntur, illorum auctorum opera sequentia intelligi volumus:

A. P. De Candolle, prodromus syst. nat. regni veg., Vol. I—IV. 1824—1830.
Fr. Th. Bartling, ordines naturales plantarum, etc. Gottingae 1830.
J. Lindley, introduction to the natural system of Botany. London. 1830.

Opera specierum novarum (i. e. in DC. prodr. nondum editarum) diagnoses vel descriptiones continentia, quae quod ad species non omnia perlustrare potuimus, sunt inprimis sequentia:

Bot. mag. — Botanical Magazine, continuatum a cel. Hooker.
Bot. reg. — Botanical Register, curante cel. Lindley.
Bot. cab. — Botanical cabinet, cur. Loddiges.
Sw. brit. fl. gard. — Sweet, british flower garden.
Hook. fl. exot. — W. J. Hooker, flora exotica.
Hook. bot. misc. — W. J. Hooker, botanical Miscellanies, 3 vol. 1830—33. et hujus diarii continuatio:
Hook. journ. of. bot. — W. J. Hooker, journal of botany. 1834.
Hook. fl. bor. Am. — W. J. Hooker, flora boreali-Americana, inde ab A. 1829. in 4. cum tab.
Hook. et Arn. ap. Beech. — W. J. Hooker et Walker-Arnott, the botany of. Captn. Beechey's voyage, etc. Lond. 1832. cum tab.
Reliq. Haenk. — Reliquiae Haenkeanae, etc. Pragae 1825. sq. in fol. c. tab.
Link et Otto Abb. — Link et Otto Abbildungen neuer und seltener Gew. d. bot. Gart. zu Berlin.
Link et Otto ic. select. — Link et Otto, auserlesene Abbild., etc. 1820. sq.
Voy. Astrolab. — Voyage de découverte de l'Astrolabe, etc. Botanique par *Lesson* et *A. Richard.* (Cujus operis partes etiam citantur: „*Rich. sertum Astrolabianum*" et „*Rich. fl. Novae Zeelandiae.*")
St. Hil. pl. rem. — Aug. de Saint Hilaire, plantes remarquables du Brésil et du Paraguay.
St. Hil. pl. us. — Ejusd. plantes usuelles des Brésiliens, cum ic.
St. Hil. fl. Bras. — Ejusd. flora Brasiliae meridionalis. in 4. cum ic.
Pohl, pl. Bras. — Pohl, plantae Brasiliae, in fol. cum ic.
G. Don, gen. syst. — Georg Don, general system of Gardening and Botany, etc, Lond. 1831. sq. in 4.
Blume, Bydr. — C. Blume, Bydragen tot de flora van Nederlansch Indie. 1825. sq.
Blume. fl. Jav. — Ejusd. flora Javae, in fol. cum ic.
Royle ill. Himal. — J. Forbes Royle, illustrations of the botany etc. of the Himalayan mountains, etc. London, inde ab A. 1833. in 4. c. ic.
Wall. pl. as. rar. — N. Wallich, plantae Asiaticae rariores. Lond. 1830—32. fol. c. ic. Ingens praeterea plantarum novarum copia nominibus tantum indicatur in:
Wall. cat. — Wallich, list of dried specimens of plants in the East India Company's Museum.
Guill. et Perr. fl. Seneg. — Guillemin, Perrottet et A. Richard, florae Senegambiae tentamen. Paris 1830. sq., c. ic.
Presl. symb. bot. — C. B. Presl, symbolae botanicae, etc. fol. c. ic.
Endl. prodr. Norf. — St. Endlicher, prodromus florae Norfolkicae. Vindob. 1833.
Endl. atacta. — St. Endlicher, atacta botanica. Vindob. 1833. fol. cum ic.
Schott et Endl. melet. — H. Schott et St. Endlicher, Meletemata botanica. Vindob. 1832. fol. c. ic.
Wight et Arn. prodr. — R. Wight et G. A. Walker-Arnott, prodromus florae Peninsulae Indiae orientalis. London. 1834. sq.
Eckl. et Zeyh. en. — Ecklon et Zeyher, enumeratio plantarum Africae australis extratropicae. Hamburg. 1834. sq.
Decsne herb. Timor. — Jos. Decaisne, herbarii Timorensis descriptio. Paris. 1835. 4. cum tab.
etc., etc., etc.

Caeteroquin complurium operum modo citatorum aliorumque excerpta nec non varias novitias invenies in *Flora* s. Regensburg. bot. Zeitung, — in Schlechtendalii *Linnaea* (1826—36., decem volum.) — in *Annal. des sc. nat.*, — in *Preslii repertorio botanico* (1833. inchoato). —

Permultae denique species Candollii prodromo addendae reperiuntur in Sprengelii syst. veg. (praecipue in „curis posterioribus"), in Roemeri et Schultesii systemate atque mantissa, nec non in Floris variis recentioribus.

Quae genera numero nomini praefixo in commentario nostro carent, ordini, de quo sermo est, nonnisi comparationis causa adjecta fuerunt; ex nostra saltem sententia, ad alium ordinem referenda sunt.

Varia signa a nobis adhibita in praefatione jam inveniuntur explicata.

I. RANUNCULACEAE. *Juss.*

Ordinem iisdem limitibus circumscriptum admittimus, quibus includitur in De Candollii syst. I. p. 127. sq., Ejusd. prodr. 1. p. 2. sq., et Lindl. introd. to the nat. syst. p. 6. — Ranunculaceae et Paeoniacearum genera, Bartl. ord. p. 252. sq. — Cfr. Bernhardi in Linnaea, VIII. p. 451. sq. et obs. nostra ad Paeonieas.

Tribus I.

Clematideae. DC. l. c. — Cfr. Bernhardi l. c.

1. *CLEMATIS. L.* — DC. prodr. 1. p. 2. (excl. sect. IV.) Ledeb. fl. Alt. II. p. 372. Koch, D. Fl. IV. p. 8. et 116. — Wallich pl. As. rar. I. t. 20. (n. sp.) Hook. fl. bor. Am. I. p. 1. t. 1. (n. sp.)

*2. *ATRAGENE. L.* — Ledeb. l. c. p. 375. (n. sp. 1 descr.) Koch, l. c. p. 8. et 114. — *Clematis*, sect. IV. DC. pr. I. p. 9. — *Atragene* non minore jure proprium genus constituere mihi videtur ac *Naravelia* et complura alia in hoc ordine genera.

3. *NARAVELIA. DC.* pr. I. p. 10. — *Atragenes* sp. L., Roxb.

Tribus II.

Anemoneae. DC. syst. I. p. 168. prodr. 1. p. 10. — Cfr. Bernhardi l. c., ubi *Xanthorhiza* Anemoneis adsociatur.

4. *THALICTRUM. L.* — DC. pr. I. p. 11. — Ledeb. l. c. p. 343. (n. sp. 4 descr.). — Koch, l. c. p. 121. (n. sp. 1 descr. p. 141.) Hooker l. c. 1. p. 3. t. 2.

5. *TETRACTIS. Spr.* — DC. l. c. p. 16.

6. *ANEMONE. (L.)* Ledeb. l. c. p. 358. (n. sp. 2 descr.). — DC. l. c. p. 16. (excl. sect. I.). Koch, l. c. p. 98. (excl. divis. I et II.) Hook. ap. Beechey t. I.

*7. *PULSATILLA. Tourn.* — Ledeb. l. c. p. 367. (n. sp. 1 descr.) *Anemones* sect. I. DC. p. 16., — divis. II. Koch, l. c. p. 100—106.

8. *HEPATICA. Dill.* — DC. pr. 1. p. 22. — *Isopyrum.* Adans., non L. — *Anemones* sp. L. — divis. I. Koch, p. 98.

9. *ADONIS. Dill.* — DC. pr. 1. p 23. Ledeb. p. 337. (n. sp. 2 descr.) Koch, p. 143.

10. *HAMADRYAS. Commers.* — DC. p. 25.

11. *HYDRASTIS. L.* — DC. p. 23. — (*Warneria.* Mill.) bot. mag. t. 3019. 3231. — Genus hoc, affine *Diphylleiae* et *Jeffersoniae*, simili antherarum dehiscentia gaudens ac *Podophyllum*, cui et habitu accedit, *Podophylleis* adnumerandum censet cl. Bernhardi l. c. p. 447. sq. et 452. — Cfr. tab. nostr. *Podophyllearum* p. 6.

12. *KNOWLTONIA. Salisb.* — DC. p. 23. — bot. reg. t. 936. — *Anamenia.* Vent.

Tribus III.

Ranunculeae. DC. syst. I. p. 228., prodr. 1. p. 25. — Cfr. Bernhardi l. c. p. 451.

13. *MYOSURUS. Dill.* — DC. pr. p. 25.

14. *CERATOCEPHALUS. Moench.* — DC. p. 26. Ledeb. p. 303. Koch, p. 190.

*15. *CASALEA. A. St. Hil.* (1825.) fl. Brasil. merid. 1. p. 8. sq. t. 1. Genus includens, praeter species 2 novas l. c. descriptas, *Ranunculi* sp. auct., sc. No. 33, 55, 57, 61?, 62 et 110. DC. prodr., nec non *R. trisepalum*, *Gill.* in Hookeri bot. misc. III. — Ex Hookeri autem sententia (l. c.) Casaleae genus a Ranunculo separari nequit, nisi dilacerando plurium specierum affinitates arctissimas.

16. *RANUNCULUS. (L.) Ledeb.* p. 304. (n. sp. 8 descr.). — Ranunculi sp. plurimae DC. p. 26. sq. (excl. No. 24, 33, 34, 43, 55, 57, 61?, 62 et 110.). — Koch, l. c. p. 146. (n. sp. 5 descr.). Hook. bot. misc. III, et apud Beechey I. p. 4. t. 2. (n. sp.). — Cfr. Schlechtendal animadvers. in Ranunculeas Candollii. 2 fascic. Berolini 1819. 4.

(*Ficaria. Dill.* — DC. p. 44. Hanc, propter characterem differentialem, sc. calycem 3-sepalum, nimis inconstantem (cfr. Koch, p. 146.) praeeuntibus jam pluribus auctoribus, cum Ranunculo conjungimus.)

*17. *CALLIANTHEMUM. C. A. Meyer* in flor. Altaic. II. p. 336. — Genus ex solo *Ranunculo rutaefolio, L.* (DC. p. 30. n. 34.) constitutum. Cfr. Rchb. fl. excurs. p. 727.

*18. *KRAPFIA. DC.* syst. 1. p. 228. Genus vix distinctum, ab ipso DC. in prodr. (1. p. 29. n. 24.) non servatum.

(*Hecatonia. Lour.*, in DC. syst. I. p. 227. ut proprium genus admissa, in Prodromo (p. 43. n. 155.) cum Ranunculo conjungitur.)

*19. *APHANOSTEMMA. A. St. Hil.* (1825.) fl. Bras. 1. p. 12. Genus ex solo hucusque *Ranunculo apiifolio,* Pers. (DC. pr. 1. p. 31. n. 43.) constans, petalorum indole transitum indicat ad *Helleboreas*, praecipue *Trollium.* Cfr. St. Hil. l. c.

Tribus IV.

Helleboreae. DC. syst. I. p. 130. et 306., prodr. I. p. 44. — Cfr. Bernhardi l. c. p. 452. et obs. nostr. ad Paeonicas.

20. *TROLLIUS. L.* — DC. pr. 1. p. 45. Ledeb. l. c. p. 300. Koch l. c. p. 191. — *Gaissenia.* Rafin.

21. *CALTHA. L.* — DC. p. 44. Ledeb. p. 302. Koch, p. 200. — Genus propter corollae nectariique defectum a cl. Bernhardi (l. c. p. 452.) *Paeonieis* adscriptum, sed absque dubio affinius *Helleboreis*, quas — intercedente *Trollio* — cum *Ranunculeis* connectit.

22. *ENEMION. Rafin.* DC. p. 48.

23. *ISOPYRUM. L.* (non Adans.) DC. p. 48. Ledeb. p. 298. Koch, p. 192. — *Olfa.* Adans. — *Leptopyrum.* Reichenb. (ex solo Isopyro fumarioide L. constitutum genus) servandum nobis non videtur.

24. *HELLEBORUS. Adans.* — DC. p. 46. Koch, p. 195.

25. *ERANTHIS. Salisb.* — DC. p. 46. Koch, p. 194. — *Koellea. Bir.* — *Robertia.* Mérat, non DC.

26. *COPTIS. Salisb.* — DC. p. 47. — *Chrysa.* Rafin.

27. *GARIDELLA. Tourn.* — DC. p. 48. — Genus a *Nigella* non satis distinctum. Cfr. *Spenner*, generis Nigellae monogr. Friburg. Brisig. 1829. 4. p. 12.

28. *NIGELLA. Tourn.* — DC. p. 48. Spenner l. c. Koch, p. 94. — *Nigellastrum.* Moench.

29. *AQUILEGIA. Tourn.* — DC. p. 50. Ledeb. p. 294. Koch, p. 88.

30. *DELPHINIUM. T.* — DC p. 51. Treviran. de Delphinio et Aconito obs. Vratisl. 1817. Rchb. illustr. Aconiti et Delphin. Lips. 1823—27. cum tab. 72. (sp. nov. oo. descr.) Ledeb. p. 288. Koch, p. 61.

31. *ACONITUM. T.* — Seringe in DC. pr. 1. p. 56. — Trevir. l. c. Rchb. Monogr. Aconiti. Lips. 1820. Ejusd. ill. Aconiti et Delph. etc.

Tribus V.

Paeonieae. Nob. — *Ranunculaceae spuriae. DC.* syst. I. p. 381. *Paeoniaceae DC.* prodr. I. p. 64. — Bartl. p. 251. (excl. Achlyde, Jeffersonia et Podophyllo.) — Paonieas unico charactere a cel. De Candolle indicato (sc. antheris introrsis) a caeteris Ranunculaceis certe distingui haud posse, quum antherae v. g. in Clematide integrifolia aliisque vere *introrsae*, in multis aliis autem Ranunculaceis genuinis nec introrsae nec extrorsae, sed exacte *laterales* sint, optime demonstravit cl. Bernhardi (in Linnaea, VIII. p. 441. sq.). Idem quoque oculatissimus auctor docuit (l. c.). Paeonieas proprium ordinem constituere non mereri, sed pro mera Ranunculacearum tribu esse habendas; quam tribum vix certis limitibus a Helleboreis separari posse, ex tabula nostra facile patebit. Ex Bernhardii sententia (l. c. p. 452.) princeps inter utramque tribum differentia versatur in nectarii defectu aut praesentia; quum vero *Cimicifuga*, *Actaeae* proximum genus, petalis gaudeat nectariferis, *Caltha* autem, (cfr. supra obs. nostr. ad hoc genus) nectario careat, characterem hunc solum ad distinguendas tribus illas haud sufficere, in aprico est.

32. *PAEONIA. Bauh. L.* — DC. p. 65. Ledeb. p. 276. (n. sp. 1 descr.) Koch, p. 56.

33. *XANTHORHIZA. Mart.* — *Zanthorhiza.* L'Her. — DC. p. 65. — Anemoneis inseritur a Bernh. l. c. p. 451.

*34. *CIMICIFUGA. L.* — Ledeb. p. 293. Koch p. 87. Fischer et C. A. Meyer ind. semin. hort. Petropol. 1835. p. 21. — Actaeae Sect. I. (excl. sp. No. 4.) DC. p. 64.

*35. *TRAUTVETTERIA. Fischer et C. A. Meyer* l. c. p. 22. (Actaea palmata, DC. p. 64. n. 4.)

*36. *ACTINOSPORA. Turcz.* — Fisch. et Meyer l. c. p. 21. Species sunt: 1. A. Dahurica Turcz. (ined.?) et 2. A. Wallichii nob. (Cimicifuga frigida Wall. in Royle ill. Himalay. p. 57. t. 14.)

*37. *BOTROPHIS. Rafin.* ex Fisch. et Mey. l. c. p. 20. — *Macrotys.* Rafin. olim. — Actaea racemosa, L., DC. p. 64. n. 5.

38. *ACTAEA.* (L.) *Fisch. et Mey.* l. c. p. 20. *Actaeae.* Sect. III. DC. p. 65. Species sunt: 1. A. spicata, L. 2. A. rubra, Bigel., Hook. (nec flor. Altaic. II. p. 275., quae = A. erythrocarpa Fisch. s. A. spicatae var. β. Fisch. et Mey. l. c.) 3. A. alba, Big., Hook. 4. A. Japonica, Thbg., DC. (species obscura.)

II. DILLENIACEAE. *DC.*

DC. syst. I. p. 395., prodr. I. p. 67. Bartling p. 249. Lindl. p. 25. St. Hil. fl. Bras. merid. 1. p. 14 sq. et 23. Obs.

Tribus I.

Delimaceae. DC. l. c.

1. *TRACHYTELLA. DC.* prodr. p. 70. — *Actaeae* et *Calligoni* sp. Lour. (nec alior.) Genus valde obscurum, ex Lour. Delimae affine.

*2. *EMPEDOCLEA. St. Hil.* (1825.) l. c. p. 19. t. 3. (Unica sp.: E. alnifolia). Genus proximum *Tetracerae.*

3. *DOLIOCARPUS. Roland.* — DC. p. 69. — Char. reform. v. apud St. Hil. l. c. p. 20.

*4. *PINZONIA. Zuccarini.* (1832.) plant. nov. v. minus cogn. hort. et herb. reg. Monacens. fasc. 1. — Cfr. Archives de Bot. 1. p. 548.

5. *DELIMA. L.* — DC. p. 69. — Cfr. Hooker in bot. Mag. t. 3058. — *Obs.* D. piripu DC. (syst. I. p. 408.) vix hujus generis, immo forsan ne ordinis quidem esse videtur; stipulis magnis oppositifoliis praedita dicitur; an potius Wormiae sp.?

6. *TETRACERA. L.* — DC. p. 67. — St. Hil. l. c. p. 14. Char. ref. — *Obs.* T. multiflora DC. (l. c. n. 8.) est *Davillae* sp. (D. multifl.) fide St. Hil. l. c. p. 16.

7. *DAVILLA. Vand.* — DC. p. 69. — St. Hil. l. c. p. 15. sq.

8. *CURATELLA. L.* — DC. p. 70. — St. Hil. l. c. p. 22.

9. *RECCHIA. Moç. et Sessé.* — DC. p. 70. — Genus vix notum, soli *Curatellae* affine, ex DC. syst.

Tribus II.

Dilleneae. Salisb. — DC. p. 70.

10. *HEMISTEMMA. Juss.* — DC. p. 71. Affine Pleurandrae.
11. *PLEURANDRA. Labill.* DC. p. 71. Aff. hinc Hibbertiae illinc Candolleae. — Rchb. hort. t. 79.
12. *ADRASTEA. DC.* p. 73. Facies Hibbertiae.
*13. *ACROTREMA. Jack.* Char. ex Wight et Arnott prodr. fl. Penins. Ind. or. I. p. 6. — Species sunt: 1. A. Wightianum, Wallich (list. No. 3669.) Wight et Arn. l. c. — 2. A. costatum, Jack. (Wall. list. No. 1117.) Hook. bot. misc. II. p. 81. — Genus habitu accedens ad *Saxifrageas*, ex Hooker l. c.
14. *PACHYNEMA. R. Br.* — DC. p. 70. Deless. ic. sel. I. p. 73. — „Stamina aliquot abortientia," fide Spreng. gen. pl. No. 1883, quod vero ne verbo quidem memoratur in DC. syst. I. p. 411., nec in prodr. l. c.
*15. *REIFFERSCHEIDIA. Presl.* in Reliqu. Haenkean. II. p. 74. Unica spec.: R. speciosa, Presl.
16. *HIBBERTIA. Andr.* — DC. p. 73. — Bot. mag. t. 3183. (n. sp.)
*17. *DASYNEMA. Schott.* (1827.) ex Spreng. syst. cur. post. p. 408. (Spec. 2.) — Genus certe Dilleniaceum ex Spr., a quo tamen simul cum *Ablania* comparatur, — an igitur *Tiliaceis* affine?
*18. *OTHLIS. Schott.* (1827.) apud Spreng. l. c. p. 407. et gen. pl. n. 2144. (spec. 2.) — Genus *Delimae* affine, ex Spr. l. c. An vere hujus loci? An cum *Dasynemate* potius *Delimeis* adsociandum? — sed filamentorum forma nobis ignota. Quamvis caetera *Dillenearum* genera orbis veteris et Australasiae praesertim incolae sint, illa tamen Brasiliana huic tribui adscripsi, et quidem *Othlin* propter antheras lineares, *Dasynema* autem propter carpella (quae videntur coalita?) et quia antherarum structura stylique ac illis *Tetracerae* differre dicuntur a Spreng. l. c. p. 408.
19. *WORMIA. Rottb.* — DC. p. 75.
20. *DILLENIA. L.* — DC. p. 75. Wallich, pl. As. rar. I. p. 20. 21. t. 22. 23. (nov. sp. 2.)
21. *COLBERTIA. Salisb.* — DC. p. 75. Cfr. Blume, Bydr. I. p. 6. (n. sp.: C. obovata.)
*22. *CAPELLIA. Blume.* l. c. p. 5. Aff. Colbertiae et Dilleniae, ex Bl.
23. *CANDOLLEA. Labill.* — DC. p. 73. Cfr. bot. mag. t. 2702.

III. MAGNOLIACEAE. *(Juss.)* DC.

DC. prodr. I. p. 77. Bartling. p. 248.

Tribus I.

Wintereae. R. Br. in DC. syst. I. p. 548. — Lindl. p. 26. — *Illicieae, DC.* prodr. p. 77. Bartl. p. 249. Folia pellucido-punctata, quibus Wintereas a Magnolieis distinguendas esse contendit cel. DC. l. c., inter characteres tribus differentiales non admisi, quum plurium Magnoliearum folia (v. g. Liriodendri, Magnoliae Yulan, Desf., M. glaucae, L., Micheliae sp. Sieb. pl. Maurit. exsicc. No. 111.) minutissime quidem plerumque, nihilominus tamen evidenter pellucido-punctata ipse observassem. Idem quoque cl. A. St. Hilaire (fl. Bras. 1. p. 27. Obs.) de Micheliis nonnullis adnotat.

1. *ILLICIUM. L.* — DC. p. 77.
2. *TEMUS. Molina.* — DC. p. 77.
3. *DRIMYS. Forst.* — DC. p. 78. A. St. Hil. l. c. p. 24. Char. reform. — *Wintera*, Willd., Murr. — *Winterana*, Soland.
4. *TASMANNIA. R. Br.* — DC. p. 78. — Nov. sp.: T. monticola, A. Rich. in Sert. Astrolab. p. 50. t. 19.

Tribus II.

Magnolieae. DC. p. 79. Bartl. p. 249. — *Magnolieae,* Juss. gen. 280. *Magnoliaceae*, Lindl. p. 24. — Folia saepe pellucido-punctata; cfr. Obs. nostr. ad Wintereas.

5. *MICHELIA. L.* — DC. p. 79. Cfr. Blume in Verhandeling. van het Batav. Genotsch. etc. IX. 1823. p. 127. sq.
*6. *MANGLIETIA. Blume.* (1823) l. c. Cfr. Ejusd. fl. Jav. fasc. 17. 18. Genus inter Micheliam et Magnoliam exacte intermedium.
7. *MAGNOLIA. L.* — DC. p. 79. (excl. sp. No. 8.) *Guillimia*, Röttl. — Rchb. fl. exot. II. p. 44. t. 139. IV. p. 21. t. 250. 251. VI. p. 37. t. 342. 343.
*8. *AROMADENDRON. Blume.* (1825.) Bydr. I. p. 10.; fl. Jav. fasc. 19. 20. t. 7. 8. ex Spr. gen. No. 2260.
9. *TALAUMA. Juss.* — DC. p. 81. A. St. Hil. l. c. p. 25. Char. ref. (n. sp. 1 descr.) Bot. reg. t. 1709. — Cfr. Blume, flor. Jav., Magnoliac. p. 29. t. 9. (nova sp.) — Hujus generis quoque est Magnolia pumila, Andr. (DC. p. 18. n. 8.) fide Blume et bot. reg. l. c.
10. *LIRIODENDRON. L.* — DC. p. 82.
? *MAYNA. Aubl.* — DC. p. 79. Genus, monente cl. St. Hil. l. c. p. 27. obs., a Magnoliaceis abhorrens „fructu perfecte simplici, 1-loculari," etc. et *Bixineis* inserendum (quarum tab. nostra cfr.); a cl. G. Don autem (gen. syst. I. p. 101.) *Schizandraceis Blum.* adnumeratur.

IV. ANONACEAE. *(Juss.)* DC.

Dunal, Monogr. 1817. DC. syst. I. p. 462., prodr. 1. p. 83. Bartl. p. 245. Lindl. p. 22. Aug. St. Hil. fl. Bras. I. p. 35-43. Alph. DC. mém. Anon. in Mém. soc. phys. Genev. 1832. — Genera a pluribus auct. huc relata, a nobis autem exclusa, sunt: 1) *Kadsura, Juss.*, DC. (Cfr. tab. nostr. Menispermacearum.) — et 2) *Mollinedia, Ruiz* et *Pav.*; Anonaceis adscribitur a cl. G. Don (gen. syst. I. p. 100.), a quibus tamen abhorret foliis oppositis ternisve, etc. Cfr. *Hedycarya* Forst. inter *Monimieas*.

1. *ANONA. L.* — DC. pr. I. p. 83. (excl. spec. No. 27 et 28, cfr. Rollinia). Bot. mag. t. 3095. — St. Hil. l. c. t. 6. (n. sp.) Alph. DC. l. c. (n. sp.)

*2. *ROLLINIA. A. St. Hil.* (1825.) l. c. p. 28. Alph. DC. l. c. p. 23. t. 1 et 2. (n. sp.) Schlechtend. in Linnaea 1834. p. 315. (n. sp.)

*3. *LOBOCARPUS. Wight et Arnott.* (1834.) prodr. fl. Penins. Ind. or. 1. p. 7. Unica sp.: L. Candolleanus, W. et A.

*4. *HENSCHELIA. Presl.* in Reliq. Haenk. II. p. 81. Unica sp.: H. Luzonensis, Presl.

*5. *HEXALOBUS. Alph. DC.* l. c. p. 36. Species sunt: 1. H. Senegalensis, Alph. DC. (Uvaria monopetala, Rich. in fl. Seneg. 1. p. 8. t. 2.) et 2. H. Madagascariensis, Alph. DC. l. c. t. 5. fig. A.

*6. *MILIUSA. Leschen.* in Hb. DC. — Alph. DC. l. c. p. 37. t. 3. Unica sp.: M. Indica, Lesch.

*7. *HYALOSTEMMA. Wallich.* Genus nusquam descriptum invenimus. Unica species: H. Roxburghianum, Wall. cat. No. 6434. (quae Uvaria dioica, Roxb., teste Wall. l. c.), cujus specim. floriferum ex Horto Calcutt. ab ipso cl. Wallich accepimus, characteres exhibuit in tab. nostra indicatos. Genus in statu fructifero denuo examinandum, — monente Wallichio l. c. Miliusae proximum.

*8. *CARDIOPETALUM. Schlechtdl.* in Linnaea 1834. p. 328. (Unica sp.) Genus fructu ignoto dubium.

*9. *OROPHEA. Blume.* (1825.) Bydr. 1. p. 18. Alph. DC. l. c. p. 38. t. 4. (sp. 4.) Ad Bocageam St. Hil. reducitur ab ipso Blume in fl. Jav. —, a cl. DC. autem servatur.

*10. *BOCAGEA. A. St. Hil.* (1825.) l. c. p. 41. t. 9. (2 sp.) Alph. DC. l. c. p. 39.

11. *MONODORA. Dun.* — DC. p. 87. Bot. mag. t. 3059. Genus valde dubium, forsan excludendum, ex Blume, fl. Jav., Anon. p. 9.

*12. *TRIGYNAEA. Schlechtdl.* in Linnaea 1834. p. 328. (Unica sp.) Fructus maturus ignotus; hinc genus dubium, — affine Bocageae, staminibus Anonae.

13. *ASIMINA. Adans.* — DC. p. 87.

14. *PORCELIA. Ruiz et Pav.* — DC. p. 88. — Cum praecedente verisimiliter cum Uvaria conjungenda, nec nisi pistillorum numero distincta, teste Blume in fl. Jav., Anon. p. 8.

15. *UVARIA. L.* — DC. p. 88. Blume, l. c., char. reform. — Huc referendae sunt, praeter species plures penitus novas (quae describuntur apud Blume, l. c., Schumach. pl. Guineens. p. 255., Wall. pl. As. rar. II. p. 22. t. 122., Alph. DC. l. c. p. 25. sq.) Unonae spec. auct. in DC. prodr. sub No. 1, 2, 9, 10, 11, 12, 18, 19, 21, 31, 32, 33, enumeratae.

16. *UNONA. L.* — DC. p. 88. sq. (excl. spec. plur., quas v. sub Uvaria, Habzelia, Coelocline et Xylopia) Alph. DC. l. c. p. 27., char. ref. — Blume, Bydr. 1. (excl. sp. plur. quae ad Polyaltheam sunt amandandae, fide ipso Blum. in fl. Jav.) Genuinae Unonae species hodie sunt: No. 4, 24, 26, (in DC. prodr.) et plures novae, quas v. apud Alph. DC. l. c. p. 28. Remanent denique quoad genus incertae: No. 3, 5, 6, 7, 8, 13, 17, 20, 25, 30, (DC. prodr.). Cfr. Alph. DC. l. c. p. 30. — Unona Selanica, DC. (n. 38.), est Hopeae sp. ex Wight et Arnott. (Cfr. infra Dipterocarpeae.)

*17. *HABZELIA. Alph. DC.* (1832.) l. c. p. 31. Unonae sp. No. 22, 23, 27, 28, in DC. prodr., et n. sp. Cubensis, quam v. Alph. DC. p. 42. — Reichb. fl. exot. III. p. 15. t. 167.

*18. *COELOCLINE. Alph. DC.* (1832.) l. c. p. 32. t. 5. fig. C. Sp. unica certa (Unona No. 35. DC. prodr.) et 4 dubiae (Unonae sp. No. 29, 37, 34, DC. prodr., et Uvaria parviflora, Rich. in fl. Seneg. 1. p. 9. t. 3. f. 1.)

19. *XYLOPIA. L.* — St. Hil. l. c. p. 39. t. 8. Char. ref. (nov. sp. 2 descr.) Xylopiae sp. (excl. No. 7 et 8.) et Unonae sp. No. 36, DC. prodr. — Alph. DC. p. 33. Schlecht. in Linnaea 1834. p. 327. (n. sp.)

*20. *ANAXAGOREA. A. St. Hil.* in bull. soc. philom. 1825. p. 91. Blume flor. Jav., Anon. p. 64. t. 32. et 36. A. Alph. DC. l. c. p. 35. Xylopiae sp. Dun. in DC. prodr. p. 93. No. 7. et 8.

*21. *ARTABOTRYS. R. Br.* in bot. reg. t. 423. — Blume l. c. p. 57. t. 29—31. Alph. DC. l. c. p. 36. (n. sp.). — Unonae sp. No. 14, 15, et 16. in DC. prodr. — Cfr. Wight et Arn. prodr. Penins. 1. p. 9. sq.

*22. *DUGUETIA. A. St. Hil.* (1825.) fl. Bras. 1. p. 35, cum ic. — Alph. DC. l. c. p. 40. — Unica spec. — Cfr. Schlechtdl. in Linnaea 1834. p. 320.

*23. *POLYALTHIA. Blume.* fl. Jav. Anon. p. 68. (5. sp.). — Genus fructu inter Uvarias et Guatterias medium tenens. — Alph. DC. p. 39. (n. sp. 1.). Huc Guatteria cuneiformis, Blume Bydr. 1. p. 19.

24. *GUATTERIA. Ruiz et Pav.*, Dun., DC. prodr. p. 93. — St. Hil. fl. Bras. 1. p. 36. Char. ref. Novas spec. v. apud Blume, Bydr. 1. p. 19, (excl. G. cuneiformi, — cfr. Polyalthia); St. Hil., l. c.; Alph. DC. l. c. p. 40. sq.; Schlecht. in Linnaea 1834. p. 321. — Aberemoa et Cananga, Aubl. — Uvariae sp. Lam., Willd.

*25. *EUPOMATIA. R. Br.* (1814.) gen. rem. p. 65. t. 2. (E. laurina, R. Br.) — Anonacearum sectionem propriam constituit, staminibus manifeste perigynis et calycis tubi cum germine cohaesione ad caetera ordinis genera eodem fere modo se habens, ac Nymphaea ad Hydropeltidem, observante ill. R. Br. l. c. p. 66.

V. MENISPERMACEAE.

(Juss.) DC.

DC. syst. I. p. 509., prodr. 1. p. 95. Bartl. p. 242. Lindl. p. 31. — *Obs. I. Schizandraceae* a cl. Blume (de novis quibusdam familiis, etc. Leyd. 1833. Cfr. Ann. sc. nat. 1834. Bot. II. p. 91.) et a cl. G. Don (gen. syst. 1. p. 101.) in ordinem proprium sejunctae, a Menispermeis veris (sc. simplicifoliis), quibus habitu characteribusque fere omnibus proxime accedunt, sufficientibus differentiis distingui non posse nobis videntur. Ipsa autem hac tribu Menispermaceae arctius connectuntur cum Wintereis et Anonaceis, mediante inprimis *Kadsura*, quae a Dunalio (ap. DC.) Anonaceis, a Wallichio (tent. fl.

Nepal. 1. p. 9.) Wintereis? aut Menispermeis, a Blumeo (l. c.) Schizandraceis, ab Alph. DC. (Mém. Anon. p. 20.) Dilleniaceis adnumeratur. — *Obs. II. Maynam, Aubl.*, ab ill. DC. Magnoliaceis, a G. Don (gen. syst. 1. p. 101.) Schizandraceis adscriptam, potius ad Bixineas referendam cum ill. St. Hil. (fl. Bras. 1. p. 27.) credimus. — *Obs. III.* Plurimarum Menispermacearum characteres generici propter flores sexus alterutrius saepissime ignotos adhucdum incompleti ideoque non satis stabiliti sunt. Quam ob rem primarios characteres, carpologicos sc. et e staminibus desumtos, quum non in omnibus generibus simul rite cogniti sint, in tabula nostra secundariis subordinare coacti fuimus. — Praeterea monendum est, floralium integumentorum interpretationem apud varios auctores valde aequivocam esse; ita v. g. *Anamirta* a G. Don (gen. syst. 1. p. 103, — an secundum Colebr.?) dicitur 2-sepala, 6-petala, nectario nullo; — in Wight et Arn. prodr. 1. p. 446. autem eidem generi tribuitur calyx 2-bracteolatus, 6-sepalus, corolla nulla, — unde liquet, partes a Donio sepala vocatas easdem esse ac „bracteolae" ap. W. et Arn.; ita porro *Kadsura* a Candollio traditur 3-sepala, 6-petala, a Wallichio autem 9-12-sepala, apetala; ita denique *Schizandra* apud DC. describitur 9-sepala, apetala, dum forte sepala 3 intimi ordinis, ab ipso DC. „petaloidea" dicta, rectius pro petalis habenda sunt.

Tribus I.

Schizandraceae. Blume, l. c., G. Don, l. c. (cfr. supra Obs. I.) *Schizandreae*, DC. prodr. 1. p. 104.

*1. *SARCOCARPON. Blume.* (1825.) Bydr. 1. p. 21. — Linnaea I. p. 497. (Unica sp.)

*2. *SPHAEROSTEMMA. Blume.* (1825.) l. c. p. 22. — Linnaea I. p. 497. — bot. reg. t. 1688. (Kadsura propinqua, Wall. tent. fl. Nepal. p. 11. t. 15.)

3. *KADSURA. Juss.* — DC. prodr. 1. p. 83. (inter Anonac.) Wallich, tent. fl. Nepal. p. 9. t. 14. (excl. sp. 1, quam v. sub Sphaerostemmate).

4. *SCHIZANDRA. Michx.* — DC. p. 104. Bot. mag. t. 1413.

Tribus II.

Menispermeae. DC. prodr. p. 96.

5. *CISSAMPELOS. Linn.* — DC. p. 100. (excl. sp. No. 2, cfr. Clypea.) St. Hil. fl. Bras. 1. p. 49. Char. ref. t. 11. (sp. 10. nov. descr.) Cfr. Wight et Arn. prodr. 1. p. 14. — *Caapeba*, Plum.

*6. *JODES. Blume.* (1825.) Bydr. 1. p. 29. Linnaea I. p. 499. (1. sp.) „Genus Menispermeis affine," Blume l. c.

7. *SPIROSPERMUM. Petit-Thouars.* — DC. p. 96.

8. *TRICHOA. Pers.* — DC. p. 103. — *Batschia*, Thunb., nec alior. — Genus recognoscendum.

*9. *TILIACORA. Colebr.* in Linn. soc. trans. 13. p. 67. — G. Don, gen. syst. 1. p. 103 et 109. — Unica sp.: T. racemosa, Colebr. (Menispermum polycarpon, Roxb. Mss., Cocculus acuminatus, DC. p. 99. No. 34. fide Wight et Arn. l. c. p. 12.) — *Bagalatta*, Roxb. fide DC. syst. I. p. 527. n. 34. — *Braunea*, Willd. (Cocculus radiatus, DC. l. c. No. 35.) fide Wight et Arn. l. c.

10. *MENISPERMUM. Tourn.* — DC. p. 102. (excl. sp. No. 5., cf. Coscinium).

*11. *MENISCOSTA. Blume.* (1825.) Bydr. 1. p. 28. (Unica sp.) Linnaea 1. p. 499. — „Menispermeis affinis." Blume l. c.

*12. *COSCINIUM. Colebr.* l. c. p. 65. — G. Don, l. c. Unica sp.: C. fenestratum, Col. (Menispermi sp. Gaertn., DC. prodr. p. 103. No. 5.)

13. *COCCULUS.* (Bauh.) Colebr. — Bot. mag. t. 2970. 2971. — DC. prodr. p. 96. (excl. sp. No. 1 β et 3, cf. Clypea, — No. 34, 35, quas v. sub Tiliacora, — et No. 12, cf. Anamirta). — Cfr. St. Hil. fl. Bras. 1. p. 58. (sp. nov. 2 dubiae) — Wight et Arn. l. c. p. 11. (2 sp. nov.) Blume Bydr. 1. p. 23. (n. sp.) Linnaea 1. p. 498. — Generis synonymiam v. ap. DC. l. c.

*14. *CLYPEA. Blume.* (1825.) Bydr. 1. p. 26. (6 sp.) Linnaea 1. p. 498. — Wight et Arnott l. c. p. 14. — Decaisne, Herb. Timor. descr. p. 95. t. 18. — *Stephania*, Lour., non Willd. (Cfr. Decsne. l. c.) — Cissampelos No. 2. DC. prodr. p. 100. — Cocculi sp. No. 1 β et 3. DC. p. 96.

15. *ABUTA. Aubl.* — DC. p. 103. — Genus cum Cocculo, a quo nonnisi corollae defectu differt, conjungendum, fide St. Hil. fl. Bras. 1. p. 58.

*16. *ANAMIRTA. Colebr.* in Linn. soc. trans. 13. p. 52 et 66. — Wight et Arn. l. c. p. 446. Arnott in Ann. d. sc. nat. 1834. II. p. 65. t. 3. Unica sp.: A. Cocculus, W. et. A. l. c. (Cocculus suberosus, DC. p. 97. No. 12.)

*17. *GYNOSTEMMA. Blume.* (1825.) Bydr. l. p. 23. (2. sp.) Linnaea I. p. 497.

18. *PSELIUM. Lour.* — DC. p. 100.

19. *AGDESTIS. Moç. et Sessé.* — DC. p. 103.

Tribus III.

Lardizabaleae. DC. p. 95.

20. *LARDIZABALA. Ruiz. et Pav.* — DC. l. c.

21. *STAUNTONIA. DC.* p. 96. — *Holboellia, Wallich* (1824.) tent. fl. Nepal. p. 23. t. 16, 17. Cfr. Wall. cat. No. 4950. (ubi sp. 3 nov.)

22. *BURASAIA. Pet. Th.* — DC. p. 96.

VI. BERBERIDEAE. *Vent.*

Tribus I.

Berberideae verae. Nob. — Berberideae DC. syst. II. p. 1., — prodr. 1. p. 105. Bartling p. 241. Lindley p. 30. Cfr. R. Br. Congo. p. 242. Ej. verm. Schr. I. p. 230. Bernhardi in Linnaea VIII. p. 452.

1. *BERBERIS. Bauh.* — DC. prodr. 1. p. 105. — Cfr. St. Hil. fl. Bras. I. p. 44. t. X. (sp. 3 nov. descr.) Hooker, flor. bor. Am. I. p. 28. Hook. et Arn. ap. Beechey I. p. 5. (n. sp.)

2. *MAHONIA. Nutt.* — DC. p. 108. — Cel. Hooker (fl. bor. Am. I. p. 28.) Mahoniam cum Berberide conjungendam esse demonstrat, quum in *Berb. heterophylla, Juss.*, staminum filamenta apice dentata sint. Attamen genus adhuc servavimus propter petalorum basin eglandulosam, etsi hunc characterem vix sufficientem credamus ad separanda haec genera caeterum adeo affinia.

3. *NANDINA. Thunb.* — DC. p. 109. — Sims. bot. mag. t. 1109. Morren et Decaisne in Ann. A. sc. nat. 1834. II. t. 12. f. D. (semen.). — Genus, antheris longitudinaliter dehiscentibus a caeteris Berberideis recedens, ut tribus propria (*Nandineae*, Bernh.) *Ranunculaceis* adnumeratur a cl. Bernhardi, l. c. p. 452.

?4. *DIPHYLLEIA. Michx.* — DC. p. 110. Cfr. R. Br. Congo p. 442. in nota — A. cl. Bernhardi, l. c. p. 448. et 452. *Podophylleis* adjicitur. (V. tab. nostr. Podophyllear.)

5. *LEONTICE. Michx.* Leontices sect. I. Leontopetalum, DC. p. 109. — Morr. et Dcsne. l. c. t. 12. f. C. (Fruct.)

*6. *CAULOPHYLLUM. Michx.* — Leontices sect. II. DC. p. 109. — Hook. in bot. mag. t. 3245.

7. *EPIMEDIUM. Bauh.* — DC. p. 110. — Morr. et Dcsne. l. c. p. 352. t. 12. f. A. et B. et t. 13. (3 sp. nov. descr.)

*8. *VANCOUVERIA. Morr. et Decaisne* (1834.) l. c. p. 351. Unica sp. (Epimedium hexandrum, Hooker fl. bor. Am. 1. p. 30. t. 13.).

*9. *ACERANTHUS. Morr. et Dcsne.* (1834.) l. c. p. 349. t. 14. Unica sp. (Epimed. diphyllum, Lodd. bot. cab. t. 1858.).

10. *ACHLYS. DC.* p. 112. (sub. Podophylleis). Hook. fl. bor. Am. I. p. 30. t. 12. Char. reform. — Genus jam a cl. Hooker. (l. c.) Lindley (introd. to the nat. syst. p. 31.) nec non a G. Don (gen. syst. I. p. 114.) ad Berberideas relatum certe huc pertinet ob antherarum dehiscentiam valvularem; apud cl. Bernhardi autem (cf. l. c. p. 445. et 452.) propriam (tertiam) tribum Ranunculacearum format Paeonieas inter et Nandineas. — (Cfr. Comment. ad tab. Podophyllearum.)

Tribus ? II.

Millingtonieae. Nob. — *Millingtoniaceae* (ordo proprius inter Sapindaceas et Meliaceas) *Wight. et Arnott.* prodr. fl. Penins. I. p. 115.

*11. *MILLINGTONIA. Roxb.* (non Linn. fil. suppl.) Roxb. Corom. 3. t. 254. Wight. et Arn. in Edinb. New. Phil. Journ. Jul. 1833. p. 178. — prodr. Penins. l. c. (2. sp.). — Cfr. Jack. Mal. Misc. 2. p. 32. — Genus a cl. C. G. Nees ab Es. (in R. Br. verm. Schr. l. c., adnot.) Berberideis adscribitur cum „*Meliosma, Blume*, hort. Buitenzorg. p. 10.“, quod genus nobis plane ignotum.

VII. PODOPHYLLEAE.
(DC.) Lindl.

Lindl. p. 13. Podophyllacearum Trib. I. (excl. Achlyde) DC. p. 111. Papaveracearum sectio, Mart. h. Monac. 1829. Paeoniacearum pars, Bartl. p. 251. Berberidearum sect. II. Bernhardi in Linnaea VIII. p. 445. et 452. — Ordo totus boreali-Americanus.

?1. *HYDRASTIS. L.* — Genus hucusque *Ranunculaceis* adsociatum (quarum tab. cfr.), nuperius autem a cl. Bernhardi (in Linnaea VIII. p. 447. et 452.) praecipue ob antherarum dehiscentiam ad Podophylleas relatum; an tamen propter carpella distincta, potius Ranunculaceum genuinum? — (Cfr. supra Commentar. ad Ranunculac.)

2. *PODOPHYLLUM. Linn.* — DC. p. 111. Bot. mag. t. 1819. Cfr. Bernhardi l. c. p. 446, 452.

?3. *DIPHYLLEIA. Michx.* a cl. Bernhardi l. c. p. 448, 452. Podophylleis adnumeratur, quibus habitu saltem accedit; — quum vero antheris valvulis a basi ad apicem dehiscentibus gaudere tradatur (cfr. Spreng. gen. No. 1318.) potius pro Berberidea erit habenda. — Cfr. tab. et coment. nostr. Berberidear.

4. *JEFFERSONIA. Barton.* — DC. p. 111. — Bot. Mag. t. 1819. — Cfr. R. Br. Congo p. 441. in nota, et obs. cl. Nees ab E. in Verm. Schr. p. 230. sq. — Hook. fl. Bor. Am. I. p. 30. in adnot.

Obs. Achlys. DC. ab ipso auctore aliisque, etsi cum? Podophylleis adjuncta, nobis excludenda et ad *Berberideas veras* referenda videbatur. (Cfr. Berberidear. tab. et comment.) Antherae a DC. describuntur: „loculis valde discretis, rima transversali dehiscentibus,“ — a Hookero autem: „didymae, subglobosae, 2-labiatae, sub 1-loculares;“ — hinc genus a Podophylleis (quibus antherae secundum longitudinem dehiscentes) egregie discrepat et ad Berberideas valde accedit.

VIII. HYDROPELTIDEAE.
(DC.) Lindl.

Lindl. p. 13. *Podophyllacearum* Trib. II. DC. syst. II. p. 36. prodr. I. p. 112. — *Cabombeae*, A. Rich., élém. bot. p. 420. Bartl. p. 87. — Ordo ad Monocotyledoneas rejicitur a cl. Q. Rich. in Ann. d. sc. nat. XXIV. — Species omnes *Americanae*.

1. *CABOMBA. Aubl.* — DC. l. c. — *Nectris*, Schreb., Willd., Pursh, Nutt.

2. *HYDROPELTIS. Michx.* — DC. l. c. — *Brasenia*, Schreb., Pursh, Nutt. — *Ixodia*, Sol. Mss. ex DC., non R. Br.

IX. NYMPHAEACEAE.
(Salisb.) DC.

DC. syst. II. p. 39., prodr. I. p. 113. — *Nymphaeaceae* et *Nelumboneae*, *Bartl.* p. 88, 89. Lindl. p. 10, 12.

Tribus I.

Nelumboneae. DC. l. c. — Ordo proprius, Bartl., Lindl., l. c.

1. *NELUMBIUM.* JUSS. — DC. l. c. — Delil. fl. Aeg. ill. t. 61. Rchb. fl. exot. I. p. 21. t. 17, 18. — *Nelumbo,* Tourn. — *Cyamus,* Salisb.

Tribus II.

Nymphaeeae. DC. p. 114. — *Nymphaeaceae* (ordo propr.) Bartl. p. 88. Lindl. p. 10.

2. *EURYALE.* SALISB. — DC. l. c. Rchb. fl. exot. I. p. 16. t. 11. — *Anneslea,* Andr. (non Wallich.)

3. *NYMPHAEA.* TOURN., Linn. — DC. l. c. — Engl. bot. t. 160. Rchb. fl. exot. I. p. 18—20. t. 13—16. — *Castalia,* Salisb. — Blume, Bydr. II. p. 48.

*4. *BARCLAYA.* WALLICH. (1827.) in Linn. soc. trans. 15. t. 18.

5. *NUPHAR.* SMITH. — DC. p. 116. — Rchb. fl. exot. I. p. 17. t. 12. *Nymphaeae* sp. L. et auct. plur.

X. PAPAVERACEAE.
(Juss.) DC.

DC. syst. II. p. 67., prodr. I. p. 117. Bartl. p. 260. Lindl. p. 8. — Cfr. Bernhardi in Linnaea VIII. p. 401. sq.

1. *BOCCONIA.* (L.) *R. BR.* in app. to Denh. et Clapperton's trav. p. 13. in nota. *Ej.* verm. Schr. IV. p. 20. sq. in nota. — Bernh. l. c. p. 460. — DC. p. 121. (excl. §. 2.)

*2. *MACLEAYA.* R. BR. (1826.) l. c. — Genus e sola *Bocconia cordata, Willd.* (DC. l. c. §. 2.) constitutum. G. Don, gen. syst. I. p. 129. — Bernh. l. c. p. 460.

3. *SANGUINARIA.* DILL. — DC. p. 121. Bernh. l. c. p. 459. — Nova sp.: S. grandiflora, Rosc., Sweet brit. flower garden 2d. series t. 147.

*4. *STYLOPHORUM.* NUTT. gen. Am. II. p. 8. — Bernh. l. c. p. 461. (*Meconopsis,* §. 2. DC. p. 121.) Species addenda: St. simplicifolium, G. Don l. c. p. 135. (Papaver simplicifol., D. Don prodr. fl. Nepal.)

5. *MECONOPSIS.* VIG. — DC. p. 120. (excl. §. 2.) — Bernh. l. c. p. 462. — Novae sp.: M. crassifolia et heterophylla, Benth. in trans. Soc. hortic. Lond. 1834. — v. Annal. sc. nat. 1834. II. p. 82.

6. *ARGEMONE.* TOURN. — DC. p. 120. — Bernh. l. c. p. 461.

7. *PAPAVER.* TOURN. — DC. p. 117. — Bernh. l. c. p. 462.

*8. *PLATYSTIGMA.* BENTHAM. (1834.) l. c., v. Ann. sc. nat. 1834. II. p. 81. Unica sp.: P. lineare. Habitus Platystemonis, ex Benth.

*9. *HUNNEMANNIA.* SWEET. (1828.) brit. flow. gard. t. 276. — Bernh. l. c. p. 464. Unica sp.: H. fumariaefolia, Sweet. l. c. — Bot. mag. t. 3061. — Genus proximum Eschscholziae, ex auct.

10. *ESCHSCHOLZIA.* CHAMISSO. (1820.) in Nees hort. Berol. p. 73. t. 15. — Bernh. l. c. p. 464. — Genus ab ill. DC. (prodr. III. p. 344.) *Loaseis* perperam adsociatum. — Calyx calyptraeformis basi demum circumscissus et deciduus. — Species 4 novas (E. croceam, caespitosam, tenuifoliam et hypecoidem) descripsit cl. Benth. l. c., — cf. Ann. sc. nat. l. c. p. 82.

*11. *DENDROMECON.* BENTH. (1834.) l. c. — Ann. sc. nat. l. c. p. 81. Unica sp.: D. rigidum, Benth. — Genus nimis fere affine nobis videtur Hunnemanniae.

12. *CHELIDONIUM.* BAUH. — DC. p. 122. — Bernh. 461. — Genus cum *Roemeria* et *Glaucio* ad *Papavereas* suas relatum a cl. Bernh. l. c.

13. *ROEMERIA.* MEDIK. — DC. p. 122. — Bernh. p. 463.

14. *GLAUCIUM.* TOURN. — DC. p. 122. — Bernh. p. 463. — Nova sp.: G. Arabicum, Fresen. in Mus. Senkenb. 1833 — 34, cfr. Ann. sc. nat. 1834. II. p. 49.

*15. *CHIAZOSPERMUM.* BERNH. (1833.) in Linnaea VIII. p. 465. Genus constitutum ex Hypecoo erecto, L. (DC. p. 124. No. 6.) — Cfr. obs. ad gen. seq.

16. *HYPECOUM.* (TOURN.) BERNH. l. c. p. 465. — DC. p. 123. (excl. sp. No. 6.) — N. sp.: H. dimidiatum, Delil. in Ann. sc. nat. 1834. II. p. 238. — OBS. *Hypecoum* et *Chiazospermum* a cl. Bernhardi (l. c.) in propriam tribum (*Hypecoeae* dicendam) conjunguntur, quam, nec sine gravioribus argumentis, de quibus autem disputare locus hic non est, *Fumariaceis* potius quam Papaveraceis adscribendam censet. Nos vero genera haecce inter *Papaveraceas* retinenda esse ea potissimum ratione credimus, quod *Platystemon* (genus carpologicis characteribus certissime *Hypecoo* proximum) ab ipso auctore (Benth. l. c.) admodum affine tradatur *Eschscholziae*, intercedentibus *Platystigmate* et *Dendromecone*, — ita ut ex horum generum (vere Papaveraceorum!) serie removeri non possit, nisi invita natura.

*17. *PLATYSTEMON.* BENTH. (1834.) l. c. Ann. sc. n. l. c. p. 80. Unica sp.: P. Californicum, Benth. — Bot. reg. t. 1679. — Genus proxime affine Eschscholziae per Platystigma et Dendromecon, Papaveraceas cum Ranunculaceis connectens, mediante Trollio, ex Benth. l. c.

XI. FUMARIACEAE. DC.

DC. syst. II. p. 105., prodr. 1. p. 125. — Bartl. p. 259. Lindl. p. 18. — Cfr. Bernhardi in Linnaea VIII. p. 401, 466, 473. t. X. Ordo apud cl. Bernhardi l. c. in tribus duas dividitur, quarum prior (*Hypecoeae, B.*) a nobis exclusa et *Papaveraceis* adjuncta (cfr. obs. nostr. ad Hypecoum), altera au-

tem (*Fumarieae*, Bernh.) cum Fumariaceis DC. identica est. In statuendis et distinguendis generibus cl[mum]. Bernhardi secutus sum, mutatis tantummodo terminis, quum solertissima ejus theoria de floris Fumariacearum structura nondum comprobata absolutaque mihi videatur. Quae sc. partes Bernhardio *bracteae* audiunt, nobis *sepala; sepala*, Bernh., nobis *petala exteriora; stemonopetala*, B., nobis *petala interiora* vocantur.

*1. *DACTYLICAPNOS. Wallich.* (1828.) tent. fl. Nepal. p. 51. t. 39. Link et Otto ic. p. 67. t. 34. Sweet, brit. fl. gard. 2d. ser. t. 127. Bernh. l. c. p. 467. Unica sp.: D. thalictrifolia, Wall., (Diclytra scandens, D. Don prodr. fl. Nepal. p. 198.)

2. *DICENTRA. (Borkh.) Bernh.* l. c. p. 468. — *Diclytrae* sp. No. 1 et 2. DC. p. 125. — *Obs.* Nomen *Diclytra* Borkh., a nonnullis in *Dielytram* mutatum, monente cl. Bernhardi (l. c. p. 457. in nota) ex lapsu calami aut potius typographi ortum videtur, quum κεντρον (nec vero κλυτρον, nec ἔλυτρον) calcar significet, unde liquet, *Dicentra*, nec aliter, legendum esse.

*3. *EUCAPNOS. Bernh.* (1833.) l. c. p. 468. — *Diclytrae* sp. (excl. No. 1 et 2.) DC. p. 125. sq. — Bot. mag. t. 3031.

4. *ADLUMIA. Rafin.* — DC. p. 126. — Bernh. p. 468.

*5. *BULBOCAPNOS. Bernh.* l. c. p. 469. — *Corydalis* §. 2. Capnites, DC. p. 126.

6. *CORYDALIS. Bernh.* l. c. — *Corydalis*, §. 3. Capnoides DC. (non Bernh.) p. 128., excl. sp. No. 26.

*7. *CAPNOIDES.* (Gaertn., non Tourn.) *Bernh.* l. c. p. 470. — Species sunt: 1. C. lutea, Gaertn., Bernh., (Corydalis capnoides. Pers. *β.* DC. p. 129. n. 26.) et 2. C. albida, Bernh., (Coryd. lutea, *α.* DC. l. c.) — Plures praeterea *Corydalis DC.* species, propter descriptiones non satis accuratas, inter genera tria ultima remanent ambiguae; quod etiam valet de speciebus a cl. Cham. et Schlecht. in Linnaea I. p. 558. sq. descriptis, quarum altera nova (*Coryd. Cracca*, l. c. p. 567., e Prom. b. spei) cum *C. claviculata DC.* ab omnibus reliquis recedit caule scandente et petiolis cirrhosis.

8. *CYSTICAPNOS. Boerh.* — DC. p. 126. — Bernh. p. 470.

9. *SARCOCAPNOS. DC.* p. 129. — Bernh. p. 470.

*10. *DISCOCAPNOS. Cham. et Schl.* (1826.) in Linnaea I. p. 569. Unica sp.: D. Mundtii, l. c. — Bernh. p. 470.

*11. *PLATYCAPNOS.* (Fumariae sect. I. DC. p. 130.) Bernh. p. 471. — Mém. soc. hist. nat. Paris. 1. t. 6.

12. *FUMARIA.* (Tourn.) *Bernh.* p. 471. — DC. p. 129. sq. (excl. sect. I.)

XII. CRUCIFERAE. *(Juss.)*

DC. syst. II. p. 139., prodr. 1. p. 131. Bartl. p. 261. Lindl. p. 14. — Cfr. R. Br. in hort. Kew. ed. 2. IV. p. 71. sq. *Ej.* verm. Schr. V. p. 1—76. — Gay et Monnard Obs. in Ann. sc. nat. Avril 1826. — Ledebour, fl. Altaic. III. p. 1—219. — Koch, Deutschl. Flora IV. p. 272. sq. — Generum Europaeorum characteres praecipue ex Ledeb. et Koch op. cit. desumsimus. — Ad indagationem in difficillimo hoc ordine faciliorem reddendam diagnosticis generum tabulis praemisimus tabulam, qua subordinum tribuumque solummodo characteres, tam naturales quam artificiales, exponuntur simulque anomaliae, quantum innotuerunt, indicantur. Fore speramus, ut hujus tabulae ope Crucifera quaedam ignota, cujus fructus maturi non suppetunt, nihilominus ad tribum suam satis tuto referri possit.

Tribus I.
Arabideae. DC. prodr. 1. p. 132. — *Obs.* E generibus a cl. DC. ad hanc tribum relatis excludenda erant: *Leptocarpaea*, DC. p. 140., quae a Sisymbrio generice non differt (cfr. Koch, l. c. p. 658.) et *Braya*, Sternb. et Hoppe (DC. p. 141.) quae, cotyledonibus incumbentibus gaudens, ad Sisymbreas spectat, fide Gay et Monn. l. c. p. 10. (Cfr. tab. Sisymbrear.)

1. *NOTOCERAS. R. Br.* — DC. p. 140. (excl. sect. III., quae genus seq.) — *Diceratium*, Lag.

*2. *ANDRZEJOWSKIA. Reichenb.* ic. 1. p. 15. t. 13. (non Andreoskia, DC. p. 190., quae Dontostemon, Andrz., cfr. Sisymbreae). — *Notoceratis* sect. III. DC. p. 140.

3. *MATTHIOLA. R. Br.* — DC. p. 132. Koch l. c. p. 673. — Delil. in Ann. sc. nat. 1834. II. p. 238. (n. sp.) — *Triceras*, Andrz., Rchb.

*4. *STREPTANTHUS. Nutt.* (1825.) in Journ. of the Ac. of Nat. Sc. of Philad. V. p. 132. cum ic. ex Ferruss. bull. sc. nat. 1827. XI. p. 435. (2 spec.) Hook. in bot. mag. t. 3317.

5. *BARBAREA. R. Br.* — DC. p. 140. Flor. Alt. III. p. 9. Koch, p. 664.

6. *TURRITIS. Dill.* — DC. p. 141. Fl. Alt. p. 13. Koch. p. 637. Hook. fl. bor. Am. 1. p. 40. (sp. 5 nov. descr.)

*7. *OUDNEYA. R. Br.* ap. Clappert. p. 14. *Ej.* verm. Schr. IV. p. 23. Unica sp.: O. Africana, (Hesperis nitens, Viv. fl. Libyc. p. 38. t. 5. f. 3.)

8. *CHEIRANTHUS.* (L.) *R. Br.* — DC. p. 135. (excl. sp. No. 3., quae ad Erysimum repellenda; cfr. Gay et Monn. l. c. p. 7.) Koch p. 674. — Novas sp. v. in Linnaea I. p. 14. et Hook. fl. bor. Am. 1. p. 38. — *Psilostylis*, Andrz.

9. *STEVENIA. Adams.* — DC. p. 141.

10. *ARABIS.* (L.) *DC.* p. 142. (excl. sp. No. 24., quam v. sub Sisymbrio.) Fl. Alt. p. 15. — Koch p. 611. — Hujus loci est Erysimum Alpinum, Baumg., DC. p. 199. n. 36. (cfr. Gay et Monn. p. 22. n. 15.) Linnaea I. p. 17. (n. sp.) — *Abasicarpon*, Andrz.

11. *CARDAMINE.* (L.) *DC.* p. 149. Fl. Alt. p. 32. Koch. p. 598. — Novas sp. v. in Linnaea I. p. 19. sq. No. 3, 5, 6. Cambess. in St. Hil. fl. Bras. II. p. 123. t. 106. Hook. fl. bor. Am. 1. p. 44.

12. *DENTARIA. T.* (L.) DC. p. 154. Fl. Alt. p. 41. Koch p. 593. Hook. l. c. p. 46. — Peculiarem in hoc genere formam cotyledonum primus observavit cl. Spenner, fl. Frib. p. 918. t. 3. f. 5—7.

13. *NASTURTIUM. R. Br.* — DC. p. 137. Fl. Alt. p. 5. Koch p. 638. Cambess. ap. St. Hil. l. c. p. 119. (n. sp. 1.). *Roripa*, Scop. — *Brachylobus*, Desv. — (Cfr. infra Cochlearia.)
*14. *PARRYA. R. Br.* (1823.) in Chlor. Melvill. p. 10. t. B. — Genus *Neuroloma*, Andrz. (DC. p. 156.) cum Parrya conjungendum esse demonstravit cel. Hooker in fl. bor. Am. 1. p. 46. t. 15.
15. *PTERONEURON. DC.* p. 154.
16. *MACROPODIUM. R. Br.* — DC. p. 149. Fl. Alt. p. 30. Hook. bot. misc. 1. p. 340. t. 67. 68. (n. sp.) *Ej.* fl. bor. Am. 1. p. 43.

Tribus II.

Alyssineae. DC. p. 156. (excl. Savignya, DC. p. 157., quam v. infra inter *Velleas.*)

*17. *TETRAPOMA. Turczaninow* Mss. — Fisch. et C. A. Meyer ind. sem. h. Petropol. 1835. Unica sp.: T. barbareaefolium, Turcz., (Camelinae sp. No. 5. DC. p. 201.) Genus propter cotyledonum structuram nobis ignotam adhucdum dubiae sedis, affine hinc *Nasturtio*, illinc praecipue *Cochleariae*, ex auct. — An capsula vere 4-locularis?, 4-valvis? (e carpellis 4 conflata?) Tunc genus singularissimum!
*18. *SELENIA. Nutt.* (1825.) in Journ. Ac. n. sc. Philad. V. p. 132. cum ic.; ex Ferruss. bull. 1827. XI. p. 435. Unica sp.: S. aurea, Nutt.
19. *LUNARIA. L.* — DC. p. 156. — Koch. p. 592.
20. *FARSETIA.* (Turr.) *R. Br.* ap. Clappert. p. 11. in nota. Char. ref. *Ej.* verm. Schr. IV. p. 18. Unica sp. certa: F. Aegyptiaca, Turr. (DC. p. 157. n. 1.) — altera dubia: F. stylosa, R. Br. l. c. — Cfr. bot. mag. t. 3087. — *Fibigia*, Medik.
21. *DRABA.* (L.) C. A. Meyer in fl. Alt. III. p. 67. Char. ref. (n. sp. 3 descr.) — DC. p. 166. — Linnaea I. p. 25. (n. sp. 1. descr.) Cfr. Koch, l. c. p. 542. (n. sp. 5 descr.) — Deless. ic. sel. II. t. 44—46. — Rchb. ic. 383, 385—387.
22. *EROPHILA. DC.* p. 172. — Genus nimis artificiale. — Cfr. Koch (sub Draba) p. 560.
*23. *PSILONEMA. C. A. Meyer.* (1831.) l. c. p. 50. Ledeb. ill. pl. Ross. Alt. t. 202. (Alyssi sp. No. 38. DC. p. 163.)
*24. *PTILOTRICHUM. C. A. Meyer.* (1831.) l. c. p. 64. (Alyssi sp. No. 45. DC. p. 164.)
25. *PETROCALLIS. R. Br.* — DC. p. 166. — Koch p. 562.
*26. *LOBULARIA. Desv.* Journ. de bot. 3. p. 172. Koch p. 587. — *Koniga* R. Br. ap. Clappert. p. 9. *Ej.* verm. Schr. IV. p. 14. — Species sunt: 1. L. maritima, Desv., (Alyssi sp. No. 39. DC. p. 164.) et 2. L. Libyka, nob. (Lunaria Libyca Viv. fl. Lib. p. 34. t. 16. f. 1. — cfr. R. Br. l. c.)
*27. *ODONTARRHENA. C. A. Meyer.* (1831.) l. c. p. 58. — Huc spectant: Alyssi sp. No. 13 et 23.? DC. p. 161., et n. sp.: O. microphylla, Mey. l. c. Ledeb. ill. fl. Ross. Alt. t. 143.
28. *ALYSSUM.* (L.) *C. A. Mey.* l. c. p. 53. Char. ref. (n. sp. 1.) — Deless. ic. sel. II. t. 38—40. — Alyssi sp. DC. p. 160., excl. No. 4, 13, 23?, 38, 39, 45, et forsan plurib. aliis; — cfr. Psilonema, Ptilotrichum, Lobularia, Odontarrhena et Berteroa.) — Cfr. R. Br. l. c. p. 9. *Ej.* verm. Schr. IV. p. 15. Koch, p. 574. (excl. sp. nonnull.) G. Don, gen. syst. 1. p. 177. sq.
29. *BERTEROA. DC.* p. 158. Rchb. ic. t. 231. Flor. Alt. III. p. 46. Farsetiae sp. Koch. p. 588. — Hujus loci quoque est Alyssi sp. No. 4. DC. p. 160.
30.? *DISCOVIUM. Rafin.* — DC. p. 236. — Genus propter cotyledones ignotas dubiae in ordine sedis, Alyssineis adscriptum ex auctoritate cl. G. Don. l. c. p. 150.
31. *MENIOCUS. Desv.* — DC. p. 165. Fl. Alt. p. 44.
32. *AUBRIETIA. Adans.* — DC. p. 158.
33. *SCHIVERECKIA. Andrz.* — DC. p. 160.
34. *VESICARIA. Lam.* — DC. p. 159. Koch p. 573. — Cfr. Hook. fl. bor. Am. 1. p. 48.
*35. *KERNERA. Medik.* (non Roem. et Sch.) Koch p. 568. Cfr. Gay et Monn. l. c. p. 11. — Cochleariae sect. I. DC. p. 172. excl.? No. 3.
*35[b]. *RHIZOBOTRYA. Tausch.* in Regensb. bot. Zeit. 1836. p. 33. Unica sp. — Genus proxime accedens ad *Eudema* ex Tausch, sed distinctum radicula dorsali.
36. *COCHLEARIA.* (Tourn.) *Medik.* — Cochleariae sp. DC. p. 172. (excl. No. 1, 2, cfr. Kernera; No. 20, v. Smelowskia; et sect. IV., v. Jonopsidium). — Cochlearia et Armoracia, Koch p. 563. 566. — In fl. Alt. III. p. 85. ad Cochleariam referuntur Nasturtium amphibium et aquaticum DC. p. 138.
37. *CLYPEOLA. L.* — DC. p. 165. Koch p. 591. — *Orium* et *Bergeretia*, Desv.
38. *PELTARIA. L.* — DC. p. 166. Koch p. 589. — *Bohatschia*, Crantz. (non Presl.)
39. *RICOTIA. DC.* p. 157.
*40. *REDOWSKIA. Cham. et Schlecht.* (1826.) in Linnaea I. p. 32. t. 2. Unica sp.

Tribus III.

Thlaspideae. DC. p. 175. (excl. Capsella, quam v. inter Lepidineas.)

41. *HUTCHINSIA.* (R. Br.) — *Hutchinsiae* sp. DC. p. 177. (excl. No. 1, 2, quae ob siliculas apice alatas ad *Thlaspi* removendae; No. 8, 9 et 11, quae cum *H. brevifolia, Hoppe*, propter cotyledones *incumbentes* ad *Lepidineas* pertinent, cfr. Koch l. c. p. 517., Gay et Monn. l. c. p. 13.) — Cl. Koch, l. c. totam quoque sect. I. Iberidellam DC. l. c. e genere excludendam esse suspicatur, ita ut unica Hutchinsiae species certa remaneat, sc. *H. petraea R. Br.* (DC. p. 158. n. 10.), quod etiam affirmant cl. Gay et Monn. l. c. in nota 3. — (V. infra Thlaspi, Capsella, Lepidium et Smelowskia.) — *Noccaeae* sp. Mönch. Rchb. fl. excurs. p. 663.
42. *THLASPI.* (Dill.) *Koch.* p. 524. Fl. Alt. p. 91. — Speciebus apud DC. p. 175. adde: Thl. rotundifolium, Gaud., et Thl. cepeaefolium Koch p. 532. 534. (Hutchinsiae sp. R. Br., DC. p. 177. n. 1 et 2. — Cfr. Koch p. 517. — Noccacae sp. Rchb.)
43. *TEESDALIA. R. Br.* — DC. p. 178. Koch p. 538.

44. *IBERIS.* (L.) *DC.* p. 178. Koch p. 535.
45. *MEGACARPAEA. DC.* p. 183. Fl. Alt. p. 99.
46. *BISCUTELLA. L.* — DC. p. 181. — Koch p. 502. — Cfr. Reichenb. ic. VII. t. 602—619.
47.? *MENONVILLEA. DC.* p. 184. Genus cum Cremolobo DC. propriam tribum (*Cremolobeas*, R. Br.) constituit, ex sententia ill. R. Brown ap. Clappert. p. 212. *Ej.* verm. Schr. IV. p. 11.; a cl. Hookero autem (bot. Misc. 1. p. 350.) ad Lepidineas repellitur (quarum tab. cfr. infra).
48. *CREMOLOBUS. DC.* p. 184.

Tribus IV.

Euclidieae. DC. p. 184.

49. *EUCLIDIUM. R. Br.* — DC. l. c. Fl. Alt. p. 102. Koch p. 488.
50. *OCHTHODIUM. DC.* l. c.
51. *PUGIONIUM. Gaertn.* — DC. p. 185.

Tribus V.

Anastaticeae. DC. p. 185.

52. *ANASTATICA. Gaertn.* — DC. l. c.
53. *MORETTIA. DC.* l. c.

Tribus VI.

Chorisporeae. Ledeb. in Fl. Alt. III. p. 104. *Cakilineae, DC.* p. 185. Hujus tribus nomen mutandum erat, quia Cakile ipsa Pleurorhizeis adnumerari ex cl. Ledebourii sententia non potest. Semen nimirum loculi superioris cotyledonibus *incumbentibus*, inferioris autem *accumbentibus* gaudet, fide Ledeb. l. c. Cl. Koch vero *utriusque* seminis radiculam constanter rimalem ideoque cotyledones *accumbentes* observavit (cf. D. Fl. IV. p. 497.) — Quum igitur in Cakile radiculae situs variare videretur, satius duxi, nomen a cl. Ledebour tribui impositum Cakilinearum loco adhibere.

54. *CAKILE. Tourn.* — DC. p. 185. Koch. p. 497.
55. *CHORISPORA. DC.* p. 186. Flor. Alt. p. 105.
56.? *CORDYLOCARPUS. Desf.* (non Willd.) DC. p. 186. Genus subdubium (cotyledonibus sc. ignotis) ex analogia huc relatum.

Tribus VII.

Sisymbreae. DC. p. 186. — Cfr. Hook. fl. bor. Am. 1. p. 68., ubi Camelineae DC. cum Sisymbreis conjunguntur.

57. *HESPERIS.* (L.) *DC.* p. 188. Fl. Alt. p. 112. Koch p. 669. — *Deilosma*, Andrz.
*58. *SMELOWSKIA. C. A. Meyer.* (1829.) fl. Alt. III. p. 168. Ledeb. ill. pl. Ross. Alt. t. 151. 283. — Genus proxime accedens ad *Eutrema*, ex fl. Alt., ex cl. Koch (l. c. p. 518.) *Hutchinsiae* affine. — Hujus loci sunt: Cochleariae sp. DC. p. 174. No. 20; Hutchinsiae sp. DC. p. 178. n. 8. (Hook. fl. bor. Am. 1., ic.) et Sisymbrii sp. DC. p. 195. n. 45.
59. *BRAYA. Sternbg. et Hoppe.* — DC. p. 141. (inter Arabideas). Koch p. 651. Hook. fl. bor. Am. 1. (n. sp., cum ic.) — Cotyledones *incumbentes* esse ideoque genus ex Arabideis ad Sisymbreas repellendum, demonstravit cl. Gay ap. Monn. l. c. p. 7—10.
*60. *TAPHROSPERMUM. C. A. Meyer.* (1829.) l. c. p. 173. Ledeb. l. c. t. 320. — Genus aff. Brayae. Species sunt: 1. T. Altaicum, C. A. Mey. l. c., — et 2. T. brachycarpum, nob. (Alliariae sp. M. Bieb. DC. p. 196. n. 2., — ex cl. Mey. l. c. p. 173. in adnot.)
61. *MALCOLMIA. R. Br.* — DC. p. 186. Fl. Alt. p. 110.
62. *SISYMBRIUM. (L.) Andrz.* — Flor. Alt. III. p. 122. Koch, p. 652. — *Sisymbrii sp.* DC. p. 190. (excl. No. 9, v. *Erucastrum;* 30, v. *Hugueninia;* 45, v. *Smelowskia;*) *Alliariae sp.* DC. p. 196. n. 1. — *Leptocarpaea*, DC. p. 140. — *Arabidis* sp. No. 24, DC. p. 144. (Cfr. Gay et Monn. l. c. p. 11.) — *Conringiae*, Heist., sp. Rchb. fl. excurs. p. 686.
*62[b]. *HUGUENINIA. Rchb.* (1832.) fl. excurs. p. 691., ic. pl. crit. VII. t. 999. — Unica sp.: H. tanacetifolia, Rchb. (Sisymbrii sp. L. DC. p. 194. n. 30.) Septum nervo percursum non in hoc generi solo, sed etiam in pluribus Sisymbrii sp. observatur.
63. *ERYSIMUM. (L.) Andrz.* Flor. Alt. p. 147. Koch p. 677. — DC. p. 196. (excl. sp. No. 1, 3, 4, v. *Syrenia*, et No. 36, v. *Arabis.*) — *Cheirinia*, Link. — *Gorinkia*, Presl. — *Conringiae*, sp. Andrz., Rchb. l. c.
*64. *SYRENIA. Andrz.* — Fl. Alt. p. 160. Koch p. 676. — Deless. ic. sel. II. t. 65. — *Erysimi* sp. DC. p. 196. n. 1, 3, 4. (cf. Koch p. 677. in nota.)
65. *STANLEYA. Nutt.* — DC. p. 200.
66. *DONTOSTEMON. Andrz.* — Fl. Alt. p. 118. — *Andreoskia, DC.* p. 190. (nec Andrzeiowskia, Rchb.)
67. *LEPTALEUM. DC.* p. 200.

(*HALIMOLOBOS. Tausch*, in Flora d. 14. Jul. 1836. No. 26. p. 410.; genus novum, ex *Sisymbrio polystachyo* et *Arabide lasioloba Hort.* constitutum, a Sisymbryo vix dignoscendum nobis videtur. „Calyx basi aequalis, subpatens, deciduus. Petala minima, abscondita. Stamina libera, edentula, 4 calyce longiora. Siliqua sessilis, linearis, torulosa, stylo longiusculo tenuissimo subulato terminata, 2-locularis, dehiscens, seminibus 1-seriatis, notorhizeis. — Herbae habitu fere Alyssi, etc.“ Tausch l. c.)

Tribus VIII.

Camelineae. DC. p. 201. — Haec Tribus cum Sisymbreis conjungitur a cl. Hookero in fl. bor. Am. 1. p. 68.

68. *CAMELINA.* (Crantz) *Turcz.* — Camelinae sp. DC. p. 201. (excl. No. 5, v. Tetrapoma Turcz. inter Alyssineas.) Flor. Alt. p. 175. Koch p. 570.

* ? *HYMENOPHYSA. C. A. Meyer.* (1829.) in Fl. Alt. p. 180. Ledeb. ill. pl. Ross. Alt. t. 165. — Unica sp.: H. pubescens, Mey. — Genus *Lepidio* proximum ex fl. Alt., ibique ad *Lepidineas* relatum (quarum tab. cfr.), — a nobis etiam inter *Camelinearum* genera, quibus accedit silicula subglobosa indehiscente, mere comparationis causa receptum.

69. *STENOPETALUM. R. Br.* — DC. p. 201.

*70. *MATHEWSIA. Hook et Arnott.* (1833.) in Hook. bot. misc. III. p. 140. t. 96. — Vix differt a *Draba*, nisi habitu et radiculae directione, — accedens etiam ad *Stenopetalum*, ex auct. l. c. — Unica sp.: M. foliosa, H. et A.

*71. *PLATYPETALUM. R. Br.* (1823.) Chlor. Melvill. p. 8 et 50. *Ej.* verm. Schr. 1. p. 371. (2 sp.) — Genus habitu *Brayae*, affine hinc *Subulariae*, inde quodammodo *Stenopetalo*, ex R. Br.

72. *EUDEMA. Humb. Bonpl.* — DC. p. 202.

*73. *PLATYSPERMUM. Hooker.* (1829.) fl. bor. Am. 1. p. t. 68. B. (non Hoffm.) — Unica sp.: P. scapigerum, Hook. — Genus ab auctore *Sisymbreis* (a quibus Camelineas non separat) adscriptum.

74. *NESLIA. Desv.* — DC. p. 202. — In Flor. Alt. p. 205. *Isatideis* adsociatur, quibus vero vix affinis nobis videtur. — *Rapistrum*, Gaertn. (nec Boerh.) — *Vogelia*, Flor. Wetterav. (non Lam., nec Gm.)

*75. *EUTREMA. R. Br.* (1823.) Chlor. Melvill. p. 9. t. A. *Ej.* verm. Schr. 1. p. 373. — Habitus *Brayae* et *Platypetali*, ex R. Br. — Genus ad *Sisymbreas* relatum in Flor. Alt. p. 163, ex nostra autem sententia propter siliquam abbreviatam et dissepimentum incompletum potius *Camelineis* adjungendum. Unica sp.: E. Edwardsii, R. Br. et Fl. Alt. l. c.

76. *APHRAGMUS. Andrz.* (1824.) DC. p. 209. — ? *Oreas*, Cham. et Schl. (non Brid.) in Linnaea I. (1826.) p. 29. t. 1. (*Orobium*, Rchb.) — Genus Oreas ab Aphragmo distinguere nescio et cum eo identicum esse ex eo praeterea suspicor, quod utriusque patria penitus eadem sit. — Nomen a cl. Andrzeiowski datum prioritatis jure servandum est.

Tribus IX.

Lepidineae. DC.

p. 202., exclusa *Senebiera Poir.*, cui cotyledones biplicatae; cfr. infra *Senebiereae.*

*77. *HYMENOPHYSA. C. A. Meyer.* (1829.) flor. Alt. p. 180. — (Cfr. supra *Camelineae.*)

? *MENONVILLEA. DC.* p. 184. Cfr. supra tab. et commentar. *Thlaspidearum.*

78. *LEPIDIUM.* (L.) *R. Br.* — DC. p. 203. Flor. Alt. p. 182. (nov. sp. 1 descr.) Linnaea I. p. 32. (n. sp. 1.) Huc revocanda (fide Gay et Monn. l. c. p. 13—15.) *Hutchinsia alpina*, R. Br. (DC. p. 178. n. 9.); nec non *Hutch. procumbens*, Desv. (DC. n. 11.), quam v. infra sub *Capsella.* (Noccaeae sp. Rchb.) — Cfr. supra obs. nostr. ad *Hutchinsiam.* — *Lepia* et *Cardaria*, Desv. — *Cardiolepis*, Wallr. — *Lasioptera*, Andrz. — *Dileptium*, Raf. — De cotyledonibus L. Virginici cf. Gay et Monn. l. c. p. 23.

79. *EUNOMIA. DC.* p. 208.

80. *CAPSELLA. Vent.* — DC. p. 177. (inter Thlaspideas.) Flor. Alt. p. 196. Koch p. 521. — Cotyledones *incumbentes* esse (nec accumbentes) jam demonstravit cl. Sendel in Ann. sc. nat. III. p. 112. Cfr. Gay et Monn. l. c. p. 13. Koch p. 521. — Hujus loci sunt (praeter C. bursam-pastoris): *C. elliptica Mey.* in fl. Alt. p. 199. (Hutchinsia procumbens DC. p. 178. n. 11.) et n. sp.: C. pauciflora, Koch l. c. — *Rodschiedia*, Flor. Wetter. — *Noccaeae* sp. Rchb.

*81. *JONOPSIDIUM.* (DC.) *Rchb.* ic. VII. p. 26. t. 649. (*Cochleariae* sect. IV. DC. p. 174.) — Genus propter radiculam *dorsalem* a Pleurorhizeis rite separatum, certe Lepidineis adsociandum et forsan cum *Capsella* conjungendum, a qua vix satis distinctum videtur.

82. *BIVONAEA. DC.* (nec alior.) p. 208.

83. *AETHIONEMA. R. Br.* — DC. p. 208. Koch p. 539.

84. *HEXAPTERA. Hook.* (1833.) bot. Misc. 1. p. 349. t. 72—74. (sp. 3 descr.) Aff. Aethionemati, ex auct.

Tribus X.

Isatideae. DC.

p. 209., excl. *Aphragmo*, Andrz., v. Camelineae.

*85. *TETRAPTERYGIUM. Fisch. et C. A. Meyer.* ind. sem. h. Petropol. 1835. p. 39. — Proximum Isatidi.

86. *ISATIS. C. Bauh.* — DC. p. 210. Fl. Alt. p. 202. (n. sp. 1 descr.) Ledeb. ill. pl. Ross. Alt. t. 339. Koch. p. 500. — *Sameraria*, Desv.

*87. *THYSANOCARPUS. Hook.* (1829.) fl. bor. Am. 1. p. 69. cum ic. — Genus *Tauscheriae* affine, an vere distinctum ?, ex Hook.

88. *TAUSCHERIA. Fisch.* — DC. p. 210. (Cfr. DC. syst. II. p. 563.) Flor. Alt. p. 200. — Cfr. Royle ill. pl. Himalay. p. 72. t. 17.

89. *SOBOLEWSKIA. M. Bieb.* — DC. p. 212.

90. *MYAGRUM. Tourn.* — DC. p. 212. Koch p. 499.

Tribus XI.

Anchonieae. DC.

p. 212.

91. *GOLDBACHIA. DC.* l. c. Fl. Alt. p. 207.

92. *ANCHONIUM. DC.* l. c.

93. *STERIGMA. DC.* l. c. Fl. Alt. p. 209. — *Sterigmostemon*, M. Bieb., Rchb. — *Arthrolobus*, Stev.

Tribus XII.

Brassiceae. DC.

p. 213.

94. *SINAPIS. Tourn. Andrz.* — DC. p. 217. (excl. sp. No. 1, v. Brassica, et sect. IV., v. genus seq.) — Huc revocanda est *Brassica Cheiranthos*, Vill. (DC. p. 216. n. 21.) Cfr. Koch p. 706. — *Hirschfeldia*, Moench.

*95. *RAMPHOSPERMUM. Andrz.* — Sinapis sect. ? IV., *Leucosinapis*, DC. p. 220.

96. *BRASSICA.* (L.) *Koch.* p. 705. — Fl. Alt. p. 211. — DC. p. 213. (excl. No. 21, cfr. Sinapis) et Sinapis No. 1. DC. p. 218. (excl. caet. sp.) — Cfr. Gay et Monn. l. c. p. 24, et Koch p. 706. — *Günthera*, Andrz.

*97. *ERUCASTRUM.* *Schimp. et Spenn.* (1829.) fl. Friburg. p. 945. Koch p. 480 et 702. (ubi v. spec.) Cfr. Gay et Monn. l. c. p. 22. n. 14. Soyer Willemet in Ann. sc. nat. 1834. II. p. 115. — *Sisymbrii* sp. No. 9. DC. p. 192.

*98. *ORYCHOPHRAGMUS.* *Alex. Bunge.* (1831.) enum. pl. Chinae boreal. etc., p. 7. Unica sp.: O. sonchifolius, Bge. — Genus proximum Moricandiae, a qua differt seminibus 1-seriatis. Nomen a septo foveolato.

99. *MORICANDIA.* *DC.* p. 221. — Cfr. Koch p. 706. in adnot., ubi genus cum Diplotaxi conjungitur.

100. *DIPLOTAXIS.* *DC.* p. 221. Koch p. 699.

101. *ERUCA.* *Tourn.* — DC. p. 223. — *Euzomum*, Link.

Tribus XIII.

Velleae. DC. p. 223.

102.? *SAVIGNYA.* *DC.* p. 157. (inter Alyssineas). — R. Brown, ap. Clappert. p. 6—8, in nota. Char. ref. — Genus, propter cotyledones conduplicatas, certe ab Alyssineis (Pleurorhizearum ordine) ad *Orthoploceas* removendum, ut jam demonstravit ill. R. Br. l. c. Cuinam autem hujus subordinis tribui inserendum sit, num *Velleis*, quarum generibus vix aliqua similitudine externa approximatur, num vero *Brassiceis* (quarum tribus tum magis extendenda novoque charactere definienda erit) a cel. Brown in dubio relinquitur.

103. *CARRICHTERA.* *DC.* p. 224.

104. *VELLA.* *(L.) DC.* p. 223.

105. *BOLEUM.* *Desv.* — DC. p. 223.

106. *SUCCOWIA.* *Medik.* — DC. p. 224.

Tribus XIV.

Psychineae. DC. p. 224.

107. *SCHOUWIA.* *DC.* l. c.

108. *PSYCHINE.* *Desf.* — DC. l. c.

Tribus XV.

Zilleae. DC. p. 224.

109. *ZILLA.* *Forsk.* — DC. l. c.

110. *MURICARIA.* *Desv.* — DC. p. 225.

111. *CALEPINA.* *Adans.* — DC. p. 225. — Koch p. 489. — *Laeliae* sp. Pers., Rchb.

Tribus XVI.

Raphaneae. DC. p. 225. — *Enarthrocarpeae*, Ledeb. in fl. Alt. III. p. 212. — Nomen hujus tribus mutandum duxit cl. Ledebour, „quia Raphanus quoad structuram fructus neque cum Raphanistro, neque cum charactere tribus conveniat.“ (l. c. in nota.) — Nos autem Raphanum et Raphanistrum generice separare noluimus, quum species exstent (v. g. *R. Landra, Moretti*, cf. Koch p. 721.) inter *Raphanos veros* (siliquis non articulatis praeditos) et *Raphanistra* (siliquis articulatim rumpentibus) perfecte intermediae. Maluimus igitur tribui Raphanearum nomen servare, characteremque rite mutare, quam Raphani genus ex tribu excludere, cujus generibus tamen arctissima certe affinitate naturali conjunctum est.

112. *CRAMBE.* *Tourn.* — DC. p. 225. — Flor. Alt. p. 212. — Koch p. 495.

113. *RAPISTRUM.* *Boerh.* (non Gaertn.) DC. p. 227. — Koch p. 493. — Cfr. Gay et Monn. l. c. p. 20.

114. *DIDESMUS.* *Desv.* — DC. p. 227.

115. *RAPHANUS.* *(L.) DC.* p. 228. — Koch p. 720. — Cfr. Fl. Alt. p. 212., in nota.

116. *ENARTHROCARPUS.* *Labill.* — DC. p. 228.

Tribus XVII.

Buniadeae. DC. p. 229.

117. *BUNIAS.* *(L.) R. Br.* — DC. l. c. — Fl. Alt. p. 215. (n. sp. 1 descr.) — Koch p. 490. — *Laelia, Pers.*

Tribus XVIII.

Erucarieae. DC. p. 230.

118. *ERUCARIA.* *Gaertn.* — DC. l. c. — *Cordylocarpus*, Willd. (non Desf.)

*119.? *MORISIA.* *Gay.* (1829.) nec Nees. — *Erucaria*, Viv. fl. Cors. app., ic. f. 2., ex Spreng. gen. pl. No. 2550[b]. — Cotyledones incumbentes dicuntur, sed num sint planae, num vero spirales, l. c. non indicatur; dijudicare igitur non possumus, num genus ad *Anchonieas*, num vero ad *Erucarieas* pertineat.

120. *SCHIZOPETALON.* *Sims.* in bot. mag. 2379. — DC. p. 236. (inter Cruciferas dubii loci.) — Bot. reg. t. 752. Hook. exot. fl. t. 74. — Genus proprium subordinem, „*Schizopetaleas*,“ constituens apud G. Don, gen. syst. I. p. 151.

Tribus XIX.

Heliophileae. DC. p. 231. — Species omnes Africae australis, praecipue Capitis b. sp. incolae. — Cfr. Ecklon et Zeyher, enum. pl. Afr. austr. extratrop. Hamburgi 1835. I. p. 8., ubi multae sp. novae indicantur.

121.? *CHAMIRA.* *Thunb.* — DC. p. 231. — Cotyledones ignotae, unde generis sedes incerta.

122. *HELIOPHILA.* *Burm.* — DC. l. c. — Reichenb. ic. exot. 1. t. 55. — *Trentepohlia*, Roth.

Tribus XX.

Subularieae. DC. p. 235.
123. *SUBULARIA. L.* — DC. l. c. — Flor. Alt. p. 218. Koch, p. 476 et 541.

Tribus XXI.

Senebiereae. Nob. — *Brachycarpeae, DC.* p. 235. — Quum *Senebierae* cotyledones vere diplecolobae sint (cfr. Koch p. 506.) genus non amplius *Lepidineis* sed *Brachycarpeis* adsociari debet. *Brachycarpaeae* nimirum vere affine dicitur ab ipso DC. in syst. reg. II. p. 698. — Tribus autem potius *Senebierearum* nomine designanda videbatur, quia *Brachycarpaeae* cotyledones adhucdum ignotae sint.
124. *SENEBIERA.* Poir. — DC. p. 202. (inter Lepidineas.) — Koch p. 506. — *Coronopus*, Hall., Gaertn.
125. *BRACHYCARPAEA. DC.* p. 236.

XIII. CAPPARIDEAE. *Juss.*

DC. prodr. 1. p. 237. Bartling. p. 265. Lindl. p. 19.

Tribus I.

Cleomeae. DC. l. c.
1. *CLEOMELLA. DC.* l. c.
2. *PERITOMA. DC.* l. c. — *Atalanta*, Nutt. (non Corr.)
3. *GYNANDROPSIS. DC.* l. c. — Cleomes sp. L., auct. plur. — *Podogyne*, Hoffmannsegg.
*4. *DACTYLAENA.* Schrad. Cat. sem. h. Gotting. 1823. — Roem. et Schult. syst. VII. pars I. p. IX. — Cleomes sp. DC. pl. rar. h. Genev. III. p. 53. n. 15.
5. *CLEOME. (L.) DC.* p. 238. (excl. sp. No. 24. cfr. Wormskioldia inter Droserac.) — Cfr. Roem. et Sch. l. c. — Wight et Arn. prodr. 1. p. 22. (n. sp. 1). Rchb. fl. exot. III. t. 154. Fresen. in Mus. Senkenb. 1833 — 34. — Ann. sc. nat. 1834. II. p. 49. (n. sp. 1 descr.) — *Rorida* et *Siliquaria*, Forsk.
*6. *PHYSOSTEMON.* Mart. (1823.) nov. gen. 1. p. 72. t. 45—47. Roem. et Schult. l. c. p. 51 sq. (3 sp.)
*7. *CORYNANDRA.* Schrad. cat. sem. h. Gott. 1826. Reichenb. ic. exot. II. p. 19. t. 147. Cfr. Roem. et Sch. l. c. Obs. ad Cleomen. — Genus „Cleomen adducens Crataevae," ex Rchb. — *Polanisiae* sect. DC. pl. rar. h. Genev. III. p. 57.
8. *POLANISIA.* Rafin. — DC. p. 242. — Wight et Arn. prodr. 1. p. 22. (n. sp. 1). — *Jacksonia*, Rafin.
*9. *QUADRELLA. (DC.)* Nob. — *Capparidis* sect. VI. DC. p. 251. — Hujus sectionis species propter fructum siliquosum dehiscentem a Capparide separare, quam hujus generis characterem unicae exceptionis causa mutare maluimus, ideoque illam e Capparidearum tribu ad Cleomeas transtulimus, ne limites utramque tribum separantes omnino evanescant.

Tribus II.

Cappareae. DC. p. 242.
10. *CAPPARIS. (L.) R. Br.* ap. Clappert. p. 20. *Ej.* verm. Schr. IV. p. 35. — *Capparis* (excl. sect. VI.) DC. p. 245. — *Sodada Forsk.* (DC. p. 245.) a Capparide non separanda, quia in Sodada stamina 14—18 exstent et in universum staminum numerus ad distinguenda genera in hoc ordine non valeat, observante ill. R. Br. l. c. — Wight et Arn. prodr. 1. p. 24. (sp. nov. 6). — Ecklon et Zeyh. l. c. p. 14. (n. sp. 1). — *Breynia*, Plum.
*11. *RITCHIEA. R. Br.* (1826.) ap. Clappert. p. 20. *Ej.* verm. Schr. IV. p. 35. G. Don, gen. syst. I. p. 270. — Genus insigne, constitutum ex *Crataeva fragrante, Sims.* (bot. mag. t. 596. — DC. p. 243. n. 9.) et spec. plur. ineditis, etiam Africanis. A Crataeva differt praecipue aestivatione, quae in *Crataevis veris*, aeque ac in Cleomes subgenere *Gymnogonia, R. Br.*, est *„aperta,"* i. e. petalis nullo tempore stamina tegentibus. R. Br. l. c. p. 15. sq.
12. *CRATAEVA. L., R. Br.* l. c. — DC. p. 242. (excl. sp. No. 9; cfr. Ritchiea). — Cfr. Wight et Arn. l. c. p. 23. — *Othrys*, Pet.-Th.
13. *NIEBUHRIA. DC.* p. 243. — Wight et Arn. l. c. p. 23. — *Obs.* Ex sententia cl. Arnott (in Ann. sc. nat. 1834. II. p. 235.) *N. oblongifolia, DC.*, (p. 244. n. 6.) cum *Maerua angustifolia*, Guill. et Perr., (fl. Senegamb. 1. t. 68.), quae illi certe congener, novum constituere debet genus: *Streblocarpus, Arnott.* (Charact. nondum edit.) — Nobis autem vix satis distinctum videtur a *Maerua* et *Boscia.* Differt quidem (ex Arn. l. c.) a *Niebuhria* (sc. §. 1. DC. l. c.) foliis simplicibus et petalorum praesentia; a *Maerua*, cui foliis simplicibus accedit, etiam petalis dignoscitur; — sed quomodo distinguendum a *Boscia?*
14. *BOSCIA.* Lam. (non Thunb.) — DC. p. 244. — *Podoria*, Pers.
*15. *ARSIS.* Lour. fl. Coch. p. 335. — ex G. Don, gen. syst. I. p. 286. — Genus obscurum.
*16.? *GYNOCARDIA.* Roxb. (1819.) Corom. 3. t. 299., ex Spreng. gen. pl. No. 2237. — Genus valde dubium. Vix hujus loci ob stylos 5!
17. *MORISONIA.* Plum. — DC. p. 254.
*18. *BUSBECKEA.* Endl. (1833.) prodr. fl. Norfolk. p. 64. Ferd. Bauer ill. pl. Norf. t. 100 et 167. Proxime aff. Morisoniae, ex auct. — Unica sp.: B. nobilis.
19. *MAERUA.* (Forsk.) *R. Br.* ap. Clappert. p. 21., in nota. Char. emend. (n. sp. 1 descr.) — DC. p. 254. — Cfr. supra obs. ad Niebuhriam.
20. *THYLACHIUM.* Lour. — DC. p. 254.

*?21. *RHINANTHERA*. Blume. (1826.) Bydr. 16. p. 1121. — „Genus accedens hinc *Rosaceis*, illinc *Capparideis* et *Flacourtianeis*," Blume l. c. — An *Kiggelariae* affinis, propter glandulas ad basin sepalorum interiorum, quae forsan petala dicenda? Attamen ob fructum 3-4-locularem et flores 2-sexuales potius *Capparideis* adsocianda nobis visa est.

*22. *TOVARIA*. Ruiz et Pav. fl. Per. 3. p. 73. t. 309. — D. Don in Edinb. new philos. Journ. Oct. 1828, ex G. Don, gen. syst. I. p. 285. Unica sp.: T. pendula, R. et Pav. syst. p. 85., gen. p. 49. t. 8. Herba annua, habitu Cleomes, fructu Morisoniae et Crataevae, stigmate similis Papaveraceis, seminibus exacte Resedae, ex auct.

23. *STEPHANIA*. Willd. (non Lour.) — DC. p. 253. — *Steriphoma*, Spr.

24. *SCHEPPERIA*. Neck. — DC. p. 245. — Linnaea I. p. 255. t. 3. Eckl. et Zeyh. l. c. p. 14. — *Macromerum*, Burch.

25. *CADABA*. Forsk. — DC. p. 244. — Wight et Arn. l. c. p. 24. (n. sp. 1). — *Stroemia*, Vahl. — *Desmocarpus*, Wall.

*26.? *ATAMISQUEA*. Miers. — Hook. et Arnott (1833) bot. Misc. III. p. 142. — Unica sp.: A. emarginata, Miers, Chili II. p. 529. — H. et A. l. c. — Dubia ordinis civis; affinis quidem dicitur *Capparidi*, sed ab ordinis characteribus jam recedit foliis oppositis, in ramorum extremitate tantum saepius alternis (fide specim. steril. e Herb. Bertero No. 1746. in Herb. nostr.). Fructus indehiscens quidem traditur, sed num vere baccaceus sit, in dubium vocatur a cl. Hook. et A. l. c.

27. *HERMUPOA*. Loefl. — DC. p. 254. — Genus obscurum, affine *Buyniae* (Capparidi) ex auct.

XIV. RESEDACEAE. *DC.*

DC. theorie élém. ed. 1. p. 214., ed. 2. p. 244. — Bartl. p. 258. Lindl. p. 106. et *Ejusd.* coll. bot. t. 22. Cfr. Tristan in Ann. sc. nat. 18. p. 392. R. Brown ap. Clappert. p. 22. *Ej.* verm. Schr. IV. p. 38. sq. — Capparidum gen. aff. Juss. gen. p. 245.

1. *RESEDA*. (L.) Neck., elem. n. 991. Engl. bot. t. 320, 321. Bot. mag. t. 29. Mert. et Koch, D. Fl. 3. p. 379. Lam. ill. t. 410. Gaertn. fr. 1. t. 75. Schkuhr Hdb. t. 129. Jacq. austr. t. 132. — *Reseda* et *Luteola*, Tourn.

2. *ASTROCARPUS*. Neck., elem. n. 992. — Duby, bot. Gall. 1. p. 67. — *Sesamoides*, Tourn. inst. t. 238. — *Sesamella*, Rchb. — *Resedae* sp. L., Lam. ill. t. 400. — DC. ic. rar. t. 40.

3. *OCHRADENUS*. Delil. ill. Aegypt. 15. t. 31. — G. Don, gen. syst. I. p. 289.

XV. FLACOURTIANEAE. *Rich.*

Richard in Mém. du Mus. 1. p. 366. DC. prodr. 1. p. 255. Bartl. p. 278. Lindl. p. 21. — Ordo nuperius a cl. A. Richard cum Bixineis conjunctus, in Ann. sc. nat. vol. 24.

Tribus I. (apud DC. II.)

Flacourtieae. DC. p. 256.

1. *ROUMEA*. Poit. — DC. p. l. c. — *Koelera*, Willd. *Bessera*, Spreng. (non Schult.) *Limacia*, Dietr. — *Obs.* R. inermis, DC. (l. c. n. 2.) ex ordine excludenda videtur, fide Wight et Arn. prodr. 1. p. 29.

2. *STIGMAROTA*. Lour. — DC. p. 257. — Absque dubio *Flacourtiae* spec., forsan non distincta a F. cataphracta, Roxb., fide Wight et Arn. l. c.

3. *FLACOURTIA*. L'Herit. — DC. p. 256. — Wight et Arnott, l. c. — F. sepiaria, Roxb., est genus proprium, *Rhamnopsis*, fide Rchb. consp. p. 188. n. 4879.

Tribus II. (apud DC. III.)

Kiggelarieae. DC. p. 257.

4. *KIGGELARIA*. L. — DC. l. c. — Ecklon et Zeyh. en. Cap. p. 15. (n. sp. 1.)

5. *HYDNOCARPUS*. Gaertn. — DC. l. c. — Wight et Arn. l. c. p. 30., Char. reform.

6. *MELICYTUS*. Forst. — DC. l. c.

*7. *DENHAMIA*. Nob. — *Leucocarpum*, A. Rich. (1834) in sert. Astrolab. p. 46. t. 46. (Unica sp.) — Nomen mutandum erat propter aliud genus „Leucocarpus" dictum et jam A. 1831 a cl. D. Don inter Scrophularineas conditum. Dicavimus in memoriam *Denhamii*, infelici per Africam borealem peregrinatori, Oudneyi et Clappertonii socii. — Genus floribus ignotis valde obscurum, ab auctore *Bixineis* (quibuscum Flacourtianeas hodie conjungit) adscriptum. An igitur potius in Bixinearum tabulam recipiendum erat? An Kiggelarieis vere affine?

Tribus III. (apud DC. IV.)

Erythrospermeae. DC. p. 257.

8. *ERYTHROSPERMUM*. Lam. — DC. l. c.

Tribus IV. (apud DC. I.)

Patrisieae. DC. p. 255.

9. *RYANAEA*. DC. l. c. — *Ryania*, Vahl. (Non confundenda cum Riana, Aubl.) *Patrisia*, Rich.

10. *PATRISIA*. H. B. K. (non Rich.) — DC. l. c.

Genera Flacourtiacea dubia aut quoad tribum incerta.

*11. *KUHLIA. H. B. K.*, nov. gen. 7. p. 236. t. 652. 653. Kth. synops. 4. p. 242. (2 sp.) — Genus affine videtur hinc *Azarae*, illinc *Patrisieis;* a cl. Kunthio *Bixineis*, quibuscum *Flacourtieas DC.* conjungit, adscriptum.

*12. *ONCOBA. Forsk.* — Juss. gen. p. 292. — A. Rich. in tent. fl. Senegamb. 1. p. 32. t. 10. — Char. ref. *Lundia*, Thonn. et Schum. pl. Guin. 2. p. 5.

*13. *PHOBEROS. Lour.* — Charact. ex Wight et Arn. prodr. Penins. 1. p. 29. (nov. sp. 4.) — *Flacourtiae* et Roumeae sp. Wallich. — Genus certe hujus ordinis et verisimiliter *Flacourtiearum* tribui inserendum.

XVI. BIXINEAE. *Kunth.*

DC. prodr. 1. p. 259. Bartling p. 281. Lindl. p. 152. — Ordo a *Flacourtianeis* vix certis limitibus distinguendus ideoque ab ipso cl. Kunthio (synops. IV. p. 242.) nec non a cl. A. Richard (in Ann. sc. nat. vol. 24.) aliisque cum iisdem conjunctus. Genera nonnulla *(Denhamia, Kuhlia, Oncoba)* ab auctoribus *Bixineis* adnumerata, nobis autem *Flacourtianeis* magis affinia visa, v. supra in hujus ordinis tabula. — Alia genera quaedam, quorum affinitates cum *Bixineis* adhuc dubiae, in harum tabulam tamen comparationis causa admisimus; cfr. Obs. ad *Abatiam*, *Ascram*, *Dasiantheram*, *Pipaream* et *Maynam*. — Divisiones primarias in hoc ordine secundum fructus et stigmatis indolem instituere non licuit, quum plurium generum fructus maturi nondum innotuerint; in definiendis subdivisionibus autem pericarpii diversitatem praetermittere non potui, etsi in generibus nonnullis ambigua vel (nobis saltem) dubia sit. Ita v. g. *Laetiae* capsulam tribuunt alii „carnosam 3-5-valvem," — alii vero (Mart. nov. gen. II. p. 77. t. 165.) „baccam coriaceam."

1. *BIXA. L.* — DC. p. 259.

*2. *ECHINOCARPUS. Blume.* (1825.) Bydr. 2. p. 56. Unica sp.: E. Sigun. (Linnaea I. p. 645.)

*3. *XYLADENIUS. Hamilt.* (1825.) prodr. fl. ind. occ. p. 41. — Genus valde obscurum. Unica sp.: X. glandulosus, Ham., an stirps eadem ac Banara fagifolia, Vahl? ex Hamilt.

*4. *LINDACKERIA. Presl.* in Reliq. Haenk. II. p. 89. Unica sp.: L. laurina. Genus simillimum Bixae, ex auct.

5.? *ABATIA. Ruiz et Pav.* — DC. p. 503. — Genus calyce valvato accedens ad *Tiliaceas* (quibus cum? a cl. DC. insertum); nobis autem, ut prius jam cl. Bartlingio (ord. p. 282.), potius Bixineis adjiciendum videtur. — A cl. G. Don (gen. syst. I. p. 722.) Lythrarieis inter Lawsoniam et Antherylium inseritur.

6. *AZARA. Ruiz et Pav.* — DC. p. 262. — Genus nuper Homalineis adscriptum a G. Don in gen. syst. II. p. 55.

7. *BANARA. Aubl.* — DC. p. 259.

*8. *CHRISTANNIA. Presl.* in Reliq. Haenk. II. p. 91. Unica sp.: C. salicifolia.

?*9. *ASCRA. Schott.* (1827.) in Spreng. syst. IV. cur. post. p. 407. Unica sp.: A. Brasiliensis, Schott. Genus obscurum, nimis incomplete descriptum, fide Spreng. Guttiferis accensendum, (sed folia alterna, serrata, etc.), huc relatum ex auct. cl. Bartling. (l. c. p. 282.) — Cfr. *Trilix, Linn.* (v. infra tab. Tiliacearum).

*10. *DASIANTHERA. Presl.* l. c. p. 90. Unica sp.: D. Luzonensis. — Habitu etc. affinis *Banarae*, fide Presl. — An potius *Capparideis* adsocianda?

11. *LAETIA. L.* — DC. p. 260. — Cfr. Mart. nov. gen. II. p. 77. t. 165. — *Guidonia* et *Thamnia*, P. Brown. — *Helwingia*, Adans.

12. *PROCKIA. P. Brown.* — DC. p. 260. — *Lightfootia*, Sw. (non L'Her.) — *Ludia*, Bory (non Lam.) — Hujus generis est Celastrus rotundifolius, Thunb. (DC. prodr. II. p. 8. n. 57.) fide Ecklon et Zeyh. enum. Cap. p. 16.

13. *LUDIA. Lam.* (non Bory.) DC. p. 261.

*14. *TRICHOSPERMUM. Blume.* (1825.) Bydr. 2. p. 56. Unica sp.: T. Javanicum. (Linnaea I. p. 645.)

?15. *PIPAREA. Aubl.* — Genus a cl. Gingins (in DC. prodr. 1. p. 316.) *Violarieis* tanquam affine appensum, quibus capsulae dehiscentia quidem accedit, ab ordine tamen abhorret staminum et numero et appendicibus aliisque characteribus. Capsulae dehiscentia loculicida etiam recedit a *Sauvageis;* potius igitur *Bixineis* adjungendum, monentibus cel. Kunth et A. St. Hil., cf. Mém. Mus. XI. p. 54.

?16. *MAYNA. Aubl.* — DC. p. 79. — Genus a *Magnoliaceis* (quibus ab auct. plur. adnumeratur) ad *Bixineas* relegandum propter fructum monocephalum 1-locularem et placentas parietales, — docente cel. A. St. Hil. in fl. Bras. merid. 1. p. 27. — Cfr. supra tab. et comm. Magnoliacearum.

XVII. CISTINEAE. *(Juss.) DC.*

DC. prodr. I. p. 263. Bartl. p. 283. Lindl. p. 151. — A. St. Hil. in Mém. Mus. XI. p. 67. (Charact. essent.) — Cistinearum germen junius 3-loculare, — ovula igitur non parietalia. Cfr. A. Rich. in ann. sc. nat. Vol. 24.

1. *CISTUS. Tourn.*, Gaertn. — DC. p. 263.
2. *HELIANTHEMUM. Tourn.*, Gaertn. — DC. p. 266.
3. *HUDSONIA. L.* — DC. p. 284.
4. *LECHEA. L.* — DC. p. 285.

XVIII. VIOLARIEAE. *DC.*

DC. p. 287. Gingins in mém. soc. phys. Genev. II., cum ic. analyt. generum. A. St. Hil. in Mém. Mus. XI. p. 66. sq. et 445. sq. — Bartl. p. 283. Lindl. p. 146.

Tribus I.

Violeae. DC. p. 288. — Cfr. R. Br., Congo, p. 440., et Nees obs. in R. Br. verm. Schr. 1. p. 222. — Generum hujus tribus characteres et synonymiam praecipue ex cl. St. Hil. l. c. hausimus.

1. *CORYNOSTYLIS. Mart.* nov. gen. 1. p. 25. t. 17. 18. Cfr. St. Hil. l. c. p. 465., obs. — *Calyptrion*, Ging. l. c. p. 26. t. 25. f. 1. DC. p. 288. (partim).

*2. *ANCHIETEA. A. St. Hil.* (1824.) l. c. p. 464. *Ej.* pl. us. Bres. No. 18. t. 19. *Ej.* pl. rem. Bres. p. 291. *Ej.* fl. Brasil. II. p. 140. Unica sp.: A. salutaris. — *Noisettia*, Mart. et Zucc. in nov. gen. 1. t. 16. (non Kunth, nec Nees et Mart., teste St. Hil. l. c.)

3. *NOISETTIA. H. B. K.* — Ging. l. c. t. II. f. 2. DC. p. 290. St. Hil. in Mém. Mus. XI. p. 458. t. 22. f. c. (nov. sp. 2 descr.) Nees et Mart. in nov. act. Bonn. 12. p. 48. (non Mart. et Zucc. in nov. gen.) St. Hil. pl. rem. Bres. p. 285. t. 26. c. *Ej.* fl. Bras. II. p. 138. — *Calyptrion*, Ging. l. c. et DC. p. 288. (partim).

4. *SCHWEIGGERIA. Spreng.* neue Entd. 2. p. 167. Roem. et Schult. syst. V. — St. Hil. mém. mus. XI. p. 454. t. 22. f. B. *Ej.* pl. rem. Bres. p. 282. t. 26. B. — *Ej.* fl. Bras. II. p. 137. — *Glossarrhen*, Mart. et Zucc. nov. gen. 1. p. 22. t. 15. — Ging. ap. DC. p. 290. — Cfr. St. Hil. in Ann. sc. nat. II. p. 251.

5. *VIOLA. Tourn.* — Ging. mém. l. c. t. 1. DC. p. 291. (excl. sp. No. 90., cfr. Erpetion). St. Hil. mém. l. c. p. 445. *Ej.* pl. rem. Bres. p. 275. t. 26. A. (n. sp. 4 descr.) *Ej.* fl. Bras. II. p. 135. — Wight et Arn. prodr. 1. p. 31. (n. sp. 2.)

*6. *ERPETION. DC.* mss. in Herb. Lamb., ex Sweet brit. flow. gard. II. (Sept. 1826.) t. 170. Species est: E. reniforme, Sweet l. c. (Violae sp. R. Br., DC. prodr. 1. p. 305. n. 90.) Genus a *Viola* vix certis limitibus distinctum. *Viola gracillima, St. Hil.* (in mém. mus. XI. p. 449. t. 22. A.) calcare brevissimo transitum indicare videtur a *Violis* genuinis ad *Erpetion.*

7. *SOLEA.* (Spr.) *Ging.* ap. DC. p. 306.

*8. *SPATHULARIA. St. Hil.* (1824.) mém. l. c. p. 491. t. 24. *Ej.* pl. rem. Bres. p. 318. t. 28. *Ej.* fl. Bras. II. p. 148. Unica sp.: S. longifolia. — *Amphirhox*, Spreng.

9. *PIGEA. DC.* p. 307. Ging. mém. t. II. fig. 4.

10. *JONIDIUM.* (Vent.) *Ging.* mém. t. 2. f. 5. DC. p. 307. — Cfr. St. Hil. mém. l. c. p. 466. t. 23. (n. sp. 14.) *Ej.* pl. rem. Bres. p. 295. t. 27. *Ej.* pl. us. Bres. No. 9. *Ej.* fl. Bras. II. p. 141. — Presl. in Reliq. Haenk. 2. p. 96. — Wight. et Arn. l. c. p. 32.

11. *POMBALIA. Vand.* — DC. p. 306. Ging. mém. t. 2. f. 3. — Ad *Jonidium* reducitur a cl. St. Hil. mém. l. c. p. 468. §. III. et p. 481. Cfr. *Ej.* pl. us. Bres. No. 11., cum ic. — Sims. bot. mag. t. 2453.

12. *HYBANTHUS. Jacq.* — DC. p. 311. Ging. mém. t. 2. f. 6. — Etiam *Jonidio* subjungitur a cl. St. Hil., mém. l. c. Cfr. *Ejusd.* pl. us. Bres. No. 11.

Tribus II.

Alsodineae. R. Brown. Congo p. 441. *Ej.* verm. Schr. 1. p. 221. sq. — DC. p. 312. (excl. Lavradia.) — *Obs.* Praeter *Pentalobam* et *Hymenantheram* omnia hujus tribus genera in unicum (*Conohoriam*, Kunth) contrahuntur a cl. St. Hilaire (in pl. us. Bres. No. V. et Mém. mus. XI. p. 493.) et ill. Martio (nov. gen. 1. p. 28.); nec non ipse summus R. Brown similem opinionem fovet, (Congo, l. c.). Quum vero plura inter genera illa nimis imperfecte adhucdum cognita sint, de eorum identitate prorsus dijudicari nondum posse censemus intereaque singula (quae, si mavis, tanquam sectiones tantum unius generis accipere potes) adhuc retinuimus. Nobis nimirum nonnisi Alsodeiae et Pentalobae species (et hujus quidem florifera tantum specimina) examinandi facultas erat.

13. *PHYSIPHORA. Sol.* — DC. p. 314. — Cfr. R. Br. l. c. Verm. Schr. 1. p. 223 et 228.

14. *ALSODEIA. Pet.-Th.* — DC. p. 313. — Ging. mém. t. 2. f. 8. — Mart. nov. gen. 1. p. 28. t. 19. — Decaisne, Herb. Timor. descr. p. 100. t. 19. (n. sp. 1.)

15. *CERANTHERA. P. Beauv.* — DC. p. 313. — Cfr. R. Brown l. c.

*16. *PROSTHESIA. Blume.* (1826.) Bydr. 15. p. 866. — „Genus *Thomasiae* aliquid affine et forsan familiae *Büttneriacearum* affinius quam *Ericineis;* a *Vareca* Gaertn. etiam evidenter diversum fructu capsulari et seminibus haud arillatis.“ Blume l. c. Nobis autem, quousque ex charactere dato concludere licet, *Alsodineis* inserendum et quidem *Cerantherae* adeo affine videtur, ut ab hac rite dignosci vix possit. — Unica sp.: P. Javanica, Bl.

17. *PENTALOBA. Lour.* — DC. p. 314. — *Vareca*, Roxb. Herb., teste Wallich, list p. 243. sub No. 7189 et flor. Ind. 1824. II. p. 445. (Char. gener. et sp. 3 descr.) — Fructus forsan vere capsularis nec baccaceus, et tunc genus ab *Alsodeia* non distinctum, fide ill. R. Brown l. c. p. 441. *Ej.* verm. Schr. 1. p. 229.

18. *CONOHORIA.* (Aubl.) *DC.* p. 312. Ging. mém. t. 2. f. 7. — *Conohoria*, *Passoura* et *Riana Aubl.* Cfr. A. St. Hil. mém. l. c. p. 493. *Ej.* pl. rem. Bres. p. 320. *Ej.* pl. us. Bres. No. 10. ic. — *Ej.* fl. Bras. II. p. 148. — Cfr. R. Br. l. c.

19. *RINOREA. Aubl.* — DC. p. 312. — Alsodeiae sp. Mart. nov. gen. 1. p. 30. t. 21., ex St. Hil. l. c. p. 495.

?*20. *TACHIBOTA. Aubl.* Guian. t. 112. — *Salmasia*, Schreb. — Jam a summo Jussiaeo (gen. p. 295.) generibus „Cistis affinibus“ adjecta, in DC. prodr. autem omissa. Genus obscurum, ex solo Aublet notum, vix non hujus loci et forsan a *Conohoria* non satis distinctum.

?21. *HYMENANTHERA. Banks*, Herb., ex R. Br. Congo p. 242. *Ej.* verm. Schr. 1. p. 232. — DC. p. 314. Ging. mém. p. 21. t. 2. f. 9. — Genus ob fructus seminisque structuram inter Violarieas Polygaleasque medium, teste R. Br. l. c. — Cfr. St. Hil. in mém. mus. XI. p. 55. — Bot. mag. t. 3163. Endlich. prodr. fl. Norfolk. p. 70. (n. sp.: H. latifolia). Ferd. Bauer. ill. pl. Norf. t. 187.

? *PIPAREA.* Aubl. — Genus a cl. de Gingins (apud DC. p. 316.) tanquam affine *Violarieis* appensum, quibus capsulae dehiscentia quidem convenit, pluribus tamen characteribus, v. g. staminum numero, appendicibus, etc., ab ordine abhorret. — Capsulae dehiscentia loculicida etiam a *Sauvageis* recedit, ideoque potius *Bixineis* approximandum (quarum tab. v. supra) videtur, ex cl. St. Hil. in mém. mus. XI. p. 54. — Cfr. R. Br. l. c. p. 441. *Ej.* verm. Schr. 1. p. 228.

Tribus ? III.

Sauvageae. Ging. apud DC. p. 315. Lindl. p. 146. — *Droseracearum* pars Mart. et Zucc. nov. gen. 1. p. 28. 31. — *Frankeniearum* pars St. Hil., mém. mus. XI. p. 44. — *Sauvagesiae* (ordo proprius) Bartling. p. 289. — Cfr. Nees in R. Br. verm. Schr. 1. p. 225. in nota. Sauvageas Ging. Violarieis veris propius affines credimus quam ulli aliorum ordinum. — An *Parnassia* huc revocanda?

22. *SAUVAGESIA.* Jacq. — DC. p. 315. — Cfr. Mart. et Zucc. nov. gen. 1. p. 35. t. 24. 25. — A. St. Hilaire, in Mém. Mus. XI. p. 11. et 97. (nov. sp. 6 descr. cum t. 6. et 7. fig. A.) *Ej.* pl. rem. Bres. p. 59. t. 1. 2. f. A., 3. f. A., 4. fig. A. — *Ej.* flor. Bras. merid. II. p. 151. — *Obs.* Coronae foliola (nob.) a cl. St. Hil. *petala interiora* vocantur, — nobis autem potius pro staminibus sterilibus habenda eo magis videntur, quo in plurimis speciebus praeterea filamenta sterilia clavata occurrunt petalis veris (exterioribus St. Hil.) staminibusque et coronae interposita. Quae fila clavata, siquidem stamina sterilia revera repraesentant, cl^mi^. Florae Brasiliae auctoris sententiae obstant, quum petala vera intra staminum verticillum posita alibi nusquam occurrere soleant. — Addamus praeterea, ill. auctorem laudatum in egregia sua Sauvagesiae et Lavradiae monographia (l. c.) praetermisisse aestivationem coronae, cujus foliola *sinistrorsum* contorta observavimus, dum petala vera *dextrorsum* contorta in eodem flore conspiciuntur. — Coronae foliola a cl. St. Hil. olim (in Mém. Mus. II. p. 215 sq.) petalis veris *alterna* dicta (qualia etiam a cl. Bartlingio p. 289. indicantur); serius autem (in Mém. Mus. XI. p. 14.) petalis *opposita* describuntur, quae eorum positio etiam ab amiciss. Roepero nobisque observata est.

23. *LAVRADIA.* Vell. — DC. p. 314. — Cfr. Mart. et Zucc. nov. gen. 1. p. 36. t. 23. St. Hil. monogr. Sauvagesiae et Lavradiae, in Mém. Mus. XI. p. 11. sq. et 107. cum ic. t. 7. B. et 8—10. (sp. 5 descr.) *Ej.* pl. rem. Bres. et Parag. p. 69. t. 4. B., 5—7. A. 8. *Ej.* fl. Bras. II. p. 154.

34. *DICERA*. Forst. — DC. p. 520. (excl.? sp. n. 1., quae ex Hook., bot. misc. II. p. 85., forsan ad *Monoceram* referenda, ex Arnott autem cum Elaeocarp. bifido, Hook. et Arnott, forsan novum genus sistunt, ovario 2-loculari distinctum, cui affinis videtur *Acronodia*, Blume. — *D. serrata*, Forst. (DC. n. 2.), quae nonnunqaam floribus unisexualibus occurrit, nulli generi vere affinis, nisi forsan *Aristoteliae* (quam cfr. in tab. Homalinearum, — DC. prodr. II. p. 56.) ex Wight et Arn. l. c.
35. *VALLEA*. Mutis. — DC. p. 520.
36. *TRICUSPIDARIA*. Ruiz et Pav. — DC. p. 520. — *Tricuspis*, Pers.
*37. *MONOCERA*. Jack. (non Ell.) Mal. misc. I. n. 2. p. 41. ex Hooker in bot. misc. II. p. 85. — Wight et Arnott l. c. p. 83. (n. sp. 1). Hujus loci sunt, praeter sp. 2 novas (v. Hook. l. c.), Elaeocarpus Monoceras, Cav. (DC. p. 519. n. 4.), E. rugosa, aristata, bilocularis, tuberculata, Roxb., E. serratus, Wallich cat. n. 2666., et verisimiliter etiam E. grandiflora et reticulata, Sm., nec non (?) *Dicera dentata*, Forst.
38. *FRIESIA*. *DC*. p. 520. (non Spr.)
?*39. *EUTHEMIS*. Jack. Mal. misc. I., ex fl. Ind., ed. Carey et Wall. II. (1824.) p. 303. (3 sp.) Cfr. Hook. in bot. misc. II. p. 69. Genus, ab auctoribus cum ? *Tiliaceis* adjectum, antheris apice 2-porosis potius inter *Elaeocarpeas* locum sibi vindicare nobis videtur. — An petala integra?
?* *VATERIA*. L. — Schreb. gen., ed. 1789. n. 906. Juss. gen. p. 258. — Roxb., Corom. 3. t. 288. — Genus olim a nonnullis Elaeocarpeis adscriptum (quibus hic solummodo comparationis causa adsociatur), hodie autem ad *Dipterocarpeas* relatum (quarum tab. cfr. supra).
?*40. *CRINODENDRON*. Molina. — Char. ex Hook. et Arnott in Hook. bot. misc. III. p. 155. Unica sp.: C. Patagua, Mol. — Cav. diss. 5. p. 300. t. 159. Hook. et Arn. l. c. t. 100. — Genus a cl. Hook. et Arn. l. c. cum ? *Elaeocarpeis*, — a Reichenbachio (consp. n. 4696.) etiam dubitanter *Samydeis* adnumeratum.
? ? *DICALYX*. Lour. — Blume Bijdr. 17. p. 1116. (ubi sp. 10). — *Decadia*, Lour., DC. prodr. 1. p. 520. (quam *Symplocos* sp. esse suspicantur Wight et Arn. l. c. p. 82.) — *Sariava*, Reinwdt., teste Blume l. c. — Genus, propter germen inferum et corollam gamopetalam, vix hujus loci, habitu ad *Rosaceas* (quibus cum dubio adjectum in G. Don gen. syst. II. p. 651.), fructu autem potius ad *Ternstroemiaceas*, *Olacineas* aut *Santalaceas* accedens, ex Blume l. c.

XXX. TERNSTROEMIACEAE.
(Mirb.) Cambess.

Cambessedes, mém. sur les familles des Ternstroemiacées et des Guttifères, in Mém. du Mus. 16. (1828.) p. 369. sq. Cfr. Martius nov. gen. p. 120. obs. — Lindl. p. 43. — *Ternstroemieae* et *Theaceae*, Mirb. — *Ternstroemiaceae* et *Camellieae*, *DC*., prodr. 1. p. 523—530. — *Bartl.* ord. p. 334. sq. Ordinem elaboravimus secundum cl. Cambessedes, additis generibus nonnullis novis. Generum dispositionem magis naturalem reddere frustra tentavimus, quum plurium characteres carpologici aut omnino adhuc lateant aut nimis obscure descripti sint, quam ob rem primarias divisiones differentiis e fructu seminibusque depromtis superstruere nequivimus. Ordo adhuc satis obscurus, generibus nimis heterogeneis intermixtus ideoque limitibus vix certis circumscriptus. Genera nimirum foliis stipulatis aut opposítis aut pellucido-punctatis praedita (*Cochlospermum*, *Mahurea*, *Marila* et *Caraipa*), quae a cl. Cambessedes Ternstroemiaceis adscripta sunt, minore jure huc referenda nobis videntur ac *Godoya*, quam idem meritissimus Monographus excludit. — *Dicalyx* denique et *Anneslea*, si flore gaudent

revera *supero*, a Ternstroemiaceis genuinis removendae erunt. — Caeterum cfr. etiam *Ph. Fr. v. Siebold*, in Nippon Archief, etc. fascic. 2. Leyden 1833. (Flora od. Regensb. bot. Zeit. 1834. Litt. p. 141. sq.)

1. ***COCHLOSPERMUM.*** *Kunth.* — DC. p. 527. Camb. l. c. p. 382 et 402. (non Cochliospermum Lag.) Wight et Arnott prodr. fl. Penins. 1. p. 87. A. Rich. in Guill. et Perrott. fl. Senegamb. 1. (n. sp. 1). — *Bombacis* sp. Linn. — *Maximilianea*, Mart. — *Wittelsbachia*, Mart. et Zucc. nov. gen. 1. p. 80. t. 55. — Rchb. fl. exot. VI. p. 44. t. 352. — Huc quoque referenda *Mahurea? speciosa*, *Chois.* (DC. 1. p. 358. n. 2.) fide St. Hil. apud Cambess. l. c. p. 376.

2. ***MAHUREA.*** *Aubl.* — DC. p. 558. (inter Guttiferas) excl. sp. n. 2. (v. Cochlospermum.) Camb. l. c. p. 411. t. 16. C. *Bonnetia*, Schreb. (non Camb.) *Marilae* sp. Sw. *Bonnetiae* sp. Sw., Mart. et Zucc.

3. ***MARILA.*** *(Sw.) Pers., Choisy* ap. DC. p. 558. (inter Guttiferas.) Camb. l. c. p. 411. t. 17. A. — Mahureae admodum affinis et forsan cum ea conjungenda, monente cl. Camb. l. c. p. 380. Nobis vero jam vegetationis characteribus ab illa satis discrepare videtur. Affinitate quoque connectitur cum *Anisosticte*, Bartl. (*Scyphaea*, Presl.) Cfr. infra tab. Guttiferarum et Hypericinearum.

4.* ***CARAIPA.*** *Aubl.* Guian. p. 561. t. 223. 224. Mart. et Zucc. nov. gen. 1. p. 103. t. 64. 65. Camb. l. c. p. 381. et 413. t. 18. Proxima *Mahureae*, nec non accedens flore ad *Kielmeyeram*, embryonis structura ad *Theam*, teste Camb. — Folia ex ic. Aubl. t. 223. videntur stipulata.

? ***DICALYX.*** *Lour.* — Blume, Bijdr. 17. p. 1116. (nov. sp. 9). — *Decadia*, Lour. — DC. p. 520. — *Sariava*, Reinwdt. — Charact. ex Blume l. c., ubi genus affine dicitur habitu *Rosaceis*, fructu autem magis accedens ad *Ternstroemiaceas*, *Olacineas* et *Santalaceas*. — Ab aliis auctoribus (v. g. DC. l. c.) *Elaeocarpeis* adscribitur, quarum tab. et comm. cfr. supra. Comparationis causa hic adjectum.

? 5.* ***ANNESLEA.*** *Wallich.* (1830.) pl. Asiat. rar. 1. p. 5. t. 5. (non Andr.) Unica sp.: A. fragrans. Proxime affinis *Cleyerae*, ex Wall. — An fructus vere inferus? — tunc genus vix hujus loci.

6.* ***REINWARDTA.*** *Blume.* (non Spr.) — *Blumia*, Spr. (1826.) gen. pl. No. 2742. (non Blumea, Rchb. nec DC.). — Genus nobis obscurum. Char. (nimis leviter definitus) ex Spreng. l. c.

? 7. ***GODOYA.*** *Ruiz et Pav.* — DC. p. 558. Mart. et Zucc. l. c. p. 118. t. 74. — *Godovia*, *Pers.* — Genus inter Guttiferas, quibus adjectum est a DC. et Bartl., et Ternstroemiaceas ambigens, hisce tamen, ex nostra opinione, propius accedens quam illis.

8. ***SAURAUJA.*** *Willd.* — Camb. l. c. p. 405. — Blume, Bijdr. 3. (n. sp. 6. — v. Linnaea 1. p. 661.) Schlecht. in Linnaea 10. p. 247. sq. (n. sp. 2—3). — *Saurania*, Willd., Kunth synops. 3. p. 312. *Palava*, Ruiz et Pav., Kunth, l. c. — *Saurauja* et *Apatelia*, DC. p. 525. sq.

*9. ***BONNETIA.*** *Cambess.* (non Schreb.) l. c. p. 379. et 409. (Species 3) et in St. Hil. fl. Bras. 1. p. 301. — Mart. et Zucc. nov. gen. 1. p. 114. t. 100. (excl. syn. Schreb.) — *Kieseria*, Nees. — Proxime affinis *Archytaeae*.

10. ***LAPLACEA.*** *Kunth.* — DC. p. 527. Camb. l. c. 378. et 407. t. 16. A., et in St. Hil. fl. Bras. 1. p. 299. (3 sp.) Moricand in mém. soc. phys. Genev. 7. p. 16. t. 11. (n. sp. 1). *Wickstroemia*, Schrad., DC. p. 517. (inter Tiliaceas, quarum tab. cfr. supra.) *Haemocharis*, Salisb. (*Gordoniae* sect. II. DC. p. 528.) Mart. et Zucc. l. c. 1. p. 106. t. 66. 67. — *Lindleya*, Nees (non H. B. K. nec Kunth.) — Genus affine Gordoniae et Camelliae, ex Camb.

?*11. ***PYRENARIA.*** *Blume.* (1826.) Bijdr. 17. p. 1119. Unica sp.: P. serrata. — „Genus habitu *Rosacearum*, sed ob structuram calycis et insertionem staminum *Ternstroemiaceis* adjungendum.“ Blume l. c. A. Freziera recedit praecipue fructu baccato et seminib. exalbuminosis, ex Bl.

12. ***MALACHODENDRON.*** *Cav.* — DC. p. 528. Camb. p. 378. et 406. — *Stewartiae* proximum.

13. ***STEWARTIA.*** *Cav.* — DC. p. 528. Camb. p. 378. et 406. — (*Stuartia*, L'Her.) — Praecedenti maxime affinis. Semina (ex Juss.) albumine carnoso praedita.

*14. ***MICROSEMMA.*** *Labill.* (1824.) Sert. Austro-Caledon. 1. p. 58. t. 57. Spec. 1: M. salicifolia. — Lindl. introd. to bot. p. 438. (Char. reform.) — *Microstemma* (Lab.), G. Don, gen. syst. 1. p. 554. (non R. Br.) — Genus a Sprengelio (syst. veg., cur. post. p. 203.) cum *Diplophracto*, Desf., conjunctum et Tiliaceis adscriptum, a quibus omnino abhorret sepalis biserialibus imbricatis.

*15. ***POLYSPORA.*** *Sweet*, hort. Brit. p. 61. — Char. ex G. Don, gen. syst. I. p. 574. Spec. 1: P. axillaris, Sweet. (*Camelliae* sp. Roxb., DC. p. 529. n. 3. — Gordonia anomala, Spr. syst. 3. p. 126. fide Don, l. c.)

*16. ***ARCHYTAEA.*** *Mart. et Zucc.* (1823.) nov. gen. 1. p. 116. t. 73. (Sp. 1.) Camb. l. c. p. 380. et 410. — Genus valde affine Bonnetiae Camb. (nec Schreb.), attamen bene distinctum staminibus 5-adelphis, antherarum et capsulae dehiscendi modo.

17. ***VENTENATIA.*** *Pal. Beauv.* — DC. p. 527. — Camb. p. 379. et 409. — Rchb. fl. exot. 4. p. 22. t. 252.

*18. ***KIELMEYERA.*** *Mart. et Zucc.* (1823.) l. c. p. 109. t. 68—72. (sp. 5 descr.) Camb. l. c. p. 381. 412. et in St. Hil. fl. Bras. 1. p. 303. t. 60—63. (n. sp. 7.) Rchb. fl. exot. 6. p. 43. t. 351. (n. sp.) — Genus habitu admodum accedens ad Guttiferas, ut etiam succo resinoso, quo variae species scatent.

19. ***LETTSOMIA.*** *Ruiz et Pav.* (non Roxb.) — DC. p. 525. Camb. p. 377. 404. Genus a sequente forsan non satis distinctum.

20. ***FREZIERA.*** *Sw.* — DC. p. 524. Camb. p. 377. 404. Cfr. Linnaea 10. p. 247. — *Erotium*, Sol., Sw. — Aff. Euryae, ex Camb.

21. ***CLEYERA.*** *Thunb.* — DC. p. 524. Camb. p. 377. 403. Hooker et Arn. ap. Beechey 1. p. 271. (n. sp. 1). G. Don, gen. syst. I. p. 566. — Wight et Arn. prodr. fl. Penins. 1. p. 86. (n. sp. 1). — Antherarum hirsuties, quum non omnibus speciebus sit communis, e generis characteribus diagnosticis delenda.

22. ***TERNSTROEMIA.*** *Mut.*, L. fil. — DC. p. 523. Camb. p. 376. 403. et in St. Hil. fl. Bras. 1. p. 297. Cham. et Sch. in Linnaea 5. p. 220. (n. sp. 1), ib. 6. p. 420. (n. sp. 1), ib. 10. p. 446. (n. sp. 1). Moricand, in Mém. soc. phys. Genev. 7. p. 17. t. 12. 13. (n. sp. 2). — *Taonabo*, Aubl. — *Ternstroemia* et *Tonabea*, Juss. — Genus affine Cleyerae et Euryae.

23. *EURYA.* THUNB. — DC. p. 525. Camb. p. 377. 405. — Char. ex Wight et Arn. l. c. p. 86. (n. sp. 4). Cfr. Royle ill. pl. Himalay. fasc. 4. p. 127. t. 25. f. 1. — Genus affine Frezierae, Ternstroemiae et praecipue Geeriae (quae cfr. infra). G. glabra, Blume, a cl. Wight et Arn. l. c. cum Eurya tristyla identica dicitur.

24. *GORDONIA.* ELLIS. — DC. p. 528. (excl. sect. II. cfr. Laplacea.) Blume, Bijdr. 3. (v. Linnaea, 1. p. 662.) — Camb. l. c. p. 379. 408. t. 16. B. — Rchb. fl. exot. 3. p. 4. t. 151. — Wight et Arn. l. c. p. 87. (n. sp. 1). — *Lacathea*, Salisb. — *Franklinia*, Marsh. Affinis Laplaceae et Camelliae.

*25. *SCHIMA.* REINWDT., Blume (1825.) Bijdr. 3. p. 129. (Linnaea I. p. 662.) Sp. 1.: Sch. Noronhae. — Genus aff. Gordoniae.

*26. *GEERIA.* BLUME. (1825.) l. c. p. 124. (Linnaea I. p. 660.) G. Don, gen. syst. I. p. 566. — Ab Eurya, cum qua serius ab ipso Blume conjuncta (fide ejus Mss. in bibl. DC.), differre tamen videtur seminibus albuminosis. — Species 4 l. c. descriptae, quarum una, G. glabra, ad Euryam revocanda ex W. et Arn. l. c. p. 86.

27. *CAMELLIA.* L. — DC. p. 529. (excl. sp. n. 2. et 5.? cfr. gen. seq. et n. 3., v. Polyspora.) Camb. p. 379. 408. Lindl. in bot. reg. t. 1078. — Bot. mag. t. 2780. Rchb. fl. exot. 6. p. 45. t. 354—358. et 360. — Affinis Gordoniae et Laplaceae. — Sepala triplici serie imbricata, decidua; stam. basi in tubulum petalis adhaerentem connata; stylus apice in stigmata 3 divisus. Caps. lignosa, ovata, 3-4-loc., loculicide 3-4-valv., loc. plerumque 2-spermis; ex Siebold, l. c. (Flora, 1834. Litt. p. 143.)

*28. *SASANQUA.* NEES AB E. — Siebold l. c. (Flora l. c. p. 144.) — Genus constitutum ex Camellia Sasanqua, Thunb. (DC. n. 2. Rchb. fl. exot. t. 359.), cui forsan adsociandae: C. drupifera, Lour. (DC. n. 5.) et Thea oleosa, Lour. (DC. p. 530. n. 3.), — a Camellia recedit staminibus basi parum coalitis, capsula subglobosa coriacea nucamentacea indehiscente, loculis 1- rarius 2-spermis, dissepimentis membranaceis. Theae affinius quam Camelliae dicitur.

29. *THEA.* L. — DC. p. 530. (excl. sp. n. 3.? — cfr. Sasanqua.) Camb. p. 381. 415. Bot. mag. t. 3148. — Affinis praecipue Caraipae. — Caps. a cl. Siebold l. c. dicitur 2-4-cocca, coccis rima dorsali dehiscentibus, medio connexis, sepala 6 inaequalia, persistentia.

XXXI. GUTTIFERAE.
(Juss.) Camb.

Choisy in DC. prodr. 1. p. 557. (excl. *Mahurea* et *Godoya;* cfr. Ternstroemiac.) Lindl. p. 45. Camb. in Mém. Mus. 16. (1828.) p. 384. sq. — Wight et Arnott prodr. fl. Penins. 1. p. 100. — *Garcinieae*, Bartl. p. 292. (excl. Eucryphia, cfr. Hypericineae, et Godoya, v. supra.) — Genera nonnulla dubiae sedis, a plurimis tamen auctoribus Guttiferis approximata, ut hisce comparari queant, tabulae inseruimus, donec verae eorum affinitates innotescant. (Cfr. infra obs. ad Marilam, Canellam, Macaneam, Macoubeam et Singanam.) — Characteres generum fere omnium secundum cl. Cambessedes exponuntur. In ordinis divisionibus definiendis eundem cl. monographum, in denominandis vero cl. Choisy secuti sumus. — *Ascra*, Schott, a Sprengelio huc relata, excludenda et ad Bixineas referenda nobis visa est, quarum tab. cfr. supra.

? * *ANISOSTICTE.* BARTL. (1830.) ord. nat. p. 294. in nota. — *Scyphaea*, Presl. (1830.) symb. bot. 1. p. 7. t. 4. Genus Marilae affine, ex Bartl.; a cl. Presl. Hypericineis adscriptum, quarum tab. et comm. cfr. infra.

?1. *MARILA.* (SW.) PERS. — DC. p. 558. Camb. l. c. p. 411. t. 17. A. Charact. fusius indicatur in tab. nostra Ternstroemiacearum, quibus tamen, ut nobis videtur, minus affine ac Guttiferis.

2. *MESUA.* L. — DC. p. 562. Camb. p. 388. 393. 426. t. 17. B. — Char. ex Wight et Arn. l. c. p. 102., ubi fructus describitur capsularis 2-valvis, quam ob rem genus e Calophylleis, quibus adnumeratur a cl. Cambess., ad Clusieas transferendum duximus. Foliis tamen Calophyllo admodum simile.

3. *VERTICILLARIA.* RUIZ et PAV. — Camb. p. 390. 420. — *Chloromyron*, *Pers.*, DC. p. 564.

4. *TOVOMITA.* AUBL. — Camb. p. 389. 419. et in St. Hil. fl. Bras. 1. p. 314. t. 64. (n. sp.) — Cfr. Schlecht. in Linnaea, 8. p. 186. (n. sp. 1). — Genera sequentia, a cl. Camb. in unum contracta, comparationis gratia cum suis characteribus singula tamen in tab. recipere placuit.

a. *MARIALVA.* VAND. — DC. p. 560. — *Tovomita*, Aubl. — *Beauharnaisia*, Ruiz et Pav. — *Marialvea*, Mart., nov. gen. II. p. 82. t. 167. (n. sp. 1).

b. *MICRANTHERA.* CHOISY apud DC. l. c. p. 560. — *Bertolonia*, Spreng. neue Entd. 2. p. 110. (non Raddi) fide Mart., nov. gen. 3. p. 167.

c. *OCHROCARPOS.* PETIT-TH. — DC. p. 560.

5. *CLUSIA.* LINN. — DC. p. 558. (excl. sp. n. 14., cfr. Havetia.) Mart. nov. gen. 3. p. 164. t. 288. (n. sp. 3). Camb. p. 390. 420. et apud St. Hil. l. c. p. 315. t. 65. (n. sp. 2). Schlecht. in Linnaea 8. p. 180. (n. sp. 4). — *Quapoya*, Aubl., Mart. l. c. p. 167. t. 296. II. — *Xanthe*, Willd.

*6. *HAVETIA.* KUNTH. — Mart. l. c. 3. p. 166. t. 297. III. Camb. p. 390. 421. — Clusiae sp. Humb. et Bonpl., DC. p. 559. n. 14.

*7. *RENGGERIA.* NOB. — *Schweiggera*, Mart. nov. gen. 3. p. 166. t. 297. II. (non Spreng., nec St. Hil., quae jure prioritatis servanda erat.) — Nomen celebret memoriam b. *J. R. Rengger*, M. D., Helveti, quondam historiae naturalis Paraguariensis scrutatoris indefessi, praematura morte jam scientiae abrepti. (V. ejus „Reise nach Paraguay." Aarau 1835.)

*8. *ARRUDEA.* CAMB. p. 391. 421. et ap. St. Hil. l. c. p. 318. t. 66. Sp. 1.: A. clusioides.

*9. *GYNOTROCHES.* BLUME. (1825.) Bijdr. 5. p. 218. Sp. 1.: G. axillaris. — Genus a cl. Camb. neglectum.

*10. *PLATONIA. Mart.* l. c. 3. p. 168. t. 288. II. et t. 289. „Genus cum *Canella* peculiarem familiam *Canellacearum* constituere videtur, prae aliis albuminis praesentia a Guttiferis dignoscendam. An huc *Moronobea*, seminis analysis docebit.“ Mart. l. c. p. 170.

?11. *CANELLA. P. Browne.* — DC. p. 563. — *Winterana*, Linn. (non Sol.) — Genus a plerisque auctoribus *Meliaceis* approximatum, sed certe *Guttiferis* (e quibus tamen a cl. Camb., l. c. p. 385., excluditur,) affinius quam illis. (Cfr. Bartling, ord. p. 428.) Hic igitur locum habeat, donec de certiore ejus sede dijudicatum sit. — Cfr. Adr. Juss. Mém. Méliac. p. 33.

12. *MORONOBEA. Aubl., Nob.* — Cfr. Adr. Juss. Mém. Méliac. p. 33. — et Schlechtend. in Linnaea 8. p. 189. sq. — Genera sequentia adeo leviter abinvicem differunt, ut in unicum conjungenda esse persuasum habeamus. *Moronobeae* discus hypogynus urceolatus auctorum animadversionem hucusque fugisse videtur. Quem vero urceolum nos ipsi distinctissime observavimus in *Moronobeae coccineae* specimine Bahiensi, iconi a cl. Martio datae ad amussim congruo. Quum igitur haec disci structurae *Moronobeae* et *Chrysopiae* sit communis, nescio quomodo genera haecce acute abinvicem distingui queant.

a. *MORONOBEA. Aubl.* Guian. 2. p. 788. (quoad char. gen.) t. 313., ramulus et fig. 1—9. (excl. caet. fig.) — DC. p. 563. n. 2.? — Camb. p. 391. 422., ubi Moronobea cum Symphonia conjungitur.

b. *SYMPHONIA. Linn. fil.* suppl. p. 49. et 302. Moronobeae sp. „flos arborum in montibus,“ Aubl. l. c. p. 790. t. 313. fig. a—i (caet. excl.). — Moronobea DC. l. c. (excl. sp. n. 2., et partim syn. Aubl.) Mart. nov. gen. 3. p. 162. t. 287. — *Aneuriscus*, Presl., symb. bot. 1. p. 71. t. 48.

c. *CHRYSOPIA. Pet.-Th.* — DC. p. 563. — Camb. p. 391. 422. t. 19. (n. sp. 1).

13. *RHEEDIA. L.* — DC. p. 564. Camb. p. 392. 424. — *Van Rheedia*, Plum.

14. *MAMMEA. L.* — DC. p. 561. Camb. p. 392. 424.

15. *GARCINIA. (L.) A. Rich.* — DC. p. 561. (excl. sect. II. — tota?) Camb. p. 392. 425. — Cfr. Wight et Arnott prodr. fl. Penins. 1. p. 100. (n. sp. 3., partim forsan ad genus sequens pertinentes.) — *Cambogia*, L. — *Mangostana*, Gaertn.

16. *STALAGMITIS. Murr.* — DC. p. 562. — Camb. p. 592. 425., ubi genera seq. in unum contrahuntur: *Xanthochymus*, Roxb. (v. bot. mag. t. 3088. et cfr. Wight et Arn. l. c. p. 101. n. sp. 2), — *Brindonia*, Pet.-Th. et *Oxycarpus*, Lour. Coch., ed. Willd. p. 795. (Garciniae sect. II., Choisy in DC. prodr. 1. p. 561.)

*17. *PENTADESMA.* Horticult. transact. Lond. 5. p. 457.; ex G. Don, gen. syst. I. p. 619. Sp. 1.: P. butyracea. — Genus incomplete descriptum.

*18. *KAYEA. Wallich.* (1832.) pl. As. rar. p. 4. t. 210. Genus certe hujus loci! Calyx forsan potius 2-sepalus dicendus, et cor. 6-petala. Sepala nimirum interiora omnino petaloidea et colorata sunt, exteriora contra (quae in specim. nostris, ab ipso ill. Wallich communicatis, non exacte valvata, sed marginibus paululum se invicem tegentia videmus) compage crassa coriacea et colore viridi ab illis differunt.

19. *CALOPHYLLUM. L.* — DC. p. 562. — Camb. p. 393. 427. t. 17. C. et in St. Hil. fl. Bras. p. 320. t. 67. (n. sp. 1). Wight et Arn. l. c. p. 102. (n. sp. 1).

*20. *APOTERIUM. Blume.* (1825.) Bijdr. 5. p. 218. Sp. 1.: A. Sulatri.

? *MACOUBEA. Aubl.* — DC. p. 564. — Cum sequentibus gen. nimis obscurum, vix hujus loci.

? *MACANEA. Juss.* — DC. ib. — *Macahanea*, Aubl.

? *SINGANA. Aubl.* — DC. ib. — *Sterbeckia*, Schreb.

XXXII. RHIZOBOLEAE. *DC.*

DC. prodr. 1. p. 599. Bartl. p. 365. Lindl. p. 115. Cambess. in St. Hil. fl. Bras. 1. p. 322. et p. 323. (ubi obs. de ordinis affinitate, quibus ductus ipsum Guttiferis approximavi).

Unicum genus: *CARYOCAR, Linn.* — DC. l. c. — Camb. apud St. Hil. l. c. t. 67. bis. (n. sp. 1). Bot. mag. t. 2727. 2728. Reichenb. fl. exot. 4. p. 20. t. 247. 248. — *Rhizobolus*, Gaertn. — *Pekea* et *Saouari*, Aubl.

XXXIII. MARCGRAVIACEAE. *Juss.*

DC. prodr. 1. p. 565. Bartl. p. 280. Lindl. p. 46. — Ordo quoad legitimam sedem adhuc dubius, Guttiferis pluribus notis propinquus. De variis ejus affinitatibus cfr. Lindley l. c. et p. 44. 12. 143. — DC. l. c., etc. Characteres generum Americanorum praecipue ex cl. Martio desumti sunt.

?1. *ANTHOLOMA. Labill.* — DC. p. 565.

2. *MARCGRAVIA. Plum., Linn.* — DC. p. 565. — Cfr. Hooker, exot. fl. 2. p. 160. cum ic. analyt., et Mart. nov. gen. 3. p. 181.

3. *NORANTEA. Aubl.* — DC. p. 566. — Cambess. in St. Hil. fl. Bras. 1. p. 312. t. 62. (n. sp. 2). — Mart. l. c. p. 179. t. 295. 296. 297. I. fig. 3. (n. sp. 2 descr.) — *Ascium*, Schreb.

4. *RUYSCHIA. Jacq.* — DC. p. 566. — Mart. l. c. p. 174. t. 292—294. (n. sp. 4). — *Souroubea*, Aubl.

? * *STROMBOSIA. Blume.* (1826.) Bijdr. 17. p. 1154. Sp. 1.: S. Javanica. — Genus, teste auctore, *Noranteae* aliquid affine, *Marcgraviaceis* saltem propius accedens quam *Rhamneis*. — *Ilicineis* inseritur a G. Don, gen. syst. II. p. 21.

XXXIV. HYPERICINEAE.
(Juss.) Choisy.

Choisy, prodr. Hyperic. 1821, et in DC. prodr. 1. p. 541. Lindl. p. 47.

Tribus I.

Hypericeae. Nob. — Hypericineae verae Choisy l. c. — Bartl. p. 291.

1. *LANCRETIA. Delil.* — DC. l. c. p. 555. — Cfr. Guill. et Perrott. tent. fl. Senegamb. 1. — Stamina monadelpha, fide Lindl. l. c. p. 47.

*2. *SAROTHRA. Linn.* — Schreb. gen. 521. — Hook. et Greville in bot. misc. 3. p. 235. t. 107. (Char. reform. et nov. sp. 1 descr.) Genus certe hujus loci, testibus Hook. et G. Cfr. Linnaea 3. p. 127.

3. *ASCYRUM. Linn.* — DC. p. 555. — *Hypericoides*, Adans.

*4. *ELODEA. Pursh.* — Hyperici sp. Linn., Choisy ap. DC. l. c. p. 546. sect. III. — *Triadenium*, Raf. — *Martia*, Spr. (non Leand.)

5. *HYPERICUM. (L.) Pursh.* — DC. p. 543. (excl. sect. III. cfr. Elodea, — et sp. n. 28. v. Elieam). Rchb. hort. bot. 1. t. 86—88. 95. 96. etc. St. Hil. fl. Bras. 1. p. 328. t. 69. 70. (n. sp. 13 descr.) Cham. et Schl. in Linnaea 3. p. 120. (n. sp. 6), ib. 5. p. 218. (n. sp. 3). Wight et Arn. prodr. fl. Penins. 1. p. 99. (n. sp. 3).

6. *ANDROSAEMUM. All.* — DC. p. 543.

7. *VISMIA. Vand.* — DC. p. 542. St. Hil. l. c. p. 325. t. 68. (n. sp. 1). Vismea, Cham. et Schl. in Linnaea 3. p. 115. (n. sp. 3 descr.) ib. 10. p. 245. (n. sp. 1). — Semina in spec. nonnullis solitaria, ex Cambess.

8. *HARONGA. Pet.-Th.* — DC. p. 541. Cfr. Guill. et Perr. fl. Seneg. 1. — *Harongana*, Lam. — *Arongana*, Pers. — *Haemocarpus*, Noronh. — Genus Hypericineas Guttiferis approximans.

Tribus II.

Carpodonteae. (Bartl. p. 293. tanquam Garciniearum sect.) ***Nob.*** — Tribus Hypericineas cum Ternstroemiaceis connectens.

*9. *ELIEA. Cambess.* (1830.) in Ann. sc. nat. 20. p. 400. t. 13. Sp. 1: E. articulata. (Hyperici sp. Lam., DC. p. 543. n. 28.)

*10. *CRATOXYLUM. Blume.* (1825.) Bijdr. 3. p. 143. Sp. 1: C. Hornschuchii. — Genus a Sprengelio (gen. pl. n. 2962.) perperam ad *Lüheam*, Willd., (cfr. tab. Tiliacear. p. 37.) reductum, quae toto coelo diversa.

11. *CARPODONTOS. Labill.* — DC. p. 556. — Cfr. Cambess. in ann. sc. nat. 20. p. 402. in nota.

12. *EUCRYPHIA. Cav.* — DC. ibid. — Cfr. Camb. l. c.

? * *ANISOSTICTE. Bartl.* (1830.) ord. nat. p. 294. in nota. *Monoporina*, J. S. Presl. — *Scyphaea*, C. B. Presl, symb. bot. 1. p. 7. t. 4. — Characteres a C. B. Presl dati a Bartlingianis nonnihil differunt, quamvis utriusque auctoris genus ex eadem planta (Sieberi herb. Martinic. n. 304.) constructum fuit. — Genus Marilae affine (cfr. tab. nostr. Guttiferarum) cum duobus sequentibus a cl. Bartling *Carpodonteis* suis adscriptum.

? *MARILA. (Sw.) Pers.* — DC. p. 558. (inter Guttifer.) — Cfr. supra tab. Ternstroemiacear. et Guttiferarum.

? *GODOYA. Ruiz et Pav.* — DC. p. 558. (inter Guttifer.) — Char. ex Mart. — Cfr. supra tab. Ternstroem.

XXXV. OLACINEAE. *Mirb.*

DC. prodr. 1. p. 531. Bartl. p. 423. Lindl. p. 77. — Cfr. R. Brown, gen. rem. p. 470., Congo p. 552. (*Ej.* Vermischte Schr. 1. p. 89. 260.) Wight et Arnott prodr. fl. Penins. 1. p. 88. — Hujus ordinis (sed cujus generis?) etiam est „*Gomphandra? Penangiana*“, Wallich, cat. n. 7204. (nondum, quantum scimus, descripta), quae certe non Gomphandrae congener, teste cl. Arnott in Ann. d. sc. nat. 1834. II. p. 236.

*1. *OPILIA. Roxb.* Corom. 2. p. 31. t. 158. — *Groutia*, Guillem. et Perrott., fl. Seneg. 1. p. 100. t. 22. Cfr. Arnott in Ann. sc. nat. 1834. II. p. 236. et Alph. DC. ibid. p. 301. — Genus a plurimis hucusque *Myrsineis* adsociatum, sed *Olacineis* prae omnibus affine.

2. *OLAX. Linn.* — DC. p. 531. Cfr. Wight et Arn. l. c. p. 88. (n. sp. 3).

3. *SPERMAXYRUM. Labill.* — DC. p. 532.

4. *FISSILIA. Commers.* — DC. ibid.

5. *HEISTERIA. Linn.* (non Berg.) DC. ibid. Cambess. in St. Hil. fl. Bras. 1. p. 340.

? 6. *XIMENIA. Plum.* — DC. p. 533. (excl. sp. n. 4. cfr. Cyminosma inter Ruteas.) Labill. nov. Caledon. t. 37. Camb. in St. Hil. fl. Bras. 1. p. 341. Wight et Arn. l. c. p. 89. — *Heymassoli*, Aubl. — Genus ad *Ebenaceas* relatum a cl. Endlicher in Ann. des Wiener Mus. 1. 1835. p. 171.

? 7. *PSEUDALEIA. Petit-Thouars.* — DC. p. 533.

? 8. *PSEUDALEIOIDES. Pet.-Th.* — DC. ibid.

? * 9. *STEMONURUS. Blume.* (1825.) Bijdr. 13. p. 648. (4 spec.) „Genus *Santalaceis* affine, situ staminum et fructu supero diversum, inde *Olacineis* forte adjungendum.“ Blume l. c.

? * 10. *PLATEA. Blume.* (1825.) ibid. p. 646. (2 sp.) — A *Nyssa*, cui nimis affinis, aliisque *Santalaceis* calyce infero et staminibus hypogynis diversa, itaque potius *Olacineis* adnumeranda, fide Blume l. c.

? 11. *ICACINA. Adr. Juss.* — DC. p. 536.

? 12. *BALANITES. Delil.* — DC. p. 708. (ad finem *Zygophyllearum*, a quibus removenda, monente ill. R. Brown, ap. Clapperton, p. 27.) Olacineis iterum adjungitur in Guill. et Perr. fl. Seneg. 1. p. 103. obs., ubi fructus dicitur fere omnino Ximeniae, habitus idem, flores simillimi.

XXXVI. AURANTIACEAE. *Corr.*

DC. prodr. 1. p. 535. (excl. Aglaja, quam v. in tab. Meliacear.) Bartl. p. 392. Lindl. p. 123. — Generum characteres praecipue ex Wight et Arnott prodr. fl. Penins. 1. p. 90. seq. desumsi.

1. *ATALANTIA.* *Corr.* — DC. p. 535. — Wight et Arn. l. c. (n. sp. 2). — *Obs.* „Trichilia? spinosa, Willd.", DC. p. 623. n. 16., identica est cum A. monophylla, fide W. et Arn. l. c.

2. *TRIPHASIA.* *Lour.* — DC. p. 535. — Blume, Bijdr. 3. p. 131. — Hujus generis est „Limonia? diacantha," DC. l. c. p. 536. n. 4. — Triphasia sarmentosa, Blume, autem potius ad *Sclerostylim* pertinere videtur, ex Wight et Arn. l. c. — Partium floralium numerus quodammodo inconstans, ternario sc. interdum pars addita aut demta occurrit, — hinc genus forsan cum Limonia conjungendum. Cfr. W. et Arn. l. c.

3. *LIMONIA.* *L.* — Lam. ill. t. 353. — DC. p. 536. — Wight et Arn. l. c. p. 91. (n. sp. 2), quorum ex auctoritate huc etiam referenda est *Citrus angulata*, Willd. (DC. p. 540. n. 14.) — Genus forsan dividendum; L. citrifolia, Roxb. (DC. n. 3.), forte proprii generis est; L. pentagyna, Roxb. (fl. Ind. 2. p. 382.), videtur ex ordine removenda, si quidem styli revera 5 distincti adsunt.

4. *GLYCOSMIS.* *Corr.* — DC. p. 538. Wight et A. p. 92. (n. sp. 4). — Huc revocandae videntur *Cookia* cyanocarpa et chlorosperma, Blume, fide W. et Arn. l. c.

*5. *SCLEROSTYLIS.* *Blume.* (1825.) Bijdr. 13. p. 133. (Sp. 5; quibus forte addenda *Triphasia sarmentosa*, Blume, et *Amyris simplicifolia*, Roxb. fl. Ind. 2. p. 244., ex W. et Arn. l. c. p. 93. ubi n. sp. 1). — Bacca sicca, ex Bl.

6. *BERGERA.* *Koen.* — DC. p. 537. excl. cit. Rumph. et sp. n. 2. (B. integerrima, Ham., Roxb. fl. Ind. 2. p. 376.), quae Micromeli sp., et forsan M. pubescens, Blume, fide W. et Arn. p. 94.

7. *MURRAYA.* *Koen.* — DC. p. 537. Wight et A. p. 94. (n. sp. 1). — M. longifolia, Blume, forsan e genere expellenda, fide Arn. l. c. — *Chalcas*, Lour. — *Marsana*, Sonner.

8. *COOKIA.* *Sonnerat.* — DC. p. 537. Wight et A. p. 95. — C. macrophylla, Lindl., et C. falcata, DC. (l. c. n. 2.), vix hujus generis sunt, monente cl. Arnott, l. c. — *Quinaria* et *Aulacia*, Lour.

9. *CLAUSENA.* *Burm.* — Lam. ill. t. 310. DC. p. 538. Blume, Bijdr. 3. p. 138. (n. sp. 1). Wight et Arn. p. 95. — Hujus loci sunt: *Amyris heptaphylla* et *nana*, Roxb. (DC. prodr. 2. p. 82. n. 8. 9.), *Amyris suffruticosa*, *Sumatrana* et *punctata*, Roxb., — et *Icica? dentata*, DC. 2. p. 78. n. 14.; fide W. et Arn. l. c. — *Amyris anisata*, *Roxb.* (quae synon. A. heptaphyllae, Roxb., ex W. et Arn.), congener Fagarae speciebus Capensibus (v. Fugarastrum, G. Don, inter Terebinthac., quarum tab. cfr. infra) dicitur a cl. Adr. Juss. in Mém. Mus. 12. p. 507.

*10. *MICROMELUM.* *Blume.* (1825.) Bijdr. 13. p. 137. Sp. 1: M. pubescens. — Valde affine Murrayae et Cookiae.

*11. *LAVANGA.* *Hamilt.*, Lindl. in Wallich. cat. No. 6382 seq., ubi indicantur spec. 2, quarum altera est *Limonia scandens*, *Roxb.* — Characterem generis, nobis ignoti, desumsimus ex tab. synopt. apud W. et Arn. l. c. p. 90.

12. *FERONIA.* *Corr.* — DC. p. 538. (excl. sp. n. 2., quae ad Aeglen referenda, ex W. et Arn. l. c. p. 96.) — Blume l. c. p. 139.

13. *AEGLE.* *Corr.* — DC. p. 538. W. et Arn. p. 96. — Huc spectat *Feronia pellucida*, *Roth.* (DC. n. 2.) — *Belou*, Adans.

14. *CITRUS.* *L.* — Lam. ill. t. 639. DC. p. 539. (excl. sp. n. 14. cfr. Limonia.) Cfr. Buchanan Hamilton in Wern. soc. transact. 6. p. 316. Wight et Arn. p. 97.

* XXXVII. HUMIRIACEAE.
Mart. — Adr. Juss.

Ordo proprius, primum (sed absque nomine) indicatus a cl. Martio, in nov. gen. 2. p. 142.; deinde confirmatus, nomine inscriptus et charactere definitus a cl. Adr. Juss. in St. Hil. fl. Bras. merid. 2. (1829.) p. 87. *Cfr.* ejusd. Mém. Méliac. (1830.) p. 31. sq. De ordinis affinitatibus (cum Meliaceis, Styraciis, nec non Chlaenaceis) disseruit praecipue cl. Martius, l. c. — Lindl. p. 122.

*1. *SACOGLOTTIS.* *Mart.* l. c. p. 146. G. Don, gen. syst. I. p. 676. — Sp. 1: S. Amazonica, Mart.

2. *HUMIRIUM.* *Rich.* — Mart. l. c. p. 142. t. 198. 199. (n. sp. 2 descr.) — Adr. Juss. in St. Hil. fl. Bras. 2. p. 89. (n. sp. 2). — *Houmiri*, Aubl. — *Myrodendron*, Schreb. — *Humiria*, DC. prodr. 1. p. 619. (inter Meliac.)

*3. *HELLERIA.* *Nees et Mart.* in Nov. Act. Ac. Leop. 12. p. 39. t. 7. Mart. nov. gen. 2. p. 147. (Sp. 1.) Adr. Juss. ap. St. Hil. l. c. p. 91. (n. sp. 1). G. Don, gen. syst. I. p. 676.

XXXVIII. MELIOIDEAE. *Nob.*

Ordinem hunc iisdem limitibus circumscriptum exhibemus, quibus a cel. monographo, *Adr. de Jussieu* (Mém. sur le groupe des Méliacées, in Mém. du Mus. 19. p. 152—304.), circumdatus est. Nomen paululum mutavimus, ut ordo a subordine Meliacearum proprie sic dictarum rite distinguatur. Genera nonnulla, quae ab auctoribus, etsi cum dubio, Meliaceis adscribi solent, a cl. Monographo laudato autem excludebantur, in Meliacearum consortio adhuc retinuimus, donec verae eorum affinitates patescant propriumque ipsis locum in syst. naturali assignent. — De ordine caeterum cfr. DC. prodr. 1. p. 619. (excl. Humiria). Wight et Arn. prodr. fl. Penins. 1. p. 116.

Subordo I.

CEDRELACEAE. Adr. Juss. l. c. p. 247. — *Cedreleae*, R. Br. — DC. p. 624. Bartl. p. 356. — Lindl. p. 121.

1. *FLINDERSIA. R. Br.* — DC. p. 625. — Adr. Juss. p. 253.

*2. *OXLEYA. Cunningham* Mss. — Hooker (1830) in bot. misc. 1. p. 246. in nota, t. 54. Sp. 1: O. xanthoxyla, Cunn. Cfr. Adr. Juss. p. 302. — Genus Flindersiae proxim., ex Hook.

3. *CEDRELA. L.* — DC. p. 624. Adr. J. p. 254. t. 23. n. 29. et in St. Hil. fl. Bras. 2. p. 85. t. 101. (n. sp. 1). Royle ill. Himalay. fasc. 4. t. 25. (n. sp. 1). — *Cedrus*, Mill. — *Johnsonia*, Adans. (non R. Br.)

4. *CHLOROXYLON. DC.* p. 625. Adr. J. p. 252. t. 23. n. 28.

*5. *CHICKRASSIA. Wight et Arn.* l. c. 1. p. 122. — Chukrasia, Adr. J. p. 251. t. 22. n. 27. Sp. 1: Ch. tabularis, (Swietenia Chikrassa, Roxb. fl. Ind. 2. p. 399.) Wight et Arn. l. c. 1. p. 122. — *Plagiotaxis*, Wallich, cat. n. 1269. (excl. caet. sp.), fide W. et Arn.

*6. *SOYMIDA. Adr. Juss.* p. 250. t. 22. n. 26. Sp. 2: S. febrifuga (Swieteniae sp. Roxb., DC.) et Swietenia Soymida, Dunc. — Cfr. W. et Arn. p. 122.

7. *SWIETENIA. (L.)* — DC. p. 625. (excl. sp. n. 2. cfr. Soymida, et n. 3. cfr. Khaya.) Adr. J. p. 248. t. 22. n. 25. — *Mahagoni*, Adans. — *Roja*, Scop.

*8. *KHAYA. Adr. J.* p. 249. t. 21. n. 24. Sp. 1: K. Senegalensis (Swieteniae sp. Desr., DC. n. 3.).

? * *MACHARISIA. Pet.-Th.*, isl. austr. d'Afr. t. 14. — Quamvis omnino adsentiamus cl^mo. Adr. Jussieu, qui (l. c. p. 198. seq.) genus hoc perperam Cedrelaceis à cl. Reichenbach approximatum fuisse declarat, locum tamen eidem hic damus, donec legitima ejus sedes innotuerit.

Subordo II.

MELIACEAE. Adr. Juss. l. c. p. 214. (Bartling. p. 355. — Lindl. p. 120.)

*9. *GONIOCHETON. Blume.* (Bijdr. p. 176.) Adr. J. p. 231. Sp. 1: G. arborescens. (Trichilia arboresc. Spr.)

10. *CARAPA. Aubl.* — DC. p. 626. (excl. n. 3. v. Xylocarpus; et n. 2.?) Adr. J. p. 242. t. 20. n. 21. — Guill. et Perrott. fl. Seneg. 1. p. 128. (n. sp. 1). G. Don, gen. syst. I. p. 685. Cfr. Arnott in ann. sc. nat. 1834. II. p. 236. — *Xylocarpus*, Schreb. (non Adr. Juss.) — *Persoonia*, Willd. (non Sm.) — „Praefloratio petalorum contorta, cum loculis pluriovulatis inflorescentia et sexu altero constantius in flore imperfecto, transitum ad Cedrelaceas suppeditat.“ Adr. Juss. l. c.

11. *XYLOCARPUS. (Koen.)* Adr. J. p. 243. t. 20. n. 22. Wight et Arn. p. 121. — *Granatum*, Rumph. — *Carapae* sp. auct., DC. p. 626. n. 3.

*12. *SYNOUM. Adr. J.* p. 226. t. 15. n. 10. Sp. 1: S. glandulosum. (Trichiliae sp. Sm., — DC. p. 623. n. 10.)

*13. *LANSIUM. Blume.* Bijdr. p. 164. (et Jack?) Adr. J. p. 233. Sp. 1: L. domesticum, Bl. — *Lansium*, *Jack* cum genere Blumeano homonymo et cum *Nemedra* identicum esse, suspicantur cl. Wight et Arn. (l. c. p. 119.), qui etiam *Sphaerosacmen*, Wall. (= Aglaja? decandra, Wall. in Roxb. fl. Ind.), Lansii speciem esse credunt. — Cfr. infra Cipadessa.

*14. *NEMEDRA. Adr. J.* p. 223. t. 14. n. 8. Sp. 1: N. elaeagnoidea. Fruct. ignot. — Genus forsan a Lansio, Jack et Blume, non diversum, ex W. et Arn. p. 119.

*15. *APHANAMIXIS. Blume.* Adr. J. p. 223. t. 14. n. 9. (sp. 3). — A cl. Wight et Arn. l. c. p. 119. genus conjungitur cum *Amoora*, Roxb. (Corom. 3. t. 258.), ad quam pertinent Sphaerosacme polystachya, Wall. cat. n. 1277. (Aglaja polyst. Wall. in fl. Ind.) et Sph. laxa, Wall. cat. n. 4894., quae vix differt ab Amoora cucullata, Roxb. = Buchanania paniculata, Roxb. Herb. fide W. et Arn. l. c. — An tamen *Amoora*, Roxb. (exclusis omnibus spec. praeter A. Rohitukam, W. et Arn. p. 119.), servanda? (*Andersonia*, Roxb., non R. Br.)

16. *AGLAJA. Lour.* — DC. prodr. 1. p. 537. — Blume Bijdr. p. 169. Adr. J. p. 245. t. 14. n. 7. — *Camunium*, Rumph. Roxb. fl. Ind. 2. p. 425. — *Cambania*, Commers, ex Adr. J. — Genus, ab ill. DC. aliisque *Aurantiaceis* insertum, *Meliaceis* affinius quam illis dicitur a cl. Adr. J. l. c. p. 223. et 246. Proxime accedit ad *Nemedram*, a qua differt staminibus petalor. numero aequalibus et germine 1-loculari. — Species excludendae sunt: A. polystachya, Wall., — cfr. *Aphanamixis;* et A.? decandra, Wall. (fl. Ind. 2. p. 427.), quae forsan typus generis proprii (*Sphaerosacme*, Wall. fl. Ind. p. 429. excl. sp. plur.), *Milneae*, Roxb., affinis, 10-andri, fructu 5-spermo distincti. — Cfr. supra obs. ad *Lansium*.

*17. *MILNEA. Roxb.* (fl. Ind., ed. Wallich, 1824. 2. p. 430. Sp. 1: M. edulis, Roxb. Char. ex Wight et Arn. l. c. p. 118. (n. sp. 1. = Walsura? lanceolata, Wall. cat. n. 4886.) — Genus *Aglajae* proximum.

*18. *DISOXYLUM. (Blume*, Bijdr. p. 172. Sect. I. — excl. caet.) *Adr. J.* p. 224. (sp. 6.) — Trichiliae sp. Spr. — Cfr. Wight et Arn. p. 120. obs. ad Heyneam.

*19. *CHISOCHETON. Blume.* l. c. p. 163. Adr. J. p. 225. (sp. 2). — *Schizocheton*, Spr.

*20. *HARTIGHSEA. Adr. J.* p. 227. t. 15. n. 11. (n. sp. 2). Endl. prodr. fl. Norfolk p. 79. (n. sp. 1 descr.) — *Trichiliae* sp. auct., v. g. T. bijuga, Labill. sert. austr. Caled.; T. spectabilis et alliacea, Forst. (DC. p. 623. n. 11. 12.), T. mollissima, Spr. — *Meliae* sp. DC. p. 622. n. 7. — *Disoxyli* sp. Blume, excl. sect. I. — Cfr. W. et Arn. p. 120. obs. ad Heyneam.

*21. *EPICHARIS. Blume.* Adr. J. p. 228. t. 15. n. 12. Hujus loci sunt: Guarea cauliflora, sericea cum var. densiflora, Spr., et sp. 2 novae a cl. Juss. l. c. descriptae. Cfr. Wight et Arn. p. 120. obs. ad Heyneam, ubi nova sp. indicatur.

*22. *CABRALEA. Adr. J.* p. 229. t. 16. n. 13. (4 sp.)

*23. *DIDYMOCHETON. Blume.* Adr. J. p. 230. t. 16. n. 14. (3 sp.)

24. *SANDORICUM. Cav.* DC. p. 621. — Adr. J. p. 232. t. 16. n. 15. (n. sp. 1). — Wight et Arn. 1. p. 119.

25. *GUAREA. L.* — DC. p. 623. — Adr. J. p. 239. t. 19. n. 20. (Sp. 22—24, quarum 5 novae, ab Adr. J. descriptae in St. Hil. pl. us. Bres. No. 17. et fl. Bras. 2. p. 81. t. 100.) — *Guidonia*, Plum. — *Trichiliae* sp. L., et auct. quorundam.

*26. *MOSCHOXYLON.* Adr. J. p. 238. t. 19. n. 19. (Sp. 9, quarum plur. v. in St. Hil. fl. Bras. 2.) *Trichiliae* sp. Sw. (DC. p. 622. n. 8. et forsan plur. al.)

27. *TRICHILIA.* (L.) — DC. p. 622. (excl. sp. plur., v. g. n. 8. v. Moschoxylon; n. 10. v. Synoum; n. 11. 12. v. Hartighsea; n. 16. v. Atalantia, in tab. Aurantiac.) Adr. Juss. p. 235. t. 18. n. 18. (Sp. 18, quarum 5 nov. descr. in St. Hil. fl. Bras. 2. p. 76. t. 98. 99.) — *Portesia,* Juss., Cav. — *Elkaja,* Forst., Juss.

28. *HEYNEA.* Roxb. — DC. p. 624. Adr. J. p. 234. t. 18. n. 17. (sp. 5, quarum una, H. trifolia, ad Walsuram referenda.) Wight et Arn. p. 120.

29. *EKEBERGIA.* Sparrm. — DC. p. 623. — Adr. J. p. 234. t. 17. n. 16. (n. sp. 1). — *Trichiliae* sp. Pers. — Insignis florum monstrositas in E. Capensis individuis cultis in hort. Paris. et Argentorat. constanter occurrit; cfr. Adr. J. l. c. fig. 16. b. H.

*30. *WALSURA.* Roxb. — Char. ex Wight et Arn. p. 120. Sp. 2: W. piscidia, Roxb. fl. Ind. 2. p. 288., Wall. cat. n. 1265. (= Heynea trifolia, Adr. Juss.) et W. ternata, Roxb. l. c. p. 289. — W. et Arn.

?*31. *ODONTANDRA.* Kunth, nov. gen. suppl. 7. p. 228. Sp. 1: O. acuminata. — „Genus Meliaceis adscriptum, non satis notum.“ Adr. J. p. 255.

? *GERUMA.* Forsk. — DC. p. 619. — Genus inexacte notum, e Meliaceis, quibus plerumque adnumeratum, excludendum, ex Adr. J. p. 187.; a Bartlingio (p. 355.) cum ? *Leeaceis* subjungitur.

?*32. *STEMMATOSIPHON.* Pohl. (1830.) pl. Brasil. 2. p. 86. et 199. t. 157—159. (3 sp.) — Genus forsan potius *Aurantiaceis* adsociandum, quam Meliaceis, a quibus recedit foliis simplicibus et apice dentatis, staminibusque numerosis, quibus nonnisi *Calpandriae* quodammodo analogum. Cfr. Adr. J. p. 304.

?*33. *CALPANDRIA.* Blume, Bijdr. p. 178. Adr. J. p. 244. t. 20. n. 23. — Genus habitu dissimili et staminibus numerosis a Meliaceis genuinis discrepans, suadente Adr. Juss. l. c. p. 245. in Obs. ab iisdem removendum, a cl. Blume *Carapae* affine dictum et cum hac in tribum suam *Xylocarpearum* conjunctum.

34. *QUIVISIA.* Juss. — DC. p. 620. Adr. J. p. 216. t. 12. n. 1. — *Gilibertia,* Gmel.

*35. *CALODRYUM.* Desv. in Ann. d. sc. nat. 1826. 9. t. 51. Unica sp. Adr. J. p. 217. t. 12. n. 2. *Turraeae* sp. Cav., DC. p. 620. n. 5.

*36. *NAREGAMIA.* Wight et Arn. (1834.) l. c. p. 116. Sp. 1: N. alata. — Cfr. Adr. J. p. 225. obs. ad calcem Disoxyli.

37. *TURRAEA.* (L.) — DC. p. 620. (excl. sp. n. 5. cfr. Calodryum.) Adr. J. p. 217. t. 12. n. 3. — T. pinnata, Wall. pl. As. rar. 1. p. 21. t. 119. e genere, immo e Melieis, excludenda et Trichilieis, prope Hartighseam, inserenda, monente cl. Adr. J. l. c. p. 303.

38. *MELIA.* (L.). — DC. p. 621. (excl. sp. n. 5. cfr. Azadirachta; n. 6. v. Mallea; n. 7. v. Hartighsea. Adr. J. p. 219. t. 13. n. 4. Wight et Arn. p. 117. — *Azedarach,* Tourn., Adans. — *Obs.* Tubus stamineus saepe ad apicem laciniis praeter terminales pluribus adpressis extus instructus; fructus loculi plerumque abortu ovuli superioris 1-spermi. Adr. J. l. c.

*39. *AZADIRACHTA.* Adr. Juss. p. 220. t. 13. n. 5. W. et Arn. p. 117. — Sp. 1: A. Indica. (Meliae sp. L., DC. n. 5.)

*40. *MALLEA.* Adr. J. p. 221. t. 13. n. 6. W. et Arn. p. 118. — Sp. 1: M. Rothii. (Meliae sp. Roth., DC. n. 6. = Ekebergia Indica, Roxb., Wall.)

*41. *CIPADESSA.* Blume, Bijdr. p. 162. Adr. J. p. 222. Sp.: C. fruticosa, (= Lansium domesticum, Jack, ex Spr., an recte? — cfr. supra obs. ad *Lansium,* Blume.) Generis locus inter Melieas, fatente ipso cl. Adr. Juss., adhuc subdubius, quum semina ab auctore (an ex errore?) dicantur exalbuminosa.

? *AITONIA.* Linn. fil. — Char. ex Adr. Juss. l. c. p. 186. — Lam. ill. t. 571. Rchb. fl. exot. 4. p. 9. t. 229. Genus quoad sedem in systemate valde adhuc dubium, ab ill. Jussiaeo patre *Meliaceis* adsociatum, rejectum autem a cl. filio, qui, de ejus loco proprio ipse dubius, cl^mi. Gay sententiam de ejus affinitate cum *Sapindaceis* obiter tantum adfert. Nobis adhuc tamen *Melieis* satis affine videtur, quam ob rem hisce genus adjungere quam omnino praetermittere maluimus.

XXXIX. AMPELIDEAE. *H. B. et K.*

DC. prodr. 1. p. 627. Wight et Arn. prodr. fl. Penins. 1. p. 124. — *Vites,* Juss., Lindl. p. 119. — *Sarmentaceae,* Vent. — Cfr. Bartl. p. 353. sq. — *Viniferae,* Juss.

Tribus I.

Leeaceae. DC. p. 635. — Bartl. p. 354. (ut ordo proprius, Sarmentaceas inter et Meliaceis insertus); *Leea* sola certe hujus loci; reliqua genera cum dubio nonnisi adjecta.

? *GERUMA.* Forsk. — DC. p. 619. (inter Meliac., quarum tab. et comm. cfr. supra.)

? *LASIANTHERA.* P. Beauv. — DC. p. 636. — Cfr. Bartl. l. c. in nota, et Adr. de Juss. in Mém. du Mus. 19. p. 186.

1. *LEEA.* Linn. — DC. p. 635. — Wight et Arn. l. c. p. 131. (n. sp. 2). Cfr. Blume, Bijdr. 4. p. 195. — *Aquilicia,* Linn. — Lam. ill. t. 139. — Cfr. Adr. Juss. l. c. p. 185. (Char. emend.) — *Ottilis,* Gaertn.

Tribus II.

Viniferae. DC. p. 627. — *Sarmentaceae,* Bartl. l. c.

2. *CISSUS.* L. — DC. l. c. — Cfr. Linnaea 3. Litt. p. 109.; ib. 4. p. 83.; ib. 5. p. 221. (n. sp. 1). Camb. in St. Hil. fl. Bras. 1. p. 342. (n. sp. 6). Bot. mag. t. 2443. Guill. et Perr. fl. Seneg. 1. (n. sp. 4). Royle, ill. pl. Himalay. t. 26. (n. sp. 2). Ecklon et Zeyh., en. pl. Afr. austr. 1. p. 56. (n. sp. 2). — *Vitis* sp. (§ 1.) W. et Arn. l. c. p. 125. (n. sp. 9). — *Salanthus,* Forsk. — Cissi spec. a cl. Ecklon l. c. dicuntur: Rhus cirrhiflorum, dimidiatum, tridentatum et digitatum, Thunb. (DC. prodr. 2. p. 69 sq. n. 30. 64. 65. et 82.)

*3. *PTERISANTHES.* Blume. (1825.) Bijdr. 4. p. 192. Sp. 1: P. cissoides. — Genus Cissum inter et Ampelopsidem medium, ex Bl.

4. *AMPELOPSIS.* Michx. — DC. p. 632. — Schl. in Linnaea 10. p. 251. (n. sp. 1).

5. *VITIS.* Linn. — DC. p. 633. — Wight et Arn. l. c. p. 124. (excl. § 1.) n. sp. 1. Eckl. et Zeyh. l. c. p. 56. (n. sp. 1).

MALPIGHINAE. (Classis.)

Bartling, ord. nat. p. 357. (excl. Rhizoboleis et Tropaeoleis). Cfr. Roeper, de florib. Balsamin., p. 43. in Nota. Ordinibus hujus classis satis naturalis (exceptis nonnisi Coriarieis, quae omnibus fere repugnant) tabulam synopticam praemittimus, non solum ut ipsorum analogiae simul ac differentiae facilius comparari possint, sed etiam ut ii ordines, qui paucissimis tantum generibus, quin immo unico, constant (v. g. Erythroxyleae, Acerineae, Coriarieae), minus solitarii et quasi abrupti, sed affinitatis vinculo cum vicinis connexi se praestent. — Simili modo et alios posthac ordines in classem naturalem conjunctos in tabulis exponere in animo est. (V. infra Geranioideae, Rutaceae, etc.)

XL. HIPPOCASTANEAE. DC.

DC. prodr. I. p. 597. Bartl. p. 364. Lindl. p. 115. — *Castaneaceae*, Link. — *Aesculus*, Linn. — Cfr. Generum et specierum Hippocastanearum revisio, auct. Ed. Spach, in Ann. d. sc. nat. 1834. II. p. 50—64.

1. *AESCULUS.* (*L.*) — Spach l. c. p. 52. Unica sp. est: Ae. Hippocastanum, L., DC. p. 597. n. 1.
2. *PAVIA.* (Boerh.) — Spach l. c. p. 52. — Paviae sp. DC. p. 598. (excl. sp. n. 1.) et Aesculi sp. DC. (excl. n. 1.) — Accedunt spec. plures novae, a cl. Spach l. c. enumeratae.

*3. *MACROTHYRSUS.* Spach (1834.) l. c. p. 61. Sp. 1: M. discolor. (Paviae sp. n. 1. DC. p. 598.) Guimpel et Hayne t. 26. Bot. mag. t. 2117.

*4. *CALOTHYRSUS.* Spach (1834.) l. c. p. 62. Sp. 1: C. Californica.

XLI. SAPINDACEAE. Juss.

DC. prodr. 1. p. 601. Bartl. p. 362. Lindl. p. 116. Cambess. (mém. sur la fam. des Sapindacées) in Mém. du Mus. 18. (1829.) p. 1—50., quem cl. monographum praecipue secuti sumus. — *Loxostylis*, *Spr.*, genus a cl. Bartl. l. c. citatum, nobis plane ignotum. In ipsius Sprengelii syst. veget. et gen. plant. frustra quaeritur. Cfr. Rchb. ic. exot. t. 205. (nobis non suppetens) ex Rchb. consp. n. 522.

Tribus I.

Sapindeae. Camb. l. c. p. 13 et 18. — *Paullinieae* et *Sapindeae*, H.B.K., DC. l. c. (excl. Cossignia.)

*1. *APHANIA.* Blume (1825.) Bijdr. 5. p. 236. (Sp. 1: A. montana.) Camb. p. 37.

*1^b. *TRIPTEROCARPUS.* Nob. (1836.) — *Bridgesia*, Bertero Mss. in herb. (non Hooker et Arn.) Cambessedes in Nouv. Ann. du Mus. 3. (1834.) p. 234. t. 13. Sp. 1: T. incisifolia, nob. — Nomen mutandum erat propter genera duo homonyma a cl. Hooker jam a. 1832. et 1833. descripta editaque.

2. *SERJANIA.* Plum. — DC. p. 602. Camb. p. 20. et in St. Hil. fl. Bras. 1. p. 255. t. 75. 76. (n. sp. 16). — *Seriana*, Schum.

3. *URVILLEA.* *H.B.K.* — DC. p. 602. Camb. p. 19. et ap. St. Hil. l. c. p. 352. t. 74. (n. sp. 2).

4. *CARDIOSPERMUM.* *L.* — DC. p. 601. Camb. p. 18. t. 1. f. A. B. et ap. St. Hil. l. c. p. 348. t. 73. (n. sp. 3). Wight et Arn. prodr. fl. Penins. 1. p. 109. (n. sp. 1). — *Corindum*, Tourn.

5. *PAULLINIA.* (*L.*) Schum. — DC. p. 604. Camb. p. 22. St. Hil. pl. remarq. Bres. p. 236. t. 24. B. *Ej.* fl. Bras. 1. p. 348. t. 77. 78. (n. sp. 9). Huc revocanda Schmideliae sp. n. 1. DC. p. 610. fide Camb. — Schl. in Linnaea 10. p. 238. (n. sp. 2). — *Cururu*, Plum.

6. ? *ENOUREA.* Aubl. — DC. p. 618. Camb. p. 36. — Genus obscurum, quoad trib. incertum.

*7. *MOULINSIA.* Camb. (1829.) l. c. p. 27. t. 2. et p. 40. Sp. 1: M. cupanioides (= Sapindus fraxinifolius, DC.? p. 608. n. 18.) G. Don, gen. syst. I. p. 666. — Huc forsan etiam referendum esse *Sapindum rubiginosum*, Roxb. (DC. n. 17.), suspicatur cl. Camb. l. c. in obs.

?*8. *PAPPEA.* Ecklon et Zeyh., en pl. Afr. austr. 1. p. 53. Sp. 1: P. Capensis. — An hujus loci?

*9. *ERIOGLOSSUM.* Blume. (1825.) Bijdr. 5. p. 229. (Sp. 1: E. edule.) Camb. p. 27. — *Vitenia*, Noronh. Mss., fide Camb. l. c. p. 10. — An *Erioglossum* cauliflorum, Guill. et Perrott. in fl. Seneg. 1. t. 28., cum genere Blumeano identicum? Est Cupaniae spec. ex Arnott, in Ann. sc. nat. 1834. 2. p. 236.

10. *SCHMIDELIA.* (L.) *H. B. K.* — DC. p. 610. (excl. sp. n. 1. cfr. Paullinia; 18. cfr. Prostea.) Camb. p. 23. 28. (n. sp. 1) et in St. Hil. pl. rem. Bres. 1. p. 160. t. 19. D.; pl. usuell. Bres. No. 67.; fl. Bras. merid. 1. p. 379. t. 82. (n. sp. 6). — Wight et Arn. l. c. p. 109. — *Allophyllus*, L. — *Aporetica*, Forst., DC. p. 610. (excl. sp. n. 1., cfr. Nephelium.) — *Pometia*, Willd. (non Forst., cfr. Nephelium.) — *Gemella*, Lour. — *Ornitrophe*, Juss. — *Toxicodendron*, Gaertn. (non Tourn.)

11. *THOUINIA.* Poit. (non Thunb., nec Sm.) — DC. p. 612. Camb. p. 30. t. 1. D. et in St. Hil. fl. Bras. 1. p. 384. (n. sp. 1). *Thyana*, Hamilt.

12. *TOULICIA.* Aubl. — DC. p. 612. Camb. p. 21. — *Ponaea*, Schreb.

13. *CUPANIA.* (Plum.) Camb. p. 28. 41. (n. sp. 5) et in St. Hil. fl. Bras. 1. p. 385. t. 79. 80. (n. sp. 6). Wight et Arn. p. 112. — Hujus loci etiam sunt *Sapindi* spec. DC. quaedam (a cl. Camb. non indicatae, an No. 6. 7. 20—22.? DC. p. 608 sq.) et verisimiliter *Vouarana*, Aubl. Guian. 2, suppl. p. 12. t. 374. (Mataybae? sp. n. 3. DC. p. 609.) ex cl. Camb. — *Erioglossum cauliflorum*, Guill. et Perr. fl. Seneg. 1. t. 28., etiam Cupaniae sp. est, fide Arnott in Ann. sc. nat. 1834. 2. p. 236. — Genera

sequentia, partim non satis nota, a cl. Cambessedes (cfr. l. c. p. 7.) cum Cupania conjunguntur; quum vero de eorum identitate non omnia jam dubia soluta nobis viderentur, singulorum diagnoses adjicere, ut facilius comparari possint, haud abs re existimavimus.

*a. *MISCHOCARPUS.* Blume (1825.) Bijdr. 5. p. 238. Sp. 1: M. Sundaicus, Bl.

b. *BLIGHIA.* Koen. — DC. p. 609. — *Akeesia*, Tuss. — *Bonannia*, Rafin.

*c. *DIMEREZA.* Labill. (1825.) sert. nov. Caledon. t. 51. (Sp. 1: D. glauca.) — *Diplopetalon*, Spr. gen. n. 1593.

d. *CUPANIA.* Juss., DC. p. 612. — *Trigonis*, Jacq. — *Molinaea*, Lam. — *Guioa*, Cav.

*e. *HARPULLIA.* Roxb. fl. Ind. ed. Carey (1824.) 2. p. 441. Sp. 1: H. cupanioides, Roxb. — Genus, ut nobis videtur, a Cupania vix distinguendum; teste Wallichio (l. c. p. 423.) proxime accedens ad *Gelonium*, Gaertn., Pet.-Th., — a cl. Cambess. omnino neglectum.

f. *TINA.* Roem. et Schult. — DC. p. 614. — Blume, l. c. (n. sp. 1). — *Gelonium*, Gaertn., Pet.-Th. (non Willd., nec Roxb.)

g. *RATONIA.* DC. p. 618.

h. *STADMANNIA.* Lam. — DC. p. 615.

14. *MATAYBA.* Aubl. — DC. p. 619. (excl. sp. n. 3., cfr. Vouarana sub Cupania; et ? n. 2., quae forsan immo ex ordine excludenda, monente cl. Camb. l. c. p. 37.) — *Ephielis*, Schreb. — *Ernstingia*, Neck.

? * *PTAEROXYLON.* Ecklon et Zeyh. en pl. Afr. austr. 1. p. 54. Sp. 1: P. utile. — Genus forsan potius Rutaceum?, quarum tab. cfr. infra.

? 15. *TALISIA.* Aubl. — DC. p. 609. Camb. p. 29. 48. (sp. 1 descr., quae T. Guianensis, DC. l. c. excl. syn.) ? *Acladodea*, Ruiz et Pav., ex DC. l. c.

*16. *IRINA.* Blume (1825.) Bijdr. 5. p. 229. (sp. 3). Camb. p. 24. Genus fructu affine *Schmideliae*, sed diversum floris structura; inter illam et *Sapindum* fere intermedium; v. Camb. p. 10.

17. *RACARIA.* Aubl. — DC. p. 618. — Genus vix notum, a cl. Camb. silentio praeteritum.

18. *NEPHELIUM.* L., Juss., Lam., Camb. p. 30. — Cum hoc genere a cl. Camb. conjunguntur: *Pometia*, Forst., non Willd. (*Aporeticae* sp. DC. p. 610. n. 1.) — *Euphoria*, Comm., Juss., Lam., DC. p. 611. — *Scytalia*, Gaertn. — *Dimocarpus*, Lour. — Cfr. Wight et Arnott l. c. p. 113., ubi arilli praesentia unicum dicitur diagnosticon hoc genus inter et *Sapindum.*

19. *SAPINDUS.* (L.) — DC. p. 607. (excl. n. 17. ? et 18., cfr. Moulinsia; et ? n. 6. 7. 20—22.; quas cl. Camb. inter certas generis species non enumerat; cfr. supra Cupania.) Camb. p. 26. et St. Hil. pl. us. Bres. No. 68.; fl. Bras. 1. p. 389. t. 81. (n. sp. 3). Wight et Arn. l. c. p. 110. (n. sp. 3).

*20. *LEPISANTHES.* Blume (1825.) Bijdr. 5. p. 237. (Sp. 1: L. montana, Bl.) Camb. p. 25. — Genus a Sapindo forte non satis distinctum, cfr. Camb. p. 17. in nota, et p. 11.

*21. *PROSTEA.* Camb. p. 25. et 39. t. 1. C. (Schmideliae sp. n. 18., DC. p. 611.)

Jussieae. DC. prodr. 3. p. 52. — *Jussieueae*, Spach. l. c. p. 161. Haec divisio, a Spachio in propriam tribum ab *Onagreis* suis sejuncta, ab iisdem vix magis differt, quam singulae subtribus inter se, quare ipsa quoque potius pro mera subtribu habenda nobis videtur. — Huc a cl. Lindley (l. c. p. 523.) refertur *Vanhallia, Schult.*, quae, si ordinis omnino est, potius Gaureis adsocianda nobis videtur (v. infra).

* *SPONDYLANTHA.* *Presl*, in Reliq. Haenk II. p. 35. t. 53., imperfecte cognita, ex descr. l. c. a Jussieua vix distinguenda apparet. Stirps dicitur insignis ramis aphyllis floribusque verticillatis, calycis limbo irregulari 3-4-partito persistente. Sp. 1: S. aphylla.

1. *ONOSURIS.* *Rafin.* — DC. p. 64. (excl. sp. n. 2. v. Sphaerostigma.) Cfr. Rchb. consp. p. 177. adnot.
2. *PRIEUREA.* *DC.* p. 56.
3. *JUSSIAEA.* *L.* — DC. p. 52. Cham. et Schl. in Linnaea 5. p. 557. Guill. et Perrott. fl. Senegamb. — W. et Arn. prodr. fl. Penins. 1. p. 335. Hook et Arn. in bot. Misc. 3. p. 312. Arnott. in Ann. d. sc. nat. 1834. p. 251. (n. sp. 1.) Cambess. ap. St. Hil. l. c. p. 253. t. 131 — 133. (n. sp. 10). Presl. in Reliq. Haenk. 2. p. 33. (n. sp. 5). — *Jussieua*, Pers. — ? *Spondylantha*, Presl. (v. supr.)

4. *LUDWIGIA (L.) Roxb.* — DC. p. 58. W. et Arn. l. c. p. 336.
5. *ISNARDIA. (L.) DC.* p. 59. Eckl. et Zeyh. en. pl. Afr. p. 273. — *Dantia,* Pet.-Th.

Tribus II.

Onagreae, nob. *(Gayophytineae, Oenotherineae et Epilobineae,* Spach) *Montinia* et *Hauya* apud DC. propriam formant tribum *(Montinieas),* unico fere charactere tantum (sc. seminib. alatis) a reliquis distinctam, ideoque, ut nobis videtur, vix servandam.

6. *MONTINIA. L.* — DC. p. 35. Eckl. et Zeyh. l. c. p. 272. — Forte potius Jussicis accensenda?
7. *HAUYA. Fl. Mex. ic. ined.* — DC. p. 36. *Ej.* coll. mém. 3. t. 1.
*8. *GAYOPHYTUM. Adr. Juss.* (1832.) in Ann. sc. nat. 25. p. 18. Sp. 1: G. humile. — Archives de bot. 2. p. 181. G. Don, gen. syst. 2. p. 690. Spach. l. c. p. 162.
*9. *CALYLOPHIS. Spach.* (1835.) l. c. p. 163 et 272. (n. sp. 2.) — Oenotherae sp. n. 35., DC. p. 49.
10. *SPHAEROSTIGMA (Seringe) Fisch et Mey.,* ind. sem. h. Petrop. 1835. (ex Hook. consp. bot. mag. 2. p. 9.) n. sp.: S. strigulosum F. et M. l. c. — *Oenotherae* sect. I. Seringe in DC. prodr. 3. p. 46. (excl.? sp. n. 3.) — *Camissonia,* Link, Jahrb. der Gew. 1818. p. 186. (*Onosuris* sp. n. 2., DC. p. 64.) Cfr. Cham. et Schl. in Linnaea 5. p. 556. — *Agassizia,* Spach (non Chav.) *Holostigma,* Spach l. c. p. 163. et 270. (n. sp. 2.) Huc etiam a cl. Spach referuntur: Oenotherae sp. DC. n. 22. β?, O. hirta et dentata, Link, O. Boothii, pygmaea, et contorta, Dougl., O. spiralis et viridescens, Hook. fl. bor. am., et O. micrantha, Presl in rel. Haenk.
*11. *GODETIA. Spach.* (1835.) l. c. p. 172. et 286. (n. sp. 7.) — Oenotherae sp. n. 20. 27. 29—31. DC. p. 48. — Bot. reg. t. 1829. 1849. 1856. 1880; (n. sp. 3.) Oen. decumbens, viminea, quadrivulnera, Lindleyi, Dougl., et? O. leucocarpa, Lehm. (cfr. Hook. fl. bor. Am. I. p. 210. sq.)
12. *CLARCKIA. Pursh.* — DC. p. 52. Hook. fl. bor. am. 1. p. 214. (n. sp. 1.) Bot. mag. t. 2218. Sweet. brit. fl. gart. t. 157. *Clarckia* et *Phaeostoma,* Spach. l. c. p. 172. sq.
13. *EPILOBIUM. L.* — Seringe in DC. prodr. 3. p. 40. Rchb. iconogr. t. 99. 189. Bongard, obs. veg. Sitcha p. 17. n. sp. 1. (Presl, repert. 1. p. 315.) Rich. fl. Nov. Zeel. in voy. Astrolab. p. 325. t. 36. (n. sp. 3.) Presl, in Rel. Haenk. 2. p. 30. (n. sp. 2.) Royle ill. bot. Himalay. p. 211. t. 43. f. 2. (n. sp. 1.) Hook. fl. bor. am. 1. p. 204. (n. sp. 3.) Eckl. et Zeyh. en. pl. Afr. p. 272. Meyen, Reise 1. p. 315. (n. sp. 1.) Endl. in Hügel en. pl. N.-Holl. 1. p. 44. (n. sp. 1.) — *Chamaenerion,* Tourn., Tausch., Spach, l. c. p. 174. — *Crossostigma,* Spach, l. c. p. 174.
*14. *EUCHARIDIUM. Fisch et Meyer,* ind. sem. h. Petrop., 1835; ex Hook. comp. bot. mag. II. (1836.) p. 7. Sp. 1: E. concinnum. F. et M. — Bot. reg. t. 1962. — Genus Clarckiae proximum, ex auct.
*15. *ZAUSCHNERIA. Presl,* in Reliq. Haenk., II. p. 28. t. 52. Sp. 2: Z. Californica et Mexicana. — Hook. et Arn. ap. Beech. p. 140. — Spach, l. c. p. 174. — Genus insigne, flore fere Fuchsiae, fructu Epilobii.
16. *PLEUROSTEMON. Rafin.* — DC. p. 64. — *Pleurandra,* Raf. olim. (non Labill.)
17. *OENOTHERA.* (L.) Seringe ap. DC. p. 45. (excl. sp. n. 1. 2. v. Sphaerostigma; n. 26. 27. 29—31. v. Godetia; n. 35. v. Calylophis). Lehm. ind. sem. h. Hamburg, 1820. (n. sp. 1.) Hook et Arn. ap. Beechey, p. 23. 141. Hook. fl. bor. am. 1. p. 209. (n. sp. 00, — nonnullis excl., ad Sphaerostigma et Godetiam referendis.) Camb. ap. St. Hil. l. c. p. 268. (n. sp. 3.) Presl, in Rel. Haenk. 2. p. 31. (n. sp. 1.) Sweet brit. fl. gard. t. 253. 294. 2d. series, t. 105. Bot. mag. t. 3189. Bot. reg. t. 763. 1479. 1829. 1840. Eckl. et Zeyh. l. c. p. 273. — Oenotheram L. et auct. nuper in *quatuordecim* genera (nec plura!) divellere ausus est intrepidus generum „revisor," quae sunt: 1. *Holostigma* (= Sphaerostigma), 2. *Calylophis,* 3. *Godetia* (v. supra), 4. *Boisduvalia,* Spach l. c. p. 171. (= Oen. concinna, Don, et O. densiflora, Lindl., — cfr. Lindl. in bot. reg. ad calcem t. 1829.), 5. *Cratericarpium,* Sp. l. c. p. 171. (Oen. sp. n. 59. DC.) — 6. *Anogra,* Sp. l. c. p. 164. (= Oen. sp. n. 60. DC., etc. = *Baumannia,* Spach, olim, nec DC.), 7. *Oenothera* Sp. p. 164. et 273. n. sp. 4. (n. 16—25. 34. DC., etc.) — 8. *Megapterium,* Sp. p. 165. (Oen. n. 12. DC.) — 9. *Pachylophis,* Sp. p. 166. (= Oen. n. 7. DC.) — 10. *Onagra,* Sp. p. 165. et 275. (Oen. sp. DC. n. 4. 5. 10. 11. 13—15. 33; etc.), — 11. *Lavauxia,* Sp. p. 166. et 276. n. sp. 1. (= Oen. sp. n. 37—39. DC.) — 12. *Hartmannia,* Sp. p. 166 et 278. (Oen. sp. DC. n. 40. 41. 43. 55. et? n. 52. 54. 63.), — 13. *Kneiffia,* Sp. p. 167. (Oen. sp. DC. n. 45—49. 51. 53. 56—58. 64. et? 61. 66. etc.), 14. *Xylopleurum,* Sp. p. 168. et 279. n. sp. 4. (Oen. sp. n. 50. DC.) — Si immo *Oenothera* genus nimis heterogeneum adeoque dividendum Spachio videtur, quot genera, quaeso, ex Astragalo v. g., v. Medicagine, Crotolaria, Salvia, totque aliis generibus heteromorphis, attamen certe naturalibus, facturus esset, si quondam, quod Dii faventes prohibeant!, illorum revisionem suscipere consilium caperet?

Subtribus III.

Gaureae, nob. — *Gaurineae,* Spach l. c. p. 168.

*18. *GONGYLOCARPUS. Schiede et Deppe, mss.* — Cham. et Schl. (1830.) in Linnaea 5. p. 557. Sp. 1: G. rubricaulis, Cham. et Schl. — G. Don, gen. syst. 2. p. 676.
19. *GAURA. L.* — Ser. apud DC. p. 44. — Cham. et Schl. in Linnaea 5. p. 556. Hook., fl. Bor. Am. p. 208. (n. sp. 3.) Bot. mag. t. 3506. (n. sp. 1.) *Gaura,* Spach. l. c. p. 169. et 281. (n. sp. 2.) — *Gauridium,* Spach. l. c. p. 168. (Gaurae sp. n. 10. 11. DC.) — *Schizocarya,* Spach. p. 170. et 283. (Gaurae sp. n. 4? DC., et n. sp. 3.) — *Stenosiphon,* Spach. p. 170. (Gaurae sp. n. 8. DC.)
?*20. *VANHALLIA. Schult.* — *Ceramium,* Blume, Bijdr. 17. p. 1134. (non L.), nunc *Munnickia,* Blume (Mss.?) fide DC. prodr. 3. p. 35. — Genus ab ipso cl. Blume Onagrariis adscriptum, a cl. Lindley (ed. 2. p. 523.) inter Jussicas enumeratum, secundum cel. DC. vero (l. c.) excludendum et potius Aristolochieis affine. Sp. 1: V. tomentosa.

Subtribus IV.

Fuchsieae, DC. p. 36. — *Fuchsineae*, Spach. l. c. p. 175.

21. *FUCHSIA. L.* — DC. p. 36. (Spach. l. c. p. 177.) — Bot. mag. t. 2507. 3521. Lindl. in bot. reg. t. 847. 1052. 1062. 1556. 1805. (n. sp.) Cambess. ap. St. Hil. 2. p. 272. t. 134. 135. (n. sp. 4.) Presl, in Rel. Haenk., 2. t. 51. (n. sp. 2.) Rchb. fl. exot. t. 232. Hook. ic. pl. t. 65. (n. sp. 1.) — *Dorvalia*, Commers. — *Nahusia*, Schneevogt. — *Skinnera*, Moench, Forst., Spach, l. c. p. 178. *Quelusia*, Vand. — *Brebissonia*, Spach l. c. p. 175. (F. sp. n. 1. DC.) — *Lyciopsis*, Spach p. 176. (Fuchs. sp. n. 2. DC.) — *Kirschlegeria*, Spach p. 176. (F. n. 3. 4. DC.) — *Schufia*, Spach p. 177. (Fuchs. sp. n. 5. DC.)

Tribus II.

Lopezieae, Spach l. c. p. 162.

*22. *RIESENBACHIA.* *Presl*, in Reliq. Haenk. 2. p. 36. t. 54. Sp. 1: R. racemosa.

23. *LOPEZIA. Cav.* — DC. p. 62. Cham. et Schl. in Linnaea 5. p. 557. — *Pisaura*, Bonat.

Tribus III.

Circaeeae, DC. p. 61. Lindl., ed. 2. p. 36. *Circaeaceae*, Lindl. synops. p. 109.; nat. syst. ed. 1. p. 57. Mart. consp. p. 48. n. 229.

24. *CIRCAEA. Tourn.*, L. — DC. p. 63. Cfr. Lasch, in Linnaea 2. p. 443. Royle ill. bot. Himalay. p. 211. t. 43. f. 1.

Tribus IV.

Hydrocaryes. *Link.* — DC. p. 63. Lindl. ed. 1. p. 58.; ed. 2. p. 36. Mart. consp. p. 48. n. 231.

25. *TRAPA. L.* — DC. p. 63. Nees, gen. pl. fl. Germ., fasc. 8. n. 15. — Wight et Arn. l. c. p. 337. — *Tribuloides*, Tourn.

Subordo II.

HALORAGEAE. R.Br. — DC. prodr. 3. p. 65. Bartl. p. 314. Lindl. ed. 1. p. 57., ed. 2. p. 37. Wight et Arn. l. c. p. 337. Mart. consp. p. 48. n. 228. *Hygrobiae*, Rich., Cambess. ap. St. Hil. 2. p. 250. — *Hydrobiae*, Rchb. consp. p. 169.

Tribus I.

Cercodianae. *Juss.* — DC. p. 65.

*26. (1.) *MEIONECTES. R. Br.*, gen. rem. p. 550. (*Ej.* verm. Schr., ed. Nees 1. p. 44.) Genus, quantum scimus, nondum descriptum, paucissimis tantum adnotationibus a cel. auctore l. c. datis nobis cognitum.

27. (2.) *PROSERPINACA. L.* — DC. p. 67. — Linnaea 5. p. 558. Hook., fl. Bor. Am. 1. p. 215. *Trixis*, Mitch., Gaertn. (non P. Browne.)

28. (3.) *HALORAGIS (Forst.) Wight et Arn.*, l. c. p. 338. (n. sp. 1.) Endl., atakta, p. 16. t. 15. (n. sp. 1,) Brongn., in Duperrey voy. t. 68—70. (n. sp. 4.) Fenzl, in Hügel en. pl. N.-Holl. 1. p. 44. (n. sp. 4.) — Auctorum genera sequ. limitibus non satis firmis abinvicem interstincta videntur.

a. *CERCODIA. Murr.* — DC. p. 67. *Cercodea*, Lam.

b. *HALORAGIS. Forst.* — DC. p. 66.

c. *GONIOCARPUS. Koen.* — DC. p. 66. — *Gonocarpus*, Thunb. (non Ham.) — *Gonatocarpus*, Willd.

29. (4.) *SERPICULA. L.* — DC. p. 65. — Cambess. ap. St. Hil. l. c. p. 250. (n. sp. 1.) W. et Arn. l. c. p. 337. (n. sp. 2.) Eckl. et Zeyh. l. c. p. 273. Genus ab Halorage forsan non satis distinctum; cfr. W. et Arn. l. c. — *Laurembergia*, Berg.

30. (5.) *MYRIOPHYLLUM. L.* — DC. p. 68. Cham. et Schl., in Linnaea 4. p. 506. Hook., fl. Bor. Am. 1. p. 216. Nees, gen. pl. fl. Germ. fasc. 8. n. 13. Gaudich., in Freycin. voy. p. 480. Cambess., apud St. Hil. l. c. p. 252. (n. sp. 1.) W. et Arn. l. c. p. 338. Eckl. et Zeyh l. c. p. 274. — *Pentapterophyllum*, Dill. — *Pentapteris*, Hall. — *Ptilophyllum*, Nutt. — *Purshia*, Rafin. (non DC.)

Tribus II.

Hippurideae. *Link.* — DC. p. 71.

31. (6.) *HIPPURIS. L.* — DC. l. c. Cham. et Schl. in Linnaea 4. p. 506. Hook., fl. Bor. Am. 1. p. 217. Nees, gen. pl. fl. Germ., fasc. 8. n. 12. — *Limnopeuce* et *Pinastella*, Vaill.

Tribus III.

Callitrichineae. *Link.* — DC. p. 70. Lindl. ed. 1. p. 176. Lavielle, in Ann. de la soc. Linn. 1824. p. 229. Mart., consp. p. 12. n. 67. *Callitrichaceae*, Lindl. ed. 2. p. 191.

32. (7.) *CALLITRICHE. L.* — DC. p. 70. Cham. et Schl. in Linnaea 4. p. 506. Hook., fl. Bor. Am. 1. p. 216. Nees, gen. pl. fl. Germ., fasc. 8. n. 14. Kützing, in Rchb. iconogr. IX. p. 33. t. 881—900, et in Linnaea 7. p. 174. W. et Arn. l. c. p. 339. (n. sp. 1.) — *Stellaria*, Dill. (non L.)

Subordo? III.

CERATOPHYLLEAE. Gray. — DC. p. 73. Bartl. p. 418. Lindl. ed. 1. p. 176., ed. 2. p. 178. Schleiden, in Linnaea 11. p. 513. t. 11. — Ordo valde incertae sedis; ab Onagraceis omnibus sane abhorrens germine penitus libero; caeteris vero characteribus non adeo ab iisdem remotus habituque saltem ad Halorageas, Hippuridem praecipue ac Myriophyllum, evidenter accedens, a quibus tamen discrepat albuminis veri defectu. (Albumen ex cellulis aliquot plumulam cingentibus constans.“ Schleiden, l. c.

p. 540.) — *Lythrariearum* sectio Rich., Arnott in brit. Encycl. ed. 7. Bot. p. 108.; W. et Arn. prodr. fl. Penins. 1. p. 309. — *Urticacearum* subordo Lindl., ed. 2. l. c. — Novam structurae floris interpretationem nuperrime proposuit cl. Schleiden, quam sequente charactere essentiali in nuce expressam hinc addere liceat. Proprium vero de re judicium retinemus, quum flores recentes examinandi opportunitas hoc tempore nobis desit. „Flores monoici, amentacei, nudi, in axillis foliorum sessiles. *Mas:* Amentum; flores singuli, monandri, inferiores bracteati. Antherae subsessiles, biloculares, 4-cellulatae, loculis ab axi aversis, apice poro dehiscentibus. Pollen membrana unica donatum. — *Fem.:* Amentum ad florem unicum bracteatum reductum, bracteis sterilibus auctum. Ovarium. 1-loc., 1-ovulat., ovulo pendulo atropo, integumento simplici. Stylus pervius, stig. simpl. filiformi. Fr. drupa, putamine ligneo, bracteis persistentib. cincto. Sem. pendulum, integ. membranaceo-simplici. Embryo rectus, 2-cotyled., plumula valde effigurata, radic. infera," etc. (Schleiden l. c. p. 540.)

33? *CERATOPHYLLUM. L.* DC. p. 73. Cham. et Schl. in Linnaea 4. p. 503. et 508. (n. sp. 6.), ib. 5. p. 336. Hooker, fl. Bor. Am. 1. p. 218. Wight et Arn. l. c. p. 309. (n. sp. 1.) — Species omnes hucusque descriptae nonnisi unius formae variique evolutionis status sunt, fide cl. Schleiden l. c. p. 537. sq. — *Hydroceratophyllum*, Vaill. — *Dichotophyllum*, Dill.

*LXXX? PODOSTEMEAE.

Rich.

Richard in H. B. K. nov. gen. 1. p. 246. Mart. nov. gen. 1. p. 6. Bartl. p. 72. Lindl., ed. 1. p. 175. Arnott in brit. encycl., ed. 7. bot. p. 137. Bongard, in Mém. Ac. imp. Petersb., 6e série, III. p. 69. t. 1—6. Mart. Consp. p. 13. n. 69. — *Philocreneae*, Bong. (l. c.) — *Podostemaceae*, Lindl. ed. 2. p. 190. — Ordinem huc collocavimus, quum, si *dicotyledoneus* re vera est (qualis a cl. Bongard, l. c., traditur, cfr. Lindl. ed. 2. l. c.), nullo alio aptiore loco Dicotyledonearum seriei inseri posse nobis videatur. Caeterum plura saltem genera (v. g. Mourera, Podostemum), jam habitu a Monocotyledoneis satis discrepantia, characteribus nonnullis evidenter ad Halorageas imperfectiores, v. g. Hippuridem et Callitrichen, accedunt, ita ut cl. Lindleyi sententiae, ordinem Callitrichineis approximantis, non adsentire non possim. Inter Monocotyledoneas nonnisi Najadeis affinis videtur, quibus nonnulla genera olim adscripta fuerunt. Genera Madagascariensia, pleraque vix cognita, nimis breviter saepiusque obscure descripta, ex parte forsan excludenda et potius Najadeis, quibus ab auctore adnumerabantur, reddenda erunt. — Podostemeae Americanae omnes in unicum genus *(Lacis)* a cl. Bongard, l. c. colliguntur. — Nescio cuinam sequentium generi accensendum sit *Podostemum Wallichii, R. Br.*, unica species in Indiae orientalis continente (Mont. Silhet) hucusque inventa, fide Royle ill. bot. Himalay. p. 331.

1. *HYDROSTACHYS.* Pet.-Thouars (1811.) gen. nov. Madagasc., p. 2. n. 5. — Species nondum editae. — Genus etiam a cl. Lindley huc relatum.

?2. *HALOPHILA.* Pet.-Th., l. c. p. 2. n. 6. Species nondum descriptae. — Spreng. gen. n. 4127. — An vere hujus ordinis?

3. *TRISTICHA.* Pet.-Th., l. c., p. 3. n. 8. Spec. ineditae. Spreng. gen. n. 52. Genus praeeunte cl. Lindley huc relatum.

4. *PHILOCRENA.* Bong. (1832.) l. c. p. 12. t. 6. Sp. 1: P. pusilla. — Genus, observante ipso cl. auctore, inter Mniopsidem et Moureram medium, ad priorem habitu imprimis, ad alteram capsulae forma accedens, ab utraque tamen bene distinctum.

?5. *DIPLANTHERA.* Pet.-Th., l. c. p. 3. n. 7. (Sp. ined.) — An hujus loci?

6. *DICRAEIA.* Pet.-Th., l. c. p. 2. n. 4. (Sp. ined.) — A cl. Lindley cum Podostemone identica suspicatur.

7. *PODOSTEMUM.* Michx. (1803.) flor. Bor. Am. 2. p. 164. t. 44. H. B. K., nov. gen. 1. p. 246. Kunth. synops. 1. p. 259. Nutt., gen. Am. 2. p. 202. — *Lacis*, auctorum plurim. (non Schreb.) Mart. nov. gen. 1. p. 5. t. 2. Hook., comp. bot. mag. 2. p. 23. t. 20. — *Neolacis*, Cham. in Linnaea 9. p. 504. (excl.? sp. n. 5. v. Mniopsis.)

8. *MNIOPSIS.* Mart. (1822.) l. c. Huc referenda nobis videtur Lacis (Neolacis) disticha, Cham. in Linnaea 8. p. 653; ib. 9. p. 504. t. 5. — *Crenias*, Spreng. gen. n. 4126.

9. *LACIS.* (Schreb.) nob. — Lacis monadelpha, Bong. l. c. p. 10. t. 1. — et forsan L. disticha, Cham., — cfr. Mniopsis.

10. *MARATHRUM.* Humb. Bonpl. (1808.) pl. aequin. 1. p. 40. t. 11. H. B. K. nov. gen. 1. p. 197. (ed. minor. p. 246.) Kth. synops. 1. p. 259. Cham. in Linnaea 9. p. 504. t. 6. (n. sp. 1.)

11. *MOURERA.* Aubl. (1775.) Guian. 1. p. 182. t. 233. Sp. 1. — *Lacis*, Schreb. (1789.) gen. pl. n. 924. Cham. in Linnaea 9. p. 503. Cfr. Lindl., ed. 2. p. 442. n. 23.

PEPONIFERAE. *(Classis.)*

Bartling. ord. nat. p. 221. et 267. (excl. Samydeis et Homalineis). Classis vere naturalis, distincta praecipue corolla perigyna, germine saepissime 1-loculari, placentis parietalibus etc. Cfr. Bartl. l. c.

*LXXXI. PAPAYACEAE. *(Ag.) Mart.*

Martius, in H. reg. Monac. 1829; *ej.* consp. p. 32. n. 169. Lindl. ed. 1. p. 191., ed. 2. p. 69. Wight et Arn. prodr. fl. Penins. 1. p. 351. — *Papayae*, Agardh, Classes. — *Cariceae*, Turpin. — Ordo certe Peponiferarum classi adscribendus, proxime affinis Passifloraceis, a quibus differt praecipue corolla gamopetala staminifera etc., nec non Cucurbitaceis, a quibus recedit germine supero, seminibus albuminosis, etc. Habitu denique et succo proprio lacteo ab omnibus hujus classis ordinibus egregie distinguitur.

CARICA, *L.* Juss. gen. p. 399. — Gaertn. fr. 2. t. 122. f. 2. Lam. ill. t. 821. Blume, Bijdr. 15. p. 940. Char. ref. Arnott in brit. encycl., ed. 7. bot. p. 68. t. 44. Hook. in bot. mag. t. 2898. Wight et Arn. l. c. p. 352.

LXXXII. TURNERACEAE. *(H. B. K.) DC.*

DC. prodr. 3. p. 345. Bartl. p. 271. Lindl. ed. 1. p. 150., ed. 2. p. 71. Mart. consp. p. 50. n. 239. *Loasearum* sectio H. B. K.

1. *TURNERA.* *Plum.*, L. — DC. p. 346. Cambess. in St. Hil. fl. Bras. 2. p. 212. t. 119 — 124. (n. sp. 19.) Presl, in Rel. Haenk. 2. p. 44. (n. sp. 1.)
2. *PIRIQUETA.* *Aubl.* — DC. p. 348. — *Burghartia*, Neck. — *Burcardia*, Scop. (nec alior.)

LXXXIII. MALESHERBIACEAE. *Don.*

Don in Jamesons Edinb. phil. Journ. 1826. p. 321. Lindl. ed. 1. p. 150., ed. 2. p. 71. Mart. consp. p. 50. n. 240. — *Passiflorearum* trib. III. DC. p. 337. — Cfr. Bartl. p. 271. — Ordo sui juris, a Passifloreis distinctus corollae aestivatione contorta, habitu, etc., a Turneraceis praecipue staminum insertione. — *Obs.* Loborum calycinorum series interior potius pro corolla, et corona denticulata ad calycis faucem (petala, Presl) pro staminum sterilium verticillo habenda nobis videntur. —

1. *MALESHERBIA.* *Ruiz et Pav.* Don, in Edinb. Phil. Journ. 1833. DC. p. 337. (excl. sp. n. 2. v. gen. seq.) Don in Sweet brit. fl. gard. t. 167. (n. sp. 1.) Endl., Atakta, fasc. 2. p. 9. t. 9. (n. sp. 1.) — Char. ex Presl, in Rel. Haenk. 2. fasc. 1. p. 45. — Meyen, Reise um die Erde. 1. p. 402. (n. sp. 1.)
2. *GYNOPLEURA.* *(Cav.) Presl.* l. c. p. 45. (n. sp. 1.) Bot. mag. t. 3362. — Malesherbia sp. n. 2. DC. — Genus a Malesherbia vix satis distinctum, ab illa tamen nuper iterum separatum a cl. Presl et Lindl., l. c.

LXXXIV. PASSIFLORACEAE. *(Juss.) Lindl.*

Lindl. nat. syst., ed. 2. p. 67. — *Passifloreae* Juss. DC. p. 321. (excl. trib. III. v. Malesherbiaceae). Bartl., p. 270. (excl. Malesherb.) Lindl. ed. 1. p. 148. Mart. consp., p. 58. n. 285.

Tribus I.

***Paropsieae.* DC.** p. 322. — *Smeathmannieae*, Mart. consp. p. 59.

?1. *PATRISIA.* *(Rich.) H. B. K.* — Char. ex Kunth., synops. 3. p. 288. — Genus monente cel. R. Brown (Congo, p. 439.; *ej.* verm. Schr., ed. Nees, 1. p. 217.) sequentibus proxime affine; apud cel. De Candolle (prodr. 1. p. 255.) tribum propriam *Flacourtianearum* constituens (quarum tab. cfr. supra, p. 18; ubi typographi incuria gravis error in *Ryaniae* diagnosi irrepsit; nempe: pro *bacca suberosa 00-loc.*, etc. legatur: *bacca suberosa 1-loc., 00-sperma*).
   a. *RYANAEA.* *DC.* prodr. 1. p. 255. — *Ryania*, Vahl. — *Patrisia*, Rich. — Genus a sequente vix satis distinctum.
   b. *PATRISIA.* *DC.* l. c.
2. *SMEATHMANNIA.* *Banks.* — DC. prodr. 3. p. 322.
3. *PAROPSIA.* *Noronh.*, Petit-Thouars, — DC. p. 322.

Tribus II.

***Passifloreae.* DC.** p. 322. Wight et Arn. Prodr. fl. Penins. 1. p. 352.

?4. (1.) *VARECA.* *Gaertn.* fr. 1. t. 60. — DC, p. 337. — Genus a cl. Blume (nov. famil. expos., 1833; v. ann. sc. nat., 2e sér., 2. p. 88.) novo ordini, *Pangieis* (ex Pangio et Hydnocarpo composito), adscriptum

(cfr. Lindl., ed. 2. p. 70.) a cl. Lindl., ed. 2. p. 65, inter *Caseariae* synonyma enumeratum. — *Varecam*, Roxb., Bixineis accensendam credunt cl. W. et Arn. l. c. p. 30. in adnot. ad n. 111.

5. (2.) *PASSIFLORA. L.* — DC. p. 322. Linnaea 3. litt. p. 73. (n. sp. 1.); ib. 4. litt. p. 53. 58; ib. 5. p. 88. (n. sp. 1.) Link et Otto, Abb. p. 65. et 91. t. 33. 46. 47. (n. sp.) Colla hort. Rip. app. 3. t. 6. Bot. mag. t. 3503. Bot. reg. t. 1633. Wight et Arn. l. c. p. 352. (nov.? sp. 1.) Zenker. pl. Ind. p. 6. t. 8. Rchb. fl. exot. t. 36. 304. 305. — Huc referenda nobis videtur *Tacsoniae* sect. III., DC. p. 335. (*Distephana*, Juss. — *Distephia*, Salisb.), cui coronae structura similis ac in Passiflora, nec ut in Tacsoniis veris. *Granadilla*, Tourn., Gaertn. — *Cieca*, Medik. — *Astephananthes*, *Monactineirma* et *Anthactinia*, Bory.

6. (3.) *DISEMMA. Labill.* — DC. p. 332. Endl., prodr. fl. Norf. p. 65. (n. sp. 1.) — *Murucujae* sp. Lindl. coll. t. 36.

7. (4.) *DEIDAMIA. Petit-Thouars.* — DC. p. 337.

*8. (5.) *CERATIOSICYOS. C. G. Nees ab E.* (1836.) in Ecklon et Zeyh. enum. pl. Afr. austr. 1. p. 281. Sp. 1: C. Ecklonii. — (Lindl. ed. 2. p. 440. n. 12.) Genus proximum Paschantho et Modeccae, ex auct.

9. (6.) *MURUCUIA. Tourn.* inst. t. 125. — DC. p. 333. — Rchb. fl. exot. t. 215.

10. (7.) *TACSONIA. Juss.* — DC. p. 333. (excl.? sect. III. v. Passiflora; et? spec. Indic. n. 24.) Sweet brit. fl. gard. t. 156.

11. (8.) *MODECCA. Rheede.* — DC. p. 336. (excl. sp. n. 10. v. Trichosanthes in Cucurbitaceis.) Wight et Arn. l. c. p. 333. (n. sp. 1.) Schum. pl. Guin. p. 435. (n. sp.) Subgenera *Microblepharis* W. et Arn. et *Blepharanthes* (Sm. gramm. of bot. p. 188.) W. et Arn. l. c. vix minus ab invicem differre nobis videntur quam plura praecedentium genera.

12. (9.) *PASCHANTHUS. Burch.* — DC. p. 336.

*LXXXV. BELVISIEAE. *R. Br.*

R. Brown, in Linn. trans. 13. (1820.) p. 222. Mart. consp. p. 63. n. 310. — *Belvisiaceae*, Lindl. ed. 1. p. 180., ed. 2. p. 239. Arnott. in brit. encycl.. ed. 7. Bot. p. 111. — Ordo proprius, propter fructum 1-locularem, sem. parietalia, etc. certe Peponiferis adscribendus, et quidem Passifloreis proxime affinis staminum sterilium corona (ab auctorib. corolla interior dicta) in Napoleona obvia; recedens vero germine infero, arilli, stipularum cirrhorumque defectu; Cucurbitaceis nonnullis corollae indole accedit. Asteranthi affinitas cum Napoleona ab ipso jam Desfontaines perspecta fuit, qui utrumque genus Guaiacanearum sectioni II. Juss. (Symploceis) adsociandum proposuit.

1. *NAPOLEONA. Pal. Beauv.*, Monogr., Argentorat., 1805. Sp. 1: N. imperialis. — Rchb. fl. exot. 2. p. 43. t. 137. — *Belvisia*, Desv. (1814.) Spreng. gen. pl. n. 2617. (Nomen absque jure pro antiquiore usurpatum.)

2. *ASTERANTHOS. Desf.* (1820.) in Mém. Mus. 6. p. 9. t. 3. Sp. 1: A. Brasiliensis, Desf. — Spreng. gen. n. 2094.

LXXXVI. LOASEAE. *Juss.*

DC. prodr. 3. p. 339. Bartl. p. 272. Lindl. ed. 1. p. 58. Mart. consp. p. 63. n. 311. Cambess. in St. Hil. fl. Bras. 2. p. 207. — *Loasaceae*, Lindl., ed. 2. p. 53.

1. *BARTONIA. Sims.* — DC. p. 339. Sweet brit. fl. gard. t. 357. Hook. fl. Bor. Am. 1. p. 221. t. 69. (n. sp. 3. quarum tertia, B. albicaulis, cui petala tantum 5 et squamae 0, forsan potius ad Mentzeliam referenda est). Lindl. in bot. reg. t. 1831. (n. sp. 1.) Presl, in Rel. Haenk. 2. p. 38. (n. sp. 1.) — Genus a Mentzelia vix satis distinctum, cfr. Hooker l. c. p. 222.

*2. *ACROLASIA. Presl* (1831.) in Reliq. Haenk. 2. p. 39. t. 54. Sp. 1: A. bartonioides.

3. *MENTZELIA. Plum., L.* — DC. p. 343. Bot. mag. t. 3205. Presl, l. c. p. 40. (n. sp. 1: M. stipitata, e Mexico.) — Cfr. Bartonia.

*4. *GRAMMATOCARPUS. Presl* (1832.) Symb. bot. 1. p. 59. t. 38. Sp. 1: G. volubilis. (Linnaea 8. litt. p. 14. Ann. des sc. nat. 1834. p. 366.)

* *SCYPHANTHUS. Don.*, in Sweet brit. fl. gard. t. 238. Sp. 1: S. elegans, Sweet. — Genus identicum dicitur (l. c.) cum praecedente, sed characteres indicati parum consentiunt.

5. *BLUMENBACHIA. Schrad.* (non Koel.) DC. p. 340. Cambess. ap. St. Hil. l. c. p. 207. t. 118. (n. sp. 2.) Meyen, Reise um die Erde 1. p. 310. (n. sp. 1. sub Loasa).

6. *LOASA. Adans.* DC. p. 340. (excl.? n. 1., cfr. gen. seq.) Arnott, in Brit. encl., ed. 7. Bot. p. 64. t. 118. Presl, symb. 1. p. 61. t. 39. (n. sp. 1.) et in Rel. Haenk. 2. p. 40. (n. sp. 1.) Cambess. l. c. p. 210. Bot. mag. t. 3048. 3057. 3218. (n. sp. 2.) Meyen, Reise 1. p. 310. 470. et 483. (n. sp. 4.) — *Ortiga*, Feuill. — *Loosa*, L.

*7. *CAIOPHORA. Presl* (1831.) in Rel. Haenk. 2. p. 41. t. 56. (n. sp. 3.) Huc a cl. Presl revocatur Loasa contorta, Lam. (DC. p. 340. n. 1.)

8. *KLAPROTHIA. H.B.K.* — DC. p. 343.

*9. *SCLEROTHRIX. Presl* (1833.) Symb. 2. p. 3. t. 53. Sp. 1: S. fasciculata. — Aff. Mentzeliae et Bartoniae, ex auct.

? *GRONOVIA. L.* — DC. p. 322. — Genus a cel. DC. Cucurbitaceis (cfr. tab. seq.), a cl. Lindley (ed. 2. p. 53.) Loaseis adjectum, (ad quas accedere videtur cirrhorum defectu pilisque urentibus), inter utrumque ordinem subambiguum.

LXXXVII. CUCURBITACEAE. *Juss.*

DC. prodr. 3. p. 297. Bartl. p. 273. Lindl. ed. 1. p. 192., ed. 2. p. 51. Wight et Arn. prodr. fl. Penins. 1. p. 340. Mart. consp. p. 32. n. 170. Royle ill. bot. Himalay. fasc. 7. p. 217.

Tribus I.

Nhandirobeae. St. Hil. — DC. p. 297.

1. *ZANONIA. L.* — DC. p. 298. Wight et Arn. prodr. 1. p. 340. — *Alsomitra*, Blume. — Genus in vivo denuo examinandum. Species descriptae foliis gaudent indivisis integerrimis et cirrhis axillaribus, nova autem spec. (inedita?) *Z. cissoides, Wallich,* cat. n. 3726, quam ab ill. inventore accepimus, folia offert palmato-5-partita et cirrhos saepe laterales (stipulares) v. nonnunquam, ni fallor, oppositifolios. Planta forsan non congener. Specimina nostra, flores non satis evolutos gerentia fructuque carentia, dubium solvere non valent.

2. *FEVILLEA. L.* — DC. p. 297. — *Nhandiroba*, Plum. — *Feuillea*, Pers.

Tribus II.

Cucurbiteae, Seringe apud DC. p. 299.

* *MICRAMPELIS. RAFIN.*, genus nomine tantum nobis cognitum, cum? huc refertur a cl. Rchb., consp. n. 2756.

3. *ANGURIA. L.* — DC. p. 318. — *Psiguria*, Neck.

4. *ALLASIA. LOUR.* — DC. p. 319. — ?*Jacaratia*, Piso.

*5. *ZEHNERIA. ENDL.* (1833.) prodr. fl. Norfolk. p. 69. Sp. 1: Z. Baueriana. — Luffae affinis, ex auct.

*6. *PILOGYNE. SCHRAD.* ind. sem. h. Goett. 1835. (Ann. des sc. nat. 2e Ser. 6. p. 102.) Ecklon et Zeyh., enum. pl. Afr. austr. 1. p. 277. 7 spec., inter quas Bryoniae sp. Thunb. (DC. p. 304. n. 4.) ut synonymon dubium citatur.

*7. *SICYDIUM. SCHLECHTEND.* (1832.) in Linnaea 7. p. 388. Sp. 1: S. Schiedeanum.

*8. *SCHIZOCARPUM. SCHRAD.*, ind. sem. h. Goett. 1830. Sp. 1: Sch. filiforme (Linnaea 6. litt. p. 73. Archives de bot. 1. p. 556.)

?9. *GRONOVIA. L.* — DC. p. 320. — Genus a Cucurbitaceis recedens cirrhorum defectu, etc. Cfr. supra Loasearum tab. et commentar.

10. *ERYTHROPALUM. BLUME.* — DC. p. 303.

11. *LUFFA. TOURN., CAV.* — DC. p. 302. W. et Arn. loc. p. 343. (n. sp. 2.) Schrad. ind. sem. h. Goett. 1835. (n. sp. 1. — v. Ann. d. sc. nat. 1836. 6. p. 101.) — *Obs.* Stamina apud DC. dicuntur libera (qualia etiam in Cav. ic. t. 9. conspiciuntur), apud W. et Arnott vero (l. c.) traduntur „distincta 2-3-adelpha,“ quare genus in diversis ordinis sectionibus indicavimus. Auctorum species forsan non omnes vere congeneres. — An ad Luffam potius referenda *Turia cordata, Lam.?*, quae fructu operculo dehiscente cum illa convenire videtur.

*12. *CONIANDRA. SCHRAD.* (1836.) apud Eckl. et Zeyh. l. c. p. 275. (4 sp., inter quas Bryoniae sp. Thunb., DC. p. 308. n. 58.)

*13. *CITRULLUS (NECK.) SCHRAD.* apud Eckl. et Z. l. c. p. 279. (sp. 3.) — Generis typus est Cucurbita Citrullus, L. (Cucumis, Sp. n. 14, DC. p. 301.)

14. *ZUCCA. COMMERS.* — Juss. gen. pl. (sub Passiflora.) DC. p. 319.

*15. *THLADIANTHA. BUNGE* (1831.) enum. pl. Chinae bor. p. 29. (sp. 1.) — „Capitula florum abortivorum in axillis infimis sessilia, in sequentibus breve pedunculata, in superioribus rami foliati floribus masculis axillaribus longius pedicellatis, fl. magnitudine Campanulae rotundifoliae.“ Bunge l. c.

16. *NEUROSPERMA. RAFIN.* — DC. p. 312.

*17. *CEPHALANDRA. SCHRAD.* (1836.) ap. Eckl. et Zeyh. l. c. p. 280. sp. 1. (Bryoniae sp. Thunb. DC. p. 307. n. 42.)

18. *MOMORDICA. L.* — DC. p. 311. Schum. pl. Guin. p. 423. (n. sp. 2.) — Hook. fl. Bor. Am. 1. p. 220. — Cum hoc genere conjungenda est *Mouricia*, Lour. (v. infra) fide W. et Arn. l. c. p. 348. seq., sub n. 1088. — *Elaterium*, Tourn. (non L.) — *Amordica* et *Poppya*, Neck. — *Ecbalium*, L. C. Rich.

19. *CUCURBITA. L.* — DC. p. 316. Wight et Arn. l. c. p. 350. (excl. sp. n. 3. v. Citrullus.) Schrad., ind. sem. h. Goett. 1835. (n. sp. 1. — v. Ann. sc. nat. 1836. 6. p. 99.) — *Pepo* et *Melopepo*, Tourn.

20. *INVOLUCRARIA. SERINGE* ap. DC. p. 318. — *Trichosanthis* sect. II. W. et Arn. l. c. p. 350. Huc, testibus W. et Arn. l. c., spectat *Modecca bracteata*, Lam. (DC. p. 337. n. 10.)

21. *TRICHOSANTHES. L.* — DC. p. 313. Wight et Arn. l. c. p. 349. (excl. sect. II.) — *Ceratosanthes*, Juss. — *Anguina*, Mich.

22. *BRYONIA. L.* — DC. p. 303. (excl. sp. n. 4? v. Pilogyne; n. 13. 15. 51? v. Coccinia; n. 34. 59? v. Cyrtonema; n. 42. v. Cephalandra; n. 58. v. Coniandra.) Endl. prodr. fl. Norf. p. 68. (n. sp. 1.) Wight et Arn. l. c. p. 344. (n. sp. 4—6.) *Solena*, Lour. — *Cucumeroides*, Gaertn.

23. *SICYOS. L.* — DC. p. 309. Linnaea 5. p. 88. Schum. pl. Guin. p. 423. (n. sp. 3.) Hook. flor. Bor. Am. 1. p. 220. Endl. prodr. fl. Norfolk. p. 67. (n. sp. 1.) Hook. et Arn. ap. Beechey, p. 83. (n. sp. 1.) Webb et Berth. fl. Canar., t. 37. *Sicyoides*, Tourn. — ?*Badaroa*, Bert. Mss. in hb. nostr. (quae identica videtur cum Sicyo bryoniaefolia, hortor.)

24. *TELFAIRIA. HOOK.* — bot. misc. 2. p. 154. Char. emend. — *Joliffia*, Bojer, Delile, DC. p. 316. — Cfr. Bulletin des sc. nat., Janv. 1831. p. 53. (Linnaea 6. litt. p. 83.) — *Ampelosicyos*, Pet.-Th.

25. *MELOTHRIA. L.* — DC. p. 313.

26. *BENINCASA. SAVI.* — DC. p. 303. W. et Arn. l. c. p. 344.

27. *LAGENARIA. SERINGE* ap. DC. p. 299. W. et Arn. l. c. p. 341.

28. *CUCUMIS. L.* — DC. p. 299. (excl. sp. n. 14. v. Citrullus). Schum. pl. Guin. p. 423. (n. sp. 2.) W. et Arn. l. c.

p. 341. (n. sp. 3.) Royle ill. bot. Himalay. p. 220. t. 47. (n. sp. 3.) Eckl. et Zeyh. l. c. p. 280. (n. sp. 1.) — *Melo* et *Colocynthis,* Tourn. — *Rigocarpus,* Neck.

29. *TURIA.* Forsk. — DC. p. 303. (excl.? sp. n. 3. v. Luffa).

*30. *CYRTONEMA.* Schrad. (1836.) ap. Eckl. et Z. l. c. p. 276. (sp. 4, inter quas Bryoniae sp. Thunb., DC. p. 307. n. 34. et 59. cum? ut synonyma afferuntur.)

?31. *KOLBIA.* Pal. Beauv. — DC. p. 320. Rchb., fl. exot., 2. p. 44. t. 140.

*32. *COCCINIA.* Wight et Arnott. (1834.) l. c. p. 347. Sp. 1: C. Indica (= Bryonia sp. n. 13. 15. et 51. DC. p. 505. sq.) Hooker, ic. pl. t. 138.

33. *SECHIUM.* P. Browne. — DC. p. 313.

34. *MURICIA.* Lour. — DC. p. 318. — Genus obscurum, a Sprengelio (syst. 3. p. 14.) et W. et Arn. (l. c. p. 349. n. 1088.) ad Momordicam reductum; nihilominus tamen forsan sui juris, quum stamina disertis verbis a Loureiro dicantur: „basi dilatata inter se cohaerentia.“ Falso apud DC. l. c. antherae traduntur conjunctae; apud Lour. enim expresse dicuntur „invicem distinctae.“

35. *ELATERIUM.* L. (non Tourn.) DC. p. 310. Linnaea 7. p. 388. (n. sp. dubia.) — *Momordica,* Neck. (non L.)

*36. *CYCLANTHERA.* Schrad. ind. sem. h. Goett. 1831. (ex Linnaea 8. litt. p. 23.) Sp. 1: C. pedata, Schrad. — *Obs.* Quae pars floris masculi a Schradero pro „calyce campanulato profunde 5-fido extus basi dentibus 5 capillaceis aucto“ describitur, absque dubio *corolla* et dentes illi capillacei *calycis laciniae* sunt. Ita nobis saltem ex plantae vivae, in hortos nunc introductae, examine videbatur.

?* *MYRIANTHUS.* Pal. Beauv. (1805.) fl. Owar., t. 11. 12. (ex Spr. gen. pl. n. 2595.) Sp. 1: M. arboreus, P. Beauv. (Spreng. syst. 3. p. 19.) — Genus a cl. Rchb., (consp. n. 2768.) cum?? Cucurbitaceis adscriptum, quibus accedere quodammodo videtur florib. monoicis, fructu infero, seminib. compresssis exalbuminosis. — Palisoti opus nobis non suppetit.

LXXXVIII. CACTEAE. (Juss.) DC.

DC. prodr. 3. p. 457. *Ej.* revue des Cactées 1829. Bartl. p. 276. Lindl., ed. 1. p. 54. — *Cactus.* L. — *Cacti,* Juss. (excl. Grossular.) — *Cactoideae,* Vent. — *Opuntiaceae,* Juss. (excl. Grossular.) Kth. — *Nopaleae,* DC. (Theor. élém.) Mart., consp. p. 63. n. 312. — *Spaetalumeae,* Nutt. — *Cactaceae,* Lindl., ed. 2. p. 53. — In elaborando hoc ordine praecipue secutus sum opus: „Enumeratio diagnostica Cactearum hucusque cognitarum, auct. L. Pfeiffer, M. D., Berolini 1837.“ — Cfr. praeterea: Link et Otto in Verhand. d. Gart. Ver. für Preuss. III. p. 412. et VI. Martius in Act. Ac. Nat. Cur., 16, I. p. 323. Lehmann, ibid., 16. I., p. 315. Zuccarini in Abh. d. kön. Ac. zu München 1832. I. p. 326. II. 1837. (v. Otto et Dietr., allg. Gart.-Zeit. 5. p. 57. 65. 73. 125.) DC., mém. sur quelq. nouv. Cactées, etc. Paris 1834. Pfeiffer in allg. Gart.-Zeit. 4. p. 257. sq. (n. sp.); ib. 5. p. 14. 105. seq. — *Obs.* Semina in *omnibus* Cacteis esse parietalia ideoque ordinis subdivisionem in *Opuntiaceas* et *Rhipsalideas* (quibus ill. DC. semina tribuit *axi* affixa) tollendam, docuerunt nobiliss. Princ. Salm-Dyk, et cl. Pfeifer (cfr. hujus enum. diagn. p. 3.)

1. *MAMMILLARIA.* Haw. — DC. p. 458. Link et Otto ic. pl. rar. p. 51. 69. t. 26. 39. — Pfeiff., enum. p. 5.

2. *MELOCACTUS.* Bauh. — DC. p. 460. Pfeiff. en. p. 40.

*3. *DISCOCACTUS.* Pfeiffer (1837.) in Dietr. et Otto allg. Gart.-Zeit. 5. p. 241. Sp. 1: D. insignis, Pf. — Genus nondum sufficienter observatum descriptumque. Habitus Melocacti v. Echinocacti, floris forma fere Cerei flagelliformis.

4. *ECHINOCACTUS.* Link. et Otto. — DC. p. 461. Pfeiff. en. p. 47. Zuccar. in allg. Gart.-Zeit. 5. p. 242. (n. sp. 1.) Link et Otto ic. pl. rar. p. 17. 29. 31. 79. 81. t. 9. 15. 16. 40. 41.

5. *CEREUS.* DC. p. 463. (excl. sp. n. 67. v. Epiphyll.; n. 59. 61. v. Lepismium; n. 66. v. Rhipsalis.) Pfeiff., en. p. 69. Link et Otto, ic. pl. sel., p. 91. t. 42. Bot. mag. t. 3458. 3566. Bot. reg. t. 1807. — *Phyllanthus,* Pluck., Neck. (non L.)

6. *EPIPHYLLUM* (Haw) Pfeiff. en. p. 127. (n. sp. 1.) — Cerei sp. DC. p. 470. n. 67.

7. *RHIPSALIS.* Gaertn. — DC. p. 475. (excl. sp. n. 4. v. Hariota.) Pfeiff. en p. 129. Link. et Otto, l. c. p. 75. 77. t. 38. 39. Bot. mag. t. 3078—3080. — Huc a cl. Pfeiffer ducitur Cereus alatus, DC. p. 470. n. 66.

*8. *LEPISMIUM.* Pfeiffer. (1835.) in Dietr. et Otto allg. Gart.-Zeit. 3 et 4. n. 14. *Ej.* enum. p. 138. (n. sp. 2.) — Cerei sp. Salm-Dyk, DC. p. 469. n. 59. 61.

*9. *HARIOTA.* DC. (1834.) Mém. p. 23. Pfeiff. en p. 141. Sp. 1. (Rhipsalis salicornioides, Haw., DC. p. 476. n. 4.) Link et Otto ic. pl. select. p. 49. t. 21. Bot. mag. t. 2461.

10. *OPUNTIA.* Tourn. — DC. p. 471. Pfeiff. en. p. 143. Bot. mag. t. 3293. Wight et Arn. prodr. fl. Penins. I. p. 363. — *Tuna,* Dill.

11. *PERESKIA.* Plum. — DC. p. 474. Pfeiff. en. p. 175. Bot. reg. t. 1928. Bot. mag. t. 3478. Rchb. fl. exot. t. 328. 329.

LXXXIX. GROSSULARIEAE. DC.

DC. prodr. 3. p. 477. Bartl., p. 275. Mart. consp. p. 48. n. 227. — *Ribesiae,* A. Rich. — *Grossulaceae,* Mirb., Lindl. ed. 1. p. 54., ed. 2. p. 26. — Cfr. Spach, revisio Grossulariearum (inchoata) in Ann. des sc. nat. 2e sér. 4. p. 16. t. 1. (n. sp. 2.) — Genera, a cl. Spach Ribis dilaceratione facta, nimis artificialia, sufficientibus firmisque notis distingui non possunt.

1. *RIBES. L.* — Berlandier apud DC. l. c. Thory, monogr. du genre Groseiller, etc. Paris 1829. 8. cum tab. 24. Eschscholz, in Mém. acad. Petersb. 10. p. 281. sq., n. sp. 1. (Linnaea 3. litt. p. 148.) Colla, hort. Ripul. app. 3., (in Mem. ac. sc. di Torino, vol. 33.) Linnaea 4. litt. p. 57; ib. 6. p. 568. Linnaean trans. 7. p. 243. 511. sq. (n. sp. 4.) Hook. fl. Bor. Am. 1. p. 229. t. 76. (n. sp. 1.) Hook. et Arn. ap. Beechey p. 25. 141. (Presl, repert. 1. p. 196. 314. 315.) Sweet, brit. fl. gard. t. 340. Bot. reg. t. 1237. 1263. 1274. 1349. 1359. 1692. (n. sp.) Bot. mag. t. 3008. 3530. Turczaninow, decad. 3. pl. nov. Chinae bor. etc. p. 12. (n. sp. 1.) *Grossularia*, Tourn. — *Ribes* et *Botrycarpum*, Rich. — *Chrysobotrya, Calobotrya, Rebis* et *Coreosma*, Spach.

XC. FICOIDEAE. *(Juss.) Nob.*

DC. prodr. 3. p. 415. (excl. Sesuvio, Glino, Orygia, v. Portulaceae, et Ficoideis spuriis, v. Tamariscineae). Bartl. p. 309. (ex parte.) — Lindl. ed. 1. p. 163. *Mesembryanthemeae*, Rchb. consp. p. 165. (ex parte) — *Ficoideae* et *Mesembryanthemeae* (Mart. consp. p. 64. n. 313.) Fenzl, in Ann. des Wiener Mus. 1. p. 343. 347. — *Mesembryaceae* et *Tetragoniaceae*, Lindl., ed. 2. p. 56. et 209. (ex parte.)

1. *MESEMBRYANTHEMUM. L.* — DC. p. 415. — Link et Otto, ic. sel., t. 43. 44. Endl. prodr. fl. Norf. p. 72. Eckl. et Zeyh., en. pl. Afr. austr. 1. p. 308. (n. sp. 00.) — *Hymenogyne*, Haw.

?*2. *SPHENOCLEA. Gaertn.* (1788.) fr. 1. p. 113. t. 24. f. 5. Blume, Bijdr. 17. p. 1138. Sp. 1: S. Zeylanica, Gaertn. — *Pongati*, Rheede h. Malab. 11. t. 24. — *Pongatium*, Juss. gen. pl. (1789.) p. 423. 453. — *Rapinia*, Lour. — *Gaertnera*, Retz. — *Obs.* Semina a Gaertnero albumine carnoso praedita, a cl. Lindley contra exalbuminosa dicuntur. — Genus incertae sedis, a nonnullis *Chenopodeis* v. *Phytolacceis*, (cfr. Rchb. consp. n. 4399.), a cl. W.-Arnott et Decaisne (cfr. herb. Timor. descr. p. 79.) *Campanulaceis* adscriptum, a cl. Lindley (ed. 2. p. 238.) in Campanulacearum subordinem (*Sphenocleaceae*, Mart., consp. p. 31. n. 162.) separatum, a cl. Blume (l. c.) et b. Sprengel (gen. pl. n. 761.) *Ficoideis* adnumeratum.

3. *TETRAGONIA. L.* — DC. p. 451. Hook. et Arn. ap. Beech. p. 25. Cambess. in St. Hil. fl. Bras. 2. p. 198. Endl., prodr. fl. Norf. p. 72. et in Hügel en. pl. N.-Holl. 1. p. 52. Eckl. et Zeyh. l. c. p. 323. (n. sp. 3.) — *Tetragonocarpus*, Commel.

*4. *KOLLERIA. C. B. Presl.* (1830.) Symb. bot. 1. p. 23. t. 14. Sp. 1.: K. herniariaefolia. (Linnaea 8. litt. p. 6. Annal. des sc. nat. 1834. 1. p. 361.) Eckl. et Zeyh. l. c. p. 327. (n. sp. 3.) — Huc spectat Aizoon microphylla, Bartl. in Linnaea 7. p. 541., fide Eckl. l. c. — Genus prox. Aizooni.

*5. *SIALODES. Eckl. et Zeyh.* (1836.) l. c. p. 329. Sp. 1: S. glauca.

*6. *ACROSANTHES. Eckl. et Zeyh.* (1836.) l. c. p. 328. (3 sp.)

7. *AIZOON. L.* — DC. p. 453. Eckl. et Z. l. c. p. 325. (n. sp. 10.) — *Ficoidea*, Dill. — *Veslingia*, Fabr.

? *MILTUS. Lour.* — DC. p. 454. — Cfr. infra in tab. et comment. Portulacearum. — Genus obscurum, fide cl. Fenzl (in Annal. des Wien. Mus. 1. p. 344.) nec Ficoideis nec Portulaceis, sed verisimiliter Phytolacceis adsociandum.

XCI. TAMARISCINEAE. *(Desv.) Bartl.*

Bartling. ord. nat. p. 286. (excl. Parnassia). — Subordines sequentes, a cl. Bartling in unicum ordinem collecti, forsan potius pro tot ordinibus propriis habendi sunt et a plurimis auctoribus re vera habentur.

Subordo I.

TAMARICACEAE. Lindl. ed. 2. p. 126. (excl. Bronnia, v. infra.) — *Tamariscineae*, Desv., DC. prodr. 3. p. 95. Lindl., ed. 1. p. 158. Wight et Arn., prodr. fl. Penins. 1. p. 39. Mart. consp. p. 50. ordo 242. — *Tamariscus*, Tourn. — *Tamarix, L.*, Willd., Lam. — Cfr. Ehrenberg, in Linnaea 2. p. 241. sq. (Annal. des sc. nat. 12. p. 68.)

1. *TAMARIX. (L.) Desv.* — DC. p. 95. (excl. sp. n. 15. v. Hololachna, et n. 16. v. Trichaurus). Ehrenb. l. c. p. 253. Ledeb. fl. Alt. 1. p. 421. (n. sp. 3.) Wight et Arn. l. c. p. 40. Webb et Berth. fl. Canar., bot. t. 25. Eckl. et Zeyh. en. pl. Afr. p. 330.

*2. *TRICHAURUS. Wight et Arn.* (1834.) l. c. p. 40. Sp. 1: T. ericoides. (Tam. ericoides, Willd., DC. p. 97. n. 16., a qua non diversa Myricaria vaginata, Desv., DC. p. 98. n. 5., fide W. et Arn. l. c.)

3. *MYRICARIA. Desv.* — DC. p. 97. (excl. sp. n. 5. v. gen. praeced.) Ehrenb. l. c. p. 276. sq. Royle ill. bot. Himal. p. 214. t. 44. n. 2. (n. sp. 2.)

Subordo II.

REAUMURIEAE. Ehrenb. (1827.) l. c. p. 271. sq. (Ann. d. sc. nat. 12. p. 78.) Lindl., ed. 1. p. 48. Mart. consp. p. 61. ord. 298. — *Reaumuriaceae*, Lindl., ed. 2. p. 91.

*4. *HOLOLACHNA. Ehrenb.* (1827.) l. c. p. 273. Sp. 1: H. Songarica. (Tamarix Songar., Willd., DC. p. 97. n. 15.)

5. *REAUMURIA. L.* — DC. p. 456. Cfr. Ehrenb. l. c. p. 273. — Genus, apud DC. l. c. cum Nitraria „*Ficoideas spurias*“ constituens, *Hypericineis* quodammodo affine, per Hololachnam autem cum Tamaricaceis arcte conjunctum.

Subordo? III.

NITRARIACEAE. Lindl. (1830.) nat. syst. ed. 1. p. 163.; ed. 2. p. 110. *Ficoidearum spuriarum* genus, DC.

6. *NITRARIA. L.* — DC. p. 456. Ledeb., fl. Alt. 2. p. 201. — Celastrineis affinis? ex Ledeb. l. c.

Subordo? IV.

FOUQUIERACEAE. DC. prodr. 3. p. 349. Lindl. ed. 1. p. 160; ed. 2. p. 118. Mart. consp. p. 50. ord. 241. — Familia staminibus subindefinite numerosis Portulaceis, corolla gamopetala Crassulaceis nonnullis, fructu quodammodo Turneraceis Loaseisque accedens, ex cl. Lindley magis adhuc Stackhousiaceis et Euphorbiaceis affinis.

7. *FOUQUIERA. H. B. K.* — DC. l. c.
8. *BRONNIA. H. B. K.* — DC. l. c. — A. cl. Lindley (ed. 2. p. 127.) Tamaricaceis adnumeratur.

XCII. PORTULACEAE. *(Juss.) Fenzl.*

Portulaceae, DC. prodr. 3. p. 351. Bartl. p. 303. et Ficoidearum gen. DC. p. 415. Bartl. p. 308. (adjectis Alsinearum generib. nonnullis). Lindl. ed. 1. p. 159; ed. 2. p. 56. et 123. Wight et Arn. prodr. fl. Penins. 1. p. 354. et 361. *Talineae*, Rchb., consp. p. 163. *Mollugineae*, (Paronychiearum tribus), Bartl. Beitr. 2. p. 158. — Ordinem fere omnino talem exhibemus, qualem nuper exposuit cl. *Fenzl:* Monographie der Mollugineen und Steudelieen etc., in Annal. des Wiener Museums, 1. 1836. p. 337. sq. (praecipue p. 348. et 351. sq.) Continet nunc, praeter plurima genera jam a Jussieuo, Candollio aliisque huc relata, alia nonnulla, quae olim *Ficoideis* (cfr. Sesuvium, Glinus, Orygia), *Alsineis* (cfr. Schiedea, Colobanthus, Mollugo) *Paronychieisque* (cfr. Balardia) adscripta fuerunt. Ex ordine exclusimus *Aylmeriam*, Mart. (cfr. DC. p. 303.), quae *Paronychiea* vera, ex Fenzl l. c. p. 340. in nota, et *Hydropyxidem*, Raf. (DC. p. 364.), quae *Scrophularineis* aut *Lentibularieis* videtur accensenda.

Tribus I.

Portulaccellae. Fenzl, l. c.

1. *CYPSELEA. Turpin.* — DC. p. 353. — Stamina ex Turpin calycis lobis alterna, ex Rafinesque lobis minoribus opposita. — *Radiana*, Raf. — *Millegrana*, Surian. Mss.
2. *PORTULACA. Tourn. L.* — DC. p. 353. Cham. in Linnaea 6. p. 565. (n. sp. 1.) Endl., Atakta, p. 7. t. 6. n. sp. 1. (Ann. d. sc. nat. 1834. 1. p. 241.) Cambess. in St. Hil. fl. Bras. 2. p. 190. t. 114. (n. sp. 3.) Wight et Arnott, l. c. p. 355. (n. sp. 3.) — *Meridiana*, L., Schrank. — *Merida*, Neck. — *Lemia*, Vand.
3. *SESUVIUM. L.* — DC. p. 453. (in Ficoideis). Cambess. l. c. p. 199. Wight et Arn. l. c. p. 361. Fenzl. l. c. p. 347. in nota (n. sp. 1.) Hook. comp. bot. mag. II. t. 23.
4. *TRIANTHEMA. L.* — DC. p. 351. Linnaea 5. p. 684. Wight et Arn., l. c. p. 354. — *Zaleya*, Burm. — *Rocama* et *Papularia*, Forsk.

Tribus II.

Talineae. Fenzl, l. c.

Subtribus I.

Calandrinieae. Fenzl.

5. *ANACAMPSEROS. Sims.* — DC. p. 355. Ecklon et Zeyh., en pl. Afr. p. 282. — Cfr. Fenzl, l. c. p. 350. in nota. — *Telephiastrum*, Dill. — *Rulingia*, Ehrh., Haw. (non R. Br.)

*6. *LEWISIA. Pursh.* (1814.) fl. Am. 2. p. 368. Char. ex Hook. fl. Bor. Am. 1. p. 223. *Ej.* bot. misc. 1. p. 345. t. 70. Sp. 1: L. rediviva, Pursh. — Genus ex auctoritate ill. Hooker huc relatum; secundum ill. DC. (mém. Crassulac. p. 46.) *Berberideis* affine, a cl. Lindley (ed. 2. p. 54.) inter *Cacteas* enumeratum.

*7. *GRAHAMIA. Gillies. Mss.* (non Spreng.) Hook. et Arn. (1833.) in bot. Misc. 3. p. 331. — Sp. 1: G. bracteata, Gill.

8. *CALANDRINIA. H. B. K.* — DC. p. 356. Cham. in Linnaea 6. p. 563. (n. sp. 1.) Arnott in Brit. encycl., ed. 7. Bot. p. 63. t. 116. Hook. et Arn. bot. Beech. p. 24. (n. sp. 1.) Bot. mag. t. 3379. Fenzl in v. Hügel enum. pl. Nov. Holl. 1. p. 51. (n. sp. 2.) *Cosmia*. Domb., Juss. — *Geunsia*, fl. Mex. ic. ined. (non Blume). — *Phacosperma*, Haw.
9. *TALINUM. (Adans.) Sims.* — DC. p. 356. (excl. sp. n. 2. v. Eutmon). Hook. fl. Bor. Am. 1. p. 223. t. 70. (n. sp. 1, forte Calandriniae aut Claytoniae adsocianda, ex Hook.) Cambess. in St. Hil. fl. Bras. 2. p. 193. Wight et Arn. l. c. p. 356. (n. sp. 1.) Ecklon et Zeyh. l. c. p. 282. (n. sp. 1.) — *Phemeranthus*, Rafin.
10. *MONTIA. Mich. L.* (non Houst.) — DC. p. 362. Cham. in Linnaea 6. p. 564. (n. sp. 1.) *Cameraria*, Dill. (non L.) — *Alsinoides*, Vaill.
11. *CLAYTONA. L.* — DC. p. 360. Cham. in Linnaea 6. p. 559. (n. sp. 2.) Hook. fl. Bor. Am. 1. p. 223. t. 71—74. (n. sp. 3—4.) Bong., obs. veg. Sitcha p. 19. (n. sp. 2; Presl, repert. 1. p. 314.) — *Limnia*, L., Haw.
12. *LEPTRINA. Rafin.* — DC. p. 362. (Leptrinia, Fenzl, l. c. p. 352.)
13. *ULLUCUS. Loz.* — DC. p. 360. Cfr. Fenzl. l. c. p. 350. adnot.

Subtribus II.

Mollugineae. Fenzl.

*? *SCHIEDEA.* Cham. et Schldl. (1826.) in Linnaea 1. p. 46. Endl. atakta, p. 15. t. 14. Sp. 1: Sch. ligustrina. — Genus a cl. auctorib. Alsineis adscriptum, (quarum tab. cfr. supra p. 25., comm. p. 21.), a cl. Fenzl, (l. c. p. 346.) ad Portulaceas relatum.

*? *COLOBANTHUS.* Bartl. (1830.) ord. nat. p. 305. — Genus a cl. auct. Alsineis adnumeratum (cfr. supra tab. p. 25., comm. p. 22.), a cl. Fenzl vero (l. c. p. 48. 340. 352.) Portulaceis insertum.

*? *BALARDIA.* Cambess. (1830.) in St. Hil. fl. Bras. 2. p. 180. Sp. 1: B. Platensis, Camb. — Genus a Paronychieis, quibus a cl. auctore adscriptum erat, huc revocatum a cl. Fenzl l. c. Affine Stipulicidae et Ortegiae, ex Camb. — Stamina apud Cambess. l. c. in char. generis dicuntur *sepalis opposita*, in speciei descriptione vero *alterna*, quod rectius, observante Fenzl l. c. p. 345. in nota.

*14. *EUTMON.* Rafin. (1833.) Atlantic. journal. No. 6. p. 23. Sp. 1: E. napiforme, Raf. (Talini sp. n. 2. DC. p. 357.)

? *MILTUS.* Lour. — DC. p. 454. Genus non satis notum, fide Lour. a Glino parum diversum, monente cl. Fenzl (l. c. p. 344.) forsan Phytolacceum. An fruct. indehiscens?

15. *GLINUS.* L. — DC. p. 455. (excl. sp. n. 4. v. gen. seq., et n. 5., quae ad Amaranthaceas releganda, monente cl. Fenzl). Wight et Arn. l. c. p. 362. (excl. §. 2. v. gen. seq.) Huc etiam a cl. Fenzl, l. c. p. 355. sq., referuntur: Molluginis sp. n. 6. et 13. DC. prodr. 1. p. 391; Mollugo glinoides, Camb. apud St. Hil. l. c. 2. p. 123. t. 109. et M. denticulata, Guill. et Perr. fl. Seneg. 1. p. 45. — Genus olim (cfr. DC., Wight et Arn. etc.) Ficoideis adnumeratum. — *Rolofa*, Adans. — *Plenckia*, Rafin. — *Physa*, Pet.-Th., DC. prodr. 1. p. 393.

*16. *AXONOTECHIUM.* Fenzl (1836.) l. c. p. 352. 354. (Glini sp. n. 4. DC., §. 2. W. et Arn.) — Jam cl. Wight et Arnott genus a Glino separandum crediderunt et charactere proprio distinxerunt, cfr. prodr. fl. Penins 1. p. 362. adnot. ad n. 1126.

17. *ORYGIA.* Forsk. — DC. p. 455. (in Ficoideis.)

18. *MOLLUGO.* (L.) Fenzl l. c. p. 361. — DC. prodr. 1. (in Alsineis) p. 391. (excl. sp. n. 6. et 13. v. Glinus). Cfr. Linnaea 1. p. 44. Ledeb., fl. Alt. 1. p. 426. Wight et Arn. l. c. p. 43. *Pharnaceum*, L.; Bartling, in Linnaea 7. p. 625. (n. sp. 3.) Eckl. et Zeyh. l. c. p. 285. (n. sp. 5.) Hooker ic. pl. t. 83. (n. sp. 1.) — *Ginginsia*, DC. prodr. 3. p. 362. (jam a cl. Bartling. l. c. et nuper a cl. Fenzl l. c. ad Molluginem reducta).

*19. *PSAMMOTROPHIA.* Eckl. et Zeyh. (1836.) l. c. p. 286. Sp. 1: P. parvifolia. — Genus a Mollugine vix satis distinctum, Pharnaceo proximum ex auctor.

*20. *COELANTHUM.* Ern. Meyer (1836.) apud Fenzl l. c. p. 350. et 353. — Genus, praeter paucissimos charactercs l. c. datos, plane nobis incognitum.

Tribus III.

***Steudelieae*,** Fenzl. l. c.

*21. *STEUDELIA*, *C. B.* Presl (1829.) diss. cum ic. (cfr. Linnaea 5. litt. p. 52.) *Ej.* symb. bot. 1. p. 3. t. 2. (non Spreng., nec Mart.) — Annal. d. sc. nat. 1834. 1. p. 358. Eckl. et Zeyh. l. c. p. 283. (n. sp. 2.)

*22. *ADENOGRAMMA.* Rchb. (1827.) ic. exot. 2. p. 3. t. 109. Consp. n. 4411. Sp. 1: A. Mollugo, Rchb. Cfr. Linnaea 7. p. 626. Eckl. et Z. l. c. p. 284. — Genus a cl. Fenzl, l. c. p. 342. ad Steudeliam reductum, sed fructus forma peculiari distinguendum nobis videtur.

23. *PORTULACARIA.* Jack. — DC. prodr. 3. p. 360. Eckl. et Z. l. c. p. 282. — *Haenkea*, Salisb. (non Ruiz et Pav., nec Schmidt.)

?* *TETRADICLIS.* Stev. — An hujus loci? — (Videatur in ordine seq.)

*XCIII. ELATINEAE. *Camb.*

Cambessedes (1829.) in Mém. du Mus. 18. p. 224. Lindl., ed. 1. p. 159. — Bartl. p. 317. (Lythraricarum tribus). Camb. in St. Hil. fl. Bras. 2. p. 159. sq. Guill. et Perrott. flor. Senegamb. 1. p. 42. Wight et Arn. prodr. fl. Penins 1. p. 40. Mart. consp. p. 54. ord. 263. Fisch. et C. A. Meyer in Linnaea 10. p. 49. *Elatinaceae*, Lindl. ed. 2. p. 88. — *Caryophyllearum genera*, Juss., DC. — Ordo, quod ad locum in systemate naturali, quasi heteroclitus; habitu saltem *Lythrarieas* proxime ambiens, insertione hypogyna vero stylisque distinctis satis recedens et fortasse potius, ut plurimi suadent, *Caryophylleis* approximandus; ex cl. Cambessedesii sententia (l. c. p. 227 sq.) affinior tamen *Portulaceis* et *Paronychieis* quam illis, nec non etiam ad *Hypericineas* quodammodo accedens. — Semina secundum Gaertn. et Camb. exalbuminosa, secundum Lindley albumine parco praedita.

1. *ELATINE.* L. — DC. prodr. 1. p. 390. Camb., mém. mus. 18. p. 229. W. et Arn. l. c. p. 41. (n. sp. 1.) Hook. bot. misc. 2. p. 103. suppl. t. 105. — *Crypta*, Nutt. in journ. Acad. Philadelph. 1. 1817. p. 111. sq. Sp. 1: C. minima. (Linnaea 3. litt. p. 163.) Char. gen. a Nuttallio l. c. datus recedit: calyce 2-sepalo, petalis 2-3, stigmatib. 2-3 sessilibus punctiformibus etc. Nihilominus cum Elatine conjungenda habetur a cl. Fisch. et Mey. in Linnaea 10. p. 73. Cfr. Fenzl, in Ann. des Wien. Mus. 1. p. 340.

2. *BERGIA.* L. — DC. prodr. 1. p. 390. Camb. mém. l. c. Arnott in Ann. d. sc. nat. 1834. 2. p. 235. Wight et Arn. l. c. p. 41. (n. sp. 1.) Ecklon et Zeyh. enum. pl. Afr. p. 274. E. Meyer apud Fenzl, l. c. p. 344. (n. sp. 1.) — Genus ab Elatine vix satis distinctum et potius ejus subgenus; cfr. Wight et Arn., l. c., et Fenzl l. c.

*3. *MERIMEA.* Cambess. (1829.) mém. l. c. p. 230. Sp. 1: M. arenarioides.

?* *TETRADICLIS.* Stev., M. Bieb., fl. Taur. Cauc. III. suppl. p. 227. et 648. Char. ex C. A. Meyer, Verzeichn. der Pfl. v. Caucas., Casp. Meer etc. p. 226. Sp. 1: *T. salsa*, Mey. (Peplis alternifolia, Cat. hort. Gorenk. 1812. p. 63.) Descriptiones apud Bieberstein et Meyer parum consentiunt; quae partes apud Bieb. vocantur „calycis foliola," secundum cl. Meyer sunt *capsulae valvulae*, et quae pro capsulae valvulis ab illo habebantur, semina exteriora sunt, fide cl. Mey. l. c. — Genus dubiae sedis; an *Portulaceis* adsociandum?, sed recedit seminibus exalbuminosis et staminibus cum sepalis alternantibus; a cl. Lindley (ed. 2. p. 88.) cum? *Elatineis* adscriptum est, a quibus differt foliis alternis et fructus structura.

?* *ANISADENIA.* Wallich (1830.) cat. herb. Ind. n. 1510. Sp. 1: *A. saxatilis*, Wall. l. c., et fol. 249. Hab. in Napalia et Kamaon. Genus, ni fallor, nondum descriptum, ex auctoritate cl. Lindley (ed. 2. p. 88.) huc relatum, desciscens tamen foliis alternis, et forte non hujus loci. Characteres ex analysi speciminum desumsimus, quae cel. Wallich ipse nobiscum communicavit. Addere insuper liceat succinctam speciei descriptionem. Herba spithamaea, faciei quodammodo Achyranthis. Caulis simplex; folia alterna, exstipulata, summitatem versus approximata, petiolata, elliptica et sublanceolata, utrinque acuta, margine (praecipue apicem versus) undulato-crispata v. subcrenata, subtus pallida et incano-puberula, tenere membranacea, penninervia; racemi terminales spiciformes, simplicissimi, 1-2-pollicares; flores breve pedicellati, solitarii, alterni, patuli v. deflexi, subclausi (plurimi nondum penitus evoluti), singuli bractea oblongo-lanceolata acuta striata fuscescente suffulti. Sepala 5, vix basi connata, scariosa, flavescentia, nitida, lanceolata, acuta, subplana; 2 extima utroque margine ciliis glanduloso-capitatis ornata, tertium semi-exterius margine altero (exteriore) ciliis similibus vestitum, altero (interiore) nudum; 2 intima denique ubique nuda. Petala 5, sepalis alterna iisque aequi-longa, aestivatione itidem quincunciali, conniventia, unguibus remotiusculis cuneato-linearibus, lamina subrotunda obtusa flabellato-venosa, alba? rubella? Germen ovato-3-gonum?, tubo stamineo inclusum. Styli flexuosi, basi subdistantes. Caet. v. in tab.

XCIV. PARONYCHIACEAE.
(St. Hil.) Nob.

Paronychieae, A. St. Hil., DC. prodr. 3. p. 365. (excl. Queria et Minuartia, v. Alsineae, tab. nostr. p. 25., comment. p. 21.) — *Herniariae*, Cat. hort. Paris. 1777. — *Amaranthorum* et *Caryophyllearum* genera Juss. gen. pl. p. 89. et 299. — *Illecebreae*, R. Br., prodr. fl. Nov. Holl. 1. p. 413. *Paronychiaceae*, Wight et Arnott. prodr. fl. Penins. 1. p. 357. — Cfr. Fenzl, in Annal. des Wiener Mus. 1. p. 33. sq. et p. 337. sq.

Subordo I.

PARONYCHIEAE. Nob. — Bartling, Beitr. 2. p. 155. *Ej.* ord. nat. p. 300. (excl. Mollugineis, v. supra Portulaceae). Mart. consp. p. 49. ord. 236. — *Illecebreae*, Lindl., ed. 1. p. 164. — *Illecebraceae*, Lindl., ed. 2. p. 127. (excl. Mollugineis et gen. nonnull.)

Tribus I.

Telephieae. DC. 3. p. 366. Bartl., ord. p. 302.

1. *TELEPHIUM.* Tourn., *L.* — DC. p. 366.

2. *CORRIGIOLA.* *L.* — DC. l. c. Bartling, in Linnaea 7. p. 626. Hook. et Arn. bot. Beechey, p. 24. (n. sp. 1. Presl, repert. 1. p. 10.) Decaisne in Ann. des sc. nat. 2e sér. 4. p. 358. Ecklon et Zeyh., en. pl. Afr. p. 287. — *Polygonifolia*, Vaill.

*3. *POLPODA.* *C. B.* Presl (1829.) diss. (fide Linnaea 5. litt. p. 51.) Symb. bot. 1. p. 1. t. 1. Sp. 1: P. Capensis (Sieber, herb. Cap. n. 151.) Cfr. Ann. des sc. nat. 1834. 1. p. 357. — Habitus fere Salicorniae herbaceae.

?*4. *POLYCHROA.* Lour., fl. Coch., ed. Willd. 2. p. 684. Sp. 1: P. repens. — Genus obscurum; ex Lour. facie fere omnino Amaranthi, sed stigma diversum; stipulis accedens ad Paronychieas, quibus a cl. Reichenbach (consp. 4271.) cum? adjectum est. Comparationis gratia saltem hic locum habeat.

Tribus II.

Illecebrae. *(R. Br.)* Bartl., ord. nat. p. 301. — *Illecebreae* et *Pollichieae* DC. p. 367. et 377.

5. *PLOTTZIA.* Arnott. (1836.) in Lindl. nat. syst. ed. 2. p. 128. et app. 441. Sp. 1: P. dichotoma. (Paronychiae sp. Nutt., DC. p. 372. n. 15.)

*6. *PENTACAENA.* Bartl. (1830.) in Reliq. Haenk. 2. p. 5. t. 49. f. 1. (n. sp. 1.) — *Paronychiae* sect. III., *Acanthonychia*, DC. p. 372. Coll. mém. 4. t. 4. — Huc quoque referenda videtur *Paronychia Rosetta*, Camb. in St. Hil. fl. Bras. 2. p. 188. t. 113.

7. *ANYCHIA.* Michx. — DC. p. 369. Hook. fl. Bor. Am. 1. p. 226. Schrad., ind. sem. h. Goett. 1835. (Ann. d. sc. nat., 2e sér. 6. p. 100.) — *Queria*, Gaertn. (non Loefl.)

8. *HERNIARIA.* Tourn. *L.* — DC. p. 367. Coll. mém. 4. t. 3. Linnaea 7. p. 624. Ann. des sc. nat. 22. p. 97. 327. Nees, gen. pl. fl. Germ., fasc. 8. n. 4. Ecklon et Zeyh. l. c. p. 283. — Fenzl, in Ann. des Wien. Mus. 1. p. 341.

9. *ILLECEBRUM.* *(L.)* Gaertn. — DC. p. 369. Nees gen., fasc. 7. t. 20.

10. *PARONYCHIA* *(Tourn.)* Juss. — DC. p. 370. (excl. sp. n. 15. v. Plottzia; et sect. III. v. Pentacaena.) Hook. fl. Bor. Am. 1. p. 226. t. 73. Nees, gen. pl. fl. Germ. 8. n. 5. Cambess. apud St. Hil. l. c. p. 186.

(n. sp. 3, quarum tertia forsan ad Pentacaenam referenda, v. supra). Decaisne in Ann. d. sc. nat. 2e sér. 1. p. 362. (n. sp. 2), ib. 4. p. 358.

11. *GYMNOCARPOS.* Forsk. — Juss. gen. pl. p. 314. — DC. p. 369. — *Gymnocarpus*, Viv. — *Gymnocarpon*, Pers. — *Gymnocarpum*, Steud., DC.

? *WINTERLIA.* Spreng., gen. pl. n. 927. — *Sellowia*, Roth., DC. prodr. 3. p. 380. (non alior.) Genus obscurum, jam supra inter *Alsineas* (cfr. tab. p. 25., comm. p. 22.) allatum; a cl. Wight et Arn. (l. c. p. 306. sub n. 942.) inter *Ammanniae* synonyma memoratum.

12. *CARDIONEMA.* DC. p. 372. *Ej.* coll. mém. 4. t. 1. — *Bivonaea*, fl. Mex. ic. ined. (non DC. nec Spr.)

13. *POLLICHIA.* Sol. (non alior.) DC. p. 377. Ecklon et Zeyh. l. c. p. 283. — *Neckeria*. Gmel. (nec alior.) *Meerburgia*, Moench.

?14. *LITHOPHILA.* Sw. — DC. p. 380. Genus nimis obscurum.

Tribus III.

Spergularieae. Nob. — *Sperguleae*, Bartl. ord. p. 302. — *Polycarpeae*, DC. p. 373.

??**LIMEUM.* L. (1759.) Char. ex Fenzl, in Annal. des Wien. Mus. 1. p. 341. (6 spec.) Bartling, in Linnaea 7. p. 626. Ecklon et Zeyh., l. c. p. 287. (n. sp. 3). — Genus jam prius *Paronychieis* (Telephieis), quibus habitu praesertim accedit, ab auct. nonnullis adscriptum (cfr. Bartl., l. c.), sed fructus structura abhorrens et, docente cl. Fenzl l. c., Phytolacceis accensendum. — *Linscottia*, Adans. — *Dicarpaea*, Presl (1830.) Symb. bot. 1. p. 37. t. 26. (Linnaea 8. litt. p. 8. Ann. d. sc. nat. 1834. 1. p. 362.)

15. *ORTEGIA.* Loefl. — DC. p. 375. (et prodr. 1. p. 388.) — *Juncaria*, Clus. — *Ortega*, L.

16. *CERDIA.* Fl. Mex. ic. ined. — DC. p. 377. *Ej.* coll. mém. 4. t. 2.

?*17. *BALARDIA.* Cambess. (1830.) in St. Hil. fl. Bras. 2. p. 180. t. 111. Sp. 1: B. Platensis. — Genus stipularum praesentia maxime accedens ad Paronychieas, quibus a cl. auctore adnumeratum est; a cl. Fenzl vero (l. c. p. 350. 352.) Mollugineis adscribitur (cfr. supra in Portulaceis).

18. *AYLMERIA.* Mart. — DC. p. 363. (in Portulaceis). — Paronychica legitima, proxime affinis Polycarpaeae et forsan ab ea non separanda, teste cl. Fenzl, l. c. p. 47. in nota, et p. 340. (char. reform.)

19. *LOEFLINGIA.* L. — DC. p. 380.

*20. *HAPALOSIA.* Wight et Arnott. (1834.) prodr. fl. Penins 1. p. 358. Sp. 1: H. Loeflingiae. (Polycarpaeae sp. DC. n. 15., a qua forsan non diversa P. Memphitica, Del., DC. n. 5., fide W. et Arn. l. c.)

21. *STIPULICIDA.* Michx. — DC. p. 375.

*22. *ARVERSIA.* Cambess. (1830.) ap. St. Hil., l. c. p. 184. t. 112. Sp. 1: A. frankenioides. (Polycarpon Apurense, H. B. K., DC. n. 1. teste Fenzl.) Genus a Polycarpo vix satis distinctum, fide Fenzl, l. c. 350. in nota.

23. *POLYCARPAEA.* Lam. — DC. p. 273. (excl. sp. n. 5? et 16. v. Hapalosia). *Ej.* coll. mém. 4. t. 5. 6. Camb. ap. St. Hil. l. c. p. 183. (n. sp. 1). Presl, in Rel. Haenk. 2. p. 6. (n. sp. 1). Wight et Arn. l. c. p. 357. Hook. Compan. bot. mag. 1. p. 117. t. 6. — *Hagea*, Vent. — *Hyala*, L'Her. — *Mollia*, Willd. — *Lahaya*, Roem. et Schult. — ? *Polia*, Lour. — *Polycarpia*, Webb et Berth. fl. Canar., Bot. 21—23. (n. sp. 1).

24. *POLYCARPON.* Loefl. — DC. p. 376. (excl. sp. n. 1. v. Arversia). Camb. ap. St. Hil. l. c. p. 182. Bartl. in Linnaea 7. p. 624. Ecklon et Z. l. c. p. 284. — *Trichlis*, Hall.

25. *DRYMARIA.* Willd. — DC. prodr. 1. p. 395. (in Alsineis). Bartl., in Rel. Haenk. 2. p. 7. (n. sp. 6). Huc forsan referendum Holosteum mucronatum, DC. prodr. 1. p. 393. n. 2., fide Bartl. l. c. — Wight et Arn. l. c. p. 358.

26. *SPERGULARIA.* (Pers.) Cambess. ap. St. Hil. l. c. p. 175. t. 110. (n. sp. 3). Presl, in Rel. Haenk. 2. p. 1. (n. sp. 1). — *Spergulae* et *Arenariae* spec. stipulatae DC. prodr. 1. p. 394. §. 1. et p. 400. sect. I. *Spergula*, Bartl. Beitr. 2. (ord. nat. p. 302.) et in Linnaea 7. p. 624. Ecklon et Zeyh. l. c. p. 284. — *Stipularia*, *Haw.* — *Lepigonum*, Wahlenb. (Cfr. tab. nostra Alsinear. p. 25., comm. p. 21.)

Tribus IV.

Cometeae. Nob. — Tribus Paronychieas genuinas cum Amarantaceis (per Desmochaetam et Digeram) connectens, observante ill. R. Brown.

*27. *COMETES.* Burm., fl. Ind. p. 39. Lam. ill. t. 76. (mala). R. Brown, in Wallich pl. As. rar. 1. p. 17. t. 17. (R. Br., verm. Schr., ed. Nees 5. p. 375.) Sp. 1: C. Suratensis, Burm., et 2: C. Abyssinica, R. Br. l. c. t. 18. (*Saltia* R. Br. olim, in Salt. itin. Abyssin. append. B. p. 376.; cfr. verm. Schr. 5. p. 380.) — Decaisne, florula Sinaica, in Ann. des sc. nat. 2e sér. 2. p. 244. (n. sp. 1).

*28. *PTERANTHUS.* Forsk., descr. p. 36. Gaertn., carp. 3. p. 178. t. 213. Juss., gen. p. 404. (in Urticeis). Lam. ill. t. 764. Desf. fl. Atl. 1. p. 144. Decaisne, l. c. p. 244. *Louichea*, L'Her., stirp. 1. p. 135. t. 153. — *Camphorosmae* sp. Linn. Sibth. fl. Graec., t. 153.

Subordo II.

SCLERANTHEAE. Link. — DC. p. 377. Bartl., ord. p. 300. Lindl. ed. 1. p. 166. Mart. consp. p. 16. ordo 94. — *Scleranthaceae*, Lindl., ed. 2. p. 213.

29. *MNIARUM.* Forst. — DC. p. 378. *Ditoca*, Banks, Gaertn.

30. *SCLERANTHUS.* L. — DC. p. 378. Bartl. in Linnaea 7. p. 627. Nees, gen. pl. fl. Germ., fasc. 8. n. 6. Ecklon et Zeyh. l. c. p. 288.

31. *GUILLEMINEA.* H. B. K. — DC. p. 378.

XCV. CRASSULACEAE. *(Juss.)* DC.

DC. prodr. 3. p. 381. *Ej.* Coll., mém. 2. Bartl. p. 309. Lindl., ed. 1. p. 161., ed. 2. p. 163. Mart. consp. p. 40. ordo 194. — *Succulentae*, Linn., Vent. — *Sempervivae* et *Crassulae*, Juss. —

* *GOODALLIA.* Bowd., a cl. Reichenbach (consp. n. 4191.) cum ? Crassulaceis adnexa, nobis penitus ignota est. Charact. nusquam invenimus indicatum.

Subordo I.

CRASSULEAE. DC. l. c. (tribus).

Tribus I.

Sedeae (Rchb. consp. p. 158.) *Nob.*

1. *SEDUM. (Tourn., L.) DC.* p. 401.; mém. p. 29. t. 1. f. 1., t. 4. A., t. 6. B., t. 7—9. Mert. et Koch, D. Fl. 3. p. 298. Rchb. iconogr. III. p. 50. 65. 73.; VIII. p. 10. t. 726. 727.; IX. p. 14. t. 841—845. Ledeb., fl. Alt. 2. p. 189. (n. sp. 3). Cham. et Schl. in Linnaea 6. p. 548. (n. sp. 1.) Link et Otto, ic. pl. sel. p. 121. t. 57. Tenore, cat. sem. h. Neap. 1830. (n. sp. 1. Presl, repert. 1. p. 41.) Hook. fl. Bor. Am. 1. p. 227. (n. sp. 2). Princ. Salm, hort. Dyck. p. 371. (n. sp. 1). Royle, ill. bot. Himal. p. 222. t. 48. (n. sp. 3). *Rhodiola*, L. — *Anacampseros*, Tourn., Adans., Haw. (non Sims.)
2. *SEMPERVIVUM. L.* — DC. p. 411.; mém. p. 37. t. 1. f. 4. t. 10—12. Mert. et Koch, l. c. p. 411. Rchb. iconogr. IX. p. 13. t. 839.; X. p. 22. t. 960. Tenore l. c. (n. sp. 1. Presl, repert. 1. p. 42. et 191.) Lowe, in Linn. trans. 16. II. p. 293. Pr. Salm, Hort. Dyck. p. 372. Webb et Berth., fl. Canar., bot. t. 23. (n. sp. 1). — *Monanthos*, Haw.
3. *DASYSTEMON. DC.* p. 382.; mém. p. 14. t. 3.
4. *SEPTAS L.* — p. 383. (excl.? sp. n. 2. v. Petrogeton sub Crassula); mém. p. 16. — Ecklon et Zeyher, enum. pl. Afr. austr. p. 292.
5. *GLOBULEA. Haw.* — DC. 390.; mém. p. 19. Ecklon et Z. l. c. p. 301.
6. *CRASSULA. (L.) DC.* p. 383. (excl. sp. n. 20. 39. v. Sphaeritis; §. 10. et n. 65—67. et 71. v. Thisantha; n. 68. 69. v. Helophytum.) DC. mém. p. 16. t. 1. f. 2. R. Brown, ap. Salt, n. sp. 1. (*Ej.* verm. Schr., ed. Nees 1. p. 248.) Ecklon et Zeyh., l. c. p. 294. (n. sp. 6). *Gomara*, Adans. — *Crassula* et *Turgosea*, Haw. — *Pyrgosea*, Sweet, Eckl. et Zeyh., l. c. p. 298. (n. sp. 1). — Genera seq. nonnisi tanquam subgenera admittenda nobis videntur:
   - *a. *SARCOLIPES. Eckl. et Zeyh.* (1837.) l. c. p. 290. Sp. 1: S. pubescens.
   - *b. *PETROGETON. Eckl. et Zeyh.*, ibid. p. 231. (n. sp. 1). Huc praeterea referuntur: Septas Umbella, DC. p. 333. n. 2. (Jacq. ic. rar. t. 352.) et Crassulae sp. n. 57. DC.
   - *c. *TETRAPHYLE. Eckl. et Z.* l. c., p. 292. (n. sp. 8). Crassulae sp. n. 22. 34. 58. DC.
7. *TILLAEA. L.* — Auctorum genera seq. vix satis distincta, ideoque tanquam subgenera tantum servanda nobis videntur:
   - a. *BULLIARDA. DC.* p. 382.; mém. p. 14. Lessing, in Linnaea 9. p. 178. Eckl. et Z. l. c. p. 289. (n. sp. 4).
   - *b. *HELOPHYTUM. Eckl. et Zeyh.* (1836.) l. c. p. 288. (n. sp. 3). — Crassulae sp. n. 68. 69. DC.
   - *c. *TILLAEA. Mich.* — DC. p. 381.; mém. p. 13. Rchb. ic. t. 191. Cfr. Linnaea 5. p. 369. et ibid. litt. p. 162. Hook. et Arnott, bot. Beechey p. 24. (n. sp. 1.)

Tribus II.

Umbiliceae. *Nob.*

*8. *THISANTHA. Eckl. et Zeyh.* (1837.) l. c. p. 302. (n. sp. 1.) Crassulae sp. 65—67. §. 10. et n. 71. DC.
9. *GRAMMANTHES. DC.* p. 392.; mém. p. 2. t. 1. f. 6. Eckl. et Z. l. c. p. 302. (n. sp. 2). — *Vauanthes*, Haw.
10. *CURTOGYNE. Haw.* — DC. p. 392.; mém. p. 19. Huc a cl. Ecklon et Zeyh., l. c. p. 303. referuntur Rocheae sp. n. 3. et 10. DC.
*11. *SPHAERITIS. Eckl. et Z.* (1837.) l. c. p. 299. (n. sp. 10). Crassulae sp. n. 20. et 39. DC.
12. *ROCHEA. DC.* p. 293. (excl.? sp. n. 3. et 10. cfr. Curtogyne); mém. p. 21. t. 1. f. 3. *Larochea*, Pers. — Sectiones seq. Candolleanae haud minore jure generice separandae nobis videntur, ac plurima hujus ordinis genera:
   - a. *DANIELIA. DC.* l. c. — *Larochea*, Haw. — *Rochea*, Eckl. et Z. p. 304.
   - b. *FRANCISCARIA. DC.* l. c. p. 486. (pro Franciscea p. 393. — non Pohl.) — *Dietrichia*, Tratt. (non Raeusch.) Eckl. et Zeyh. l. c. — *Kalosanthes*, Haw. (non Blume).
13. *ECHEVERIA. DC.* p. 401.; mém. p. 28. t. 5. 6. A. Cham. et Schl. in Linnaea 5. p. 554. (n. sp. 1). Hook. in bot. mag. t. 3570. (n. sp. 1). Rchb. fl. exot. 5. p. 21. t. 321.
14. *COTYLEDON (L.) DC.* p. 396.; mém. p. 23. t. 1. f. 7. Ledeb., fl. Alt. 2. p. 197. (n. sp. 2). Lessing, in Linnaea 9. p. 177. (n. sp. 1). Eckl. et Zeyh., l. c. p. 306. (n. sp. 1.)
15. *PISTORINIA. DC.* p. 399.; mém. p. 25. t. 1. f. 5.
16. *UMBILICUS. DC.* p. 399.; mém. p. 25. t. 4. B. — *Umbelicus*, Webb et Berth., fl. Canar., bot. t. 26. (n. sp. 1.)
17. *BRYOPHYLLUM. Salisb.* — DC. p. 395.; mém. p. 23.; Organogr. veg. 2. p. 114. t. 22. f. 1. 2. Wight et Arnott, prodr. fl. Penins 1. p. 360. — *Crassóuvia*, Comm. — *Physocalycium*, Vest.
18. *KALANCHOE. Adans.* — DC. p. 394.; mém. p. 22. R. Brown, app. Salt. (n. sp. 1. — Verm. Schr., ed. Nees 1. p. 248.) Cambess., in St. Hil. fl. Bras. 2. p. 196. (n. sp. 1). Wight et Arn. l. c. p. 359. Ecklon et Zeyh., l. c. p. 305. (n. sp. 1). — *Calanchoe*, Pers. — *Kalenchoe*, Haw. — *Verea*, Willd. — *Vereia*, Andr.

Subordo II.

PENTHOREAE. Rchb. consp. p. 159. — *Crassulaceae anomalae,* DC. p. 414.
19. *DIAMORPHA. Nutt.* — DC. p. 414.; mém. p. 42. t. 1. f. 9.
20. *PENTHORUM. L.* — DC. p. 414.; mém. p. 43. t. 1. f. 8. t. 13. Hook. fl. Bor. Am. 1. p. 228.

*XCVI? SURIANEAE. *Arnott.*

Arnott, in prodr. fl. Penins. 1. 1834. p. 360. Endl. in Annal. des Wiener Mus. 1. p. 185. — *Surianaceae,* Lindl., ed. 2. p. 142. — *Terebinthacearum gen.* DC. — Surianam Cneorum et Heterodendron in proprium ordinem esse colligenda, opinabatur jam cl. Bartling, ord. nat. p. 427. et 429. — Quae tamen genera, nimium abinvicem discrepantia, potius singula pro ordinum totidem distinctorum vestigiis habenda nobis videntur. — Surianeae in systemate naturali difficillime collocandae sunt; mediante ipsa Suriana affinitate quadam hinc cum Crassulaceis, illinc cum Neuradeis connexa videntur, (cfr. Arn. l. c.)

1. *SURIANA. Plum.* — DC. prodr. 2. p. 91. Wight et Arn. l. c. p. 361. — Genus ex Kunth *Geraniaceis,* ex Arnott *Neuradeis, Crassulaceis* nec non quoddammodo *Ochnaceis,* ex Lindley *Coriarieis* affine.

2? *CNEORUM. L.* — DC. 2. p. 83. — Genus Surianeis forsan non conjungendum, seminis situ nimirum et albumine abhorrens, forte ad *Empetreas* referendum? Cfr. Bartl. p. 373. Rchb. consp. n. 5118. — *Chamaelea,* Tourn.

3? *HETERODENDRON. Desf.* — DC. p. 92. — A cl. Rchb., consp. n. 5227., cum ? Sapindaceis Dodonaeaceis adscribitur.

*XCVII. FRANCOACEAE. *Adr. Juss.*

Adr. de Jussieu, in Annales des sc. nat. (Jan. 1832.) vol. 25. p. 9. Archives de bot. 1. p. 66. (Char. ordinis). Mart., consp. p. 48. ord. 225. Lindl., ed. 2. p. 33. — Cfr. DC. coll. mém. vol. 1., Mém. 2. Crassulac. p. 44. — *Galacineae,* D. Don, in Edinb. new. phil. journ., Oct. 1828. Lindl., ed. 1. p. 161. Cfr. Arnott, in Brit. encycl., ed. 7. Bot. p. 112. Kunze, in Regensb. bot. Zeit. 1831. 1. p. 369. sq. Endl. in R. Brown verm. Schr., ed. Nees 5. p. 338. — Ordo affinitatis satis ambiguae, secundum ill. De Candolle *Rosaceis,* ex plerorumque aliorum sententia *Crassulaceis* aut *Saxifrageis* adproximandus. Nobis aeque ac cel. Jussieuo inter ultimos hos ordines medium tenere videtur.

*1. *FRANCOA. Cav.* (1800.) anal. de cienc. 4. p. 237. ic. 6., p. 76. t. 596. — Adr. Juss., l. c. Don, l. c. p. 52. Lindl. in bot. reg. t. 1645. (Char.) Bot. mag. t. 3178. 3309. Sweet, brit. fl. Gard., 2d séries, t. 151. — Caps. ex Juss. loculicido-, ex Lindl. septicido-4-valv. — *Panke,* Molina. *Llaupanke,* Feuill.

2. *TETILLA. DC.* prodr. 4. p. 667. (in Addit. ad Saxifrageas). Adr. Juss. l. c. p. 7. Hooker, bot. misc. 3. p. 338. — *Dimorphopetalum,* Bertero, in Mercurio Chileno 1829. n. 12—14. — *Tetraplasium,* Kunze (olim) in Poepp. pl. Chil. exsicc. — Caps. ex DC. 2-loc., apice septicido-dehisc.; ex Juss. vero 4-loc., loculicido-dehiscens, septis valvis axique adhaerentibus; styli ex DC. 2 brevissimi, ex Juss. 1, stigm. 4-lobo.

*? *GALAX. L.* (1751.) gen. pl., ed. Schreb., n. 382. Juss. gen. p. 420. Roem. et Schult. syst. 4. p. XXVIII et 373. Spreng. gen. n. 973. Bot. mag. t. 754. — *Erythrorhiza,* Michx. fl. bor. Am. t. 36. Gaertn. fr. t. 210. *Solenandra,* Vent., Malm. t. 69. *Blandfordia,* Andr. bot. repos. t. 343. (non Sm.) *Viticella,* Mitch. — Genus olim a cl. Don aliisque *Francoae* consociatum, ideoque comparationis causa huc allatum, potius tamen *Pyrolaceis* inserendum (cfr. Adr. Juss. in Arch. de bot. 1. p. 65., Lindl., ed. 2. p. 219.)

*XCVIII? LIMNANTHEAE. *R. Br.*

R. Brown, in extract. Linn. soc. Lond. d. 18. Jun. 1833. (*Ej.* verm. Schr., ed. Nees 5., p. 457.) et in Lond. et Edinb. Philos. Magaz. Jul. 1833. Lindl., nixus pl., p. 11; *Ej.* nat. syst., ed. 2. p. 142. Mart. consp. p. 56. ord. 272. — Familia dubiae sedis, observante ill. R. Brown potius ordinibus hypogynis quam perigynis adsocianda; — ut nobis videtur, *Geranioidearum* classi proxime accedens; inter Calycifloras nonnisi Francoaceis, Surianae et Crassulaceis quodammodo affinis.

*1. *LIMNANTHES. R. Br.* (1833.) l. c. Sp. 1: L. Douglassii, R. Br. — Benth., in Hort. soc. trans. 1. p. 409. Bot. reg. t. 1673. Bot. mag. t. 3554. Endl. Atakta p. 27.

*2. *FLOERKEA. Willd.* (1801.) — R. Brown, l. c. — *Nectris,* Pursh.

XCIX. SAXIFRAGACEAE. *(Juss.) DC.*

DC. prodr. IV. p. 1. Endlicher, in Annalen des Wiener Museums 1. p. 180. — *Saxifragae,* Juss. — *Saxifrageae,* Vent., Juss. Rchb. consp. p. 159.

Tribus I.

Saxifrageae. *DC.* p. 17. Bartl. p. 311. Lindl., ed. 1. p. 49. Martius, consp. p. 48. ordo 224. — *Saxifragaceae,* Lindl., ed. 2. p. 162. (excl. Hydrangeis).

1. *VAHLIA.* Thunb. — DC. p. 53. Wight et Arn., prodr. fl. Penins. 1. p. 364. — *Oldenlandiae* sp. Retz., Roth, etc. (non L.) — *Bistella*, Caill. et Delil. (non Adans.)

? *PARNASSIA.* Tourn. — DC. prodr. 1. p. 320. (in Droseraceis; cfr. supra tab. nostr. p. 22., comm. p. 19.) Royle, ill. bot. Himalay. p. 227. t. 50. f. 3. — Genus a cel. R. Brown, Lindley, Royle (cfr. Lindl., ed. 2. p. 162.) Saxifrageis adscriptum.

?2. *DONATIA.* Forst. — DC. prodr. 4. p. 53. Hooker, ic. pl. t. 16. (Char. ref.)

*3. *EREMOSYNE.* Endl. (1837.) in v. Hügel, en. pl. Nov. Holl. 1. p. 53. Sp. 1: E. pectinata. Calyx glanduloso-pilosus, petala pilosa.

4. *LEPUROPETALUM.* Ell. — DC. p. 53. — *Cryptopetalum*, Hook. et Arn. (1833.) in bot. misc. 3. p. 344. (non Cass.)

5. *HEUCHERA.* L. — DC. p. 51. et 667. Hook. flor. Bor. Am. 1. p. 235. t. 79. 80. (n. sp. 2). Bot. reg. t. 1924. Presl, in Reliq. Haenk. 2. p. 56. (n. sp. 1). — Heucheris stipulae a nonnullis tribuuntur (cfr. R. Brown, verm. Schr., ed. Nees 1. p. 545., Lindl. ed. p. 162. Hooker l. c.) nec injuste; differentiam enim sufficientem inter stipulas veras et petiolum basi dilatato-appendiculatum, qualem in Heucheris pluribus (nisi omnibus), in Mitella, Saxifraga crassifolia aliisque offendimus (cfr. pulchrae icones in Hook. fl. Bor. Am.), indicare non valemus.

*6. *MITELLOPSIS.* Nob. (1837.) Genus staminum numero a *Mitella* distinctum, quacum tamen a cel. Hookero conjungitur. An idem ac *Oreanthus*, Rafin. Mss.? (= Tiarella pentandra, Torr., fide Seringe, bullet. de bot. 1. p. 216.)

a. *MITELLARIA.* Nob. (1837.) Sp. 1: M. Drummondia, nob. — *Drummondia*, DC. p. 49. (non Hook.) Mitella pentandra, Hook. in bot. mag. t. 2933., fl. Bor. Am. 1. p. 241. n. 3. Candolleanum nomen genericum mutandum erat propter antiquiorem Drummondiam in Muscis.

b. *MITELLINA.* Nob. (1837.) Sp. 1: M. Hookeri, nob. (= Mitella trifida, Hook. fl. Bor. Am. 1. p. 241. n. 4. t. 82.) — Forsan plus quam Mitellopsidis subgenus.

7. *MITELLA.* Tourn. — DC. p. 49. Hook. fl. Bor. Am. 1. p. 240. (excl. sp. n. 3. et 4. v. gen. praeced.)

8. *TELLIMA.* R. Br. — DC. p. 49. Hook. l. c. p. 239. t. 78. A. (n. sp. 1.)

9. *TIARELLA.* L. — DC. p 50. (excl. sp. n. 6. v. Hoteia, in Cunoniaceis). Hook. l. c. p. 238. t. 77. 81. (n. sp. 1). Presl, in Rel. Haenk. 2. p. 55. (n. sp. 1). — *Blondia*, Neck.

10. *SAXIFRAGA.* L., R. Brown (cfr. ej. verm. Schr., ed. Nees, 1. p. 385.) — DC. p. 17. (excl. sp. n. 79. v. Lütkea). Rchb. iconogr. II. p. 26., IV. p. 76., V. p. 54., VI. p. 10. t. 620—628. Ledeb., fl. Alt. 2. p. 116. seq. (n. sp. 2). Linnaea 6. p. 554.; ib. 9. p. 509. Bongard, obs. veg. Sitcha p. 22. 23. (n. sp. 1. — Presl, repert. 1. p. 315.) Hooker, fl. Bor. Am. 1. p. 242. t. 78. B. et t. 83—87. (n. sp. 4). Hook. et Arn., bot. Beechey, p. 123. t. 29. (n. sp. 1). Royle, ill. bot. Himal. p. 226. t. 49. 50. (n. sp. 4). Bot. mag. t. 3406. Brongn. in Ann. des sc. nat. 1834. 1. p. 48. t. 1. f. 1. (n. sp. 1). — *Antiphylla*, *Muscaria*, *Dermasea*, *Spatularia*, *Cotylea*, *Chondrosea*, *Megasea*, *Robertsonia*, *Aulaxis*, Haw. — *Calliphyllum*, *Triplinervium*, *Cotyledon*, *Trigonophyllum*, *Porophyllum*, Gaud. — *Porphyrion*, *Dactyloides*, *Micranthes*, *Arabida*, *Micropetalum*, *Aizoonia*, *Eropheron*, *Hydatica*, *Hirculus*, Tausch. — *Bergenia*, Mönch. — *Geryonia*, Schr. — *Diptera*, Borkh. — *Kingstonia*, Gray. — *Leiogyne* et *Gymnopera*, Don. — *Zahlbrucknera*, Rchb. (1830.) fl. Germ. excurs. p. 551. (= Saxifr. paradoxa, Sternb.) a Saxifraga distingui non potest, nam petala nequaquam desunt, sed basi dilatata (exunguiculata) calyci inseruntur; cfr. Mert. et Koch, Deutschl. Flora 3. p. 169.; Koch, synops. fl. germ. p. 278.

11. *LEPTARRHENA.* R. Br. (cfr. *Ej.* verm. Schr., ed. Nees, 1. p. 385.) DC. p. 48. Hook., fl. Bor. Am. 1. p. 256. t. 89.

? * *LÜTKEA.* Bongard. (1831.) obs. veget. Ins. Sitcha p. 12. t. 2. (Presl, repert. 1. p. 313.) *Eryogynia*, Hook. (1832.) fl. Bor. Am. 1. p. 255. t. 88. — *Saxifragae* sp. Pursh., DC. p. 33. n. 79. — Folia rigida, ex Hook. — Genus a cl. Bongard Spiraeaceis adnumeratum (cfr. Ann. des sc. nat., 2e sér. 3. p. 110.; tab. nostr. p. 103., comment. p. 73. sub Spiraea), comparationis gratia cum sequente hic adjectum.

?* *ACROTREMA.* Jack., in Mal. Misc. 1. (Hook. bot. misc. 1. p. 81.) Wight et Arn. prodr. fl. Penins. 1. p. 6. (in Dilleniaceis, quarum tab. cfr. supra p. 2., comment. p. 5.) — Genus a Saxifrageis, quibus habitu simile, recedens antherarum dehiscentia, staminum numero et insertione (an vere hypogyna?), — a Dilleniaceis omnibus habitu penitus abhorret.

12. *CHRYSOSPLENIUM.* Tourn., L. — DC. p. 48. Ledeb. fl. Alt. 2. p. 14. (n. sp. 2). Cham. in Linnaea 6. p. 557. (n. sp. 2). Hook. fl. Bor. Am. 1. p. 241.

*13. *ORESITROPHE.* Bunge. (1831.) enum. pl. Chinae bor. p. 31. Sp. 1: O. rupifraga. — Affinis dicitur *Astilbe*, sed habitu diversissima.

14. *ASTILBE.* Hamilt. — DC. p. 51.

Tribus II.

Hydrangeaceae. (Bartl.) Nob. — Mart., consp. p. 63. ord. n. 307. — *Hydrangeae*, DC. p. 13. — Tribus jam stipularum defectu Saxifrageis affinior quam Cunoniaceis, quibus minus feliciter adjecta fuit a cl. Bartling, ord. nat. p. 313.

15. (1.) *HYDRANGEA.* L. — DC. p. 13. et 666. (excl. sp. n. 3ª. p. 366. v. Cornidia). — *Hortensia*, Juss. — *Primula*, Lour. (non L.)

16. (2.) *CORNIDIA.* Ruiz et Pav. (1794.) fl. Per. prodr. — Hook. et Arn., in bot. misc. 3. p. 344. (n. sp. 1.) — *Sarcostylis*, C. B. Presl (1830.) in DC. prodr. 4. p. 15. et in Reliq. Haenk. 2. p. 53. t. 60. — Hydrangea scandens, Poepp. ? DC. p. 666. n. 3ª. (non p. 15. n. 16.)

17. (3.) *CYANITIS.* Reinw. — DC. p. 16.

18. (4.) *ADAMIA.* Wallich. — DC. p. 16. Bot. mag. t. 3046. — A cel. Wallich Araliaceis adscripta.

19. (5.) *BROUSSAISIA.* Gaudich., in Freycin. voy. p. 479. t. 69. — DC. p. 17. Hook. et Arn., Bot. Beechey

p. 84. — Genus petiolo substipulato (fide Hook. et Arn. l. c.) ad Cunoniaceas quodammodo accedens.

Tribus III.

Escallonieae *(R. Br.)* DC. prodr. 4. p. 2. — Bartl. p. 425. Lindl. ed. 1. p. 53. Mart. consp. p. 47. ordo 222. *Escalloniaceae*, Lindl. ed. 2. p. 27.

20. (1.) *FORGESIA. Commerson.* — DC. p. 5. — *Defforgia*, Lam.

21. (2.) *ITEA. L.* — DC. p. 6. (excl.? sp. n. 2—5; n. 3. est Kurrimiae? sp. Wall., cfr. supra tab. Celastrinearum p. 67., comment. p. 48.) Hook. et Arn., Bot. Beechey p. 189. t. 39. (n. sp. 1). — *Diconangia*, Mitch. — ? *Cedrela*, Lour. (non L.)

22. (3.) *ANOPTERUS. Labill.* — DC. p. 6.

23. (4.) *QUINTINIA. Alph. DC.*, Monogr. Campan., 1830. — DC. p. 5. Endl., Atakta t. 10.

24. (5.) *ESCALLONIA. Mutis.* — DC. p. 2. et 665. Link et Otto, ic. pl. rar. p. 45. t. 23. Sweet, Brit. fl. Gard. (1835.) t. 310. Bot. reg. t. 1900. Hook. et Arn., bot. misc. 3. p. 343. Presl, in Rel. Haenk. 2. p. 47. t. 57—59. (n. sp. 5). St. Hil. fl. Bras. 3. p. 85. t. 181. (Char. emend. et n. sp. 6.) *Ej.* obs. crit. in Archives de bot. 2. p. 225. Poepp. et Endl., nov. gen. et sp. 1. p. 8. (Char. ref.) Hooker, ic. pl. t. 114. (n. sp. 1). — *Stereoxylon*, Ruiz et Pav.

?* *CYRILLA. Gard., L.* — Genus dubiae sedis, a diversis auctoribus *Ericaceis*, *Saxifrageis* (cfr. Rchb. consp. n. 4214. Bartl. ord. p. 313.) *Celastrineisque* adsociatum, quarum tab. cfr. supra p. 68., comment. p. 49.

Tribus IV.

Bauereae, DC. p. 13. — *Baueraceae*, Lindl. ed. 1. p. 50; ed. 2. p. 61. Mart. consp. p. 48. ordo 226. — *Cunoniacearum* genus, D. Don. in edinb. new. phil. journ. 1830. p. 95. (n. sp. 1).

25. *BAUERA. Kenn.* — DC. p. 13. Rchb. hort. s. ic. exot. 1. p. 55. t. 77. — Stamina B. mycrophyllae a cl. Rchb. l. c. dicuntur definita sc. 6—8.

***Tribus V.**

Geissoideae. *Endl.*, in R. Brown verm. Schr. 5. p. 351. adnot., et in Annal. des Wiener Mus. 1. p. 180. — *Cunoniacearum* genus D. Don, in Edinb. new. phil. journ. 1830. p. 84.

*26. *GEISSOIS. Labill.* (1825.) Nov. Caledon. t. 50. Sp. 1: G. racemosa, Lab. — Spreng., syst. 4. cur. post. p. 158. et 177. *Ej.* gen. pl., n. 1868. — Genus a cl. Lindley (ed. 2. p. 81.) cum? Aceraceis adjectum.

Tribus VI.

Cunoniaceae. *R. Br.*, gen. rem. p. 548. (verm. Schr., ed. Nees 1. p. 40). D. Don, in Edinb. new. phil. journ. 1830. p. 84. (cfr. Endl. in R. Br., verm. Schr. 5. p. 350. in nota). Bartl. p. 312. (excl. Hydrangeis). Lindl. ed. 1. p. 50.; ed. 2. p. 161. Mart. consp. p. 48. ordo 223. — *Cunonieae*, DC. p. 7.

27. (1.) *WEINMANNIA. L.* — DC. p. 8. (excl. sp. n. 2. 8. v. Leiospermum; n. 12. v. Platylophus et p. 665. n. 2. a. W. Chilensis, v. Caldcluvia.) — Don, l. c. p. 85. (n. sp. 8). Cambess. in St. Hil. fl. Bras. 2. p. 201. (Char. emend.) Presl, in Reliq. Haenk. 2. p. 50. (n. sp. 4).

*28. (2.) *LEIOSPERMUM. D. Don.* (1830.) l. c. p. 91. (Weinmanniae sp. n. 2. et 8. DC.)

29. (3.) *CALDCLUVIA. D. Don.* (April 1830.) l. c. p. 92. Sp. 1: C. paniculata. — *Dieterica*, Seringe in DC. prodr. 4. p. 8. et Weinmannia Chilensis ib. p. 605. Cfr. Presl, in Reliq. Haenk. 2. p. 50. n. 1.

30. (4.) *ARNOLDIA. Blume.* — DC. p. 12.

*31. (5.) *PTEROPHYLLA. D. Don.* (1830.) l. c. p. 93. Sp. 1: P. fraxinea. — An satis distincta ab Arnoldia?, quam cl. Don omnino praetermisit. — Genus non satis notum.

32. (6.) *CUNONIA. L.* — DC. p. 12. Don. l. c. p. 92. Ecklon et Zeyh., enum. pl. Afr. austr. p. 330. — *Osterdykia*, Burm.

*33. (7.) *CALYCOMIS. R. Brown*, gen. rem. p. 17. — Don. l. c. p. 93. Sp. 1: C. verticillata.

*34. (8.) *PLATYLOPHUS. D. Don.* (1830.) l. c. p. 92. — Weinmanniae sp. L., DC. p. 9. n. 12.; Eckl. et Zeyh. l. c. p. 330.

*35. (9.) *SCHIZOMERIA. D. Don.* (1830.) l. c. p. 94. Sp. 1: S. ovata. (Ceratopetalum ovat., Caley Mss.) Fructus non satis notus.

36. (10.) *CERATOPETALUM. Sm.* — DC. p. 12. Don, l. c. p. 94. (n. sp. 2 apetalae simplicifoliae, sectionem „*Meridema*" Don constituentes, forte potius in genus proprium separandae?)

37. (11.) *CODIA. Forst.* — DC. p. 7. (excl. synon. Labill., v. Callicoma). Don, l. c. p. 95. (excl. syn. Labill.)

*38. (12.) *HOTEIA. Morren et Decaisne* (1834.) in Ann. des sc. nat., 2e sér. 2. p. 316. t. 11. Sp. 1: *H. Japonica.* — Genus includens *Tiarellam biternatam*, Vent. (DC. p. 51. n. 6.) et accedens ad Astilben, fide auctt.; propter stipulas manifestas Cunoniaceis adscribendum nobis videtur, etsi seminibus adscendentibus ab iisdem recedat.

39. (13.) *BELANGERA. Cambess.* DC. p. 11. Camb. in St. Hil. fl. Bras. 2. p. 203. t. 115—117. Martius, herb. flor. Brasil. (in flora 1837. II.) p. 95. n. 93. (n. sp. 1). *Polystemon*, D. Don, l. c. p. 95. et 96. nota.

40. (14.) *CALLICOMA. Andr.* — DC. p. 7. (excl. synon. Calycomis). Don, l. c. p. 93. (n. sp. 1). — Huc praeterea a cl. Don, l. c. refertur *Codia montana*, Labill. sert. Caled. p. 45. t. 46. (non Forst.)

?*41. (15.) *GUMILLAEA. Ruiz et Pav.* (1800.) fl. Peruv. 3. p. 23. t. 245. f. a.; Prodr. p. 7. Poir., encycl. méthod., suppl. 2. p. 863. Roem. et Schult. syst. 6. p. XXVI. et 297. Spreng. gen. pl. n. 1192. — Genus dubiae sedis, a cl. Lindley (ed. 2. p. 162.) cum? huc relatum, in characteres ordinis haud ita male quadrans.

?*42. (16.) *OCHRANTHE. Lindl.* (1835.) in bot. reg. t. 1819: Sp. 1: O. arguta. (Ann. des sc. nat., 2 sér. 6. p. 171). — Genus affinitatis ambiguae, a *Cunoniaceis* recedens staminibus hypogynis, placentis centralibus;

a cl. auctore, l. c., *Hypericineis anomalis* adscriptum, deinde (nat. syst. ed. 2. p. 78.) in Hypericinearum subordinem (*Ochranthaceae*) sejunctum. A Hypericineis vero abhorret staminibus definitis, carpellis subliberis, et foliis stipulatis serratis.

?* *ADENILEMA*. Blume. (1826.) Bijdr. 17. p. 1120. — Genus observante cl. auctore habitu *Rosaceis* affine (cfr. supra tab. nostr. p. 103., comm. p. 73.), sed propter semina albuminosa potius *Cunoniaceis* accensendum, ideoque comparationis causa hisce adnexum.

C. UMBELLIFERAE. *Juss.*

DC. prodr. IV. p. 55. Bartl. p. 234. Lindl. ed. 1. p. 4.; ed. 2. p. 21. Mart. consp. p. 45. ordo 214. Rchb. Handb. des Pflanzensyst. 1837. p. 217. — *Umbellatae*, Tourn., Linn., etc. — *Sciadophytum*, Neck. — *Apiaceae*, Lindl. — Cfr. obs. generales in ordinem, in Royle ill. bot. Himalay. p. 227. et 232. — Qui Umbelliferarum divisionem secundum ill. *Koch* et *De Candolle* in tab. nostr. expositam nimis subtilem, artificialem aut fallacem credunt, aliam invenient, albuminis formam negligentem, quam cl. *J. F. Tausch* elaboravit atque tabula diagnostica auxit in tractatulo: System der Doldengewächse, in Regensb. bot. Zeit. 1834. I. n. 22. et 23. p. 337—357. (Annal. des sc. nat. 2e sér. 4. p. 41.) Dijudicare non audemus, quousque haec recentior ordinis dispositio antiquiori praeferenda sit. — Genera non satis nota, nec tuto ad tribum quandam referenda, hic praemittere liceat sequentia:

**COGSWELLIA*. Spreng. (1820.) in Roem. et Schult., Syst. VI. p. XLVIII. (*Lomatium*, Rafin. in Journ. de Phys. 89. p. 101. et in Seringe bull. de bot. 1. p. 216.) „Flor. polygami, ♂, involucellati, involucro generali nullo, ☿: Calyx integer, germine compresso. Pet. flexa, tenuia. Sem. (mericarpia) plana, elliptica, integerrima, vix striata, ala membranacea marginata.“ Spr. l. c. (Sem. dorso laevia, ex Raf. apud Ser. l. c.) — Sp. 1: *C. villosa*, Spr. l. c. p. 588. — Missouri, Amer. bor.

**ADORIUM*. Rafin. (1830.) apud Seringe l. c. p. 217: Involucr. 0. Flor. ☿. Calyx 5-dentat. Pet. obcordata. Sem. (mericarp.) ovata, gibbosa, angulata, glabra. — Sp. 1: *A. crassifolium*. Amer. bor.

**OREOXIS*. Rafin., ibid. p. 217: Involucr. 0, involucell. 3-6-phyllum, foliolis linearibus. Fl. polygami. Calyx 5-dentat., dent. subulatis. Pet. lutea, inaequalia, acuta, apice incurvo. Stamina divaricata. Styli divaricati. Sem. ovata, dorso 3-costata. — Sp. 1: *O. humilis*. (Anonymus n. 179. Torrey pl. Missouri 1827. ex Raf. l. c.)

Subordo I.

ORTHOSPERMAE, Koch. DC. p. 58. — *Platyspermae*, Rchb., Handb. des Pfl. Syst. p. 219.

Tribus I.

Hydrocotyleae, Spreng., Koch. DC. p. 58.

1? *CRANTZIA*. Nutt. — DC. 70. — An potius ad Ammineas releganda?

2. *DIMETOPIA*. *DC*. p. 71. Bentham, in v. Hügel enum. pl. Nov. Holl. p. 54. (n. sp. 1).

3. *BOWLESIA*. Ruiz et Pav. — DC. p. 75. Link et Otto ic. pl. rar. p. 7. t. 4. Hook. et Arn. bot. Beechey p. 25.

4. *FRAGOSA*. Ruiz et Pav. — DC. p. 76. (excl. sp. n. 6. v. Mulinum).

5. *AZORELLA*. Gaudich. (non Labill., nec Rich.) — DC. p. 77.

6. *PECTOPHYTUM*. *H. B. K.* — DC. p. 78.

7. *HYDROCOTYLE*. Tourn. (L.) — DC. p. 59. et 667. Cham. et Schl., in Linnaea 5. p. 208 (n. sp. 1), ib. 8. p. 328. seq. (n. sp. 1). Link et Otto ic. pl. rar. p. 41. t. 21. Hook. fl. Bor. Am. 1. p. 257. Wight et Arnott, prodr. fl. Penins. 1. p. 366. (n. sp. 1). Ecklon et Zeyh., en. pl. Afr. austr. p. 330. (n. sp. 13). Benth. apud v. Hügel l. c. p. 53. (n. sp. 2). Cesati, in Linnaea 11. p. 313. (n. sp. 1.) — *Centella*, L. — *Solandra*, L. (non alior). — *Chondrocarpus* Nutt. — *Glyceria*, Nutt. (non R. Br.)

8. *ERIGENIA*. Nutt. — DC. p. 71.

9. *DIDISCUS*. *DC*. p. 72. Bot. mag. t. 2875. Benth. ap. v. Hügel l. c. p. 54. (n. sp. 1). — *Lampra*, Lindl. — *Hügelia*, Rchb. (non Benth.)

10. *TRACHYMENE*. Rudge. — DC. p. 72. Bot. mag. t. 3334. Benth. l. c. p. 54. (n. sp. 4). *Azorella*, Labill., Rich. (non Lam., nec Gaudich.) — *Fischera*, Lag. (non DC.) — *Catepha*, Leschen. Mss. — ?*Siebera*, Rchb.

11. *ASTROTRICHA*. *DC*. p. 74. Benth. l. c. p. 54. in nota (n. sp. 4).

12. *XANTHOSIA*. Rudge. — DC. p. 74. — Genus a cl. Rchb. (consp. n. 4421) Cliffortieis adjectum. — *Cruciella*, Leschen. mss. — Forsan plus quam subgenera sunt:

  a. *XANTHOSIA*. Hook.

  b. *LEUCOLAENA*. (R. Br.) Hook. ic. plant., t. 45. (n. sp. 1). Bot. mag. t. 3582. Benth. ap. v. Hügel, l. c. p. 55. (n. sp. 4).

13. *MICROPLEURA*. Lag. — DC. p. 71.

Tribus II.

Mulineae. *DC*. p. 78.

14. (1.) *DRUSA*. *DC*. p. 80.

15. (2.) *MULINUM*. (Pers.) Hook., bot. misc. 1. p. 327. t. 64. (Char. ref. et n. sp. 2). DC. p. 79. (excl. sp. n. 5. v. Laretia et n. 8. v. Asteriscium). Hook et Arn. bot. Beech., p. 26. — Cum *M. spinoso*, Pers. (DC. n. 1.) a cl. Hook. l. c. identica dicitur *Fragosa spinosa*, R. et P. (DC. p. 76. n. 6.)

16. (3.) *ASTERISCIUM*. Cham. et Schlechtdl. — DC. p. 82. Hook., bot. misc. 1. p. 331. t. 67. (n. sp. 1). Hook. et Arn., bot. Beech. p. 26. — Hujus loci ex cel. Hooker, l. c., est Mulini sp. n. 8. DC. p. 80. — *Cassidocarpus*, Presl Mss.

*17. (4.) *LARETIA. Gill. Mss.* — Hooker (1830.) bot. misc. 1. p. 329. t. 65. Sp. 1: L. acaulis. (Mulini sp. Pers., DC. p. 80. n. 5.)
18. (5.) *BOLAX. Commers.* — DC. p. 78.
19. (6.) *POZOA. Lag.* — DC. p. 82. Hook., bot. misc. 1. p. 330. t. 66. (Char. reform.)
20. (7.) *SPANANTHE. Jacq.* — DC. p. 81.
21. (8.) *HUANACA. Cav.* — DC. p. 80.
*22. (9.) *HOMALOCARPUS. Hook. et Arn.* (1833.) in bot. misc. 3. p. 348. Sp. 1: H. bowlesioides. — Spananthi proxime affinis.
23. (10.) *DIPOSIS. DC.* p. 81. et 668.

Tribus III.

Saniculeae, Koch. DC. p. 82.

*?24. (1.) *HOHENACKERIA. Fisch. et C. A. Meyer.* — Sp. 1: H. bupleurifolia, F. et M. (Fedia acaulis, M. Bieb., suppl., Roem. et Schult. syst. 1. p. 366. n. 22. et Mant. ad Vol. 1. p. 269. Valerianella exscapa, Stev., DC. prodr. IV. p. 625. n. 3.) — Genus nonnisi ex obs. cl. Cesati (in Linnaea, 11. p. 323. t. 7. fig. 1 — 6.) nobis cognitum. Characteres (valde mancos) ex cl. Cesati, l. c., et ex speciei descriptionibus desumsimus. — Semina albuminosa genus ex Valerianeis excludunt. Fructus omnino Umbelliferarum typum refert. Dentium calycinorum staminumque numerus iterum recognoscendus. Vittae ex cl. Cesati nullae adsunt; in commissura tamen (fide fig. 5. l. c.) binae, strias nigras referentes, adesse videntur. — Genus cl^{mo}. Bessero *Ammineis* adscribendum aut forsan in propriam tribum erigendum videtur, ex cl. Cesati l. c.; propter inflorescentiam anomalam autem potius *Saniculeis* adnumerandum cum cl. Reichenbach (Handb. des Pfl. Syst. p. 221.) credimus.
25. (2.) *HORSFIELDIA. Blume.* (non Willd.) — DC. p. 87. — *Schubertia*, Blume, olim. (non alior).
*26. (3.) *KLOTZSCHIA. Chamisso* (1833.) in Linnaea 8. n. 327. Sp. 1: K. Brasiliensis. — Endl., Atakta p. 21. t. 19.
27. (4.) *SANICULA. Tourn., L.* — DC. p. 84. Cham. et Schl. in Linnaea 8. p. 331. Hook. fl. Bor. Am. 1. p. 257. t. 90. (n. sp. 2). Hook. et Arn. bot. Beech. p. 26. et 142. (n. sp. 1). Wight et Arn. l. c. p. 367.
28. (5.) *HACQUETIA. Neck.* — DC. p. 85. — *Dondia*, Spr. — *Dondisia*, Rchb.
29. (6.) *ASTRANTIA. Tourn.* (L.) — DC. p. 86.
30. (7.) *ALEPIDEA. Laroche.* — DC. p. 87. Ecklon et Zeyh. l. c. p. 339. (n. sp. 2).
31. (8.) *ERYNGIUM. Tourn., L.* — DC. p. 87. Cham. et Schl. in Linnaea 5. p. 206. (n. sp. 2), ib. 8. p. 323. (n. sp. 1), ib. 9. p. 607. Hook. fl. Bor. Am. 1. p. 259. (n. sp. 1). Royle, ill. bot. Himal. p. 232. Benth. ap. v. Hügel, l. c. p. 56. — *Lessonia*, Bertero in ann. des sc. nat. 21. p. 348. (non Bory St. Vinc.); nonnisi Eryngii sectionem v. subgenus constituere meretur, ex Hook. et Arn. in bot. Misc. 3. p. 351. seq. (n. sp. 1).
*32. (9.) *STREBANTHUS. Rafin.* (1830.) in Seringe bull. de bot. 1. p. 218. Sp. 1: S. auriculatus. — Genus Eryngio affine, ex auct.
33. (10.) *ACTINOTUS. Labill.* — DC. p. 83. Benth., ap. v. Hügel. l. c. p. 56. (n. sp. 1). — *Eriocalia*, Sm. — *Proustia*, Lag. (non DC.) — *Holotome*, Benth. l. c.
34. (11.) *ACTINANTHUS. Ehrenberg.* — DC. p. 668.
35. (12.) *PETAGNIA. Guss.* (non alior.) — DC. p. 83. — *Heterosciadium*, DC. Mss.

Tribus IV.

Ammineae, Koch, DC. p. 98.

**OXYPOLIS. Rafin.* (1830.) apud Seringe, l. c. p. 217: Calyx integer. Pet. acuminata, alba. Antherae adnatae. Semina (mericarpia) compressa, dorso 3-costata, margine bialato. — Genus ex auct. *Sio* affine, a cl. Lindley Ammineis adscriptum, sed vix servandum; species enim ab auctore citatae vix congeneres sunt; apud cel. DC. saltem omnes subdiversis generibus militant, sc. *O. triquin, Raf.* (= „Angelica triquin, Ell.“ — an A. triquinata?) sub Angelica; *O. rigida* et *tricuspidata* (Sii sp. L. et Ell.) sub Archemora; et *O. Caroliniana* (Oenanthe filiformis, Walt.) sub Tiedemannia, quae genera cfr. infra.
*36. (1.) *ORYMARIA. Rafin.* (1830.) ap. Ser. l. c. p. 218. Sp. 1: O. filiformis. — Aff. Bupleuro, ex auct.
37. (2.) *BUPLEURUM. Tourn., L.* — DC. p. 127. Ledeb. fl. Alt. 1. p. 347. Presl, repert. 1. p. 339. Hook. fl. Bor. Am. 1. p. 263. Wight et Arn. l. c. p. 369. (n. sp. 4). Ecklon et Zeyh., l. c. p. 342. Cesati, in Linnaea 11. p. 314. (n. sp. 1). — *Obs.* Species nonnullae campylospermae dicuntur a cl. Tausch, l. c. p. 338. — *Diaphyllum, Isophyllum, Odontites.* Hoffm. — *Tenoria, Buprestis*, Spreng. — *Trachypleurum*, Rchb. — *Agostana*, Salisb. in Gray natural arrang. 2. p. 526.
38. (3.) *HETEROMORPHA. Cham. et Schl.* — DC. p. 134. Ecklon et Zeyh. l. c. p. 342. (n. sp. 2).
?*PENTACRYPTA. Lehm.* — DC. p. 100. — Genus secundum ill. DC. forsan a *Zizia* non satis distinctum, secundum cl. Lehmann vero (Pl. nov. horti Hamburg. 1829. p. 380. sq. t. 5. f. 2. Char. ref. — Linnaea 5. p. 380.) *Arracachae* proximum (cfr. infra in tab. Smyrnearum).
39. (4.) *DISCOPLEURA. DC.* p. 106. — *Ptilimnium*, Rafin. (1830.) ap. Seringe l. c. 1. p. 217. (n. sp. 1).
40. (5.) *SCHULTZIA. Spr.* — DC. p. 112.
41. (6.) *APIUM. (L.) Hoffm.* — DC. p. 100. Wight et Arn. l. c. p. 367.
42. (7.) *HELOSCIADIUM. Koch.* — DC. p. 104. Hook. et Arn. bot. Beech. p. 142. (n. sp. 1 dubia). Wight et Arn. l. c. p. 367. — *Mauchartia*, Neck. — *Cyclospermum*, Lag. — *Trachysciadium*, DC., Eckl. et Zeyh., l. c. p. 341. (n. sp. 1).
43. (8.) *AEGOPODIUM. L.* — DC. p. 114. et 669. Ledeb. fl. Alt. 1. p. 353. — *Podagraria*, Riv. — Obs. Fructus apud cl. Koch, DC., Spenner, Rchb., et in descriptione Aeg. alpestris, Ledeb. l. c., dicuntur

evittati, in charactere generico contra apud Ledeb. l. c. (vix non ex lapsu calami aut typographi?) valleculis 1-vittatis praediti.

44. (9.) *WYDLERIA. DC.* p. 103.

45. (10.) *LEPTOCAULIS. Nutt.* — DC. p. 107. — *Spermolepis*, Rafin. (1830.) apud Ser. l. c. p. 217; genus a cl. Lindley Seselineis adjectum.

46. (11.) *CARUM. (L.) Koch.* — DC. p. 114. Hook. fl. Bor. Am. 1. p. 261. Lindl., in Royle ill. bot. Himal. p. 232. (n. sp. 1). — *Careum* et *Bulbocastanum*, Adans.

47. (12.) *PETROSELINUM. Hoffm.* — DC. p. 102.

48. (13.) *ZIZIA. Koch.* — DC. p. 99. Hook. fl. Bor. Am. 1. p. 260.

49. (14.) *TRINIA. Hoffm.* — DC. p. 103. Eckl. et Zeyh. l. c. p. 340. (n. sp. 2). — Huc a cl. Ledebour. (fl. Alt. 1. p. 356.) refertur *Rumiae* sp. Hoffm., DC. p. 98. n. 3. — *Apinella*, Neck. — *Spielmannia*, Cuss. mss. (non Med.)

50. (15.) *SISON (L.) Lag.* — DC. p. 110. (excl. sp. n. 2. v. Ormosolenia in Peucedaneis).

51. (16.) *AMMI. Tourn., L.* — DC. p. 112.

52. (17.) *PTYCHOTIS. Koch.* — DC. p. 107. (excl.? sp. n. 6. v. Pimpinella). Wight et Arn. l. c. p. 368. — *Ammoides*, Adans. — *Bunium*, Lag. (nec alior.). — *Trachyspermum*, Link. (non Eckl. et Z.)

53. (18.) *FALCARIA. Riv.* — DC. p. 109. — *Drepanophyllum*, (Hoffm.) Koch. (non Hook.) *Critamus*, Bess.; Flor. Alt. 1. p. 356. — *Prionitis*, Delarb.

54. (19.) *CICUTA. L.* (non Gaertn.) DC. p. 99. Hook. fl. Bor. Am. 1. p. 259. — *Cicutaria*, Tourn.

*55. (20.) *HLADNICKIA. Rchb.* (1830.) ic. pl. crit. IX. p. 9. t. 825; fl. Germ. excurs. p. 476. (non Koch). Sp. 1: H. pastinacaefolia.

56. (21.) *RUMIA. Hoffm.* (non Link.) DC. p. 98. (excl. sp. 3?, cfr. Trinia; n. 4. v. Stenocoelium in Pachypleureis).

*(?22.) *ENDRESSIA. Gay.* (1832.) in Ann. des sc. nat. 26. p. 220. Sp. 1: E. Pyrenaica (Mei sp. Gay, DC. p. 162. n. 3). — Genus quoad generalem fructus formam Ammineis adsociandum, inter quas tamen, excepto Caro vix ulli generi affine; quoad reliquos characteres vero potius Seselineis, praecipue Cnidio approximandum, ubi igitur comparationis causa iterum exponetur.

*57. (23.) *CHAMAESCIADIUM. C. A. Meyer.* (1831.) Verzeichn. d. Pfl. v. Caucas. etc. p. 122. — Sp. 1: Ch. flavescens. (Bunii sp., M. B., DC. p. 116. n. 4).

58. (24.) *BUNIUM. (L.) Koch.* — DC. p. 115. (excl. sp. n. 4. v. Chamaesciadium). Cesati, in Linnaea 11. p. 314. et 323. (n. sp. 2). — *Conopodium*, Koch (excl. sect. 2.) — *? Trachyspermum*. Don, Eckl. et Zeyh. l. c. p. 341. (non Link.)

59. (25.) *SIUM. (L.) Koch.* — DC. p. 124. (excl. sect. II. v. gen. seq.) Ledeb. fl. Alt. 1. p. 351. Hook. fl. Bor. Am. 1. p. 622. — *Sisarum*, Adans., Tausch.

60. (26.) *BERULA. Koch.* (Deutschl. Fl. 2. p. 455; synops. fl. germ. p. 287.) Tausch. l. c. p. 355. *Sii* sect. II. DC. p. 125.

61. (27.) *CRYPTOTAENIA. DC.* p. 119. Hook. fl. Bor. Am. 1. p. 261. — *Conopodii* sect. II. Koch. — *Cyrtospermum*, Raf. Mss. — ? *Alacospermum*, Neck.

62. (28.) *PIMPINELLA. L. (Koch.)* — DC. p. 119. (excl. sp. n. 17. v. Heracleum in Peucedaneis). Wight et Arn. l. c. p. 368. (n. sp. 1). Cesati, in Linnaea 11. p. 314. — Huc forsan quoque referenda est *Ptychotis Roxburghiana*, DC. p. 109. n. 6., fide W. et Arn. l. c. sub n. 1138. — *Tragoselinum*, Tourn. — *Tragium*, Spr. — *Anisum*, Adans., Eckl. et Zeyh. l. c. p. 341. (n. sp. 2).

Tribus V.

Seselineae. *Koch.* DC. p. 135.

63. (1.) *OTTOA. H. B. K.* — DC. p. 136.

64. (2.) *LICHTENSTEINIA. Cham. et Schl.* (non Willd., nec Wendl.) — DC. p. 135. Cfr. Cham. et Schl. in Linnaea 8. p. 331. Ecklon et Zeyh., l. c. p. 343. (n. sp. 3).

65. (3.) *CRITHMUM. Tourn. L.* — DC. p. 164.

66. (4.) *NEOGAYA. Nob.* (Decbr. 1837.) — *Gaya*, Gaud., DC. p. 163. Koch, synops. fl. Germ. p. 299. (non Kunth.) — *Pachypleurum*, Rchb. fl. excurs. p. 471. (non Ledeb.) — ? *Arpitium*, Neck. — Quum antiquior *Gaya*, a cl. Kunth. condita, a recentioribus restituta sit (v. supra Malvacearum tab. p. 27., comm. p. 24.), Gaudiniani generis nomen mutare coacti sumus, et quum *Arpitium*, Neck. synonymon *dubium* sit, genus *Neogayam* dicere proponimus, quo nomine simul synonymon absque confusionis periculo includitur. — *Obs.* Vittae valleculares a cl. Koch. (Deutschl. Flora 2. p. 398. n. 880.) dicuntur tenerrimae, obsoletae, pallidae; apud cel. DC. vero ut etiam a cl. Rchb., l. c., et Koch (synops. l. c.) fructus traditur evittatus; apud cl. Tausch contra (l. c. p. 345. in nota) in eadem specie (sc. Neogaya simplici, nob., s. Gaya simpl. auct.) valleculae describuntur 1-vittatae et commissura 4-vittata.

67. (5.) *CYMBOCARPUM (DC.) C. A. Meyer.* (1831.) Verz. d. Pfl. v. Caucas. etc. p. 132. Sp. 1: C. anethoides. (Anethi? sp. n. 4. DC. p. 186). — An genus potius Campylospermum et tunc Smyrneis adnumerandum?

68. (6.) *ANNESORHIZA, Cham. et Schl.* — DC. p. 139. Ecklon et Zeyh. l. c. p. 344. (n. sp. 5). — Hujus loci esse videtur *Oenanthe interrupta*, Thunb., ut jam suspicabatur Sprengel, cfr. DC. p. 139. n. 20. et Eckl. et Zeyh., l. c., n. 2214.

69. (7.) *OENANTHE. (L.) Lam.* — DC. p. 136. (excl.? sp. n. 20. v. Annesorhiza.) Ledeb. fl. Alt. 4. p. 334. Eckl. et Zeyh. l. c. p. 346. — *Phellandrium*, L.

70. (8.) *DASYLOMA. DC.* p. 140. Lindl. in Royle ill. bot. Himal. p. 332. (n. sp. 1).

71. (9.) *SCLEROSCIADIUM.* Koch. — DC. p. 140.
72. (10.) *CYNOSCIADIUM.* DC. p. 140.
*73. (11.) *PETROCARVI.* Tausch. (1834.) in Flora I. p. 355. (Ann. des sc. nat. 1835. p. 47.) Sp. 1: P. Cretense (Athamantae sp. n. 4. DC. p. 155.) — Genus propter semen antice sulco excavatum proprie ad Campylospermas (Smyrneas) referendum, ex cl. Tausch, l. c., a quo Ammineis suis adscribitur.
74. (12.) *LIBANOTIS.* Crantz. — DC. p. 149. Fisch. et Mey., ind. sem. h. Petropol. 1835. (Ann. des sc. nat., 2e sér. 4. p. 342. n. sp. 1). Cfr. Cesati, in Linnaea 11. p. 316.
75. (13.) *WALLROTHIA.* Spr. — DC. p. 162. — Valleculas (apud DC. l. c. cum ? 00-vitt. dictas) 1-vittatas esse, demonstravit cl. Gay in Ann. des sc. nat. 26. (1832.) p. 221. in nota.
76. (14.) *SESELI.* L. — DC. p. 144. (excl. ? sp. n. 26. v. Conium in Smyrneis). Ledeb., fl. Alt. 1. p. 233. (n. sp. 6). Hook. fl. Bor. Am. 1. p. 263. t. 93. 94. (n. sp. 1). Wight et Arn. l. c. p. 371. (n. sp. 1). Cesati, in Linnaea 11. p. 316. (n. sp. 1). — *Hippomarathrum*, Riv. (non Link.)
*77. (15.) *TURBITH.* Tausch. (1834.) l. c. p. 343. (Ann. d. sc. nat. 1835. p. 46.) Sp. 1: T. Matthioli. (Athamantae sp. n. 5. DC. p. 155.)
78. (16.) *THASPIUM.* Nutt. — DC. p. 153. Hook. fl. Bor. Am. 1. p. 265.
*79. (17.) *TRACHYDIUM.* Lindl. (1835.) in Royle ill. bot. Himalay., p. 232. Sp. 1: T. Roylei. Genus proximum Athamantae et Ligustico, ex auct.
80. (18.) *DEVERRA.* DC. p. 143. Ecklon et Zeyh. l. c. p. 347. — *Pithuranthos*, Viv.
81. (19.) *SORANTHUS.* Ledeb. — DC. p. 669. — Fructus (fide Flor. Altaic. 1. p. 346.) forsan campylospermus et tunc genus *Smyrneis* adsociandum. Affine Oenanthi et Seseli, fortassis immo, si revera orthospermum, cum posteriore conjungendum.
*82. (20.) *ERIOCYCLA.* Lindl. (1835.) ap. Royle, l. c. p. 232. t. 52. f. 2. Sp. 1: E. nuda. — Aff. Sorantho, ex auct.
*83. (21.) *HYMENIDIUM.* Lindl. (1835.) ap. Royle, l. c. p. 233. 2 sp., quarum altera dubia, altera = Hymenolaena Brunonis, DC. p. 245. n. 6. — Genus a Cnidio vix satis distinctum, fide Lindl. l. c. in obs. ad Hymenolaenam.
84. (22.) *CENOLOPHIUM.* Koch, DC. p. 151. — Cfr. infra Silaus.
85. (23.) *CNIDIUM.* Cuss. — DC. p. 152. Ledeb., fl. Alt. 1. p. 329. (excl. sp. n. 2. et 3. v. Aulacospermum in Smyrneis). Hook. fl. Bor. Am. 1. p. 264. Eckl. et Zeyh. l. c. p. 348. Cesati, in Linnaea 11. p. 324. (n. sp. 1).
*86. (24.) *CHAMAREA.* Ecklon et Zeyh. (1837.) enum. pl. Afr. austr. p. 346. n. sp. 1. — Foeniculi sp. n. 5. DC. p. 142.
249. Parochetus, *HAMILT.* — Genus ad *Trifolieas* (v. supra n. 107/1.) referendum.

250. Sweetia, *DC.* (non Spreng.) — v. *Galactia*, n. 123.

251/1. Cleobulia, *MART.* Mss. Benth. in Ann. Wien. Mus. 2. p. 2. p. 131. Endl. gen. 6660. Cal. tubuloso-campanulat., lobo supremo latissimo truncato, infimo sublongiore acuto intus sericeo. Vex. carina longius, reflexo-patens, ecallos., margine utrinque membrana reflexa appendiculat.; alae liberae, carina breviores, anguste semisagittatae; carina valde incurva, late subrostrata. Stam. monadelpha, 10mo ima basi libero, anth. uniform. Disc. brevissime vaginifer. Styl. incurv., glaber apice vix incrassat., stig. magno obliquo basi minute penicillato. Leg.... — (Caet. et hab. *Camptosematis.*) Pubesc. ferrugineo-tomentosa; fl. fascic. sessil. — *Brasil.* — Aff. *Diocleae.*

251/2. Cratylia, *MART.* Mss. Benth. l. c. p. 131. Endl. gen. n. 6661. Cal. lobus super. integer. v. emarginatus. Vex. orbiculat., basi nudum, exappend., alis paulo longius; alae obovatae, liberae, basi auriculis subadhaerentib., carinae subincurvae obtusae subaequilongae. Disc. subnudus. Stig. term. Leg. oblong., plano-compress., crassiusc., suturis vix incrassatis apteris. Sem. compress., umbil. parvo oblongo. — (Caet. et hab. *Cleobuliae.*) Fl. albi v. roseo-violacei. — *Amer. trop.* — Aff. *Diocleae*, sed legumine aptero etc. distincta.

259. Flemingia, *ROXB.* — *Ostryodium*, Desv. journ. 3. p. 119. t. 4. f. 2. — *Lourea*, Jeaume in Bull. soc. philom. Dec. 1812. (haud Neck.) Moghania, Jeaum. in Journ. Bot. 3. p. 61. — *Millingtonia*, Roxb. Mss. (non Fl. Ind.).

261. Rhynchosia, *DC.* — *Pitcheria*, Nutt. in Journ. Ac. Philad. 7. p. 93. Torr. et Gray, Fl. N. Amer. 1. p. 285.

262. Eriosema, *DC.* — *Pyrrhotrichia*, W. et A. (n. 266.).

268. Kennedya, (*VENT.*) *BENTH.* in Hüg. enum. pl. N. Holl. p. 38. (char. reform.) Endl. gen. n. 6641. Cal. 2-lab., labio super. 2-dent., infer. 3-part. Vex. obovato-oblong., alis sub-

aequilong., reflex., basi angustat. 2-appendiculat. Alae carinae ultra medium adhaerent. Carina oblonga, hinc recta, apice parum incurva, acuta, alas aequans v. superans. Stam. 9 et 1, filam. 10mo basi recto inarticulato, anth. uniform. Disci vagina nulla. Styl. elongat., filiform., apice subincurvo attenuato, stig. parvo obtuso. Leg. oblongo-lineare, compress., isthmis cellulosis 00-locell. Sem. strophiolata. — Frut. volub. v. prostrati, fol. 3-foliol., raro 1-foliol., stipellat., pedunc. ax. paucifl., fl. ampl. rubr. v. violac. — *Nov. Holl.*

268/1. Zichya, *HUEGEL* in Bot. Archiv. t. 1.; enum. pl. N. Holl. p. 39. Endl. gen. n. 6642. Vex. late orbiculat., emarginat. Styl. brevis, adscendens, stig. subcapitato saepe dilatato v. breve appendiculato. — (Caet. omnia *Kennedyae.*) Pedunc. apice umbellato-00-flori, fl. coccin. (Kennedyae sp. Vent. Malm. t. 105. Bot. Mag. t. 2664. Bot. Reg. t. 1421. 1526. 1838.)

268/2. Physolobium, *BENTH.* in Hügel Archiv t. 2.; enum. p. 38. Endl. gen. n. 6643. Vex. patens, alas superans. Stig. capitat. Leg. coriaceum, oblong., turgidum, suturis haud incrassatis, septulis demum saepe evanescentib. — (Caet. omn. *Zichyae.*) Pedunc. subdichotomi, fl. paucis coccin. (Kennedyae sp. Bot. Reg. t. 1845.)

268/3. Hardenbergia, *BENTH.* in Hüg. enum. p. 40. Endl. gen. n. 6644. Cal. breve 5-dent., subbilabiat. Styl. brevis, adscend., subulat., stig. capitato subpenicillato. — (Caet. omn. *Zichyae.*) Pedunc. multifl., fl. coerul. v. violac. (Kennedyae sp. Vent. Malm. t. 106. Bot. Mag. t. 2196. Bot. Reg. t. 944. 1862.)

268/4. Leptocyamus, *BENTH.* in Linn. Trans. 18. p. 209. Endl. gen. n. 6645. (*Leptolobium*, Benth. in Ann. Wien. Mus. 2. p. 124., non Vogel). Cal. subbilabiato-5-fid. Carina subrecta, alis brevior. Stam. basi monadelpha, 10mo saepe ultra medium soluto. Styl. incurv., glaber, stig. term. capitato. — (Caet., hab. et patr. *Zichyae.*) Pedunc. superiores racemoso-multifl., infer. 1-4-fl. (Kennedyae sp. Sieb. Labill., N. Caled. t. 70.)

272. Amphodus, *LINDL.* — Genus Clitorieis adsociandum.

275. Scytalis, *E. M.* — V. Vigna, supra n. 240.

277/1. Cyclolobium, *BENTH.* (1837.) in Ann. Wien. Mus. 2. p. 92.; Hook. Journ. 2. p. 63. Endl. gen. n. 6700.; mant. p. 96. Cal. 5-dent., dent. superiorib. paulo latiorib. Vex. orbiculat., emarginat., alas et carinam subaequales vix superans. Stam. 9 et 1. Styl.... Leg. stipitat., orbiculat., membranac., reticulat., plano-compress. indehisc., sutur. convex., vexillari anguste alata. Sem. 2-3 transversa, embr. recto. — (Caet. et hab. *Amerimni.*) — *Brasil.*

277/2. Corytholobium, *BENTH.* l. c. p. 93. Endl. gen. n. 6702. Fl.... Leg. coriac., sublignos., ovoideo-globos., reticulato-venosum, 1-sp., suturis convex., seminifera acuta, carinali in alam semiorbicularem submembranaceam expansa. Sem. subglobos., cotyl. crassis, rad. brevi incurva. — (Habitus *Amerimni.*) Fol. ampla; racemi fasciculati, breves. — *Brasil.*

277. Brya, *P. BR.* — Hedysareis prope *Pictetiam* inserenda.

281. Pterocarpus, *L.* (excl. syn.).

281/1. Moutouchia, (*DC.*) *BENTH.* in Ann. Wien. Mus. 2. p. 94. Endl. gen. n. 6704. (*Moutouchi*, Aubl. Guian. 2. p. 748. t. 299. *Grieselinia*, Neck. elem. n. 1358. — *Pterocarpi* sect. DC. p. 418.) Leg. 1-sp., axi parum incurvo, suturis convex., vexillari breviore aptera, carinali in alam submembranaceam expansa. — (Caet. omn. *Pterocarpi.*) — *Amer. trop.*

281/2. Echinodiscus, (*DC.*) *BENTH.* l. c. p. 95. Endl. gen. n. 6706. (*Weinreichia*, Rchb., consp. n. 4017. — *Pterocarpi* sect. DC. p. 418.) Pet. carinal. dorso connata. Stam. monadelpha, vagina ventricosa hinc fissa. Stig. acutum. Leg. stipitat., setis longis rigidis echinatum, axi subrecto, 2-loc., loc. 1-sp., suturis in alam membranac. ambientem undulatam expansis. — (Caet. *Pterocarpi.*) — *Asia trop.*

281/3. Centrolobium, *BENTH.* l. c. p. 95. Hook. Journ. 2. p. 56. Endl. gen. n. 6707.; mant. p. 97. Cal. lobi 2 super. majores. Stam. vexillare basi liberum. Leg. subsessile, ovat., vix compress., sublignoso-coriac., stylo term. mucronat., echinat., intus fungosum, 1-sp., sutura vexillari nuda, carinali convexa apice in alam longam submembranaceam ipso longiorem producta. — (Caet. *Pterocarpi.*) — *Brasil.* (Nissolia robusta, Fl. Flum. 7. t. 85.).

281/4. Amphymenium, *H.B.K.*, nov. gen. 6. p. 380. Benth. l. c. p. 95. Endl. gen. n. 6708. (*Apalatoa*, Aubl. t. 147. f. 5. 6., caet. excl.) Vex. carinam alasque vix superans. Stam. monadelpha, vagina hinc fissa. Styl. subulat., pubesc., stig. obtuso. Leg. sessile, cordato-oblong. v. subrotund., ala membranac. lata cinctum, 1-sp., axi incurvo v. subrecto, disco tumido. Sem. reniform., radic. inflexa. — (Caet. *Pterocarpi.*) Racemi ax. et term. subsimpl., fl. flavesc. — *Amer. trop.*

282b/1. Phyllocarpus, *RIEDEL* Mss., ex Endl. gen. mant. p. 97. — Genus nondum descriptum, a *Platymiscio* et *Miscolobio* leguminis membranacei sutura vexillari alata distinctum. (Lonchocarpus pterocarpus, DC. prodr. 2. p. 260.).

282b/2. Spatholobus, *HASSKARL* in Flora 1842. 2. Beibl. p. 82. Cal. campanulat., subcolorat., 2-lab., labiis subintegris, super. productiore. Vex. subpatens; carina ultra medium fissa. Stam. 9 et 1. Ovar. 2-ovulat. Styl. compress. Leg. vix stipitat., falciforme, plano-compress., 1-sp., indehisc. Sem. transverse obovatum, radic. minuta vix curvata, cotyl. carnos. peltat. — Frut. scandens,.... — *Java.* — Genus aff. *Platymiscio* et *Endespermo*, ex auct.

282d. Callisemaea, *BENTH.* l. c. p. 105. Endl. gen. 6721. (*Platypodium*, Vogel in Linnaea 11. p. 420.) Cal. herbaceus, laxus, 2-lab., lobis ovat. Vex. amplum, alas superans. Stam. vexillare et carinale fere ad basin usque libera, reliqua in phalanges 2 oppositas connexa. Styl. filiform., glaber., stig. obtuso tenui. Leg. longe stipitat., sublignos., 00-sp., sutura vexillari aptera subincurva, carinali in alam membranac. in stipitem decurrentem producta. — Caet., hab. et patr. *Platymiscii.*

282e. Discolobium, *BENTH.* l. c. p. 105. Endl. gen. n. 6722. Cal. subherbac., labio super. emarginato-bifido, infer. 3-fido. Carina 2-petala. Ovar. breve stipitat., 2-ovulat. Leg. suborbiculato-reniforme, 1- raro 2-sp., sutura vexillari aptera incurva, „versus carinalem in discos horizontales arcte invicem superpositos expansum, quorum intermedius maximus seminifer, infimus et supremus multo minores steriles.“ Sem. strophiola crassiuscula. Caet., hab. et patr. fere *Callisemaeae.* (Leguminis descriptio nobis obscura.)

282f. Phellocarpus, *BENTH.* l. c. p. 106. Endl. gen. n. 6724. Leg. sessile, oblong. v. pyramidat., crassum, suberosum, longit. 5-alatum v. costatum, 1-sp. — Caet. et hab. fere *Callisemaeae.* Stip. nullae? — *Amer. trop.* (Nissoliae et Pterocarpi sp. Fl. Flum. 7. t. 88. 95.).

284/1. Sphinctolobium, *VOGEL* (1837.) in Linnaea 11. p. 417. Endl. gen. n. 6714. Vex. patens, alae carinae rectae adpressae. Ovar. subsessile, compress., pluriovulat. Styl. brevis, stig. subcapitato. Leg. utrinque attenuat., apice subuncinato-apiculat., coriaceo-lignos., valv. adpresso-connatis indehisc., 1-3-sp. — Caet. et hab. *Pongamiae.* — *Brasil.*

284/2. Lonchocarpus, *H.B.K.* (v. supra n. 171. — Genus secundum cl. Bentham (in Hook. Journ. 2. p. 62.) huc transferendum, a *Sphinctolobio* vix nisi legumine membranaceo distinctum.

287/1. Machaerium, *PERS.*, ench. 2. p. 276. Vogel in Linnaea 11. p. 100. Benth. l. c. p. 97. Endl. gen. n. 6710. Cal. truncato-5-4-denticulatus. Carina incurva, obtusa, saepe breve rostrata. Ovar. stipitat. Leg. coriaceum, compress., subexcisum, hinc convex., apice in alam membranac. oblong. v. cultriformem margine exteriore incrassatam legumine longiorem desinens. — Caet., hab. et patria *Drepanocarpi.* (Nissoliae sect. *Gomezium* et *Machaerium*, DC. prodr. 2. p. 257.)

287/2. Ateleia, *MOÇ.* et *SESSE*, Fl. Mex. ined. Benth. in Ann. Wien. Mus. 2. p. 191. Endl. gen. n. 6711. Fl.... Leg. stipitat., membranac., compress., indehisc., sutura vexillari recta anguste alata, carinali convexa aptera. Sem.... Arb., fol. impari-pinn., panic. term. — *Mexico.* (Pterocarpi sect. DC. l. c. p. 419.; mem. leg. t. 57. f. 1.).

287/3. Brachypterum, *BENTH.* l. c. p. 101. Endl. gen. n. 6712. Cal. campanulat., oblique truncatus, antice breve 1-dentat. Vex. basi callosum; alae obtusae, basi ciliatae, carinae aequales. Stam. vexillare basi et supra medium reliquis adnatum. Leg. sessile, lineari-lanceol., 2-3-sp., indehisc., sutura seminifera anguste marginata. Sem.... Frut. scandens, fol. impari-pinn., racemis. — *Ind. or.* (Dalbergiae sect., Wight et Arn., prodr. p. 264. Roxb., Corom. t. 192.).

288. Semeionotis, *SCHOTT.* — *Triptolemea*, Mart. in Flora 1837. 2. Beibl. p. 122. — *Trioptolemea*, Benth. l. c. p. 102. Endl. gen. n. 6718. — *Dalbergiae* sect. B. Vogel in Linnaea 11. p. 196. — *Pterocarpi*, sp. Fl. Flum. 7. t. 96.

289. Ecastaphyllum, *P. BR.* — *Acouroa*, Aubl., Guian. 3. p. 10. et 753. t. 301. — *Drakensteinia*, Neck., elem. n. 1344.

289/1. Geoffroya, *JACQ.* (v. infra n. 315., excl. syn.) — *Umari*, Marcgr.

289/2. Andira, *LAM.* (v. infra n. 316.) — *Lumbricidia*, Fl. Flum. 7. t. 104. 105. — *Aristobulia*, Mart. Mss.

289/3. Euchresta, *BENNETT* in Horsf. pl. Jav. rar. p. 148. t. 31. Endl. gen. n. 6727. Cal. campanulat., basi postice gibbus, 5-dent., dent. 2 super. minorib. Vex. lineare, sessile; alae et pet. carinalia subaequal., vix coalita, longius unguiculata. Stam. 9 et 1. Ovar. 2-ovul. Styl. filiform., stig. acuto. Leg. longe stipitat., ovale, chartaceum, 1-sp., indehisc. Sem. integumentis coalitis a nucleo solutis quasi arillatum. Cotyl. crassae; rad. recta, cotyledonum axi obliqua inclusa. — Frut. fol. impari-pinn., foliol. 1-2-jug., racemo term. simpl., fl. paucis majusc. albis. — *Java.* (Andirae sp. Leschen. in Ann. Mus. 16. p. 481. t. 12.).

289/4. Crepidotropis, *WALPERS* (1840.) in Linnaea 14. p. 296. Endl. gen. p. 1427. n. 672‡. Cal. 2-bract., urceolat., 4-dent., dente super. maximo ovato, infimo lanceolato productiore. Pet. unguiculata, glabra; vex. orbiculat., incumbens; carinalia inferne et apice marginis superioris concreta (crepidam aemulantia) alis auriculatis aequilongis basi adhaerentia, vexillo orbiculato incumbente parum breviora. Stam. monadelpha, vagina superne fissa, anth. uniform. Ovar. stipitat., lanceolat., compress., hirsut., 1-ovulat. Styl. attenuato-filiform., glaber, stig. infundibuliformi. Leg.... Frut. volub., fol. 3-foliol. stipellat., racemis ax. violac. — *Brasil.*

289/5. Dipterix, *SCHREB.* (v. infra n. 318.) — *Coumarouna*, Aubl. Guian. t. 296. — *Baryosma*, Gaertn., fr. 2. p. 73. t. 93.

289/6. Commilobium, *BENTH.* (1837.) in Ann. Wien. Mus. 2. p. 110. Endl. gen. n. 6729. Cal. lobi 2 super. petaloid., infimus acutus. Vex. basi alas apice 2-fidas amplectens; carina subincurva, pet. dorso connatis. Stam. 10, vagina superne fissa. Leg. ovato-subrotund., compress., 1-sp., indehisc., coriac., intus lignos. cellulos., cellulis gummiferis. Sem. strophiola parva. — (Caet. *Dipterigis.*) — Arb. fol. impari-pinn. exstip., foliol. multijugis exstipellat. parv. pellucido-punct., racemis ax. simpl. et term. paniculat., bract. decid. — *Brasil.* (Fabae S. Ignatii Brasil.).

289/7. Pterodon, *VOGEL* (1837.) in Linnaea 11. p. 384. Endl. gen. n. 6730. Cal. cupuliform., lobis 2 super. majorib. alaeform. corollam superantib. suboppositis, infer. 3 minutis. Pet. subsessil., erecta, aequilonga, apice rotundata. Styl. compress., stig. subcapitato. Leg. subplano-compress., suboblong., indehisc., circumcirca membranaceo-alatum, medio 1-sp. et intus sublignos. Sem.... — Arb. fol. alt. impari-pinn. sub-3-jug. pellucido-punct., panic. term. (Caet. *Commilobii.*) — *Brasil.*

289/8. Podiopetalum, *HOCHSTETT.* in Flora 1841. 2. p. 657. Endl. gen. mant. p. 97. Cal. 2-lab., basi supra gibbus, labio super obtusissimo emarginato, infer. 3-lobo, lobis acut. intermedio majore. Pet. unguiculata; vex. stipitat., subrotund., emarginat.; alae paulo breviores; carina bipes, obtusiuscula. Stam. 10 monadelpha, inaequal.; anth. term., rimis apicalib. dehisc. Ovar. longe stipitat., ellipt., compress. hirsut., 1-ovulat. Styl. glaber, adscend., stig. obtuso. Leg.... — Frut. fol. stipulat. impari-pinn. 2-jug. supra lucidis, panic. term., fl. et bract. parv. — *Port Natal.*

292/1. Bracteolaria, *HOCHSTETT.* (1841.) l. c. p. 658. Endl. gen. mant. p. 99. Cal. 2-bract., aestiv. connato-clausus, lateraliter fissus, basi saccatim reflexa, demum deciduus. Pet. 5 discreta, hypogyna, papilionacea, aequilonga, vex. lato, alis stipitatis. Stam.... Ovar. lineari-lanceol., subcompress., hirsut., 1-ovul. Styl. continuus, arcuat., stig. truncato. Leg.... — Frut., fol. simpl. integerr. glabr. supra nitidis, stip. minutis, racem. ax., pedicell. basi minute bracteolat., fl. alb. — *Port Natal.*

292/2. Martiusia, *BENTH.* (1840.) in Hook. Journ. 2. p. 84. et 103. (*Martia*, Endl. gen. mant. p. 99., non Leand.) Cal. valvatim 5-part., lobis reflex. decid. Pet. 5, aestiv. irregulariter imbricata, oblonga, super. latiore saepe interiore. Stam. 4-5 subhypogyna; filam. breviss.; anth. oblongae, acuminatae, apice 2-porosae. Ovar. glabr., pauciovulat. Styl. longus, incurvus, stig. term. minuto. Leg. sessile, subobliquum, plano-compress., coriaceo-membranac., reticulat., longit. 2-nerve, 1-sp., indehisc. Sem. rhombeum, compress., funic. elongato fere apici loculi appensum. Cotyl. tenues, radic. recta, brevis. — Arb. fol. alt. impari-pinn., stip. decid., panic. term. — *Amer. trop.*

294/1. Aldina, *ENDL.* (1840.) gen. 6815., — haud alior. (*Allania*, Benth. in Hook. Journ. 2. 1840. p. 91., non Endl. 1836., gen. n. 1168.) Cal. coriac., cupuliform., aestiv. valvat., lobis 4-5 irregularib. Pet. 5 perigyna, ampla, irregulariter imbricata. Stam. 00, perigyna, anth. oblongo-linear. Ovar. stipitat., pluriovulat. Styl. filiform., acutus, basi latus, stig. parvo. Leg.... — Arb. fol. impari-pinn. coriac. magn., racem. longis, fl. alb. — *Guiana.*

296. Adenanthera, *L.* Leg. lineare, falcat., compress., 1-loc., valvis membranaceo-coriaceis dehisc. Sem. lata, compresso-convexa (in pulpa tenui nidulantia?), funic. brevi strophiolato. — *Asia trop.* — Benth. in Hook. Journ. 4. p. 343.

296/1. Elephantorhiza, *BENTH.* (1841.) in Hook. Journ. 4. p. 344. Leg. rectiusculum, compress., valv. a suturis clausis persist. incrassatis secedentib., 1-loc., intus pulposum. — Caet. et hab. *Adenantherae.* Rad. lignoso-tuberosa; caul. herbacei. — *Afr. austr.* — (Acacia elephantorhiza, DC. prodr. 2. p. 457. Prosopis elephantina, E. Mey. comm. 1. p. 165.).

296/2. Tetrapleura, *BENTH.* (1841.) l. c. p. 345. Leg. obtusum, compress., lignos., margine aculeatum, loc. transversis remotis 1-sp., utrinque crista longitudinali subcarnoso-dura per mediam valvam decurrente auctum, quasi 4-alatum. — Caet. et hab. *Adenantherae.* Arbor alta, fol. oppos. bipinnat., fl. spicat. — *Guinea.* (Adenanthera tetraptera, Schumach. Pl. Guin. p. 213.).

298/1. Pentaclethra, *BENTH.* (1840.) l. c. p. 127.; ib. 4. p. 330. Endl. gen. mant. p. 99. Cal. campanulat., brevissime 5-dent. Pet. 5 basi connata. Stam. fertil. 5 petalis alterna, steril. 5 iis opposita filiform.; anth. connectivo apice glandulifero. Ovar. sessile, villos. Styl. filiform., apice subincrassat., truncat., stig. term. Leg... — Arb., fol. bipinnat. 00-jug., racemis densis 00-flor. — *Amer. trop.*

299. Entada, *ADANS.* Benth. in Hook. Journ. 4. p. 332. — *Pursaetha*, Linn., Fl. Zeyl. p. 644. — Leg. lineare, suturis crassis persist., valv. articulatim secedentib. Benth. l. c.

299/1. Plathymenia, *BENTH.* (1841.) l. c. p. 333. Leg. stipitat., lato-lineare, planum, valv. submembranaceis dehiscentib., excepto endocarpio membranaceo circa semina persistente et inter ipsa transverse diviso. — (Caet. et hab. *Entadae.*) — *Brasil.*

299/2. Piptadenia, *BENTH.* (1841.) l. c. p. 334. Leg. 1-loc., valvis 2 dehisc., epulposum, raro sessile. — (Caet. *Plathymeniae.*) — *Amer. austr.*

299/3. Stryphnodendron, *MART.* (1837.), herb. Fl. Bras. p. 117. Benth. l. c. p. 341. Leg. lineare, crasse coriac., ad suturas bimarginatum, intus carnosum et inclomplete septatum, maturitate valvulis subbaccantib. dehisc. Sem. transversa, funic. filiform. — Caet., hab. et patr. *Piptadeniae.*

299/4. Leucaena, *BENTH.* (1842.) l. c. 4. p. 416. Pet. 5 libera, membranacea, basi angustata. Anth. eglandulosae, saepe pilosae. Leg. stipitatum, rigide membranaceum. Sem. 00, transversa. — (Caet. et hab. fere *Piptadeniae.*) — *Amer., Asia? et Afr.? trop.* (Acacia glauca, Willd. etc.).

299/5. Xylia, *BENTH.* (1842.) l. c. p. 417. Leg. sessile, oblongo-falcat., utrinque angustat., compress., lignos., inter semina septatum. Sem. transversa, funic. brevib. crassis carnos. — (Caet. et hab. fere *Leucaenae.*) — *Ind. or.* (Mimosa xylocarpa, Roxb., Corom. t. 100. Ingae sp. DC.)

305. Acacia, *NECK.* Benth. in Hook. Lond. Journ. 1. p. 318. sq. — *Rhacosperma*, Mart., cat. h. Monac. p. 188. — *Stachychrysum*, Bojer, H. Maurit. p. 114.

306. Vachellia, *W.* et *ARN.* — *Farnesia*, Gasparini, desc. nov. gen. 1839., ex Linnaea 13. p. 134.

307/1. Pithecolobium, *MART.* (1829.), hort. Monac. p. 188.; herb. Brasil. p. 114. Leg. lineare, planum v. subconvex., ad margines acutiusculum, inarticulatum, tortum v. pluries cochleatum, duriusculo-coriaceum, 2-valve, valvis intus tenuiter pulposis. Sem. lentiform., arillo subdimidiato obducta, nitida, funic. filiform. — (Caet. *Ingae.*) — *Brasil.*

307/2. Enterolobium, *MART.* (1837.), herb. Fl. Bras. p. 117. Leg. semitortum, mesenteriforme, coriac., indehisc., intus carnosum, endocapio pergameno subloculoso. Sem. ellipt., testa dura, funic. filiform. — (Caet. *Ingae.*) — *Brasil.* (Mimosae sp. Fl. Flum. t. 24? 25. 26.).

307/3. Affonsea, *ST. HIL.*, Voy. Distr. Diam. 1. p. 386. Endl. gen. n. 6838. Cal. inflato-globos., 5-dent. Cor. exserta, hypogyna, infundibuliform., 5-dent. Stam. 00, exserta; filam. basi connata, capillar., crispula; anth. parvulae. Ovar. 6! oblonga, subtrigona, vix arcuata, villosa, 00-sp. Styli longiss., capillar., stig. capitat. Fr.... — Arb., fol. pari-pinnat. 4-jug., stip. caducis, racemis term. et extraax. ferrugineo-tomentos. — *Brasil.*

308. Prosopis, *L.* Benth. l. c. 4. p. 346. — *Algarobia*, Benth., Pl. Hartweg. p. 13. Torr. et Gray, Fl. North Amer. 1. p. 399.

314. Peraltea, *H.B.K.* — Ad Galegeas removenda.

315. Geoffroya, *JACQ.*
316. Andira, *LAM.*
318. Dipterix, *SCHREB.*
} Dalbergieis adscribendae. (v. supra n. 289/1. sq.)

317. Brownea, *JACQ.* — *Hermesia*, Loefl., it. p. 278. — Genus quod ad locum in ordine valde incertum.

319. Arachis, *L.* — Hedysareis adsocianda.

***Dalhousiea**, *GRAH.* — v. supra in Sophoreis, n. 15/1.

321. Copaifera, *L.* — *Coapoiba*, Marcgr., Bras. p. 123.

321/1. Apuleja, *MART.* (1837.), herb. Bras. p. 123. Endl. gen. n. 6759. Cal. urceolat., 3-part. Pet. 3, erecto-patent., unguib. brevib. Stam. 3, exserta, filam. filiform., anth. sublinear. Ovar. lineari-oblong., compress., ovul. paucis. Styl. curv., stig. magno disciformi. Leg...? — Arb., fol. impari-pinn., stip. caduc., stipell. nullis, fl. ante folia e ramulis nascent. dense corymbosis albis interdum 4-meris. — *Brasil.* — Genus aff. *Exostyli*, ex Mart., — a cl. Bentham (in Hook. Journ. 2. p. 74.) cum *Copaifera* etc. *Cynometreis* suis adscriptum.

329/1. Elisabetha, *SCHOMBURGK* Mss. Benth. (1840.) in Hook. Journ. 2. p. 92. Endl. gen. mant. p. 98. Cal. coriac., tubo infundibuliformi persist., limbi lobis 4 imbricat. obtus., supremo latiore. Pet. 5 subaequilonga, aestiv. carinali, supremum caeteris latius v. angustius. Stam. 6 libera v. ima basi monadelpha, 3 fertil. longiss., 6 steril. filiform. corollam aequant.; anth. oblongae. Ovar. stipitat., pluriovulat., stipite calycis tubo adnato. Styl. elongat., glaber, stig. term. crasso peltato. Leg. lignos., falcato-lanceolat., plano-compress., sutura superiore incrassata marginata. — Arb., fol. abrupte-pinnat., spicis term. densis bracteat., bracteol. 2 coriac. basi connat. calycem amplectentib., fl. rubr. v. albid. — *Guiana.*

334. Pterolobium, *R. BR.* — *Quartinia*, A. Rich. in Ann. sc. nat. 2. sér. 14. p. 357. t. 14. (non Endl.).

334/1. Cladotrichium, *VOGEL* (1837.) in Linnaea 11. p. 401. Endl. gen. n. 6770. Cal. cupular., lobis linear. glandulos., quinto infimo paulo latiore. Pet. subrotunda, posticum minus, complicat., extus nigro-glandulosum. Genital. declinata. Filam. plana, membranaceo-alata, inferne ciliata, superne glabra angustata. Anth. cordato-oblongae. Styl. erect., compress., apice ampliato uncinatus, stig. perforato fimbriato. Leg. sessile, lanceolat., compress., basi obliquum, rigide membranac., glandulos., pilis ramosis dense tectum, 00-sp., 2-valve. Sem. subcompressa, funic. 3-angular., embr. recto. — (Caet. et inflor. *Pterolobii.*) Frut., fol. impari-bipinn., stip. saepe pinnatifidis. — *Brasil.*

336. Sebipira, *MART.* (*Cebipira*, Piso, Brasil. p. 78.) Genus idem ac *Bowdichia* H.B.K., ad *Sophoreas* repellendum.

340. Melanoxylon, *SCHOTT.* — *Perittium*, Vogel in Linnaea 11. p. 408.

341/1. Mora, *BENTH.* in Linn. Transact. 18. p. 201. t. 16. 17. Endl. gen. n. 6754. Cal. subcampanulat., dent. 5 latis. Pet. 5 inter calycis dentes inserta, aequal., unguib. brevib. Stam. 10; 5 petalis opposita fertilia, anth. ovat. barbatis; 5 alterna steril., clavata. Styl. compress., subrect., stig. term. tenui. Leg. breve stipitat., oblong., coriaceo-lignos., indehisc., abortu 1-sp. Sem. magn., reniforme, embr. recto, cotyl. crassis sublignos. — (Caet. fere *Acosmii.*) Arb., fol. abrupte-pinn., panic. term. simpl., fl. dense spicat. bract. decid. — *Guiana.* — Aff. *Dimorphandrae*, ex auct.

341/2. Sclerolobium, *VOGEL* (1837.) l. c. p. 395. Endl. gen. n. 6755. Sep. 5 oblonga, basi in cupulam persist. connata. Pet. 5 prope calycis basin inserta, linear., plana. Stam. 10 ibid. inserta, omnia fertil.; filam. libera, inferne compressa et barbata; anth. ovoid. Styl. rectiusc., subteres, stig. simpl. calloso. Leg. sessile, ellipt., compresso-plan., lignos., indehisc., medio 2-1-sp. Sem. albuminos., embr. recto, cotyl. subfoliac. — Arb., fol. abrupte-pinnat., fl. subspicato-racemosis. — *Brasil.*

342/1. Schizolobium, *VOGEL* (1837.) l. c. 11. p. 399. Endl. gen. n. 6760. Cal. 5-part., tubo turbinato, lobis subaequal. oblong. reflex. Pet. 5 fauci inserta, subaequal., unguiculata, lamina crenulata. Stam. 10 suberecta, omnia fertil., filam. liberis basi plana latiorib., anth. oblong. Ovar. pluriovulat., stipite brevi hinc calyci adnato. Styl. adscend., compress., stig. acuto. Leg. obovat., compress., apice 1-sp., 2-valve, epicarp. coriaceo ab endocarpio membranaceo soluto. Sem. magn., plano-compress., albuminos., funic. brevi, embr. recto. — Arb., fol. bipinn., racemis ax. et term. paniculat. — *Brasil.*

349/1. Campsiandra, *BENTH.* (1840.) in Hook. Journ. 2. p. 93. Endl. gen. mant. p. 98. Cal. campanulat., subaequaliter 5-fid. Pet. 5 subaequal., fauci inserta, aestiv. imbric. subcarinali. Stam. 15-12 longe exserta, anth. parv. ovat. Ovar. pluriovulat., stipite libero. Styl. longiss., filiform., stig. term. minuto. Leg. longiss., subrect., plano-compress., tenuiter coriac., indehisc.? — Arb., fol. impari-pinn. glabr., racemis ax. et term. brevib. paniculat. *Guiana, Brasil.* — Aff. *Tachigaliae.*

349/2. Leptolobium, *VOGEL* (1837.) l. c. 11. p. 388. Endl. gen. n. 6751. (*Thalesia*, Mart. Mss.) Cal. tubuloso-conic., basi attenuato-acutus persist., limbi 5-part. lobis subacut., superiorib. 2 altius connatis. Pet. 5 subpapilionacea, attenuato-stipitata, quinto postico solo aequilatero. Stam. 10, omnia fert., ima basi connata, anth. minutis. Styl. compress., antice curvat., stig. subsimpl. Leg. stipitat., lineare, compresso-planum, membranac., intus sublignosum, indehisc., 3-1-sp. Sem. subalbuminosa, embr. recto v. curvato. — Caet., hab. et patria fere *Tachigaliae.*

***Layia**, *HOOK.* — v. supra *Macrotropis*, n. 7.

360. Trachylobium, *HAYNE.* — *Tanroujou*, Juss. gen. p. 351. in not.

361/1. Peltogyne, *VOGEL* (1837.) l. c. 11. p. 410. Endl. gen. n. 6787. Sep. 4, ima basi connata, oblonga, concava, pellucido-punct., summo vix latiore. Pet. 5, subaequal., parum exserta, suboblonga, cum stam. 10 imo calyci inserta. Ovar. substipit., ovale, compress., pauciovulat. Styl. subrect., e tereti compressus, stig. peltato-capitato. Leg...... — (Caet. et hab. *Hymenaeae.*) — *Brasil.*

361/2. Etaballia, *BENTH.* (1840.) in Hook. Journ. p. 99. Endl. gen. mant. p. 98. Cal. tubulos., breviter 5-dent., subbilabiatus. Pet. 5 calycis basi inserta, longe linear., aestiv. inflexa imbric. Stam. 10 monadelpha, alt. breviora, anth. ovat. Ovar. subsessile, villos., 2-3-ovulat. Styl. brevis, stig. oblique capitato. Leg..... — Arb., fol. simpl., penninerv., saepe obliquis, spicis ax. et term. — *Guiana, Antill.*

362. Schnella, *RADDI.* — *Caulotretus*, Rich. Mss. Spreng., gen. n. 1813. Endl. gen. n. 7789.

362/1. Perlebia, *MART.* (1828.), Reise 2. p. 555. Arbor Brasiliensis, facie Bauhiniarum parvifoliar., aculeis stipularib. validis, legumine multiloculari (fere *Prosopeos*), a *Bauhiniis* diversa, nondum amplius descripta.

363. Bauhinia, *PLUM.* — Exclude syn. Rich. (v. supra Schnella) et adde: *Amaria*, Mut. (nob. n. 367.).

368. Cassia, *L.* — *Chamaecassia*, Breyn. — *Baryxylum*, Lour. (nob. n. 370.) — *Chamaefistula*, G. Don, gen. syst. 2. p. 438.

369. Moldenhauera, *SCHRAD.* — *Dolichonema*, Nees in Flora 1821. p. 303.

369/1? Dicorynia, *BENTH.* (1840.) l. c. p. 82. Endl. gen. mant. p. 98. Cal. ad basin partitus, lobis 3 concavis imbricat. integr. v. 2 apice bifidis. Pet. 5, aestiv. imbric., exteriora 2 sepalis subconformia, caet. orbiculata, unguiculata, supremum latius, lateralia obliqua. Stam. 2, inaequal., filam. crassis, anth. crassissimis apice rima dehisc. Ovar. sessile, pauciovulat. Styl. incurv., acutus, stig. minuto. Leg. . . . — Arb.?, stip.?, fol. abrupte v. impari-pinn., panic. term. subcymosa. — *Brasil.* — Genus *Cassieum*, hinc per *Martiam* ad *Swartzieas*, inde ad *Amherstieas* accedens, ex Bth.

375/1. Zenkeria, *ARNOTT*, in Magaz. of Zool. and Bot. 2. p. 548. Endl. gen. mant. p. 109. Cal. turbinat., limbi turbinati lobis subaequalib. reflexis. Pet. 3 fauci inserta, subaequal., obovata, basi angustata. Stam. 3 petalis alterna, erecta, libera, glabra; filam. apice abrupte subulata; anth. oblongae. Ovar. stipitat., compress., pubesc., 2-ovul. Styl. brevis, crassus, stig. depresso-capitato obliquo glabro. Leg. . . . — Arb.?, fol. pinnat., fl. ante folia ad basin ramulor. nascentib. subcorymboso-fasciculat. albis. — *Brasil.*

***Acrocarpus**, *WIGHT* et *ARNOTT* in Journ. of Zool. and Bot. n. 12. Wight, illustr. 1. p. 198.; ic. t. 254. Endl. gen. mant. p. 98. Cal. ebract., subcoriac., campanulat., 5-fid., lobis erect., super. et infer. paulo major. Torus tubum tegens. Pet. fauci inserta, parum exserta, subaequal., sessil., oblonga, subcoriac., longe persist., aestiv. subimbricata. Stam. petalis alterna; filam. exserta, recta subulata, basi lata; anth. versatil. Ovar. linear., falcat., 00-ovulat., stipite longo libero. Styl. brevis. acut., incurv. Leg.... — Arb. florescentiae tempore aphylla, trunco alto simplicissimo, fol. impari-pinn., fl. dense racemos. magn. coccineis. — *Penins. Ind. or.* — Genus dubiae affinitatis.

ROSACEAE, tab. p. 101., comm. p. 71.

1. Roydsia, *ROXB.* — v. supra in Cappærideis.

10. Hirtella, *L.* — *Balantium*, Desv. (nob. n. 11.) — *Braya*, Fl. Fl. 4. t. 1. (non Sternb.).

12/1. Cyclandrophora, *HASSKARL* in Flora 1842. 2. Beibl. p. 47. Genus *Javanicum*, a proximis *Moquilea* et *Thelyra* distin-

ctum: petalis 4, irregularib., stam. 00 fertil. basi in annulum connatis, anth. incumbentib., drupa fibrosa putamine adnato.

13. Pygeum, *GAERTN.* — *Polyodontia*, Bl. (nob. n. 14.) — *Polystorthia*, Blume, Fl. Jav. praef. p. VIII.

21. Kageneckia, *R.* et *P.* — *Lydaea*, Molina, Chil. ed. 2. p. 300.

21/1. Nuttallia, *TORR.* et *GRAY* in Hook. et Arn. Bot. Beech. suppl. p. 336. t. 82.; Fl. of N. Amer. 1. p. 412. Endl. gen. n. 6394. (non alior.) Fl. dioici. Cal. campanulat., 5-fid., in ♀ supra basin transverse decid. Pet. 5, unguib. brevib. ♂: Stam. 15, biseriata, 10 fauci, 5 tubo inserta, filam. brevib. incurvis, anth. subrotund. Ovarii rudim. 0. ♀: Stam. effoeta. Ovar. 5, libera, glabra, stylis sublateral. filiform. basi demum articulatim decid., stig. dilatato. Ovula 2 collateral., pendula. Caps. subdrupaceae, abortu 3-1, subsiccae, oblique obovatae, 1-sp., demum dehisc.? Embr. exalbum., rad. supera. — Arbusc., fol. simpl. integr. exstip., fl. racemos. alb., bract. persist. — *Amer. bor. occid.* — Aff. *Kageneckiae*, ex auct.

26. Spiraea, *L.* — *Icotorus*, Rafinesq. in Seringe Bullet. de Bot. p. 216. (Sp. monogyna, Torr.).

26/1. Rhodotypos, *SIEB.* et *ZUCC.*, Fl. Japon. 1. p. 185. t. 99. Endl. gen. mant. p. 95. Fl. 4-meri. Cal. 4-bract. tubo brevi explanato, lobis 4 cum bract. alternantib. imbricat. persist. Pet. 4. Stam. 00. Urceolus carnosus faucem recludens serius in lacinias 4 deltoideas patentes solutus, demum evanescens. Ovar. 4 sessil., ovulis 2 collateral. pendulis. Styli lateral., exserti, stig. capitat. Drupae 4-1 siccae, putam. osseo. 1-sp. — Frut., fol. oppos. simpl. serrat., stip. liberis, fl. term. solitar. alb. — *Japonia.*

29. Adenostoma, *HOOK.* et *ARN.* — Ad Sanguisorbeas referenda.

32. Anthodiscus, *F. G. W. MEY.* — A recentioribus *Rhizoboleis* adscribitur.

34/1. Dryadanthe, *BUNGE*, Verzeich. Altai Pfl. p. 25. Endl. gen. n. 6366. Fl. abortu dioici. Cal. fundo concavus, limbo 4-fido extus 4-bract. Pet. 4 calyce majora. Stam. 4 (in ♀ ananthera). Ovar. 4 (in ♂ nulla) breve stipitata. Styli lateral., erecti, stig. capitat. Fr. . . . . — (Caet. et habitus *Sibbaldiae.*) — *Altai.*

39. Brayera, *KTH.* — *Hagenia*, Willd. sp. pl. 2. 331. — *Cusso* s. *Bankesia*, Bruce, voy. p. 22. 23.

40/1. Stylipus, *TORREY* et *GRAY* (1840.), Fl. of North Amer. 1. p. 422. Endl. gen. mant. p. 95. (*Stylipus* s. *Stylopus*, Raf. Neogen. 1825. p. 3. Hook., ic. t. 286.) Cal. ebracteolat., valvat., lobis demum reflexis. Pet. sessil. Styli articulus superior brevis, decid., infer. longus demum uncinatus. Achaenior. capitulum longe stipitat. — Caet. et hab. *Gei.* — *Amer. bor.*

40/2. Fallugia, *DON* in Linn. Transact. 14. p. 576. t. 22. f. 7-10. Frutex *Mexicanus*, ramosissimus, fol. cuneato-linear. 3-5-fidis, fl. subcorymbosis structura *Sieversiae*, a qua differt calycis tubo brevissimo, bracteolis minutis, receptaculo haud elevato, stylis demum barbato-plumosis.

45. Potentilla, *L.* — *Quinquefolium*, *Pentaphyllum* et *Tormentilla*, Tourn. — *Argentina*, Blackw., Hb. t. 6.

52/1. Tetraglochin, *POEPPIG*, Fragm. Synops. p. 26. Endl. gen. n. 6376. Fl. dioici. ♂: Cal. 4-sep. Pet. 0. Stam. 2 filiform., anth. cordat. ♀: Cal. persist., tubo ovato late 4-alato, limbo supero 4-part. Ovar. 1?, 1-loc., ovulo 1 pendulo. Styli 3-4? breviss., stig. penicillatis. Achaen. inferum, cylindr. 4-alat. Embr. exalbum., rad. supera. — Frut. erect., stip. vaginant. petiolos mentientib. aphyllis spinescent. margine barbat., fol. axillar. fasciculat. linear., pedunc. ax. solitar. v. plurib. breviss. 1-flor. — *Chile.* (Margyricarpus alatus, Gill.).

?59/1. Macrostigma, *HOOKER* (1842.), ic. t. 412. Fl. monoici v. polygami. Cal. 1-bract., perstist., subcampanulat., 5-fid., lobis 5 erect. obtus. ciliatis. Pet. 0. Stam. 10 hypogyna, exserta, libera, glabra (in ♀ ananthera); anth. filamentis longiores, oblongae, 2-loc., rimis lateralib. dehisc. Ovar. 1 superum, sessile obovat., 1-loc., ovulis 2 e basi erectis. Styl. lateralis, subbasilaris, filiform., sigmoideus, stig. magno peltato-capitato granuloso. Fr. . . . . — Frut. erect., virgato-ramos., fol. spars. linear. rigid. obtus, stip. minutis subulat., fl. ax. racemos term. foliosos formantib. — *Nov. Holl. austr. occid.* — Genus ipsi auctori dubiae sedis, ex nostra sententia *Adenostomati* quodammodo affine, ideoque non obstante staminum insertione hypogyna (?) et ovulorum situ huc relatum.

60. Cliffortia, *L.* — Dele synon. *Nenax.*

65. Rosa, *T.* — *Hulthemia*, Dumortier, diss. Tornay 1824. 8.

68/1. Stranvaesia, *LINDL.* (1837.) Bot. Reg. t. 1956. Endl. gen. n. 6354. Cal. turbinat., 5-dent. Pet. 5 sessil., concava, patent., basi villosa. Stam. 20, patula. Germ. superum, villos., 5-loc., loc. 2-ovulat. Styli 5 subconcreti, apice liberi, stig. 5 compresso-reniform. Caps. calyce connivente inclusa, sphaerica, ossea, fragilis, loculicide 5-valv. Sem. erecta, compressa, testa cartilaginea. — (Caet. et hab. *Crataegi.*) — *Napalia.*

69/1. Hesperomeles, *LINDL.* (1837.) Bot. Reg. t. 1956. Endl. gen. n. 6348. Cal. tubo brevi, limbo 5-dent. patent. rigido. Pet. concava. Ovar. 5 inter se libera, dorso calycis tubo adnata, 1-ovul. Fr. . . . — (Caet. *Eriobotryae.*) Frut. inerm. v. spinesc., fol. et inflor. *Crataegi.* — *Peruvia.*

69/2. Peraphyllum, *NUTT.* Mss. Torr. et Gray., Fl. N. Amer. 1. p. 474. Pet. late obovata, unguiculata. Styli 2 (raro 3) basi cohaerent. Pomum subsiccum, carpidiis 2 (raro 3) fere discretis septo spurio 2-locellatis, locell. 1-sp., endocarp. cartilagineo. Sem. angulata, compressa, testa cartilaginea. — (Caet. et hab. fere *Crataegi.*) — *Amer. bor. occid.*

73. Amelanchier, *MEDIK.* — *Aronia*, Pers., ench. 2. p. 42. (ex parte). — *Petromeles*, Jacq., fil. Mss.

75. Pyrus, *L.* — *Lazarolus*, *Halmia* et *Aucuparia*, Medik.

MYRTACEAE, tab. p. 107., comm. p. 75. Cfr. Schauer, Chamaelaucieae, Vratislav. 1841. 4. De Candolle Mém. (posthume) sur la fam. des Myrtac. 1842. (in Mem. Soc. Phys. Genev. IX.) c. ic.

3. Verticordia, *DC.* — *Chrysorrhoë*, Lindl. in Bot. Mag. Comp. 2. p. 357.; Swan Riv. t. 1.; Hook. Journ. 2. t. 13. 14. — *Diplachne*, R. Br. Mss. (non alior.).

5/1. Polyzone, *ENDL.* (1839.) in Ann. Wien. Mus. 2. p. 490.; Nov. stirp. dec. 1. p. 71.; gen. n. 6283. Flor. in receptaculo plano involucrato sessiles. Cal. tubo obconico, zonis cartilagineis 00 annulato, limbo breviss. 5-fido. Ovar. 2-ovulatum. Styl. compress., attenuatus, stig. term. subcapitato. Fr. . . . . — Caet., hab. et patria *Genetyllidis.*

5/2. Hedaroma, *LINDL.* (1839.), Swan Riv. p. VII. t. 2. f. B. Pet. ovato-lanceolata, carinata, conniventia. Filam. sterilia ligulaeformia, truncata; fertilia subulata; anth. postice poris dehisc. Ovar. 2-5-ovulat. Styl. apice barbatus v. glaber. — (Caet. *Genetyllidis.*) Frut. aromat., fol. oppos. exstip. subcordato-lanceolat. obtus. planis, summis capitula pauciflora involucrantib. latiorib. coloratis. — *Nov. Holl. austr. occid.*

5/3. Francisia, *ENDL.* (1840.) gen. n. 6286. Pet. ovato-suborbiculata, connivent. Stam. 20, omnia fertil.; alterna petalis opposita, filam. 3-fidis, crure medio antherifero; alterna simplicia, filam. subulato. Ovar. 2-ovulat. Styl. longe exsertus; stig. infra apicem hamatum laterale, glandulos., pilosum. — Caet., hab. et patria *Genetyllidis.*

6/1. Thryptomene, *ENDL.* (1838.) in Ann. Wien. Mus. p. 192.; Nov. stirp. dec. 1. p. 72.; gen. n. 6277. Schauer, monogr. t. 6. — Bracteolae discretae, caducae. Cal. tubo obconico, limbi lobis petaloid. indivisis. Pet. orbiculata. Stam. 10, anth. loc. globos. discretis e connectivo glandula terminato pendulis. Ovar. 2-4-ovulat., placenta basilari subpeltata. Styl. breviss., imberbis, stig. capitato. Caps. obconica, vertice truncato fatiscens, 1-sp. — (Caet., hab. et patr. *Lhotskyae.*) Pedunc. ax. solitar. 1-fl. breves.

10. Actinodium, *SCHAUER.* — *Triphelia*, R. Br. Mss. Endl. gen. n. 6287.

11. Crossostylis, *FORST.* — A recentiorib. *Sterculiaceis* adsociatur.

15/1. Syncarpia, *TENORE*, ind. sem. H. Neap. 1839. p. 12. Endl. gen. 6291. (*Kamptzia*, Nees, diss. Vratislav. 1840. fol. c. ic.) Fl. capitati, basi connati, 4-meri. Stam. 00, libera. Caps. infera, 3-4-loc., apice loculicide 3-4-valv. Sem. 00, clavata. — (Caet. et patr. *Tristaniae.*) — Arb., fol. oppos. et verticillat., capit. ax. et term. pedunculat., fl. alb. (Metrosideros glomeruliflora, Sm. — Tristania albens, A. Cunn.).

18/1. Conothamnus, *LINDL.* (1839.), Swan Riv. p. IX. Endl. gen. n. 6297. Fl. term., spicato-capitati. Cal. liber, 5-dent. Anth. filamentis continuae. Germ. superum, 3-loc., ovulis in loc. solitar. peltatis. Caps. indehisc. — (Caet. et hab. *Melaleucae.*) Fol. oppos., angusta, plana, scabra, 3-nerv.; cal. lanati. — *Nov. Holl. austr.-occ.*

18/2. Schizopleura, *LINDL.* l. c. p. IX. (Beaufortiae sect.). Endl. gen. n. 6296. (*Manglesia*, Lindl. l. c. t. 3. f. A., non Endl.) Fl. term. capitati, subinvolucrati. Cal. limbo 5-part. Anth. basifixae, apice bilobae, lobis latere transverse dehisc. decid. Caps. libera, calycis tubo incrassato inclusa, indehisc. — (Caet., hab. et patr. *Conothamni.* — Beaufortiae sp. Bot. Mag. t. 2272.).

27/1. Eremaea, *LINDL.* l. c. p. XI. Endl. gen. n. 6304. Fl. term. aggregati. Cal. 5-dent. Stam. 00, libera v. irregulariter polyadelpha; anth. basifixae, rimis lateral. obliquis dehisc. Styl. brevis, stig. simpl. Caps. calyce cyathiformi ramo adnato nec immerso inclusa, loculicide dehisc. — (Caet. *Metrosideri.*) Frut., fol. alt. semiteretib. — *Nov. Holl. austr. occ.*

27/2. Hypocalymna, *ENDL.* (Leptospermi sect.), Enum. pl. Hüg. (1837.) p. 50.; gen. n. 6306. Fl. ax. capitati. Stam. 20-30, petalis longiora. Germ. inferum, 2-loc. Fr. . . — (Caet. *Leptospermi.*) Fol. oppos.; capit. subsessil., fl. scarioso-bracteolat. roseis v. persicin. — *Nov. Holl. austr. occ.*

27/3. Pericalymna, *ENDL.* (Leptospermi sect.) l. c. p. 51.; gen. n. 6307. Fl. ax. v. term., solitar., sessil. Cal. tubo cylindrico, parte supera cum limbo 5-fido decidua. Stam. 20-30. Germ. semisuperum, 3-loc., loc. 1-ovul. — (Caet. et hab. *Leptospermi.*) — *N. Holl. austr. occ.*

27/4. Salisia, *LINDL.* (1839.) Swan Riv. p. X. Endl. gen. n. 6308. Fl. corymbosi v. racemosi. Cal. semisuperus, 5-dent. Stam. 30, petalis longiora. Germ. inferum, depressum, 5-loc., loc. rima loculicida marginib. elevatis connivente jam in alabastro apertis, placentis orbiculat. excentrice peltatis margine 00-ovulatis. Fr. . . . — (Caet. et hab. *Leptospermi.*) — *N. Holl. austr. occ.*

27/5. Babingtonia, *LINDL.* in Bot. Reg. 1842. t. 10. Cymae breves 5-fl. in racemum term. dispositae. Cal. turbinat., limbo supero 5-fido persist. Pet. sessil. Stam. 15, ternatim sepalis opposita iisque breviora, libera; anth. innatae, apice poro dehisc. Germ. inferum, 3-loc., placent. liberis adscendent. 00-ovulat. Styl. ex ipsa placenta per foramen verticis protrusus, obsolete 3-lobus. Caps. vertice perforata. — (Caet. *Leptospermi.*) Fol. oppos. Fl. albi. — *N. Holl. occid.* Genus a proxima *Baeckea* distinctum staminib. et antherarum dehiscentia. (Baeckea Camphorosmae, Endl. in Hüg. Enum. p. 51.).

29. Baeckea, *L.* — *Cedrela*, Lour., Coch., p. 199. (non Linn.).

30. Myrrhinium, *SCHOTT.* — Genus cum *Olinia*, Thunb. (cfr. comment. nostr. p. 50.) et *Fenzlia*, Endl., a cl. Arnott (in litt. d. 2. Dec. 1837. ad me datis, v. „Addenda" ad operis nostri fasc. IV.) in familiam propriam, *Olinieae*, Arn., Memecyleas cum Myrtaceis arcte connectentem, segregatum. Cfr. Link, Kl. et Otto, ic. pl. rar. 1. p. 7. et 54.

30/1. Fenzlia, *ENDL.* (1834.), Atakta p. 19. t. 17. 18.; gen. n. 6274. (non Benth.) Cal. basi 2-bract., tubo subgloboso, limbi 5-part. lobis acutis patent. persist. demum reflexis. Pet. 5 fauci inserta, obovata. Stam. 00, petalis breviora, filam. filiform. flexuos., anth. subgloboso-didymis, connect. dorso incrassato, loc. longit. dehisc. Germ. inferum, 2-loc., ovulis in loc. 2 septo superposite insertis. Styl. elongat., filiform., flexuos., stig. simpl. Bacca subglobosa, pulposa, 1-loc., 1-sp. Sem. cochleat., testa crustacea dura. Embr. exalbum., cylindr., spiral., cotyl. vix distinctis. — Frut. furfuraceo-pubesc., fol. oppos. coriac. integerr. epunctat. exstip., fl. ax. solitar. breve pedunc. roseis. — *N. Holl. trop. et subtrop.*

30/2. Olinia, *THUNB.* (supra, tab. p. 71., comm. p. 50. n. 20.) Endl. gen. n. 6272. Link, Klotzsch et Otto, ic. pl. rar. p. 6. t. 3. 21. 24.

37. Sonneratia, *L.* — *Mangium*, Rumph., Amb. 3. t. 73. 74. — *Blatti*, Rheede, Malab. 3. t. 40. — *Pagapate*, Sonner., voy. p. 16. t. 10. 11.

42/1. Monoxora, *WIGHT* (1841.), Ill. Ind. Bot. 2. p. 12. t. 122. f. 5.; ic. pl. Ind. 2. n. 324. Genus e *Myrto spectabili* Blume constitutum, germine 1-loc., placentis 2 parietalib. et nucibus plurilocularibus distinctum.

42/2. Rhodomyrtus, *HASSKARL* in Flora 1842. 2. Beibl. p. 35. Bacca 6-8-loc., loc. 00-sp. Sem. superposita, depressa, angulata, crustacea. — (Caet. et hab. *Myrti.*) Fol. triplinerv.; fl. rosei. (Myrtus tomentosa, Blume, DC.).

45. Jambosa, *RUMPH.* — *Cerocarpus*, Hassk. l. c. p. 36. (J. aquea, Rumph.).

51. Gustavia, *L.* — *Teichmeyera*, Scop., introd. n. 1212.

54. Bertholletia, *HUMB.* — *Tonca*, Rich., anal. fr. p. 84.

COMBRETACEAE, tab. p. 110., comm. p. 78.

1. Bobua, *DC.* — *Eugenioides*, Linn., Fl. Zeyl. p. 192.

7. Combretum, *LOEFL.* — *Actia*, Adans., fam. 2. p. 84. — *Forsgardia*, Fl. Flum. 4. t. 13.

7/1. Bigamea, *KOENIG* Mss. Endl. gen. n. 6095. (*Wormia*, Vahl in Skrift. af Natur. Selsk. Kiobenh. 1810. 6. p. 104.) Cal. 5-fid., lobis oblong. obtus. Pet. 5, duplo longiora, ovata. Stam. 5, petalis breviora; filam. erecta, basi annulo carnoso cohaerentia, planiuscula, laevia; anth. cordatae. Styl. globos. v.

pyramidal., stig. 3 erect. compress. retusis. Drupa infera, turbinata, calyce maximo coronata, lobis 2 minorib. coriac. obscure nervosis. Sem.... — Frut. scandens, caule simpl. *Dracenae* more folior. fasciculo erecto terminato, e fasciculo ramum unicum cauli similem ex apice iterum prolificum emittente, ramis demum aphyllis hamato-recurvis. Fol. cuneiform. v. oblonga, ramulorum subterna. Pedunc. ax., subdichotomi, filiform., rubri, fl. racemosis. — *Ceylon.* — Affinitas dubia.

11. Lumnitzera, *W.* — *Funkia*, Dennst. ad H. Malab. 6. t. 37. (non Spr.).

13. Terminalia, *L.* — *Adamaram*, Adans., fam. 2. p. 445. — *Catappa*, Gaertn., fr. 2. p. 206. t. 127.

MELASTOMOIDEAE, tab. p. 111., comm. p. 79.

1. Guildingia, *HOOK.* — *Olisbea*, DC. (tab. nostr. p. 119., comm. p. 84.).

9. Charianthus, *DON.* — *Tetrazygos*, Rich. Mss.

21. Conostegia, *DON.* — *Bruguiera* et *Calycotomus*, Rich. Mss.

31. Medinilla, *GAUD.* — *Gullaria*, Schrank. Mss.

33. Myriaspora, *DC.* — *Humastris*, Mart. Mss.

38. Miconia, *R.* et *P.* — *Hypoxanthus*, Rich. Mss.

38/1. Decarhaphe, *MIQUEL* (1840.), comment. phytogr. 2. p. 84. t. 10. f. F. Cal. tub. ovato-oblong., 10-costat., breviter 5-dent. Stam. longe exserta; anth. lineari-falcatae, basi utrinque in auriculam obtusam flexuosam productae. Germ. semisuperum, minutum, glabr., 2-loc. Styl. cylindr., stig. punctiformi. — (Caet. et hab. *Miconiae.*) — *Surinam.*

40. Diplochita, *DC.* — *Leonicenia*, Scop., introd. n. 963. — *Diplochiton*, Spreng., gen. n. 1720.

46/1. Dichaetanthera, *ENDL.* gen. n. 6227. Stam. 8, alterna petalis opposita sterilia, antherarum connect. brevi; alterna fertilia, anth. brevib. oblong., connect. longo basi 2-setoso. Germ. vertice exserto setosum. Caps. infera, vertice loculicide 4-rimosa. Sem. 00, angulata, nitida. — (Caet. et hab. *Rousseauxiae.*) — *Madagascar.* (R. articulata, DC.).

48. Sonerila, *ROXB.* — *Cassebeeria*, Dennst., ad H. Malab. 9. t. 65. (non Kaulf.).

52. Bertolonia, *RADDI.* — *Triblemma*, Mart. Mss.

52/1. Lithobium, *BONGARD* in Mem. Ac. Petersb. 6. ser. 2. p. 140. t. 8. f. 2. Endl. gen. n. 6191. Cal. tubo aptero, limbo obsolete 3-lobo. Pet. 3, subrotunda, emarginata. Stam. 6, anth. clavat., poro ad medium hiante. Germ. semisuperum, globos. Styl. filiform., rectus, sub stigm. punctiformi subconstrictus. Caps. globosa, aptera, loculicide 3-valv., valv. medio septiferis placenta centrali medio seminifera, demum libera. Sem. laevia. — (Caet., hab. et patria *Bertoloniae.*) Fl. term. pauci, purpurei.

53. Salpinga, *MART.* — *Aulacidium*, Rich. Mss.

65. Centradenia, *DON.* — *Plagiophyllum*, Schlecht. in Linnaea 13. p. 429.

65/1. Heterocentron, *HOOK.* et *ARN.* (1839.), Bot. Beech. p. 290. et 423. Endl. gen. n. 6202. Cal. adpresse setosus, lobis lanceolat. Anth. oblongae, obtusae, connectivo staminum longiorum stipitato ad articulationem setis 2 clavatis instructo, breviorum basi 2-gibboso. Germ. glabr. Styl. filiform. stig. acuto. Sem.... — Caet. *Centradeniae.* Fol. oppos., aequal., penninerv., fl. term. thyrsoid. alb. — *Mexico.*

70. Rhynchanthera, *DC.* — *Proboscidea*, Rich. Mss.

72/2. Poteranthera, *BONGARD* l. c. p. 137. t. 8. f. 1. Endl. gen. n. 6194. Cal. limbo 5-part., lobis lanceolat. integerr. petalisque pilo glanduloso terminatis. Stam. 5, petalis alterna; anth. cylindr., apice oblique truncato 2-porosae (?), connect. basi breve 2-auriculato. Germ. liberum, 3-loc. Styl. filiform., rectus, stig. subcapitato. Caps. loculicide 3-valv., plac. centr. 3-gona. — (Caet., hab. et patr. *Dicranantherae.*)

75. Spennera, *MART.* — *Jaravaea*, Scop., introd. n. 948. (excl. sp. ad Noterophilam et Microliciam spectant.).

81/1. Leiostegia, *BENTH.* (1840.) in Hook. Journ. 2. p. 294. Endl. gen. mant. p. 94. Cal. cylindraceus, ore truncato, dent. 4 parvis remotis. Stam. 8 parum inaequal., anth. lineari-falcat. rostrat., longiorum connectivo postice in append. bifidam producto, breviorum bituberculato. Germ. laeve. — (Caet. *Rhexiae.*) — Frut. glaber, superne vernicosus, fol. subsessil. integerr. 1-nerv. subtus albidis, fl. ax. 1-3 subsessil. — *Guiana.*

97. Arthrostemma, *PAV.* — *Melanium*, Rich. Mss.

97/1. Schizocentron, *nob.* (*Heeria*, Schlecht. in Linnaea 1839. 13. p. 432. Endl. gen. 6212., non Meisn. 1837., gen. fasc. 3. p. 75.) Cal. rigide setosus. Pet. 4, cuneato-obovata. Stam. 8, alterna petalis oppos. minora; majorum connectivo basi in calcar elongatum bifidum producto, minorum calcare abbreviato 2-glanduloso. Styl. declinatus, stig. obtuso. Caps. loculicide 4-valv. — (Caet. *Arthrostemmatis.*) — Frut. radicans, fol. oppos. 3-nerv. crenulat. ciliat., fl. term. solitar. longe pedunc. — *Mexico.*

101. Melastoma, *BURM.* — *Acinodendron*, Linn. gen. ed. 1. n. 363.

LYTHRARIEAE, tab. p. 117., comm. p. 83.

1. Lagerstroemia, *L.* — *Velaga*, Gaertn. t. 133. — *Arjuna*, Jones in Asiat. Res. 4. p. 301.

1/1. Duabanga, *HAMILT.* in Linn. Trans. 16. p. 178. Endl. gen. n. 6165. Cal. crassissimus, ad medium 6-fid. demum patens, persist. Pet. 6 aequal., undulata. Stam. circ. 8, aequal., anth. linear. Germ. conic., 6-8-loc. Styl. compress., flexuos., stig. peltato-convexo margine lobato. Caps. subrotunda, loculicide 6-8-valv., valvis medio septa duplicata alterne latiora gerentib., septis marginib. revolutis contiguis in placentam centralem medio cavam confluentib. Sem. testa dura utrinque in append. filiform. spongiosam producta. — (Caet. *Lagerstroemiae.*) Arb. magna, ramis verticillat. horizontal., fol. oppos. distichis cordato-lanceolat. integerr., panic. ax. et term., fl. magn. albis. — *Ind. or.* (Lagerstr. grandiflora, Roxb.).

2. Lafoensia, *VAND.* — *Ptychodon*, Klotzsch Mss.

9/1. Didiplis, *RAF.* Endl. gen. p. 1199. (*Hypobrichia*, M. O. Curtis in Torr. et Gray Fl. N. Amer. 1. p. 479. Endl. gen. p. 1427. — *Ptilina*, Nutt. Mss.) — Characterib. in comm. nostro p. 83. datis adde: Calycis lacin. alternae minores v. subnullae, calliformes. Stam. 2-4. Germ. 2-loc. Stig. subsessile, 2-lob. Caps. globosa, tenuissime membranacea, irregulariter rumpens, placenta crassa globosa. Sem. majusc., ovato-oblonga, adscend., testa membranacea. — Hba aquat., submersa, fol. oppos. linear., fl. ax. sessil. pellucidis. — *Amer. bor.*

10/1. Quartinia, *ENDL.* (1842.) gen. mant. p. 94., non Rich. (*Rhyacophila*, Hochstett. in Flora 1841. 2. p. 659., — non Blume). Cal. corollinus, 8-dent., dent. alt. exteriorib. minutis rotundatis, interiorib. ovato-subacutis. Pet. 0. Stam. 4, imo tubo inserta, dentib. majorib. opposita, exserta. Germ. 2-loc. Caps. exserta, ovato-oblonga, subacuta, superne 1-loc., apice septifrage 2-valv. — Hba aquat., repens, dense foliosa, racemis term. nudis, fl. parv. — *Abyssinia.*

12. Cuphea, *P. BR.* — *Duvernaya*, Desf. Mss.

18/1. Mina, *LA LLAVE* et *LEXARZA*, nov. gen. descr. 1. p. 3. Lindl. Bot. Reg. 1842. t. 24. Cal. brevis, nudus, 5-part. Cor. tubo brevi intruso, fauce campanulata ventricosa 5-gona, limbo brevi 5-lobo patente. Stam. longe exserta, inaequal., basi pubesc. Germ. 4-loc., loc. 1-ovul. Stigma capitat. Fr..... — (Caet. *Quamoclit.*) Hba habitu *Ipomaeae*, inflor. *Borraginearum!*, pedunc. ax. solitar. aphyll. bifidis, racemis secundis subscorpioideis, cor. initio sanguineis demum citrinis. — *Mexico*.

Obs. **Merremia**, *DENNST.* ad H. Malab. 8. t. 27. (Cudici Valli, Rheede) cirrhis oppositifoliis insignis, genus omnino obscurum.

SOLANACEAE, tab. p. 276., comm. p. 182.

5. Nicotiana, *T.* — *Nyctagella*, *Tabacum* et *Tabacina*, Reichenb., Handb. p. 201. — *Sairanthus*, G. Don, gen. syst. 4. p. 467.

9. Hyoscyamus, *T.* — *Physochlaena*, G. Don l. c. p. 470. (Bot. Mag. t. 852. 2414. etc.).

23. Physalis, *L.* — *Cacabus*, Bernh. in Linnaea 13. p. 360. — *Herschelia*, Bowd. — *Pentaphiltrum*, Reichenb., nomencl. p. 4571.

24. Margaranthus, *SCHLDL.*, Hort. Halens. t. 1.

27. Atropa, *L.* — *Busbeckia*, Mart., cat. h. Monac. p. 69., sine char. (non Endl.).

37. Acocanthera, *G. DON*, gen. syst. 4. p. 485. Endl. gen. p. 1404. Cal. 5-part. Cor. infundibuliform., 5-fida, fauce villosa. Stam. 5 tubo inserta, inclusa, anth. mucronat. Germ. 2-loc., loc. 1-ovulat. Styl. simpl., stig. elongato papillaeformi piloso. Fr..... — Frut., ramis spinesc., fol. oppos., fl. ax. sessil. fasciculat. v. solitar. — *Afr. austr.* (Cestri sp. Thunb., Lam. ill. t. 112. f. 2.).

40. Metternichia, *MIK.* (tab. nostr. p. 301., comm. p. 210.) Genus huc transferendum, ex Fenzl in Regensburg Denkschr. 3. p. 230.

EHRETIACEAE, tab. p. 278., comm. p. 186.

6. Ehretia, *L.* — *Lustrostylis*, G. Don, gen. syst. 4. p. 391. (E. spinosa, Jacq. Amer. t. 80. f. 18.).

7. Grabowskia, *SCHLDL.* Bot. Mag. t. 3841.

8. Tournefortia, *L.* — ? *Euploca*, Nutt. in Amer. Philos. Transact. 5. p. 189.

13. Heliotropium, *T.* — *Piptoclaina*, G. Don, gen. syst. 4. p. 364.

BORRAGINEAE, tab. p. 279., comm. p. 187.

6/1. Krynitzkia, *FISCH.* et *MEY.* (1841.), ind. Sem. H. Petropol. 5. p. 52. Linnaea 15. litt. p. 46. Endl. gen. mant. p. 59. Cal. 5-part., demum clausus. Cor. campanulata, limbo 5-plicato expanso. Stigma sublobatum. Nuces imperforatae, laevissimae, sulco ventrali styli basi adnatae. — (Caet. et hab. *Echinospermi.*) Fl. oppositifolii, parvi, albi, faucis squamulis flavis. — *California*. (Echinosperm. leiocarpum, F. et M.)

11/1. Strophiostoma, *TURCZANINOW*, in Bullet. soc. nat. Mosc. 1840., ex Flora 1842. litt. p. 47. Anth. apice appendiculatae. Nuces laeves, areola basilari oblonga caruncula tecta brevissime marginata. — (Caet. et hab. *Myosotidis.*) — *Europa*, *Sibir.* (M. sparsiflora, Mik. M. propinqua, F. et Mey.)

33/1. Stenosolenium, *TURCZ.* l. c. Flora l. c. Stam. 5 versus medium tubi sparse inserta. Nuculae triquetrae, dorso convexae, tuberculatae, receptaculo lateraliter insertae, areola margine membranaceo cincta. — (Caet. *Meneghiniae.*) — *Sibiria*. (Anchusa saxatilis, Pall.)

38. Steenhammera, *RCHB.* — *Hippoglossum*, Hartmann, ex Lilja in Linnaea 15. p. 265.

LABIATAE, tab. p. 282., comm. p. 190.

8/1. Becium, *LINDL.* in Bot. Reg. 1842. misc. not. p. 42. Cal. 2-lab., labio super. dilatato decurrente, infer. truncato ciliato apice 2-seto. Cor. tubo recto exserto, intus pubesc., labiis aequalib., infer. oblongo concavo, super. 3-lobo convexo apice et margine revoluto, lobo medio fisso. Stam. longa, declinata, aestiv. cum stylo circinata, super. basi dilatata villosa, infer. filiform. laevia, anth. ovat. obtus. glabr. Germ. totum disco 4-dentato immersum, stig. subulata. — Frut., fl. alb. venis et stam. lilacinis. — *Abyssinia*.

34/1. Fladermannia, *BUNGE* in Bulletin Acad. Petersb. 6. n. 11. 12., ex Endl. gen. p. 1400. (*Faldermannia*, ex Linnaea 16. litt. p. 150. 160.) Cor. fauce campanulato-ampliata, labii inferioris lobo medio lateralib. breviore et latiore. Staminum superiorum rudim. nulla. Anth. 1-loc., filamento parallelae, connectivo inarticulato postice appendiculato, appendicib. medio convergentib. apice divergentib. clavaeformib. loculum sterilem crassum gerentib. — (Caet. et hab. *Zizyphorae.*) — *Tauria*, *Arabia*. (Ziz. Taurica, Bieb.)

65/1. Atelandra, *LINDL.* (1839.), Swan River p. XL. t. 5. A. Endl. l. c. Cal. mollis, 2-part., labio super. 2-, infer. 3-dentato. Cor. fauce porrecta nuda, labio super. latiore emarginato, infer. 3-part., lobo medio majore concavo. Stam. inclusa, anth. glabris. Styli lobus superior minimus. Ach..... — (Caet., hab. et patr. *Hemigeniae.*) Fol. tomentosa v. sericea; fl. ax. solitar. v. imbricato-spicati.

70/1. Chamaesphacos, *SCHRENK*, enum. pl. nov. p. 28., ex Endl. gen. mant. p. 105. Cal. 10-nerv., dent. 5 subaequalib. elongat. setaceis. Cor. exserta, tubo filiformi exannulato, labio super. plano emarginato, infer. brevi 3-fido. Stam. 4 exserta, subaequal., approximata, anth. loc. divaricatis. Achaen. vertice rotundato alato-marginata. — (Caet. *Marmoritidis.*) Hbula, fol. setoso-dentat., fl. ax. solitar. subsessil., bract. setaceis. — *Songaria*.

72/1. Lallemantia, *FISCH.* et *MEY.*, ind. sem. H. Petropol. 1839. Endl. gen. p. 1400. Cal. rectus, 15-nerv., ore recto, dente supremo majore. Cor. tubo incluso, fauce parum ampliata, labio super. carinato complicato-clauso ala lata cincto. Filam. basi barbata. — (Caet. et hab. *Dracocephali.*) Flor. verticilli bracteis 4 foliaceis ovali-rotundis ciliato-dentatis cincti, cor. coeruleis. — *Oriens*. (Dracoceph. peltatum, canescens, Ibericum, auct. Sweet, Brit. Fl. 1. t. 28.)

VERBENACEAE, tab. p. 290., comm. p. 197.

7. Shuttleworthia, *MEISN.* (1839.) — *Uwarowia*, Bunge in Bulletin. scientif. Ac. Petersb. 1840. p. p. 278. Fisch. et Mey. in Mem. Ac. Petersb. 6. 2. p. 153. c. ic., ex Endl. gen. mant. p. 58.

13. Chascanum, *E. MEY.* — *Pleurostigma*, Hochst. ex Flora 1842. Intell. Bl. p. 144.

15/1. Cryptocalyx, *BENTH.* in Jardine Ann. of nat. hist. 2. p. 446.; Hook. Journ. 2. p. 52. Endl. gen. p. 1401. Cal. tenuissime membranaceus, obsolete dentatus. Cor. labiis erectis, super. brevissimo bifido, infer. elongato 3-fido. Stam. inferiora longiora. Stig. oblique capitatum. Fr. sponte 2-partibilis, 2-pyrenus, calyce et pericarpio evanidis. — (Caet. *Lippiae.*) Hba gracilis, fol. oppos. dentat., spicis ax. solitar. v. glomerat. ovato-oblong., fl. parvulis. — *Guiana*, *Brasil.*

28. Vitex, *T.* — *Ephialis*, Soland. Mss.

29. Premna, *L.* — *Baldingera*, Dennst. ad H. Malab. 5. t. 51.

29/1. Holochiloma, *HOCHSTETT.* in Flora 1841. p. 371. Endl. gen. mant. p. 58. Cal. persist., 4-5-dent. Cor. tubo brevi, fauce hirsuta, limbi subbilabiati labio super. (?) 3-lobo, infer.

obtuso indiviso. Stam. fauci inserta, anth. cordat. Germ...... Stig. subcapitatum. Drupa 1-pyrena, pyr. 4-loc. — (Caet. et hab. *Premnae*.) Fol. integerr., apice calycesque resinos-punctata; fl. alb.? — *Afr. trop.*

33/1. Cyclonema, *HOCHSTETT.* in Flora 1841. Intellig. Bl. p. 23.; ib. 1842. p. 225. (*Spironema*, Hochst. in Schimp. pl. Abyssin. n. 330., non Lindl.) Cor. tubulosa, resupinata, subbilab. v. inaequaliter 5-fida, lobis secundis adscendent., labio super. (antico) 2-part., infer. (postico) 3-part., lobis lateralib. paulo minorib. obovat., medio galeato complicato. Filam. adscend. basi paleaceo-hirsuta aestivatione intra galeam spiraliter involuta. — (Caet. et hab. *Clerodendri*.) — *Afr. trop. oriental. et austr. subtrop.*

34. Clerodendron, *L.* — *Torreya*, Spreng., Neue Entd. 2. p. 121. (non Arn.), ex Arnott in Ann. sc. nat. 2. ser. 10. p. 58. — *Cornacchinia*, Savi in Mem. sc. Ital. Moden. 21. p. 187. c. ic. (non Endl.).

35. Tamonea, *AUBL.* — *Ischnia*, DC. (nob. tab. p. 298., comm. p. 206.), ex Endl. gen. mant. p. 58.

37. Symphorema, *ROXB.* — ? *Analectis*, Vahl in Danks. Selsk. Skrift. 6. p. 90.

ACANTHACEAE, tab. p. 293., comm. p. 201.

Genera nondum descripta: Fabria, Ramusia, Duvernoia et Campylostemon, E. Meyer in cat. pl. Drège. 1837.

Tyloglossa, *HOCHSTETT.*, ex Flora 1842. 1. Beiblatt. p. 144. (Gendarussa palustris et Rostellaria sexangularis, plant. Kotschy.)

Orthotactus, *NEES*, ined., ex Gardner in Hook. Lond. Journ. 1. p. 183.

3/1. Athlianthus, *ENDL.* (1842.) gen. mant. p. 63. Cal. lobi subaequales. Cor. 2-lab., fauce aequali, labio super. erecto abrupte angustato marginib. superne connivente emarginato, inferiore longiore, palato biconvexo. Stam. 2, anth. loc. inaequalib. superpositis confluentib., inferiore basi calcarato. Caps. 2-loc., 4-sp. — (Caet. et hab. fere *Schwabeae*.) Fol. pellucido-punctata; spica term., densa, bracteata, basi interrupta, fl. parv. flav. 3-bracteolat. — *Afr. trop.*

22. Dipteracanthus, *NEES.* — *Calophanes*, Don (nob. n. 32.), ex Nees in Linnaea 16. p. 290.

23/1. Crabbea, *HARVEY* (1842.) in Hook. Lond. Journ. 1. p. 26. (non alibi, cfr. infra n. 44.) Cal. 5-part., lobis inaequalib. apice calloso-pungentib. Cor. lobi super. breviores, latiores. Anth. loculi dorso fimbriati v. barbati, staminum breviorum obliqui mutici. Stig. infundibuliforme, 3-lab., labio uno brevi, altero ovato expanso membranaceo. Caps..... — (Caet. *Ruelliae*.) Hb. v. suffrut., fl. ax. dense capitat., bract. rigid. spinoso-dent. involucrantib. — *Afr. austr.* (? Ruellia nana, E. Mey. in Hb. Drège.)

23/2. Ruttya, *HARVEY* l. c. p. 27. Cal. 5-part., lobis longiss., lineari-attenuatis flexuosis mollib. Cor. tubo incluso lato, fauce hinc inflata, labio super. semibifido plano, infer. valde deflexo, lobis subaequalib. Stam. fertil. 2, fauci inserta, exserta, anth. 1-loc. obliquis basi mucronat.; sterilia 2 brevia dentiform., inter fertilia posita. Germ. sessile, 2-loc., loc. 2-ovulat. Styl. pubesc., apice incurvus, stig. bifido. Caps..... — Hba spicis term. bracteat. — *Afr. austr.*

23/3. Sclerochiton, *HARVEY* l. c. p. 27. Cal. 2-bract., scariosus, rigid., persist., 5-part., lobis obtus. inaequalib. Cor. 1-labiata, tubo incurvo, fauce latiore superne fissa, labio antico plano 5-lobo. Stam. 4 tubo inserta, exserta, aequalia, filam. subulat. compress., anth. 1-loc. adnatis vertical. subciliat. Germ. loc. 2-ovulati. Styl. persist., stig. minuto bifido. Caps. coriac., 2-loc., 2-sp. — Suffrut. erecti, fl. ax. solitar. subsessil., bract. rigid. 00-striatis. — *Afr. austr.* (Herb. Drège No. 4037.) Genus characteribus Acantheis, habitu vero Justicieis accedens.

31/1. Cryphiacanthus, *NEES*, ind. sem. H. Vratislav. 1841.; Linnaea 16. p. 298. Endl. gen. mant. p. 106. Cal. 5-part., subaequal., persist., demum patentissimus. Cor. campanulato-infundibuliform., limbo aequali. Anth. sagittatae. Stig. simplex. Caps. oblonga, subteres, 2-loc., 12-16-sp., septo completo adnato. Sem. cordato-subrotunda, compressa, laevia. — Hbae villosae, fol. undulato-crenat., pedunc. ax. bifid. 3-fl., bract. angustis; fl. saepe clandestini apetali. — *Ind. occid.* (Ruellia clandestina, L. R. lactea, Cav. ic. 3. t. 255.)

41/1. Acanthopsis, *HARVEY* (1842.) l. c. p. 28. Cor. tubo tenui, labio (antico) breve 5-lobo, lobis lateralib. minorib. auriculaeform., faucis margine postico emarginato in sinu denticulum (stam. 5ti rudim.?) gerente. Stam. 4 fauci inserta, exserta; anth. barbatae, non oscillantes. Germ..... Fr..... — (Caet. et hab. *Acanthi*.) — *Afr. austr.* (*Acanthodium*, E. Mey. in Hb. Drèg., non Delil.)

43. Asteracantha, *NEES.* — *Tenoria*, Denh. et Giordano in Hort. Camald. ed. 2. 1829. (non alior.).

44. Barleria, *L.* — *Crabbea*, Harvey, gen. of South Afr. pl. p. 276. (non alibi, cfr. supra n. 23/1.).

46. Lepidagathis, *WILLD.* Nees, Lepidag. gen. illustratio monographica. Vratislav. 1841. 4.

53/1. Polyechma, *HOCHSTETT.* in Flora 1841. p. 376. Endl. gen. mant. p. 62. Cal. 5-part., lobis linear., postico majore. Cor. inflata, venosa, lab. sup. erecto 2-fido, infer. porrecto 3-fido. Stam. subexserta. Caps. lanceolata, septo contrarie compressa, 00-sp., retinac. brevib. truncatis, sem. compress. — (Caet. et hab. *Hygrophilae*.) Umbellae ax. subsessil., radiis 3-bract. 3-flor. — *Nubia.*

63. Schaueria, *NEES.* Cfr. Schauer in Endl. gen. mant. p. 63. Nees in Linnaea 16. p. 301.

69/1. Odontonema, *NEES* (1842.) in Endl. gen. mant. p. 63., et Linnaea 16. p. 300. Cal. basi turgens. Cor. 2-lab., labio super. 2-dent., infer. 3-fido. Stam. 2 bifurca, ramo uno sterili aut anth. imperfecta praedito, altero fertili, anth. 2-loc., loc. parallel. muticis. — (Caet. et hab. *Hemichoristis*.) — *Antill.* (Justicia lucida, Andr. Repos. t. 313. Bot. Mag. t. 1014.)

72/1. Monechma, *HOCHSTETT.* in Flora 1841. p. 374. Endl. gen. mant. p. 68. Cor. labio super. brevi galeato subbidentato, infer. 3-lobi lobis rotundatis. Stam. 2, subexserta, anth. loc. superpositis, infer. basi calcarato. Germ. 2-loc., loc. 1-ovul. Stig. indivis., subincrassato acutiusc. Caps. breviter unguiculata, subrotunda, acuta, subcompressa. Sem. orbiculata, compressa, retinac. uncinatis oblique truncatis. — Hbae, spicis term. v. fl. ax. v. subsolitar. albid. — *Nubia.*

79/1. Anisacanthus, *NEES* (1842.) in Linnaea 16. p. 307. Cal. 5-fid., ebract. Cor. tubuloso-infundibuliform., profunde et irregulariter 5-fida. Stam. 2, anth. loc. parallel. contiguis basi muticis. Fr..... — Frut., spicis term. secundis, bract. 2 oppositis, altera sterili. — *Mexico.* (Justicia quadrifida, Vahl. J. coccinea, Cav., ic. t. 199.)

80. Hypoestes, *SOL.* Endl., iconogr. t. 105.

PEDALIACEAE, tab. p. 298., comm. p. 206.

5. Ischnia, *DC.* — Genus forsan idem a *Tamonea* Aubl., ex Endl. gen. mant. p. 58.

7. Josephinia, *VENT.* Endl., iconogr. t. 106.

10. Ceratotheca, *ENDL.* Bernhardi in Linnaea 16. p. 29. sq. Cfr. Fenzl in Regensb. Denkschr. 3. p. 205.

10/1. Sporledera, *BERNHARDI* (1842.) l. c. p. 41. Cal. demum decid. Caps. oblonga, apice exciso interdum cum acumine, 4-loc., post dehisc. in lobos 4 subcylindr. divisa. Sem. subhorizontalia, disco rugoso, ambitu plicae ope in laminas 8 parallelas partito. — (Caet. *Ceratothecae*) — *Afr. austr.*

12. Sesamum, *L.* Bernh. l. c. p. 37.

13. Simsimum, *BERNH.* l. c. p. 38. et 42. Cal. decid. Caps. lineari-oblonga, rostrato-acuminata. Sem. rugosa, subobliqua, basi apiceque alata. — (Caet. fere *Sesami*.) — *Nubia.* (Sesamum rostratum, Hochst. in pl. Kotschy.)

14. Gangila, *BERNH.* l. c. p. 39. et 42. Caps. oblonga, acuminata, 2-loba, lobis longit. sulcatis, 4-loc. Sem. circumcirca alata. — (Caet. fere *Simsimi*.) — *Afr. austr.* (Sesamum pentaphyllum, E. Mey. in Hb. Drège.)

BIGNONIACEAE, tab. p. 299., comm. p. 206. Cfr. Fenzl in Regensburg. Denkschr. 3. p. 305. sq., praecipue p. 261. sq.

(**1. Oxera**, *LABILL.* — *Scrophulariaceis* adsocianda, ex Fenzl l. c. p. 250.)

(**2. Schrebera**, *ROXB.* — *Jasmineis* adjicienda, ex Fenzl l. c. p. 246.)

(**5. Ferdinandusa**, *POHL.* — *Rubiaceis* accensenda, ex Fenzl l. c. p. 236.)

6. Wightia, *WALL.* — Genus *Scrophularineum* anomalum, ex Fenzl l. c. p. 227.

10. Cuspidaria, *DC.* (non Link). — *Nouletia*, Endl. gen. p. 1407.

17. Peltospermum, *DC.* — ? *Apalatoa*, Aubl. (ex semine), cfr. Endl. gen. p. 1407.

29. Spathodea, *PAL. B.* — Genus primarium *Crescentieis* adsociare et *Dolichandram* Cham. ab eo separatam inter *Tecomeas* retinere suadet cl. Fenzl l. c. p. 265. 267.

35/1. Tecomaria, *ENDL.* (Tecomae sect. III.) gen. p. 711. Fenzl l. c. p. 266. Cor. ringens. Genital. longe exserta. Ovula ad septi margines utrinque 1-seriata. Caps. elongato-siliquaeform., septo plano laminaeformi. — (Caet. *Tecomae*.) — *Afr. austr.* (T. Capensis, Lindl., Bot. Reg. 1117.)

36. Craterotecoma, *MART.* — *Ceratotecoma* (sphalm.?), Endl., Enchir. p. 346. n. 4113/1.

37. Stereospermum, *CHAM.* Cfr. Fenzl l. c. p. 240. 266.

(**44. Metternichia**, *MIK.* — Ad *Solanaceas* repellenda, ex Fenzl l. c. p. 230.)

45. Catophractes, *DON*, in Linn. Transact. 18. p. 316. t. 22.

46. Platycarpum, *HUMB.* Cfr. Fenzl l. c. p. 239.

(**47. Gelsemium**, *JUSS.* Genus ex ordine excludendum, propriam tribum in *Apocyneis* formans, ex Fenzl l. c. p. 242.)

48. Rhigozum, *BURCH.* Cfr. Fenzl l. c. p. 200. t. 5.

CYRTANDRACEAE, tab. p. 302., comm. p. 211. R. Brown in Horsf. Pl. Jav. rar. p. 105. sq. (Flora 1842, No. 13. 14.).

1. Liebigia, *ENDL.* gen. p. 1407. — *Tromsdorffia*, Blume (1826.) R. Br. l. c. p. 116. (non Mart. 1825.).

5. Agalmyla, *BL.*, R. Br. l. c. p. 116. — *Oxythia*, Blume, Fl. Jav. praefat. p. VII. (haud Don.).

8. Didymocarpus, *WALL.* — *Rottlera*, Vahl. (non alior.).

12. Baea, *COMM.*, R. Br. l. c. p. 120. — *Dorcoceras*, Bunge.

12/1. Loxocarpus, *R. BR.* l. c. p. 120. Endl. gen. p. 1408. Cal. 5-part. Cor. tubo brevi. Stam. fertil. 2, anth. loc. divergent. Stig. indivis. Caps. paulo exserta, hinc dehisc., placent. angustiss. Sem. erecta, funic. capillar. elongatis. — Hba acaul., incana, scapis apice subcorymbos. — *Ind. or.*

12/2. Craterostigma, *HOCHSTETT.* in Flora 1841. 2. p. 668. Endl. gen. mant. p. 64. Cal. subcampanulat., subaequaliter 5-dent. v. 5-fid. Cor. infundibuliform., labio super. erecto subconcavo integro, infer. majore 3-lobo, lobis rotundatis, palato inflato-bigibbo. Stam. 4 fertil., didynama, infer. longiora longe exserta, anth. loc. divaricatis longit. dehisc. Germ. basi disco brevissimo cinctum. Stig. infundibuliforme, subbilamellatum. Caps. calyce subinclusa, ovoid., placentis connatis a valvarum linea media solutis columellam central. simulantib. Sem. 00, ellipt. v. subglobosa, tuberculato-rugulosa. — (Caet. et hab. *Didymocarpi*.) Scapi apice cymosi; fl. lutei? — *Abyssin.*

20/1. Monophyllea, *R. BR.* l. c. p. 121. Endl. gen. p. 1408. Cal. 5-part., lobis ovat. imbricat. Cor. labio super. 2-, infer. 3-lobo. Stam. fert. 4, anth. loc. divergent. Disc. hypog. dimidiatus. Stig. indivis. Caps. calyce tecta, ruptilis, semibiloc. — Hba glabra, fol. unico caulem simpliciss. terminante sessili costato integro, racemis corymbos. subseriatis ex ipsa folii basi. — *Sumatra.*

23. Anomorhegmia, *MEISN.* — *Quintilia*, Endl. gen. p. 1408. — *Anemorhegmia* (sphalmate), Endl. gen. mant. p. 64.

24. Cyrtandra, *FORST.* — *Getonia*, Banks et Sol. Mss. (non Roxb.).

26. Centronota, *DC.* — *Gasparinia*, Endl. gen. p. 1408.

27. Rhynchotechum, *BL.* — *Corysanthera*, Wall. (comm. nostr. p. 211.) — *Rhynchotheum*, (sphalm.), Endl. gen. p. 1408.

GESNERIACEAE, tab. p. 303., comm. p. 213.

3. Rhabdothamnus, *CUNN.* — Ad Cyrtandraceas removendum genus. Cfr. R. Brown in Horsf. pl. Jav. rar. p. 121.

6. Niphaea, *LINDL.* in Bot. Reg. 1841. misc. not. p. 172.; ib. 1842. t. 5. Cor. rotata, 5-loba, lobis rotundat., 2 superiorib. paulo minorib. et altius connatis. Stam. 4 subaequalia, connivent., anth. discretis glabr., quinto sterili carnoso difformi dorso suo corollae adnato. Gland. v. discus 0. Stig. indivisum. — (Caet. *Achimenis*, hab. *Gloxiniae*.) Fl. nutant., albi, fundo flavo. — *Guatemala.*

8/1. Selenophora, *BENTH.* (1839.), pl. Hartweg. p. 68. Endl. gen. p. 1408. Cal. parte libera tubulosa, longe 5-fida. Cor. tubulosa apice ampliata, limbo late 5-fido vix patente. Genital. inclusa anth. per paria cohaerent. Styl. apice incrassatus, basi postice glandulis 2 stipatus. Germ. totum inferum. — (Caet. *Gloxiniae*.) Frut., fol. opp. serrat. valde inaequilateris cujusque paris inaequalib., pedicell. ax. solitar. 1-flor., fl. coccineis. — *Mexico.*

SCROPHULARINAE, tab. p. 304., comm. p. 214.

1/1. Cobamba, *BLANCO* (1837.), Flora de Filipinas p. 510. Endl. gen. p. 1405. Cal. cylindr., incurvus, 5-fid., lobis acutis. Cor. exserta, labiis 2-fidis, superioris lobis divaricatis angustiorib. Stam. 4, corollae lobis alterna, postico majore, anth. sessil. magnis. Germ. cylindr. Styl. staminib. brevior, stig. bifidi lobis recurvis. Caps. 1-loc. Sem. 00, globosa. — Hba graveolens, fol. opp. sessil. integr., fl. term. geminis. — *Ins. Philippin.*

2/2. Tala, *BLANCO* l. c. p. 484. Endl. l. c. Cal. acute 5-dent., dente postico majore. Cor. tubo incurvo compresso, limbo 4-fido, lobo postico majore emarginato. Stam. 4 didynama, per paria conniventia, anth. globulo parvo insertis. Germ. conic.,....

Styl. staminib. brevior, stig. 3-lobo, lobo postico 2-lamellato. Caps. 2-loc., 00-sp. — Hba, fol. opp. serrat. subtus foveolat., petiolis cohaerentib., fl. solitar. sessil. — *Ins. Philippin.*

5/1. Leptorhabdos, *SCHRENK*, enum. pl. nov. p. 23., ex Endl. gen. mant. p. 106. Cal. campanulat., 5-fid. Cor. tubo cylindr., limbo campanulato 5-fido, lobis 2-fidis subaequal. planis patent. Stam. 4 didynama, omnia fertil., anth. ellipt. muticis, loc. parallel. basi discretis. Germ. 2-loc., loc. 2-ovul. Styl..... Caps. compressa, 2-valv., valv. indivis. medio septiferis, loc. 2-1-sp. Sem. oblonga, aptera, rugosa. — Hba *Songarica*, apice glandulosa, fol. spars. sessil., infer. lineari-pinnat., racemis term. interruptis nutant. — Affinitas nobis ignota.

5/2. Oxera, *LABILL.* (tab. nostr. p. 299., comm. p. 206.) Genus olim *Bignoniaceis* adscriptum, propriam verosimiliter tribum inter *Scrophularinas* formans, observante cl. Fenzl in Regensb. Denkschr. 3. p. 250.

5/3. Ceramanthe, *REICHENB.*, Handb. d. nat. Pfl.-Syst. 1837. p. 198., genus prope Scrophulariam collocatum, nobis penitus ignotum.

25/1. Schistanthe, *KUNZE*, ind. sem. H. Lips. 1841. Linnaea 16. litt. p. 109. Endl. gen. mant. p. 106. Corollae lobus anticus (superior) basi bisaccatus. Caps. ovata, obtusa, emarginata. — (Caet. et hab. *Alonsoae.*) — *Afr. austr.*

65. Paulownia, *SIEB.* et *ZUCC.* Cfr. Fenzl in Regensburg. Denkschr. 3. p. 227.

76/1. Aulaya, *HARVEY* (1838.), gen. of South Afr. pl. p. 249. Endl. gen. p. 1405. Cal. 2-bract., campanulat., semi-5-fid. Cor. clavata, tubulosa, paulo curvata, limbi lobis 5 subaequalib. brevib. latis aestiv. imbricatis. Stam. inclusa, anth. loculo fertili superne tantum dehiscente. Placentae indivisae, reniform. v. lunatae. Stig. nutans, lineare v. subulat. Caps..... — (Caet., hab. et patria *Harveyae.*) Squamae et corollae splendide luteae v. aurantiae. (Orobanche squamosa et Capensis, Thunb.)

77. Sopubia, *HAM.* — ? *Raphidophyllum*, Hochstett. in Flora 1841. 1. p. 666.

77/1. Macrosiphon, *HOCHSTETT.* in Flora 1841. p. 373. Endl. gen. mant. p. 61. Cal. 5-part., lobis acuminatis. Cor. tubo tenui longissimo superne infundibuliformi, limbi lobis 5 subaequalib. ovatis. Stam. 4 didynama, inclusa, anth. 1-loc. Stig. clavat., subinclusum. Caps. compressa, basi obliqua, mucronato-rostrata, valvis septo contrariis subplanis. Sem. 00, longiuscula, minuta, longit. sulcata. — (Caet. *Sopubiae.*) Hba glaberr., fol. opp. pinnatis, pinnis filiform. fistulosis verruculosis, pedunc. ax. 1-flor., fl. flavis. — *Nubia.*

78. Centranthera, *R. BR.* — *Purshia*, Dennst. ad H. Malab. 9. t. 68. (non alior.).

81. Achetaria, *CHAM.* — ? *Montira*, Aubl., Guian. p. 637. t. 257.

86. Micranthemum, *MX.* — *Globifera*, Gmel., syst. p. 32. — *Pinarda*, Fl. Flum. 1. t. 52.

93/1. Chilostigma, *HOCHSTETT.* l. c. p. 372. Endl. l. c. Cor. tubulosa, superne ventricosa, limbo 2-labiato-5-fido, labio super. breviore. Stam. 2 postica fertil., anth. 1-loc. reniform. incumbent.; antica 2 breviora, anth. imperfect. minutis. Germ. disco mellifero? suffultum. Stig. laterale, subrotundum, 2-labiat. Caps. globosa, septicide 2-valv., valv. placentas connatas nudantib. — (Caet. et hab. *Gratiolae.*) Flor. ax. solitar., sessil., flavesc. — *Nubia.*

107. Limnophila, *R. BR.* — *Ambulia*, Lam., dict. 1. p. 128.

108. Mazus, *LOUR.* Endl., iconogr. t. 102.

109/1. Hemichaena, *BENTH.* (1840.) Pl. Hartweg. p. 78. Endl. gen. mant. p. 61. Cal. campanulat., vix angulat., oblique semi-5-fid. Cor. tubo amplo, labio super. breviter 2-lobo, infer. 3-lobo, lobis omn. orbiculat. subplanis. Caps. ovata, breviter 2-valv., placentis bipartitis. Sem. linear., mutica, testa laxa reticulata. — (Caet. et hab. *Diplaci.*) Cymae ax. 3-7-florae, fl. roseis. — *Mexico.*

112. Morgania, *R. BR.* Endl., iconogr. t. 103.

113/1. Ildefonsia, *GARDNER* (1842.) in Hook. Lond. Journ. 1. p. 184. (non Schott.) Cor. campanulata. Filam. basi dilatata, pilosa, anth. loc. divaricat. aequal. muticis. Stig. subincrassatum, compress., indivisum. Caps. loculicide bivalv., valvis integris, septo placentifero demum libero contrario. Sem. subrotunda, compressa, alata. — (Caet., hab. et patr. *Sphaerothecae.*)

140. Siphonostegia, *BENTH.* Cfr. Bunge in Bullet. sc. Ac. Petersb. 1840. 7. p. 278. (*Uwarowia*, Bunge Mss.), ex Endl. gen. mant. p. 61.

148. Chaenostoma, *BENTH.* — *Palmstruckia*, M. C. Retz, obs. bot. pugill. 1810. p. 15., fide Reichenb., nomencl. n. 4643.

OROBANCHEAE, tab. p. 314., comm. 224.

2. Alectra, *THUNB.* Harvey, gen. of South Afr. pl. p. 250.

12. Boschniakia, *C. A. MEY.* — *Stellara*, Fisch. Mss.

UTRICULARIEAE, tab. p. 314., comm. p. 225.

2. Genlisea, *ST. HIL.* — *Doerrienia*, Reichenb., nomencl. n. 4577. — *Utricularia aphylla*, Fl. Flum. 1. t. 45.

STILBINEAE, tab. p. 315., comm. p. 225.

1/1. Eurylobium, *HOCHSTETT.* in Flora 1842. 1. p. 228. Cal. membranaceus, prismatico-5-gonus, aequal. 5-dent. Cor. tubulosa, membranac., 5-fida, tubo intus hirsuto, lobis ovat. obtus. 3-nerv., superiorib. 2 majorib. altius connatis. Stam. 4 (sterili nullo), anth. cordat., loc. apice confluentib. Fr..... — (Caet., hab. et patria *Stilbes.*)

PLUMBAGINEAE, tab. p. 315., comm. p. 226.

1. Armeria, *WILLD.* Ebel, de Armer. gen. diss. Regiomonti 1840. 4. c. ic.

2. Statice, *WILLD.* — *Eurychiton*, Nimmo in Graham cat. of Bombay pl., p. ult., ex Endl. gen. mant. p. 37.

4/1. Valoradia, *HOCHSTETT.* in Flora 1841. Intellig. Bl. p. 23.; ib. 1842. p. 239. Cal. prismatic., 5-part., lobis acuminat. erectis. Anth. linear. Caps. apice calyptraeform., inferne 5-valv., valv. demum solutis. Sem. fusiforme, furfuraceum, sub-5-costatum. — (Caet. *Plumbaginis.*) Suffrut., fol. alt. setoso-ciliat., fl. term. fasciculat. bracteat. — *Abyssinia.*

POLYGONACEAE, tab. p. 316., comm. p. 227. Cfr. C. A. Meyer in Mem. Ac. Petersb. 6. sér., VI, 2. p. 142. Endl. gen. mant. p. 34.

14/1. Gonopyrum, *FISCH.* et *MEY.* l. c. p. 144., cum ic. Endl. l. c. p. 35. Fl. ☿. Sep. 5, exter. 2 subherbacea, inter. 3 majora colorata. Stam. 8; filam. setaceis, 3 interiora supra basin utrinque dente lato obtuso aucta; anth. subrotundae, dorso affixae. Styli 3 elongati, stig. capitat. Achaen. triquetr., sepalis interiorib. conniventib. inclusa, exteriorib. reflexis stipata. Embr. in axi album. cornei rectus. — Frut. ericoid., ochreis brevib. truncat., racemis term. 1-2 elongat. — *Texas.*

16. Polygonum, *L.* Cfr. Babington in Linn. transact. 18. p. 93. — *Ampelygonum*, Lindl. in Bot. Reg. 1838. app. p. 63. (Achaen. calyce baccato inclusum).

20. Triplaris, *L.* Schomburgk in Ann. of nat. hist. 1. p. 264. C. A. Mey. l. c. p. 147. — *Rupprechtia*, C. A. Mey. l. c., c. ic. (Endl. gen. mant. p. 35.) — *Velasquezia*, Bertol., Fl. Guatimal. p. 40. t. 11.

ERIOGONEAE, tab. p. 317., comm. p. 229.

1. Pterostegia, *F.* et *M.* Hook. et Arn., Bot. Beech. t. 90.

AMARANTACEAE, tab. p. 318., comm. p. 230.

14/1. Sericocoma, *FENZL* in Hb. Drège, Endl. gen. mant. p. 33. Cal. extus lanuginosus, sep. subaequal. muticis v. exteriorib. 2-3 longiorib. spinescentib. Stam. fert. cum sterilib. squamiform. linear. margine laevissimis alternantia. Styl. persist., rectus v. obliquus. Utric. villosissimus, evalvis. Sem. oblong., hilo apicali. Embr. radic. supera. — (Caet. et hab. *Trichinii.*) — *Afr. austr.*

20. Pupalia, *MART.* — ? *Syama*, Jones in Asiat. Research. 4. p. 161.

29/1. Albersia, *KUNTH*, Fl. Berolin. 2. p. 144. Endl. gen. p. 1377. Utriculus membranaceus, indehisc., cum calyce deciduus. — (Caet. et hab. *Amaranti.*) — *Inter trop. totius orbis.* (Amar. Blitum, polygonoides, oleraceus, etc. auct.)

CHENOPODIACEAE, tab. p. 319., comm. p. 232. Cfr. Endl. gen. mant. p. 31.

Obs. **Pugionium**, *GAERTN.* (tab. nostr. p. 12., comm. p. 12.) Genus hucusque *Cruciferis* adnumeratum, *Chenopodeis* inserendum et *Ceratocarpo* aut *Obioni* affine, nisi immo fortassis congener esse demonstravit cl. Bunge in Linnaea 16. p. 98. sq. et 109. (Char. reform.).

2/1. Exomis, *FENZL*, ex Moq. Chenop. p. 49. Endl. l. c. ♂ et ☿: Sep. 5, ovata, acuta, concava. Stam. 5. ♀: Involucr. 2-phyll., 1-fl., foliol. saepissime dilatatis fructum tegentib. Cal. 0 v. minutus 3-5-part. Stig. inferne coalita. Fr. subglobos., pericarp. spongioso-carnoso semini adhaerente. Sem. testa crustacea fragili. Embr. annularis. — (Caet. *Eurotiae.*) Hbae suffrutesc., fol. deltoid. v. subhastat., fl. glomerulatis. — *Afr. austr.*

9. Anthochlamys, *FENZL.* Moq. l. c. p. 102. — *Peltospermum*, Moq. Mss.

24/1. Centropsis, *MOQUIN* (1840.) l. c. Fl. ☿. Cal. subtrigonus compress., 4-lob., lobis 2 majorib. oblique spiniferis. Stam. 4 hypogyna. Stig. 2-3, filiform. Utric. calyce nucamentaceo 2-spinoso inclusus, spinis divaricatis. Album. parcum, radic. externe prominula. — (Caet. *Londesiae.*) Frut. incano-lanatus, fol. fasciculat. carnos. — *Nov. Holl.*

24/2. Maireana, *MOQ.* l. c. Fl. conform., ☿ v. abortu polygami. Cal. semi-5-fid., persist., demum ala v. coronula explanata cinctus. Stam. 5, hypogyna, basi connata. Stig. 2-3, filiform. Utric. inclusus, tenuissime membranaceus. Album. parcum. — (Caet. *Londesiae.*) Suffrut. subfulvo-pilos., fol. alt. v. fascic. semiteret. subcarnos., fl. ax. sessil. solitar. v. glomerulat. parv. — *Nov. Holl. austr. occ.*

37/1. Arthrocnemum, *MOQ.* l. c. Fl. ☿. Cal. sub-3-4-gonus, exappendiculat., apice 3-5-dent. v. denticulat. Utric. calyce inflato carnoso involutus. Sem. integumento duplici, exter. crustaceo. Album. copiosum. — Caet., hab. et patr. *Salicorniae.* (Salicornia fruticosa, L. etc.)

43/1. Horaninovia, *FISCH.* et *MEY.*, in Schrenk enum. pl. nov. p. 10., ex Endl. gen. mant. p. 104. Sepala dorso demum gibba, aptera, demum indurata, conniventia. Stam. 5, annulo hypogyno inserta. Stig. subsessile, simplex. Utric. tenuissime membranaceus. Embr. radic. dorsalis. — (Caet. et hab. *Salsolae.*) Fol. pungentia, raro nulla. — *Asia media.*

ATHEROSPERMEAE, tab. p. 324., comm. p. 236.

3. Doryphora, *ENDL.* (non Zool.) — *Learosa*, Reichenb., nomencl. n. 2612.

LAURINEAE, tab. p. 324., comm. p. 237.

Obs. **Linharea**, *ARRUDA* in Koster Trav. p. 493. Genus ignotum. **Menestrata**, *FL. FLUM.* 5. t. 2. Genus Laurineum, affinitatis omnino dubiae.

30. Ocotea, *AUBL.* — *Sennebiera*, Neck., elem. n. 796. (non DC.).

44. Litsaea, *JUSS.* Endl., iconogr. t. 44. Wigth, ic. t. 132. — *Darwinia*, Dennst. ad H. Malab. 5. t. 9. (non Rudge).

GYROCARPEAE, tab. p. 327., comm. p. 239. Cfr. Schlechtendal in Linnaea 16. p. 397.

3. Sparattanthelium, *MARTIUS* (1841.), Hb. Brasil. p. 280. (Flora 1841. 2. Beiblatt.), id. in Regensburg. Denkschr. 3. p. 298. t. 10. 11. Endl. gen. mant. p. 35. Fl. ☿ v. abortu polygami. Cal. limbo 4-5-part. Stam. 4-5, fauci inserta, lobis alterna, anth. 2-loc., loc. valvulis a basi ad apicem circumscissis dehisc. Styl. simpl., stig. capitato. Drupa exsucca, calycis lobis mox deciduis coronata. — (Caet. et hab. *Gyrocarpi.*) Fol. integerr., 3-nerv. — *Brasil.*

SANTALACEAE, tab. p. 328., comm. p. 240.

13/1. Scleropyron, *ARNOTT*, in Magaz. of Zool. and Bot. 2. p. 550. Endl. gen. p. 105. Fl. dioici. Cal. ebract., tubo turbinato intus disco cupulato 5-lobo tecto, limbo 5-part. patente marcescente. ♂: Stam. 5 inter discum et limbum inserta, lobis breviora et opposita, filam. planiusc. bifidis, crure utroque antice antheram 1-loc. gerente. Germ. abortiv.? disco immersum 1-loc. (nunc fere solidum), columella centrali cylindr. carnosa apice libera. Styl. crass., conicus, stig. 3-4-lobo, lobis erect., 2 majorib. ♀: Fr. drupaceus, pyriform., coronatus, 1-sp. Sem. sphaeric., hilo subbasilari. Embr. radic. supera. — Arb. spinosa, fol. alt. integerr., spicis ax. subsessil., fl. densis minute bracteat. — *Ind. or.* (Sphaerocarya Wallichii, W. et A. — Rheede, Malab. 4. t. 18. ♀, et 7. t. 30. ♂.)

THYMELAEAE, tab. p. 330., comm. p. 242. Cfr. Meisn. in Linnaea 14. p. 385., et in Regensburg. Denkschr. 3. p. 271.

6. Daphne, *L.* Sieb. et Zucc., Fl. Japon. t. 75. Meisn. in Regensb. Denkschr. 3. p. 282.

7. Edgeworthia, *MEISN.*, ibid. p. 280. t. 6.

13/1. Lasiosiphon, *FRESEN.* in Flora 1838. p. 602. Endl. gen. p. 1378. Fl. ☿. Cal. basi ventricosus, extus hirsutissimus, limbo 5-fido, squam. faucis 10. Stam. 10, superiora subexserta. Fr..... — (Caet. et hab. *Gnidiae.*) — *Abyssinia.*

14. Linostoma, *WALL.* Meisn. in Regensb. Denkschr. 3. p. 293. t. 7.

18. Wickstroemia, *ENDL.* Meisn. l. c. p. 286.

20/1. Cyathodiscus, *HOCHSTETT.* in Flora 1842. 1. p. 240. Cal. infundibuliform., limbo brevi 5-fido. Stam. 10, anth. subsessil. Disc. hypogyn. cyathiform. Germ. 2-loc. (?). Styl. term. brevis. Fr..... — (Caet., hab. et patria *Peddieae*, vix satis ab ea distinct.)

PROTEACEAE, tab. p. 331., comm. p. 243.

Agnostus, *CUNNINGH.*, ex Endl. enchir. p. 214. Genus nobis ignotum.

10. **Adenanthos**, *LAB.* Endl., ic. t. 110.

32/1. **Adenostephanus**, *KLOTZSCH* (1841.) in Linnaea 15. p. 61. Endl. gen. mant. p. 37. Cal. irregular., lobis revolut. decid. apice antheriferis. Gland. hypog. 4 in annulum connatae. Germ. stipitat. Styl. arcuatus. Fr..... — (Caet. et hab. *Rhopalae.*) Fol. abrupte pinnata. — *Brasil.*

SAURUREAE, tab. p. 335., comm. p. 248.

1. **Anemiopsis**, *HOOK.*, Bot. Beech. p. 390. t. 92.

EMPETREAE, tab. p. 336., comm. p. 249.

2/1. **Oakesia**, *TUCKERMAN* (1842.) in Hook. Lond. Journ. 1. p. 443. (*Tuckermania*, Klotzsch in Erichson Archiv. VII. 1. p. 248., — non Nutt.) Fl. dioici. ♂: Cal. bractea 1 squamacea fultus, membranac., decid. Cor. tenuissime membranacea, cyathiform., apice truncato minute denticulata, hinc fissa, demum 2-partita. ♀: Cal. persist. Pet. 2 equitantia. Germ. urceolatum, 3-loc., ovul. erect. Disc. hypog. 0. Styl. tenuis, breve exsertus, stig. 3 subulat. recurv. Drupa 3-2-pyrena, pyr. cartilagineis. — (Caet. et hab. *Empetri.*) Fl. term. glomerato-capitat. sessil. — *Amer. bor.* (Empetrum Conradi, Torr. in Ann. Lyc. New York 4. p. 83.)

EUPHORBIACEAE, tab. p. 336., comm. p. 249. Cfr. Klotzsch in Erichson Archiv. VII. 1. p. 175. sq.

Obs. **Pera**, *MUT.* Genus cum *Peridio* Schott, *Spixia*, Leand. (ab illa separandis) et *Schismatopera* propriam tribum (*Prosopidoclineae*, Kl.) formans, monente cl. Klotzsch l. c. p. 176. sq.

Schismatopera, *KLOTZSCH* (1841.) l. c. p. 178. t. 7. f. A. Endl. gen. mant. p. 86. Involucr. coriaceum, 3-4-fl., hinc hians, demum explanato-2-valve, basi bractea convexa persist. stipatum. ♂: Cal. brevis 3-fid., extus villosus. Stam. 3, filam. apice antheras 4 v. 8 oblong. erectas brevi-filamentosas extrorsas gerentib. Ovar. rudim. 3 hirsuta, stig. sessil. 3-lob. magnis. ♀:..... — (Caet. et hab. *Perae.*) — *Amer. trop.*

Spixia, *LEANDRO*, (Klotzsch l. c. p. 179. t. 7. f. A.) a praecedente differt: involucro 2-bract., laxo, vertice hiante, demum cucullato, staminib. 3-6 basi connatis, stigm. integr. infundibuliformi v. disciformi, caps. crasse lignosa dura 3-valvi.

Pera, *MUT.*, secundum cl. Klotzsch l. c. a *Spixia* et *Peridio* differt: invol. basi emarginato demum explanato, calyce vero nullo, stam. 00, filam. brevissimis squamulis plicatis 00-fidis interstinctis, anth. basifix. 4-gonis, stylo brevi, stig. 3 apice dilatato emarginatis, ovariis (in ♀) 00 in receptaculo squamuligero stipitatis 3-loc., caps. 3-gonae valvis demum 2-partitis.

Peridium, *SCHOTT*, a *Pera* distinguitur: invol. lepidoto antice rima aperto, caeterum undique clauso, cal. v. squam. 0?, stam. 10-15 basi connatis, ovariis 4 (in ♂ nullis) turbinatis, caps. 3-cocca, coccis 2-valv., ex Klotzsch l. c. p. 180 t. 7. f. C.

7. **Stillingia**, *GARD.* Klotzsch l. c. p. 187. (Char. emend.) — *Sapium*, Jacq. (nob. n. 8.).

20/1. **Dactylostemon**, *KLOTZSCH* (1841.) l. c. p. 181. t. 8. f. A. Endl. gen. mant. p. 87. (*Gymnarrhen*, Leandro Mss.) Fl. ♂: Bract. minutae, 2-3-florae. Stam. 6-16, filam. in stipitem apice obsolete 2-3-bracteolatum connatis, anth. brevissimis. ♀: Cal. 3-phyll. Germ. stipitat., stylo brevi. Caps. valvis infra apicem 2-cornutis. — (Caet. *Excoecariae.*) Arb.?, fol. integerr., spicis subterm. — *Amer. trop.*

21. **Excoecaria**, *L.* — *Gymnanthes*, Sw. et *Gussonia*, Spr., iterum sejunguntur a cl. Klotzsch l. p. 182. sq. (Endl. l. c.).

22. **Sebastiania**, *SPR.* Cfr. Klotzsch l. c. p. 182.

22/1. **Adenogyne**, *KLOTZSCH* l. p. 183. t. 8. f. C. Endl. l. c. p. 88. Fl. ♂ pedicellati, pedicell. distinctis, squamas aequantib., apice stamina 4-8 et extus squamulas 2 calycinas gerentib., anth. brevib. subsessil. ♀: Cal. 3-fid., persist. Stig. 3 subsessil., subulata, reflexa. Caps. nuda. — (Caet. et inflor. *Excoecariae.*) Arbusc., interdum spinesc., fol. subcrenulat., spicis ax. flavesc. — *Brasil.*

22/2. **Senefeldera**, *MARTIUS*, in Flora 1841. 2. Beiblatt. p. 29. Klotzsch l. c. p. 184. t. 8. f. B. Endl. l. c. ♂: Cal. cupuliform., obsolete 4-fid., in pedicellum brevem attenuatus. Columna stam. brevis, anth. term. 8 (raro paucior.) subsessil. globoso-didymis extrorsis. ♀: Cal. urceolat., 4-dent. Germ. nudum. Styl. cylindr., stig. breviusc. teretib. longit. sulcatis. — (Caet. et hab. *Excoecariae.*) Spicae term. paniculatae. — *Brasil.*

22/3. **Actinostemon**, *MART.* Mss. Kl. l. c. p. 184. t. 8. f. D. Endl. l. c. Flor. basi squama lineari eglandulosa decid. fulti, ♀ ad basin spicae ♂ solitarii longe pedicellati. ♂: Squamae 3-5-florae. Pedicelli cylindr., basi subconnati, apice esquamato antheras 4-12 breves extrors. filamentis distinctis suffultas gerentes. ♀: Cal. 0? Germ. nudum v. verrucosum. Styl. cylindr., brevis, stig. 3 teretib. recurvis. — (Caet. et hab. *Excoecariae.*) Fol. coriacea, integerr., spicae subterm., simpl. v. ramosae, basi 2-foliae. — *Brasil.*

22/4. **Sarothrostachys**, *KL.* l. c. p. 185. Endl. l. c. (*Clonostachys*, Klotzsch Mss.) ♂: Squamae remotae, breves, 3-4-florae, fl. brevissime pedicellat., pedicell. apice articulatis. Cal. membranac., cupuliform., obsolete 3-4-dent. Anth. 3 semiexsertae, subgloboso-didymae, filam. breviss. Fl. ♀ ad basin ramulor. spicae ♂ pauci, sessil. Cal. parv., 3-part. Germ. sessile, stig. 3 subsessil., simpl., longit. sulcatis, reflex. — (Caet. et hab. *Excoecariae.*) Spicae ax. fasciculatae, simpl. v. ramosae, filiform. longissimae. — *Brasil.*

23/1. **Ceratococcus**, *nob.* (*Pterococcus*, Hasskarl in Flora 1842. 2. Beiblatt. p. 41., — non Pall.) Stam. receptaculo globoso inserta, 8 fertil., 4 steril. subglanduliformia imberbia, peripherica. Styl. breviss., subgloboso-4-gonus, stig. 4-radiato. Caps. 4-cocca, depressa, coccis alato-corniculatis 4-valv. — (Caet. et inflor. *Plukenetiae.*) Frut. volubil., fol. 2-stipulat. basi 2-glandulos. dentat. — *Java.*

23/2. **Bia**, *KLOTZSCH* l. c. p. 189. Endl. l. c. p. 89. Spicae dichotomae, 00-fl., ramo superiore ♂, infer. ♀. ♂: Cal. campanulat., 4-part. Stam. 12, glandulis squamaeform. glabris cincta, basi connata, anth. subcordato-oblong. Germ. rudim. 0. ♀: Cal. 5-part. Germ. hirtum, 3-loc., stylo brevi, stig. 3 simpl. erect. apice recurvis intus fimbriatis. Caps. 3-cocca, cocc. nudis 2-valv. — Suffrut. volub., fol. stipulat. longe petiolat. membranac. cordat. dentat., spicis ax. et term. longiss., pedicellis ♂ articulat. — *Brasil.* — Aff. Plukenetiae et Anabaenae.

23/3. **Leptorhachys**, *KL.* l. c. p. 189. Endl. l. c. Racemi ax. et term., longiss., subramosi, fl. ♀ ad basin paucis. ♂: Cal. cyathiform., eglandulos., 5-part. Stam. 15 subexserta, filam. liberis strictis clavaeform., anth. parv. oblongo-subglobos. ♀: Styl. elongat., cylindr., inferne attenuatus, stig. 3 simpl. erecto-patent. — (Caet. et hab. *Biae.*) Fol. hastata. — *Brasil.*

24/1. **Traganthus**, *KLOTZSCH*, l. c. p. 188. t. 9. f. A. Endl. l. c. p. 88. Fl. ax. subsessil., plerumque aggregati. ♂: Cal. 4-part. Stam. 4-6, filam. liberis subulat., anth. loc. globos. longit. dehisc. ♀: Cal. parv., 4-part., squamis magnis trifariam imbricatus. Styli 6 distincti, breves, subulati, recurvi, decurrentes. Caps. hirsuta, subdepressa, acute 3-gona, coccis apice prominentib., columna centrali late alata, alis dentat. Sem. 3-gona. — Hbae, fol. alt. integerr. v. dent., stip. caducis. — *Guiana, Brasil.* — Habitus Crotonum herbaceorum.

24/2. **Leucandra**, *KL.* l. c. Endl. l. c. Racemi ax. et term. pauciflori, fl. ♀ ad basin paucis. ♂: Cal. 4-part., aestiv. valvata. Stam. 4, basi monadelpha, filam. crassis geminatim connatis, anth. oblong. albidis. ♀: Cal. 6-part. Styl. brevis, stig. 3 simpl. erect. apice recurvis. Caps. subglobosa, hirta, coccis 3 bivalv. 1-sp. — Hba hirta, fol. cordat. dent. — *Brasil.* — Accedit quodammodo ad *Tragiam*, et, excepta inflor., ad *Acalypham.*

24/3. **Botryanthe**, *KL.* l. c. p. 190. t. 9. f. B. Endl. l. c. p. 89. Spicae subracemosae in apice ramulorum extraaxillares, longae, fl. ♀ 00 usque ad medium spicae sparsis. ♂: Cal. subglobos., 4-part. Stam. 10-20, filam. brevib. crassiusc. basi monadelphis, anth. loc. subglobosis. ♀: Cal. 4-fid., lobis recurvis. Germ. subgloboso-4-gonum, 4-loc. Styl. crassus, obovat., obtuse 4-gonus, demum decid., stig. 4 brevib. divaricat. longit. sulcat. styli apici adnatis. Bacca magna, globosa, carnoso-suberosa, 2-1-loc. — Arb., fol. subcoriac. nervos. serrat. basi 2-glanduloso-stipellatis. — *Brasil.*

30/1. **Platygyna**, *MERCIER* (1830.) in Seringe Bulletin. 1. p. 168. Endl. l. c. p. 109. Fl. monoici, ♂ corymbosi, ♀ racemosi. Sepala 5, raro 4-6, ciliata, aestiv. in ♂ valvata, in ♀ imbricata. Pet. 0. Stam. 5, raro 6, uno centrali, filam. breviss. connivent. glabr., anth. ovat. magnis extrors. Disc. depresso-conic. brevis, rufo-villos. Styli 3 cohaerentes, lati, pilosi, stig. adscend. dilatat. contractis demum revolutis. Caps. 3-cocca, villosa, cocc. 1-sp. — Frut. volub., fol. alt. cordat. sinuato-serrat., stip. scarios. angust. villos. — *Antill.*

33. **Conceveiba**, *AUBL.* — ♂: Cal. urceolat., 2-3-fid. Stam. 3, filam. brevib. basi connatis, anth. oblong. obtus. candidis. Klotzsch l. c. p. 191.

33/1. **Cladogynos**, *ZIPPEL*, ex Spanoghe in Linnaea 15. p. 349. Endl. gen. mant. p. 89. Fl. monoici. ♂: Cal. 2-3-part., valvat., colorat., tomentosus. Stam. 4 exserta, filam. basi connatis, anth. introrsis. ♀: Cal. foliac., amplus, 6-fid., persist. Styl. bifid., ramosus, glanduloso-plumosus. Caps. tomentosa, 3-cocca. Sem. Crotonis. — Frut. albido-tomentos., fol. longe petiolat. subpeltat. repando-dentat. adult. sub-3-lobis, fl. ♂ capitato-congestis, ♀ solitar. longe pedicellat. — *Ins. Molucc.* (Conceveibum tomentosum, Spreng.)

39/1. **Monospora**, *HOCHSTETT.* in Flora 1841. 2. p. 660. Endl. l. c. Fl. monoici, parvuli, glomeruli bracteis minutis stipati. Cal. 8-part., lobis 2-seriatis, exter. minorib. ♂: Gland. hypogynae plures, crassiusculae. Stam. 12, filam. exsertis, anth. loc. discretis globos. Germ. sterile v. abortiv. ♀: Stam. 0. Germ. disco glandulis 4? cincto impositum. Styli 3, stig. brevissime bifidis. Caps. apice 3-valv., abortu 1-loc. 1-2-sp. Sem. ovat., utrinque acutum, strophiolat., scrobiculat. — Arb., fol. denticulat. 6-7-nerv., stip. minut. decid., inflor. *Acalyphae.* — *Afr. austr.*

39/2. **Ctenomeria**, *HARVEY* (1843.) in Hook. Lond. Journ. 1. p. 29. Fl. monoici, ♀ solitar., ♂ in racemis oppositifol. longis gracil. bracteat. ♂: Cal. 5-part., lobis integerr., aestiv. valvata. Gland. 0. Stam. 50-60, disco globoso inserta, libera, filam. tenerrime capillarib., anth. elongato-linear. rigidis basifix. ♀: Cal. 6-part., lobis pectinato-laciniatis. Germ. hirsut., 3-loc. Styli 3 longi, simpl., cylindr., stig. dense papillosis. Caps..... — Suffrut. volub., fol. longe petiolat. cordat. crenat., stip. lanceolat. decid. — *Afr. austr.*

53/1. **Trewia**, *L.* (tab. nostr. p. 345., comm. p. 256.) est genus vere Euphorbiaceum, Rottlerae proxime affine, ex Klotzsch l. c. p. 255. sq.

57/1. **Dovyalis**, *E. MEYER* in Hb. Drège. Arnott in Hook. Journ. 3. p. 251. Endl. l. c. p. 91. Cal. profunde 5-fid., pubesc. (in ♀ glanduloso-ciliatus). ♂: Stam. 18-20, anth. semiglobos., loc. connectivo crassiusculo disjunctis. ♀: Disc. annularis carnosus, 5-lob., lobis calycis laciniis oppositis. Germ. incomplete 2-loc., carpidiorum marginib. introflexis vix ad axin connatis. Ovula funiculo adnata. Styli 2, intus sulcati, stig. minutis truncat. Fr. carnos., calycis lobis varie flexis subulatis induratis glandulis spinescenti-stipitatis ciliatis suffultus. — (Caet. *Gelonii.*) — Frutex, spinis ax. subulat. patent. longis, fol. alt. dent. basi triplinerv., fl. ax. breve pedicellat., ♂ fasciculat., ♀ subsolitar. — *Afr. austr.* (Flacourtia rhamnoides, Eckl. et Zeyh.)

60/1. **Tetrorchidium**, *POEPPIG*, nov. gen. 3. p. 23. t. 227. Endl. gen. mant. p. 89. Fl. dioici. Cal. 3-part. ♂: Cor. 0. Stam. 6, filam. per paria in unum conferruminatis omnib. basi cohaerentib., anth. globoso-didymis, loc. discretis. ♀: Pet. 3, setiform., calycis lobis alterna. Germ. 2-loc. Stig. 2, sessil., carnosa, 2-loba. Caps. dicocca, cocc. 2-valv. — Arb., fol. alt. ellipt. serrat., fl. ♂ in panic. term. glomeratis, ♀ ax. breve racemos. — *Peruvia.*

61/1. **Engelmannia**, *KLOTZSCH*, l. c. p. 253. Fl. monoici. Stam. 5, libera, petalis opposita, exserta, candida, filam. apice dilatatis. Germ. 2-loc. Styl. 2-part., lobis profunde bifidis. Caps. 2-loc., 4-valv., abortu 1-sp. — (Caet. *Crotonis.*) Hba pube stellata incana, fol. alt. integerr., fl. subterm. aggregat., inferiorib. ♀. — *Amer. bor.* (Croton ellipticum, Nutt.)

61/2. **Geiseleria**, *KL.* l. c. p. 254. Fl. monoici. ♂: Cal. 4-part., aequal. Pet. 4, ovato-lanceol. Disc. villosus, 4-radiatus, radiis calycis lobis oppositis. Stam. 8, anth. globos. ♀: Cal. 5-part., aequal. Pet. minuta, subulata. Disc. 5-radiat. Styli 3 filiform., profunde bifidi. — (Caet. et hab. *Crotonis.*) Hbae. — *Amer. bor. et trop.* (Croton glandulos., L.)

61/3. **Pilinophytum**, *KL.* l. c. p. 255. Fl. monoici. ♂: Cal. campanulat., 5-part., aestiv. valvata. Pet. 5, aestiv. convoluta, glandulis 5 alterna. Stam. 12. ♀: Cal. 8-part., lobis 3 majorib. basi squama auctis. Disc. et pet. 0. Styli filiform., bis v. ter bifidi, connivent., inferne villosi. — (Caet. et inflor. *Crotonis.*) Hba albido-tomentosa, exstip., spicis pauciflor. brevib. — *Amer. bor.* (Croton capitatum, Mx.)

61/4. **Cephalocroton**, *HOCHSTETT.* in Flora 1841. 1. p. 370. Endl. gen. mant. p. 89. Fl. monoici, ♂ term. capitati, ♀ 1-3 ax. v. oppositifolii. Pet. et gland. hypog. 0. ♂: Cal. 4-part. Stam. 8; anth. infra apicem filamenti insertae. ♀: Cal. 5-part.,

persist., lobis pinnatifidis. Styl. 3-part., lobis 3-fido-racemosis. Caps. 3-cocca, coccis bivalv. et sem. subglobosis. — Frut. habitu *Crotonis*. — *Nubia*.

61/5. Podostachys, *KLOTZSCH*, l. c. p. 193. Endl. l. c. p. 90. Racemi spicaeform. ♂, juxta basin flor. ♀ verticillatos gerentes, pedunculati, bract. persist. 3-1-flor. ♂: Gland. hypog. nullae. Stam. 8-10. ♀: Cal. campanulat., 6-part., aequal. Pet. 6, parva linear., calycis lobis alterna. Germ. villosum, stig. 3 profunde 2-part., lobis filiform. apice involutis. — (Caet. et hab. *Crotonis*.) Hbae pilosae. — *Brasil*.

61/6. Astraea, *KL*. l. c. p. 194. Endl. l. c. Fl. monoici, spicis longis term., fl. super. ♂ pedicellatis, infer. ♀ sparsis, bract. persist., ♂ 00-floris. Cal. 5-part., aestiv. imbricata. Gland. 5 squamaeform., lobis alternae. Stam. 12-15, anth. reniform. Styli 3, liberi, elongati, cylindr., intus longit. sulcati, apice in lobos 7-8 filiformes unilaterales divisi. — (Caet. et hab. *Crotonis*.) Fol. 3-5-loba, raro integra. — *Amer. austr.* (Cr. lobatum, L.)

61/7. Ocalia, *KL*. l. c. p. 195. Endl. l. c. Fl. monoici v. dioici, spicis term. strictis, bract. 1-fl. Cal. 5-part., aestiv. imbric. ♂: Stam. 10, anth. ovat. ♀: Cal. inaequal., lobis basi intus squama membranacea obtusa auctis. Stig. 3 sessil., 2-part., lobis filiform. indivis. v. bifidis apice involutis. Caps. pilis stellatis undique setosa. — (Caet. *Crotonis*, facies *Cordiae*.) Suffrut., fol. subinciso-dent. basi 2-glandulos., spicis 2- v. 1-sexual., superiorib. plerumque ♂, infer. ♀. — *Amer. austr.*

